


BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XLVII
H
14
NAPOLI

XLVII
#
14

Digitized by Google



Digitized by Google



ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Decimustertius.





LUCÆ

Typis Leonardi Venturini MDCCXLIII.

De Superiorum Licentia.

Digitized by Google



Digitized by Google

ANNALES
ECCLESIASTICI
AUCTORE
CÆSARE BARONIO
SORANO
E CONGREGATIONE ORATORII
S. R. E. PRESBYTERO
CARDINALI
TIT. SS. NEREI ET ACHILLEI
ET SEDIS APOSTOLICÆ BIBLIOTHECARIO
UNA CUM CRITICA HISTORICO-CHRONOLOGICA
P. ANTONII PAGII
DOCTORIS THEOLOGI
Ordinis Minorum Convent. S. Francisci.

In qua rerum narratio defenditur, illustratur, suppletur, ordo temporum corrigitur, & Periodo Græco-Romana munitur.

Additur præterea Dissertatio Hypatica ejusdem Pagii; *& Epistola consularis Henrici* Card. Norisii.

In hac vero editione Fasti Consulares ab A.U.C. 709. ad annum Christi 567. illustrantur, supplentur, & castigantur.

Accedunt animadversiones in Pagium, & præcipue circa Chronologiam inferioris ævi ab eo digestam.

Tomus Decimustertius.



LUCÆ
Typis Leonardi Venturini MDCCXLIII.
De Superiorum Licentia.



Digitized by Google



ANNALES
ECCLESIASTICI.

JESU CHRISTI ANNUS 762.	PAULI PAP. ANNUS 6.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 22.

I. Constant. persequitur Monachos.



EQVITVR ordine temporis septingentesimus sexagesimus secundus Christi annus, Indictione decimaquinta notatus, quo Imper. Constantinus immenso odio flagrans in monachos, quos præ cæteris sibi in promulganda hæresi adversarios sæpe expertus fuit, maxime vero anno superiori, cum adversum Andream Cretensem monachum fuisset sibi certandum: cum audisset in Auxentiano monte, in Bithynia posito, degere magni nominis Stephanum monachum gratia miraculorum illustrem, potentemque sermone ad cohortandum alios, ut adversus debacchantem hæresim forti consisterent animo, ad eumque habere confugium plurimos, in hunc ipsum movere bellum, necessarium sibi duxit, ut perficere posset, quod conabatur (si liceret) hæresim stabilire. Sed quem sciit maxime martyrii cupidum, haud armis expugnandum tentat sed verbis. Ad hocque virum eloquentem mittit, qui viro suadeat subscribere decretis pseudoconcilii Oecumenici nominati. Id quidem factum est hoc anno, antequam bellum Bulgaricum pararetur, quod anno sequenti esse confectum, ex auctore, qui res gestas ejusdem Stephani est prosequutus, qui & hoc vivebat tempore, & iis omnibus potuit interesse, certum exploratumque habetur, ut sequenti anno ostensuri sumus. Modo autem primi hujus certaminis Stephani ex eodem auctore totidem verbis hic describamus historiam, quæ sic se habet (a): (a) *Apud Jo. Dam. in fin.*

II. *Imperator hujusce Stephani virtutem audiens, secumque istud perpendens, quod*

PAGIUS SAC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCC. Anno Hegiræ CXLV. inchoata die 31. Mart. fer. 5. A.C. 762.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6255.

☉ 15. C. ☽ 5. P. 18. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 762.

PAULI PAPÆ 6.

CONSTANTINI COPRONYMI 43. & 22.

LEONIS IV. 12.

I. AD num. I. & seqq. Baronius narrat persecutionem a Constantino Imp. adversus Monachos Sacrarum Imaginum Defensores excitatam, ex Metaphraste in Vita Sancti Stephani Junioris, quam in fonte legere poteris in Vita Sancti Stephani Auctore Stephano Diacono Ecclesiæ Constantinopolitanæ, Interprete Jacobo Loppino Monacho Benedictino Tom. I. Analect. Græc. pag. 456. & seqq. Hanc persecutionem ad præsentem annum pertinere recte deducit Baronius ex bello Bulgarico verna tempestate sequentis Christi anni inchoato, cujus in laudata mox Vita pag. 460. his verbis mentio est: *Illi milites oratione a Sancto postulata, se in Imperatoriam Urbem receperunt, indeque cum Imperatore in Europam adversus Scythas profecti sunt.* *Constantinus Imp. persequitur Monachos.*

II. Hoc anno Indictione XV. Paulus Papa Monasterium Sancti Sylvestri in monte Soracte cum tribus aliis vicinis Pippino Francorum Regi donavit, ut liquet ex Epistola XII. Codicis Carolini ab eo ad Pippinum scripta, in

Constant. Imp. aggreditur persequi S. Stephanum. *si hanc quoque retibus suis includeret, favoremque ipsius, ac præsidium sibi adjungeret, execrando suo dogmati magnum ob ingentem virtutis illius claritatem atque splendorem robur conciliaret: Callistum quemdam Patriciæ ordinis, summa secum familiaritate devinctum, atque suam hæresim apprime callentem, & eximia dicendi facultate præditum, ad se accersit, eumque ad sanctum virum legat, his verbis utens: Ad Auxentianum montem contende, ac Stephano, qui illic delitescit, atque ex Immemorandorum classe, ut numera est* (ita enim impium solere vocare monachos, dictum est superius) *persuade, ut concilii decretis assentiatur, & subscribat: sicque eum alloquere: Pii ac rectissime de religione sentientes Imperatores Constantinus, & Leo benevolentia erga te, quia virtute, & sanctitate delectaris, impulsi, te Orthodoxi Concilii decreto nunc edito, & promulgato subscribere jubent. Tu vero, & caricas ipsi, & palmas feres, amygdala item, aliaque nonnulla, quibus vir Dei colendæ pietatis studio devotus ali consuevit. Norat enim & ipse, quanta esset illius continentia, pene ut etiam hoc virtutis genere cum spiritibus a materia remotis contenderet.*

III. Quæ Stephanus ad Callistum. *Callistus itaque quam celerrime poterat, ad montem profectus, sancto viro Imperatoris mandata exponit, eaque omnia, quæ alliciendi, atque inflectendi vim habebant, in medium profert, ipsumque ad subscribendum pertrahere conatur. Verum pietatis corona erat Stephanus, zeloque atque virtute Protomartyris similis. Tamquam enim qui Dominum a dextris suis esse semper provideret, ac propterea nullo hæresis impetu concuteretur, ad perniciosum illum nuntium his verbis usus est: At ego nec huic decreto, ac falsi hujus concilii vaniloquio subscribam, nec illud umquam comprobabo, nec amarum dulce* (a), *nec tenebras lucem dicam, ne Prophetæ maledictionem in caput meum pertraham. Sacrarum autem imaginum causa promptum mihi, ac proclive est mortem oppetere, Imperatoris minas, qui has delere ausus est, nihil moranti. Hæc ubi dixit, candam manum statim ostendens: Etiam si mihi* (inquit) *tantulum duntaxat sanguinis esset, id tamen pro Christi imagine profundere minime dubitarem. Quos vero ab eo ad me cibos attulisti, referas sane licet; quoniam* (ut cum divina scriptura loquar b) *oleo peccatoris non impingueturcaput meum, nec hæreticorum cibis gustus meus delinietur.* (a) Isai. 5. (b) Psal. 15. Psal. 140.

IV. *Hac oratione audita, Callistus maximo pudore suffusus revertitur, atque Imperatorem adiens, omnia ei narrat. Ille autem iræ ac furoris nube obducitur, ac statim sicarios una cum Callisto mittit, eisque imperat, ut sanctum virum e cella sua* in vertice montis sita *abstrahant, ac protinus ad inferius monasterium deductum, illic cum summa cura, ac vigilantia inclusum teneant, quoad arbitratu suo de eo constituerit. Sic igitur dicto citius, id, quod imperatum fuerat, exequi contendentes, ad speluncam veniunt, & sanguinario animo insiliunt, ostioque statim calcibus effracto, pium virum per vim foras trahunt. Ac cernere erat rem proborum oculis admiratione dignam, ac memorandam. Etenim ex ingenti quadam continentia, & domicilii humilitate, atque angustia, tibiæ ipsius in femoribus adhæserunt, ut nec ullo modo stare, vel moveri posset. Quod cum amentes homines perspexissent, summa admiratione perfusi sunt, atque ex sævitia, & feritate animos ad commiserationem inflec-* Stephanus ossipitur, & ducitur captivus.

PAGIUS

Paulus PP. aliqua Monasteria Peppino Regi donat. qua Pontifex ait: *quoniam constat præcelsa Eximietas Vestra a nobis petisse Monasterium, scilicet Beati Silvestri Pontificis atque Confessoris, situm in monte Soracte, nec non & alia illi ibi subjacentia Monasteria, Sancti scilicet Primi Martyris Stephani, & Beati Andreæ Apostoli, atque Victoris, cum universis rebus ac possessionibus, locis etiam & diversis præsidiis, vel omnibus eis generaliter pertinentibus in integrum. Ecce præcelsa Excellentiæ Vestra & voluntati annuentes, per hujus Præcepti seriem, nostrum Monasterium Beati Silvestri, cum prædictis aliis tribus ei subjacentibus Monasteriis, idest, Beati Stephani, atque Beatorum Andreæ & Victoris cum omnibus eis generaliter & in integro pertinentibus, a præsenti quinta decima Indictione, & in perpetuum, pro sustentatione peregrinorum, & alimoniis fratrum nostrorum, Christi pauperum, atque Monachorum, illic nunc & impostrum spiritalem vitam degentium, firma stabilitate vobis concedimus, & per Vos in præfato venerabili Monasterio, hanc nostram Apostolicam exarationis Præceptionem perenniter permanendam, concedimus atque largimur. Quatenus vestro studio ea, quæ ad laudem Redemptoris Nostri, & meliorem statum prædictorum venerabilium Monasteriorum, pertinere noscuntur, in omnibus, Deo auspice, pro æterna Excellentiæ Vestræ memoria, & maxima remunerationis mercede, nihilominus proficiant.* Baronius anno DCCLXVII. num. II. refert argumenta quarumdam Pauli Epistolarum quas non viderat, atque juxta Centuriatores sect. VIII. pag. 715. argumentum Epistolæ XXV. istud esse: *Gratias agit pro defensione Ecclesiæ, cum adhortatione ad Pippinum, ut pergat omnimodam S. R. E. exaltationem facere. De suo erga Pippinum amore, & quod nihil sine ejus voluntate facere velit, largissime promittit. Pro Monasterio in Soractis monte a Pippino sibi donata gratias agit.* Verum in laudata Epistola XII. Cod. Carol. de Monasterio Soractensi contrarium dicitur, neque in eo mentio de Defensione Ecclesiæ, aut de promisso quod nihil sine eo facere velit.

III. Fundatum hoc anno Monasterium *Prumiense* a Pippino Francorum Rege, *Bertrada* ejus conjugis rogatu, quod triginta quinque circiter pas-

Digitized by Google

flexerunt. Ac duo quidem ex ipsis (sunt enim inter malos, & flagitiosos homines feminali quidum, atque ejusmodi, ut eorum improbitate remedium afferre possit) concepta ex sancti viri arumna commiseratione, consertis manibus acceptum cum sufferebant. Mox autem ad Patris Auxentii cœmoterium venientes, eum una cum monachis illis, quibuscum versabatur, incluserunt, atque ipsi pro foribus excubabant, imperium aliquod, & nuntium a Tyranno expectantes.

V. Stephani in carcere Canticum.

At enim vero generosus ille, atque eximia virtuta praditus Stephanus tot molestiis affectus, ac facinorosi cujusdam hominis risu, in custodiam conjectus, animo non concidit: verum una cum sociis suis alta, & modulata voce psallebat: IMPOLLUTAM IMAGINEM TUAM O BONE ADORAMUS est cantici principium. *Ac deinde quid aliud hujusmodi ab ipsis psallebatur: Incogitationum meorum latrones incidi, ub usque mihi misero mens abrepta est.* Hæc idcirco, quod avulsus fuerat ab illo specu in supercillo montis sito, ubi puriorem contemplationis fructum gustabat. Pergit auctor. *At ii, quibus custodia commissa fuerat, pro foribus stantes, atque, quod ab eis cantabatur, audientes, atque veluti excantare sese propter illos existimantes, capita movebant, seque miseros ducebant, quod a monachis, qui nihil sceleris admisissent, atque inique inclusi tenerentur, optimo jure latrones appellarentur.*

Cum autem sex dies jam effluxissent, in quibus pius ille vir nihil cibi gustarat: septimo die affuit quidam a Tyranno missus, qui sanctum virum ob id quod recens acciderat (nunciatum enim fuerat bellum a Scythis inferri) cellæ suæ restituit. Hic finis Imperatoris hoc anno conatus, sed non Callisti Patricii: qui novis machinis oppugnare virum sanctum aggreditur; agens nimirum, ut calumniis eum potius proscindet, quam ferro sauciet, gloriosiorem inde putans, sibi parare triumphum, quam si necem inferat; ex qua sciret majorem ab Orthodoxis illi parari laudem, & gloriam immortalem, qui eum essent in perpetuum celebraturi Martyrem. Contra vero si calumniis eum superet, fore, ut concitata, & ubique sparsa ejus sanctitatis fama dispereat, atque penitus evanescat, tuncque fieri, ut nullum inferre damnum hæresi possit celebritas ejus nominis infamia prorsus extincta, immo magnam ea ex re fieri accessionem perversæ sectæ, cujus adversarii inventi essent operibus scelestissimi. Quas vero interim dum Imperator adversus Scythas pararet arma, Callistus adversus sanctum paret insidias, ab eodem auctore sic accipe: — Callisti Patricii fraudes compositæ adversus S. Stephanum.

Cæterum ille κάκιστος potius, hoc est, pessimus, quam Callistus, cum unum ex sancti viri discipulis nomine Sergium, de quo jam nos verba facturos esse, promisimus, remotis arbitris accersivisset, misero illi persuadet, ut non Judam solum proditionis reum agi finat, sed ipse quoque rursus patris, & præceptoris sui proditorem se prabeat. Confestim igitur in ipsius perniciem meditari non desiit, atque omnem artem adhibere, quo magnum illum virum cassibus suis implicitum teneret. Ut autem, se frustra laborare, & nihil efficere, perspexit (cur enim sacram illam animam, atque ab omni reprehen- VI.

PAGIUS. *Fundatur Monasterium Prumiense.*

passuum millibus ab Urbe Trevirensi dissitum est, & clara nobilissimorum hominum tum eruditione, tum Sancti Benedicti disciplinæ fama præcellentium illustre extitit. Ei *Assuerus* Vir magnæ Sanctitatis a Pippino Rege præfectus est, ut docet Wandelbertus Monachus Prumiensis, qui sæculo nono floruit, in libro de Miraculis Sancti Goario Eremitæ, cap. ultimo, cujus Cella seu Monasterium, paulo supra Confluentes Mosellæ & Rheni situm, post triennium sociatum fuit cum Prumiensi, ut infra videbimus. Monasterii Prumiensis conditum Browerus in Annalibus Trevirensibus, & cum eo Cointius in annum DCCLX. conferunt. Verum Labbeus Tom. VI. Concil. pag. 1698. refert, se habere Diploma fundationis nobilissimæ hujus Abbatiæ, concessum *die XIII. Aug. anno XI. regnante Pippino gloriosissimo Rege*, ideoque anno Christi currenti, quo mense Augusto annus XI. Pippini in cursu erat. Prumiensis Monasterii initia non prætermittere visum, quia ejus non raro in Annal. Ecclesiast. mentio occurret.

IV. *Conventus Attiniacensis I.* Labbeus ibidem pag. 1702. refert fragmentum Conventus *Attiniacensis*, in quo leguntur nomina Episcoporum viginti septem, & Abbatum septemdecim, qui *pro causa religionis ac salute animorum congregati Synodali Conventu inter cætera statuerunt, ut unusquisque illorum, quorum nomina in hoc indiculo subterscripta reperiuntur, & quando quislibet de hoc sæculo migraverit, centum Psalteria, & Presbyteri ejus speciales Missas centum cantent. Ipse autem Episcopus per se XXX. Missas impleat, nisi infirmitate, aut aliquo impedimento prohibeatur; tunc roget alterum Episcopum pro se cantare. Abbates vero qui non sunt Episcopi, rogent Episcopos, ut vice illorum ipsas XXX. Missas expleant; & Presbyteri eorum centum Missas, & Monachi centum Psalteria psallere meminerint.* Nihil aliud de hoc Concilio superest. Inter subscriptiones Episcoporum legitur *Vuilliharius Episc. de Monast. S. Mauricii*, qui non videtur alius a *Vulcario* Archiepiscopo Viennensi, qui post Saracenorum irruptionem dimisso Archiepiscopatu factus est Monachus in Monasterio Agaunensi Sancti Mauricii, & deinde Abbas. Subscribit etiam *Folericus Episcopus Civit. Tungri*. Cointius anno DCCLXV. num. XVII. confundens Conventum Attiniacensem post triennium coactum cum eo qui hoc anno indictus est, ait in omnibus Leodicensium seu Tongrorum Episcoporum Catalogis, *Falcario* anno DCCLX. ut ipse putat demortuo,

ssionis noca immunem aggrediebatur,) statim a sancto ovile degreditur, velut nimirum filius improbus, atque alienus, a semita recta claudicans, atque ad eum, qui legendis Nicomediensis oræ vectigalibus praerat, Aulsealamum nomine, accedit, eumque socium, & adjutorem in his quæ adversus sanctum virum struebantur, adhibet.

VII. *Ambo igitur in capitis sui perniciem inito consensu, libellum in eum calumniis refertum perversissimo animo conscribunt. In quo primum illud inferunt, eum Imperatoris tamquam haeretici memoriam execrari, & diris devovere, eumque Syrum, atque Vitelium appellare.* Per Syrum Nestorianum intelligi, certum est, per Vitelium, nescimus, sicut & pariter ignoramus, quid sit quod tradit Theophanes, eumdem Constantinum Imperatorem iguominiæ causa appellatum ob Andrea Cretensi Martyre, Civilianum. ☞ Si autem conjectura res agenda est, fortasse vox illa, Vitelius, deducta est, βυτὸς, quod significat igneum gurgitem, onde βυθὸς, qui est in profundo, sieque ea voce significatum, Constantinum in profuodum impietatis decidisse, juxta illud: *Peccator cum in profundum venerit, contemnit*. Et vox Civilianus, a Græco pariter κυβιλλευτὶς, quod significat improbum, maleficum, securi dignum. ☜ Sed pergit auctor, aliam recensere in eum comparatam columniam, nempe ipsum, ait, adversus ipsius Imperatoris majestatem technas moliri, aliaque permulta, quæ ob prolixitatem, atque inutilem loquacitatem, intempestivum, ac supervacaneum est commemorare.

Postremo autem de proba illa, atque præclara Anna, quam ipse mundum fuga relinquentem in monacharum numerum, atque ordinem adscripserat, hoc ponunt: *Quod mulierem quamdam, nobili loco natam, fraude circumveatam monasticis institutis initiasset, atque in inferiori monasterio teneret, eum eaque noctu, ad ipsum ascendente, consuetudinem haberet. Ad hæc ipsius ancillam pecunia corrumpunt, eique tum libertatem, tum aulici cujusdam connubium pollicentes, hoc persuadent, ut adversus eam simul ac sanctum virum consentanea ies dicerit, quæ illi in illo calumniis pleno libello contexuerant.* Sed quænam ista insignis femina fuerit Anna, ex eodem auctore dicamus, qui superius hæc de ipsa habet: VIII. Ingens calumnia de Anna vidua.

Mulier quadam illustris, atque honesta, marito haud ita pridem orbata, festinanter sanctum virum adiit. Cumque se viduam, atque liberorum expertem, ac proinde solam esse, ipsi narrasset, nihil aliud sibi superesse, dicebat, quam ut monastica veste, cujus se incredibili quodam desiderio teneri asserebat, indueretur. Ille autem eam longa oratione instructam, ac salutiferis praeceptis sedulo eruditam dimisit, his verbis ad extremum utens: Vide IX. Anna vidua monasticam amplectitus vitam.

cum

PAGIUS proxime perperam subjici *Agilfridum*, qui tempore quo Carolus M. Desiderium Langobardorum Regem ex Italia captivum adduxit, vivebat; indeque infert, *Folcricum* seu *Fulcricum* a Fulgario seu Fulcario distinguendum esse. At duobus Attiniacensibus Conventibus suis annis redditis, hæ pleræsque difficultates, quæ huc usque enatæ sunt circa annos emortuales Episcoporum & Abbatum in hoc primo Convento Attiniacensi subscriptorum, evanescunt. *Fulgarius* in diversis Epistolarum a Zacharia Papa scriptarum editionibus, varia nuncupatur, ut ipsemet Cointius an. DCCLX. num. XVII. fatetur: *Folericus* in Baroniana, *Fulericus* in Seraniana, *Fulgarius* in Biniana, & *Fulcarius* in Sirmondiana. Quare series Episcoporum Leodiensium sic dirigenda. *S. Hubertus* an. DCCXXVII. ad Deum migravit, & *Sanctus Florebertus* ejus filius ante clericatum genitus post aliquot menses ei successit ineunte anno DCCXXVIII. ut ibidem ostendi, & *annis XIX. præfuit* eidem Ecclesiæ juxta Molanum in Natalibus Sanctorum Belgii; ideoque obiit Florebertus, non anno DCCXLIV. ut idem Molanus, nec anno DCCXLV. ut Cointius, nec anno DCCXLVI. ut Henschenius in ejus Vita ad diem XXV. Aprilis scripsere, sed anno DCCXLVII. Eum excepit *Fulcarius*, seu *Folericus*, qui, teste Ægidio in Additionibus ad Anselmum, *præfuit Ecclesiæ Leodiensi annis XV.* sicque hoc anno post coactam Synodum Attiniacensem ad Superos transiit, eique Agelfridus, qui anno septingentesimo septuagesimo quarto Ecclesiam Leodiensem regebat, successit.

Labbeus & Cointius citati utrumque Conventuum Attiniacensem confundentes laudatum Decretum anno DCCLXV. quo alter Conventus Attiniacensis habitus conditum putarunt. At duos conventus Attiniaci (quod Oppidum est ad lævam Axonæ ripam, in valle Burgensi vulgo *Attigni*) distinguendos esse eruo ex Wandelberto in libello citato, qui ait Pippinum Regem positum in Palatio, *quod Attiniacum vocatur, cum ad generalem populi Conventum simul Assuerus Abbas venisset*, commisisse eidem Assuero Cellam Sancti Goaris, ut postea vocata fuit, eamque eam Monasterio Prumiensi tunc primum conjunctam fuisse, uti in secundo Convento Attiniacensi explicabimus. Quamobrem cum *Assuerus*, qui interfuit Conventui Attiniacensi non subscripserit cum aliis Abbatibus XVII. præfato Decreto Conventus Attiniacensis, in quo Cellam Sancti Goaris obtinuit, diversus est ab illo, cui Abbates XVII. subscripsere. Nec satisfacit responsio Cointii dicentis, *Assueri* nomen ex libello Wandelberti laudato restituendum esse, quod alias Francorum Conventus apud Attiniacum, post erectum Prumiense Monasterium a Pippino Rege celebratus non inveniatur. Wandelbertus enim intelligit Conventum anno DCCLXV. habitum, ad quem referri non potest Decretum a XVII. Abbatibus subscriptum; cum in eo *Assueri* nomen non legatur, & ex Wandelberto, qui annum congregati Conventus non exprimit, restitui non possit. In Annalistis Francorum loca, in quibus Francorum Conventus per hæc V. *Duo Conventus Attiniacenses distinguendi.*

tem-

Digitized by Google

eum quo putescere: ac si qua te animæ cura tenet, id, quod promisisti, mox præsta, nec te cunctantem mors invadat. Ita igitur illa mulier ad matrem rediens, ac Patris sermonem in intimis cordis penetralibus abditos tenens, facultates omnes suas auro commutat, eoque magna ex parte pauperibus erogato, confestim parentes, propinquos, vicinos, amicos relinquens ad divinum Stephanum se confert, non parvam auri illius portionem secum gestans. At ille asperiori orationis genere ad eam utens: Cum tu (inquit) ex Salvatore ipso audieris ejus discipulum esse minime posse, qui non bonis omnibus renuntiaverit; quonam modo contempto, ac pro nihilo habito hoc præcepto, partem aliquam mundi retines?

X. *Hæc ut mulier audiit, ipsius perspicaciam ad stuporem usque admirans: Non me (inquit) bonarunde Pater, avara, spiritualis potius (nisi me animus fallit) cupiditas impulit, ut auri aliquid mihi reliqui facerem: quod videlicet id per tuas sanctas manus erogari, majoremque mihi tua opera utilitatem comparari cuperem. Tum ille: Alienorum delictorum scintillas manibus meis extinguere nullo modo sustineo. Vereor enim, ne quando earum furtim succedatur, maximumque in animo meo incendium excitet. Id enim nonnullis, dum non satis animum attendunt, usu venire compertum habeo. Illud autem omnino perspicuum est, quod qui seminat, eadem suis quoque manibus metit. Hæc loquutus, eam quidem rursum ad matrem redire, haudquaquam utile esse judicavit. Cæterum ut vicinis locis una cum pio Marino peragratis, ipsamet suis manibus pecuniam illam distribueret, imperavit. Quo munere cum perfuncta fuisset, tum denique monastica eam veste induit, atque ad mulierum monasteriam transmittit, Antistitæque etiam, atque etiam mandat, ut summam ipsius curam gerat, manumque et ad virtutis studium amplexandum porrigat, seduloque opituletur. Atque hæc quidem ita se habuerunt.* Quomodo autem hæc ipsa per calumniam gravissimi criminis rea constituta quæstionibus disissimis subiecta fuit, dicemus anno sequenti, quo contigit.

Cæterum quod spectat ad persecutionem Constantini Copronymi, non ea tantum fuit adversus sacras imagines, eorumque veneratores fideles, sed magis exarsit adversus monachos, quos immenso cum insectaretur odio, illud adjecit, ut XI. Constant. Imp. prohibet monachos fieri.

PAGIUS tempora habiti sunt, memorantur; sed quo in villa aut Oppido Conventus hoc anno habitus fuerit, nullibi legitur. Indeque elicio, illum *Attiniaci* indictum fuisse, in eoque supradictum Decretum, in quo *Assueri* nomen cum aliis Abbatibus non apparet, statutum. [1]

VI. Pippinus Rex contra Waifarium Aquitaniæ Ducem tertia vice profectus est, idque currenti anno, ut docet Auctor secundæ Appendicis ad continuationem Fredegarii: *postquam*, inquit, *Pippinus Rex Urbem Arvernam cepit, Regionem illam totam vastavit. Sequenti anno, idest, anno, undecimo Regni ipsius, cum universa multitudine Gentis Francorum Biturigas venit, castra metatus est undique, & omnia, quæ in gyro fuerant, vastavit. Circumsepsit Urbem munitione fortissimam, ita ut nullus egredi ausus fuisset, aut ingredi potuisset. Cum machinis & omni genere armorum circumdedit eam vallo; multis vulneratis plurimisque interfectis, fra-* Annus III. belli Aquitanici.

NOTÆ [1] Conventum quendam Francorum hoc anno habitum Attiniaci; ac proinde uno eodemque in loco duplicem diversis annis conventum celebratum fuisse, alterum hoc anno, aliud vero 765. vix credo. Apud Mabillonium tom. 2. Analium Ord. S. B. Append. 2. num. XXVI. legitur diploma Pippini pro construendo Monasterio Promiensi datum in *Trisgodios villa publica mense Augusto die XIII. anno XI, regnante Pippino &c.* Subscribunt huic Chartæ Episcopi novem cum comitibus & principibus plane multis. Pertinere hæc ad annum 762. nemo prudens dubitaverit; & cum tot nomina Episcoporum, & comitum legantur non inani prorsus conjectura deduci posset, prodiisse in Conventu, qui hoc anno de more habebatur in villa, quæ hic Trisgodios dicitur. Quamquam enim conventus mense Maio haberi consueverint, nihil prohibet quominus extraordinaria forte de causa ad duos vel tres menses differrentur. Simili exemplo Conventus Wormatiensis IV. non majo, ut moris erat, sed aprili mense celebratus fuisse legitur in Chronico Moissiacensi ad An. 786. Similis pariter Conventus ad villam Duriam anno 775. ad Julium mensem prolatus fuit ut Pagius ad An. 775. animadvertit. Hæc si admittantur, plura ad emendationem Ecclesiasticæ Historiæ dedocemus. Primo duplex Attiniacus Conventus priscis omnibus Historicis ignoratus, commentitius est. Secundo Episcopi illi, & Abbates quorum nomina Conventui Attiniacensi apud Labbeum subscripta leguntur, ad Conventum anni 765. reipsa pertinent. Hoc autem, in quo rei cardo versatur, ulterius probatur, quia & si concesserimus diploma illud Pippini non in ipso Conventu anni 762. (utpote qui Maio mense de more celebrandus fuerat) sed post duos tresve menses prodiisse, vix tamen persuaderemus Episcopos illos qui Diplomati subscripserunt, & Regi tunc præsentes aderant, eosdem pariter & Conventui parum ante hac celebrato non interfuisse. Si autem interterant, cur non omnium illorum, sed trium tantummodo ex illis nomina decreto Conventus Attiniacensis subduntur? Fit igitur ut Conventus Attiniacensis Labbeanus non quidem anno 762. sed potius anno 765. habitus teneatur. Quod vero Assueri Abbatis nomen cæteris non accenseatur; id quidem monstri loco habendum non est, cum rara sint vetusta Concilia quorum subscriptiones integræ ad nos usque pervenerint. MANSI

ut lege sancita vetarit, ne quis amplius monachus efficeretur, sicque ad monachismum omnis via præclusa penitus esset. Testatur id quidem Theodorus Studita, hujus temporis scriptor, *in oratione, quam de sancto Platone conscripsit*, ubi primum de latebris ejusdem sancti Platonis agens, hæc ait: *Constantinus ille impiis cogitationibus fervens, malitiæ domicilium, multorum capitum draco, ejus hæresis propugnator, quæ sanctis imaginibus bellum indixit, monastici ordinis acerbissimus persecutor tunc regnabat. At quisnam nostrorum Nazaræorum*, monachorum videlicet, *non fuit exterminatus? Aut quis latens non in medium prolatus? Quisve eorum, qui ei resistebant, non ad impietatis barathrum detractus? Ita ut sicubi aliquis eorum, qui insignes erant, relictus fuisset, tamquam scintilla quædam in occulto, & obscuro loco jacens, ita latuerit, ut pro mortuo haberetur apud eos, qui adhuc supererant. Talis fuit noster Elias* Plato scilicet, *a Domino ipso servatus iis in lucis, in quibus exercitationi monasticæ operam navabat, non ejus manibus captus, qui novus Achab dici poterat.* Et inferius cum de Irene pia Augusta agit: *Postea vero quam cœpit regnare Christi cultrix Irene, quæ pacem ipsam, ut cognomento, ita & re attulit, in cujus Regno cum aliis bonis & monasticæ vitæ ineundæ facultas & janua patefacta est, quæ olim ab impio Imperat. clausa fuerat.* Sic igitur ex his omnibus satis liquet fuisse vetitum usque ad Irenem Augustam, ne quis posset monasterium ingredi. Quomodo autem hac etiam de re magnam persecutionem conflarit idem Imperator adversus S. Stephanum, de quo supra, dicemus anno sequenti.

Sep-

PAGIUS *fractisque muris cepit Urbem, & restituit eam Domini sua jure prælii; & homines illos, quos Vvaifarius ad defendendam ipsam Civitatem dimiserat, clementia sua pietatis absolvit, dimissique reversi sunt ad propria. Vuibertum Comitem & reliquos Comites, quos ibidem invenit, sacramentis datis secum adduxit, uxores eorum ac liberos in Franciam ambulare præcepit, muros ipsius Bituricæ Civitatis restaurare jubet, Comites suos in ipsam Civitatem ad custodiendum misit. Inde cum omni exercitu Francorum usque ad Castrum, quod vocatur Toarcius, veniens. Cumque in gyro castra posuisset ipse, Castrum mira celeritate captum atque succensum est, & Vvascones, quos ibidem invenit, una cum ipso Comite secum duxit in Franciam. Pippinus Rex Christo Duce, cum omni exercitu Francorum, cum multa præda & spoliis, iterum reversus est ad Sedem propriam.* Quæ hoc anno gesta esse produnt etiam Annalistæ Nazarianus, Tilianus, Bertinianus & Metensis cum Reginone. Addit Annalista Metensis Pippinum Pascha celebrasse in Carisiaco & Natalem Domini in Gentiliaco villa. Notabis obiter annos Pippini Regis ab anno Christi DCCLII. ab his Auctoribus vetustissimis semper deduci, ideoque Epocham istam amplius in controversiam non vocandam.

VII. Bagadatum postea Sedes Kaliapharum conditum. Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. cap. 3. loquens de Almansore Saracenorum Califa ait: *Anno CXLV.* (Hegiræ scilicet) *jussit Almansor ædificari Civitatem Bagdadum; eamque fundavit eo tempore, quod unanimi consensu elegerant Astrologi. Dicitur autem fuisse pratum viride, in quo tugurium erat Eremitæ cui nomen erat Bagdad; atque ab eo hoc nominis transiisse. Almansor autem eam appellavit Medinato-SSalami (id est, Civitatem Pacis.) Utque absoluta fuit ædificatio ejus, facta est Sedes Chalifis Abbasidarum.* Loquitur & de ædificatione hujus Urbis Califarum Babyloniorum Sede nobilis Abulpharaio in Historia Dynastiarum ad eundem Hegiræ annum.

Google

JESU CHRISTI ANNUS 763.	PAULI PAP. ANNUS 7.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 23.

I. SEptiagentesimus sexagesimus tertius adest annus, prima Indictione signatus, quo Stephanus Martyr calumniis pressus, multaque perpessus, exulare jubetur. Sed quomodo ista se habuerint, exacte sunt referenda; ac primum quod ad tempus spectat, diligentior ejus ratio habenda est. Cum enim anno quadragesimonono ejusdem Stephani ejus exilium contigisse, martyrii ejus Acta testentur, idemque incidisse tempore belli cum Scythis, nempe Bulgaris initi: hoc quidem anno id oportuit evenisse: quadragesimus enim nonus hic fuit annus ætatis ejusdem Stephani, quem natum vidimus, cum S. Germanus creatus est Constantinopolitanus Episcopus, anno Redemptoris septingentesimo decimoquarto; sed & hoc anno idem bellum Bulgaricum accidisse, Theophanes auctor est,

II. Bellum Bulgaricum bene confectum.

Hoc namque anno, prima Indictione, septimo Kalendas Julii, Imperatorem Constantinum ad bellum profectum tradit, vicisseque Bulgaros, atque de iisdem, redeuntem Constantinopolim, egisse triumphum: quum ingratus pingues hostias litavit satanæ: nam inter alia eumdem sanctissimum virum Stephanum post multa ludibria relegavit.

Calumniarum libellus adversus S. Stephanum compositus.

Cum enim calumniarum libellus adversus eumdem sanctum opera Callisti Patricii, Sergiique monachi confectus esset: eum ad Imperatorem, agentem in castris, miserunt. Quid illic ipse, habent hæc Acta: *Hoc cum scripsissent per militem quemdam ad Imperatorem, qui tum in Scytharum locis morabatur, libellum mittunt. Ille igitur lacri cujusdam instar, eum accipiens, ac leonem jam in vinculis habens, ad Antherum, qui vicariam ipsi in urbis gubernatione operam navabat, epistolam quam primum scribit hoc exemplo.*

Ad monasterium illud, quod ad Auxentiani montis radicem situm est, summa celeritate proficiscere. In eo enim quædam Immemorandorum scorta sub pietatis prætextu degunt: quarum tu unam, cui nomen Anna est, assumptam, per publicos equos quam celerrime ad nos mitte.

III. Satellites pervadunt monasterium monialium.

Ille igitur scelerati Regis sceleratior Præfectus simulatque litteras accepit, militum agmine cinctus, ad monasterium proficiscitur, ac sacras illas mulieres, tertia hora laudes Deo canentes, offendit: Confestim itaque milites, quibus ipse septus erat, gladios stringunt, ac Christi sponsas circumdant. Ita divina laudatione incondito clamore compressa, Christi famulæ, qua fugerent, non habentes, partim intra sacri altaris cancellos sese protinus abdebant, partim venerandum divinæ mensæ peplum subibant, partim ad montem excurrere tentabant, sed ab inevitabilibus illis prædonibus retinebantur. Quorum impetum domus illius Præfecta, Abbatissa videlicet, *minime ignorans (etenim in sua cella quiescebat) mulier ætate quidem provecta, cæterum in perferendis laboribus vegeta, intrepido animo ad eos egreditur: atque: Quid perpetratis (inquit) cum Christiani sitis? Quid in mulieres divino cultui consecratas, quæ nemini unquam injuriam ullam inferre in animo habuerunt, impetum fecistis?*

IV. Anna cum Theophana mittitur ad Imp.

Hi autem venerandæ illius anus libertatem summopere admirantes, atque, eam Antistitem esse, intelligentes, insolenti illo impetu suo statim in diversum mutato, non sine quodam pudore, ac reverentia leniter ad eam his verbis utuntur: Annam Stephani amasiam nobis dede. Hoc enim Imperatoris edictum poscit. Ipsa autem eam protinus, ac quamdam alteram cum ea nomine Theophanam accersens: Abite, inquit, ad Imperatorem, ac prudenter ipsi respondete. Cæterum quoad ejus fieri poterit providendum vobis est, ne per fraudem aliquam in prædam incidatis. Postquam

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hispan. DCCCI. Anno Hegiræ CXLVI. inchoato die 20. Mart. feria 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6256.

☉ 16. B. ☽ 4. P. 3. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 763.

PAULI PAPÆ 7.

CONSTANTINI COPRONYMI 44. & 23.

LEONIS IV. 13.

A.C. 763. I. A Num. I. ad XIX. Theophanes an. XXII. Constantini Imp. Kalend. Septemb. præcedentis Christi anni inchoato, narrat bellum *Bulgaricum* a Constantino Imp. gestum, quod Bulgari suo Duce occiso *Teletsem* quemdam sibi Ducem præfecissent. *Mensis Junii die XVII.* Imperator Thraciam versus perrexit, & *Junii die trigesimo, Indictione prima, feria hebdomadis quinta*, Teletses cum Romanis prælium conseruit, duravitque pugna ab hora quinta usque ad vesperam, & maximus Bulgarorum numerus certamine illo deletus. *Imperator prospero victoria successu elatus, armis omnibus cum toto exercitu instructus Urbem triumphum ductus ingressus est*, currenti sc. anno, quo bellum illud inchoatum. Quare cum Stephanus Diaconus in Vita S. Stephani Junioris pag. 460. & seqq. asserat, Imperatorem persecutionem movisse adversus hunc Sanctum Martyrem Sacrarum Imaginum Defensorem, cum *adversus Sy-*

Post Bellum Bulgaricum S. Stephanus junior relegatus est.

Digitized by Google

quam igitur adductæ sunt, atque ille eas adesse comperit, disjungi ab invicem jubet, ac deinde accitam Annam ad hunc modum affatur.

Quæstio habetur de Anna. *Mihi quidem nullo modo omnino dubium est, quin ea omnia vera sint, quæ de te ad me perlata sunt. Cæterum eo te acciri volui, ut tu quoque libere, ac submota omni dissimulatione, cuncta detegas nimirum quonam pacto præstigiator ille, ac scelestus huc te adduxerit, ut & bonorum tuorum possessionem relinqueres, ac paternam nobilitatem pro nihilo duceres, ac denique hanc tenebrarum vestem indueres. Perspicuum videlicet est (quemadmodum etiam a quibusdam intellexi) id illum tibi idcirco suasisse, ut te tamquam scorto abuteretur. Verum quid tandem in eo pulchritudinis perspexisti, ut tu in eam fraudem incideres?*

V. Annæ animi fortitudo. *At casta illa mulier, turpibus his verbis auditis: Absit (inquit) Imperator, ut hac de causa paternas opes abjecerim, atque ornatum omnem exuerim, ut animam meam hujusmodi libidinibus in servitutem addicerem. Verum qui hæc de me detulerunt (ut jam a) Davide loquar) acuerunt linguam suam sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum. En igitur corpus meum tibi proponitur, ferro, igni, verberibus excruciatur: nihil aliud quamdiu mihi spiritus, ac vita suppetet ex Anna audies, quam, quod verum est, Sanctum & justum virum hunc esse, animæque meæ salutem attulisse, perspectum habeo.*

(a) Psal. 139.

Obriguit ad hæc Tyrannus, horæque parte haud exigua vocis usu caruit, summumque lævæ manus digitum (ut illi in more erat) præmordens, ac dexteram manum in orbem torquens, hanc quidem sedulo custodiri, jubet, ipsius autem comitem, invitam licet, & repugnantem, domum reverti. Quo etiam, ut redit, Antistitæ suæ, ac magno Stephano cuncta exponit.

VI. *At vero Imperator non multo post, confecto ex animi sententia bello, Constantinopolim redit: ac parum admodum, aut nihil omnino de publicarum rerum administratione laborans: hoc unum serio agit, ac negociis omnibus anteponit, nempe ut Stephanum retibus suis implicitum teneat. Annam itaque, de qua verba fecimus, in Phialæ carcere includi jubet (est autem ille mire caliginosus, atque inferno propemodum haud absimilis) ac deinde per cubicularium quemdam hæc ei significat: Parce tibi ipsi, mulier, animumque indue honesta vivere, atque abjecto hoc tenebrarum indumento, cum Imperatrice vitam degere. Cæterum crastino die, cum interrogaberis, fac eorum omnibus vera dicas. Præsto enim est ancilla tua, quæ etiam si ea, quæ perpetrata sunt, inficiari volueris, te convincet. Ego autem veritatis patronus, ac propugnator membratim, ac frustatim carnes tuas lacerabo, faciamque, ut intelligas, quantum Imperator, qui te hæc monet, valeat, quantum rursus Immemorandorum Antistes Stephanus. Sin autem hoc tibi persuaderi sinas, ut nomen ejus aperte deferas, ipsiusque voluptates, ac libidines palam prodas, maximos a nobis honores, ac munera consequeris.*

Hæc ut pia Anna audivit, nihil aliud, quam meras nugas hæc omnia esse ducens, breve responsum dedit, hoc unum inquiens: Dei voluntas fiat. At Imperator cum ingentem hominum cœtum ante palatii carcerem postridie mane collegisset, ac qui, se ipsi, quod volebat, persuasurum esse, confideret; nudam eam in omnium conspectu sisti jubet, virgarumque fasce in ipsius oculis, & aspectu posita: Hæc, inquit, non ad spectaculum dumtaxat, incutiendumque tibi terrorem adhibui, sed ut tergum tuum, & ventrem iis conscindam, nisi execrandos Stephani concubitus, hodierno die, in apertum proferas. VII.

Ad quæcum casta illa mulier, animique magnitudine præstans, ad Christi exemplum obticuisset: Tyrannus oculos in eam iracunde conjiciens, ac meretricem eam, quæ pudicitiæ amore tenebatur, scelesto ore appellans, flagris eam crudeliter affici jubet. Cum itaque ipsa a quatuor valentissimis hominibus distenta fuisset, ac pedibus & ventre, & tergo tunderetur, nihil aliud ab ipsa audiri poterat, quam hoc solum. Non novi hominem, quemadmodum ipse ais. Non novi, Domine miserere. At vero versipellis illa ancilla, atque animo etiam adhuc magis servili, ac scelesto, Imperatoris jussu in ipsius conspectu stans, manus adversus eam prætendebat, ac ne conspuere quidem ipsam verebatur. Cumque nonnulli ipsius calamitate sese commoveri fingerent, atque in aurem insusurrantes, ipsam admonerent, ut ea, quæ Imperatoris voluntati consentanea essent, diceret, atque ad hunc modum cruciatu eximeretur: Illa in pristinu ani- Annæ castissimæ feminæ constantia in tormentis.

PAGIUS *Scythas bellum incumbebat*, ejus exilium accurate a Baronio consignatum. Quia tamen Sanctus Stephanus anno DCCXV. in lucem prodiit, ut suo loco ostendi, non vero anno DCCXIV. ut habet hic Baronius, annum XLIX. ætatis paulo post exilium inchoavit, ut ipsemet Stephanus Diaconus pag. 486. testatur, dum narrato ejus in Preconnesum Hellespontii insulam accessu ait, eum ibidem sese recepisse in exiguam caveam *suæ ætatis anno XLIX.* hoc Christi anno circa finem mensis Augusti incœpto. Quare S. Stephanus hoc quidem anno Constantinopolim, ut judicaretur, ductus, sed nonnisi insequenti in exilium missus.

nimi fortitudine, ac tolerantia perstans, a vero minime descisebat.

VIII. *Ut autem eam verberum multitudine confectam, ac pene spiritum exhalantem Tyrannus vidit, subsellio exurgens, celeri cursu in palatium se abdidit, eam in uno quodam urbis monasterio includi jubens, & quidem ita, ut omni corporis cura destitueretur.* Quid postea de Anna factum sit, nihil amplius auctor, ad res Stephani intentus: ibi quidem diem clausisse extremum, Martyre dignum, putamus. At quod terribile Dei judicium fuit in ancillam illam, Annæ dominæ suæ calumniam tantam inferentem, ita idem auctor narrat in fine: *Nec versuta quidem illa ancilla, quæ sanctum virum, & beatam suam accusaverat, justum Dei judicium effugit. Nam cum trans turbam ad Aulicalamum pervenisset, seque fabulam detecturam esse, confirmaret, & quonam modo ut sancto viro calumniam strueret, subornata fuisset, nisi ipse, quod promiserat, expleret: Id ille metuens, cuidam eorum, qui legendis Bityniæ tributis præerant, eam in matrimonium collocat. Pragnans autem facta, gemellos filios in lucem edit. Caterum sub mediam noctem repente conturbati infantes illi, arreptis maternis mamillis, horrendumque in modum exesis, eam protinus necant, atque una cum ea viperini illi fœtus extinguuntur.* Hæc miseranda fuit ancillæ pœna.

IX. Cum autem Imperator ea se spe frustratum videret, ut in Stephanum agere posset occasione delicti cum Anna prætensi: ad alias adversus eum fraudes comparandas convertit animum: illaque ex omnibus facilior, atque securior visa est, si eum pietatis ergo sui faceret transgressorem edicti. Magnis namque pœnis agendum sanxerat adversus eos, qui in monachum reciperet aliquem in monasterio. Effecit igitur, ut carissimus sibi aulicus, simulans fugam ab aula, abiens ad Stephanum, ut inter monachos assumeretur: quod post multas preces tandem obtinuit. Cujus rei gratia causa patuit, qua in ipsum agere jure posset. Sed quibus hæc artibus fuerint conciunata, & coloribus ficta, eumdem auctorem audi, qui hæc de Imperatore subjungit: *Ipse autem & varios, ac multiplices insidiarum modos animo versare non desinebat, quo sanctum virum morte afficeret. Quocirca postridie cum Georgium quemdam cognomento Syncletum nitidum, ac vigentem juvenem, ipsique carissimum noctvisset, privatim eum ita alloquitur: Quantam, o Georgi, tui erga me amoris vim esse ais? Infinitam (inquit ille) Imperator, nec in mensuram ullam cadentem. Tum Imperator: Audes ne igitur pro hac tua erga me benevolentia mortem oppetere? Et quidem libenter, inquit ille, ac summa cum animi voluptate istud fecerim. Hic Imperator animo lætissimo ipsum osculatus: En, inquit, novum quoque Isaac. Ac deinde: Nec ut mea causa mortem subeas, Georgi, nec ut membrum aliquod tibi adimi sinas, nec denique ut quicquam aliud hujusmodi sustineas, nunc jubeo: verum hoc unum, ut ad Auxentianum montem propere te conferas, eumque omni memoria indigno Stephano agas, eique persuadeat, ut tibi monasticum habitum imponat, ac te in suorum album adscribat. Quod cum contigerit, statim ad nos quam celerrime poteris, redeas.*

Novam molitur Imperator fraudem in Stephanum.

X. Georgius se confert ad Stephanum. *Ille autem hunc sermonem prompto, ac lubenti animo excipiens, atque ad hanc fraudem obeundam, ab eo (ut erat in hujusmodi rebus ingeniosissimus) plurimis verbis instructus, & eruditus, confestim ad montem ascendit ac sub nemoroso quodam loco, ac virgultis pleno delitescens, media nocte dæmonibus non absimilis egreditur, atque ad monasterium accedens, voces, ad eiendam misericordiam comparatas, emittebat: Misereremini mei (inquiens) miseremini, Christiani omnes, qui hic habitatis, nec me a feris abripi, aut in præcipitium, ac voraginem ruere, sinite. Oberravi enim in via, nec quid faciam habeo. Hæc & alia quædam cum simulatissimo animo quereretur, Stephanus vir humanus, & ad misericordiam propensus, exaudiens, Marinum monachum accersit (ecc enim commentitiæ simplex illa, ac fuci, & malitiæ expers anima fidem adhibebat) atque Abi propere, inquit, ac lugentem istum, quicumque tandem ille sit, huc admitte, ne pereat.*

Ille igitur confestim admissus, ad ipsius genua se abiicit, atque (o Deus bone) quanta cum simulatione laeva impurus ille, & execrandus usitatam illud, Benedic Pater summe venerande, pronuntiavit. Postquam autem sanctus vir ipsi bene precatus est, ipsumque exurgere jussit: tum ab indumentis, tum a facie, ac genis prorsus abrasis eum agnovit; siquidem craso mento erat: nam id omnibus Tyrannus edixerat, in hoc nimirum Deo adversam legem sanciens, Mosem videlicet dicenti (a): Loquere ad populum, ac prohibe, ne barbam in rotundum cadant, aut eam implexam gerant. Etenim ut in aliis omnibus rebus, sic in hac quoque ipsi adversari contendebat. Atque omnibus tam juvenibus, quam senibus barbam ad cutim usque cadere præceperat, ut qui eos tamquam salaces equos ad bene semper curandam cutim, atque ad lasciviæ studium extimularet. (a) Levit. 19.

XI. *Cum igitur hinc, eum ex Imperatoris classe esse conjecisset, percunctabatur ab eo, undenam esset, & quo pergeret. Ille autem*

Georgii artes ad fallendum compositæ.

tem (ac vide quæso hominis malitiam) quem ex aulicorum numero esset, minime suficias ibat. Cæterum (inquit) dum flagitiosissimis Imperatoris sententiam & ego, & socii mei sequimur, pene in Judaismum præcipites abrepti sumus, atque in ingens animæ periculum jam incidimus. Ego vero quo in malo versarer, tandem aliquando persentiscens, ad tuæ sanctitatis pedes (ut vides) properanter veni, ut angelicum hunc habitum, cujus desiderio teneor, a te obtineam. Quocirca ne me, quæso, abiicias, honorande pater: nec tametsi indignum, a præclara hac spelunca removeas. Tum ille nomini suo respondens Stephanus: Nequeo, inquit, fili hujusmodi rem aggredi, ne quod mihi periculo a Tyranno creetur. Ille autem statim figmentum suum, ac simulationem adigens, atque id omni studio contendens, ut fabulam eam, quam agebat, quoad ejus fieri posset, ab omni suspicione vendicaret. Ac propterea quo sanctum virum ad id, quod expetebat, alliceret: Rationem (inquit) Deo pro anima mea reddes, nisi me hodierno die sine ulla cunctatione detonsum in monachorum ordinem adscribas: nihil enim mihi alioquin superest, quam ut statim ad prioris vitæ institutum revertar.

XII. Georgius factus monachus.

At venerandus ille vir hoc sermone commotus (norat enim omnia pro nihilo ducere, cum de animæ salute agi existimaret,) etiamsi periculum hac in re situm est, inquit, tamen quia te sincero animi affectu accessisse, dixisti: non committam, ut contra Dominicum præceptum te foras eiiciam. Cæterum attento animo sis, oportet, pectusque tuum adversus omnem ærumnam præmunias. Sic enim suos Dominus explorare solet. Hoc sermone habito, mundanam vestem ipsi detrahit, atque obedientiæ vestimento eum induit. Atque ita impostor ille ad tertiam usque diem perstitit, non tam decipiens, quam ipsemet a dæmone, qui eum ad hujusmodi facinus abripiebat, deceptus.

Querelæ Imperatoris de Georgio facto monacho.

Nec vero subdolum Tyrannum hoc fugit: verum interim dum hæc peragebantur, ingentem hominum multitudinem in theatra colligens, ac gradus eos, in quibus purpuratorum coronam stare consueverat, ascendens, mœroreque profligatæ hominis larvam induens: Nulla mihi reliqua vitæ pars est, inquit, præ veteratoria Deo invisi Immemorandorum horum agminis nequitia. Cum autem populus ad istud exclamasset: Quonam modo hæc, cum hujusce habitus ne vestigium quidem ullum in tua urbe superfit? Ille editiori voce: Insidias eorum, inquit, nullo pacto ferre queo. Omnes enim meos subdolo animo circumventos ad se pertraxerunt, atque adamatis suis tenebris mancipaverunt. Nunc autem, tamquam ne nunc quidem iis, quæ perpetrarunt, contenti graviora prioribus adiecerunt, at Georgium meum, quem (ut scitis) amore complectebar, a latere meo abreptum, avulsumque, monachum (o terra, o sol!) effecerunt. Hæc me intolerando quodam mœrore excruciant. Cæterum cura nostra in Dominum conicienda est, nobisque ad eum preces adhibendæ, atque ille brevi (quod expetimus) in apertum proferet.

XIII. Imperator vult videri Propheta ac pius.

Ad hunc modum præstigiator ille, ac vanus, quod curarat, atque imperarat, ac veteratorio animo molitus fuerat, jam jamque eventurum erat, ante prædixit, ut vatis famam consequeretur, qui densissimis tenebris, ac scelere plenus erat. Cum autem ii, qui aderant, quique nihil ad veritatem sed ad gratiam omnia sua tum facta, tum dicta referebant, tritum illud, ac pervulgatum dixissent: (a) Cor regis in manu Dei est: & orantem te Deus omnino exaudiet, concionem solverunt.

(a) Prov. 21.

Porro admirandus Stephanus execrandum illum, ac Mali malum discipulum post tertium diem accersit, plurimisque instructum detondet, & monastico habitu adornat, atque ut Salomonis verbis utar (b) in aurem auream nari porcinæ imponit. Ille autem nihil divina illa præcepta moratus (qui enim? eam in malevolam animam sapientia intrare profecto nequeat:) montem tamquam ignavus quispiam, ac fugax miles relinquens, ad aulam abiit. Imperator vero libenter eum excipit, ac læto animo amplectitur, non ob sanctum habitum, ut oportebat, sed ob id potius, quod eum abiecisset, hincque ipse justi viri de medio tollendi nactus causam esset.

(b) Prov. 11.

XIV. Novum spectaculum in Theatrum inducitur.

Confestim igitur omnibus cujuscumque ætatis hominibus, ad publicum theatrum sub matutinum tempus ipsius jussu coactis: stans ille eodem quo prius loco, alta quadam voce, ac mira lætitia perfuso animo: Vicit (inquit) fortuna mea: precesque meas Dominus exaudivit. Papæ, cujus hominis! Immo vero earum potius principis tenebrarum auditor extitit. Cum autem multitudo pro suo more ipsi applausisset, atque ista ad gratiam, & obsequium comparata rursus dixisset; Quando autem o here, te Dominus non exaudivit? Ipse hoc sermone delectatus, ac jucunde arridens: Revelavit mihi, inquit, Deus quem quærebam. Quem si vultis, hodierno die vobis commonstrabo. Ac simul spectandum eum producit. Promiscua itaque illa multitudo, simulatque ipsum conspexit, quo tempori magis adhuc obsequeretur: Hunc (inquit) male de te meritum, malum ac nefas est intueri. Obtruncetur ergo quamprimum nefandus iste, obtruncetur. Quæ cum dicerent, id quidem

dem dicebant, quod illum pati oportebat. Cæterum ab Imperatoris mente ac sententia prorsus aberrabant.

XV. *Quocirca statim Tyranno ita jubente, sacram ipsi epomidem detrahunt: eumque ad populum una cum cucullo (nam ita appellari consuevit) abiiciunt, quæ ex templo ab impuris illis, ac sceleratis conculcata sunt. Ut autem cruciferum quoque naulabum hoc est, redimiculum, ut etiam ipsum deiicerent, nefario illi demere cæperunt: manibus acceptum illud Imperator undique contorquebat, quidnam istud esset, sciscitans.*

Habitum ludibrium de indumentis monasticis. *Tum Senator quidam, ut nomine, ita etiam re Dracontius: Proiiciatur, inquit Imperator, hic quoque fatuus laqueus funis, dignus ipse proculdubio ejusmodi laqueo. Quod etiam cum illico factum fuisset, is quoque a plebe protritus cernebatur. Et quidem res præclare indigno homini recte detrahebantur: ut non ita recte a scelesta, ac sacrilega multitudine per contumeliam obterebantur. Post autem quatuor homines prono corpore acceptis profani illius vestibus, tamquam pello aliqua ipsum statim exuunt, atque ejus loco militarem vestem ipsi imponunt, caputque ipsius galea cingunt.*

Cumque eum prius, inspectante turba, undis eluissent (ad expiandam scilicet spurcitiem eam, quam in sacro illo habitu contraxerat,) ac Judaicum in modum (quid enim aliud dicam?) ipsi quoque res divinas, ac sacras ludibrio habuissent (o quonam pacto hæc vel aures duntaxat ferant?) tum denique suismet manibus Imperator ense ipsius humeris appenso, cum Hippocomi dignitate ornat. Atque hanc Georgius abnegati magistri mercedem tulit, quemadmodum Judas pro negato Christo triginta talenta. Hunc tandem consecuta est finem comœdia, quam ipse Imperator adinvenit atque in theatrum recitandam produxit. At quorsum hæc omnia? Quid in his agendis Imperator vaferrimus prætendebat? nihil aliud post ludibrium religionis, quam ut Stephani male habendi occasionem videri posset nactus esse legitimam. Quod infelix ex sententia tandem est consequutus. Nam hæc ea, quæ sunt dicta sequuntur:

XVI. Incenso monasterio disperguntur monachi Stephani. *Confestim itaque multitudo impetu facto, sancti viri discipulos disturbat, ac monasterium una cum templo igni absumit, sanctumque virum illum latronum instar speluncæ abreptum ad Chalcedonis navale abducit. Quanam lingua calamitates eas quas in tam longo itinere perferendas habuit, oratione complecti queat? Alii enim eum magno impetu trahebant, alii fustibus a tergo feriebant, alii in vallem eum devolvebant, alii tibias ejus calcibus laniabant: erant e-*

tiam qui in venerandam ejus faciem conspuerent; alii denique petulantiori animo præditi testis palmarum ramis ante ipsum incedebant, cachinnantes, & illudentes, & sexcenta in eum dicteria jacientes. Quidnam porro hæc ab impio Judæorum furore distabant? Ut autem nullo in eum genere contumeliarum prætermisso, ad litus pervenerunt, tum demum lembo impositum ad Philippici monasterium (id autem Chrysopoli haud longe a Byzantio situm est) fortem virum abducunt. Ubi etiam illum custodientes, de ipsius statu Imperatorem certiorem faciunt. Stephanus ducitur ad Imp. *Quem, ubi atrocem illum hujusce viri raptationem, & contumelias incensumque monasterium audiisset: lætitiam inde concepisse ajunt, atque dictam statim promulgasse, quo capitalem pœnam in eum sanciebat, qui ad Auxentianum collem, vel solum appropinquare ausus fuisset.*

XVII. Decernit exilium Stephano Imperat. Post hæc autem ad eum misisse Imperatorem Episcopos, atque Patricios, produnt, Acta, qui eum convincerent disputando, & suaderent cedere, ipsi Imperatori. Qui cum de subscribendo eo, quod dicebatur ab ipsis, Concilio Oecumenico verba fecissent; ab eodem convicti sunt, afferente, nequaquam illud conciliabulum ulla ex parte consistere posse, tantumque abesse, ut Oecumenicæ Synodi nomen habere posset.

S. Stephanus deportatur in Proconnesum. Recitavimus eam disputationem, cum de ipso Concilio pluribus superius actum est, ut non sit opus eadem hic repetere, sed tantum, quæ post disputationem sunt sequuta, narrare de exilio ejus ab Imperatore decreto. Nam subdit auctor: *Imperator autem ob hæc ira percitus, Stephanum ad Hellesponti partes, hoc est, ad Proconnesum exilii causa mittit.*

At quomodo Deus Sanctum suum, ubicumque esset, miraculorum virtute illustrans, reddidit clariorem: eadem ostendunt Acta. Ita plane Deus hoc modo, penes quos esset Catholica Fides, ex sequentibus eam signis evidenti argumento monstravit. Sed audiamus quid auctor de eo afferat, antequam discederet: *Ubi (inquit) septem & decem integros dies in illo monasterio ita consumpsit, at nihil prorsus cibi attingeret, tametsi aliquo Imperator plurima ad eum alimenta mitteret: nam ea ille rursus remittebat, nullum prorsus ex eis degustans. Per hos autem dies gravissimo morbo correptus hujusce monasterii Præfectus, quantum quidem ad medicos attinebat, vitæ spem omnem abiecerat: mittit itaque ad sanctum virum, eumque ad se venientem, rogat: quo, inquit, alter alteri extremum salutem dicamus: incertum est enim, an nona hora apud vivos adhuc futurus sim. Quod ubi audiit, statim ad eam accessit: ac dein-*

de eam manu ejus collum tenuisset, labea quidem ipsa precationis causa movebat, febris autem, quæ morbum pepererat, a corpore profugiebat. Quid postea? Poculum suum vino mero impletum ei adbibendum porrigit: quod cum hausisset, statim plurimus sudor ex ipso manavit, & dicto citius, sanitati restitutus est. Cum igitur ei non tam extremum, quam jucundum osculum præbuisset, illinc excedens, profectionem suam (ut cum Propheta loquar) in mari statuit, atque in eam navim, quæ parata erat ascendens, exulatum profectus est, in Proconnesum scilicet.

XVIII. *Cumque desertissima quæque insulæ loca peragrasset, in speluncam admiratione dignam incidit (Cissadam eam incolæ nuncupabant) in qua Christi aviæ Annæ templum erat. Hac igitur re oblectatus, atque hujusmodi locum non sine numine divino sese invenisse ratus, domicilium ex eo sibi constituit, herbarum, quæ illic nascebantur, radices luculentæ cujusdam, & opiparæ mensæ instar habens. At vero omnes ipsius discipuli ab Auxentiano monte depulsi, tamquam oves undique oberrabant, pastorem suum quærentes. Tandem autem eum, cum ad Proconnesum venissent, invenerant, duobus tantum exceptis, qui a præclarissimo illo ovile, ut a divino duodenario (a) Judas, vel potius a Paulo (b) Demas, & Hermogenes, sese avulserant, ac pro monastico habitu mundanum induerant, nimirum Sergio, de quo ante verba fecimus, qui etiam invectivam, atque execrandum adversus vitam sanctam volumen condidit, & ter misero Stephano, qui cum presbyter, ac supradicti Callisti minister primum extitisset, ac deinde a sancto viro in monachorum album adscriptus fuisset, atque in montis monasterio sacerdotis munus obiisset, postea tamen & monasticam habitum, & Deum ejuravit, atque ab ipsomet Tyranno mundana veste indutus, quem prius vitam abscindere oportebat, nefariam illam vocem emisit: (o scelerata labia, o impuram, & fœtidam linguam!) Hodierno die, here, a satanicis faucibus opera tua ereptus, ac tenebroso amictu exutus, splendidam pallium induo. Cujus execrando sermone Tyrannus summopere delectatus, Sophiani palatii ministrum eum constituit. Quo etiam crebro commeans, gaudii patrem eum, qui multis luctibus dignus erat, appellabat.*

(a) Marc. 14. (b) 2. Tim. 4.

His itaque solis ab ovili sacrosancta avulsis, cæteri omnes in Proconnesum (ut a me dictum est) appulsi, monasterium construxerant. Quin & a philosophica ista vitæ degendæ ratione, ne divini quidem Stephani mater abfuit: verum una cum sorore insulam illam adiens, contubernium ipsius amplexa est. Illic itaque divinus Stephanus extructa columna, ac supra eam angustissima quadam ædicula, in ea sese inclusit annos jam novem, & quadraginta natus. Hactenus res ad præsentem annum spectantes. Quando autem ob ingentia ab eo edita miracula motus invidia Imperator revocaverit eum Constantinopolim, ubi & martyrium consummavit, suo loco dicturi sumus. — Auxentiani Monachi in Proconneso ædificant monasterium.

XIX. Cosmas Episc. Epiphan. transfuga ad hæreticos. — Hoc eodem anno tres Patriarchæ anathemate damnarunt Cosmam Episcopum Epiphaniæ in Syria, de quo Theophanes ita narrat: *Cosmas autem quidam Episcopus erat Epiphaniæ, quæ est civitas Apameæ Syriæ: quibusdam autem ex civibus Epiphaniæ ad Theodorum Patriarcham Antiochenum accusationem contra eundem Cosmam super diminutione sacrorum vasorum facientibus. Cum ille minime potuisset restituere, discessit ab Orthodoxa Fide, consentaneus Constantini Imperatoris hæresi, sacris adversatus imaginibus: quem communi sententia Theodorus Antiochenus Patriarcha, atque Theodorus Hierosolymitanus, atque Cosmas Alexandrinus cum Episcopis, sibi subiectis, die sancto Pentecostes post lectionem sancti Evangelii consonanter anathematizarunt singuli in sua civitate.* Hæc Theophanes, qui & de irruptione Turcarum in Armeniam hoc anno fieri cœpta, & sequenti anno rursus repetita, agit. Sic igitur (quod observatione dignum est) egressio eorum e portis Caspiis eo tempore ponitur, cum adversus sacras imagines, & Deo dicatos homines scelestissimi Imperatoris effervesceret indignatio. — Turcarum egressio e portis Caspiis.

XX. Sed quæ tunc monstruosa portenta futurorum maiorum præsagia sint ostensa divinitus, ad compescendam grassantem impietatem, Theophanes, qui aderat, ita narrat: *Eodem anno a Kalendis Octobris factum*

PAGIUS II. *Ex IV. Patriarchis Orientis tres Sacris Imaginibus.* — Ad num. XIX. Narrat Baronius ex Theophane, ad annum Constantini Imp. XXIII. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inceptum, *Theodorum* Antiochiæ, *Theodorum* alterum Hierosolymorum, & *Cosmam* Alexandriæ Patriarchas *cum suffraganeis Episcopis die Sancta Pentecostes* anathemati subjecisse Epiphaniæ Episcopum, qui quod sacra vasa distraxisset, & pretium eorum restituendi impotens esset, in Constantini Imp. sententiam adversus sacras Imagines transiisset. Sed peracta hæc anno sequenti; cum Theophanes annum a Kalendis Septemb. non vero a Kalend. Januarii, ut putavit Baronius, exordiatur. Sed incertum, an hoc vel sequenti anno contigerit quod refert Baronius ex Theophane ad annum Constantini Imp. XXIII. *Hoc eodem anno Turci Caspiis portis egressi plurimis per Armeniam occisis captivorum collegerunt turmas, & domos repetiverunt.*

III. Ad num. XX. Theophanes ad annum XXIII. Constantini Imp. scribit: *Eodem pariter anno,* men-

Digitized by Google

Prodigiosa glacies. *ctum est gelu magnum, & amarissimum, non solum in terra nostra, verum etiam in Oriente, & multo magis in Septentrionali parte, ut pelagus Ponti usque ad centum milliaria præ glaciei rigore in lapidis duritiem fuerit versum, habens cubitos in superficie ad profundum triginta; cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium, & Euphæ fluvium, Danasti quoque, & Danapri, atque Necropela, necnon & per reliquas ripas usque ad Mesembriam, & Mœsiam similiter patientibus. Cumque hujusmodi gelu nive fuisset coopertum, super alios viginti cubitos crevit; ita ut mare aridæ conformaretur, & pedibus calcaretur in superficie glaciei a Cazaria, & Bulgaria, quin & adjacentibus insulis, tam ab hominibus, quam ab agrestibus, & mansuefactis animalibus. Februarii vero mense ipsius secundæ Indictionis hujuscemodi gelu per jussionem Dei in multas, ac diversas in speciem montis factas concisiones in Danupsiam, & Hieron descendit, taliter per angustum pelagus pervenerunt ad urbem, & usque ad Propontidem, & Abydum, & insulas omnes, maritimos thoros, & ripas implentes, quarum videlicet concisionum inspectores, & nos ipsi extitimus, descendentes super unam earum cum quibusdam triginta coætaneis nostris, &c.*

Ingentem hæc secutam esse siccitatem, ita ut fontes arescerent, idem tradit, signaque de cœlo visa, adeo ut, ultimam imminere diem, homines existimarent.

Sed solus Imperator ex tot prodigiis non solum nullam est consecutus utilitatem, sed in deterius prolapsus, quem gestabat in animo Nestorianismum, propalare studens, illum primo Constantini Patriarchæ in aures ingessit, sed ab eo repulsus quievit a proposito hæresis divulgandæ, ratus nimirum, frustra in alios laboraturum, si ipsum, de quo adeo bene meruerat, Constantinum adeo aversum invenit. Sed audi Theophanem: *Imperator accersito Patriarcha, dicit ei: Modo quid vos læderet, si dixerimus Θεοτόκον Χριστοτόκον? At ille hunc complexus ait: Miserere domine, ne ad contagionem tuam veniat sermo iste. Nonne vides qualiter divulgetur, & anathematizetur Nestorius in tota Ecclesia? Qui respondens, ait: Ego discere volens, interrogavi: verum usque ad te sermo.* Ita versipellis cum videret non recipi quod proposuit, ignorantiam simulavit. XXI. Constant. Copronymos Nestorianus.

Vides in Constantino (quod itidem superius dictum est) quod vidisti in Leone ejus parente, negatorem & ipsum fuisse Christi divinitatis, ut intelligas per quos diabolus hæresim adversus imagines in medium protulit: adeo ut tantum ostenderet unde originem duxerit, & per quos primum fuerit promulgata, hoc sit eam plenissime confutasse. Quos Patriarchas habeant Novatores.

Quod

PAGIUS

Sævit hyems in Oriente & in Occidente. *mense Octobris exordio frigus ingens & asperrimum non in hac modo Regione, sed & per Orientem, Septentrionem, & Occidentis plagam incubuit; adeo ut in Borealibus Ponti maritimis mare ad centum millia in longum, in profundum vero cubitus triginti præ frigore in lapidis duritiem concreverit, &c. Indictionis autem secunda mense Februario glacies hujusmodi Dei jussu in multa ac varia frusta montium speciem praferentia disrupta est &c. Ejusdem quoque anni mense Martio stella quasi e cælo decidere visæ sunt; adeo ut cuncti portentorum hujusmodi spectatores effecti sæculi præsentis consummationem advenisse conjectarent. Siccitas subinde & ventorum ariditas talis incubuit, ut fontes ipsi aruerint.* Horrendam illam hyemem pluribus describit Nicephorus in Breviario pag. 43. ejusque meminere varii Annalistæ Francorum, ex quibus aliqui eam hoc anno, aliqui anno insequenti collocant, quia illi ad hyemis principium, isti ad tempus quo magis sævit, respiciunt.

IV. Annus IV. belli Aquitanici. Hoc anno Pippinus Francorum Rex quartam adversus *Vvaifarium* Aquitaniæ Ducem expeditionem suscepit. De ea hæc habet Annalista Metensis: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLXIII. Pippinus Rex habuit Placitum generale Francorum in Nivernis. Inde ob infidelitatem Vvaifarii perfidi Ducis quartum iter in Aquitaniam direxit. In eodem quoque Placito Tassilonem Ducem Bajoariorum habuit. Qui postpositis sacramentis, & jurejurando, quod quondam Regi Pippino avunculo suo promiserat, sine licentia ejus ad usque Bajoariam fugit, & nunquam amplius faciem Regis Pippini videre meruit. Porro Rex Pippinus iter agens per Aquitaniam, usque Cadurcum pervenit, minusque obnoxam perfidi siquidem Vvaifarii, totam illam Regionem vastavit, & victor in Franciam reversus est. Facta est autem eodem anno hyems valida. Celebravit quoque Rex Pippinus Natalem Domini in villa quæ dicitur Longlare, & Pascha similiter.* Idem habent varii alii Francorum Annalistæ. Erat Longlare vel Longolarium villa Regia in sylva Arduenna & Diœcesi Leodicensi. Conventus Nivernensis hoc anno habiti meminere etiam Eginhardus, & varii Annalistæ.

Monasterium *Laureshamense* conditum fuit hoc anno ultra Rhenum in Episcopatu Wormaciensi a *Vvillisvvinda* & *Cancore* Comite ejus filio, ejusque primus Abbas *Chrodegangus* Episcopus Metensis renunciatus, ut liquet ex Diplomata ejus fundationis a Marquardo Frehero publicato, datoque *anno duodecimo Domno nostro Pippino Rege sub die IIII. Idus Julii*, ut ejus initio legitur. In vulgato quidem Chronico Laureshamensi apud Freherum & Duchesnium legitur, *anno Dominica Incarnationis DCCLXIIII. Pippini vero Regis Francorum anno XII.* At loco *anno DCCLXIIII.* reponendum *anno DCCLXIII.* ut annus XII. Pippini cum mense Julio copulatus evidenter demonstrat. In hoc virorum Monasterium Chrodegangum Corpus *S. Nazarii* transtulisse anno sequenti visuri sumus. Vocatur illud vulgo *Lauresum*. V. Fundatur Monasterium Laureshamense.

Haribertus Murbachiensis Abbas & *Dodo* Comes Romam directi sunt a *Pippino* Rege, ut *Paulum Papam*, qui sibi a Langobardis timebat, certiorem redderent de firmo proposito ma- VI. Pippini erga Paulum studium.

Quod impossibile fuerit, ut Spiritus sanctus ipsos afflaverit, qui Christi essent divinitatis negatores. Disce pariter quos sint aemulati nostri temporis Novatores in sacras imagines hostes, & in monachos infestissimi, nempe Constantinum Copronymum faecem omnium scelestissimorum Imperatorum: & tu prudens disce discipulos a magistro.

Chri-

PAGIUS magnaque constantia, quam Pippinus in causis Apostolicis perficiendis gerebat, pauloque post reversi sunt in Franciam cum Legatis Pontificiis, Joanne Subdiacono & Abbate, ac Petro primo Defensore, gratulatoriisque literis ad *Pippinum* pro syncero atque constanti erga Sedem Apostolicam studio, ut videre est in Codice Carolino Epist. XVIII. a Paulo Papa data: *Ferebatur*, inquit Paulus, *& hoc in eisdem vestris apicibus, quia id, quod & praesentes de parte vestra velle habuistis, nos debere cognosci, scriptis nequaquam propalare voluistis, sed informatis de singulis causarum meritis praefatis vestris Missis, quae nostris deberent innotescere auribus, & ita, juxta ut a vobis praecepta sunt, egerunt, quod quidem nos de singulis, quae nobis affati sunt, liquidius eos informavimus, qualiter nostram vitam a Deo institutam Regalis Vestra potentia enarrare debeant. Sed & praesentes nostros Missos, idest, Joannem subdiaconum & Abbatem, atque Petrum primum Defensorem cum eis pariter ad Vestra Regalia direximus fastigia*, &c. Meminit harum Literarum Baronius anno DCCLXVII, numer. II. Epist. XXIII.

JESU CHRISTI ANNUS 764.	PAULI PAP. ANNUS 8.	CONTSANT. COPRON. IMP. ANNUS 24.

I. CHristi Redemptoris sequitur annus septingentesimus sexagesimusquartus, Indictione secunda notatus, quo cum jam fama increbuisset in Galliis, per sanctissimum Pontificem Paulum plurima Sanctorum corpora esse e cœmeteriis in Urbem translata, eorum cupidi Franci Sanctorum cultus studiosissimi, mittunt Legatum Romam ad eum Pontificem, rogantes, ut aliqua ex Sanctorum corporibus recens inventis darentur in Gallias transferenda. Functum tradunt hac legatione (a) Crodogandum religiosissimum virum Metensem Episcopum, atque

De sacris SS. Martyrum reliquiis in Gallias translatis.
(a) Sigeb. in Chron. hoc anno.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCII. Anno Hegiræ CXLVII. inchoato die 9. Mart. fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6257.

☉ 27. A G. ☽ 5. P. 25. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 764.

PAULI PAPÆ 8.

CONSTANTINI COPRONYMI 45. & 24.

LEONIS IV. 24.

A. C. 764. I. *Translatio SS. Naboris, Nazarii & Gorgonii Martyrum.*

AD num. I. Reliquiarum SS. *Gorgonii*, *Naboris & Nazarii* Translationem, seu Roma in Galliam adductionem perperam illigavit Sigebertus in Chronico cum præsenti anno; Monachus enim Anonymus Gorziensis, qui medio Sæculo X. Historiam Translationis Sancti Gorgonii in Monasterium Gorziense a Mabillonio Sæc. III. Benedictin. part. II. recitatam descripsit, postquam retulit, Chrodegangum Episcopum Metensem illud Monasterium condidisse, ait: *Romanum adiit Apostolicum Paulum nomine, poscens sibi dari pignora aliqua Sanctorum, quæ has insignirent partes Regionis. Qui concitus volente Deo ejus annuens precibus, tradidit ei tria corpora Sanctorum Martyrum, Gorgonii, Naboris, & Nazarii. Sanctum Naborem Martyrem Hilariaco delegavit Monasterio, Sanctum autem Nazarium cuidam religiosæ feminæ tradidit, quæ in prædio suo ultra Rhenum, quod dicitur Lorsan, collocavit, eo quod idem prædium suum una cum filio suo Sancto Stephano tradidisset; Beatum vero Gorgonium penes se statuit in loco, qui dicitur Gorzia, anno ab Incarnatione Domini DCCLXV.* Verum loco horum verborum, *quod dicitur, Lorsan*, legendum, *quod dicitur Laureshan*, ut liquet ex Rabano Mauro in suo Martyrologio ad diem XII. mensis Junii, qui istius Translationis mentionem facit, eamque in annum sequentem confert, sicuti Notkerus in suo Martyrologio, Marianus Scotus, Monachus Laureshamensis in Chronico Hildenshumensi, Lambertus Schafnaburgensis, & tam Annalista Petavianus quam Fuldensis. Quia vero *Chrodegangus* hoc anno Romam ad illas Reliquias a Pontifice Romano petendas se contulit, & insequenti eas transtulit, ut insinuat Monachus Gorziensis citatus, hinc factum, ut aliqui, hoc anno de ea Translatione egerint. Facta ea die incerto, licet in Martyrologiis Isuardi & quibusdam aliis inscribatur ad diem XII. mensis Junii, quæ cum nec anno currenti, nec sequenti in Dominicam incidat, evidens est eam alio die peractam fuisse.

II. Monasterium *Gorziense*, quod plurium Sanctorum seminarium fuit, inter bella sæculo XV. gesta subversum, tandemque in Collegium duodecim Canonicorum redactum. Ibi etiamnum Reliquiæ Sancti *Gorgonii* coluntur. Monasterium Laureshamense hodie promiscue Laureshamense & Cœnobium Sancti *Nazarii* appellatur. Denique Cœnobium, quod a se conditum Sanctus Fridolinus Abbas *Hilariacum* in memoriam Sancti Hilarii Pictaviensis Episcopi nuncupavit, & a se reparatum S. Sigibaldus Metensis Episcopus *Novæ Cellæ* appellatione donavit, post translatas illuc Sancti *Naboris* Reliquias, hujus Martyris tanquam novi Patroni nomen ferre cœpit, quod etiamnum gerit.

Illæ Reliquiæ inter tria Monasteria divisæ.

III. Annalista Metensis hoc anno scribit: *Pippinus gloriosus Rex Conventum Francorum habuit in Civitate, quæ vocatur Vvormacia. Eodem anno inter fines Regni sui ea, quæ pacis sunt disponens, simul & de causis, quæ erant inter illum & Vvaifarium* (Aquitaniæ Ducem) *atque Tassilonem* (Bavariæ Ducem) *pertractans, in nullam partem exercitum duxit; & celebravit Natalem Domini in Carisiaco & Pascha similiter.* Idem habent Annalistæ Loiselianus, Laureshamensis, & Bertinianus cum Reginone. Quid actum sit in Conventu illo generali Francorum, ignotum, nisi quod Pippinus *dedit Comitatus dilectis filiis suis* ut produnt Annales Petaviani & Masciacenses, in quibus tamen hic Conventus in annum superiorem perperam retrahitur.

Pippinus Conventum generalem VVormaciæ indixit.

IV. *Pippinus*, ut suum erga Sedem Apostolicam & *Paulum* Pontificem studium in dies magis ac magis testaretur, *Anthymum* Spatarium & *Synesium* Eunuchum *Constantini Imp.* Oratores, nec videre, nec audire voluit, nisi præsentibus Legatis Apostolicis; disputationibus interfuit, quas utrique inierunt inter se de observatione fidei Orthodoxæ & pia Patrum traditione; postea cum *Anthymo*, qui Constantinopolim redibat, suos quoque misit Oratores, per quos Imperatorem cunctis de rebus certiorem fecit; Romam vero direxit *Plavinum* Capellanum una cum Legatis Apostolicis *Joanne* Subdiacono & Abbate atque *Pamphilo* Defensore Regionario, per quos deferri curavit ad Papam non literas modo, quæ gesti negotii seriem omnem complectebantur; sed & exemplar ipsarummet, quas acceperat a Constantino, vel eidem Imperatori rescripserat. *Paulus* amplissimas gratias egit, misso protinus Legato cum literis, quæ fidem rerum supra memoratarum faciunt, atque insuper explicant, quid Pontifex in causa Tassilonis egerit. *Tassilo* Dux Bavariæ postquam a Pippino recessit, *Paulum* Pontificem sæpius rogavit, ut pacis inter eum & Pippinum componendæ causa Legatos in Franciam mitteret. Annuit Paulus, Philippum Presbyterum & Ursum cum literis ad Pippinum direxit mense Majo, sed illi cum Ticinum venissent a *Desiderio* Langobardorum Rege, qui filiam suam in matrimonium *Tassiloni*, vel jam collocaverat, vel brevi se collocaturum sperabat, prohibiti sunt ulterius progredi. Quo comperto Pontifex eosdem

Legati Pontificii & Imperiales coram Pippino de fide disputant.

que accepisse ab eo corpora sanctorum Martyrum Gorgonii, Naboris, & Nazarii. Verum potius dixerimus ex eis partem, quam ipsa integra accepisse corpora: siquidem ut taceamus de cæteris; ipsius Gorgonii corpus usque hodie reconditum habetur in basilica Vaticana in Confessione sancti Gregorii Papæ. Porro qui hæc de translatione tradunt, habent, repositum Gorgonium in Gorzia, Naborem in Ilyriaco, & Nazarium in cœnobio Lorisham. Verum Naboris, & Nazarii sacras reliquias pluribus in locis jam diu ante fuisse divisas atque honorifice collocatas alibi diximus in Notis. Quo igitur tempore Sanctorum cultus perfidia Imperatoria in Oriente tantopere labefactatur, in Occidente, & apud

PAGIUS dem literas ad *Pippinum* transmisit per alium Legatum, quem jam insinuavimus ab eo directum in Franciam. Statim ac prædicti Joannes & Pamphilus reversi fuerunt. Perierunt hæ literæ, & *Tassilo* non legitur in gratiam cum Pippino rediisse. Sed Ep. XX. Codicis Caroli Pippino Regi data rerum superius enunciatarum confirmationem continet. Ex ea præcipua excerpo.

V. *Pippinus Paulo PP. significavit gesta in Francia & a se ad Imperatorem scripta.* *Remeantibus ad nos Missis nostris, quos ad vestram præclaram Excellentiam directos habuimus, Joanne videlicet Sublacense & Abbate, atque Pamphilo Defensore Regionario spiritalis Matris vestræ, Sanctæ nostræ Ecclesiæ una cum vestro Misso Flavino Capellano, attulerunt nobis honorabiles & nimis desiderabiles Christianitatis tuæ literas, &c. Porro innotuit Benignitas vestra, qualiter nostri ac Imperatoris Missi a vobis suscepti sunt, & quemadmodum illis, de singulis, quæ præclaro culmini vestro affati sunt, respondere studuistis, eos, pro amore Fautoris vestri Beati Petri, nequaquam suscipi, aut illis respondere acquiescentes absque nostrorum Missorum præsentia. Sed & ipsi nostri Legati ea ipsa nobis retulerunt, &c. Itaque & literas, quas vobis simulationis & illusionis causa Missi Imperiales attulerunt, nobisque a vobis directa suscipientes, earum agnovimus seriem, &c. Sed & ea quæ præfati nostri Missi cum Imperialibus Missis de observatione fidei Orthodoxæ, & pia Patrum traditione in vestri præsentia disputantes altercati sunt, nobis liquidius per eadem vestra scripta innotuistis, simulque & exemplar literarum, quas præfato Imperatori direxistis, responsionis quippe modum & solutionem petitionum, de his, quæ a vobis intimata sunt, nobis dirigere a Deo illustrata Excellentia vestra annuit; verum etiam & quemadmodum eisdem Imperialibus Missis responsum dedistis, & unum ex eis Anthymum Spatarium, cum vestris Missis Regiam direxistis Urbem, & alium videlicet Synesium Eunuchum apud vos detinuistis, simili modo nobis minutius intimastis, &c. Interea & hoc innotescimus Christianitati vestræ quod jam sæpius petisse dignoscitur Tassilo Bavariorum Dux, ut nostros Missos ad vestram præcipuam Excellentiam dirigi innuissemus, ut ea inter vos pervenirent, quæ pacis sunt. Unde nos data occasione libentissime nostros Missos, idest, Philippum dilectum filium nostrum Presbyterum, atque Ursum nostrum etiam fidelem ad vestri præsentiam visi sumus direxisse, transacto Maio mense, ut videlicet modo, ut qualiter vestra fuisset voluntas, ita peragere debuissetis. Et properantibus ipsis nostris Missis usque Ticinum adversa suspicione arreptus Desiderius Langobardorum Rex, minime eos permisit ad vestram a Deo conservatam Excellentiam pertransire, tamen & easdem literas, quas vobis dirigebamus infra has nostra scripta Christianitati vestræ transmisimus.*

VI. *Itaque & hoc a Deo protectæ Christianitati vestræ astum duximus intimandum, quod relectis Imperialibus literis vobisque delatis per præfatum Anthymum Spatarium & Synesium Eunuchum, quas nobis ob earum seriem intuendam, pro amore Beati Petri Fautoris vestri, dirigere dignati estis, reperimus in eis adnexum, quod vestri ac nostri homines, qui ipsas Imperiales syllabas, quæ vobis nobisque directa sunt, vel diriguntur, interpretantur non juxta ut ibidem exaratum est, sed aliud pro alio falso interpretari audent, & Missi qui inter partes properant, non sicut illis injungitur, sed acceptilationis præmio corrupti, alia pro aliis deferunt, &c.* *Legati Imperiales falso queruntur Imperatoris literas male fuisse interpretatas.* *Dum & vos satisfacti estis de vestris hominibus, simili modo & nos de nostris, quod nullo modo hoc agere penitus præsumant, &c. Sed in hoc vehementer idem Imperator irascitur, & occasionis versutias adhibet pro eo, quod nequaquam siluimus ei prædicandum ob constitutionem Sanctarum Imaginum & fidei Orthodoxæ integritatem. Nam illud in ipsis suis apicibus asserunt, quod dilectus filius noster Christophorus Primicerius & Consiliarius sine nostra auctoritate, nobis quasi ignorantibus, suggestiones illas, quas sæpius ei direximus fecisset; & alias pro aliis ejus ac vestris Missis relegisset, & in hoc testem & Judicem proferimus Deum quod ita nequaquam est. Nihil enim ipse noster Consiliarius extra nostram voluntatem aliquando egit, vel agere præsumpsit, quoniam nostri Prædecessoris ac Germani, Domni Stephani Papæ, simul & noster sincerus atque probatissimus fidelis extitit, & in omnibus exstitit, & satisfacti sumus de ejus immaculata fide de firma cordis constantia, & ob hoc credimus illud, quod nobis falso profertur non improperium, sed bravii corona nobis a Deo computatur, &c. At vero Christianitas vestra suos jubeat inquirere Missos & in omnibus vos satisfaciatis, quoniam mendacium contra nos idem asseruit Imperator, eo quod eam direximus suggestionem, eis relegentes pariter cum ipsis quas direximus & confirmavimus, tamen & ejus exemplar a nobis vobis directum apud vos habere videmini.* Harum literarum argumentum tantum viderat Baronius, ut ipsemet indicat anno DCCLXVII. num. II. Ep. XXII.

VII. *Translatio SS. Alexandri, Hippolyti, & Viti.* In libello *de Constructione Novæ Corbeiæ*, seu *de Translatione Sancti Viti Martyris in Saxoniam*, scripto ab Anonymo Corbeiæ Novæ Monacho, qui Translationi interfuit, & recitato a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. I. legitur corpora Sanctorum Martyrum *Alexandri*, *Hippolyti* & *Viti*, Roma in Galliam translata esse, Pippino tum Rege, & Fulrado tum Abbate San-Dionysiano; sed cum annus, quo hæc Translatio facta, in eo non notetur, de ea hic agemus, ut Translatio *Sancti Viti*, ad Monasterium Novæ Corbeiæ, quæ contigit an. DCCCXXXVI. melius intelligatur. Ait itaque Anonymus, *Fulradum* assumtis devotis quibusdam Viris, *Pippino Rege* consentiente, se se Romam contulisse, ut inde aliqua Sanctorum corpora in suum Monasterium transferre posset. Rediit Roma *Fulradus* cum Reliquiis Sanctorum Martyrum *Alexandri* & *Hippolyti*, & Vir quidam laicus ejusdem Abbatis consanguineus cum

apud Italos, & Francos (ut vides) & apud Hispanos etiam magis magisque floruit, ut quæ dicta sunt de reliquiis S. Vincentii Martyris, satis ostendunt.

PAGIUS cum corpusculo Beatissimi pueri ac Martyris *Viti*, cui Ecclesiam in suo prædio in Diœcesi Parisiensi sito ædificavit. *Mansit autem in eodem loco corpus Beatissimi Martyris usque ad annum XXIII. Piissimi Imperatoris Ludovici, & DCCCXXXVI. Incarnationis Dominicæ*, inquit Anonymus. Cum in Martyrologio Romano recenseantur *Alexandri* supra XXX. & *Hippolyti* V. dicam tantum Anonymum vocare *Sanctum Vitum* puerum & Martyrem Lucanum, qui *sub Valeriani & Diocletiani temporibus* passus sit. Sed loco *Valeriani*, legendum, *Maximiani*, qui Diocletiani Collega in Imperio fuit. De posteriori Translatione S. Viti, vide quæ anno DCCCXXXVI. dicemus.

JESU CHRISTI ANNUS 765.	PAULI PAP. ANNUS 9.	CONSTANT. COPRON. IMP. ANNUS 25.

I. S. Steph. jussu Imp. revocatur Constantinopolim.

SEptingentesimus sexagesimus quintus Redemptoris annus vertitur, indictione tertia inchoata, quo Imperator Constantinus odio exæstuans in Monachos Orthodoxos ob cultum sanctarum imaginum, revocat ab exilio sanctum Stephanum Confessorem ex insula Proconneso, ultimum de eo sumpturus supplicium. Quod ad tempus spectat, errare videtur Theophanes, dum habet hoc anno abstractum ipsum a monasterio Auxentiani montis, & Constantinopolim ductum ad martyrium consummandum. Cæterum ejus martyrii acta habent, hoc anno, post biennium scilicet ab exilio esse Stephanum revocatum Constantinopolim, martyrium vero post annum ab eodem consummatum. Qua autem occasione idem Imperator, eum revocandum, putarit, ex iisdem Actis quam sincerissime scriptis accipies: Accidit enim, ut cum ingentia in dies ab eo miracula edita noscerentur, quod ab illis mirum in modum ejusdem Imperatoris redargueretur impietas, ipsum e medio tollendi pessimus homo pessimum consilium iniit. Deus enim per eum divinitus ostensis signis rudi populo, qui nesciret litteris concertare, satis aperte significavit, penes quos vere esset Fides Catholica. Quid enim aliud vera miracula, quam vox Dei cælitus clamans, ac comprobans ex eis Fidem, cum ejusmodi gratia negata sit semper hæreticis, ut vera miracula possent edere?

II. At quænam fuerint tanta ista a Stephano signa edita, quorum fama pervenerit Constantinopolim, atque adeo ipsum exagitaverint Imperatorem, jam audi: atque primum de ejus vitæ instituto toto isto biennio in columna transacto: *Perinde autem* (inquit auctor) *ac si magnos consecratæ vitæ labores tum primum iniisset, ita seipsum asperrimis quibusque certaminibus debebat, unus secus videlicet ac si certamen ipse secum instituisset, atque id contenderet, ut una cum ætate labores quoque novis incrementis cumularet. Quam ob causam divina quoque miraculorum gratia ipsi insedit, atque admirabilium operum admirabilis effector extitit. Cæcus enim quidam juxta illum Evangelicum a nativitate cæcum, ad eum adiens, supplicesque easdem voces una cum pari fide, mittens, lucem, quam, nemo non expetit, obnixe sibi dari rogabat. Ipse autem, ut qui modeste atque humiliter de se sentiret primum detrectabat. Cum vero ille supplex, instaret: Si fidem (ad eum inquit) in Deum habes, si imaginis ipsius cultor es: lucem, ac rerum, ab eo admirabili modo conditarum, pulchritudinem intuere. Vix hæc dixerat, cum ille apertis oculis ac purgata ea quæ in ipsis offusa erat cæcitate, lætus ac lucem cernens ambulabat: testisque omni exceptione major miraculi, a Stephano editi. Atque hoc primum, & maximum in ea insula beati viri miraculum extitit.*

Virtute sacrarum imaginum Stephanus multa miracula edit.

Cæcus curatur.

Alterum autem atque eo posterius (quamquam haud scio, an potentia inferius censeri debeat) hujusmodi fuit, Femina quædam haud obscuro loco nata quæ Cyzici degebat, filius erat novennis a malo dæmone divexatus. Quo secum assumpto mater in insulam profecta est. Ut autem ipse ad- III.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCIII. Anno Hegiræ CXLVIII. inchoato die 27. Febr. fer. 4. A.C. 765.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6258.

☉ 18. F. ☽ 6. P. 14. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 765.

PAULI PAPÆ 9.

CONSTANTINI COPRONYMI 46. & 25.

LEONIS IV. 15.

I. *S. Stephanus Junior ob Sacras Imagines relegatur.*

AD num. I. & seqq. Theophanes anno Constantini Imp. XXV. Kalend. currentis Christi anni inchoato, narrat Martyrium Sancti Stephani Junioris, quod contigisse ait mensis Novembris die vigesimo. Verum cum in hujus Sancti Martyris Vita a Metaphraste scripta, & in ea quam Stephanus Diaconus Constantinop. ex qua suam ipse Metaphrastes collegit, legatur illum obiisse *quinquagesimo tertio* suæ ætatis anno, mense Novembri, die *vigesimo octavo*, constetque Sanctum Martyrem natum esse anno, quo S. Germanus Patriarcha Constantinopolitanus dictus est, post diem nempe XV. mensis Augusti, anni DCCXV. manifestum videtur Theophanem in anno sicuti in die Martyrii hallucinatum esse, & hoc Martyrium anno tantum DCCLXVII. quod recte Baronius contigisse. Lumpinus enim Vir Cl. in Præfatione ad Tom. I. Analect. Græc. qui primus Vitam a Stephano compositam publicavit, ait se usum esse quatuor MSS. uno Bibliothecæ Regiæ, & tribus Bibliothecæ Colbertinæ, omnibus antiquis & optimæ notæ. Observat quidem in MS. Regio haberi, τῷ πεντηκοστῷ χρόνῳ idest, *quinquagesimo suæ ætatis anno* & in eo deesse vocem τρίτῳ idest, *tertio*; sed qui in lectione MSS. versati sunt, norunt quæ fuerit alias Librariorum audacia aut oscitantia. Existimavit enim aliquis sciolus locum illum corruptum esse; cum juxta Theophanem Sanctus Stephanus Martyrium hoc Christi anno fecerit. Sed cum Stephanus Diaconus in hac Vita describenda accuratus sit, eamque in lucem emiserit XLII. post S. Stephani obitum an-

Digitized by Google

admirandi viri cubiculum vel solum perspexit, tumultuari, & æstuare, ac nunc sublimis in altum ferri, nunc rursum in terram allidi cœpit, inconditas quasdam voces in sanctum virum emittens, dæmone nimirum, dum movebatur, ipsum movente vimque ei, dum vim ipsemet pateretur, afferente. At mater cujus viscera non minus, quam illius, distorquebantur (quid enim aliud cum mater esset?) tum lachrymas internæ flammæ indices profundebat, tum voces quibus misericordiam moveret, emittebat: Misereſcat te mei (inquiens) miserescat te ejus, qui longe graviori mœroris dæmone conflictatur. Unigenitus enim mihi hic est, atque hoc uno spes omnis mea nitebatur. Hæc & alia, quæ dolor vehemens ingerebat, adiiciens, commovet sanctum virum ad commiserationem. De quo idem auctor ista subiicit:

Arreptitius curatur.

IV. *Hujus igitur luctibus commotus Stephanus, uni discipulorum imperat, ut crucis signum universo pueri corpori adhibeat. Ipse autem intra se collectus atque animæ oculum attollens, eum, qui celerrime salutem afferre poterat, invocabat. Atque ipse quidem lachrymis perfusus precabatur: ille autem humi magno cum impetu dejectus, amissa voce jacebat. Ipse surgere eum, atque ad se venire jubebat. Ille jussis obsequebatur. Demum eum, adorata Christi imagine, matri suæ sanum, atque incolumem tradit.* Subiicit & aliud miraculum de muliere, quæ Heraclea Thraciæ venerat, ad sanctum virum, ut a fluxu sanguinis curaretur, & alia de aliis ejus preci-

Alia ab eo edita miracula.

bus e maris tempestate liberatis. Post hæc de ejus matre, atque sorore hoc ipso secundo exilii anno ex eadem insula ad cælum vocatis: atque ad postremum de milite ab infirmitate incurabili, hoc eodem anno, reddito sanitati. At vero quomodo hujus miraculi occasione ex eo loco dimoveri, & Constantinopolim mitti ab eodem Imperatore jubetur, idem Auctor sic narrat:

V. *Eodem tempore miles quidam, nomine Stephanus genere Armenius, ab Europæ partibus profectus, qui dimidia sui parte contabuerat, totusque præ morbo humi vergebat cum magna illa miracula, quæ a magno hoc viro designabantur, intellexisset: ad eum perrexit, atque ad ejus pedes accidens, ea postulare cœpit, quæ & ipse accipere summopere optabat, & ille facile præbere poterat: At ille qui fide erga Dominum, ac benevolentia præditus erat, miraculum ad ipsum transfert. Cumque ei qui ægrotabat, ut & ipsius, & Matris imaginem adoraret, imperasset, atque ille id faceret: sanum eum prorsus, ac valentem reddidit. Ut igitur ad commilitones suos se recepit, quærebatur ex eo quanam ratione convaluisset: ille autem eam minime reticebat, inquiens: Monachus quidam (dicebat) Stephanus nomine qui apud Proconnesum in angustissima quadam ædicula degit, duas me imagines adorare jussit, unam quæ Christi alteram quæ Deiparæ, dicebatur: ac protinus convalui, corpusque omnino erexi.*

Miles gibbus curatur.

At impii illi, ac consceleratí, manus non sine magno terrore complaudentes:

PAGIUS anno, ut ipsemet testatur, anno sc. Christi DCCCVIII. aut circiter, major ei hac in re fides, quam Theophani adhibenda videtur. Quia vero hunc Theophanis errorem vidit Baronius, perperam ad hunc annum retulit num. XII. quæ Theophanes anno Constantini Imp. XXV. scribit, Constantinum sc. jusjurandum ab omnibus Imperio subditis exegisse, ne *quisquam Imagini Venerationem exhiberet*. Nam tam Theophanes quam Nicephorus in Breviario produnt, Imperatorem post Stephani mortem subiectos sibi omnes hoc jurejurando adstringere voluisse. Nicephorus autem, sicuti Theophanes hoc Martyrium cum Indictione quarta, cum hoc sc. anno, copulat. Utriusque errorem inde procedere existimo, quod exilium Stephano irrogatum fuisse crediderint post prius bellum Bulgaricum ex utriusque Auctoris calculo anno DCCLX. gestum; cum tamen nonnisi post secundum bellum Bulgaricum juxta Stephanum Diaconum Sanctus Stephanus Martyr hac pœna affectus fuerit.

II. Paulus Papa certior factus quod sex Patricii cum trecentis navibus Constantinopoli solvissent, auctique Classe Sicula Romam properasse, deinde in Franciam irrumpere decrevissent, literas ipsas, quas ea de re ab amicis acceperat, *Pippino* transmisit per Conibertum hominem Francum, qui Romæ tunc erat. Præterea tres saltem in Italia Oratores mitti rogavit, qui *Desiderium* Langobardorum Regem apud Ticinum convenirent, atque inde Romam duo proficiscerentur Ticino, tertius in Franciam rediret Pippino responsum Desiderii laturus; hic enim nihil eorum restituerat, quæ coram Francicis Legatis toties promiserat se redditurum; imo literas scripserat nimis refertas, quas Paulus æque Pippino deferendas curavit: *Agnoscat Eximietas Vestra*, inquit Paulus, in Epist. XXIV. Cod. Carol. ad Pippinum data, *intimasse nobis quosdam sincerissimos fideles spiritalis Matris vestræ, Sanctæ nostræ Ecclesiæ, quod sex Patricii deferentes secum trecenta navigia, simulque & Siciliensium stolum in hanc Romanam Urbem absolati a Regia Urbe ad nos properant. Quid ii velint agere, aut pro qua dirigantur causa rei veritatem ignoramus. Hoc tantum nobis nunciatum est, quod ad nos progredi, & ad Vestram summe laudabilem Præcellentiam in Franciam ingredi sunt dispositi, easdemque nobis destinatas literas infra hæc nostra scripta Vestræ Excellentiæ direximus intuendas. Itaque & hoc conservanda Eximietati vestræ innotescimus, quod quemadmodum in præsentia Missorum vestrorum constitit cum Desiderio Langobardorum Rege, ut nostras Romanorum justitias ex omnibus Langobardorum Civitatibus plenius primitus acciperemus, & ita postmodum ad*

Paulus PP. Pippino significat Græcos mittere Classem in Italiam.

Miles ejurans cultum SS. Imaginum divinitus punitur.

Væ tibi (inquiunt) qui in idololatriam proruisti: confestim itaque eum apud summum Thraciæ Præfectum deferunt. Qui cum de eo quæstionem habuisset, nulla interposita mora, eum ad Imperatorem misit. Is vero cum accuratius eum examinasset, atque recuperatæ valetudinis modum intellexisset, pro ea, qua laborabat stoliditate, non intellexit. Verum quod ipsi summo studio erat, percunctabatur eum, qui morbo liberatus fuerat, an in simulacrorum cultu perstaret. Qui cum ingenti pœnitudine se affici, atque hujusmodi simulacra execrari, dixisset: Tyrannus, ut ei impietatis mercedem reserret, Centurionem eum creavit. Ceterum vindex Dei justitia e vestigio ingratum illum persecuta est: nam cum statim ab aula reverteretur, atque in equum conscendere pararet, ille subito saltitans, in terram ipsum prostravit, atque contrivit; nec calcibus in eum insilire destitit, quoad ille ingratam animam evomuisset.

VI. Stephanus evocatus in carcerem detruditur.

Tyrannus igitur tamquam hinc arrepta ansa, sanctum virum quamprimum e Proconneso ad se adduci jubet; illud addens, quod ne exilio quidem mulctatus sibi temperasset, quin plebem idolis cultum adhibere doceret. Cum ergo illinc abductus esset; ut in Phiala per quam obscura ergastulo tum vinctis ferro manibus, tum pedibus ad lignum ferro astrictis includeretur, edixit. Interjectis autem quibusdam diebus, ad Heliacum, qui Pharus dicitur, duobus tantum primarii ordinis viris comitatus, sanctum virum præsto esse, jubet. Cum autem ad eum idem sanctus Stephanus ductus fuisset, a pio quodam viro nummum petit, eumque eucalla sua furtim imposuit.

Tyrannus itaque cum eum vidit, exclamare cœpit: O vim mihi illatam, o calamitatem, o arrogantiam! Videte a quonam Imperium meum contumelia afficiatur, a quonam ludibrio habeatur. Cum autem vir sanctus nihil omnino respondisset, verum humi defixus hæreret: Tyrannus eum iracunde prospiciens, ignemque (ut dici solet) spirans, atque ut ipsi in more positum erat, manum in orbem contorquens, altaque exclamans: Non mihi respondes (inquit) scelestum caput? At ille: Si me ita leviter condemnare in animo habes, Imperator, supplicio quam celerrime affice. Sin autem huc me idcirco adesse jussisti, ut me interrogares, ac vicissim audires: iracundiam lenitate tempera, atque æquo animo & interroga, & audi. Tum Imperator: Dic age, quibusnam potuerit decretis minime paruimus, ut apud te in hæreticorum numero censeamur? Quoniam (inquit ille) venerandarum imaginum pictarum multis ante temporibus a divinis Patribus traditam, scelerate ab Ecclesiis ejecistis. Tyrannus autem: Ne hos, inquit, imaginum picturas dicas (neque enim sunt) sed plane idolorum picturas: Quidnam porro idolis cum Sanctis commune est?

Constant. cum Stephano congressus.

VII. Stephani defensio pro imaginibus.

Hic vero sanctus vir ille: Non, inquit, cum imagines adoramus, materiæ cultum aut venerationem tribuimus: verum imaginum honor ad exemplar transit, quemadmodum a Basilio dictum est. Quid (inquit Tyrannus) æquamne est ea, quæ a Patribus ante prædicata sunt, quæque & multa & perobscura sunt, ac neque mente comprehendi, neque verbis aliis explicari possunt, per colores in sensum cadentes exprimere, atque in materia adorare, cum eorum essentia nemini, nisi quantum ad infinitatem (ut Gregorii verbo utor) attinet, explorata sit? Minime vero (ait sanctus vir) Ecquis enim morta-

PAGIUS

vicem ex omnibus nostris Civitatibus integras Langobardis fecerimus justitias, freti in hujuscemodi ejus pollicitatione, quam in præsentia prædictorum Missorum vestrorum exhibuit, nostros Missos direximus ad easdem recipiendas faciendasque justitias. Ipse vero varias exhibens occasionum versutias, nequaquam nobis permittit, ut constitit, plenarias de omnibus suis Civitatibus facere velut, quas exquirimus justitias, & ita demum suas in integro ex omnibus nostris Civitatibus recipere; sed singillatim tantummodo de una Civitate facere, & de alia recipere maluit, volens per hoc dilationem inferre, ne pars nostra Romanorum propriam consequatur justitiam.

III. Et Desiderium Regem Langob. sibi noluisse satisfacere.

Et vero nostri Missi nihil impetrantes ad nos sine effectu reversi sunt, & plures depredationes ex tunc, atque multa & inaudita mala, in nostris immittit finibus. Unde ecce suas confestim direxit literas, per quas confidens in sua ferocitate, Deum pro oculis non habens, nec Beatum Principem Apostolorum Petrum metuens, comminationes nobis direxit, & nimia detractionum verba portavit, quas & de præstanti ipsa hanc nostram enarrationis seriem vestro præfulgido & a Deo instituto Culmini direximus, &c. De omnibus vero subtili enarratione, præsenti Coniberto, vestro fidelissimo Vasso, injunximus cuncta liquidius vestræ Regali potentiæ suggerere. Sed & hoc obnixe postulamus benignam Excellentiam Vestram, ut Missos vestros aptos, quales vobis placuerint, ad nos dirigere debeatis, qui in nostro inveniuntur esse auxilio. Unus tamen ex eis usque Ticinum properare debeat, ut dum cum Desiderio Rege locutus fuerit, quidquid eis in responsis reddiderit, Vestræ Excellentiæ renunciet. Reliqui vero duo cum vestro disposito & ordinatione apud nos conjungere festinent, ut in nostro, ut dictum est, consistant auxilio.

Antequam in Pippini manus hæ venirent literæ, scripsit ei Desiderius nihil a Langubardis tentatum contra Romanum Pontificem. Quod ubi Paulus per Andream & Gunderieum a Pippino directos rescivit, eos cum Desiderii Legatis coram se vocavit in colloquium, totoque negotio palam facto quam primum in Fran-

IV. Significat etiam Desiderium Ditiones suas vastasse.

ciam

talium, qui quidem mentis compos sit, divinitatis naturam, quæ & materia caret, & omnem mentis captum fugit, coloribus & materia conflatis pingi posse, dixerit? Cujus enim forma ac mente quidem delineari potest: quonam tandem modo ipsa coloribus exprimi queat? At nos cum Christum in imagine pingimus, divinitatis naturam haudquaquam pingimus, verum Theandricam eam formam, quæ in nostra specie apparuit, quamque Apostolicæ manus contrectarunt; quemadmodum alicubi ait Theologus Joannes (a): Quod vidimus, & manus nostræ contrectaverunt.

(a) 1. Joan. 1.

VIII. Hic attende, Lector, non tantum pingi non debere divinam naturam, sed nec posse, quod incorporea cum sit, non cadit sub sensibus. Cæterum haud erroris arguenda sancta Ecclesia est, quod Patrem & Spiritum sanctum expertes corporis per imagines repræsentare coloribus consuevit: siquidem corporeas illas imagines ipsa per picturam repræsentat, quibus sanctis Patribus per visum innotuere. Quod enim ostensus est Danieli (b) Antiquus dierum sedens in throno: eamdem S. Ecclesia similitudinem reddit, dum Patrem ipsum per senis imaginem coloribus repræsentat. Sic de spiritu sancto, uti apparuit, sive per columbæ speciem, sive per ignem, sive per aquam, ita pariter pingi ab Ecclesia consuevit. Dicendum id ipsum de Angelicis spiritibus, qui licet invisibiles nobis sint, per visibiles tamen, quibus apparuere, formas, & sicut Moysi (c) præceptum est in Arca, aliisque in locis effigiari: ita & Catholica Ecclesia ex prototypo per colores eas imagines deducere consuevit. Ut plane omnes imagines, quæ per characteres stylo scriptæ esse in sacris litteris, reperiuntur, easdem penicillo coloribus reddere esse licitum, judicetur: id namque pure pieque semper sancta Ecclesia custodivit, quæ & ante adventum Christi, jussu Dei, incorporeos spiritus, & invisibiles per imagines (ut sæpe dictum est) repræsentavit. Sed redeamus ad Stephanum, serio graviterque admodum cum Constantino Imperatore causam agentem his verbis:

(b) Dan. 7.

Incorporea etiam pingi posse, & jussa a domino sculpi.

(c) Exod. 25.

IX. *Quod si mihi dictum illud Moysis (d) in medium protuleris: Non facies tibi similitudinem ullius rei, tam ex iis, quæ in cælo, quam ex iis, quæ in terra sunt: hunc tibi Mosem ostendo, duorum Cherubim effigiem auro efficientem. Quibus de rebus ad hunc quoque modum divinus Apostolus disserait (e): Et Cherubim obumbrantia Propitiatorium. Quin ipsum quoque Propitiatorium, & Tabernaculum testimonii, & sancta sanctorum, an non cælestium figuram exprimebant? quemadmodum idem Apostolus rursus ait: Umbra cælestium deservivimus. Quid igitur sceleris admittimus, cum Christi formam humanitus aspectam in imaginem pingimus, & adoramus? Quid autem? An cum Crucem, etiam, ex quacumque tandem materia confecta sit, adoramus, rei conditæ cultum adhibere videmur, adorationem materiæ tribuentes? Sed & templa sancta, & sacrosancta vasa a nobis adornata nullam nobis reprehensionis notam inurunt, siquidem ea per Christi invocationem in sancta mutari persuasum habemus.*

(d) Exod. 20.

(e) Hebr. 9.

Respondet ad tacitas objectiones Stephanus.

Quid? An tu quoque corporis & sanguinis Christi antitypa ab Ecclesia proscribes, ut quæ imaginem, & veram figuram † teneant? quæ & adoramus, & osculamur, & eorum perceptione sanctitatem consequimur. Vos igitur inter sanctum, ac profanum minime distinguentes, Christi imaginem non secus atque Apol-

† Figuram & imagine m sic appellat corpus, & sanguinem Christi, quod scilicet sub specieb. panis, & vini idem Christi corpus, & sanguis repræsentetur, quibus & continetur.

PAGIUS etiam remisit, cum alia Epistola, quæ XIV. est Cod. Carol. quave apud Pippinum de mendacio Desiderii graviter questus auxilium petiit, quia Langobardi Senogalliam ferro & igne vastarant, cæsis incolis abactaque præda, nec minori clade Castrum Valentis in Campaniam jam perculserant: *Quas præclara Excellentia Vestra misit literas*, ait Paulus, *afferentibus Andrea & Gunderico solertissimis Viris Christianitatis vestræ Missis, acceptantes suscepimus, &c. De eo vero quod innotuit Excellentia Vestra, vobis a Desiderio Langobardorum Rege esse insinuatum, nullam malitiam vel invasionem a Langobardis in nostris partibus fuisse illatas, omnino credat nobis benevola Excellentia vestra non veridice in hoc vobis direxit. Etenim benignissime fili & spiritalis noster Compater, Christianissime Rex, dum tanta ab eisdem Langobardis devastationes in nostris finibus ac Civitatibus facta fuissent, & a nobis ex hoc ammonitus fuisset, comminationes suas ad nos direxit literas, quas necessitate coacti infra nostras Apostolicas literas hoc præterito anno Vestra Excellentia direximus intuendas. Hostiliter quippe in Civitate nostra Synogaliensi pergentes ferro & igne, quæ extra eandem Civitatem consistebant, devastaverunt, & plurimam exinde auferentes prædam aliquantos ibidem interfecerunt homines. Similiter & in partes Campaniæ, idest, Castro nostro, quod vocatur Valentis hostiliter inruentes, talia sicut Pagana gentes egerunt, de quibus usque hactenus nequaquam justitiam ab eis recipere valuimus. Et ideo Excellentia Vestra direximus, ut vestrum annaissetis dirigere Missum, quatenus ejus præsentia inter partes justitia pervenissent, ut non ex hoc aliqua a nostra vel Langobardorum parte ad easdem perveniendum justitias perveniret. Unde pro vestra amplissima satisfactione ad probationem fecimus, in præsentia prædictorum vestrorum fidelium Missorum cum tantis iniquitatibus, & cognoverunt nostram veritatem, & eorum mendacium, & ob hoc non possumus tantas ab eis nobis illatas malitias tacere, sed necesse nobis Vestro Regali Culmini, utpote post Deum hujus Provinciæ Liberatori, cuncta manifestare, quo per vos omnis*

linis statuam, Deiparaque item non secus ac Dianæ idolum appellare, minime horruistis: quin ipsam quoque pedibus protrivistis, & exussistis. Ad hæc Imperator: O cæca mente perdite, inquit, ac supra omnes immemorandos oblivioni digne! His imaginibus proculcatis, Christumne proculcavimus?

X. *Cum vero ille vere in divinis rebus solers Stephanus in morem eorum, qui bellica laude præstant, adversarium suomet telo ferire, ac per ea ipsa, quæ dixerat, profligare cupiens, manum in cucullam immittens, atque inde nummum, in quo impius ille sculptus erat extrahens; cumque quemadmodum Christus olim, Cæsaris nummum Judæis ostendens: (a) Cujusnam (inquit) est hæc imago, & superscriptio? Eo autem mirante, ac respondente, cujus tandem alius, quam Imperatorum? Quid (inquit vir divinus) si quis eum contumeliose in terram projectum pedibus terat, pœnas ne aliquas luet? Quidni autem dixerunt ii, qui adstabant, cum Imperatoriam effigiem proculcet? Ad hæc vir sanctus, gravem quemdam ex imo pectore gemitum emittens, ac cum magno animi dolore exclamans: O immanem, inquit, cæcitatem! Si pro mortalis Imperatoris forma, & effigie gravissimas pœnas irrogandas esse, dixistis: Quas tandem pœnas eum subiturum esse, putatis, qui Filii Dei, & Matris ipsius effigiem conculcarit, ignique tradere minime dubitarit? Vix hæc dixerat, cum nummum eum pedibus protrivit.*

(a) Mat. 10.

Urget exemplo Stephanus Imperatorem.

XI. *Cum autem ii qui astabant, ferarum ritu accurrissent, ut sanctum virum præcipitem in mare dejicerent (audax enim, & præceps est assentatio, dum obsequiis aliquem demereri nimirum studet, mediocritatis omnes fines excedit) Imperator lenitatem simulans, quo iracundiæ haudquaquam obnoxius videretur, qui eam ingentem, atque arcanam in animo insidentem habebat: ita præsens quidem eos prohibet, atque ab hujusmodi conatu abducit: Cæterum sanctum virum collo alligari, ac manibus a tergo vinciri jussum ad publicum Prætorii carcerem amandat, ut videlicet ob protritam Imperatoris imaginem pœnas, a lege constitutas, lueret. Hæc nimirum lenis ille ac facilis, cunctosque injuriarum oblivione superans. Nam qui Christi imaginem proculcarant, atque in ignem conjecerant, ii sua imaginis vindices sedebant, atque ultricem hujusce facinoris legem proferebant. Et quis autem amentiam eorum satis rideat, immo potius eorum vecordiam, & cæcitatem satis deplorare queat?*

Detruditur in publicum carcerem Stephanus.

At spiritu divino majorem in modum afflatus Stephanus, simulatque vel ipsum carceris limen attigit, pectore incalescens atque ab eo, quo præditus erat, perspicaci spiritu concitatus dierum suorum metam in lingua sua loquutus est, his verbis utens: Hæc est præsentis vitæ mea requies: Hic enim saltem usque ad extremum spiritum habitare, necesse est: quoniam pro imaginis Christi honore hanc sedem elegi secundum illud Davidicum: (b) Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quia elegi eam. Quoniam autem usque ad annum Domini septingentesimum sexagesimum septimum in Prætoriano carcere nimirum usque ad obitum egisse Stephanum, Acta ejus Martyrii tradunt, cum nonnisi post sequentem annum necatum constet; carcerem illum Prætorianum anni unius sequenti potius anno contigisse videri potest, de quo ea, quæ sunt digna memoria suo loco anno sequenti opportunius dicturi sumus.

De exitu suo vaticinatur.

(b) Psal. 38.

XII. Jam vero reliqua, eadem quarta Indictione Constantinopoli ab eodem Constantino Imperatore adversus cultores sacratum imaginum, & religiosos monachos gesta, a Theophane relata videamus, ait enim: *Multos etiam Principes ac milites accusatos, quod imagines ado-*

ra-

PAGIUS *nis istius Provinciæ a vobis redempta populus ad suam pertingere valeat justitiam.* Baronius anno DCCLXVII. num. II. citat utriusque Pauli Papæ Epistolæ argumentum, Epist. XVII. & XXVII.

V. Annalista Metensis hoc anno scribit: *Principes Francorum, qui commorabantur in partibus Burgundiæ, multa certamina contra Aquitanios & Vuascones habuerunt. Nam Vuaifarius Mancionem Comitem consobrinum suum ad insidiandum Francis cum manu valida direxit. Cui occurrerunt Pippini Regis Comites Australdus & Galemanus, initoque certamine ipsum Mancionem cum plurimis sociis suis interfecerunt. Hilpingus quoque Comes Arvernorum cum magna multitudine irruit in pagum Lugdunensem, cui occurrit Adalardus Comes Cabillonensis cum cæteris Comitibus, fortiterque certamen inierunt. In quo prælio cum innumerabilibus interfectis, Hilpingus quoque cecidit. Amanugus etiam Comes dum in partibus Turonorum vastandis veniret, ab hominibus Vulfardi Abbatis Monasterii S. Martini interfectus est. Remistanus vero avunculus Vuaifarii ad Regem Pippinum confugit: quem Rex benigne suscipiens, multis muneribus honoravit. Eodem anno Rex Pippinus Conventum habuit ad Attiniacum villam, & eo anno in nullam partem exercitum duxit. Celebravit autem Natalem Domini in Aquisgrani & Pascha similiter.*

Annus VI. belli Aquitanici.

VI. Conventum *Attiniacensem* hoc anno habitum memorant etiam Regino in Chronico, & Annalistæ Loiselianus, Bertinianus, & Eginhardus in Annal. nam in Appendice ad Continuationem Fredegarii, quæ hoc & præcedenti anno in Galliis gesta præpostere, & valde confuse narrantur. Hujus Conventus meminit Vandelbertus Diaconus & Monachus Prumiensis qui sæculo sequenti vixit, in fine libri, quem de miraculis Sancti Goaris Heremitæ composuit, quem recitat Mabillonius Sæc. II. Bene-

Conventum Attiniaci Pippinus celebrat.

di-

Adversus SS. Imagines juramentum exigitur.

rarent, diversis pœnis affecit, & immanissimis tradidit verberibus. Jusjurandum etiam generale ab omnibus, sub Imperio suo degentibus, exegit, ne quisquam adoraret imagines, cum quibus & Constantinum falsi nominis Patriarcham super ambonem ascendere, & extulere pretiosa ligna, & jurare fecit, quod non esset ex eis, qui adoraret imagines. Cui mox ut exmonachus Stephanites efficeretur, persuasit, & carnibus vesceretur, atque ad mensam regiam citharœdos admitti pateretur. Sed non in longum tarduta ultio, hunc homicidam debitis pœnis tradidit. At quænam ista fuerit, suo loco dicetur anno sequenti. Præter alia sacrilegia, execrandum facinus idem Constantinus Imp. adiecit, ut nobilem Ecclesiam S. Pelagiæ Martyris fuerit demolitus, locumque illum damnatorum sepulturæ subiecerit. Hæc Cedrenus hoc anno.

Se-

PAGIUS dictino. Ait enim *Asuerum* Abbatem primum Monasterii Prumiensis anno DCCLXII. conditi ad illum venisse, & a Pippino Rege obtinuisse Cellam seu Monasterium Sancti Goaris, paulo supra confluentes Mosellæ & Rheni situm: *Cum quodam tempore:* inquit Vandelbertus, de Assuero loquens, *iter a Monasterio* (nempe Prumiensi) *in Vangionum Provincia ageret, & occasione via ad Sanctum Goarem declinasset, ubi tunc Rectoris nomine præerat quidam Erpingus nomine, neque commoditatem aliquam rerum necessariarum invenire potuisset, rem, ut erat gesta, paulo post Principi retulit pessimum esse dicens eo loco humanitatem hospitalitatis omnem negari, ubi quondam sub Beato Viro* (scilicet Goare) *singulariter virtus eadem viguisset. Pollicitur Rex fore hac emendanda cum temporis opportunitas arrisisset. Itaque non multo post positus in Palatio quod Attiniacum vocatur, cum ad generalem populi Conventum simul Abba Asuerus venisset, evocatum ad se Princeps super his, quæ de Cella Beati Viri dicta ab eo fuerant, commonefacit, eique regendam committit.* Ab eo tempore hæc Cella Monasterio Prumiensi conjuncta remansit. Vandelbertus vero in proœmio laudati libri ait, ea tantum a se commemorari, *quæ ab annis plus minus VI. & LXX. gesta noscuntur*, & sub ejusdem libri finem asserit, se narrationem suam perducere *ad annum DCCCXXXIX. Incarnationis Dominicæ.* Quare cum nullus Conventus Attiniaci per hæc tempora habitus fuerit, nisi annis DCCLXII. & DCCLXV. Vandelbertus non nisi de ultimo intelligi potest, satisque ipsemet indicat, numerum illorum annorum LXXVI. non rigorose a se determinari, cum dicat, *plus minus VI. & LXX.* Labbeus Tom. VI. Concil. & Coletius hoc anno num. II. & seqq. ad secundum hunc Conventum Attiniacensem perperam referunt, quæ ad priorem pertinent, ut ibidem ostendimus.

VII. Moritur Ethelwaldus Rex Northumbriæ.

Anno gratiæ DCCLXV. Ethelwaldus Mollo, Rex Northanhumbrorum cum O'swinum Ducem fortissimum sibi rebellantem peremisset; non multo post idem ex hac Vita decessit; cui Ealredus trinepos Ida successit VIII. annis, inquit Westmonasteriensis. Initium *Ealredi*, seu *Alredi*, vel *Aleredi*, vel *Alucredi* hoc etiam anno collocant Continuator Bedæ, Hovedenus, & Analista Mailrosensis.

Facta hoc anno Translatio Reliquiarum SS. Naboris, Nazarii & Gorgonii, ut anno superiori dictum est.

Google

JESU CHRISTI ANNUS 766.	PAULI PAP. ANNUS 10.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 26.

I. SEquenti anno Domini septingentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, Constantinopoli magis magisque grassatur persecutio adversus cultores sacrarum imaginum, atque cultores vitæ monasticæ. Sed primum quam expertus est Constantinus a Deo vindictam ob sævitiam adversus pios, anno superiori, exhibitam, a Theophane ista audies, qui ait: *Denique duodecimo Kal. Februarii, quarta Indictionis motus est Imperator contra Bulgaros, & direxit ad Achelon duo millia sexcenta chelandia, extruens ea, & armans ex cunctis militiæ ordinibus. Quæ cum in Thoriæ stationem fixissent, flante Aquilone, contrita sunt pene omnia, ita ut Imperator extenderet retia, & mortuos educere, ac sepelire præciperet.* Hic admonitus, tantum abest, ut resipuerit, ut homo peccati deteriora adjecerit. Nam subdit;

Classis Imperatoris mole periit.

Porro decimo sexto Kal. Septembris, ejusdem quartæ Indictionis publica diffamavit, & dehonestavit habitum monachorum in hippodromo præcipiens unumquemque monachum manu tenere mulierem & taliter transire per hippodromum sumptis injuriis ab omni populo cumulatis. Hæc in monachos.

Infamat monasticum ordinem.

II. *Similiter* (subdit Theophanes) *& octavo Idus Septembris ducti sunt ad ludos Circenses Principes decem & novem, & dehonestati sunt, quasi mala contra Imperatorem consiliati fuerint, non veraciter accusati, sed quia invidebat eis, eo quod essent formosi, & robusti, & ab omnibus collaudati. Quibusdam vero ex eis & ob religionem tentis, eo quod ad prædictum inclusum Stephanum essent ingressi, & passiones ejus publice divulgarent, quos & interfecit. Quorum præcipui sunt Constantinus Patricius, & dudum Logotheta Dromi, cui nomen imposuit Podopagurum & hujus frater Strategius Spatharius, & Domesticus Excubitorum, Antiochus Logotheta Dromi factus, & Prætor Siciliæ, David Spatharius, & Comes obsequii, Theophylactus protospatharius, & alii, quos cum in Hippodromo ludo palam traduci, & ab omni populo conspui, & maledici fecisset, sententiam dedit: & illos quidem duos fratres Constantinum, & Strategium, intra venationis septa capitis animadversione punivit, multo super eos universa plebe facto lamento: adeo ut cum hoc didicisset Imperator, indignaretur, & Procopium Præfectum caderet, & ab administratione depelleret, tamquam id fieri permittentem: cæteros autem oculis privatos in exilium destinavit, quos & per singulos mittens, cum esset & omni crudelitate plenus, ad loca, in quibus degebant, catenis & flagris vapulare, jubebat.*

Viri nobiles dira passi.

III. *Porro tertio Kalendas Septembris ejusdem quartæ Indictionis, insaniens idem malevolus adversus æquivocum suum, & consentaneum suum Patriarcham; & inventis quibusdam clericis, ac monachis, instruxit illos, ut dicerent: Audivimus Patriarcham cum Podopagurum adversus Imperatorem loquentem. Et misit eos ad Patriarcham, ut arguerent illum. Cumque ille negaret, fecit eos ad pretiosa ligna jurare, fatentes, ac dicentes: A Patriarcha hæc maledicta audivimus. Inter hæc ergo misit, & bulla signavit Patriarcham, & hunc exilio relegavit apud Hiberiam, & rursus apud Principem insulam.* Insuper Theophanes inferius eodem anno de persecutoris insatiabili crudelitate hæc addit:

Patriarcha hæreticus digna passus.

Is autem, qui Christianis ineffabilibus Dei judiciis imperabat, fortassis ut Jezabel quondam, vel vesanus Achab, multo pejora, quam Arabum sit insania, sub Imperio suo positis Orthodoxis Episcopis, monachis, laicis, prælatis, atque subjectis ostendit: ubique intercessiones sanctæ Virginis & Dei Genitricis, & omnium

Copronymus alter Achab.

PAGIUS SÆC. VIII Anno Æræ Hispan. DCCCIV. Anno Hegiræ CXLIX. inchoato die 26. Febr. fer. 1. A.C. 766. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6259.

☉ 19. E. ☽ 7. P. 6. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 766.

PAULI PAPÆ 10.

CONSTANTINI COPRONYMI 47. & 26.

LEONIS IV. 16.

A Num. I. ad XIV. Theophanes anno Constantini Imp. XXV. & XXVI. priori Kalend. Septem. præcedentis Christi anni, posteriori Kalend. Septemb. currentis Christi anni inchoatis agit de Martyrio S. *Stephani Junioris*, de Monastico habitu, instituto publice traducto in Circo, de pluribus Viris illustribus Constantini Imp. crudelitate morti traditis, variisque ejus ergo Sacras Imagines & Sanctorum Reliquias irreverentiis, quæ Baronius ex Versione Anastasii in medium adducit. Idem narrat Nicephorus in Breviario. Ait inter cætera Theophanes, *mensis Augusti die tricesimo Indictione quarta*, quæ in cursu fuit usque ad Kalend. Septemb. Imperatorem Constantino Patriarchæ ejusdem sententiæ consorti accusatores subornasse, ipsumque postea in exilium misisse. Paulo post subdit: *Cæterum mensis Novembris die decimo sexto quinta Indictione Nicetas a Sclavis originem ducens Eunuchus, præter fas Canonum Constantinop. Patriarcha Imperatoris*, suf-

Sævit Constantinus Imp. in Proceres & in Defensores Sacrarum Imaginum.

mnium Sanctorum in scriptis, ac sine scripto ut inutiles repellens, per quas nobis manat omne suffragium; & sanctas eorum reliquias eiiciens, & invisas reddens. Sicubi insignis quisquam audiebatur, ad animarum sanitatem, & corporum, vel sicut moris est, a pie agentibus honorari: mox mortem adversus hujusmodi, tamquam impie agentem, minabatur: sin autem proscriptiones, exilia, & tormenta.

IV. Quid in in S. Euphemiam sacrilegus Imperat.

Deo autem gratissimum lipsanum, reliquias sacras scilicet, utpote quidam thesaurus possessoribus habitus, auferebatur, invisibile de cætero efficiendum. Tale quid & in pretiosissimum laudabilis Martyris Euphemiæ lipsanum profanus hic Imperator gessit: in profundum id cum loculo jaciens, non ferens eam ex se super omnem populum suavitatem unguenti reddentem, & arguentem ejus adversus intercessiones Sanctorum deliramenta. Sed Deus, qui custodit ossa sibi placentium, secundum divina (a) eloquia, illæsum hoc conservavit, rursus ostensurus illud apud Lemnum insulam. Per nocturnam ergo visionem apparens, elevandum præcepit, & conservandum. Sub Constantino enim, & Irene piis Imperatoribus, Indictione quarta, anno Redemptoris videlicet nonagesimo sexto post septingentesimum *cum decenti honore rediit ad templum suum, quod ipse quidem tamquam inimicus Ecclesiarum, commune fecit armentarium, sterquiliniumque fore, decrevit. Illi vero repurgatum hoc, iterum sacraverunt ad redargutionem quidem hujus impietatis, ostensionem autem horum pietatis. Hoc autem obstupendum, & scriptura dignum miraculum post vigintiduos annos post iniqui Principis mortem, una cum piissimis Imperatoribus, & Tarasio sanctissimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis amplexi sumus, licet indigni, magnam gratiam promerentes.* Hæc ipse.

(a) Psal. 33.

V. Sed quod dicit Theophanes stupendum atque scriptura diguum miraculum, ipsum ab ejusdem temporis scriptore (licet nomen non sit (*b*) expressum) scriptis mandatum: scias, licet in eo a Theophane discrepet, dum factum id sub Leone parente Copronymi tradit, Theophanes vero, ut audisti, contigisse affirmet sub Constantino ejus filio Imperatore. Porro rem gestam sic narrat, petens exordium a translatione ejusdem S. Euphemiæ reliquiarum Chalcedone Constantinopolim, tempore Heraclii Imperat. *In eo templo, quod est prope id quod dicitur Hippodromum, erant ejusdem beatissimæ reliquiæ integræ, intactæ, illæsæ. E Chalcedone enim cum arca translatæ fuerant Constantinopolim, propter eam, quæ tunc fuerat, Persarum, incursionem. In arca autem fuerat divina ara collocata, quæ super sanctissimas habebat reliquias. Super eam autem peragebatur intemerati corporis, & sanguinis Domini Jesu Christi Dei nostri incruentum mysterium.*

(b) Apud Metaphr. die 11. Jul.

VI. *In eadem vero arca erat parvum foramen, quod etiam stat nunc usque in hodiernum diem, quod intus ferre potest quasi manus hominis magnitudinem. In qua cum ego quoque indignus aliquando ausus essem manum inferre, & loculum tetigissem, sensi bonum odorem, & gratiam apprehendi. Dicam autem quoque causam foraminis, quod divino consilio, & providentia factum est. Quando enim venerabiles, & miraculorum effectrices reliquiæ erant Chalcedone, cum impii Persæ eum locum occupassent in diebus Heraclii Imper. moti invidia diaboli, quem colebant; cum paleæ, & lignorum magnum acervum circa arcam congessissent: eam statuerunt comburere cum venerabilibus, quæ in ipsa erant, reliquiis. Sed nihil valuit eorum barbaricum, & dæmoniacum inceptum: cum Deus (prout scriptum est c) servet omnia ossa eorum, qui propter ipsum decertarant. Ossa ergo ejus ignis omnino non tetigit; nisi solum, quod cum ex arca forma globi resiliisset, providit, ut facilior daretur ingressus ad reliquias iis, qui volunt haurire gratiam curationum, nempe per prius dictum foramen.*

De corpore S. Euphemiæ Chalcedone posito.

(c) Psal. 33.

VII. Quid foramen in sepulcris Martyrum.

Sed quod ad foramen spectat, puto Lector, fuisse hanc opinationem auctoris potius, quam veram ipsius causam. Siquidem longe ante incursionem Persarum, oportuit extitisse in arca illa veneranda foramen ad hauriendum, quod ex sacris illis reliquiis fluebat sanguine mixtum unguentum, ut suis locis sæpe superius dictum est. Cum alioqui absque etiam ejusmodi scaturigine unguentorum soleret in sacris Martyrum loculis foramen relinqui, per quod dimitterent sudariolum, quod S. Gregorius appellat brandeum, quo tactu sacrarum reliquiarum gratiam curationum haurirent, ipsum vero loco reliquiarum haberi soleret. Visum est ejus rei exemplum his diebus, cum hæc scriberemus in theca marmorea, in qua foramen ad opus, quo diximus, inerat. Sed de hac Inventione dicturi sumus inferius in Paschali Pontifice. Modo cœptam prosequamur historiam.

PAGIUS *suffragio consecratur*. Constantinus Monachus & Episcopus Syllæi Patriarcha Constantinop. ab Imperatore renunciatus fuerat anno DCCLIII. ideoque sedit annos XIII. non vero XII. ut legitur in Chronico Nicephori & in Tabulis Theophanis. Quod si præfata omnia post mortem S. Stephani Junioris patrata sunt, eaque tam a Theophane quam a Nicephoro male alligetur cum mense Novembri superioris Christi anni, hæc anno sequenti occidisse oportet.

VIII. *Unguentum mirificum ex corpore S. Euphemiæ.*

Erat, inquit, magna fides eorum qui habitabant Constantinopoli (ut superius diximus) in templa, & reliquiis omni ex parte benedictæ Euphemiæ: & confluebant omnes, instar fluvii haurientes curationes: ex pretiosis enim ejus reliquiis exibat sanguis plenus bono odore, qui quidem tamquam unguentum a Deo suppeditatum dabatur ægrotantibus: & erat quidem fidelibus miraculum terribile, & venerandum; infidelibus autem, & iis qui aliter sentiebant, dedecus, & ignominia.

Tunc autem ille execrandus, & perniciosus Imperator temeraria usus audacia, noctu ingressus cum quibusdam, qui erant suæ sectæ, impetum fecit in reliquias omni ex parte benedictæ Martyris Euphemiæ: & cum arcam aperuisset, abstulit reliquias benedictæ Martyris, cum loculo, qui eas continebat. Cum parata autem haberet alia ossa mortui exsiccata, ea jecit intra arcam, & cum eam rursus texisset, recessit. Venerandas autem benedictæ Euphemiæ reliquias cum ligneo loculo deposuit in quadam domo oratoria ex iis, quæ illic erant in Regia. Quamobrem ejus sorores, & filiæ, aromatibus unguentis & luminibus id adorabant clanculum propter insignem gratiam, & miraculorum magnitudinem.

Imperator sacrilegus quid in Martyrem.

IX.

*Cum hæc rescivisset sceleratus, trajecit in Bucoleontem, & Ferreum carcerem, & projecit in fluctum maris. Et die sequenti cœpit adversus benedictam Euphemiam movere suam scelerntam, & execrandam linguam, eam insectans, & dicens: Abite, & videte quantum errabant, qui dicebant, esse salvas, & integras benedictæ Euphemiæ reliquias, & eas asserebant effundere unguenta. Illi autem cum abiissent, & vidissent, non esse in carne pretiosas Euphemiæ reliquias sed arida, quæ ab ipso projecta fuerant ossa: ea conspuerunt, & maledictis sunt insectati. Dum fraudem autem, & ludibriam, & meras nugas dixisset esse curationes, arcam everterunt, & cum ea arcam sanctam, templumque * destruunt, Eduxerunt vero arcam extra suggestum, quod erat habitaculum virorum qui non erant baptizati & erant inerudtti. Eos autem, qui erant bello capti ex Gentibus, & Regiæ dabantur spolia, illic exonerabant. Alii autem armorum opifices, & sordidarum, ac illiberalium artium artifices, cum fixissent in eo fornaces, fecerunt domum sæcularem, quæ aliquando fuerat templum. In sancto autem suggesto utpote loco occulto, requisita corporis facientes excrementa corporis deponebant. O mi Christe, tuam tuns patientiam! Has ego quoque postquam vidi totus plenus lachrymis, & ejulatu egressus sum, admirans omnipotentis Dei tolerantiam, atque permissionem. Et hæc quidem facta sunt tempore prædicti impii Imperatoris.*

* *deserunt. Profanatio loci sancti.*

X.

Sed quoniam Dominus est virtutum, qui invictam habet potentiam, & vires, quæ subsannari nequeant (Deus enim re vera non irridetur) audiamus, quid Christus Deus noster providit in reliquiis benedictæ Euphemiæ. Nam dum ea jactatæ sunt in mare, providentia Dei summe misericordis, cymba quorumdam duorum fratrum virorum piorum egreditur e portu Sophiarum, quæ dicuntur. Et dum ipsi parum quid e portu navigant: ecce loculus (quem, ligneum fuisse, dictum est) qui cum fluento descendebat, fuit prope navem. Extractus itaque fuit a viris illis piis, & repositus in navigio, ipsis existimantibus, se mundanum aliquem ferre thesaurum. Sublatis autem velis, navigarunt, ut exirent in ostio Abydi, Cum autem parum aperuissent loculum: vident reliquias, & suavi odore repleti, sunt admirati, neque sciebant, quid agerent, nisi quod solummodo invocabant Dominum, ut eis revelaretur, sanctum ne esset, an commune.

Reliquiæ S. Euphemiæ repertæ.

Illa autem nocte vident gloriam maximam, & lumina, & cereos, & viros candidis vestibus indutos, & Christum laudantes. Rursusque bono odore repleti nautæ, agnoverant, eas esse sanctas reliquias. Magno ergo gaudio affecti, clam profecti sunt propter metum Tyranni, ut thesaurum ferrent in suam patriam. Postquam autem venissent in insulam, quæ dicitur Lemnos, assidet eis magna tempestas; & cum incidissent in promontorium insulæ, in quo fuit asper locus, & planus aptus ad naufragium, de salute desperabant. Cum Deus autem per intercessionem benedictæ Euphemiæ corripuisset navem una cum fluctibus, superato periculo, inventi sunt in loco tranquillo, & cum Deo gloriam emisissent, convenientem honore tribuere reliquiis,

Cognitæ reliquiæ, esse.

XI.

Augebantur autem, & dubitabant, cujusnam essent Sancti reliquiæ. Illa autem nocte acceperunt revelationem reliquiarum per ejus nominis enuntiationem. In illa enim insula sanctæ Glyceriæ jacebant reliquiæ. Dicta autem nocte visa est egredi ex insula Christi Martyr Glyceria, & hæc e navi exisse, & se invicem esse complexa. Et cum dixisset, quæ ex insula erat ingressa, ei, quæ e navi exierat: Salve Martyr Christi Euphemia benedicta, & se invicem salutassent: rursum per se recedebant. Tunc e somno excitati, cum lacrymis, & gemitibus pretiosas acceperunt reliquias, & loculum sunt amplexi præclari naucleri Sergius, & Sergonas (hæc enim erant eorum nomina:) cum fuisset autem dies, enavigarunt, volentes ire in suam patriam. Et

Quomodo detectæ esse S. Euphemiæ.

cum

cum processissent usque ad viginti circiter milliaria, vento spirante contrario, vel inviti reversi sunt in locum, unde solverant. Rursus vero cum paucis post diebus experiri voluissent, uterenturne secunda navigatione: iterum reversi sunt. Hoc enim cum semel, bis, terque probassent, nec ullo modo possent in suam ire patriam; reversis, & ad portum appulsis, illa nocte visa est illis Christi Martyr Euphemia, dicens: Cur contenditis me huc, & illuc circumagere? nolo ulterius progredi; neque hinc eo proficisci, quo me vultis ducere. Hæc cum dixisset: rursum dixit eis: Non satis fuit, quod Chalcedone translata sum Byzantium, & in mare projecta fuerim, & hic steterim? Cur autem me vultis circumagere in partes inferiores? hoc a me quidem fieri non potest. Nolite hoc facere, sed facite ut hic quiescam.

XII. Non quiescit manere semper in Lemno S. Euphemia. *Hæc cum audissent, bonum capientes consilium, & quæ jubebat Martyr, impigre exequi statuentes, ædificaverunt domum oratoriam, & cum omne onus navigii consumpsissent, & suas facultates Deo, & Martyri obtulissent, seipsos totonderunt, dicentes: Non dimittemus, o benedicta Martyr, tuas venerandas reliquias, sed hic usque ad vitæ terminum tuis reliquiis divinissimis assidebimus. His ita gestis, sanctissimus Lemni Episcopus venerandum templum ædificarat in illis temporibus. Visum est ergo, ut illuc portarentur sacræ B. Euphemiæ reliquiæ ad dedicationem templi, quod ab eo constructum fuerat. Et cum supplex fudisset preces, & venisset ad reliquias benedictæ Euphemiæ, & illic totam noctem transegisset: ab eo visa est in somnis Martyr Christi, dicens: Ne aggrediaris facere, quod statuisti: non obediam enim hac in re tuæ sanctitati; sed abi ad sororem meam, & in martyrio sociam Glyceriam, & ego illam rogabo: ipsa enim se tibi tradet ad hoc, ut impleas, quod desideras. Expergefactus autem sanctissimus Episcopus, fecit ut ei jusserat benedicta Christi Martyr. Et hæc quidem facta sunt illis temporibus.* Vero (ut Theophanes dixit) stupendum, & scriptura dignum miraculum. De translatione autem, ejusque revectione Constantinopolim in locum pristinum, ex eodem auctore inferius suo dicturi sumus tempore, quo id fieri contigit. Sed quæ sunt anni hujus reliqua, prosequamur.

XIII. Nicetas pseudo-episcop. Constantinop. *Hoc eodem anno* (idem ipse inquit Theophanes) *sexto Kalendas Decembris ejusdem quintæ Indictionis, captæ mense Septembris, decreto Imperatoris promovetur Nicetas Eunucus e sclavis ortus irregulariter, Patriarcha Constantinopoleos.* Et inferius: *Eadem die, & Indictione quinta provehit sui sensus Prætores, & operarios, sua iniquitate condignos, Michaelem scilicet Edrissenum in themate Orientalium, & Michaelem Lacanodraconem in Tracesiis; super Buccellarios vero Manem, a mania, id est, insania, nominatum. Sed quis est idoneus ad enarrandum horum scelerata piacula, quæ partim a nobis in suis perstringuntur locis? omnia enim opera si conscriberentur, quæ ad rationem imperantis sunt effecta, nec ipsum arbitror (ut proprie eum (a) Evangelista dicam) capere mundum eos, qui scribendi sunt, libros.* Hactenus res anni hujus Theophanes.

a) Jo. ult.

XIV. Monachi Confessores in carcere degenti. Sed invisamus degentem in carcere Stephanum Confessorem, de quo post illa, quæ dicta sunt anno superiori, hæc in ejus Actis, scriptis mandata, fidelissime reperiuntur: *In interiori carcere conclusos eximiæ virtutis monachos trecentos quadraginta duos, ex variis locis collectos, atque in eodem carcere condemnatos invenit, qui partim nares, partim aures excisas habebant, partim evulsos oculos, partim amputatas manus, ob id videlicet, quod pro venerandarum imaginum pictura, & erectione lucubrationes edidissent. At quidam alii plagarum notas adhuc circumferebant: alii praclaras genas, pice illitas, atque ambustas habebant: alii caput ad ludibrium abrasum. Quorum varios istos, ac multiplices cruciatus divinus Stephanus cernens, patientiæ nomine beatos eos prædicabat; ac contra, lacrymis dignum sese judicabat, ut qui in earumdem plagarum partem cum illis minime venisset, nec pro Christi imagine membrorum excisionem quoque pertulisset.*

PAGIUS II. S. Stephanus Junior anno sequenti diem obiit. A num. XIV. ad XXI. *Sanctus Stephanus* Junior anno DCCLXIV. qui ætatis ejus erat XLIX. relegatus est in insulam Proconesum, ut supra ostendimus; Stephanus vero Diaconus in ejus Vita pag. 493. ait, ejus matrem ad eum migrasse *anno secundo ejusdem habitationis & exilii*. Tum pag. 493. refert, Imperatorem Sanctum Virum a Proconeso reduci jussisse, huncque *per undecim menses quos in Prætorio exegit*, paululo panis & aquæ bocalibus tribus vixisse. Tandemque scribit Stephanus Diaconus: *Porro Sanctus Dei Martyr Stephanus obiit quinquagesimo tertio suæ ætatis anno, mense Novembri, die vigesima octava.* Quare cum anno DCCXV. post diem XV. mensis Augusti, quo Sanctus Germanus consecratus est Patriarcha Constantinop. in lucem prodierit, Martyrium ejus anno tantum sequenti consignandum juxta Stephanum Diaconum & Metaphrastem, quem secutus est Baronius. Stephani autem Diaconi auctoritatem hac in re potiorem videri quam Theophanis & Nicephori Patriarchæ, jam anno superiori diximus. Inscriptus est Martyrologio Romano ad diem XXI. Novemb.

XV. Carcer conversus in monasterium. *At divini illi Patres, ut primum sanctum virum conspexerunt, ad eum tamquam ad magistrum, & praeceptorem accesserunt, ut ab eo salutis praeceptis erudirentur. Itaque ex Praetorio monasterium factum est: quippe cum illic omnis monasticae vitae forma, ac regula ad unguem observaretur. Ii autem, quibus carceris custodia mandata erat, quique sancti viri famam jampridem audierant, tum demum animi quoque ipsius statum, ab ea tranquillitate, quae in ipsius moribus elucebat, quantum fieri poterat, conjectantes, ad eum, tamquam ad Dei Angelum, animas convertebant, eique summam reverentiam, ac venerationem tribuebant, adeo ut quidam etiam eorum, remotis arbitris, eadem ad uxorem suam*

(a) Jud. 13. *diceret, quae olim Manue illo (a): Morte moriemur, prae Tyranni hujus furore: Virum enim perinde, ac Deum, hodierna die vidi; hunc inquam in vincula conjectum monachum, quem Auxentianum vocant.*

Sapiens autem illa mulier non frigide, ac negligenter ad haec verba effectu, verum per concinnam, atque prudentem ad virum interrogationem vitae sancti hujus Patris rationem omnem perscrutata, clam in carcerem ingressa est, acceptisque venerandis ipsius pedibus, ab eo, ut pro se precaretur, ipsaque vicissim, ei, quae opus essent, subministraret, postulabat. At divinitus inspiratus Stephanus preces quidem ei annuit, & concessit: caeterum adduci non poterat, ut quicquam ab ea susciperet. Instabat autem rursus illa, dicens: Quidnam est, quamobrem tu exiguam fidei erga te meae promptitudinem tam obstinate rejicis? Quamquam enim id ipsa non merear, tuam tamen moderationem, ac benignitatem ad indigentes quoque indulgenter sese dimittere, compertum habeo. Quemadmodum enim (b) Sa-

(b) 3. Reg. 17. *reptana illa quondam Eliae farinam, &*

(c) 4. Reg. 4. *(c) Sunamitis Elisaeo cubiculum hospitii causa praebebat, ac beata illa (d)*

(d) Marc. 12. *vidua duos in summa sua penuria obolos*

(e) Joan. 4. *erogabat, ac denique (e) Samaritana illa ex fonte haustam aquam Deo porrigebat: ad eumdem etiam ipsa modum cum pari fide aliquid in te conferre beneficii studeam, ne, quaeso, desiderio meo excidam.*

XVI. Mulier se prodit Catholicam. *Ille vero rursum id constanter recusabat, non quidem ob naturae contumaciam, aut ipsius indignitatem id officii in se repudians, dicens (ego enim, inquiebat, memet indignum, atque omnium postremum duco) sed quia ab eo prohiberetur, qui cum haereticis quicquam commune haberi vetuerat: neque enim meminisse, se cum imaginum hostibus ullum umquam commercium habuisse, aut aliquid omnino ab eorum manibus accepisse. Haec ut illa audiit, humi sese provolvens, quid non dicebat, quid non faciebat, ut ostenderet, quam ab haereticorum societate atque commercio semper abhorruisset? Absit hoc a me (inquiebat) venerande Pater, ut Christi, aut Matris ipsius, aut ullius sancti imaginem contempserim. Scio enim, me a Patre nostro Germano didicisse, quas poenas daturi sunt, qui eo audaciae proruperint.*

Caeterum fac, quaeso, ut nec vir meus nec custodum quisquam rescicat, quod pietati tuae indicare cupio: atque ego re ipsa omnem dubitationem tibi eximam. Haec locuta statim domum occurrit, atque aperta arca, tres imagines arcanas eduxit, unam Dei Genitricis filium saeculis omnibus antiquiorem complectentis, duas alias Petri & Pauli Apostolorum. Quas, ut ipsa inspectante, religiose adoravit, ipsi postea porrexit: Accipe ista, inquiens, atque hunc tibi mos, hoc est, mulieris peccatricis memoria reficietur. Ad hunc modum piis ipsius moribus comprobatis petitioni cedit, ac deinceps Sabbata, ac Dominico die ad eum ipsa panis uncias sex, aquae non plus tribus poculis afferebat. Tantulum enim singulis hebdomadis ipsi sibi, ac potus fuit totos undecim menses, quos in Praetorio transegit. Pia mulier profert sacras Imagines.

Ex his intelligis, Lector, congressum hunc religiosae feminae cum S. Stephano contigisse hoc anno mense Octobris, cum constet, eum martyrium consummasse anno sequenti mense Novembris: quod quidem apparet ex eo, quod auctor numeret menses undecim, ex quo cibum ab eadem muliere accipere coepit, cum tamen haud diu ante in eodem ipse carcere permansisset. Sed audi quae post haec eadem Acta reddant: Tempus carceris.

Quadam autem die una cum caeteris captivis sedente viro divino, de suppliciis illis quae justis viris ab iniquis iniquissimi Imperatoris Praefectis variis locis illata fuerant, sermo ortus est. Siquidem in medium progressus Antonius quidam a Creta oriundus, vir fortis, & qui fortibus certaminibus egregie defunctus fuerat: Quonam modo (inquit) praeclara Pauli Monachi certamina vobis ob oculos proponere queam? Aut quonam pacto ea sine lacrymis commemorem? Princeps quidam Cypri Praefectus erat nomine Theophanes, cognomento Lardotyrus. Hic cum sanctum virum, ut in eum inquireret, accepisset, ad Heracliti Praetorium eum duxit: proposita autem erat humi Christi in Cruce protensi imago, unaque item cruciatus instrumentum quod catapultam vocant. Atque ad eum Praefectus (scelesta inquam illa lingua, atque iniquitatem in excelsum loquens) duarum e duobus tibi Paule proponitur, nemirum, XVII. Narratio Antonii Cretensis.

ut

ut aut calcata imagine, vitam obtineas, aut hoc tormenti genere disrumperis: hoc autem dicens puerorum larvis leonem perterrefacere velle videbatur.

Martyrium S. Pauli monachi.

Statim enim generosus ille vir magna voce exclamans: Absit a me, inquit, Domine Jesu Christe unigenite Fili Dei ut Theandricam hanc imaginem pedibus teram; atque hæc loquutus statim humi se curvans, osculum ei fixit, re ipsa planum faciens, quam nihil judicis minæ moraretur. Ille itaque confestim iracundia totus æstuans, nudari sanctum virum, atque in catapulta extendi jubet, ubi eum tortores duabus tabulis ipsum firmissime compressissent, ac ferreis pectinibus totum ipsum corpus exarassent prono capite suspenderunt: ac deinde non exiguo igne infra eum accenso, ita demum holocaustum, Deo gratum, ipsum effecerunt.

XVIII. Theosterícti Confessoris narratio.

Hæc eo commemorante, patribusque lacrymis madentibus Theosterictus quidam hoc nomen merito consequutus, vir senex ac sacerdotii dignitate ornatus, qui ex pio illo monasterio erat quod Pelseeta nuncupatur, atque & nasum abscissum, & genas ferventi pice, ac bitumine illitas, miserumque in modum ambustas habebat (hos enim cruciatus pietatis causa pertulerat) prodiens ipse quoque in medium superioribus sermonibus hæc adjecit: Impossibile est, impossibile inquam est, ut vel hic ipse Antistes noster, Stephanus scilicet, siccis oculis ista commemoret: Quonam enim oratione quisquam illius, qui tum Asiam cum imperio obtinebat, furorem amplecti possit? cui Lachanodracon quidem cognomentum erat, verum ipsius fel, atque iracundia, draconis quoque virus amaritudine superabat. Ad quem beatus Stephanus: Narra, quæso, pater, nihil omittens eorum, quæ tum contigerunt, verum omnia oratione prosequens. Etenim per ejusmodi exempla cum animi promptitudine, tum robore, impleti, ad eumdem zelum præparamur: si quidem voluntas Dei hoc tulerit, ut pro divina ipsius imagine nos quoque certamen subeamus. Tum igitur Theosterictus inchoatum sermonem in hunc modum prosequitur.

Præfecti Asiæ crudelitas.

XIX. Monachi Confessores, & Martyres.

Cum incruentum sacrificium in Monasterio nostro celebraretur (erat autem vespera sancta, ac magna quintæ feriæ in qua Christus Judæis tradendus erat) hic draconis nomen habens Tyranni jussu cum magna militum manu in monasterium impetum fecit: ac mysticum quidem sacrum evertit, mysticis videlicet hymnis protinus silentio compressis: lectissimos autem monachos duodequadraginta vinculis ferreis adstrinxit; reliquos vero partim verberibus crudelem in modum laceravit, partim eorum barbam, pice illitam exussit, naribus prius amputatis: quorum numerum ipse quoque augeo, quemadmodum faciei meæ nota certissime testatur. Quibus impius ille nondum expletis, universum monasterium postea inflammavit, ipsas quoque Ecclesias una cum reliquis ædificiis concremans. Mox autem prædictos duodequadraginta patres ad extremos Ephesi fines relegavit, ubi cum eos in veteris balnei fornace conclusisset, ac deinde aditum obstruxisset, in hunc modum eos e vita migrare coegit.

Gratiæ Deo in persecutione agendæ.

Cum usque adeo tristes tragœdiæ narrarentur, atque omnes in gemitus, ac lacrymas prorumperent, rogatus a patribus Stephanus, ut ad mitigandum eorum mœrorem orationem aliquam haberet, intimo corde ingemiscens: Gratias, inquit, Deo agere possumus, fratres, ac patres, gratias inquam ei agere de omnibus rebus, quæ præter voluntatem accidunt. Etenim gratiarum actio cum patientia conjuncta, coronas nobis nectere consuevit. Quocirca etiam si igne, aut gladio, aut maris profundo, aut præcipitio, aut alio quodam mortis genere nos mulctent, qui impietatis scelere sese devinxerunt, prono, atque alacri animo cuncta perferamus. Habemus enim velut exemplar quoddam, in quod intuemur, claros illos patres, qui ante nos extiterunt, & per martyrium Deo vitam consecrarunt, nicirum sanctum illum Petrum Blachernis in vincula conjectum; qui cum spectante Imperatore pro Christi imagine nervis atrocissime cæderetur, nullum ignavi, ac timidi animi specimen in eo cruciatu edidit; verum acerbioribus eum plagis verborum laceravit, Julianum alterum & Apostatam appellans: atque in his tormentis gratias Deo agens, animam exhalavit.

Petrus Martyr.

XX. Joannes Abbas Monagr. Martyr.

Habemus item Joannem Monagriæ Præfectum, quem tyrannus cum nullo omnino terrore afficere potuisset, neque adducere, ut Christi, Matrisque ipsius imaginem pedibus protereret, sacco inclusit, gravique ipsi saxo appenso, in profundum mare dejecit.

Sed quis tandem est, qui omnia facinora enumerando recensere possit, quæ per omnes Tyranni provincias Prætores, qui eum crudelitate superabant, adversus sanctos viros designarunt? Immo vero quis est, qui Sanctorum adversus eos contentionem, atque ad extremum usque spiritum patientiam ullo sermone referre queat? Quorum si nos exemplum sequamur, beati profecto erimus, ut qui exiguis laboribus amplissimas opes nobis ipsis aggeramus (a): Neque enim condignæ sunt passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Hæc & alia his plura ad excitandos, & acuendos eorum animos, qui una cum eo vincti

(a) Rom. 8.

Digitized by Google

ćti tenebantur, accommodata cum dixisset, orationi suæ finem imposuit. Ista auctor unus ex intimis ejus, qui ista optime perspecta habuit. Cæterum ipsius Stephani Auxentiani martyrium non ante, quam ad finem anni sequentis contigisse, ejusdem Acta demonstrant.

Hoc pariter anno Abdallam Principem Saracenorum in Oriente esse defunctum, Theophanes auctor est, sub quo Christi Ecclesiam persecutionem esse passam, testatur his verbis (a): *Abdallas cum Amiræ fungeretur honore, multa mala Christianis sub principatu suo degentibus demonstravit: siquidem & Cruces Ecclesiarum abstulit, & vigilias nocturnas celebrare, & litteras discere prohibebat*. Hæc ipse: ☞ verum magis certum est ipsum vixisse Abdallam usque ad annum Christi septingentesimum septuagesimumquintum, ut suo loco dicemus ☜. Sed ad res jam Occidentales.

(a) *Sigeb. in Chron. hoc anno Regin. in Chron. an. seq. lib. 4. c. 67.*

XXI. *Synodus in Gallia de cultu SS. Imaginum.* Hoc eodum anno Synodus celebratur in Gallia in villa, Gentiliaco dicta, annuente Pipino Rege, ubi disceptatum est de cultu sanctarum imaginum, & de quadam alia quæstione, nempe de sanctissima Trinitate: Alii autem anno sequenti potius eamdem habitam tradunt. Sed unde manavit occasio, ut de sacrarum imaginum cultu ejusmodi Synodus haberetur, cum nemo dicat, neque quid in eadem Synodo fuerit definitum, sit usquam penitus ulla mentio: fortis conjectura suadet, ut hæ merces in Gallias per Legatos perfidi imperatoris una cum donis pluribus, ab eodem ad Pipinum allatis, fuerint infeliciter allatæ, ut plane tempestive admodum illud poeticum fuerit occinendum: Timeo Danaos, & dona ferentes. Adornatam siquidem fuisse nobilem legationem ab eodem Constantino Imperatore ad Pipinum Regem Francorum, Veteres Annales tradunt, & inter alia missum organum musicum. Et quis poterit dubitare ab ipso missos homi-

PAGIUS III. *Concilium Gentiliacense.* Ad num. XXI. & seqq. Synodus apud *Gentiliacum* vix una leuca Parisiis distans anno tantum sequenti celebrata, Regione & Adone in Chronicis, Eginhardo in Annal. & Annalistis Loiseliano & Tiliano testibus. Eginhardus in Annal. anno DCCLXVII. de ea habet: *Orta quæstione de Sancta Trinitate & de Sanctorum Imaginibus, inter Orientalem & Occidentalem Ecclesiam, idest, Romanos & Græcos, Rex Pippinus Conventu in Gentiliaco villa congregato, Synodum de ipsa quæstione habuit*, id est ut loquitur Ado, *utrum Spiritus Sanctus, sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio, & de Sanctorum Imaginibus, utrumne fingenda an pingenda essent in Ecclesiis*. Existimat Baronius Constantinum Legatos misisse, qui huic Synodo interfuerint; quod veteres Annalistæ tradant, adornatam fuisse Legationem ab eodem Imp. ad Pippinum Regem, & inter alia munera misisse Organum musicum. Verum Legatio illa & Organum ad Pippinum an. DCCLVII. missa ut ibidem ostendimus. Legati non semel in Franciam ad Pippinum a Constantino missi. Stephanus enim III. Papa Legatos Constantinopoli in Franciam directos, qui *Gisilam* Pippini filiam filio Constantini Imp. in matrimonium tradi postularent, in Epistola XLV. Cod. Carol. ad Carolum & Carolomannum Reges ejusdem Pippini filios post hujus obitum scripta ita testatur: *Constantinus Imp. nitebatur persuadere sanctæ memoriæ mitissimo vestro genitori, ad accipiendam conjugem filii sui germanam vestram, nobilissimam Gisilam*. Verosimile itaque est, Græcos, qui Synodo Gentiliacensi adfuerunt, eos esse qui de Gisilæ nuptiis verba fecerant. Quæstionis de processione Spiritus Sancti ex Filio movendæ causa hæc fuit. Cum Occidentales Græcos hæreticos appellarent ob bellum Sacris Imaginibus ab illis illatum, Græci Latinos vocabant hæreticos, quod Spiritum Sanctum ex Filio procedere assererent, indeque Pippinus Rex Synodum Gentiliacensem convocandam duxit, in qua non dubium, quin Græcorum errores a Francis improbati fuerint, licet hujus Concilii nihil ad nos pervenerit.

IV. *Annus VII. belli Aquitanici.* Pippinus Rex Paschalem solemnitatem Aquisgrani celebravit, ut tradunt Annalistæ Metensis, Bertinianus, aliique. Postea bellum Aquitanicum continuavit, de quo Auctor Appendicis II. ad Continuationem Fredegarii ait: *Evoluto anno, commoto omni exercitu Francorum, vel plurimarum nationum, quæ in Regno suo commorabantur usque ad Aurelianis veniens, ibi Placitum suum Campo Madio, quod ipse primus pro Campo Martio pro utilitate Francorum instituit, tenens, multis muneribus a Francis & Proceribus suis ditatus est. Iterum Ligere transacta, totam Aquitaniam pergens usque ad Agennum veniens, totam Regionem illam devastavit. Videntes tam Wascones, quam Majores natu Aquitaniæ, necessitate compulsi, plurimi ad eum venerant, sacramenta ad eum ibidem donant, & sic Ditioni suæ faciunt. Ita omni Aquitania Provincia nimium devastata cum multa præda ac spoliis per agrum Petregoricum & Egolisinam, jam pene omni Aquitania acquisita, cum omni exercitu Francorum, iterum in anno reversus est in Franciam cum suis omnibus*. Celebravit Pippinus Natalem Domini in Salmuntiaco, seu Salmoniaco, ut habent Annalistæ Metensis, Bertinianus, aliique. Est autem Salmuntiacum Lauduno proximum, qui locus progressu temporis Præmonstratensibus Sancti Martini in Urbe Lauduno Canonicis cessit.

V. *Paulus PP. opem Pippini adversus Desiderium Regem Langobard. postulat.* Paulus Romanus Pontifex duas a Pippino accepit Epistolas, alteram per Petrum primum Defensorem, quem in Franciam prius miserat, alteram per Widmarum & Gelbertum Abbates atque Hugbaldum Virum illustrem, quos Pippinus Romam Oratores dirigebat. Hi quidem cum Legatis *Desiderii* Regis, nec non & Pentapolensium, ac singularum Civitatum, quæ Pontificiæ erant Ditionis coram ipso Papa congressum habuerunt, constitutque de nonnullis peculiis inter utrasque partes restitutis, sed quoad fines Urbium Pontificiarum & patrimonia Beati Petri, tantum abest, ut quidquam decretum fuerit, quin & Langobardi, quæ prius Ecclesiæ reddiderant, ea denuo invaserunt; conventum tamen fuit, ut Franciæ Cl-

mines ejusdem hæresis assertores, & defensores? & cum jam ante toti orbi innotuisset edictum ab eodem Imperatore contra sacras imagines promulgatum, & ubique a Catholicis impugnatum: quomodo non tales ab eodem missi sunt Constantino, qui pollerent scientia, & impugnatum edictum quoquo modo defendere potuissent? Insusurrasse hos nefarios in aures Pipini aliquid, & cum anlicis de iisdem conseruisse sermones, etsi nemo dicat; declaravit tamen eventus, cum ob sata zizania ista, oportuerit ejusmodi Synodum convocare.

XXII. Obfuit plurimum Francis cum Græcis iisdemque hæreticis ista per Legatos inita consuetudo, ut quæ inferius suo loco dicturi sumus, facient manifestum. Quod enim sciret Constantinus impios, male se audire apud fideles omnes Occidentalis Ecclesiæ ob nefariæ hæresis promulgationem; cujus causa etiam sciret negatum sibi tributum ab Italis, & Exarchatum Ravennæ ablatum: quibus potuit legationibus, atque muneribus laboravit, ut Francos, quorum ope Romana Ecclesia jura Imperii in Italia fuerat consecuta, demereri posset; conatusque pariter, ut quos mitterat viros disertos, defensionem hæresis poscentibus exhiberent, & non poscentibus etiam cum possent, ingererent. Porro defensores fuisse Gallicanos Episcopos sacrarum imaginum, docet Synodus Romana, celebrata sub Stephano, de qua inferius dicturi sumus: ubi & asseritur de cultu sanctarum imaginum, perlatam fuisse Synodalem epistolam ab Oriente: datam illam quidem fuisse a Theodoro Episcopo Hierosolymitano, & Cosma Alexandri-

PAGIUS Civitatumque Pontificiarum Legati *Desiderium* adirent. At Paulus nihil inde sperandum duxit, imo potius vereri cœpit, ne Langobardi cæteris Ecclesiæ bonis insidiarentur; quapropter Epistolam XVII. Cod. Carol. ad Pippinem scripsit, ejusque opem enixe postulavit; *In ipsis vestris*, inquit Paulus, *relationibus solitam nobis a Deo illustratæ mentis vestræ constantiæ protulit spei fiduciam*, &c. *Unde & in nostra sine charitatis connexione, ideo juxta id quod petendo direximus, præfatos ad nos vestros videmini direxisse Missos, qui apud Langobardorum commanerent Regem, pro diversis Sanctæ Dei Ecclesiæ causis ac justitiis, & in nostro assisterent solatio. Pro quo innumerabiles vobis referimus grantiarum actiones*, &c. *Præfati denique Missi vestri, in nostri præsentia cum Langobardorum Missis, nec non & Pentapolensium, ac singularum nostrarum Civitatum hominibus adsistentes comprobatio coram eis facta est de habitis inter utrasque partes aliquibus justitiis, videlicet de peculiis inter partes restitutis. Nam de finibus Civitatum nostrarum & patrimoniis Beato Petri ab eisdem Langobardis retentis atque invasis, nihil usque hactenus, etiam ea quæ primitus reddiderant, denuo invaserunt. Unde constitit, ut nostri ac singularum nostrarum Civitatum Missi, ad Desiderium Langobardorum Regem, cum vestris pergere debeant Missis, ut in eorum atque prædicti Regis præsentia, pro iisdem finibus ac patrimoniis comprobatio fiat, nobisque omnia juxta pactionem restituantur. Et æstimamus quod in hoc proveniendum sit, attamen per præfatos vestros Missos rei agnoscere potestis meritum*, &c. *Nam pro certo agnoscat Excellentissima Christianitas Vestra, quia si nobis præfati Civitatum nostrarum ab eisdem Langobardis invasi fines, atque patrimonia reddita non fuerint, etiam ea, quæ primitus reddiderunt, invadere insidiabuntur*, &c. Baronius viderat hujus Epistolæ argumentum, ab eo narratum anno sequenti num. II. Epist. XXIV.

VI. *Moritur S. Chrodegangus Episc. Metensis.* Mortuus est hoc anno *Sanctus Chrodegangus* Episcopus Metensis, cujus nomen inscriptum est ad diem VI. Martii Martyrologii Ecclesiæ Metensis. Molanus in Auctario Usuardi, & Canisius ejusdem etiam meminere. Paulus Diaconus, qui sub ejus Successore Angilramno libellum *de Metensibus Episcopis* scripsit pluribus eum laudat, asseritque eum extitisse in Palatio Caroli Martelli, ejusdem Referendarium extitisse, ac *Pippini Regis temporibus Pontificale decus promeruisse*. Subdit Paulus eum ædificasse Monasterium in pago Mosellensi in honorem Sancti Petri Apostoli, alterumque *quod Gorzia dicitur*, & obtinuisse a Paulo Papa tria corpora Sanctorum Martyrum, sc. *Gorgonii, Naboris & Nazarii*. Annus ejus emortualis in controversia positus; sed ex Chronotaxi proximiorum ejus Successorum, quam certam esse videbimus, liquet eum recte consignatum fuisse ab Auctore Annalium Francorum ab anno DCCVIII. usque annum DCCC. perductorum, quos Duchesnius Tom. II. pag. 6. publicavit. Postquam enim Anonymus iste narravit, corpora Sanctorum Gorgonii, Naboris & Nazarii ab Urbe Roma anno DCCLXV. venisse, scribit: DCCLXVI. *Quando Pippinus fuit in Wasconia: & eodem anno Domnus Frotgandus Episcopus obiit*. Eosdem Annales vulgavit Labbeus Tom. II. Biblioth. pag. 733. ex alio Codice Sancti Martini Masciacensis, nisi quod in isto ultimo Codice aliqua quandoque referuntur, quæ non extabant in exemplari, quo usus est Duchesnius, & in illo loco, *Frotgandi*, legitur *Frotgandus*, Sancti enim hujus Præsulis nomen mirum in modum a Librariis deformatum fuit; dicitur quippe *Ruodgangus*, *Rugrandus*, *Rutgandus*, *Drochegangus*. Chrodegangum vero anno post obtentas a Romano Pontifice laudatas Reliquias ad Deum migrasse, tradit etiam in suo Chronico Hugo Flaviniacensis, qui loquens de Sancto Madalveo Episcopo Virdunensi, narrat, *anno ordinationis Madalvei XIII.* fuisse annum Incarnat. DCCLXV. easque Reliquias per Chrodegandum Metensem Archiepiscopum a Paulo Papa concessas, *nono Papatus sui anno* fuisse delatas, & sequenti anno utrumque decessisse a sæculo *Indict. quinta* ubi tamen loco, *Indict. V.* legendum, *Indict. IV.*

Chrodegangus in documentis autenticis vocatur *Archiepiscopus*, quia hoc ei nomen attributum fuerat cum potestate consecrandi Episcopos. Ut enim Paulus laudatus prodit: *Hic consecravit Episcopos quamplurimos per diversas Civitates, Presbyteros nihilominus ac Diaconos, cæterosque Ecclesiasticos ordines, sicut mos est Romanæ Ecclesiæ, in diebus Sabbatorum Quatuor Temporibus anni*. Archiepiscopi vero titulum ei a *Stephano Papa II.* vulgo appellato III. VII. *A Stephano II. Archiepiscopi titulo exornatus fuit.*

drino, atque Theodoro Antiocheno, auctor est Hadrianus in epistola ad Carolum Magnum, de qua agemus inferius, cum erit sermo de Concilio Romano sub Stephano, ubi eadem epistola, Latinitati donata, lecta fuit.

XXIII. De processione Spiritus Sancti quæstio. Quod autem ad quæstionem spectat, quæ dicitur inter Græcos, & Latinos in hac Synodo agitata de sanctissima Trinitate; quænam ista fuerit, Ado Viennensis docet, nimirum fuisse de processione Spiritus Sancti; num videlicet dici posset, ipsum a Patre, Filioque procedere. Vides, Lector, quo tempore, & a quibus Græcis ejusmodi quæstio primum fuerit mota & agitata nempe ab impiis Iconoclastis. Quod enim Occidentales plurima in Constantinum, ejusque sectatores obticerent; præsertim ea quæ spectarent ad sacrarum Imaginum cultum; illi contra, Latinis quod adiecissent ad Symbolum ea verba, FILIOQUE, vitio vertebant. Videant igitur schismatici Græci, dum Latinos impugnant, se causam agere improbandi Constantini Copronymi, qui ipsorum etiam sententia, omni ex parte fuit impius & sceleratissimus Hagiomachus.

Adest

PAGIUS III. quando erat in Galliis anno sc. DCCLIV. attributum fuisse, elicio ex Periocha Vitæ hujus Pontificis a Lambecio lib. 2. Biblioth. Cæs. pag. 427. recitata. Scribit Vir doctissimus in ea Bibliotheca extare Codicem Anastasii tempore Ludovici Pii exaratum, & in Vita Stephani II. hæc verba legi, quæ desunt in Codicibus editis: *dum in Francia esset positus Rodegango Sanctissimo Episcopo Pallium tribuit, & Archiepiscopum ordinavit*. Quæ verba etiam leguntur in varii MSS. Anastasianis in fine editionis Regiæ relatis. Quare in Martyrologio Metensi ad diem VI. mensis Martii eo titulo jure merito cohonestatur: *Mette depositio Grodegangi Archiepiscopi & Confessoris*. Et Hugo Abbas Flaviniacensis in Chronico Virdunensi pag. 106. nonnisi in tempore ordinationis Chrodegangi in Episcopum Metensem peccat, quando de Stephano II. in Francia posito scribit: *A quo in Pontificem Metensis Ecclesiæ, adstante Rege & populo consecratus Pallium promeruit cum nomine Archiepiscopi*. *Quod etiam quibusdam Metensis Ecclesiæ Præsulibus aliquoties concessum fuisse legitur pro multimoda vastatione Trevirensis matris Ecclesiæ*. De duratione Sedis ejus hæc Paulus laudatus tradit: *Rexit Ecclesiam Metensem annis viginti tribus, mensibus quinque, diebus quinque. Obiit pridie Nonas Martias*, id est, die VI. mensis Martii. Dies obitus ab eo vocatus is dies juxta communem loquendi modum, quo dies obitus & sepulturæ confunduntur. Cum enim *Chrodegangus* anno DCCXLII. qui primus fuit Maioratus Pippini ordinatus fuerit, ut ex anno mortis ejus intelligimus, idque die tricesima mensis Septembris, qui eo Christi anno in Dominicam incidebat, animam Deo reddidit die quinta mensis Martii hujus anni sequentique sepulturæ mandatus.

VIII. Aliqui Episcopi Metenses dicti Archiepiscopi. In Codice Sancti Symphoriani Metensis in Ansberti familia rediviva a Dominicio publicato dicitur, post mortem S. Chrodegangi vacasse Sedem *annos II. & menses VI. & dies XIX*. ideoque si in eodem Codice duratio Sedis Angelramni sine mendo exarata est, uti quidem existimandum, Vacationi Sedis aliquot dies addendi & ordinatio Angelramni die XXIX. mensis Septemb. anni DCCLXVIII. dedicationi Sancti Michaelis Archangeli sacre consignanda, ut in ejus morte videbimus. Porro quatuor Episcopi Metenses *Archiepiscopi* nomen tulere, *Urbicius*, qui circa finem sæculi quarti vixit, *Chrodegangus Angelramnus*, & *Drogo*. Hugo Flaviniacensis Abbas hujus rei causam refert ad devastationem Urbis Metropolitanæ Trevirensis, in Chronico enim Virdunensi citato hac de re loquens ait: *Ita multoties poscentibus exigentibus vastata fuit* (Urbs sc. Treverorum) *ut ea vacante Metensium Præsules Metropolitano fungerentur officio & dignitate*. Quam quidem conjecturam respectu Urbicii, qui eo tempore vixit, quo Treviris a Francis devastata, & Sedes Præfecturæ Prætorii ad Urbem Arelatensem translata certam existimo. At respectu Chrodegangi, Angelramni, & Drogonis, recurrendum est ad Privilegium singulare ob claritatem natalium aliasque peculiares rationes, tribus illi Præsulibus concessum, quos tamen Suffraganeos non habuisse, indubitatum esse debet.

Hoc anno mortuus est *Egberthus* Archiep. Eboracensis, ut videre est an. DCCLXI.

I. ADest annus septingentesimus sexagesimus septimus Redemptoris, quinta Indictione notatus, quo Paulus Papa ubi sedisset annos decem, & mensem unum moritur vigesimanona Junii. De cujus rebus gestis opulentiorem tibi, Lector, apposuissemus mensam, si epistolas, ab eo scriptas ad Pippinum Francorum Regem, & alias reperire potuissemus, quarum dumtaxat argumenta summatim præstricta, & recensita vidimus a Panvino in Viris Romanorum Pontificum, easque integras haberi in Vaticana Bibliotheca, testatur: verum easdem diu quæsitus minime invenire valuimus, ut eas vel furto alio aliquo modo inde sublatas, existimemus. Cæterum nihil est, quod ejus fides possit in suspicionem adduci, cum & earumdem totidem numero argumenta pariter recitent (a) Novatores: qui pertæsi prolixitatem, atque multiplicitatem pariter, sed magis veritatem, non ipsas integras, sed ipsarum argumenta tantummodo edidere; quæ si non simul congestæ, sed per annos singulos, quibus sunt datæ digestæ fuissent, non fastidium vel nauseam legentibus attulissent, sed maximam voluptatem, utpote, quod ex eis epistolaris historia quæ cæteris veritate, & sinceritate præstat, ignota hactenus, fuisset, egregie concinnata: quod nec tu negaveris, cum earumdem argumenta perlegeris, quæ hic tibi subjicimus, ne jejunum penitus dimittamus, quem opipara mensa (quod optassemus) excipere non conceditur. Sed & ex his quisque intelligat, & fateatur, licet invitus, quam bene, & optime de Ecclesiasticis antiquitatibus mereatur, qui non fragmenta, vel argumenta reddat epistolarum, sed ipsas integras edat, non amplius periturus, eam sic earum perpetuitati bene consulat, dum eas in Archivo recondens, consecransque immortalitati, conservet posteris integras. Primæ igitur epistolæ, & aliarum deinceps argumenta, sic se habent.

Paulus Papa moritur.

(a) Cent. 8. pag. 705.

1. *Paulus Papa Pipino Regi obitum Stephani fratris, & suam ordinationem exponit: indicat se in amicitia ab eodem Stephano inita cum Francis, perseveraturum; petit ut idem præstet.* II.
2. *Monasterium S. Silvestri cum tribus aliis vicinis donat Pipino, quæ a Carolomanno monacho fuerant Zachariæ Papæ concessa.*
3. *Gratias agit Pipino pro defensione contra insidiatores; & pollicetur, se curaturum, ut monachi Carolomanni psalmodias discant.*
4. *Marinum presbyterum jubet Episcopum creari, ut a consiliis, Sedi Romanæ contrariis, avocetur.*
5. *Gratulatur Pipino de incolumitate, ac Legatos suos nondum Constantinopoli reversos esse, indicat.*
6. *Gratias agit pro exaltatione S. R. E. indicat fiduciam suam post Deum in fortissimo Regis Pipini brachio existere: & petit, ut ad se Legatum mittat, per quem possit ei aperire Græcorum consilia, & insidias.*
7. *Monachum ei a Cosma Alexandrino Patriarcha missum commendat.*
8. *Imperatorem Græcum in armis esse & Ravennatem Exarchatum & Romam recuperare velle, narrat; ac ab eo auxilium contra Græcos implorat.*
9. *Exponit, se Ravennæ cum Desiderio locuturum, & paraturum, quæ ad defensionem contra Græcos necessaria essent.*
10. *Purgat se de crimine objecto: quasi dixisset, Pipinum non valere auxilium præbere Romanis in angustia constitutis. Et de Marino facit*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hispan. DCCCV. Anno Hegiræ CL. inchoato die 5. Februar. fer. 5. A.C. 767. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6260.

☉ 10. D. ☽ 8. P. 19. April. Indict. 5.

JESU CHRISTI 767.

SEDES VACAT.

CONSTANTINI COPRONYMI 48. & 27.

LEONIS IV. 27.

AD num. I. & seq. Hujus anni initio Wilcharius Episcopus, Dodo, & Wichardus Pippini Regis jussu Romam pertexere Oratores exploratori, utrum Desiderius Langobardorum Rex ea restituisset Paulo Papæ, quæ se redditurum promiserat, compertoque quod eorum quæ pollicitus fuerat, nihil adhuc præstitisset, in Franciam statim rediere cum Epistola ejusdem Pontificis ad Pippinum, quæ est XIX. Cod. Carol. *Tu post Deum*, inquit Paulus, *nobis refugium Christianissime Rex, ut cum Dei brachio firmo existis opitulator & vestri a Deo confortati Regni securitas, nostra est immensa lætitia, quo tam nos quamque universus populus istius Provinciæ (Divina Vos satisfaciat Majestas) firmi atque immobiles in vestra charitate ac dilectione & Regni vestri a Deo protecti Francorum amoris constantia permanentes permanebimus, & nullus nos poterit humanus favor aut terror a vestri amoris dulcedi-*

Paulus Papa ad Pippinum scribit, Desiderium sibi plenarie non satisfecisse.

cit potestatem, ut statuat quid velit. Petit auxilium pro Ravennatum defensione.

11. *Eum de ipsius valetudine percontatur: quia ab amicis nescio quid rumoris adversi de ejus ægritudine sparsum fuerat.*

12. *Narrat de Beneventanorum injuria; petit ut Pipinus litteris eos increpet: Et si nolint parere ut consentiat in expeditionem contra eos institutam.*

13. *Gratias agit pro defensione Ecclesiæ: de pace inter se, & Desiderium constituta narrat: ac postulat, ut obsides Desiderio restituat, quo & ipse Urbem Forum Cornelii recipere possit.*

14. *Literas proditorias Sergii Ravennates Episcopi mittit, & petit auxilium.*

15. *Per Vulfardum Coepiscopum, quem Pipino exemplo fratris Stephani commendat, scribens, iis litteris laudes Pipini, & gratiarum actiones pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ continentur. Auxilium contra Longobardos, quod sanctæ Dei Ecclesiæ justitias minime redderent, postulat. Item pro sabano misso, in quo Pipini filia ex sacratissimo fontis lavacro abluta, suscepta fuerat, gratias Pontifex agit: quem celebratis Missarum solemnibus magna jucunditate, aggregata populi multitudine intra aulam sacrati corporis beatæ Petronillæ, quæ pro laude æternaque memoria nominis Pipini consecrata erat, suscepisse se scribit. Adjicit, se indesinenter laborare, ut Sergius Episcopus suæ restituatur Ecclesiæ.*

16. *Ad Pipinum & omnes Francos, per * Fardum & socios ejus, in quo continentur laudes uberrimæ. Item de Legatis Græcorum ad Regem in Francia morantibus, & de Gregorio Episcopo, & Petro presbytero.*

* Folradum

17. *Pipino indicat sex Patricios cum CCC. navibus Constantinopoli Romam venturos esse, & postea in Franciam ad Pipinum profecturos. Queritur desiderium justitias sanctæ Dei Ecclesiæ, quas coram Legatis Pipini facere promiserat (quod pollicitus fuerat) non adimplevisse: quinimo eum Romanos injuriis plurimis affecisse, deplorat.*

18. *Continentur gratiarum actiones, & uberrimæ benedictiones pro vita, & incolumitate ejusdem Pipini, Caroli, & Carolomanni nobilissimorum filiorum ejus: multis adjurationibus contra Longobardos auxilium flagitant. In embolio adjuncto præceptum, quod Marino presbytero de titulo Chrysogoni dedit, & de libris, quos Pipino transmisit, continetur.*

19. *Pipino per Georgium Episcopum gratiarum actiones pro defensione sanctæ Dei Ecclesiæ continet. In embolio postulat, ut Pipini filium, qui ei tunc natus fuerat, ex sacro baptismatis fonte excipere mereatur.*

20. *Petro presbytero ad eumdem dedit continentem quasdam laudes ejus, quod Romanam Ecclesiam ab hæreticis defenderet. Postea acta Remedii Episcopi, & Audegarii Comitis narrat, qualiter justitias B. Petri Apostolorum Principis apud Desiderium Regem ex parte receperit, & quod reliquas justitias facere pollicitus sit, cum obtestatione, ut si Desiderius ista neglexerit, Pipinus illum, sicut Stephano Papæ, & ejus germano & sibi promiserat, cogeret.*

21. *Ad Pipinum per Vvilharium Episcopum, Dodonem, & Vulchardum: In qua gratiarum actione cum adhortationibus, ut Pipinus pro defensione Ecclesiæ pugnare pergat. Papa de sua constantia erga Pipinum multa recitat, scilicet, quod nullo favore, aut terrore ab ejus charitate separari possit. Indicat se, post Deum ejus Genitricem, & beatos Apostolos,*

PAGIUS *diæ, charitatisque affectu separare, sed una nobis erit in vestro amore vita ac mors.* Deinde statum causæ propter quam Legati Romani e Francia missi sunt, sic exponit: *Quia vero innotuistis, ob hoc Vos præsentes direxisse Missos, ut agnoscere per eos Valuissetis, utrum nobis a parte Longobardorum, plenaria facta fuissent justitia, an nos ipsi omnino causa veritatem comperti sunt & callidam versutiam, atque fictio falsiloquium eorumdem vestrorum nostrorumque æmulorum agnoverunt, eisque ad Vos revertentibus, Deo propitio vestris propalabunt in auribus. Est denique de singulis, quæ a vobis injuncta habuerunt, nobis referentibus singillatim de omnibus responsum reddentes, in eorum posuimus ore, quæ Vestra Excellentia suggerere debeant, effectum ea hoc a Vestra adipisci optantes Excellentia.*

Hujus Epistolæ argumentum recitat Baronius num. II. Epist. XXI. sed post ejus mortem Jacobus Gretserus, Ingolstadii, anno MDCXIII. publicavit Codicem Carolinum, qui continet Epistolas, quas Romani Pontifices, Gregorius III. Zacharias, Stephanus II. Paulus, Stephanus III. Adrianus, & Pseudo-Constantinus, ad Carolum Majorem Domus, ad

II. Carolus M. Auctor Codicis Carolini.

los, in nullo, quam Pipino, majorem habere fiduciam.

22. *Pipino gratias agit, quod Legati Joannes subdiaconus, Pamphilus Abbas, & noster defensor Regionarius S. R. E. cum imperialibus Legatis ab ipso Pipino honorifice suscepti essent. Refert item gratias, quod sibi omnia indicaverit, quæ cum Imperatore Constantinopolitano acta fuerant: valde eum laudat & commendat.*

23. *Per Joannem subdiaconum & Abbatem, atque Petrum primum defensorem. Gratiarum actiones uberrimas, & benedictiones continet de firma, atque incommutabili pollicitationis verbo, & magna perseverantia Pipini in causis Apostolicis, cum admonitione, ut ita pergat Pipinum Davidi comparat.*

24. *Ad duas Pipini epistolas respondet, quarum alteram Pipinus per Petrum primum defensorem miserat, alteram per Vulmarum, & Gebertum Abbates, atque Hugbaldum virum illustrem. Est ejusdem argumenti cum proxime præcedenti, nisi quod quædam adjicit de Longobardis, quod quasdam S. Petri justitias reddiderint, quasdam non, & nunc priores redditas iterum invadere conentur. Quare Pipini auxilium contra ipsos implorat.*

25. *Gratias agit pro defensione Ecclesiæ, cum adhortatione ad Pipinum ut pergat omnimodam S. R. E. exaltationem facere. De suo erga Pipinum amore, & quod nihil sine ejus voluntate facere velit, largissime promittit. Pro monasterio in Soractis monte a Pipino sibi donato, gratias agit.*

26. *Per Georgium Coepiscopum, Stephanum presbyterum, una cum Radberto, Pipini Legato missos. Prolixe de Longobardorum crudelitate, ac malitia queritur: indicat, se suis Legatis ad eum dedisse litteras, in quibus pateretur dimissio obsidum Desiderii Regis in Francia detentorum: idque ideo factum, ut per Longobardiam ipse proficisci tuto posset: alias se id ipsum non petiisse. Hortatur Pipinum, & vehementer obtestatur ne illos dimittat: ipsum Desiderium constringat, & ad restitutionem omnium bonorum B. Petro cogat, ut in adventu Domini, sicut radiantissimus sol, lucere mereatur. In * embola adjuncta munuscula quædam Pipino mittit.* * embolia

27. *Per Andream, & Gundricum Pipino legationem mittit: In qua gratiarum actiones continentur, cum petitione, & adjuratione de auxilio contra Longobardos mittendo.*

28. *Scripsit epistolas tres ad Carolum,*
29. *& Carolomannum: in quibus hortatur eos, ut majorum vestigiis in-*
30. *sistentes, fidem Deo, & B. Petro præstent, & Ecclesiam Romanam defendant, & exultent.*

31. *Scripsit etiam epistolam ad cunctum exercitum Regni Francorum: In qua gratias, & benedictiones pro fideli opera, sibi, & beato Petro præstita, eis impertit. Hortatur eos, ut in servitio S. R. E. perseverent, ac pro ea viriliter decertent.* Hactenus Pauli epistolarum argumenta.

Cæterum præter hæc, & alia, quæ dicta sunt superius suis certis locis, hæc haud anno certo notata Anastasius habet: *Hic*, inquit, *fecit noviter Ecclesiam infra hanc civitatem Romanam in Via sacra juxta templum Romæ... in honorem sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, ubi ipsi beatissimi principes Apostolorum, tempore, quo pro Christi nomine coronati sunt, dum Redemptori funderent preces, & propria genua flectere visi sunt, impresserunt genua ipsa in eo loco, ubi usque hactenus in testimonium omni in posterum venturæ generationi, in quodam firmissimo silice esse ostenduntur designata.* III. Pauli Papæ res gestæ.

*At in Ecclesia beati Petri Apostoli foras muros hujus civitatis Romanæ in Va*ticano videlicet, *novum Oraculum sive Oratorium in honorem sanctæ Dei Genitricis construxit juxta Oratorium S. Leonis Papæ, secus fores introitus S. Pe-*

PAGIUS ad Pippinum, ad Carolum Magnum, & ad Carolomannum ejus fratrem miserunt. Collectæ olim in unum volumen fuerant studio & cura ipsius Caroli Magni, & sunt omnino Epistolæ nonaginta novem. Porro Carolus anno DCCXCI. eas Epistolas iterum rescribendas curavit, eo quod nimia vetustate jam ex parte deletæ essent, ut liquet ex antiqua inscriptione majusculis literis exarata, quæ ab illo ipso, qui jussu *Caroli Magni* eas in unum corpus redigendas descripsit, Collectioni earum præfixa est. Ea collectio extracta ex antiquo MS. Bibliothecæ Cæsareæ, ut testatur Lambecius lib. 2. ejusdem Biblioth. cap. 5. ubi monet eum, qui Codicem descripsit, & ad Gretserum misit, nimiam nonnullis in locis corrigendis & mutandis sibi arrogasse licentiam, ideoque operæ pretium fore, si prima illa editio de integro conferatur cum laudato exemplari authentico. Denique omnes illæ Epistolæ anno DCCXCI. anteriores sunt, cum eo anno earum Collectio facta fuerit. Harum opera Annales Ecclesiasticos variis in locis supplevimus. Extant etiam apud Duchesnium Tom. III.

III. A num. III. ad VIII. Paulum Papam hoc anno ad Deum migrasse inter omnes convenit;

fo-

tronillæ, atque Andreæ Apostoli, musivo, ac diversis metallis eum adornans, ubi & effigiem sanctæ Dei Genitricis in statua ex argento deaurato fecit, quæ pensat libras centum, in quo Oraculo & sepulturam sibi construxit.

IV. Pauli Papæ obitus.

Hic dum in Ecclesia beati Pauli Apostoli æstivo tempore pro valida caloris fervore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine, illic vitam finivit, ubi & sepultus est; illic fere trium mensium spatia post corpus ejus humatum permansit funus. Postmodum vero congregati Romani cives, & aliæ nationes, ejus corpus per flumen Tyberis transportantes ad beatum Petrum cum psalmodiæ honore deportavere, & in præfato, ab eo constructo Oraculo, eum sepelivere. Hic fecit ordinationem unam per mensem Decembrem, creavit presbyteros duodecim, diaconos duos, Episcopos per diversa loca numero ..... Cessavit Episcopatus ejus annum unum, & mensem unum. Hucusque Anastasius. Sed quomodo ista se habuerint, & quæ intercesserint impedimenta, ut tamdiu legitimo Pastore vacarit sedes, idem auctor narrat in rebus gestis Stephani Papæ, ejusdem Pauli Pontificis successoris, his verbis:

Dum vero prædecessor ejus domnus Paulus pro nimietate fervoris, æstivo tempore in Ecclesia beati Pauli demoraretur, & valida quidem ægritudine præoccuparetur, de qua & vitam finivit: die noctuque idem beatissimus Stephanus in ejusdem sui prædecessoris perseverans servitio, nullo modo ab ejus lectulo, donec spiritum emmitteret, recessit.

At

PAGIUS *Moritur Paulus PP.*

solumque de die ejus emortuali inter Eruditos controversie versatur. Papebrocius in Chronico-Historico censet, eum die vicesima prima Junii demortuum, & *Constantinum II. Pseudo-Papam* vitio ordinatum fuisse die XXVIII. ejusdem mensis in Dominica. [1] Verum Baronium obitum Pauli cum die XXVIII. mensis Junii recte alligasse, & *Constantinum* eadem etiam die, quæ hoc anno Dominicalis erat, electum, quorumdam factiosorum opera die quinta mensis Julii in quam Dominica cadebat, consecratum esse, apud me certum. Inierat enim *Pontificatum Paulus* die vicesima nona mensis Maii anni DCCLVII. *sedisque annos decem, mensem unum*, inquit Auctor ejus Vitæ Anastasio vulgo adscriptæ, & cum eo Martinus Polonus, & Luitprandus. Quare currenti anno die XXVIII. mensis Junii spiritum Deo reddidit, eodemque die ante mortem ejus *Toto* quidam Dux Nepesinæ Civitatis curavit subito Constantinum fratrem suum *Laicum existentem* in Pontificem Romanum eligi, inquit Auctor citatus, qui subdit: *Alio vero die illucescente secunda feria Subdiaconus, atque Diaconus ab eodem Episcopo* (nempe Georgio, de quo ante locutus fuerat) *contra Sanctorum Canonum instituta consecratus est, &c. & adveniente Dominica die, &c. Pontifex ab eodem Georgio Episcopo Prænestino, & aliis duobus Episcopis, Eustratio Albanense, & Citonato Portuense consecratus est. Et per anni spatium, & mensem unum Sedem Apostolicam invasam detinuit.* Die itaque XXIX. mensis Junii, in quem feria secunda cadebat Constantinus Subdiaconus, & Diaconus dieque quinta mensis Julii, quæ cum Dominica concurrebat Pontifex Rom. consecratus est; quod magis ex die ejus mortis anno sequenti liquebit. Ante Baronium *Pauli Papæ* nomen memoratum fuerat ad diem XXVII. mensis Januarii a Petro de Natal. lib. 5. cap. 30. e Cartusianis Colon. in Addit ad Usuard, Canisio, Maurolyco, Felicio, & Galesinio; sed Baronius propter rationes nobis incognitas ejus memoriam in Martyrologio Romano ad diem ejus emortualem transtulit.

Hujus *Constantini* duæ supersunt Epistolæ, quæ postremæ sunt in Codice Carolino sc. Epist. XCVIII. & XCIX. in quibus ad conciliendam sibi Pippini Regis ac Francorum amicitiam, multa magnifice scripsit, seque vel invitum Pontificem factum illi persuadere voluit. In prioribus literis ait: *Obnixis deprecationibus, tamquam præsentialiter coram vestro mellifluo Regali assistens conspectu, flexo poplite deprecor Præcellentiam Vestram, ut illud, quod Beato Petro polliciti estis, simulque & charitatem, atque amicitiam, quam cum Beatæ recordationis Domno Stephano Summo Pontifice vel ejus germano, Prædecessoribus nostris, habuistis, omnimodo recordari, ac conservare, jubeatis.* &c. Has literas per Missum Regium, qui Romam venerat, ad Paulum, non autem ad Constantinum, hic transmisit in Franciam; in iisdem eum literis paulo post hæc scribit. *Huic vestro Misso hoc ipsum in ore posuimus Vestro benignæ Excellentiæ suggerendum. Gesta quippe Sanctorum, de quibus meliore nobis dirigi, in quantum reperire valuimus, vobis transmisimus.* Pippinus Le-

IV. *Constantinus Pseudo-Papa Pippinum ad suas partes pertrahere tentat.*

NOTÆ [1] Obitus *Pauli* Papæ in Synodo Lateranensi anni 769. a V. C. Cajetano Cenni, ut ed en. 752. n. XV. monuimus, primum luce donata, ad diem *vigesimam nonam*, non *vigesimam octavam Junii* confertur. *Contigit* [verba Synodi sunt pag. 6.] *per transactam quintam indictionem mense junio die vicesima nona Sanctæ recordationis Domnum Paulum Papam de hac luce, divina vocatione fuisse subtractum.* Mox habet, pag. 7. clerum Romanum post *Pauli* Pontificis obitum, in Basilicam Apostolorum convenisse: *& de præsenti omnes unanimiter properantes in Basilica Apostolorum ipso DOMINICO DIE denuo sacramenta populo præbuimus ob conservandas unicuique justitias.* *Dies Dominicus* an. 767. incidit in diem *vigesimam octavam* Junii, littera Dominicali D. Si ergo sub ipsam *Dominicam diem* obiit *Paulus*, librarii vitio in hac Synodo, *vicesima nona*, pro *vicesima octava* scriptum est. Additur in Synodo pag. 8. eadem die *Constantinum* in Apostolicam sedem per vim fuisse intrusum; alio vero die, *secunda feria*, eumdem *Constantinum* invasorem in *Diaconum forensem* assumptum fuisse. His consonat vulgatus Anastasius, qui docet, Dominica insequenti, *Constantinum* in Pontificem fuisse consecratum. Recte ergo Baronius, & Pagius, diem emortualem Pauli Papæ XXVIII. Junii statuerunt. GEORGIUS

V. Toto Dux fratrem suum Constantinum intrudit in Sedem Pontificiam.

At vero Paulus Papa in ægritudine positus, cum nondum adhuc spiritum exhalaret: illico Toto quidam, Dux Nepesinæ civitatis, dudum habitator cum fuit germanis Constantino, Passivo, & Paschalo, aggregantes tam ex eadem Nepesina civitate, quamque ex aliis Tusciæ civitatibus multitudinem exercitus, atque catervam rusticorum, ingredientesque per portam B. Pancratii in hanc Romanam Urbem, atque in domo antedicti Totonis armati adsistentes, elegere ibidem subito Constantinum fratrem ejusdem Totonis laicum existentem: quem cum armis plurimi eorum loricis induti, latrocinanter in Lateranum Patriarchium introduxere, & ascendentes cum eo in Vicedominio, continuo accersito Georgio Episcopo, compulere eum orationem clericatus eidem Constantino tribui. Ipse vero omnino hoc renuebat facere, corruensque in terram, prostravit se pedibus ipsius Constantini, adjurans eum fortiter per omnia divina mysteria, ut locum daret, & ab ejusdem impiæ præsumptionis proposito recederet, ne per eum talis inaudita novitas in Ecclesia Dei fieret. Et dum hujuscemodi adjurationis proferret verba, concitati plurimi ex ipsis malignis, qui eamdem impiam electionem fecerant, insurgentes super eum, atque fortiter comminantes ei, a quibus ipse timore correptus, orationem illi clericatus tribuit, & ita clericus effectus eumdem sanctum Lateranense invasit Patriarchium. Agebantur ista per Totonem Ducem voluntate, & consensu Desiderii Regis Longobardorum, ut constat ex epistola Hadriani Papæ, de qua inferius. Pergit vero Anastasius:

*Alio vero die, illucescente secunda feria, subdiaconus, atque diaconus ab eodem Episcopo in Oratorio S. Laurentii intra eumdem Patriarchium contra sanctorum canonum instituta consecratus est, sicque universum populum sibi sacramentum præbere fecit, & adveniente Dominico die, rursus cum multitudine armatorum exercituum in basilicam B. Petri properans, Pontifex ab eodem Georgio Episcopo Prænestino, & aliis duobus Episcopis Eustrasio Albanense & * Citomalo Portuense consecratus est, & per anni spatium, & mensem unum Sedem Apostolicam invasam detinuit.* Quomodo autem qui per vim ingressus est, per vim pariter sit sublatus, dicemus anno sequenti, quo contigit. — VI. Pseudopapa Constantinus ordinatus. — * Citonato

Modo autem exitum Georgii Episcopi Prænestini ejus ordinatoris ab eodem Anastasio audiamus, qui hæc subjicit: *Antedictus vero Georgius Episcopus Prænestinus, qui eum diaconem, & Pontificem consecravit, non post multos dies consecrationis ipsius Constantini valida, ac pessima ægritudine præoccupatus, immobilis factus est, & postea Missarum solemnia nequaquam celebravit: ejus enim dextera manus aruit, atque contracta est, quam etiam nec ad os suum afferre valuit, sicque tremens, ac languens vitam finivit.* Hæc de primo ordinatore Georgio ostendit Deus signa, ne quis existimaret excusare posse vim illatam, ad imponendam manum super invadentem Apostolicam — Georgii ordinatoris infelix exitus.

PAGIUS

Legatos Romam direxerat, qui libros de Gestis Sanctorum e Paulo Papa postularent; neque enim adeo longo post hujus mortem intervallo hæ literæ scriptæ esse apparent, ut petas & Nunciam in Franciam de Pauli obitu perlatum sit, & Romam pervenerint Missi, quos Pippinus illuc accepto tam infelici Nuncio, direxerit. Denique Pippinus litteris Constantini se se decipi passus non est; ignorare enim non poterat malas artes, quibus Apostolicam Sedem invaserat.

V. Tres Orientis Patriarchæ Sacras Imagines defendunt.

Pridie Idus Augustas, ac ipsa Indictione quinta *Constantinus* Pseudo-Pontifex Synodicas fidei literas per Constantinum Presbyterum Hierosolymis allatas accepit, quæ quidem Paulo Decessori a *Theodoro Patriarcha* Hierosolymitano inscriptæ fuerant, & alias Patriarchas Alexandrinum atque Antiochenum, necnon plurimos Metropolitanos Episcopos Orientis una cum prædicto Theodoro consentire testabantur, cultumque Sacrorum Imaginum in partibus Orientalibus multum fervere prædicabant. Mox earum exemplar Latine & Græce descriptum in Franciam per Christophorum Presbyterum & Anastasium Notarium Regionarium misit Pippino, quem denuo rogavit, ut Ecclesiæ partes defendendas susciperet, atque Georgium Episcopum & Marinum ac Petrum Presbyteros, a Paulo in Franciam quondam directos, in Italiam redire sineret, quia vocabantur ardentissimo precibus ab agentis sale. Addit quod Episcopatus & Ecclesiæ quas obtinebant, iis absentibus plurimum suæ dignitatis amiserant: *Innotescimus Excellentiæ Vestræ*, inquit Constantinus in Epist. XCIX. Codicis Caroli *quod duodecima die præteriti Augusti mensis quinta Indictionis conjunctis ad nos a Sancta Civitate quidam religiosus Presbyter, Constantinus nomine, deferens Synodicam fidei missam a Theodoro Hierosolymitano Patriarcha ad nomen Prædecessoris nostri Domni Pauli Papæ, in qua & reliqui Patriarchæ, idest, Alexandrianus, & Antiochenus, & plurimi Metropolitani Episcopi Orientalium partium, visi sunt concordasse, eamque cum magna lætitia suscipientes atque amplectentes in populo in ambone relegi fecimus. Cujus exemplar in Latino & Græco eloquio Vestra Excellentiæ direximus, ut agnoscatis, qualis fervor Sanctarum Imaginum Orientalibus in partibus cunctis Christianis immineat. His prælibatis extensis palmis ad æthera, cum omnibus Dei cultoribus, & cuncto nostro populo Redemptoris nostri Divinam exoramus clementiam, ut sua extensione dextera Vos protegat, & Regnum vestri a Deo confortante Francorum terminos dilatet*, &c.

Sequitur embolum. *Itaque hoc Excellentiam Vestram petimus, ut jubeatis, Christianissime ac mitissime Rex, inspirante a Deo, ad nos absolvere revertendum Sanctissimum fratrem nostrum Georgium Episcopum, atque dilectos filios no-* — IV.

eam Sedem, ſed teneri quemlibet millies vitam prodigere, quam tam immane ſcelus patrare. Cæterum Conſtantinus Pſeudopapa, quod ſciebat ſuam ordinationem ſacris canonibus penitus labefactari, & reddi irritam: potioribus remediis eam ſuffulcire conatus eſt: Nam & conciliabulum collegit proximorum Epiſcoporum, qui ex ejus ſententia omnia vi, metuque miſcentis, probavere ejus electionem. Porro ejuſmodi conventus poſtea a Stephano Papa (ut ſuo loco dicturi ſumus) penitus irritus redditus eſt, & nullius auctoritatis.

VII. Verum idem Conſtantinus Pſeudopontifex, ut ſedem ſuam, cathedram peſtilentiæ ſtabilire poſſet, ipſo ſui Pontificatus initio duas epiſtolas ſcripſit ad Pipinum. In quarum prima Pauli obitum exponit, ſeque invitum, & immeritum eſſe ſubrogatum: petit, ut amorem, & fidem ſibi ſervet, quem erga anteceſſores; eique librum mittit de rebus geſtis Sanctorum.

In poſteriore iterum queritur, ſe vi a multitudine manu injecta Pontificem factum: petitque, ut Pipinus Eccleſiæ agat Defenſorem, ne de ſe credat malevolis. Indicat quoque Conſtantinum presbyterum a Theodoro Hieroſolymitano, & aliis Synodicam attuliſſe de cultu imaginum, quam Græce, & Latine ei mittit, ut qualis fervor in Orientalibus Eccleſiis pro imaginum conſervatione ſit, cognoſcat. In pagina inſertitia petit, ut Georgium Epiſcopum, Martinum, & Petrum presbyteros, a Paulo ad ſe Legatos remittat ad ſuos: *Rogat poſtremo ne deſinat Eccleſiam Romanam tueri.* Iſta ſunt argumenta Pſeudopapæ epi-

PAGIUS *Conſtantinus Antipapa Legatos Pauli Papa dimitti petit.* *noſtros Marinum & Petrum Presbyteros, qui ad Veſtram Præcellentiam a noſtro Prædeceſſore Domino Paulo Papa directi ſunt; quotidie enim cum magno ploratu eorum parentes nos adeunt, ut veſtram a Deo inſtitutam Excellentiam deprecari debeamus pro eorum abſolutione, etiam non poſſumus eorum lachrymas ſufferre. Per te enim bone miſericordiſſime Rex ſalvi facti ſunt & a manibus perſequentis liberati conſiſtunt. Unde magna in cælo vobis repoſita eſt mercedis corona, quoniam ſcriptum eſt. Qui ſalvat tanquam qui ædificat. Coram Deo vivo deprecamur, ut in hoc preces noſtras exaudias, & ipſos abſolvere jubeatis. Ipſis enim revertentibus cum magna lætitia eos ſuſcipiemus, & charos in noſtris viſceribus amplecti ſtudebimus. Epiſcopatum enim & Eccleſias, quas tenere videbantur, inordinata uſque hactenus conſiſtunt*, &c.

VII. *Theodoro Patriarcha Hieroſol. ſucceſſit Euſebius.* *Theodorus* Patriarcha Hieroſolymitanus, qui anno DCCXXXV. *Joanni* ſucceſſerat, anno incerto mortuus eſt, & *Euſebium* Succeſſorem habuit. Nam in Vita Sancti Madelvei Virodunenſium Epiſcopi ab Hugone Flaviniacenſi in Chronico deſcripta, legitur hunc Sanctum ſub anno DCCLXX. Sepulcrum Chriſti in Hieraſalem viſitaſſe, & *Euſebium* Patriarcham eum perhonorifice accepiſſe, & cum Hieroſolymis diſceſſit, calicem chryſtallinum, multaſque Reliquias ei dediſſe. Mortuus eſt autem *S. Madalveus* anno ſeptingenteſimo ſeptuageſimo ſexto, IV. Nonas Octobris, cujus tranſitum tot notis ad eum annum Hugo firmavit, ut ſi qui in eo characteres reperiantur, qui huic opinioni ſuper obitu *Madalvei* refragentur, abſque ulla hæſitatione corrigendi ſint, ut recte ſcribit Cointius anno DCCLXXVI. num. XXXV. quod & de aliis characteribus Chronologicis, in quibus is Auctor ſibi aliquando non conſtat etiam aſſerendum. Quæ enim ad *Madalveum* ſpectant, egregie calluit, licet eum ſub finem ſæculi XI. Chronicon ſuum ſcripſerit, in his quæ ad Hiſtoriam generalem pertinent, non raro offenderit. Papebrocius tamen in Hiſt. Chronologica Patriacharum Hieroſolymitanorum quam Tom. III. SS. menſis Maii præfixit, ſecutus Richardum Waſſemburgium lib. 2. Antiquit. Galliæ Belgicæ exiſtimat, *Joannem*, inter & *Theodorum* ſediſſe *Euſebium* & *Theodorum* ad thronum Hieroſolymitanum circa annum ſeptingenteſimum quadrageſimum primum evectum fuiſſe. Suſpicatur etiam Papebrocius, *Baſilium* poſt Theodorum Eccleſiam Hieroſolymitanam obtinuiſſe. Baſiliumque Waſſemburgius in Vita S. Madalvei Euſebio ſubſtituendum contendit. At cum ex dictis conſtet *Theodorum* Joanni ſucceſſiſſe, annoque DCCLXVI. & curſu Sedem illam adhuc rexiſſe, manifeſtum eſt, Waſſemburgium Vitam S. Madalvei potius perturbaſſe, quam explicaſſe, & Baſilium, quem ſine fundamento obtrudit, Epiſcopum fictitium eſſe.

VIII. *Annus VIII belli Aquitanici.* Pippinus Rex Paſcha apud *Gentiliacum* celebravit, ibique Synodum adverſus Græcos, de qua anno ſuperiori egimus, haberi voluit. Deinde in Aquitaniam profectus eſt, Bituricis Conventum Francorum menſe Majo coegit, ac denique duas adverſus *Vvaifarium* Aquitaniæ Ducem expeditiones, alteram eodem menſe Maio, alteram menſe Auguſto ſuſcepit. De priori expeditione hæc ſcribit citatus Auctor Appendicis II. *Commoto omni exercitu Francorum per pagum Trecaſſinum, inde ad Urbem Autiſſioderum veniens ad Caſtrum, quod vocatur Gordinis, cum Regina ſua Bertradane jam fiducialiter Ligere tranſacto ad Bitoricas acceſſit, Palatium ſibi ædificare jubet, iterum Campo Madio, ſicut mos erat, ibidem tenere jubet, initoque conſilio cum Proceribus ſuis, præfatam Reginam Bertradanem cum reliquis Francis ac Comitibus fidelibus ſuis in prædicta Bitorica dimiſit. Ipſe prædictus Rex cum reliquis Francis & Optimatibus ſuis ad perſequendum Vvaifarium ire pergit.*

IX. *Secunda Pippini in Aquitaniam expeditio.* Altera expeditio *menſe Auguſto*, ut teſtatur Annaliſta Tilianus, a Pippino ſuſcepta. De ea in Annaliſta Lauresbamenſi legitur: *Menſe Auguſto ad reliquias belli profectus eſt, & Bituricam veniens Conventum more Francico in Campo egit. Indeque ad Garonnam fluvium accedens Caſtella multa, & petras, atque ſpelunacas in quibus ſe hoſtium manus plurima defenabat, cepit. Inter quæ præcipua fuere Scoralia* (Gallice *Scorailles*, Caſtrum ſummo in monte poſitum, in ſuperiori Arvernia, de quo Hadrianus Valeſius in Not. Gall. pag. 508. *Torinna*, (Gallice *Turene*, in ſolo Lemovicino) *Petrocia* (Caſtrum in ſuperiori Arvernia, vulgo *Peruſſe*). *Reverſuſque Bituricam exercitum in hyberna dimiſit.* Addit Auctor præfatæ Appendicis II. eum Natale Domini & Sanctam Epiphaniam *Bituricis* celebraſſe.

Ad

pistolarum ex eodem, quo supra in Paulo dictum est, codice Vaticano accepta. Cæterum quod ad Synodicam, a Theodoro Patriarcha Hierosolymorum missam Romam de cultu sanctarum imaginum spectat, ne putes, eam ad ipsum Constantinam Pseudopapam missam fuisse, sed potius ad Paulum Papam, quem Legati venientes Romam, repetere esse defunctum; quod testatur Hadrianus Papa, ut inferius suo loco dicetur.

VIII. Sed quid interea in Oriente? Ubique luctus, ubique dolor, tum in Occidente, quam in Oriente: laborat Occidens Orthodoxorum (ut vidisti) complurium factiosorum protervia, Romanam Ecclesiam infestantium: Qui dum sancto corpori mostruosum student caput apponere, factum est, ut sine visibili capite, miserando modo, hoc anno, post obitum Pauli aliquandiu perseverarit Ecclesia: Laborat & Oriens, crudeli persecutione hæretici Imperatoris, Sanctorum cædibus horret. Hoc enim anno inter alios insignis ille sanctissimus Stephanus Auxentianus gloriosissime martyrium consummavit die vigesima octava Novembris. Quæ autem ista præcesserint, ex ejusdem martyrii Actis quam verissimis hic sunt reddenda, jungendaque illis, quæ de ipso, anno superiori, sunt recitata de Prætoriano carcere, ubi cum aliis trecentis, & quadragiora duobus egregiis Confessoribus detentus tenebatur inclusus. Post igitur illa, quæ de eo, & aliis sunt enarrata, subiiciunrur ista de prævisa jam ante consummationem martyrii.

Tempus Martyrii Stephani.

IX. *Non multi dies intercesserant, cum ipse suam a terra ad Deum migrationem animæ oculo prospiciens, quadragesimo ante mortem suam die, præclaram illam mulierem, illam inquam hospitalitatis laude florentem, ac novam * Isdandulam, atque eorum, qui in vinculis erant, ministram accersit, ad eamque his verbis utitur: Tua erga me hospitalitatis fructum velim tibi cum fænore Christus rependat. Belle enim mihi, atque ut ipsi gratum est, ministrasti, ac me recreasti. Deinceps autem ad quadraginta usque dies, prorsus mecum ipse versari, ac memet exuere cupio. Peto igitur abs te, ut panem meum, & aquam, quæ ad me afferre consueveras, per hos dies ne afferas. Ut autem eo nomine mœrentem eam vidit, atque hujusce rei causam scire cupientem: Novi, inquit, mihi vitæ finem imminere: ac propterea monastica exercitationis vigorem etiam atque etiam intendere gestio. Cessit his auditis hospitalis illa, ac præstantis fide mulier.*

Quomodo se pararet Stephanus ad Martyrium. *

Per omnes itaque noctes, & dies non desinebat vir sanctus patres eos, quos carceris socios habebat, monere, docere salutaribus præceptis erudire, atque id efficere, ut toto pene nocturno tempore in canendis Deo laudibus versarentur: adeo ut cives etiam nonnulli qui sanctioris vitæ studium colebant, vilibus pannis obvoluti clam ad eum ingrederentur, & ipsius benedictione, atque doctrina non sine magna animi voluptate fruerentur. In his igitur muneribus cum quadraginta illi dies absumerentur, ac jam octavum, & trigesimum inchoaret, hospitalem illam mulierem rursus accersitam audientibus patribus, ita alloquitur.

X. Reddit gratias, ac preces Stephanus præ feminæ.

Deus, qui se piis omnibus laborum fructus centuplicato redditurum, promisit, benigno oculo te ex alto sancto suo aspiciat, ac pro tuo in me officio longe copiosiorem tibi mercedem referat. Ipsius enim vere discipula extitisti, qui dixit: (a) *Quod fecistis uni ex minimis his meis mihi fecistis.* Et: *qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet.* Et: *Qui potum dat calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam. En itaque tua erga me voluntatis merces expleta est, quam tu ejusmodi a Deo habitura es, ut ea tibi nunquam eripi possit. At postea sacris imaginibus ostensis: Accipe, inquit, præclarum hoc tuum depositum, quod quidem tibi, & in præsenti hac vita adversus omne malum præsidii loco sit, & in futura tuæ erga Deum benevolentiæ atque Orthodoxæ Fidei pignus. Hæc ubi dixit, alte sursum ex imo pectore ingemiscens, aperte hoc extulit: Crastina luce ex hac vita migrans, ad alium mundum, atque Imperatorem proficiscar.* Dolens quidem non suum bonum, quo gavisurus esset, sed alienis peccatis, quibus Deum ipsum offensuri hæretici essent. Sed pergit: *Ipsa igitur cum amarum quemdam, & acerbum gemitum, edidisset, extremamque ei salutem dixisset, receptasque eas quas utendas dederat imagines, linteo quodam obvolvisset, domum postea se recepit. At divinitus afflatus Stephanus, convocatis rursum patribus, eos in divinis laudibus concinendis pernoctare jubebat.*

(a) Mat. 19.

XI. *Porro autem ille Deo prorsus invisus Tyrannus, præter alia, quæ Deo odio, & ex-*

PAGIUS X. *Monachi ob Sacras Imagines vexati.*

Ad num. VIII. & seqq. Narrat Baronius Martyrium S. *Stephani Junioris*, quod secundum Stephanum Diaconum in ejus Vita hoc anno contigit. De eo videnda quæ anno superiori in medium adduximus. Refert etiam, quæ Theophanes habet de vexatione variorum Orthodoxorum, præsertimque Monachorum, Sacrarum Imaginum cultui addictorum. Stephanus Diaconus in Vita S. Stephani Jun. pag. 505. prodit *Theosteriktum* Presbyterum, cujus nares Iconoclastæ præciderant, hæc S. Stephano paulo ante ejus mortem narrasse: *Sancto Quadro-*

Google

Colit Brumalia impius Imp. & execrationi erant facinora, ne Brumalium quidem caremoniam contemnebat, verum eam quoque splendide, ac luculenter celebrabat, ut qui Brumum quendam ac Bacchum in bis Gentilium ritu colere in animum induxisset, eousque ut frugum, ac vini curam gerentes, atque ad maturitatem eos perducentes, summis honoribus afficeret. Parabat itaque tertia quoque uxori sua Eudocia Brumalium postridie, juxta quinti * elementi circumductionem celebrare. Progressus autem atque ad scholarum porticus sedens, una cum Symmystis suis, sataniene quasdam cum organis, ac citharis cantienes, adventanti festo congruentes, addiscebat. Hic igitur ab impiis quibusdam viris ad eum delatum est, Stephanum ex Pratorio monasterium effecisse, eumque totas noctes illic in cantillandis psalmis traducere, ac praterea complures cives illuc proficiscentes, idolorum cultum ab eo edoceri.

Jubetur duci S. Stephanus. Hac ille ut audivit, graviore ira inflammatus, statim militi cuidam, qui in Proximi ordine adscriptus erat, hoc imperat, ut sanctum virum, e carcere eductum, extra urbem obtruncet, illic nempe ubi prius eximia Martyris Maura templum situm erat. Post autem locus ille carnificina factus est, templo scilicet illo a Tyranno funditus everso, & solo aquato, ac Mauro nuncupato: quo in loco fudera cum damonibus occulta sanciebat tametsi non ad extremum usque scelus hoc ipsius obscurum fuerit prodidit enim, id quod clam ab eo perpetrabatur Supblamii filius ipsis sacrificii loco dono datus, de quo nunc consulto sermonem silentio comprimemus. Cum igitur sanctum virum morti addixisset, confestim edictum hujusmodi per totam urbem promulgavit.

XII. Edictum novum Imp. Quisquis amicum, aut affinem, aut omino genere conjunctum habere, eumque occultare, aut etiam pullam vestem ferre deprehensus fuerit: hic post varia tormentorum genera exilio mulctabitur. Cernere igitur erat urbem gravissima calamitate laborantem. Neque enim inimici dumtaxat inimicos apud Imperatorem facillime accusabant, sed etiam amici amicos, & fratres, fratres, & servi dominos, atque (ut brevi complectar) in graviore luctu, & planctu tota urbs versabatur, quem cum Julianus, & Valens Imperii Romani clavum tenerent.

Ducitur Stephanus, sed revocatur. At vero carnifex ille, qui missus fuerat sancto viro a Pratorio assumpto, colloque ipsius, ac manibus ligno alligatis, ad cadem properabat. Ea autem die Tyrannus e palatio progressus in Milii porticu stabat, ubi prius sex illa Oecumenica Concilia depicta erant, post autem crudelis Imperatoris jussu, inducto albario opere, deleta fuerant, atque eorum loco Circus ille, quem amabat, atque plurimi faciebat, atque auriga is, quem in deliciis habebat, atque Uraniacum, hoc est, calestem, cum ne terra quidem dignus esset, appellarat, picto cernebantur. In hoc igitur loco cum superbe staret, omnesque eum faustis ominibus prosequerentur: Nulla mihi inquit, requies est, ita Immemorandi isti exitium vita mea afferunt. Hic vero quidem ejus factionis ait: Et ubinam tandem ullus eorum delituit, aut vestigium ullum ipsorum in hac urbe tua, aut in ulla alia civitate, vel regione occultatum est, cum omnes funditus deleti sint? En enim Imperii quoque tui hostem, hoc est, Auxentianum Stephanum abduci hodie vidi, ut quas meritus est, pœnas subeat. Tum Imperator: Et quid jucundius Stephano accidere queat, quam ut gladio vitam finiat? Verum hujus desiderii minime compos futurus est: multo enim graviore mortis genere mulctabitur. Nunc quippe Imperatrix non mediocriter adversus nos stomachabitur, si festum ipsius diem in cade conficiamus. Quocirca novus hic Herodes, atque uxores mancipium reduci quamprimum eum in Pratorium jubet.

XIII. **(a) Psal. 90.** **Rursus tentat Stephani constantiam Imp.** Quod cum contigisset, rursum cum iis patribus, qui in vinculis erant, Davidicos psalmos canebat (a): Qui habitat in adjutorio Altissimi, & qua deinceps sequuntur. Tyrannus autem cum vesperam totam in tibiarum, & cithararum cantu transegisset, postridie instructa splendidissima cana, cum iis, qui sua factionis erant, epulabatur. Cumque duos quosdam fratres, tum dignitate claros, tum corporis simul atque animi pulchritudine florentes (quos postea invidia œstro percitus interfecit) seorsum accivisset: Ite ad Pratorium (inquit) ac meo nomine ad Auxentianum Stephanum hac dicite: Vides, quanta tui cura afficiar, ut qui tibi, ex ipsis mortis faucibus erepto, vitam concesserim: quocirca tandem aliquando animum inflectens, voluntati mea obsequere. Non quidem me fugit, quin bo-

PAGIUS Quadragesima elapsa, Sanctoque Pascha proximo, vespera Sancta feria quinta, qua Christus Deus noster Judais proditus est, dum Divina mysteria peragerentur, ille Draconis nomen ferens Prafectus, jussu Imperatoris cum militum manu irruens, repente Mysteriorum celebrationem interrupit, Comprehensis vero delectis Monachis, horum numero triginta octo menus & colla lignis vinxit: reliquos partim crudeliter laceravit, partim evomavit: Aliorum barbas pice perfusas adussit, naresque abscidit, quorum unus ipse ego sum. Verum nec dum his contentus ille impius integrum Monasterium ab equorum stabulo ad Ecclesias igne vastavit, & usque ad pavimentum in pulverem redegit: postea se-

Digitized by Google

homo contumax, & durus ad contumelias potius nobis inferendas proruptorus fit. Vos vero si sermonum illecebris inflectere ejus animum potueritis, rem gratam mihi feceritis, & ministerium istud vestrum comprobabo. Sin istud ei persuaderi nequeat, tamdiu eum a vobis, & a fronte, & a tergo verberari volo, quoad misere animam efflaverit.

Duo fratres occulte pii parcunt Stephano.

Igitur praeclari illi duo fratres postquam ad Praetorium venerunt, furiosam quidem illam Tyranni sententiam sancto viro exponunt: verum nullo eum malo prorsus affecerunt, quin potius ubi eum sermonibus ad cohortandum accommodatis confirmassent, atque ab eo benedictionem accepissent, ad reditum se accinxerunt. Quae autem ad Imperatorem dixerant, hujusmodi fuere: Imperator, miserum illum in pristina sententia perstantem, tuumque Imperium infaustis ominibus persequentem offendimus, ac proinde tot plagis eum proscidimus, ut pene spiritus omnis expers jaceat, nec certum sit, an crastina die inter vivos futurus sit. Qua quidem ex re cum mirificam laetitiam ferinus ille concepisset, atque ingentem risum effudisset, luxui, quo ipsi nihil carius erat, operam dare postea pergebat, ut qui ventris, & eorum, quae ventre inferiora sunt, servus esset.

XIV. *At vero dignissimus Stephanus, sub auroram ad se concto monachorum agmine, postremum hunc ad eum sermonem habuit: Valete Patres, & fratres; Valete, atque in Orthodoxa Fide constantissime perseverate, ac pro mea tenuitate, quaeso, preces fundite. En enim jam jamque adest mortis meae tempus, ac pro foribus jam corona est: Quamobrem vereor, ne caliginosa daemonum multitudo, propter ignorantiarum mearum multitudinem mihi impedimento sit. Ob quae cum omnes, omnis cujusdam in modum, lacrymas profunderent, tolli sibi sacram epomidem, atque deinde analabum cum loro jussit. Cum autem cucullam quoque abiicere pararet, ne id faceret, patres prohibebant, negantes convenire, ut sine pretioso hoc indumenti genere dierum suorum finem videret. Ad quos divinitus afflatus vir ille: Athletam (inquit) nudum decet luctari. Ac praeterea ne aequum quidem est, pretiosum hanc rem a furente populo contumelia affici, ac profanis pedibus conculcari. Haec cum loquutus esset, omnes ei morem gesserunt: itaque cucullam quoque exuit, ac cum pelliceo dumtaxat pallio una cum monachis sedebat, de his*

Sacras exuit vestes, ne sint ludibrio.

rebus, quae ad salutem pertinebant, sermonem ad eos habens.

Dum ista aguntur, ex iis, quae subsequuta sunt, intelligi potest, Imperatorem per visum dormientem ea passum esse, quae passam uxorem Pilati (a), Evangelista commemorat, & velut quibusdam furiis exagitatum, novissimeque per daemones, Stephanum Auxentianum nihil penitus, ut jusserat, esse passum: ob id Imperator ipse magis est cruciatus. Nam audi, quae subiiciat idem auctor: *Verum enimvero fieri omnino non poterat, ut quae in carcere acta fuerant, & quo pacto duo illi pii fratres admodum benigne, ac indulgenter cum divino Stephano egissent, Tyrannus ignoraret. Quare cum de his omnibus a daemone aliquo (ut vero consentaneum est) certior factus fuisset, hora diei secunda e somno experrectus, leoninum quiddam rugiens, atque ad aulae vestibulum festinanter proficiscens: O vim mihi illatam! exclamavit. O insignem mei contemptum! Nemo est, qui mihi opituletur, nemo qui subsidium ferat? Quid mihi cum tenebricosis, & Immemorandis istis (sic enim ipsi usitatum, ac familiare erat monachos appellare.) Cum autem ii, qui voluptatibus ac deliciis dediti erant, ultro ad intemperantem illam mensam currerent: perturbatissimo animo ipsis occurrens, magno cum clamore quaerebat: Quo pergitis, & quem quaeritis? His autem respondentibus. Ad te benignum nostrum dominum imus. Tum ille altiori voce: Non sum inquit) dominus vester: Non sum Imperator. Alius dominus vester est, alius Imperator, ad cujus pedes vos ipsos provolvitis, contactisque ipsius vestigiis, ab eo vota, precesque supplices petitis; nemo in me obsequiosus est: ut illo de medio sublato, animum meam reficiat, & recreet. His vero animi anxietate laborantibus, & quisnam ille esset, sciscitantibus, quisquis ille, quem ipsi ei anteferrent, aut quem alium Imperatorem agnoscerent: Tum ipse contra: Stephanus Auxentianus est, inquit.*

XV.

(a) Matt. 27.

Agitatus furiis fuit Imp.

Nondum integrum nomen in eorum aures influxerat: cum subito impetus quidam, & clamor promiscuus, & vox quaedam incondita personabat, omnibus, ut erant ad Praetorium concurrentibus. Mox truculentorum leonum instar in carcerem insilientes: Date nobis (custodibus inquiunt) Auxentianum Stephanum. At ille constanti, atque intrepido animo, velut in hoc ipsum paratus, ad eos decoro ge-

F *stu,*

XVI. Concurritur ad praetorium ad necem Stephani.

PAGIUS *secum assumtis triginta octo illis Patribus ms in quadam testudine veteris balnei apud Ephesi confusa inclusit, apertoque aditu, congestis montis molibus effossis illos obruit; sicque vi intolerabili in Domino consummati sunt.*

XI. Baronius num. XXVIII. hanc in Monachos persecutionem ex alio Theosterico in Vita S. Nicetae Archimandritae refert, & in Notis ad Martyrologium Romanum ad diem XII. mensis Ja-

ita, ac vultu ab omni perturbatione libero egreditur, & quemadmodum olim Christus
(u) Joan. 18. Judæis, ipsius eadem anhelantibus (u): Ego sum, quem quæritis, inquit. Illi autem illico eum arripiunt, atque in terram illidunt, ferreisque vinculis quibus ejus pedes adstringebantur, ubeo extractis, ad publicam viam raptim eum adducunt, calcibus in eum insilientes, saxis impetentes, fustibus ferientes, nullum denique supplicii, contumeliæque genus omittentes.

S. Stephanus Martyrium consummat. Cum autem per primam Prætorii portam non tam duceretur, quam raperetur, ac jam in templi Theodori Martyris vestibulo esset, manibus humi fixis, ac sublato aliquantum capite, ultimum adorationis munus Martyri persolvebat: etenim ne in tanta quidem calamitate pietatis amorem ex animo suo ejecerat. Quem ex sanguinariis hominibus quidam, Philommatius nomine, conspicatus, præcipiti quodam furore percitus: Videsne, exclamavit, Immemorandus, iste tamquam Martyr mori cupit. Atque hoc sermone habito, ad siphones, qui illic erant, quique ob ea incendia, quæ interdum oboriuntur, adhiberi solent, excurrit, avulsumque ab iis haud parvum lignum trahit ac sanctum virum, quam vehementissime potest, in cerebri membrana ferit: sicque protinus interemptum, Martyrem quidem illum profecto, seipsum autem (quod omnium gravissimum scelus est) Martyris carnificem reddit.

XVII. Divina ultio in percussorem. Ac vide, quæso, vim illam Dei ultricem. Non enim quemadmodum plerumque solet, moram ullam interposuit, sed celeri pede processit. Etenim simulatque feriit, ipse quoque in terram diabolica plaga percussus ruit, dentibus horrendum in modum stridens, & ore spumam emittens: atque ita grave istud flagellum permansit, ad extremum usque spiritum miserum illum comprimens, atque castigans. Ac ne sic quidem tamen furibundum illud vulgus animorum impetum remisit; verum per publicam viam adhuc eam raptabat. Et quidnam tandem ex sacrosanctis illis Stephani membris corona expers relictum est? Nam & manus, ac pedes ad saxa offendentes conterebantur, & digiti una cum unguibus avellebantur, atque in terram spargebantur, & venter disrumpebatur, atque intestina omnia profluebant. Siquidem e scelestis illis hominibus unus gravissimum lapidem, utraque manu acceptum, in ipsius ventrem injecit, unde confestim abdita omnis viscerum compages, aquæ ritu, in terram effusa est: nam & mortuo Stephano per summum furorem insultabant, nec contumeliis in eum debacchari cessabant, circumdantes eum tanquam canes multi, atque omni modo raptantes & discerpentes, saxisque per totam viam incessentes, non viri dumtaxat, sed etiam mulieres; qui nec puerilem quidem ætatem sanguinarii hujus impetus expertem reliquerunt: nam ipsi quoque litterario ludo relicto (sic enim Imperator jusserat) lapides manibus gestabant, eisque Stephanum insectabantur: ac quisquis in eum, dum raptaretur, incidens lapidem non jecisset, pœnas luebat, atque Imperatoris hostis censebatur.

Quin etiam cum ad Bovis locum, Martyrem raptantes, pervenissent, caupo quidam, pisces coquens, ut eum rapturi vidit, vitæ usura adhuc eum frui arbitratus, assumpto flagrante titione in calvaria ipsum ferit, ac repente confracto occipitio, cerebrum effluere cœpit. Theodorus autem quidam vir pius e tergo sequens, illud e capite fluere videns, simulato lapsu sustulit, & ipsum furtim impositum in sinu abscondit. Atque ita deinde ad spectaculum motus properat, nimirum cernere cupiens, quonam tandem sedato furore, reliquias Martyris projicerent. At vero sanguinaria illa turba sanctum virum captans, cum ad Monocionis monasterium accessisset, in animo habebat beati viri sororem (illic enim divinum vitæ genus colebat) per vim ejicere, eoque ipsam adigere, ut fraternum corpus, tot certaminibus defunctum, saxis peteret. Verum illa hoc prænoscens, atque in obscurum quoddam sepulcrum sese abdens, hujusmodi facinus effugit. — XVIII. — Sacræ reliquiæ colliguntur.

Illi igitur, spe hac sua dejecti, rursus Martyris cadaver trahentes, in Ethnicorum reorum foveam projiciunt, ubi prius quidem sancti Pelagii Martyris templum erat, verum postea vetustate labefactatum impius Imperator everterat, atque in sepulcra cedegerat, ac Pelagii sepulcretum nuncupabat, adeo, ut tunc quoque divinæ scripturæ locum illud haberet: (b) Cum iniquis vir justus deputatus est. (b) Luc. 22.

XIX. Impii de morte justi exultant. Postmodum læti cedentes, qui Latronum sævitiam crudelitatis suæ immanitate superaverant, lætum Tyrannum adeunt, veluti dæmonis cujusdam intemperiis divexati, qui sceleratissime in ipso pugnaverant. Quos quidem lubenti animo susceptos, ad mensam suam, eduliorum copia onustam, adhibuit. Cumque illi ærumnosissimam Martyris mortem refe-

PAGIUS Theosterictus ob Imagines vexatus diversus a Theosteritto Historico. Januarii ait, eosdem præcipuo honore apud Græcos haberi. Verum Bollandus ad eumdem diem, loquens de Sanctis istis XXXVIII. Martyribus in Jonia passis, notat, nec in Menologio, nec in Menæis, horum mentionem reperiri. Præterea recte observat, duos distinguendos esse Theosterictos. Primus Monachus fuit in Monasterio Pelecetæ in Asia sito, & de isto lo-

ferrent, audiens ille magnopere ridebat, ac lætitia diffundebatur, hominis (ne quid amplius dicam) cruciatus, & calamitates in voluptatis materiam trahens.

Tempus Martyrii Stephani. *Atque hæc quidem in hunc modum se habuerunt. Martyrio porro perfunctus est ille egregius sane luctator Stephanus tertio, & quinquagesimo ætatis suæ anno, Novembris mensis octavo, & vigesimo die.* Hoc ipso anno videlicet. Nam quem idem auctor natum ponit eo tempore, quo S. Germanus Constantinopolitanam sedem accepit, anno nimirum Redemptoris septingentesimo decimoquarto, utique hoc anno martyrio coronatum apparet. Hæc quidem auctor omnia fide sincera, utpote, qui eadem spectarit, & (ut quidem existimo) ejus affectatus vestigia quantum licuit, ejusdem Martyris imitator discipulus fuerit, qui & eodem ferme tempore cuncta narrata scriptis mandarit, absque tamen nomine, quod ita iniquissima tempora illa ferebant. Sed quid prodigiosum eo tempore acciderit Constantinopoli ab ipso audi, dum ista subjicit:

XX. *Ceterum ne ea quidem miracula silentio præterire convenit, quæ ab ipso, illius videlicet beneficio, qui dixit (a): Ego glorificantes me glorificabo: qui autem me contemnunt, erunt ignobiles, etiam post mortem patrata sunt. Eo enim ipso die, quo sanctum virum (ut scripturæ verbis utar) aggressi viri sanguinum, tamquam arietem insignem de medio sustulerunt, cum tranquillum cælum esset, & radiis solaribus collucerет, hora tertia ad Orientalem aulæ portam ignea nubes ad montis verticem, ubi vir egregius monasticæ vitæ certamina exantlarat repente coorta, atque deinde ad summas urbis partes excurrens universum aerem horenda caligne infecit, & obscuravit. Atque (ut cum Propheta loquar) cernere erat, diem ac non diem tenebras ac non noctem: cumque una tam ea vehemens turbo excitatus esset, ingens vis grandinis, magnitudinis haud facile credendæ cecidit, idque circa palatium duntaxat, hincque multi in discrimen vitæ venerunt. Hæc scilicet Sanctorum Deus prodigiose patrare novit, dum impios re ipsa coarguit: eos autem, qui ipsius metu præditi sunt, gloria afficit.*

(a) 1. Reg. 2.

Prodigiosum tempus arguit impietatem.

Porro autem pius ille Theodorus, qui confractam capitis sanctissimi partem sustulerat, cum ad beati Dii Monasterium profectus esset, ejusque antistitem, remotis arbitris convenisset; ei quæcumque insignis athleta Stephanus eo die pertulisset, exposuit. Ille autem acerbe ingemiscens, ad quoddam Protomartyris Stephani Oratorium, quod ad dexteram templi monasterii paritem erat, eum ducit: atque urnam quamdam educens in ea divinas illas reliquias collocat, præsente quodam puero monasterii, & quæ fiebant, inspectante. Ambo autem orationis munere perfuncti tamquam thesaurum quemdem ingentis pretii intra altare occultant. Reliquiæ Stephani Martyris conservatæ.

XXI. *Interjecto autem aliquo tempore accusatur apud Imperatorem Theodorus: nam ne eum quidem a tentatione liberum, atque immunem livor reliquit, verum ut imaginum adorator, exilio mulctatur, atque in Siciliam insulam una cum uxore ac liberis ablegatur. Quem cum diuturno tempore exilii causa illic commoratus fuisset, in patriam rursus reduxit judex justus Deus. Reductionis autem modus hujusmodi fuit. Etenim adolescens ille de quo proxime verba fecimus, ad maturam ætatem provectus cum Antistite agebat, ut diaconus crearetur: quod cum ab eo impetrare non posset, ut qui & juvenilem ipsius ætatem perspiceret, & vitæ socordiam exploratam haberet se gravissima eum malo affecturum, comminatus est. Itaque urnam illam occulta surripit, atque ad Imperatorem currit, eique rem totam exponit: Antistes enim meus, inquit, una cum Theodoro, qui in Siciliam exilii causa missus est, damnatorum, quos tu ut nocentes, & facinorosos morte afficis, ossa colit atque adorat; te autem Tyrannum, ac novum Apostatam appellat.* Theodorus una cum Diosi Abbate accusatur apud Imp.

His auditis Imperator ira inflammatur atque antistitem illum correptum, ac vinculis firmissime adstrictum in carcere custodiri jubet: Theodorum autem e Sicilia reductum dignas hujusmodi facinore pœnas subire; puerum autem ad utrumque convincendum asservari. Reducitur itaque e Sicilia Theodorus. Statimque eum, & Antistitem in medium producit Imperator, atque in faciem ipsis puerum sistit, ut quod factum fuerat, indicaret. Cum autem illi nihil se hujusmodi scire assererent, urnam afferre jubetur adolescens. Atque (o ingens miraculum!) evanescit illa nec hucusque reperiri potest. Itaque vacuis manibus revertitur. Imperator pudore suffunditur, atque id quod contigerat, premere silentio, atque occultare conatur, ne illustriorem etiam quam ante sancti viri gloriam reddat; ne-

PAGIUS loquitur Stephanus Diaconus loco laudato. Alter etiam Monachus extitit, floruitque sub Imperio Michaelis Balbi, ac scripsit Vitam Sancti Nicetæ Hegumeni Mediciensis in Bithynia, qui ob fidem & defensionem Imaginum sæculo sequenti carceribus & exiliis afflictus fuit, ut suo loco videbimus. Utrumque vero *Theosteriktum* in unum Baronius confundit, asserique

Accusator elusus punitur, accusati pii liberantur. *neque enim ipsum fugiebat, quia divinum Stephanum omnes pene sanctum confiterentur: Juvenem autem illum, ut calumniatorem multis verberibus laceratum exilio mendat. Sic nimirum Deus justos a tentationibus eripere, impios autem eorum loco tradere novit.* At de certamine Stephani & miraculis, cultuque hactenus. Cui nos (at qui scripsit facit) precibus commendemus.

XXII. Ex his autem, quæ germane sincereque de tanto Martyre scripta extant, considerare quis prudens poterit eorum certamina quæ nota Deo tantum, absque scriptorum monumentis ex hominum memoria exciderunt. Relatus est inter sanctos Martyres Stephanus, in Ecclesia Catholica celebrandus, die vigesima octava Novembris, una cum SS. Martyribus Andrea, & Petro, de quibus ibi, post elogium Stephani, hæc habentur: *S. Andreas dum traheretur vinctus, expiravit: Petrus vapulans reddidit Deo spiritum.* Subiiciuntur autem ista eadem die: Multi milites orthodoxi tunc mundo spreto, facti sunt monachi, quos impius Imperat. cruciatos interemit. E quibus *unum Basilium nomine cratis oculis, & adhuc de sanctarum imaginum adoratione loquentem, salibus percussit: qui excruciatus dolore ex hac vita migravit. Alius Sostenio clausus, amputatus auribus, in Chersonam missus est exul, & ibi occidendus, fugiens ad Cazaros, ibi ab illis est factus Episcopus.* Subdit de aliis in exilio pariter ductis, & ibi defunctis. ista de militibus. At quemnam finem certaminis acceperit illud sacrum examen Confessorum, quos Stephanus reliquit in carcere, ignoratur; neque illa, quæ in diversis Imperii provinciis passi alii sint, perpaucis exceptis, scriptis consignata remanserant.

XXIII. Quod autem pertinet ad duos fratres illos, quos ad Stephanum suadendum ab Imperatore missos vidimus, eos ob pietatem ab eodem Imperatore occidi jussos idem auctor tradit: hos enim fuisse illos putamus, quorum alterum nomine Constantinum, Strategium alterum Theophanes ponit anno superiori esse capite truncatos: Etenim ipse anni unius termino errare arguitur ex Martyris Actis in obitu Martyris Stephani: sic & de aliis ejusdem anni factum apparet, at quæ ab eo superiori recensita sunt anno, quæ in hoc esse collocanda, ex ejusdem Martyris Actis comprobantur. Sed quæ reliqua sunt anni hujus ejusdem Imperatoris res gestæ, videamus. Theophanes enim ista describit, ac primum omnium, quæ gessit adversus Constantinum exauctoratum Patriarcham Constantinopolitanum. Hic quidem quam secreto acceperat ab Imperatore ipsius impietatem, qua negabat Christum Deum, ejusque Matrem esse Deiparam nominandam, loco vindictæ, id ipsum in insula ubi relegatus erat, omnibus propalavit (ut Cedrenus, & alii tradunt) quamobrem evocatus Constantinopolim, quas jussus sit pœnas dare, lueretque supplicium, ita Theophanes narrat:

Constantinus Patriarcha ab exilio ad supplicium revocatur.

XXIV. Constantinus Patriarcha solemni ritu exauctoratur. *Anno vigesimoseptimo Imperii Constantini, Constantinus falsi nominis Patriarcha ductus est una Octobris, sexta Indictione a Principe insula: quem & cecidit Tyrannus, quod evadere non valeret ejus maledicta. Jussit autem in foro parari locum, & eundem sedere in gremio Ecclesiæ magnæ, eratque a secretis,* ob secreta videlicet patefacta, *cum eo conferens charta tomum, in quo erat scripti hujus excessus. Omni ergo populo, ex præcepto Regis illic congregato, & vidente, legebatur charta totius populi, & per singula capitula a secretis,* ob secreta videlicet manifestata, ut Cedrenus insinuat, *percutiebat faciem ejus, Niceta Patriarcha sedente in Consessione & intuente. Post hæc vero cum imposuissent eum in ambonem, & rectum stare fecissent: accepit Nicetas chartam, & misit Episcopis, & ablato superhumerali ejus, anathematizaverunt eum, & hunc scotium* * *Absin cognominantes, ab Ecclesia abstraxerunt. Postera vero die cum ludi Circenses agerentur, raserunt faciem ejus, & barbam denudaverunt capitisque & superciliorum pilis ablatis, indutum hunc laneo, brevi, ac sine manicis vestimento sedere fecerunt super asinum, sagma ferentem, & ipsius tenere caudam, & duxerunt per Dippium in Hippodromum, cuncto populo imprecante illi mala, & conspuente: trahebat autem asinum Constantinus nepos ejus, naso recisa. Cumque venissent, ad vulgus: descenderunt, & conspuerunt, & pulverem jecerunt super illum, & dum abduxissent eum ad consistorium, dejecerunt eum de asino, & calcaverunt super collum ejus, & collocatus contra vulgus, audiebat ab illis ludicra verba usque ad absolutionem ludorum equestrium.*

* Abiron

XXV. *Eodem quoque mense, missis impius Imperator Patriciis, significat ei, dicens: Quid dicis de fide nostra, & Concilio, quod fecimus?* Oblata ex his digna fuit in-

PAGIUS que *Theosterictum*, qui præfata S. Stephano Juniori narravit, hujus temporis Scriptorem fuisse, & rerum, quas narrat, inspectorem. At aliud est quidpiam viva voce cuipiam commemorare, etiam descripturo & transmissuro ad posteros, aliud propria manu literis tradere. Prior *Theostericius*, quæ viderat, Stephano Juniori retulit, sed in literas non misit. Ad hæc tra-

Google

Ultimum supplicium Constantini Patriarchæ. infelici homini occasio, ut si voluisset, potuisset opprobria omnia illa in gloriam convertere sempiternam, & promereri coronam martyrii, si quod absens fecerat, obloquendo, præsens fecisset, fortiter confitendo, ipsum Imp. esse hæreticum, profitendo Catholicam fidem; sed vilis, & ignavus ob scelera sua his addictas suppliciis ad adulationem, assentationemque sermonem convertit, ex quo duplo delinquens, ultimo demum meruit supplicio affici: nam pergit Theophanes de ipso: *Constantinus Patriarcha sensibus ad vanitatem conversis respondebat: Bene, inquiens, & credis, & Concilium operatus es; putans, se ob hoc illum sibi placare. Et confestim illi respondentes: dixerunt: Nos hoc audire volumus ab ore tuo polluto: ex hoc ergo vade in tenebras. Et sic accepta sententia, descendit ad claustra ferarum, & decollatus est: Et caput quidem per aures ligantes, tribus diebus in Milio suspenderunt ad ostensionem plebis: corpus vero reste pede ligato, traxerunt per plateas usque ad loca pelagi, & fortandum biothanatis, statuerunt: similiter & caput ejus post tres dies illuc delatum, projecerunt. O irrationabilitatem, & crudelitatem, atque immisericordiam immitissima bestiæ! non est veritus miser sanctum lavacrum: duos enim filios ejus ex tertia conjuge ipsius ex ulnas suas susceperat. Siquidem semper feralibus moribus, & immansuetus esse probabatur.* Hactenus tragœdia Constantini hæretici Patriarchæ, quæ sui immanitate commiserationem a Catholicis etiam elicuit, qui præ cæteris in eum magis invehi, acriusque insultare debebant ob scelera, ab eo in eosdem perpetrata. Sed hæc docuit Christiana mansuetudo, cujus Orthodoxi legitimi sunt hæredes. Sed quæ his immaniora subiiciat Theophanes, audiamus.

XXVI. Sævitia Constantini Copronymi. *Ab hoc autem anno ampliori est insania usus; mittens quippe deposuit Petrum nobilem Stelitem a Metra; quem virum cum suis dogmatibus credere renuisset, ligatis pedibus ejus, in prædicto palatii loco inclusit, & hunc tractum quoque per plateas projici jussit. Alios etiam in saccis vinciens, & lapidibus aggravans, evacuans oculos, in pelagus jactari præcipiebat, nares abscindens, flagellis excorians, & omnem tormenti speciem adversus eos, qui pie vivebant, excogitans. Et in urbe quidem per seipsum hæc, & consentaneos suos Antonium Patricium, & scholarum Domesticum, ac Petrum Magistrum super populum singulorum ordinum, quos a se fuerat eruditos ad talia, agebat: in cæteris vero partibus per jam dictos Prætores. Ipse namque citharæ delectabatur sonitu, atque conviviis, turpibus sermonibus, & saltationibus eos, qui sibi adhærebant, incessanter erudiens.* Ita & in his imitatus Neronem in omnibus sævissimus Imperator, dicendus & ipse ea ex parte pariter Matricida, dum a qua per lavacrum sanctum est genitus, Ecclesiam Catholicam (quantum in se fuit) sæpe necavit.

Sed reliqua audi monstri portenta, quæ idem sic pergit narrare Theophanes: *Si quisquam*, inquit, *corruens, vel dolens solitam Christianorum vocem emitteret, dicens: DEI GENITRIX JUVA, aut vigilias agens, deprehenderetur, aut Ecclesiis assuetus, aut cum religione vivens, aut non passim juramentis abutens, ut inimicus Imperatoris damnabatur, & immemorabilis memorabatur.* Quo nomine (ut sæpius dictum est) sanctos monachos peculiariter sugillabat. De tanta blasphemia agens Theostericus, hujus temporis scriptor in Niceta, hæc paulo fusius prosequitur, ubi plura in detestationem impii Constantini dixisset, hæc ait (a): *Habitu erat Christianus, mente Judæus: Quam enim Christus sibi domicilium delegit, gloriosissimam inquam suam Matrem, omnibus aliis rebus creatis superiorem, omnium hominum salutem, mundi patrocinium, quæ propter virginitatis suæ præstantiam prope Deum versatur: hujus, inquam, venerandum nomen multis modis ab Ecclesia expellere studuit; ejus vero intercessiones, per quas mundus consistit, illas ne nominare quidem voluit, cum diceret, nemini eam posse opitulari. Conabatur autem quod dicebat, hoc exemplo confirmare: Cum enim aliquando marsupium, aureis nummis plenum, in manum sumpsisset, & iis, qui cum ipso versabantur, illud ostendisset, ab eis quærens: Quantinam, inquit, marsupium hoc valet: Multum, inquiunt illi. Cum vero aurum ejecisset, rursum quæsivit: quantinam marsupium esset. Cumque illi respondissent, nihil valere: Ita, inquit, miser ille, & Dei parens Maria (neque enim sanctam dignabatur nominare eam indignus ille) quo tempore Christum in se habebat, valde honoranda illa erat: ex quo autem tempore illum peperit, nihil differebat a reliquis: O blasphemiam, o superbiam, o immensum Dei tolerantiam, o summam patientiam! quomodo ipsius lingua non obmutuit, quæ adversus Christi Ma-* XXVII.

(a) Apud Sur. die 3. April. to. 2.

Blasphemia horrenda in Dei Genitrice.

PAGIUS tradit ibidem Baronius, Martyres illos fuisse numero XLII. Verum in Actis S. Stephani Juniorum a Stephano Diacono, quam a Metaphraste editis, dicuntur fuisse tantum *triginta octo*, non vero XLII. Quare vel in Martyrologio Rom. mendum inest, ut idem Bollandus animadver-

Matrem tam superbe iniquitatem loquuta est? Quidnam a blasphemis Judæis novus hic Pharisæus, & Deo invisus differebat? Ita quidem Theosterictus: quem attendant nostri temporis Novatores, sciantque, se eamdem habituros partem absque dubio cum Copronymo in inferno, qui ejus discipuli impietaris se esse factis, dictisque in omnibus profitentur. Porro idem auctor persecutionem ejusdem in monachos subiicit, consentientia iis, quæ a Theophane conscribuntur. Ait enim:

XXVIII. *Nostros vero monachos indignos existimabat, de quibus cogitaret: quinimmo abjectos, & nulla memoria dignos vocabat illos ipse, qui nulla ex parte memorabilis fuit. Quicumque autem pravo ejus consilio parere noluerunt, partim exilio condemnati sunt, partim in carceribus mortui, alii gladio interfecti, alii vectibus contusi, qui sic discerpebantur, ut eorum viscera in plateis dissiparentur. Testatur id Stephanus novus Christi Martyr, qui prioris illius Stephani & nomine, & moribus fuit socius. Ad hæc aliqui sunt in altum mare projecti. Alii, ut tyrannis, tormenta inferentibus peccandi occasionem auferrent, fugiebant, & in montibus, & speluncis versantes, in fame, & siti, in frigore, & nuditate afflicti, angustias multas tolerabant. Alii cruciatus extimescentes, neque suæ carnis infirmitate confisi, in alienam regionem migrarunt, & illic quod ad conscientiam, & propositum pertinet, martyrium compleverunt.*

Perfecutio vigens in Monachos.

Alii tormentorum metui succumbebant. Alii assentationibus capiebantur. Quidam humanam magis, quam divinam gloriam appetentes, se ipsi subiiciebant. Alii corporeis voluptatibus addicti, suas etiam uxores circumducere non erubescebant. Itaque animarum salutis domicilia, proh scelus! facta sunt adulterii, & incestorum diversoria. Totum autem ejus viri, quem diximus, propositum & studium erat omnino in ea re occupatum, ut ordinem monasticum deleret: idque ex eo tempore, quo regnare cæpit, in animo propositum habebat. Hæc Theosterictus hujus temporis scriptor, & rerum inspector. Relati reperiuntur in tabulas Ecclesiasticas duodecima Januarii quadraginta duo monachi Martyres Ephesi sub eodem Copronymo Imperatore, & vigesima octava Novembris post Stephanum juniorem, Basilium, Petrum, & Andream, atque aliorum trecentorum triginta novem monachorum recensitæ coronæ martyrii, qui sub eodem Imperatore passi sunt, die vero decima septima Martii habent natalem diem sancti Pauli, qui per ignem sub eodem Imp. martyrii coronam pariter adeptus est. Sunt & alia innumera de victoriis Christi militum tunc erecta trophæa, quæ scriptorum inopia, & injuria temporum remanserant incognita.

Martyres sub Copronymo.

XXIX. Sed redeamus ad Theophanem, qui de monasteriorum cladibus ista subiicit: *Monasteria vero, quæ in gloriam Dei & in salvandorum refugium facta sunt, domos fore communes fautoribus suis militibus sanciebat,* effectis jam illis Prætoriis castris. *Denique Dalmatii cœnobium, quod erat inter optima Byzantii cœnobia, militibus in habitaculum tribuit; ea vero, quæ dicuntur Callistrati, & Dii monasteria, necnon alias sacras monachorum, ac virginum domos a fundamentis destruxit.*

Hos autem, qui monasticam vitam subire ex insignibus militibus studuerant, & maxime illos, qui sibi adhæserant & complices libidinis suæ, & nefandorum actuum fuerant, morti subdebat, suspectus habens confusionem, quæ sibi ex propalationibus fieret se pronuntiantium. Unde & Strategium Podopaguri fratrem cum esset urbanus specie assumpsit: amabat enim talibus adhærere propter luxurias suas: cumque eum molesie tulisse sensisset infandas in viros insanias suas, & beato Stephano incluso sancti Auxentii has manifestas reddidisse, salutisque remedia suscepisse: hunc quasi insidiatorem suum diffamans, una cum incluso (ut prædictum est) interfecit. Addit & de avaritia ejusdem Tyranni, qua miseros agricolas denudavit.

Constantinus libidine nefanda turpissimus.

Ad postremum anni hujus iste de novo pseudopatriarcha adiicit: *Eodem anno Niceta falsi nominis Patriarcha, iconas ex musivo factas, quæ in Patriarchio secreti minoris erant, erasit; & imagines Magni secreti, quæ sculptæ erant in ligno deposuit, & cæterarum imaginum facies delinivit: sed in Abrahamio similiter fecit.* Hactenus de anni hujus rebus impie gestis ab Imp. Theophanes in Annalibus.

Sep-

PAGIUS vertit. *Theosterictus*, cujus mentio in Vita S. Stephani Jun. in Menologio ad diem XVII. Martii dicitur pro Sacrarum Imaginum defensione in pace consummatum migrasse ad Dominum.

Google

JESU CHRISTI ANNUS 768.	STEPHANI PAP. IV. ANNUS 1.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 28.

Septingentesimus sexagesimus octavus sequitur annus, sexta Indictione signatus, quo ejecto Constantino pseudopapa, ubi sedisset annum unum, mensem nnum, & qui subrogatus est præter jus fasque, Philippo pariter cessare jusso: legitime riteque ex sacrorum canonum præscripto creatur Stephanus, Nonis Augusti mensis, hujus nominis quartus, dictus a nonnullis tertius. Sed quomodo ista se habuerint, sunt ex Anastasio petenda, quo antiquiorem & fideliorem habemus neminem: qui ubi narravit invasionem Apostolicæ Sedis, factam per ipsum Constantinum, de iis, qui postea hoc anno adversus eum vindices insurrexerunt, hæc ait: *Hoc vero cernens Christophorus Primicerius, & Consiliarius, zelo Fidei una cum filio suo Sergio, tunc sacellario existente, maluerunt magis mori, quam talem impiam novitatem, & impiam præsumptionem in Sedem Apostolicam perpetratam conspicari. Et quotidie in fletu, & lachrymis perdurantes, simulavere se monachos fieri velle: seseque absolvi ab eodem Constantino petiere, & in monasterium Salvatoris Domini nostri Jesu Christi proficisci, asserentes illic monachicum fore suscepturos habitum. Suscepto ab eodem Christophoro Primicerio sacramento, Constantinus illis credens,* eos absolvit, dimisit scilicet. *Quibus properantibus, & usque ad fines Longobardorum conjungentibus, hoc est,* pervenientibus, *velletque Abbas jam fati monasterii eos in idem monasterium deducere: declinavere ab itinere idem Christophorus Primicerius, & ejus filius Sergius dudum quidem sacellarius postmodum Secundicerius, adjurantes firmiter Theodicium Ducem Spoletinum ut eos trans Padum ad Desiderium suum dederet Regem Longobardorum, intentes ob hoc redemptionem sanctæ Dei Ecclesiæ perficere. Eosque idem Spoletinus Dux ad suum deportavit Regem. Et dum ejus obtutibus præsentati fuissent, obnixe eumdem Regem deprecati sunt, ejus auxilium tribus, at talis novitatis error ab Ecclesia Dei amputaretur.*

Stephanus Papa.

Dum vero prænominatus Christophorus & Sergius ejus filius apud præfatum demorarentur Regem: fecit prædictus Constantinus Apostolicæ Sedis invasor ordinationem presbyterorum, & diaconorum presbyteros octo, diaconos quatuor ordinans, sed & Episcopos in ipsius anni circulo, & alias mensis fecit per diversa loca numero octo. Et infra: *Dum hæc agerentur conjunxerunt antefatus Christophorus, & Sergius in civitatem Reatinam absoluti a Longobardorum Rege. Et procedentes Sergius, & Valdipertus presbyter cum Reatinis, & Furconinis, atque aliis Longobardis Ducatus Spoletini, conjunxerunt subito, ac repente in hanc Romanam Urbem, vigesima octava die Julii mensis, Indictione sexta, vespera in ipso crepusculo noctis, vigilia beatorum Martyrum Abdon, & Sennen, occupantes pontem Salarium. Alia vero die transeuntes per pontem Milvium venerunt ad portam B. Petri, & inde pergentes, appropinquavere ad portam S. Pancratii. Quidam vero propinqui jam fati Christophori, & Sergii ipsam portam observantes, ac custodientes, cernentes ipsum Sergium ad eamdem portam appropinquasse annuere ei, & protinus ipsam aperuerunt portam, sicque jam dictus Sergius, & VValdipertus cum Longobardis in Romanam Urbem ingressi sunt. Et per muros civitatis cum flammula ascendebant, metuentes Romanum populum, & nequaquam de * Genuculo ipsi ausi sunt descendere, sed cum nimio tremore ibidem adsistebant.*

II. Christoforus, & Sergius vindices contumeliæ Ecclesiæ.

Hoc vero audiens Toto, & Passivus germani fratres, ignorantes ingenium, & dolum, quod ii proditores exierant, ea-

III. Toto occiditur.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCVI Anno Hegiræ CLI. inchoato die 25. Januar. fer. 3. A. C. 768.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6261.

☉ 22. CB. ☽ 9. P. 20. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 768.

STEPHANI III. PAPÆ 1.

CONSTANTINI COPRONYMI 49. & 28.

LEONIS IV. 18.

A Num. I. ad XII. Refert Anastasius in Vita Stephani III. Sergium & Waldipertum Presbyteros cum Langobardis repente in Urbem Romanam *vicesima octava die Julii mensis, Indictione sexta, vespere, in ipso crepusculo noctis, vigilia Beatorum Martyrum Abdon & Sennen,* occupasse Pontem Salarium. Addit Anastasius, *alia die Dominico*, ideoque die tricesima prima mensis Julii, quæ hoc anno Dominicalis fuit, Waldipertum Presbyterum extraxisse ex Monasterio Sancti Viti *Philippum Presbyterum*, huncque Papam elegisse, sed Philippum eodem die ad suum Monasterium reverti coactum esse. *Alia die* subdit Anastasius, nempe die prima mensis Augusti, in quam feria sexta cadebat, *Stephanus Tertius*, qui male in Annalibus Stephanus IV. vocatur, electus est Pontifex Romanus, & Constantinus invasor apostolicæ Sedis in Monasterium Cellanovas deportatus. *Sabbato vero die diluculo* (ideoque die se-

I. *Stephanus III. ordinatur Pontifex Rom.*

occurrere cum aliquantis ad prædictam portam, cum quibus & Demetrius Secundicerius, & Gratiosus tunc Chartularius postmodum Dux, properaverunt, qui & ipsi in concilio erant cum præfatis proditoribus. Et appropinquantes ad eosdem Longobardes, obviavit Totoni Duci ex eisdem Longobardis, qui bellator præ omnibus apparebat, Racipertus nomine, & impetum fecit super eumdem Totonem; super quem idem Toto irruens, atque fortiter percutiens eum, interfecit. Quod adspicientes Longobardi, in fugam conversi, nitebantur evadere. Sed Demetrius Secundicerius, & Gratiosus Chartularius post tergum supradicti Totonis adsistentes, eum in dorsum lanceis percutientes, sic adversus eum prævaluere, atque interfecerunt. Passivus vero in Lateranense fugit Patriarchium, annuntians suo germano Constantino, quæ gesta fuerant.

IV. Fuga Constant. Pseudopapæ.

Hoc vero audito, fugit idem Constantinus cum suprascripto Passivo, & Theodoro Episcopo, & Vicedomino suo in Ecclesiam S. Venantii, & aliquantulum ibi residere. Et considerantes si melius se possent salvare, in Vestiarium ascendere. Illic intus Oratorium S. Cæsarii ingredientes, clausisque super se januis, ibidem residebant. Et convenientes post aliquantas horas hujus Romanæ militiæ Urbis judices, eos ex ipso Oratorio ejicientes, sub cautela munere.

Studio Vualdiperti elevatur in Pontificem Philippus.

Alio vero die Dominico congregans Vualdipertus presbyter, ignorante autem prædicto Sergio aliquantos Romanos, pergentesque in monasterium S. Viti: abstulere exinde Philippum presbyterum, quem eligentes, & cum gaudio vocibus acclamantes, Philippum Papam, S. Petrus elegit eum in basilicam Salvatoris more solito deduxerunt, illic oratione ab Episcopo data, juxta antiquitatis morem, tribuentemque pacem omnibus, in Lateranense deduxere Patriarchium: & ibidem similiter in Sede Pontificali sedens, omnibus tribuens (ut mos est) pacem, ascendit sursum, & mensam (ut assolent Pontifices) tenuit, sedentes cum eo aliquanti primates Ecclesiæ, & Optimates militiæ.

Post paululum vero conveniens eodem die sæpe fatus Christophorus Primicerius, cognitaque causa electionis ipsius Philippi: illico cum magna ascendens ira, jurejurando coram omnibus Romanis affirmabat, dicens, se Roma minime egressurum, quousque Philippus presbyter de Lateranensi non fuisset expulsus Patriarchio. Tunc properans antedictus Gratiosus cum aliquantis Romanis expulerunt jam dictum Philippum presbyterum de eodem Patriarchio, qui & per scalam, quæ ducit ad balneum, descendens, cum magna reverentia ad suum reversus est monasterium. V. Philippus male electus ejicitur.

Sicque præfatus Christophorus alia die aggregans in Tribus Fatis sacerdotes, & primates cleri, Optimates militiæ, atque universum exercitum, cives honestos, omnisque populi Romani cœtum, a magno usque ad parvum pertractantes pariter, concordavere omnes uni mente, unoque consensu in personam præfati beatissimi Stephani. Pergentesque in titulum beatæ Cæciliæ, in quo idem Stephanus presbyter existens, spiritualem agebat vitam, eum Pontificem elegerunt: quem cum vocibus acclamationum, & laudibus in Lateranense deportaverunt Patriarchium; & rite omnibus in ejus electione peractis, Deo auctore, Pontificatus assumpsit culmen. Quisnam iste fuerit Stephanus, idem Anastasius hæc superius. Stephanus Papa eligitur.

VI. *Stephanus tertius* dictus, revera quartus, *natione Siculus fuit, ex patre Olivo, vir strenuus, & divinis scripturis eruditus, atque Ecclesiasticis traditionibus imbutus, & in eorum observationibus constantissimus perseverator. Hic dum a Siciliensi insula in hanc Urbem venisset Romanam: contradidit eum dominus Gregorius sanctæ recordationis Papa tertius monasterio S. Chrysogoni, quod tunc noviter fundabat, illicque monachus, atque clericus est effectus: quem postea beatissimus Zacharias Papa ex ipso auferens monasterio, in Lateranensis Patriarchii cubiculo suo præfecit. Eum postmodum in presbyterum tituli sanctæ Cæciliæ consecravit, quem tamen præ ejus castitatis modestia in suo officio in Laterani*s

PAGIUS sexta mensis Augusti) *ante unum diem ordinationis præfati Stephani* Constantinus lectis Sacris Canonibus depositus est, *sicque alio die Dominico antedictus Beatissimus Stephanus consecrationem suscepit Pontificatus*, inquit laudatus Anastasius, ideoque die septima mensis Augusti, quæ hoc anno cum Dominica concurrebat; quod ex dicendis in morte ejus magis confirmabitur. Hallucinatus est itaque Baronius, qui num. I. tradit, *Stephanum* die quinta mensis Augusti Pontificatum iniisse; eo enim die Constantinus in Monasterium detrusus, sequentique sexta nempe Augusti, depositus est, ut mox dixi. Marianus Scotus in Chronico ad annum DCCLXVII. scribit *Constantinus VI. feria mense Julio, depositus est*, verum tum in feria, quam in mense & anno errat. Ex his intelligimus, recte scripsisse Anastasium & cum eo Martinum Polonum, ac Luitprandum Constantinum *per anni spatium & mensem unum Sedem Apostolicam invasam* detinuisse, a die nempe quinta mensis Julii anni superioris, quo consecratus est Pontifex, usque ad diem quintam mensis Augusti præsentis anni, quo in Monasterium conjectus. Recte itaque idem Anastasius tradit, Episcopatum cessasse *annum unum & mensem unum*; quia sc. duos dies mensem illum excedentes negligit.

Google

nit detinuit; sed & reliqui scilicet domnus Stephanus, & Paulus beatissimi Pontifices, eumdem sanctissimum Stephanum pro ejus piis conversationibus in suo servitio similiter detinuerunt. Hæc de Stephano Anastasius.

VII. Pergit vero de iis dicere, qui sequuti sunt post ejus electionem, turbinibus: *Dum vero*, inquit, *adhuc electus extitisset idem sanctissimus vir, congregati aliquando perversi quidam præ oculis Deum non habentes, nec metuentes terribile futurum judicium, submissi a quibusdam pestiferis malorum auctoribus, quibus digna factis retribuit Dominus, comprehendentes Theodorum Episcopum, & Vicedominum Constantini (quod dici impium est) eruere oculos, & linguam ei crudeliter amputarunt, sed & Passivi similiter oculos eruere nisi sunt; & tantam impietatem in eos monstravere, ut nec in proprias domos eos deportari permiserint, ut illis cura a suis hominibus exhiberi deberet: sed ablatis omnibus eorum rebus, atque familiis, atque possessionibus, unum ex eis, Theodorum scilicet Episcopum, in monasterium Clivi Scauri retrudi fecerunt, ubi fame, & siti cremans, clamansque aquam, ita exhalavit spiritum. Passivum vero in monasterium S. Silvestri deduxerunt. Nam & Constantinus invasor Apostolicæ Sedis, dum deductus in medium esset, magna pondera in ejus adhibentes pedibus, in sella muliebri sedere super equum fecerunt, & in monasterium, Cellas novas, coram omnibus deportatus est.*

Quæ adversus invasores Sedis Apostolicæ sunt facta.

VIII. *Sabbato vero die diluculo ante unam diem ordinationis præfati beatissimi Papæ Stephani, aggregati aliquanti Episcoporum, & presbyterorum, & cleri in basilica Salvatoris, iterum præfatus Constantinus ad medium allatus est, lectisque sanctissimis canonibus, ita depositus est. Accedens enim Maurianus subdiaconus, orarium de ejus collo abstulit, & ante pedes ejus projecit, & compages ejus abscidit, sicque alio die Dominico antedictus beatissimus Stephanus consecrationem suscepit Pontificatus.*

Constantinus Pseudopapa degradatur.

Factaque ab universo populo Romano pœnitentia, & confessionis deprecatione apud divinam clementiam, per quam se omnes peccasse in prædicti Constantini invasoris Apostolicæ Sedis impia ordinatione, confitentes, pro eo quod ei non restiterunt: ita ex alta voce in ambone beati Petri basilicæ a Leontio Scriniario eadem relecta est confessio.

Populi Rom. publica confessio.

Post hæc vero congregati universi exercitus Romanæ civitatis, & Tusciæ & Campaniæ, pergentes Alatrum partis Campaniæ, ubi erat Gracilis Tribunus, consentaneus jam dicti Constantini Apostolicæ Sedis invasoris, per quem plurima mala in Campaniæ parte perpetrata sunt, constringentesque fortiter eamdem civitatem, ipsum exinde abstulerunt Gracilem, & huc Romam detulerunt, quem in arctam custodiam detrudentes, aliquantis diebus ibidem mancipatus extitit. Postmodum vero quidam iniqui Campani, qui huc Romam advenerant, adhortati ab aliis nequioribus, & impiissimis, eumdem Gracilem ex ipsa custodia auferentes, & quasi eum in monasterium deportantes, dum ad Colosseum advenissent, illic ejus oculos eruere, & linguam abstulere.

Quæ passus Gracilis Tribunus.

Porro aliquantis post hæc præteritis diebus, dum Tuscani, & Campani hic Romæ aggregati fuissent, inito consilio, cum præfato Gratioso, & fortioribus ejus, per quorum auctoritatem tanta mala operabantur, Deum non metuentibus perrexerunt cum cuneo militum Tusciæ, atque Campaniæ primo diluculo in monasterium ad Cellas novas, ubi Constantinus antedictus Apostolicæ Sedis invasor retrusus erat, eumque ex ipso eiicientes monasterio, ejus eruerunt oculos, & eum in platea jacentem reliquerunt. Ita quidem factum, permittente, ulciscente Deo nefarium scelus, ut posteris esset exemplo, ne umquam sacrosanctam Apostolicam Sedem invaderet laicus homo, vel quivis alius manu militari se in eam intruderet. Pergit adhuc auctor, reliqua hoc anno in eadem crudelitate transacta, narrare his verbis: IX.

Constantinus pseudopapa quæ passus.

His itaque gestis, peractisque insurrexere quidam dicentes, quod antedictus Vualdipertus presbyter, Longobardorum genere ortus, consilium cum Theodicio Duce Spoletino, & aliquantis Romanis inisset, ad interficiendum præfatum Christophorum Primicerium, & alios Romanos primates, & civitatem Romanam; Longobardorum genti tradendam. Unde directus est quidem Christophorus Vicedominus cum multitudine populi, ad eum comprehendendum: ipse vero hoc agnito, fugit in Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, quæ vocatur ad Martyres. Quem exinde idem Vicedominus abstraxit, portantem eumdem Vualdipertum imaginem ipsius Dei Genitricis: eumque in teterrimam fecerunt retrudi custodiam quæ vocatur Ferrata, in Cellario majore. Et post modicos dies ipsum de eadem custodia eiicientes Vualdipertum presbyterum, eumque proiicientes in terram, juxta transendam campi Lateranensis, ejus effoderunt oculos, & linguam ipsius crudeliter, ac impie absciderunt, dirigentesque illum in Xenodochium Valerii, ibidem postmodum ex eadem oculorum effossione vitam finivit. X.

Vualdipertus presbyter excæcatus moritur.

Itaque in exordio ordinationis suæ, quo idem sanctissimus Præsul Pontificatus api- XI.

Digitized by Google

Legatio a Stephano Papa ad Reges Francorum pro Synodo agenda.

picem assumpsit, direxit in Franciæ partes ad eximios viros Pipinum, Carolum, & Carolomannum Reges Francorum, & Patricios Romanos, Sergium antedictum Secundicerium, & Nomenclatorem illo tempore existentem, deprecans, atque hortans eorum excellentiam per suas Apostolicas litteras, ut aliquantos Episcopos gnaros, & in omnibus divinis scripturis, atque sanctorum canonum institutionibus eruditos, ac peritissimos dirigerent, ad faciendum in hoc Romana Urbe Concilium pro eadem impia novi erroris, ac temeritatis præsumptione, quam antefatus Constantinus Apostolicæ Sedis pervasor ausus est perpetrare.

Et properante antedicto Sergio in Francorum regiones: tunc invenit de hac luce migrasse Christianissimum Pipinum Regem: & coeptum gradiens iter, pervenit ad ejus filios antedictos Carolum, & Carolomannum, germanos fratres, Reges Francorum, & Patricios Romanorum: quibus Apostolicas litteras tribuens, benigne ab eis susceptus est, & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilominus, pro quibus missus est, ab eorum excellentia impetravit, dirigentes ipsi Christianissimi Reges duodecim Episcopos ex eisdem Francorum regionibus, nimis in divinis scripturis, & sanctorum canonum caremoniis doctos, ac probatissimos viros scilicet. Porro adventus eorum in Urbem non hoc anno, sed sequenti contigit, veris initio, cum & celebratum Romæ Concilium fuit, agemus ergo de eo suo loco.

XII. Pipini Regis obitus.

Audistis ex iis, quæ dicta sunt, & certum annum, quo Christianissimus Rex Pipinus ex hac vita decessit: ex quibus redarguas eos, qui ante præsentem annum, vel qui post eum decessisse, tradunt; de die autem alii, ut Regino, & qui eum sunt sequuti, tradunt octavo Idus Augusti esse defunctum (a), alii, octavo, vel nono Kal. Octobris. Illud autem certum, annos Caroli Magni Pipini filii numerari cœptos a septimo Idus Octo-

(a) Ann. Francor. a Pithao edit. Aimoi. l. 4. cap. 67. Marian. Scot. in Chron.

PAGIUS II. Pippinus bellum Aquitanicum absolvit.

Ad num. XII. & seq. auctor posterioris Appendicis ad Continuationem Fredegarii, res a Pippino Rege paulo ante ejus obitum gestas his verbis accurate refert: *Cum in Betoricas resideret, mediante Februario omnem exercitum suum, quem in Burgundiam ad hyemandum miserat, ad se venire præcepit. Instoque consilio contra Remignum, seu Remistagnum, Waifarii Aquitaniæ Ducis patruum, qui fidem anno priore fefellit, insidias parat, Hermenaldum, Beringarium, Childeradum, & Chunibertum Comitem Betoricum, cum reliquis Comitibus & Leudibus suis ad ipsum Remistagnum capiendum mittens, prædictus Rex Pippinus cum omni exercitu Francorum, iterum ad persequendum Vvaifarium ire destinavit. Bertrada Regina Aurelianis veniens & inde navali evectione per Ligerem fluvium usque ad Sellus Castrum super fluvium ipsius Ligeris pervenit. His itaque gestis, nunciatum est Regi quod Missi sui, quos dudum ad Amormunas Regem Saracenorum miserat, post tres annos ad Marsiliam reversi fuissent, Legationem prædicti Amormunas Regis Saracenorum ad prædictum Regem cum multis muneribus secum adduxerant. Quod cum compertum Regi fuisset, Missos suos ad eum direxit, qui eos venerabiliter reciperent, & usque ad Mettis Civitatem ad hyemandum ducerent. Igitur supra scripti Comites, qui ad Remistagnum capiendum missi fuerant, per Divinum Judicium & fidem Regis eum capiunt, & ligatum ad præsentiam Regis cum uxore sua adduxerunt. Quem statim Rex Chuniberto & Chiselario Comitibus Betoricæ Civitatis ipsum Remistagnum in patibulo suspendi jussit. Prædictus Rex Pippinus usque ad Garonnam accessit. Ibi Vvascones, qui ultra Garonnam commorantur, ad ejus præsentiam venerunt, & sacramento, & obsides prædicto Regi donant, ut semper fideles partibus Regis ac filiis suis Carolomanno omni tempore esse debeant. Et alia multa quamplures gentes ex parte Vvaifarii ad eum venientes, & se Ditioni suæ subdiderunt. Rex vero Pippinus benigniter eos in suam Ditionem recepit. Vvaifarius cum paucis per sylvam, quæ vocatur Edobola, in pago Petrocorrico latitans, huc illucque vagatur incertus. Præfatus Rex Pippinus ad Vvaifarium capiendum insidias iterum parat. Inde ad Reginam suam ad Sellum veniens* (ubi Pascha eum celebrasse testantur Regino, aliique), *Legationem Saracenorum, quam Mettis ad hyemandum miserat, ad Sellus Castrum ad se venire præcepit, & ipsi Saraceni munera, quæ Amormuni transmiserat ibidem præsentant. Iterum Rex ipsis Saracenis, qui ad ipsum missi fuerant, munera dedit, & usque ad Marsiliam cum multo honore adduci præcepit. Saraceni vero navali evectione per mare redeunt ad propria.*

III. Universum Aquitaniam subigit.

Quo consilio Pippinus ad Abderamen Saracenorum Hispaniæ Regem, & Abderamen vicissim ad Pippinum Legatos miserit, nullus Veterum prodit. Cointius hoc anno numer. V. hos legatos ex Arabia *Almansorem* Saracenorum Regem seu Califam misisse credidit. Verum Anonymus ille loquitur de Abderamen, de quo Rodericus in Hist. Arabum, cap. 18. scribit: *Regno in Hispaniis confirmato Amiramomeni statuit se vocare.* Quare Sigebertus in Chronico ad annum DCCLXVI. recte tradit: *Rex Saracenorum Amiramomenus, ab Hispania, missis Legatis, & muneribus datis & acceptis affectat gratiam & amicitiam Pippini Regis.* Porro Pippinus, dimissis Saracenorum Legatis, adversus Waifarium denuo perrexit: *Prætelsus Rex Pippinus*, subjungit citatus Anonymus, *iterum de Sellus Castro cum paucis ad persequendum Vvaifarium eo anno iterum perrexit, & usque Santonis mira celeritate primus cum paucis venit. Cum hoc Vvaifarius audisset, solito more tergum vertit. Rex Pippinus in quatuor partes Comites suos Scaritos*, (vox illa barbara a *Scara* deducta, significatque aciem aut copias militares, indeque vox illa Gallica, *Escadron*, nostro tempore usurpata profluxit, ut notat Ducangius in suo Glossario), & *Leudes suos ad persequendum Vvaifarium transmisit. Dum hæc agerentur, ut asserunt, consilium Regis factum, Vvaifarius Princeps Aquitaniæ a suis interfectus est. Præfatus Rex Pippinus jam toto Aquitania acquisita, omnes ad eum venientes Ditioni suæ, sicut antiqui-

Carolus, & Carolomannus Reges Franc. Octobris hoc anno, cum videlicet ipse coronatus est Noviomi, & Carolomannus frater Suessione.

Pipinus igitur bene perfunctus bellicis rebus, subægrotans ad proximum se parans obitum, orationis causa invisit sepulcrum S. Martini Toronis, inde reversus Parisios, ad S. Dionysium reddidit Deo spiritum, qui & a tempore, quo a Stephano Papa coronatus est, annos regnavit quatuordecim. Ab unctione vero per Bonifacium exhibita (a) numerant Pipini Regni annos quindecim, menses quatuor, & dies viginti, licet perperam Ado Viennensis tribuat Regni ejus annos decem, & octo.

(a) Aim. l. 4. c. 61. in fin.

XIII. Porro Pipinus cum ob præstantiam rei militaris, qua sæpe hostes ingenti gloria superavit, tum ob insitum ejus animo religionis cultum, munificentiamque, qua cum omnes, tum præsertim profecto tus est Romanam Ecclesiam, immortalem peperit sibi apud homines laudem, & æternam gloriam apud Deum. De iis autem, quæ contulit Romanæ Ecclesiæ, præter alia vetera sciptorum monumenta, legebatur Ravennæ antiqua tabula, cujus hæc tantum integra servavit injuria temporum (b).

PIPINUS. PIVS. PRIMVS. AMPLIFICANDÆ. ECCLESIÆ. VIAM. APERVIT. ET. EXARCHATVM. RAVENNÆ. CVM. AMPLISSIMIS. reliqua desunt invidia fortasse tyrannorum.

(b) Recit. Papir. Mass. Ann. lib. 2.

Defunctus Pipinus, humatus est Lotetiæ Parisiorum in Ecclesia Sancti Dionysii, ut affixa sepulcro, tempore Caroli Magni, inscriptio docet his verbis:

PIPINUS REX PATER CAROLI MAGNI. Quod si breve elogium, satis ipsum nomen tantum Pipini ad ingentem laudem perpetuo consignandam.

PAGIUS *quitus fuerat, se faciunt. Cum magno triumpho & victoria Sanctonis, ubi Bertrada Regina residebat, venit.* Diem necis Waifarii notarunt duo brevissima Chronica, nempe Monasterii Sancti Galli a Beluzio lib. 1. Miscell. editum, & San-Dionysianum. In isto legitur: *DCCLXVIII. Vvaifarius interfectus est. IV. Non. Junii.* Verba prioris statim recitabo. Bellum quod contra Waifarium Ducem Aquitaniæ Pippinus suscepit, *per continuos IX. annos* gestum esse, jam diximus ex Eginhardo in Vita Caroli M. Unde non dubium, quin primus ejus annus cum anno Christi DCCLX. copulari debeat.

IV. *Moritur Pippinus.* *Dum* autem *Sanctonis*, ut Auctor prædictæ II. Appendicis persequitur, *profatus Rex venisset, & causas pro salute patriæ & utilitate Francorum tractaret, quadam febre vexatus ægrotare cœpit, Comites suos ac Judices ibidem constituit. Inde per Pictavis usque ad Toronis Urbem ad Monasterium Beati Martini Confessoris accessit, ibique multam eleemosynam tam Ecclesiis quam Monasteriis vel pauperibus largitus est. Et auxilium Beati Martini petens, ut pro ejus facinoribus Domini misericordiam deprecari dignaretur, inde promovens se cum prædicta Regina Bertradane, & filiis suis Carolo & Carolomanno, usque ad Parisius ad Monasterium Beati Dionysii Martyris veniens, ibique moratus est aliquandiu. Cernensque quod vitæ periculum evadere non potuisset, omnes Proceres suos, Duces & Comites Francorum tam Episcopos, quam Sacerdotes ad se venire præcepit. Ibique una cum consensu Francorum & Procerum suorum, seu Episcoporum, Regnum Francorum, quod ipse tenuerat, æquali sorte inter prædictos filios suos Carolum & Carolomannum, dum adhuc ipse viveret, inter eos divisit. Idest, Austrasiorum Regnum Carolo seniori filio Regem instituit; Carolomanno vero juniori filio Regnum Burgundiæ, Provinciæ, Gothiæ, Alesaciæ (* idest Alsatia *) & Alamanniæ tradidit; Aquitaniam, quam ipse Rex acquisierat, inter eos divisit. His gestis, Rex Pippinus post paucos dies, ut dolor est ad dicendum, ultimum diem & vitam simul clausit. Sepelieruntque eum prædicti Reges Carolus & Carlomannus filii ipsius Reges, in Monasterio S. Dionysii Martyris, ut ipse voluit, cum magno honore; regnavitque annis viginti quinque.* Austrasiorum nomine Anonymus intelligit, non solum Austrasiam, sed & Neustrasiam, Thuringiam, & Bojoariam. *VIII. Kalendas Octobris diem obiit anno ætatis LIV.* inquit Annalista Fuldensis, cui quoad annum ætatis suffragatur Annalista a Lambecio Tom. II. Biblioth. editus, & quoad diem mortis suffragantur Nazarianus, Laureshamensis, Bertinianus, Metensis, & plerique alii veteres Annalistæ. Quare non nisi errore Librariorum, aut saltem Scriptorum ipsorum apud Annalistam Petavianum, & Marianum Scotum, habetur, Pippinum vitam clausisse *IX. Kalend. Octob.* apud Annalistam Loiselianum *VII. Kal. Octob.* ac denique apud Reginonem *VIII. Idus Augusti.* Regno præfuit annos XXVI. non XXV. ut quispiam sciolus in Anonymum laudatum inseruit, recteque Annalista Metensis ait; *Rexit populum Francorum post decessum patris sui Caroli annis XXVI.* ab anno vero, quo Rex electus est, Regnum administravit, annos XVI. in Eginhardo enim, ubi dicitur e vita discessisse *cum per annos XV. aut eo amplius solus imperaret Francis*, Librarius, unitatem omisit. Reliquit Pippinus duos filios mares Carolum & Carolomannum, & unicam filiam nomine Gislam, de qua infra. Agebat tuncannum ætatis Carolus XXVI. Carolomanni vero ætatis annus incertus; In Annalibus quidem Petavianis dicitur natus anno DCCLI. sed hæc est interpolatio; cum in Annal. Masciacensibus ex eodem autographo descriptis, ut ex utrorumque inter se collationibus deprehendimus, Carolomanni annus natalis non memoretur. Quare perperam Cointius tradit, Carolum hoc anno natum fuisse annos XXII. Carolomannum vero annos XVIII. cum utriusque Principis Natale in Annal. Masciacensibus desit, quod utrumque progressu temporis exemplari Petaviano additum fuit.

Jure merito Pippinus in variis Stephani II. literis ad eum datis dicitur, *novus Moyses, præfulgidus David; quemadmodum enim hi ab oppressionibus allophilorum populum Dei liberaverunt, ita quoque & ille suo certamine Ecclesiam Dei, & ejus afflictum populum ab hostium impugnatione eruere studuit.* Ab eodem passim nuncupatur, *fortis, victor, Christianissimus. Post* V. *Laudatur Pippinus.*

Digitized by Google

XIV. *Const. Copron. coronat Eudoxiam, & filios creat Cæsares.* Quod ad res pertinet Orientis, hæc ex Theophane reddunt Græcorum Annales. *Anno vigesimo octavo Imperii sui Constantinus Imp. coronavit Eudoxiam uxorem suam, cum esset trigamus, hæcque esset tertia conjux, in tribunali decem, & novem cubitorum, Kal. Aprilis filios suos ex ipsa creatos Christophorum, & Nicephorum, postera, die, qua sanctum celebratum est Pascha, Cæsares ordinavit, Patriarcha Niceta orationem faciente, & Imperatoribus chlamydes, & Cæsareas galeas imponentibus, pari modo & Nicetæ novissimo fratri eorum Nobilissimo facto, superposuit ei chlamydem, & auream coronam, & ita processerunt, jactantibus Imperatoribus hyppatia, & trimissa, & semissa, & emissa, & numismata nova usque ad magnam Ecclesiam.* Erant ista missilia, more majorum diebus lætitiæ spargi solita in populum.

XV. Quis ista considerans de felicitate scelestissimi Principis pariterque mente recolens tot tantaque ab eo scelera perpetrata, quibus plane a Deo alienus pluribus modis est demonstratus, non subito prudens ad illud recurrat, quod de istiusmodi a Propheta David est dictum: (a) *Erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quorum filii sicut novellæ plantationes in juventute sua, filiæ eorum circumornatæ, ut similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis, boves eorum crassæ: non est ruina maceriæ neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum, cujus hæc sunt.* Ita vulgus ex humana felicitate beatitudinem ponderans. Sed quid Videns, quid Dei Consiliarius, & cernens vera Propheta? id quod subiicit: *Beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.* Procul abhorrens, ut beatos, felicesque existimet filios alienorum, de quibus idem alias (b): *Filii alieni mentiti sunt mihi, filii alieni inveterati sunt, & claudicaverunt a semitis suis.* Sed qui magis alieni dicendi, quam qui per hæresim a Catholica fide discedunt? de quibus mystice ab eodem Propheta dictum (c). *Erraverunt ab utero locuti sunt falsa.* Et quæ sequuntur ab eo ibidem expressa certa stigmata hæreticorum. Se-

(a) *Psal.* 143. *Felicitas hæreticorum qualis.*

(b) *Psal.* 17.

(c) *Psal.* 57.

PAGIUS *Deum liberator & defensor Ecclesiæ.* Et denique a Paulo Papa vocatur, *præ cunctis Regibus Christianissimus, Orthodoxus Regum, & Regum sublimissimus.* Protexit enim Romanos Pontifices a *Græcis & Longobardis injuste vexatos* se se fortissimum Sacrarum Imaginum Defensorem adversus Constantinum Copronymum Imperatorem exhibuit, Ditiones Saracenis ereptas Christianæ religioni reddidit, iisque virtutibus inclaruit, quæ nomen ejus ad æternam memoriam propagarunt.

VI. *Carolus & Carolomannus Pippino patri succedunt.* Licet autem in Auctore posterioris Appendicis ad Continuationem Fredegarii legatur, ut mox vidimus, *Carolum & Carolomannum mense Septembri, die Dominico XIV. Kalendas Octobris*, Reges unctos esse, Cointius tamen hoc anno num. XXXII. recte existimavit, verba illa ab aliquo Interpolatore inserta fuisse; cum Anonymus ille nullibi dies exprimat, eumque quo Pippinus obiit prætermittat. Ideoque censet Vir doctissimus, hanc utriusque Regis inunctionem melius Annalistas, Petavianum, Loiselianum, Tilianum, Auctorem Chronici San-Dionysiani, & Reginonem configessa *VII. Idus Octobris*, id est, die XV. post Pippini mortem, quæ Dominicalis fuit, & Sancti Dionysii Martyris memoriæ sacra. His adde Annalistam Bertinianum, qui scribit de Pippino: *Ad Sanctum Dionysium usque pervenit, ibique diem obiens, finivit VIII. Kalendas Octobris. Domnus vero Carolus & Carolomannus elevati sunt in Regnum. Et Domnus Carolus VIII. Idus Octobris in Noviomo Civitate, Carolomannus in Suessionis Civitate similiter. Et celebravit prædictus gloriosus Domnus Carolus Rex Natalem Domini in villa, quæ dicitur Aquis, & Pascha in Rotomo Civitate.* Sed loco *VIII. Id.* legendum, *VII. Idus.*

Idem denique tradit Auctor Chronici Monasterii Sancti Galli a Baluzio publicati, licet in die mortis Pippini erret, & aliqui numeri in eo mendose descripti sint. Hæc ejus verba: *DCCLXVIII. Hoc anno Vuaiferius interficitur in nocte die V. feria, IV. Non. Jan.* sed legendum, *IV. Non. Jun.* ut liquet ex Chronico San-Dionysiano, cujus verba supra retuli. *Et in ipso anno Domnus Rex Pippinus transiit VIII. Idus Octobris in nocte die Sabbato. Et in sequente die VI. Idus Octobris* (legendum, *VII Idus Octobris*, ut ipsamet verba ostendunt) *hic Domni Reges Carolus & Carolomannus benedictionem Regalem acceperunt; Domnus Rex Carolus in Noviomaco Civitate, & Carolomannus in Suessiones Civitate in sede patris sui.* Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. idem diserte scribit.

VII. *Constantinus Imp. e filiis suis duos Cæsares creat.* Ad num. XIV. & seq. Baronius refert coronationem *Eudociæ* tertiæ conjugis Constantini Imp. & inaugurationem ejus filiorum, ex Versione Theophanis ab Anastasio facta; sed cum hic Indictionem VII. a Theophane memoratam prætermiserit, Baronium in errorem impulit, effecitque ut rem anno sequenti gestam cum currenti copularit. Theophani suffragatur Nicephorus in Breviario, qui dissimilia ab illo non scribit: *Indictione VII.* inquit, *mense Aprili Sabbato Sancto Constantinus Eudociam conjugem Augustam coronat. Postera die duos e liberis suis Christophorum & Nicephorum Cæsares, Nicetam vero Nobilissimum, creat. Cumque, ut Imperatorum mos est, in Ecclesiam procederent, ingenti in populum largitione facta, pecuniam a Palatio ad Ecclesiam usque sparserunt.*

Google

I. Concilium Romanum.

SEquitur annus Redemptoris septingentesimus unde septuagesimus, Indictione septima quo celebratum est Romæ Concilium a Stephano Papa, cui inter alios interfuerunt duodecim Episcopi scelestissimi, e Galliis accersiti (ut vidimus anno superiori, & alii plures Tusciæ, Campaniæque, & aliarum Italiæ regionum Episcopi. Porro tanti celebrandi Concilii ea causa magni momenti præcessit; nimirum ut corrigeretur impudens factum, a Constantino Pseudopontifice perpetratum, cum ille invasor Apostolicæ Sedis ex laico uno ferme momento, tamquam in scena, prodiit factus Pontifex. Damnavit itaque sancta Synodus una cum auctore eumdem Sedis Apostolicæ invasorem; & ne in posterum talia quis præsumeret, canone sancito pohibuit.

De his etiam, qui ab eodem Constantino fuerant ordinati, in eadem Synodo actum, atque definitum est, ne ullatenus in eo ordine ministrarent. At postremum vero quæcumque adversus sacras imagines Constantinopoli decreta fuissent, statuit sancta Synodus esse penitus irrita. Porro Synodi hujus licet Acta non extent, tamen loco ipsorum suppetunt, quæ apud Anastasium Bibliothecarium sunt scripta, & quæ in epistolis Hadriani Papæ leguntur.

II. Constantinus Pseudopapa sistitur in judicio coram Synodo.

Perveni[e]ntibus (inquit Anastasius) *in hanc Romanam Urbem mense Aprilis, Indictione septima, duodecim Gallicanis Episcopis omnium doctissimis a Carolo Rege electis: protinus antedictus Stephanus sanctissimus Papa aggregans diversos Episcopos Tusciæ, atque Campaniæ, & aliquos alios istius Italiæ provinciæ. Quibus omnibus congregatis, Concilium peractum est in basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, juxta Lateranense palatium. Et præsidente eodem beatissimo Stephano Papa considentibus etiam pariter cum eo iisdem omnibus Episcopis: deductus est Constantinus Apostolicæ Sedis invasor, jam excæcatus oculis. Et subtiliter exquisitum est, cur præsumpsisset Apostolicam Sedem, laicus existens invadere, & talem iniqua novitatis errorem perpetrare? Ita coram omnibus professus est, vim se in populo pertulisse, atque per brachium populi fuisse electum, atque coactum in Lateranense Patriarchium deductum propter gravamina &*

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCVII. Anno Hegiræ CLII. inchoato die 14. Januar. fer. 7. A. C. 769. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6262.

☉ 21. A. ☽ 11. P. 2. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 769.

STEPHANI III. PAPÆ. 2.

CONSTANTINI COPRONYMI 50. & 29.

LEONIS IV. 19.

ANno I. ad XII. *Mense Aprili*, *Indictione septima*, Romæ habita Synodus, in qua correcta quæ a Constantino Pseudo-Pontifice facta fuerant, & Sacrarum Imaginum cultus rursus probatus, ut fuse Baronius ex Anastasio in Vita Stephani III. Huic Synodo interfuere duodecim Episcopi e Francia directi quorum nomina, quæ in exemplaribus Anastasii desunt, supplevit Sirmondus e Schedis Onuphrii, Tom. II. Concil. Gall. *Vvilsarius Senonensis*, *Lullus Moguntinus*, *Gavienus Turonensis*, *Addo Lugdunensis*, *Herminardus Bituricensis*, *Daniel Narbonensis*, *Tilpinus Remensis*, *Herulfus Lingonensis*. *Item Herembertus*, *Babulfus*, *Giselbertus & Joseph*. Heremberti, Babulfi & Giselberti Sedes ignorantur, Joseph Avenionensis Episcopus fuit, ut prodit Nougoierus in Histor. Antistitum Avenionensium. Hujus Synodi Romanæ aliqua Fragmenta e tenebris eruit Holstenius, quæ Tom. VI. Concil. edit. Labbeanæ leguntur. Lecta est in ea Synodo Epistola ad Paulum Papam, cujus mors in Oriente ignorabatur, scripta a *Theodoro* Jerosolymitano, *Cosma* Alexandrino, & *Theodoro* Antiocheno Patriarchis, qui ideo hoc tempore sedebant. [1] [2]

Synodus Romana in causa Constantini Antipapæ.

NOTÆ

[1] INitium hujus Synodi ex Codice Veronensis Ecclesiæ annorum circiter 800. in lucem edidit V. C. Cajetanus Cenni, edidítque Romæ an. 1735. Habita est autem hæc Synodus die XII. Aprilis anno Christi 769. ut ibi præfertur; & in Actione I. leguntur nomina Episcoporum, qui huic Synodo interfuerunt. Cennius adiecit alias ejusdem Synodi Actiones jam editas; & singula, Præfatione præmissa, eruditis Animadversionibus illustravit. GEORGIUS

[2] HUjus anni concilium sub Stephano III. celebratum in codice MS. Bibliothecæ capituli Veronensis adhuc superesse discimus ex Cl. Scipione Maffejo, qui illius edendi spem fecit eruditis in suo opere Verona illustrata part. 3. cap. 7. An vero illud ipsissimum sit Romanum concilium, de quo hic Pagius, tunc planum fiet, cum publicæ eruditorum expectationi vir doctissimus satisfaciet, quod ut cito expediat etiam atque etiam publico nomine rogamus. MANSI

Digitized by Google

& præjudicia illa, quæ Romano populo ingessisset domnus Paulus Papa. Et corruens in terram manibus extensis in pavimento, se reum, ac super numerum arenæ maris peccasse deflebat, petens misericordiæ veniam ab eodem sacerdotali consequi Concilio. Quem e terra elevare facientes, ipso die nullam de eo protulere sententiam.

III. *Alia vero die denuo afferentes eum, atque interrogantes de eadem impia novitate, respondit, nihil novi se fecisse, dicens: quia & Sergius Archiepiscopus Ravennatium, laicus existens, effectus est. Et Stephanus Neapolitanæ civitatis, & ipse laicus repente Episcopus consecratus est. Dum vero talia ipse Constantinus prosequeretur, illico irati zelo Ecclesiasticæ traditionis universi sacerdotes, alapis ejus cervicem cædere facientes, eum extra eamdem Ecclesiam ejecerunt.* Ita plane tanta insolens fuit adhibenda severitas, ne ad tantum patrandum scelus, quis audax rursus auderet irrumpere, sicque nullus penitus pateret aditus audacissimæ temeritati. Sed quæ præter hæc in sancta Synodo in eadem gesta sint causa, ab eodem auctore sic accipe: *Tunc combustis omnibus ejus actionum gestis, simul & Concilium illud, quod in scriptis de ejus quasi confirmatione editum fuerat, combussere in medio presbyterii ipsius Ecclesiæ.* Hic monendus Lector, apud Marianum Scotum perperam ex vitioso textu legi ipsos sacerdotes, ac etiam Constantinum tunc fuisse combustos: quod falsissimum est, ut ex eodem Anastasii textu error ipse convincitur. Sed quæ hæc secuta sunt, audi:

Cur in Constantinum ita severa censura actum.

IV. *Hoc facto, projicient se in terram sanctissimus Stephanus Papa cum universis sacerdotibus, & populo Romano clamantesque Kyrie eleison, cum ingenti fletu peccasse se omnes, confessi sunt, pro eo quod de manibus ipsius Constantini communionem suscepissent: sicque ex hoc omnibus indicta est pœnitentia. Tunc allatis sacratissimis canonibus, ejusque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali Concilio sub anathematis interdicto, ne ullus umquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus, vel presbyter Cardinalis factus fuerit ad sacri Pontificatus honorem posse promoveri.* Sic igitur eo statuto canone, omnis invasoribus sanctæ Apostolicæ Sedis occlusus est aditus, veluti alto interjecto pariete, quo profanum esset a sacro divisum. Quæ vero his addiderunt Patres de rebus, ab eodem Constantino Pseudopontifice gestis, sic accipe ex eodem Anastasio auctore:

Publica omnium confessio, & pœnitentia.

V. *Sed & alia plura* (inquit) *quæ de eo canonica indigebant correctione, in eodem Concilio statuerunt emendanda. De Episcopis vero, atque presbyteris, & diaconibus, quos ipse Constantinus consecraverat, ita in eodem Concilio promulgatum est: Ut qui Episcopi ex presbyteris, sive diaconibus ab eo ordinati fuerant, in pristinum honoris sui gradum reverterentur; & si placabile fuisset omni populo civitatis suæ, denuo facto decreto electionis more solito, cum clero, & plebe ad Apostolicam venissent Sedem: ab eodem sanctissimo Stephano Papa benedictionis susciperent consecrationem. Presbyteri vero illi, & diacones, ab eodem Constantino consecrati simili modo, in illum, in quo existebant, habitum reverterentur. Et postmodum si qui eorum placabiles extitissent, antefatus beatissimus Pontifex presbyteros eos aut diacones * consecraret. Statuentes, ut hi, qui ex eis * consecrandi essent, nequaquam ad potiorem honorem ascenderent, nec ad Pontificatus promoverentur culmen, ne talis impius novitatis error in Ecclesia pullularet.*

De ordinatis a Schismatico Papa quid statutum in Synodo.

* conciliaret.

* conciliandi

VI. *Ipse vero antefatus beatissimus Stephanus Papa coram omni sacerdotali collegio clara voce clamavit, dicens, nullo modo se mittere, aut penitus declinare in eorumdem presbyterorum, & diaconorum consecrationem. De laicis vero, qui ab eodem Constantino presbyteri & diaconi consecrati sunt, ita promulgatum est, ut in religioso habitu cunctis diebus eorum vita, sive in propriis domibus, vel ubi fuissent, permanere deberent. Hujusmodi vero promulgatis sententiis: illico Episcopi illi, qui ab eodem Constantino ordinati sunt, revertentes juxta ejusdem Pontificis sententiam in pristino honoris gradu, electi denuo a clero, & plebe cum solito decreto ad Sedem Apostolicam properantes, ab eodem sanctissimo Papa * consecrati sunt. Nam presbyteri, & diacones illi usque ad mortem ipsius Pontificis sic remanentes, numquam sunt ab eo * consecrati. Ita enim in eodem Concilio statutum est, ut omnia, quæ idem Constantinus in Ecclesiasticis sacramentis, ac divino cultu egit, iterari debuissent, præter sacrum baptisma, ac sanctum chrisma.* At quod ad Episcopos spectat, ne eos existimes iterum consecratos sed accepisse dumtaxat, more majorum benedictionis mysterium, quod auctor nominat benedictionis sacramentum, ritus illos solemnes adhiberi solitos in reconciliatione schismatici, vel hæretici. Pergit autem Anastasius:

Episcoporum electio iterata.

* conciliati

* conciliati

VII. *Post hæc vero omnia promulgata, continua & diversa sanctorum Patrum testimonia de sacris imaginibus Domini nostri Jesu Christi, sanctæque & gloriosæ ejus Genitricis semper Virginis Mariæ*

Cultus SS. Imaginum encessus probatus.

Do-

*Dominæ nostræ, & beatorum Apostolorum, omniumque sanctorum Prophetarum, Martyrum, seu Confessorum in idem sunt allata Concilium, & subtiliter multum perindagantes, statuere, magno honoris affectu ab omnibus Christianis ipsas esse venerandas imagines, sicuti ab omnibus prædecessoribus hujus Apostolicæ Sedis, & cunctis venerabilibus Patribus usque hactenus de earum honoris observantia effectum, & cunctis ad memoriam * compunctionis est traditum: condemnantes, & anathematizantes execrabilem illam Synodum, quæ in Græciæ partibus nuper facta est pro disperdendis ipsis sacris imaginibus.* Hæc de his, quæ ad cultum sacrarum imaginum, in Synodo gestis, Anastasius habet. Sed non ignorandum, reperiri in tractatione illa Hadriani Papæ ad Carolum Magnum de Imaginibus fragmenta quædam hujus Concilii de his, quæ spectant ad sanctarum cultum imaginum: quæ hic tibi reddenda putavimus: atque primum illud, quo ait: *Præsens Concilium sub Stephano ex sacerdotibus partium (ut ait a) Franciæ, atque Italiæ, in hocque probatum cultum sanctarum imaginum.* Et inferius: *Ne aliquis propter adorationem, quæ a prædecessoribus nostris sanctissimis Præsulibus promulgata est, oblatrare præsumat, sciat, ipsos talem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster S. Gregorius doctor Papa in sua epistola, quam in præfato Concilio domini Stephani Papæ Herulphus, Episcopus provinciæ Galliarum civitatis, protulit, ubi inter cætera Secundinum servum Dei inclusum Galliæ docuit, dicens: Scimus, &c.* Quæ sequuntur recitata suo loco epistolæ Gregorii Papæ ad Secundinum. Sequenti vero capite sic:

* Damnata Synodus hæreticorum.

(a) Hadr. Pap. de imaginib. ad Carol. c. 12. Act. 4.

VIII. *Hoc testimonium* sancti Ambrosii videlicet, *quo meminit de cultu Apostolorum, per visum ostenso, & cognito ex pictura, a Sergio sanctissimo quondam Archiepiscopo Ecclesiæ Ravennatis per Joannem diaconum suum in præfato Concilio sanctæ recordationis domini Stephani prædecessoris mei pro sacrarum imaginum veneratione oblatum est &c.* Rursus idem Hadrianus in eadem scriptione hæc de eadem sub Stephano Papa Synodo habet: *Prædecessor noster sanctæ recordationis dominus Stephanus quondam sanctissimus Papa in supradicto Concilio præsidens, inter plurima veridica testimonia per semetipsum asserens, docuit ita: Sed nec illud est prætereundum, quod relatione fidelium, de partibus Orientis advenientium, sæpe cognovimus (in quibus licet Evangelium sileat, tamen nequaquam in omnibus incredibile fidei meritum, & hoc affirmante de ipso Evangelista (b): Multa quidem & alia signa fecit Jesus, quæ non sunt scripta in libro hoc) denique fertur ab asserentibus, quod Redemptor humani generis, appropinquante die passionis, cuidam Regi Edessæ civitatis, desideranti corporaliter illum cernere, & ut persecutiones Judæorum fugeret ad illum convocare, ut auditas miraculorum opiniones, & sanitatum curationes illi, & populo suo impertiret: respondisset: Quod si speciem meam corporaliter cernere cupis: en tibi vultus mei speciem transformatam in linteo, dirigo, per quam & desiderii tui fervorem refrigeres, & quod de me audisti, impossibile nequaquam fieri existimes; postquam autem complevero ea, quæ de me scripta sunt, dirigam tibi unum de discipulis meis, qui tibi & populo tuo sanitates impertiat, & ad sublimitatem fidei vos perducat, &c.* Eamdem de Abagaro mentionem habitam esse etiam in eadem Synodo ex litteris Theodori Patriarchæ Hierosolymorum ad Romanum Pontificem, idem inferius tradit. Ex qua hæc recitatata inter alia ducet:

Hadriani Papæ testimonia de Synodo sub Stephano.

(b) Joan. 20.

Restat mihi tempus tractandi de Abagaro Edesseno, & alia aut similia sanctorum Patrum, quæ & vos melius cognoscitis. Persevera, sanctissime frater, persevera in eadem bona fide, corroboratus super petram fidei, sicut Deiloqua vox affata est Apostolum Petrum (c): Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Vere non prævalebunt ei in sæculum sæculi. Cognitum facimus tibi sanctissimo domino, quod ego humilis Theodorus Patriarcha Hierosolymorum & hi, qui nobiscum sunt, Cosmas Patriarcha Alexandriæ, & Theodorus Patriarcha Antiochiæ id ipsum intelligimus, & credimus, sicut & vestræ sanctitati patet. Ista in hac Synodo recitata sunt testimonia trium Patriarcharum Orientis, litteris Theodori subscriptorum, quænam esset eorum recta fides, & receptus antiquitus traditus cultus sanctarum imaginum. IX.

(c) Matt. 16.

Porro epistola Theodori & collegarum Patriarcharum Synodalis fuit, sed non ad hunc Stephanum Papam scripta, sed (ut dictum est) ad prædecessorem ejus Paulum Papam, de quo ita idem Pontifex Hadrianus: *Iste Theodorus Patriarcha Hierosolymorum cum cæteris præcipuis Patriarchis, videlicet Cosma Alexandriæ, & Theodoro alio Antiochiæ dudum prædecessori nostro sanctæ recordationis quondam Paulo Papæ miserunt propriam eorum rectæ fidei Synodicam, in qua & de sacratissimis imaginibus subtili narratione, qualiter una cum nostra Fide Catholica & Apostolica universali Romana Ecclesia, ipsi vel cæteri Orientales Orthodoxiæ Episcopi & Christianus populus sentiunt, & in earumdem sancta-* X.

ctarum imaginum veneratione sincero mentis affectu ferventes in Fide existunt, studuerunt intimandum.

Quam Synodicam, in Latino interpretatum eloquio prædecessor noster sanctissimus domnus Stephanus Papa in suo Concilio, quod ipse pro sacris imaginibus, & una cum diversis Episcopis ex partibus Franciæ, seu Italiæ fecit, suscipientes, ac relegentes statuerunt, tam de diversis Francorum Patrum testimoniis, quam de Symbolo Fidei, ubi fati sunt, dicentes: Qui alium terminum Fidei, sive Symbolum, aut doctrinam habet, præter quod traditum est a sanctis magnis, & universalibus sex Synodis, & confirmatum est ab his sanctis Patribus, qui in eis convenerunt, & non adorant imaginem, sive figuram Domini nostri Jesu Christi, neque humanationem ejus confitentur, sic ut qui descendit, & incarnatus est propter genus humanum: talem ipsum anathematizamus, & alienum extraneumque deputamus Catholica & Apostolica Ecclesia, &c. Hactenus de Synodi sub Stephano Pontifice rebus gestis, quas invenire potuimus. Sed quæ de ipsius promulgatione post hæc omnia sunt subsequuta, Anastasius pergit ita describere:

XI. *Expletis vero omnibus, quæ in eodem Concilio promulganda erant, tunc idem beatissimus Pontifex aggregans universos sacerdotes, atque clerum, & cunctum populum, profecti sunt ad beatum Petrum principem Apostolorum cum hymnis & canticis spiritualibus, nudis pedibus incedentes. Illicque in umbonem ascendens Leontius Scriniarius, cuncta, quæ in eodem peracta sunt Concilio, extensa voce legit populo. Sed & tres Episcopi, id est, Gregorius Silvæ candidæ, Eustrasius Albani, & Theodosius Tiburtinus, in eumdem præfatæ Ecclesiæ umbonem ascendentes, anathematis obligationem protulere, si quisquam præsumat quoquo tempore transgredi quippiam de omnibus, quæ in eodem Concilio statuta sunt.*

Publicatio Concilii facta.

Hæc sunt, quæ ad dictum Concilium, Romæ sub Stephano Papa habitum, spectare videri possunt. Ex quo dum audis, quæ pro sanctis imaginibus statuta sunt adversus pseudosynodum Constantinopolitanam: plane intelligere potes, quid de iisdem in Concilio Gallicano haud pridem sit decretum; siquidem huic Synodo (ut dictum est) duodecim Gallicani Episcopi delecti ex omnibus doctrina insignes, interfuere, consentientes illis, qui haud contraria, quæ in Gallia statuissent, absque prævaricationis nota, & suorum contemptu sensisse, atque confirmasse sententia, existimari potest, cum nihil diversum ab his traditum inveniatur. Cum vero quæ Gallicanæ Ecclesiæ de sacrarum imaginum cultu esset assertio, eadem per duodecim hos Episcopos Romæ coram plena Synodo innotuerit, & una cognita omnium esse sententia, non defuit idem Stephanus Papa suis litteris significare Constantino Copronymo Imp. ea, quæ pro sacrarum imaginum cultu Romæ statuta essent; & admonere eum, ut ab errore desisteret. Testatur id quidem Hadrianus ejus successor in epistola sua, recitata in Actione secunda Nicæni Concilii posterioris.

In Ecclesia Gallicana viguit cultus SS. Imaginum.

XII. Rursum vero sive in hoc Concilio, sive seorsum, & illud ab eodem Pontifice statutum reperitur apud eumdem Bibliothecarium: *Ut omni Dominico die a septem Episcopis Cardinalibus hebdomadariis, qui in Ecclesia Salvatoris observant Missarum solemnia super altare beati Petri celebrarentur, & Gloria in excelsis Deo diceretur.* Hæc ibi. Hicque prima mentio de septem Episcopis Cardinalibus reperitur, illis scilicet, qui proximos Urbi habentes Episcopatus, assisterent Pontifici, eidem sanctæ Romanæ Ecclesiæ annexi cardini, de quibus inferius sæpe dicendum.

Quod vero ad Sergium Archiepiscopum Ravennatem pertinet, quem in sui excusationem ex laico prosiliisse ad Episcopatum, Constantinus Pseudopapa citavit: ita quidem ejus causa in judicio Apostolicæ Sedis diu tractata est: Accusatus nimirum, quod cum uxorem haberet, Archiepiscopatum Ravennatis Ecclesiæ ausus esset invadere. Hujus rei gratia a Paulo Pontifice cum jussus fuisset Romam venire, & causam dicere: ibi mansit usque ad obitum ipsius Pauli, & sub Stephano usque in præsentem annum, quo ex hac vita decedente, ad divinum examen delatus est. Sed sunt, qui tradant, hunc a suis adversariis fuisse calumniis exagitatum, & in hoc Romano Concilio absolutum, innocentemque probatum, in suam Ecclesiam restitutum, & sancto fine vitæ terminum clausisse octavo Kal. Septembris. Ita ex antiquioribus ejus Ecclesiæ monumentis (a) Rubeus in lucem prodidit, eumque S. Nicolai Mirensis Episcopi fuisse studiosissimum, quem & consuevisse præ cæteris frequentare precibus atque votis, quo ab oppressione calumniantium eriperetur, utpote qui sciret, tres aulicos ipsum implorantes, absentem licet sensisse ope præsentem.

Causa Sergii Archiepisc. Ravennatis.

(a) Rub. hist. Raven. l. 5.

XIII. Quomodo vero acciderit, ut eadem Ecclesia Ravennas gravius turbaretur, jam dicendum erit: Accidit namque, ut cum ab hac celebrata hoc anno Synodo Romæ mense Aprilis, elapsis mensibus aliquot, idem Sergius Ravennas Episcopus moreretur, & Longobardorum potentia Michael ejusdem Ecclesiæ Scri-

Obitus Sergii Archiep. Ravennatis.

nia-

ciarius intruderetur: ad eum dimovendum eidem Pontifici Stephano fuerit plurimum laborandum hoc, & sequenti anno; amplius enim anni circulo idem intrusus, fultus præsidio Longobardorum, sedit, adeo ut Francorum Regum Legati adhibendi fuerint ab ipso Pontifice, ut expelli posset intrusus, & legitimus Archiepiscopus consecrari Leo Archidiaconus, legitime electus ab eis. Porro cuncta hæc quomodo se habuerint, ab auctore ejusdem temporis scripta, ab Anastasio vero descripta sic accipe:

Michael intruditur a Longobard. in eccles. Raven.

Hic vero peractis Synodalibus gestis, contigit post aliquantum temporis de hac vita migrasse Sergium Archiepiscopum civitatis Ravennatium: & continuo surgens Michael Scriniarius ipsius Ecclesiæ, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus est Ariminum ad Mauritium Ducem Ariminensem. Et congregans inde nefandissimus Mauritius exercitum una cum consilio Desiderii Longobardorum Regis properavit, & ingressus est Ravennam, & brachio forti elegit ipsum Michaelem, & in Episcopium Ravennatis Ecclesiæ introduxit; & Leonem Archidiaconum, qui electus erat in Archiepiscopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta custodia mancipatum, idem Mauritius detineri fecit. Tunc direxit quantocyus prædictus Michael una cum Mauritio, & judicibus Ravennatium ad præfatum beatissimum Stephanum Pontificem, promittentes ei copiosa munera, ut ipsum Michaelem Archiepiscopum consecrare deberet.

XIV. *Ipse vero beatissimus Præsul per nullius donationis promissionem inclinatus est eumdem Michaelem consecrare, asserens nulla ratione hoc fieri posse, dum in sacerdotii honore minime ipse prædictus existeret Michael. Qui idem Stephanus Pontifex pluribus vicibus obtestationis, & prædicationis litteras, atque Missos direxit, ut idem Michael ab injusto proposito recederet: sed nullo modo Apostolicis admonitionibus acquiescere voluit, donique plurima munera Desiderio Longobardorum Regi, & cymelia, & ornatus ipsius Ecclesiæ cum aliis speciebus, brachio forti per unius anni curriculum, & eo amplius ipsius Ecclesiæ Episcopium invasum detinuit, denudans, atque in magnam paupertatem eum redigens.*

Ejicitur intrusus, & ordinatur legitimus Pastor Leo Episc. Raven.

Sed dum nullo modo firmissimam mentis constantiam ipsius sanctissimi Pontificis flectere potuissent nequissimi consentanei ipsius Michaelis: dum Missi excellentissimi Caroli Regis Francorum, & Patricii Romanorum præsentaliter adessent, dirigens idem beatissimus Præsul tam suos Missos denuo, quam prædictos Francorum Regum Missos, omnes Ravennianos admonendo: statim insurrexere super ipsum Michaelem, & eum cum opprobrio de ipso Episcopio projecerunt, quem vinctum hoc Romam dirigentes, elegere sæpe fatum Leonem Archidiaconum ipsius Ecclesiæ Ravennatis in Archiepiscopatus honorem, & ab eodem sanctissimo Papa Stephano ordinatus, & consecratus est. Hactenus de Ravennatibus turbis, quæ hoc anno cœptæ, in sequentem sunt propagatæ.

XV. Hoc item anno habent Francorum Annales Carolum, & Carolomannum Francorum Reges rebellantem Hunaldum A-

PAGIUS II. *Hunaldus Aquitaniæ Ducem se iterum dicit.*

Ad num. XV. Hunaldus Waifarii Aquitaniæ Ducis nuper occisi pater, qui Monachum jam diu induerat, ut suo loco vidimus, rursus se se Aquitaniæ Ducem dixit, bellumque redintegravit, ut legere est hoc anno apud Annalistam Metensem, & Eginhardum in Vita Caroli Magni, ac in Annalibus, in quibus est: *Hunoldus quidam Regnum affectans Provincialium animos ad nova molienda concitavit: contra quem, quia ipsi eadem Provincia sorte obvenerat, Rex Carolus cum exercitu profectus est. Sed cum fratris auxilium habere non posset (qui Procerum suorum pravo consilio, ne id faceret, impediebatur) colloquio tantummodo cum eo habito in loco, qui Duasdives vocatur, fratre in Regnum suum remeante, ipse in Engolismam Civitatem Aquitaniæ proficiscitur: & inde contractis undique copiis, fugientem undique Hunoldum persequitur: paulumque abfuit, quin caperet. Sed ille notitia locorum in quibus Regis exercitum latere poterat, liberatus est: dimissaque Aquitania Wasconiam petiit, tutum se ibi fore arbitratus. Erat tunc Wasconensis Dux Lupus nomine; cujus fidei se Hunoldus committere non dubitavit. Ad quem Rex missa Legatione, jubet sibi perfugam reddi ea conditione mandata, Ut si dicto non obediret, sciret se bello Wasconiam ingressurum, neque inde prius digressurum, quam illius inobedientiæ finem imponeret. Lupus minas Regis pertimescens, Hunoldum & uxorem ejus sine cunctatione reddidit, & se quoque quæcumque imperaretur facturum spopondit. At Rex, donec Legati, quos miserat reverterentur, Castellum quoddam juxta Dordoniam fluvium vocabulo Fronsiacum, ædificat. Reversis igitur Legatis, reducto perfuga, ædificato Castello, in Regnum suum regreditur; celebravitque Natalem Domini in villa Duria & Pascha apud Sanctum Lambertum, in vico Leodico.* De Hunaldi morte legendus Sigebertus in Chron.

III. *Leo filius Imp. cum Irene nubit.*

Eudocia Constantini Aug. uxor hoc anno coronata, & præterea Irene Athenis oriunda Leoni ejus filio conjux data: *Indictione demum octava Constantinus Leoni filio conjugem, e Græcia Irenem arcessit. Quæ Augusti mense Augusta consalutata ejusdem mox & filii nuptias celebravit*, inquit Nicephorus in Breviario, quod a Mauricii Imp. obitu inchoavit, & in nuptiis Leonis IV. verbis laudatis absolvit. Prodiit illa Historia post Baronii mortem, eaque ad Annales locupletandos sæpe conduxit.

IV. *Northumbriæ Rex amicitiam Caroli Regis ambit.*

Aldredus Northumbriæ Rex, hoc anno Legationem ad Carolum Francorum Regem misit, fœderisque societatem cum eo ambivit, ut colligitur ex Epistola, quam ille cum uxore ad Lullum Moguntinensem Archiepiscopum scripsit, quæ inter Bonifacianas est numero XC.

Digitized by Google

quitaniæ Ducem superatum cepisse (a). Eumdemque post biennium, pœnitentiam simulantem, dimissum Romam, quasi ibi perseveraturum; sed non diu post fugam arripuisse, desertorem factum, defecisse ad Longobardos, ubi non diu post lapidibus obrutum male periisse, affirmant (b).

(a) Chron. vetus a Pithæo editum in Chron. an. 771.
(b) Sigeb. in Chron. ann. 771.

De rebus Orientalibus nihil præterea Græcorum Annales reddunt, nisi sponsalia Irenes cum Leone filio Constantini Imp. ejusdemque coronatio facta per Nicetam Patriarcham hoc anno decimosexto Kalendas Januarii.

Sep-

PAGIUS

XC. *Nostrie quoque*, inquit Alredus, *dilectissime frater Legationibus ad Dominum nostrum gloriosissimum Regem Carl obsecramus consulendo subvenias, ut pax & amicitia, quæ omnibus conveniunt, facias stabiliter inter nos confirmari.* Maxima tunc erat inter utrorumque Regum populos amicitia, indeque Sanctus Liudgerus Diaconus, qui postea Monasteriensis Episcopus fuit, hoc anno in Angliam denuo profectus est, ut Alcuinum Magistrum in Urbe Eboracensi audiret: *Ibi quippe Viri Dei Alcuinus, cunctis, qui ad eum hinc inde confluxerunt, Scripturarum documenta tradebat, a quo cum ingenti honore vel gaudio susceptus, tribus cum eo annis & sex mensibus mansit*, inquit Altfridus in Vita Sancti Liudgeri.

JESU CHRISTI ANNUS	STEPHANI PAP. IV. ANNUS	CONST. COPRON. IMP. ANNUS
770.	3.	30.

I. Septingentesimus septuagesimus Redemptionis numeratur annus Indictione octava, quo Romana Ecclesia vexatione Desiderii Longobardorum Regis dire fuit exagitata: cum Christophorus & Sergius qui adversus laicum hominem in Apostolicam cathedram opera Longobardorum intrusum strenue agentes, Romanam Ecclesiam in pristinam libertatem vendicavere: ab eodem Desiderio per fraudem tenti, luminibus sunt privati. Quomodo autem tragica ista se habuerint: ab Auctore ejus temporis scripta, quem recitat Anastasius Bibliothecarius, videamus. Plane accidisse perspicies, tunc omnino collapsum, ac periisse penitus Regnum Longobardorum, cum ipsorum Reges in Romanæ Ecclesiæ jura immittere manus temere præsumpserunt. Sed videamus quæ rudi stylo, sed veritate micante apud eumdem Anastasium habeantur de laboribus adversus eumdem Regem ab eodem sancto Pontifice exantlatis, cum Romana Ecclesia dira persecutione vexaretur, ait enim:

Desiderius urbem dolose infestat.

II. *Sedulo idem beatissimus Pontifex suos missos, atque litteras commonitorias dirigere studebat antedicto excellentissimo Carolo Francorum Regi, & ejus germano Carolomanno itidem Regi. Imminentibus namque & decertantibus in hoc sæpius nominatis Christophoro Primicerio, & Sergio Secundicerio, pro exigendis a Desiderio Rege Longobard. justitiis* (juribus scilicet) *B. Petri, quas obdurato corde reddere sanctæ Dei Ecclesiæ nolebat: inde nimia furoris indignatione contra prænominatos Christophorum, & Sergium exardescens ipse Desiderius, nitebatur eos extinguere, atque delere. Pro quo suo ingenio maligno simulavit, se quasi orationis causa ad B. Petrum huc Romam properaturum, ut eos capere potuisset. Dirigens ergo munera Paulo Cubiculario, cognomento Afiarta, & aliis ejus impiis sequacibus, suasit eis, ut in Apostolicam indignationem eos debuerent inducere. Eique idem Paulus consentiens, de eorum proditione absconse decernebat.*

III. *Dumque hoc cognovissent præfati Christophorus, & Sergius, & eumdem protervum Desiderium Regem Romam properaturum agnovissent: illico aggregantes multitudinem populi Tusciæ, & Campaniæ, seu Ducatus Perusini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Desiderio Regi paravere se ad resistendum. Qui etiam portas hujus Romanæ Urbis claudentes, & alias ex eis fabricaverunt, & ita armati omnes existebant ad defensionem propriæ civitatis. Et dum hæc agerentur subito conjunxit* (pervenit scilicet) *ad beatum Petrum antedictus Desiderius Rex cum suo Longobardorum exercitu* (erat namque extra Urbis muros ipsa basilica Vaticana principis Apostolorum) *& continuo direxit Missos suos præfato Pontifici, deprecans ut ad eum egredi deberet: quod & factum est.*

Desiderius ira incensus in Christophorum & Sergium.

Dum vero coram eo præsentatus fuisset, pariterque pro justitiis beati Petri loquutus esset: rursum ipse beatissimus Pontifex reversus ingressus est in civitatem. Præfatus siquidem Paulus, & ejus nefandissimi sequaces, inita cum prædicto Longobardorum Rege consilia, nitebantur populum Romanum contra eos seducere, ad insurgendum contra prædictos Christophorum, atque Sergium, ut eos interficerent. Et cum hoc eis nuntiatum fuisset, aggregantes populum ascendere armati in Lateranos, ad capiendum suos

Molitiones Pauli contra Christophorum & Sergium.

PAGIUS SÆC.VIII Anno Eræ Hisp. DCCCVIII Anno Hegiræ CLIII. inchoato die 4. Januar. fer. 5. Anno Hegiræ CLIV. inchoato die 24. Decemb. fer. 2. A. C. 770. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6263.

☉ 23. G. ☽ 11. P. 22. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 770.

STEPHANI III. PAPÆ 3.

CONSTANTINI COPRONYMI 51. & 30.

LEONIS IV. 20.

A Num. I. ad VIII. *Desiderius* Longobardorum Rex, postquam spe conatuque suo se depulsum sensit, opera Christophori & Sergii, qui Constantino Pseudo-Pontifice exauctorato, de *Stephani Papæ* amicitia cum Regibus Francorum arctissime necienda fovendaque studiosissime laborabant, eos sibi constituit de medio removendos, ne consiliis cœptisque suis in futurum adversari possent. Totum hoc negotium fuse describit ex Anastasio Baronius, a n. II. ad VI. In Codice tamen Caroli Magni n. XLVI. legitur Stephani III. Epistola Bertradæ Reginæ & Carolo Regis hujus filio inscripta, quæ quoniam prædictorum motuum narrationem complectitur, multam alienam, ab iis, quæ Anastasius habet, eam hic in pauca contraho. Ait itaque Pontifex, se magno dolore accepisse Christophorum & Sergium ejus filium consilium iniisse cum *Dodone* Misso germani ejus Carolomanni Regis, sese interficere meditatos esse. Unde cum eodem *Dodone* & ipsis Francis in Lateranensium Sanctum Patriarchatum cum exercitu ingressos esse, atque intus in Basilicam Theodori Papæ, ubi nullus ausus est aliquando vel etiam cum cultro ingredi cum loricis, ubi ipsemet Pontifex sedebat, introisse, seque vix dum Romæ apud se *Desiderius* Langobardorum Rex pro faciendis sibi diversis ju-

Consilium de interficiendo Pontifice Rom. irritum redditur.

suos insidiatores: nuntiantesque mox salvati; impetum faciens universa multitudo, quæ cum eis advenerat, ingressa est cum armis in basilicam domni Theodori Papæ, ubi ipse prænominatus sedebat Pontifex: qui eos fortiter increpavit, cur præsumpsissent armati in eodem sanctum Patriarchium ingredi, pariterque loquentes, recedere eos jussit.

IV. Redit Stephanus ad Desiderium Regem. *Alia die denuo egressus est sæpe dictus Pontifex ad beatum Petrum, cum eodem Rege loquendum; & dum simul præsentes fuissent, prætermittens ipse Desiderius causas de justitiis beati Petri, tantummodo pro deceptione prædictorum Christophori, & Sergii insistebat. Unde claudens universas januas beati Petri, neminem Romanorum, qui cum ipso sanctissimo Pontifice exierant, ex eadem Ecclesia egredi permisit. Tunc direxit ipse almificus Pontifex Andream Episc. Prænestinum, & Jordanem Episcopum Signiensem ad portam civitatis, qua egreditur ad beatum Petrum, ubi prænominati viri Christophorus, & Sergius cum multitudine populi residebant, protestando eos ut in monasterium ingrederentur, suas ad salvandum animas, aut ad beatum Petrum ad eum studerent properandum. Ipsi vero metuentes prædicti Regis Longobardorum malignam sævitiam, ad eum egredi minime ausi sunt, asserentes se prius in manibus Romanorum suorum fratrum, & concivium esse tradendos, quam exteræ genti.*

V. *Dum ergo populus, qui cum eis erant audirent eadem a prænominato Pontifice directa ex ore prædictorum Episcoporum, illico conturbati, illorum confracta sunt corda, & cœpit unusquisque ab eis recedere: nam Gratiosus quidem Dux, cognatus jam fati Sergii, simulans se ad proprium pergere domum, congregans aliquantos Romanorum, profecti sunt pariter ad portam Portuensem: quam clausam experientes, a cardine ipsam portam auferre ausi sunt, & ita per noctem ad prænominatum egressi sunt Pontificem. Christophorus, & Sergius conspicientes, se in magno decepti esse positos: prius quidem Sergius eadem nocte, qua campana insonuit, descendit, per murum, & properavit ad beatum Petrum. Quem ad gradus Ecclesiæ beati Petri comprehendentes custodes Longobardorum, ad suum duxere Regem: cumque subsequutus est Christophorus, qui pariter ejusdem prænominato Pontifici obtutibus sunt præsentati, Quos Almus conservare cupiens, monachos fieri, præcepit, Post hæc faciens missionem prænominato Regi, ingressus est idem beatissimus Pontifex Romam relictis, præfatis Christophoro, & Sergio in Ecclesia beati Petri Apostoli cupiens, eos noctis silentio propter insidias inimicorum, salvos introduci Romam.* Stephanus Papa redit in urbem.

VI. Quod insuper ad hæc spectare videtur, habet idem Anastasius in Hadriano hujus Stephani Pontificis successore, ante hæc omnia ipsum Desiderium Regem Longobardorum super corpus beati Petri juramento promisisse sanctissimo Stephano Papæ jura sancti Petri illibata servare, neque aliquem Romanæ Ecclesiæ ministrum lædere. Sed ista omnia ipsum perfidum Regem promisisse, liquet, ut deciperet ipsum Pontificem, quo Christophorum & Sergium capere posset, & suam in eos explere sævitiam. Quæ omnia postmodum in eum ad sugillandum ejus perfidiam, Hadrianus Pontifex exprobravit. Sed quæ ista sequuta sint, audi ex eodem Anastasio auctore, qui ait:

Dum vero sol ad occasum declinare videretur, continuo congregantes prænominatus Paulus Cubicularius, & alii ejus

PAGIUS justitiis Beati Petri existeret, per eandem occasionem valuisse eum suo Clero refugium facere ad eundem Sanctum Petrum, ac continuo direxisse suos Sacerdotes ad eosdem Christophorum atque Sergium, ut ad se ad Beatum Petrum properarent. *Illi mox ut audierunt de præsenti cum Dodone & ejus Francis turmam facientes, & portam Civitatis claudentes, fortiter resistebant & nobis comminabantur, atque in Civitatem nos ingredi minime permittebant, & dum in eadem perfidia permanerent, & cognovisset universus noster populus eorum iniquum consilium, de præsenti eos dereliquerunt, qui etiam & plures per murum descendentes ad nos properaverunt. Alii vero portam Civitatis aperientes ad nostri progressi sunt præsentiam, & ita ipsi maligni Viri coacti atque nolentes ad nos in Ecclesia Sancti Petri sunt deducti. Quos interficere universus populus nitebatur, & vix de eorum manibus eos valuimus eripere, & dum infra Civitatem nocturno silentio ipsos salvos introducere disponeremus, ne quis eos conspiciens interficeret, subito hi qui eis semper insidiabantur, sui per eis irruentes, eorum eruerunt oculos, Deo teste dicimus, sine nostra voluntate atque consilio.*

II. Illud Stephanus PP. aperit Carolo M. Subdit Stephanus Papa se se in mortis periculum venturum fuisse, nisi Dei protectio, atque Beati Petri Apostoli, & *Desiderius* Rex sibi auxilio fuissent: se se credere, quod dum tanta prædicti *Dodonis* iniquitas ad aures Carolomanni Regis pervenerit, nullo modo ei placituram. *Agnoscat autem*, inquit Stephanus Papa, *Deo amabilis Religiositas vestra, atque Christianissima Excellentia tua, eo quod in nomine Domini bona voluntate nobis convenit cum præfato Excellentissimo & a Deo servato filio nostro Desiderio Rege, & omnes justitias Beati Petri ab eo plenius & in integro suscepimus.* Stephanus, ut legenti patet, Epistolam illam scripsit in Vaticano cum ibi detineretur a Desiderio Rege, quin & eam videtur coactus exarasse, loquit Cointius anno superiori num. VII. urgente eodem *Desiderio*, qui res ablatas Apo-

jus nefandissimi consentanei multitudinem populi, & properantes ad Desiderium Longobardorum Regem, ineuntesque cum eo impium consilium, abstulere eosdem Christophorum & Sergius excæcati. *Christophorum, & Sergium ab Ecclesia beati Petri, & properantes cum pluribus Longobardis usque ad portam civitatis, ibidem eorum oculos eruere. Sicque prædictus Christophorus in monasterium S. Agathæ deductus, ibidem post triduum ob dolorem ex oculorum effossione, vitam finivit. Sergius vero in monasterium Clivi Scauri deportatus, postmodum in Cellarium Lateranense deductus, illic usque ad transitum prænominati Pontificis extitit. Hæc vero omnia mala per iniquas missiones Longobardorum Desiderii Regis provenere.* Quando (ut dictum est) crebræ legationes ad Carolum, & Carolomannum Francorum Reges missæ sunt adversus eosdem impios Longobardos.

VII. Sed qualiter Desiderius excusaverit illatam vindictam in Christophorum, atque Sergium, cum eam in ipsum Desiderium Pontifex exprobrarit: audi quæ in Hadriano idem Bibliothecarius habeat, ex verbis ejusdem Pontificis in Desiderium juste expostulantis: *Sed & hoc,* inquit, *meus prædecessor Stephanus, pro dilectione, quam erga me suum pusillum habuit, mihi retulit: quia dum ad eum postmodum Stephanus suos Missos direxisset, videlicet Anastasium primum Defensorem, & Gemmulum subdiaconum, adhortans eum, ut ea, quæ præsentialiter B. Petro pollicitus est, adimpleret: taliter per eosdem Missos direxit in responsis. Sufficere Apostolico Stephano quia tuli Christophorum, & Sergium de medio qui illi dominabantur, ut non sit illi necesse justitias requirendas. Nam certe si ego ipsum Apostolicum non non adjuvero, magna perditio super eum eveniet, quoniam Carolomannus Rex* Francorum, *amicus existens prædictorum Christophori, & Sergii, paratus est cum suis exercitibus ad vindicandum eorum mortem, Romam properare ad ipsum capiendum Pontificem.* Hæc tunc ad Stephanum Papam per missus Legatos Desiderius Rex.

Habent Annales Francorum, hoc anno contigisse connubium inter Carolum, & Bertam filiam Desiderii Regis Longobardorum. Apud Aimoinum enim ista leguntur: *Bertruda vero mater Regum cum Carolomanno minore filio apud Salatias locuta, pacis causa in Italiam proficiscitur. Peractoque, propter quod illuc venerat, negotio (nam propter filiam Desiderii Regis Longobardorum, expetendam in matrimonium filio suo Regi Carolo, ierat) adoratis etiam Romæ sanctorum Apostolorum Liminibus, ad filios in Galliam revertitur.* Hæc ipse. Eadem Eginhardus in vita Caroli. Cum autem ista de matrimonio rescisset Stephanus Papa, scripta ad ipsum Carolum, & Carolomannum epistola, ne id facerent, sub excommunicatione prohibuit: nam ab eorum patre aliis nuptiis fuerant obligati ut ex ejusdem Papæ litteris constat, quæ sic se habent: VIII. Berta filia Desiderii juncta Carolo.

IX. *Dominis excellentissimis filiis Carolo, & Carolomanno Regibus Francorum, & Patriciis Romanorum Stephanus Papa.*

Dum omnium electorum Dei præcipuam vitam, & digna operum merita in nostram memoriam revolvimus: invenimus profecto, nullo eos potuisse qualitatis diversitate ab eorum cordis statu, & pristina sponsionis constantia amoveri. Unde & variis antiqui hostis suasionibus, & blandimentis circumvallati, immutabiles in sua mentis firmitate constat permansisse: & ob hoc cum triumpho victoriæ ad optata pertingere meruerunt gaudia. Et nimirum considerandum est, quia si quis quibusdam suasionibus demulci- Stephani Papæ epist. ad Reges Franc.

tus,

PAGIUS stolicæ Sedi se redditurum simulabat, & dissensionem inter *Carolum* & *Carolomannum* fratres fovere suis artibus satagebat. Quapropter iis, quæ de *Christophoro* & *Sergio* ejus filio, quæque de *Dodone* Carolomanni Regis Oratore narrantur a Stephano fides integra nequaquam haberi debet. Neque enim illi quidquam moverunt adversus Romanum Pontificem, sed cum Christophorus ac Sergius sibi timerent a *Desiderio*, fieri potuit, ut Dodone conscio, atque in partem consilii vocato, Romanos contra Paulum Afiartam, quem *Desiderio* faventem deprehenderant, ad arma provocarent, & exorto tumultu nonnullorum in Urbe, vel etiam in Laterano, cædium auctores fierent. Tandem ambo, ut *Stephanus* scribit, excæcati sunt eo inscio atque inconsulto. Scelus illud a *Paulo Afiarta* commissum fuit. Artifex totius mali Desiderius Stephanum lusit, Apostolicæ Sedi ne unum quidem restituit, unde conjicere esse eo auctore scriptam a Stephano Epistolam, quæ contrarium asserit, optime judicavit Cointius citatus. Quam fraudulenter ac simulate se gesserit Langobardorum Rex in suo ad ejus Oratorem responso, postea declaravit Hadrianus Papa, & ex eo Baronius num. VII. qui tamen perperam hæc omnia præsenti anno consignat; cum, ut recte vidit Sigebertus in Chronico, ad superiorem pertineant. Sequentia vero hoc anno perfecta.

III. A num. VIII. ad XVI. in Galliis civilis belli metus imminebat, sive ambo Francorum Reges *Carolus* & *Carolomannus* fraternam deponerent amicitiam, mutuisque deinceps odiis inter se decertarent; sive servata simul concordia *Tassilonem* Bajoariæ Ducem, qui Regem potius quam Ducem seu præfectum agebat, adorirentur, *Berta*, seu *Bertrada* utriusque Regis mater. ut utramque tumultuum causam tolleret, Carolomannum primo, postea Tassilonem adiit, quod utrumque Loiselianus Annalista his verbis indicat: *Carlomannus & Berta jungentes* *Stephanus PP. desiderium non restituisse Civitates ablatas Franciæ Regibus significat.*

se

tus, victus fuerit: a recto confestim tramite, qui ducit ad vitam æternam, per abrupta declinans devia, contendat, ut ex hoc in proclivem delabatur noxam. Nam plerumque certum est, quia idem antiquus hostis per infirmam naturam fidelium mentes subripere nititur. Hinc est enim, quod olim primo homini in paradiso constituto, per infirmam mulieris naturam pestiferis valuit suadere blandimentis, divinum transgredi mandatum, & ob hoc dira mortis humano generi irrepsit excidium. Et ideo præcellentissimi filii magni Regis, tanto studiosius ejusdem moliminis omnino resistendum est, ne quemquam suis irretire valeat argumentis, quanto cernimus suis crebro insidiis, ad decipiendum corda, insistere.

X. di dicimus — *Itaque nostræ perlatum est notioni (quod certe cum magno cordis dolore* dicimus) eo quod Desiderius Longobardorum Rex vestram persuadere dignoscitur excellentiam, suam filiam uni ex vestra fraternitate in conjugio copulari. Quod certe si ita est, hæc proprie diabolica est immissio, & non tam matrimonii conjunctio, sed consortium nequissimæ adinventionis esse, videtur. Quamplures comperimus, sicut divina scripturæ historia instruimur, per alienæ nationis injustam copulam a mandatis Dei deviare, & in magna devolutos facinora. Quæ est enim, præcellentissimi filii magni Regis, talis desipientia, ut penitus vel dici liceat, quod vestra præclara Francorum gens, quæ super omnes gentes enitet, & tam splendiflua ac nobilissima regalis vestræ potentiæ proles, perfida (quod absit) ac fœtentissima Longobardorum gente polluatur, quæ in numero Gentium nequaquam computatur: de cujus natione, & leprosorum genus oriri, certum est. Nullus enim, qui mentem sanam habet, hoc vel suspicari potest, ut tales nominatissimi Reges tanto detestabili atque abominabili contagio implicentur: quæ enim societas lucis ad tenebras? aut quæ pars fideli cum infideli?*

Dissuadet nuptias cum Longobardis.

XI. *Etenim, mitissimi, & a Deo instituti benignissimi Reges, jam Dei voluntate, & consilio, conjugio legitimo ex præceptione genitoris vestri copulati estis, accipientes sicut præclari, & nobilissimi Reges de eadem vestra patria, scilicet ex ipsa nobilissima Francorum gente, pulcherrimas conjuges, & earum vos oportet amori esse annexos; & certe vobis non licet, eis dimissis, alias ducere uxores, vel extraneæ nationis consanguinitate immisceri. Etenim nullus ex vestris parentibus, scilicet neque avus vester neque proavus, sed nec genitor vester ex alio Regno, vel extranea natione conjugem accepit.* Video igitur, ex eo dissuaderi connubium cum Longobardis, quod aliis fuissent ante conjugibus copulati, quod & inferius æque testatur. Subdit vero: *Et quis de vestro nobilissimo genere, se contaminare, aut commiscere cum horrida Longobardorum gente dignatus est, ut nunc vos suademini (quod avertat Deus) eadem horribili gente pollui?*

Aliis antea obligati nuptiis, aliis inire jure prohibentur.

Itaque nullus, exteræ gentis assumpta conjuge, innoxius perseveravit. Advertite quæso, quanti, qualesque potentes per alienigena conjugia a præceptis Dei declinantes, & suarum sequentes uxorum alienæ gentis voluntatem, validis irrepti excessibus, immensa pertulere discrimina. Impium enim est, ut vel penitus vestris ascendat cordibus, alias accipere uxores, super eas, quas primitus vos certum est accepisse. Non convenit vobis tale peragere nefas, qui legem Dei tenetis, & alios ne talia agant, corripitis. Hæc quippe paganæ gentes faciunt. Nam absit hoc a vobis qui perfecti estis Christiani atque gens sancta, & regale estis sacerdotium. Recordamini, & considerate, quia oleo sancto uncti per manus Vicarii B. Petri, cælesti benedictione estis sanctificati: & cavendum vobis est, ne tantis reatibus implicemini. Mementote hoc, præcellentissimi filii, quod sanctæ recordationis prædecessor noster Dominus Stephanus Papa excellentissimæ memoriæ genitorem vestrum obtestatus est, ut nequaquam præsumpsisset dimitti Dominam, & genitricem vestram; & ipse, sicut revera Christianissimus Rex, saluti-

PAGIUS *se ad Salossa, (vulgo, Saluffes) Et in eodem anno pervenit Domna Berta Regina per Bajoariam partibus Italiæ.* Idem habent Annalista Metensis & Auctores non pauci. *Berta* Salussis cum Carolomanno collocuta est, eumque fratri reconciliavit sopita, quæ anno superiori gliscere cœperat inter utrumque discordia. Reges ad synceram dilectionem & fraternum amorem conversi sunt, atque de reintegrata inter se concordia, deque suo erga Sedem Apostolicam zelo, Stephanum Papam certiorem fecerunt, *Gauziberto* Episcopo, *Fulchberto* Monacho, *Ansfredo* & *Helingario* gloriosissimis Viris Romam quamprimum directis. Gavisus est summopere Pontifex, statimque per eosdem Nuncios ad prædictos Reges Epistolam XLVII. Cod. Carol. transmisit, in cujus priori parte Stephanus significat, se plurimum lætari de renovata utriusque Regis amicitia. Secundo, Reges Francorum per tremendum judicii diem, & ipsius Principis Apostolorum nomine vehementer obtestatus est, ut in firmo proposito rerum, quæ Beato Petro sublatæ fuerant a Longobardis exigendarum constantissime permanerent, & cuilibet illas redditas asserenti fidem denegarent: *Unde obnixe, tanquam præsentialiter, petimus, & coram Deo vivo, qui vos regnare præcepit, conjuramus Excellentiam Vestram, ut plenarias justitias Beati Petri, sub nimia velocitate secundum capitulare, quod vobis*

tiferis ejus obtemperavit monitis. Nam & illud excellentiam vestram oportet meminisse, ita vos beato Petro, & præfato Vicario ejus, vel ejus successoribus spopondisse, se amicis nostris amicos esse, & se inimicis inimicos; sicut & nos in eadem sponsione firmiter dignoscimur permanere; & quomodo nunc contra animas vestras agere contenditis, & cum nostris inimicis coniunctionem facere vultis; dum ipsa periura Langobardorum gens semper Ecclesiam Dei expugnantes, & hanc nostram Romanorum provinciam invadentes, nostri esse comprobantur inimici?

XII. Itaque & hoc peto, ad vestri referre studete memoriam, eo quod dum Constantinus Imperator nitebatur persuadere sanctæ memoriæ mitissimum vestrum genitorem, ad accipiendam coniugio filii germanam vestram nobilissimam Ghysilam; neque vos alii nationi licet copulari; sed nec contra voluntatem Apostolicæ Sedis Pontificum quoquo modo vos audere peragi. Et quam ob causam nunc contra Apostolica mandata, & voluntatem Vicarii Apostolorum principis agere conamini, quod numquam vester pater perpetravit? An nescitis, quod non infelicitatem nostram, sed beatum Petrum, cujus licet immeriti, vicem gerimus, spernitis? Scriptum est enim (a): Qui vos recipit, me recipit; & qui vos spernit, me spernit. Recordamini peto, excellentissimi filii, quomodo * vos fide dicere visus est præfatus vester dominus ac genitor, promittens in vestris animabus Deo, & beato Petro, atque ejus Vicario antefato sanctæ recordationis prædecessori nostro domino Stephano Papa, firmiter vos debere permanere erga sanctæ Ecclesiæ fidelitatem, atque omnium Apostolicæ Sedis Pontificum obedientiam, & illibatam charitatem: & postmodum prædecessori nostro domino Paulo Papa, eadem vos una cum eodem vestro genitore certum est plerumque per Missos, & scripta promisisse, & post decessum antefati sanctæ memoriæ patris vestri, & vos ipsi sæpius tam per vestros missos, quamque per litteras, simulque, & per Sergium fidelissimum nostrum Nomenclatorem, & per alios nostros Missos nobis spopondisse, in eadem vos vestra promissione, sicut genitor vester, circa sanctam Dei Ecclesiam, & nostram fidelitatem esse perseveraturos.

(a) Matt. 10.

* vobis fideliter

Sed & illud, quæso, ad vestri referre memoriam; qualiter vos præfatus dominus Stephanus Papa in suo transitu per sua scripta sub terribili adjuratione adhortari studuit, firma stabilitate vos esse permansuros erga dilectionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & illibatam charitatem Apostolicæ Sedis Pontificum, & omnia vos adimplere, juxta vestram, eidem Dei Apostolo adhibitam sponsionem. Et nunc ista est vestra promissio? O quantum laborem sustinuit idem præcipuus, ac beatissimus Pontifex: qui ita imbecilles existens, tanto se exhibuit prolixi itineris periculo; & nisi Dominus præsto fuerit, in XIII.

PAGIUS *his per præsentes vestros fidelissimos Missos direximus, exigere & Beato Petro reddere jubeatis; sicut & vestra continet promissio, & omnia, quæ Beato Petro & ejus Vicariis cum vestro sanctæ memoriæ progenitore promisistis, adimplere dignemini, &c. Tamen & de omnibus justitiis Beati Petri prædictis vestris Missis subtiliter locuti sumus, Vestro Regali culmini cuncta enarranda, & jam sicut terra sitiens imbrem præstolatur, ita vestrum auxilium & congruum effectum de nostris petitionibus postulamus, &c. Nam si, quod non credimus, ipsas justitias exigere neglexeritis aut distuleritis, sciatis vos de istis rationem fortiter ante tribunal Christi eidem Principi Apostolorum esse facturos. Si quis autem vobis dixerit, quod justitias Beati Petri recepimus, vos ullo modo ei non credatis.*

IV. Inde liquet, Cointium iam loco citato, quam hoc anno num. VII. recte scripsisse literas anno superiori a Stephano Papa datas, quæ restitutionem a *Desiderio* factam fingebant, vi ac metu extortas fuisse. [1] Quod & adhuc confirmat Cointius Epist. XLVIII. Cod. Carol. in qua constantia Carolomanni Regis in causis Apostolicis tuendis, plurimum commendatur; *Unde Beatus es*, inquit Stephanus Papa, *bone rimum Christianissime Rex, quod quidem nos conspecta laudet, fidei tuæ constantia, quam in Apostolicis causis & nostri amoris fervore habere dinosceris, firmi in tua dilectione permanentes, sedule eidem nostro Conditori, pro immensa vestra lætitia & a Deo instituti Regni vestri stabilitate preces fundere nequaquam desistimus.* Iisdem literis Stephanus Papa, ut Carolomanni Regis compater fieri mereretur postulat. *Carolomanni* autem filius, cujus patrinus fieri Papa peroptavit, non alius est a *Pippino*, de cujus ortu ad præsentem annum Annalista Petavianus scribit: *Nativitas Pippini filii Carlomanni*. Erat tunc & altera Carolomanno proles; præcitatas enim literas Stephanus Papa sic claudit: *Deus autem Omnipotens, per quem Reges regnant & Principes impe-*

Stephanus PP. Carolomannum plurimum laudat.

NOTÆ [1] NOn ita facile viris doctis persuaderetur, Desiderii vi ac impotentia extortas fuisse a Stephano III. literas illas, quas ex codice Carolino Pagius hic recitat. Nec enim eas sibi invito extorsisse Desiderium aliis scriptis in Galliam literis idem pontifex unquam prodidit, nec successor ejus Adrianus, qui Desiderii opera luminibus orbatos fuisse Christophorum, & Sergium testatur de literis ab eodem Desiderio extortis quidquam mutit. Dubia est igitur, ne dicam falsa, Cointii & Pagii conjectura, ut inter cæteros agnoscit etiam Cl. Saxius in notis ad regnum Italiæ Sigonii novæ editionis col. 124. MANSI

in vacuum ejus labor deducetur; fietque nobis iter illud, quod ibidem idem noster prædecessor Franciam properavit, in magnam ruinam, dum nostri inimici plus nunc, quam pridem in superbia ferocitatem elevati sunt. Et ecce quod verebamur, evenire cernimus, conversaque est nostra lætitia in luctum, & facta sunt novissima mala pejora prioribus, & unde expectabamus nobis lumen oriri, eruperunt tenebræ.

XIV. *Quapropter & B. Petrus princeps Apostolorum, cui Regni cælorum claves a Domino Deo traditæ sunt, ac in cælo, & in terra ligandi, solvendique concessa est potestas, firmiter excellentiam vestrum per nostram infelicitatem obtestatur; simulque & nos una cum omnibus Episcopis, presbyteris, & cæteris sacerdotibus, atque cunctis proceribus, & clero sanctæ nostræ Ecclesiæ, Abbatibus etiam, & universis religiosis, divino cultui deditis, seu Optimatibus, & Judicibus, vel cuncto nostro Romanorum istius provinciæ populo, sub divini judicii obtestatione vos * exoramus per Deum vivum & verum, qui est Judex vivorum, & mortuorum, & per ejus ineffabilem divinæ Majestatis potentiam, atque per tremendum futuri judicii diem, ubi omnes Principes, & potestates, & cunctum humanum genus cum tremore assistere habebimus, necnon & per omnia divina mysteria, & sacratissimum corpus beati Petri, ut nullo modo quisquam de vestra fraternitate præsumat filiam jam dicti Desiderii Longobardorum Regis in conjugium accipere. Nec iterum vestra nobilissima germana Deo amabilis Gisyla tribuatur filio sæpe fati Desiderii, nec vestras quoque modo conjuges audeatis dimittere; sed magis recordantes quæ beato Petro Apostolorum principi polliciti estis, viriliter eisdem nostris inimicis Longobardis resistite, distringentes eos firmiter, ut propria sanctæ Dei Ecclesiæ Romanæ Reipublicæ reddere debeant, eo quod omnia, quæ vobis polliciti sunt, transgredientes, nos quotidie affligendo, & opprimendo non cessant, etiam quia aliquid nobis reddere minime sunt inclinati, & jam nostros invadere fines noscuntur, & tantummodo per argumentum in præsentia de vestris Missis simulant, justitias nobis faciendum: nam nihil ad effectum perducitur, & quicquam ab eis de nostris justitiis nequaquam recipere valuimus.*

* conjuramus

XV. Legati Missi. *Unde ecce ut cuncti nostri dolores subtiliter vestris auribus suggerantur, direximus nostros Missos, videlicet Petrum dilectum filium nostrum presbyterum, & Pamphilum Defensorem Regionarium sanctæ nostræ Ecclesiæ, quos & de imminente nobis tribulatione, necnon & de singu-*

PAGIUS *perant, sua vos protegat gratia, & victoriam vobis de cælo pro sua Sanctæ Ecclesiæ defensione tribuat, atque longævos & sospites in solio Regni pariter cum excellentissima & Christianissima filia nostra Regina, dulcissima vestra conjuge & amantissimis natis, conservare, & cælestis Regni æterna gaudia concedere dignetur possidenda.*

V. Berta Desiderii filiam in Galliam adducit. *Berta* seu Bertradane per Bojoariam in Italiam profecta est, ut Regino, variique Annalistæ Francorum afferunt, qui tamen susceptæ hujus profectionis causam non aperiunt. *Salutes* in Bojoariam, & e Bojoaria, in Italiam ivit, [1] licet Provincia esset adeo remota; *Berta Regina*, inquit Regino, *perrexit in Bajoariam, & inde Italiam ingressa est*. Illuc eo profecta videtur consilio, ut amicitiam inter Thassilonem Ducem & Carolum Regem Francorum, hoc est inter consobrinos renovaret; sed spe cassa Romam se fa contulit: *Hoc anno*, inquit Annalista Petavianus, *Berta fuit in Italia propter filiam Desiderii Regis*. Desiderius Langobardorum Rex e sua re duxit, sibi devincire Francorum Reges, quos in amicitiam simul rediisse noverat, & amicos esse Stephano Papæ, quem lacessebat, seque facilius quod optabat, assecuturum credidit, si *Gisilam* eorumdem Regum sororem *Adalgiso* filio suo in uxorem postularet. Egit de illo conjugio cum *Bertrada* Regina atque ut mutuus amor arctius utrimque necteretur, de filia sua alteri Regum Francorum sociunda, sermonem quoque habuit, indeque factum, ut hæc in Franciam adduceretur.

VI. Eam Carolus conjugam accepit. *Stephanus* Papa statim ac consilia *Desiderii* Regis rescivit, exhortationem atque adjurationem Regibus Francorum inscriptam in Confessione Beati Petri posuit, Sacrificium super eam atque hostias Deo obtulit, deinde eum lacrymis ex eadem Sacra Confessione, illam per Legatos *Petrum* Presbyterum & *Pamphilum* Defensorem Regionarium direxit. Recitatur integra in Codice Carol. num. XLV. & a Baronio a num. IX. ad XVI. *Berta*, quæ filiam Desiderii secum ducebat *Carlomanno*, ut gener Desiderii fieret, suadere non potuit, suasit *Carolo*, de quo Eginhardus scribit: *cum matre hortatu filiam Desiderii Regis Langobardorum duxisset uxorem, incertum qua de causa post annum repudiavit*. Adalgisus tamen Desiderii Regis filius non duxit *Gisilam* ac Carolomanni Francorum Regum sororem, annum ætatis XIV. tunc agentem, quæ paulo post cœpit inter Moniales vitam degere, ut idem Eginhardus in Vita Caroli M. testatur: *Erat ei*, nempe Carolo, *unica soror nempe Gisla, a puellaribus annis religiosæ conversationi mancipata, quam si-mi-*

[1] DE *Berta*, quæ & *Bertruda* itinere Italico, *anno tertio regni* Caroli M. vide veteres Annales Francorum a Martenio nuper editos in amplissima Anecdotorum collectione tom. V. ad an. 770. Vide etiam Mabillonium Annal. Benedict. lib. XXII. §. XXVIII. an. 770. GEORGIUS

Digitized by Google

gulis causis subtiliter informavimus, vestro regali intimandum culmini: & petimus, ut solito benigne eos suscipere, nostraque petitioni vestras, a Deo inspiratas aures accommodare digaemini, & amplissimam liberationem, atque exaltationem sanctæ Dei Ecclesiæ spiritualis matris vestræ, & istius, a vobis redempta provinciæ defeasionem perficere jubeatis, ut perfectam remunerationem a justo Judice Deo nostro, intercedente ejus principe Apostolorum B. Petro, suscipiatis.

Vetus ritus de litteris Apostolicis.

Præsentem itaque exhortationem nostram, atque adjurationem in Confessione B. Petri ponentes, & sacrificium super eam atque hostias Deo nostro offerentes, vobis cum lachrymis ex eadem sacra Confessione direximus. Et si quis (quod non optamus) contra hujusmodi nostræ adjurationis, atque exhortationis seriem agere præsumpserit: sciat, se auctoritate domini mei beati Petri principis Apostolorum anathematis vinculo esse innodatum, & a Regno Dei alienum, atque cum diabolo, atque ejus atrocissimis pompis, & cæteris impiis, æternis incendiis concremandum deputatum. At vero qui observator, & custos istius nostræ exhortationis extiterit, cælestibus benedictionibus a Domino Deo nostro illustratus, æternis præmiorum gaudiis cum omnibus Sanctis, & electis Dei particeps effici mereatur. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat. Sic epistola.

His acceptis litteris Carolus nutabundus, ac dubius redditus plene resiliisset, nisi mater impedimento fuisset: quæ quod cœpisset, & cujus causa in Italiam descendisset, omnino perfici voluisset. Verum ille sic passus est se teneri, ut tamen solutionem meditaretur, quam quantum posset acceleraret. Quomodo autem sequenti anno ad ejus patrem Regem Longobardorum Desiderium eam dimiserit, suo loco dicturi sumus.

Sed hic illud jure revocari potest in dubium, quod tradunt rerum Francarum scriptores, Carolomannum accepisse in uxorem filiam ejusdem Desiderii Regis Longobardorum, ex eaque filios suscepisse; siquidem nonnisi de una filia ejusdem Regis mentio habetur in litteris Stephani Papæ, eamdemque Carolo nuptam, testis est inter alios Eginhardus qui fuit ipsi Carolo a secretis. Nec dici potest, aliam filiam Desiderii ante fuisse Carolomanno nuptam; nam non ipsi, sed potius Francæ nobili feminæ conjugio obligatum a patre, ejusdem Stephani Papæ litteræ indicant. Verum plures eas fuisse, ex eisque alteram Carolo, alteram vero Carolomanno nuptam esse veteres Annales docent. Quomodo autem ista solvantur contraria, hactenus non invenimus. XVI.

☞ Dum in Urbe ista geruntur, contigit illic mori Joannem Nepesinum Episcopum, quem vidimus superius subscripsisse Concilio Romano sub Paulo Papa, cujus Sepulcri in Ecclesia monasterii S. Sabæ Romæ positi adhuc extat inscriptio his versibus atque Notis marmori incisa:

Joannis Nepesini Epi c. obitus.

Hoc hamata jacent Johannis membra sepulcro.
Qui Nepe fuerat Præsul in urbe quidem.

PAGIUS

militer, ut matrem, magna coluit pietate, qua etiam paucis ante obitum illius annis, in eo quo conversata est Monasterio decessit. [1]

VII. *Uxor Carolomanni non fuit filia Desiderii.*

In Annalibus Fuldensibus seu Pithœanis hæc verba leguntur: *Bertham Reginam filiam Desiderii Regis Longobardorum Carlmanno filio suo conjugio sociandam de Italia adduxit*, qui locus Baronium turbavit, induxitque, ut crederet Desiderio duas fuisse filias, quarum altera Carolo, altera Carlomanno nupta fuerit. Verum Andreas Duchesnius recte observavit, locum illum corruptum esse, & loco *Bertam Reginam*, legendum, *Berta Regina*, loco, *Carlmanno*, reponendum esse, *Carolo*, qui filiam Desiderii Bertæ matris hortatu hoc anno sibi copulavit. *Carolomannus* vero vivente patre *Gilbergam* uxorem duxerat, ut docet Annalista Metensis. Porro Duchesnius Tom. II. Script. Franc. post secundam Appendicem ad Continuationem Fredegarii refert Fragmentum Veterum Annalium, in quo legitur: *Anno DCCLXX. fuit Berta Regina in Longobardia ad Placitum contra Desiderium Regem, & redditæ sunt Civitates plurimæ ad partem Sancti Petri.* Et ibidem in Annalibus Petavianis ad annum DCCLXX. habetur: *Hoc anno Domna Berta fuit in Italia propter filiam Desiderii Regis: & redditæ sunt Civitates plurimæ Sancti Petri*; quod Berta a Desiderio postulasse videtur, ut Stephanum Papam a conjugio filiæ Desiderii cum Carolo valde alienum mitigaret.

NOTÆ

[1] SOrores *Caroli* M. ex Pipino patre, quatuor a Martenio in Præfatione ad Collectionem amplissimam Anecdotorum pag. IV. n. 9. enumerantur, scilicet *Gisla*, seu *Gisela*, *Rothais*, *Adeleid*, & *Ada*. De Adæ obitu Necrologium S. Maximini Trevirensis: V. *Idus majas obiit Ada ancilla Christi piæ memoriæ, filia Pipini regis, soror Caroli M. Imperatoris. Gisla* etiam *seu Gisela* Sanctimonialibus nomen dedit, ut hic habet Pagius, & uberius Mabillonius in Annalibus Benedictinis. Fuit autem Abbatissa Calensis, & an. 810. obiit; de cujus obitu idem Mabillonius in Annalibus ad hunc an. l. LXXVII. ubi disquirit, an *Ada* fuerit *Caroli Magni* soror. GEORGIUS

Ne Nepa sæva sibi noceat, succurre redemptor.
Et quæ contraxit crimina........
Nempe loco sanctæ voluit sepeliri ecce iste,
Quo per hos sanctos inveniat requiem.
Extensum per Θ P. Q. E. Δ *connexa.*
Christi annum monstrant, quo transiit iste sacerdos.
Obiit in pace II. KL. NOV.
E Ψ O I

Θ. 9
P. 7
Q. 500
E. 250
Δ. 4

Si colligantur numeri quinque harum litterarum, partim latinarum, partim Græcarum fiunt anni 770. ut videatur Epitaphium Joannis illius Episcopi Nepesini, qui Pauli Papæ Constituto subscripsisse legitur anno 761. Genus numeri haud ab omnibus usu receptum & si aliquando receptum, dissuetudine jam abolitum: quod ad alia noscenda, si quando acciderit, his signata notis vetera monumenta, hic describendum putavimus. Sic enim se habet.

CCCCC	CCC	C. 100.	CCCCC	
A	B	C	D	
CCL	XL	CCCC	CC	C. 100. cum circulo mille.
E	F	G	H	I
CL	L. 50.	CIↃ. Mille.	CCIↃ 900.	XI
K	L	M	N	O
VII	CCCCC	XXC.	VII.	CLX.
P	Q	R	S	T
V. 5.	X. 10.	CLIX.	CIↃCIↃ 2000.	
V	X	Y	Z	

* Apud Valerium Probum Petrum Diaconum, & alios, qui de antiquis notis scripserunt.

* *Possidet A, numero quingentos ordine recte.*
Et B, tercentum per se retinere videtur.
Non plusquam centum C, littera fertur habere.
Littera D, velut A, quingentos significabit.
E, quoque ducentos & quinquaginta tenebit.
Sexta quaterdenos gerit F, quæ distat ab alphe.

G, qua-

G, quadringentos demonstrativa tenebit.
H, quoque ducentos per se designat habendos.
I, C, compar erit, & centum significabit.
K, quoque centenos & quinquaginta tenebit.
Quinquies L, denos numero designat habendos.
M, caput est numeri quem scimus mille tenere.
N, quoque nongentos numero demonstrat habendos.
Undenos facit O, cognoscas sic numerando.
P, similem cum S. numerum monstratur habere.
Q, velut, A, cum D, quingentos vult retinere.
Octoginta dabit tibi R, siquis eum numerabit.
S, vero septenos numeratos significabit.
T, quoque centenos, & sexaginta tenebit.
V, vero quinque dabit tibi, si recte numerabis.
X, duplex denos numero tibi dat retinendos.
Y, dat centenos & quinquaginta novenos.
Ultima Z, canens finem bis mille tenebit.

Hæc Joannis Nepesini Episcopi tumali inscriptionis occasione dicta sufficiant. ☜

Quod insuper ad res Francorum spectat hoc anno ponitur habita a Carolo Magno Rege Synodus in Warmatia civitate. Religiosissimus quidem Rex satis perspectum habens, tunc Regna florere, Regesque adversus hostes victores existere, cum religio viget: hoc & sequenti anno ac deinceps multus fuit in sacris Conciliis celebrandis: tria namque ab hoc tempore singulis annis Warmatiæ civitatis, & ad Valentinianas ab eo leguntur (a) Concilia celebrata. Extat Concilium Wormatianum, sive Vormatiense, in quo, post dignam fidei confessionem, octoginta canones subiiciuntur. Porro in Capitularibus Regum Francorum digna memoria ista leguntur, (b) tunc suggesta a populis supplici corporis habitu coram ipso Carolo Rege.

(a) *Vit. Caroli Magni.*

(b) *Capit. Franc. l. 6. c. 285. 286.*

*Flexis omnes precamur poplitibus majestatem vestram, ut Episcopi deinceps, sicut hactenus non vexentur * hostibus: sed quando vos nosque in hostem pergimus, ipsi propriis resideant in parochiis, Deoque fideliter famulari studeant, & earum sacrosancta mysteria * canone, & Deo placite peragere satagant, atque pro vobis, cunctoque exercitu vestro una cum omnibus, sibi commissis orare viriliter, Missasque decantare, litanias, atque eleemosynas facere decertent. Quosdam enim ex eis ab hostibus * & præliis vulneratos vidimus & quosdam periisse cognovimus. Hæc vero valde periculosa, & oppido sunt cavenda: quæ idcirco suggerimus, ne pro talibus vos & nos simul pereamus. Novit dominus, quando vos in talibus videmus terror apprehendit nos, & quidam ex nostris timore perterriti propter hoc fugere, & inimicis terga vertere solent. Plures enim potestis habere præliatores, si illi propriis resident in parochiis, quam si nobiscum pergunt: quoniam illi, qui vos prævident, omnes tunc pugnabunt: quod modo nequaquam faciunt, sed vos tantummodo custodiunt. Nam sine dubio potius vobis, nobisque proficere possunt, si remanserint quam si in hostem, vel ad pugnam perrexerint: quia tunc eorum precibus adjuvamur & modo eorum pressuris gravamur. Quando vero (c) Moyses, expansis ad cælum manibus, orabat, vincebat Israel; & quando a precibus cessabat, & manus ejus gravabantur, priusquam sustentatæ fierent, & ipse precibus insisteret, vincebatur, & terga vertebat.*

XVII. Supplicatio populi in Concil. Vvormat.

* hostilibus

* canonice

* in Cum magno damno militum Clerici.

(c) *Exod. 17.*

*Talibus ergo, & multis aliis exemplis fulti, quorum prolixitatem vitantes, modo non dicimus, quia sapienti semel dicta sufficiunt prædicta: obnixe omnes precamur, & ut concedantur, rogamus, quia nullatenus volumus assentire, ut nobiscum ad * talia pergant, nisi duo, aut tres bene docti, electione videlicet cæterorum, ad benedictionem dandum, & ad periclitantium reconciliationem faciendam, ne vos, & nos simul cum pluribus pereamus, sed eorum precibus (ut jam memoratum est) fulciamur. Quam formam & de sacerdotibus tenere optamus, id est, ut nec illi in hostem, nisi benedicti, & ipsi electione atque permissione propriorum Episcoporum* pergant scilicet; *qui tamen tales sint, de quorum scientia, & vita, & conversatione omnes securi esse possimus.* XVIII.

* prælia Qui sacerdotes procedant ad castra.

PAGIUS VIII. *Synodus Wormatiensis.*

A num. XVII. ad XXII. Carolum *Leodii* Pascha, & Natalem Domini Moguntiæ celebrasse, ac *Vormatia* generalem populi sui de more Conventum habuisse tradunt plures Francorum Annalistæ, sed quid in eo statutum actumve sit, tacent. Baronius quidem refert ex lib. 6. Capitularium, capitula quædam. *Ne Episcopi aut Presbyteri ad bella pergant*, verum illa non ad hanc, sed ad aliquam posteriorem Synodum Wormatiensem pertinere, ex dicendis constabit. Consueverant Francorum Reges singulis annis conventum generalem Regni evocare, in quo consulebant & decernebant, quæ eo anno gerenda essent, sive ad discipli-

Illud tamen vobis, & omnibus scire cupimus, quod non propterea hæc petimus ut eorum res, aut aliquid ex eorum pecuniis, nisi ipsis aliquid sponte nobis dare placuerit, aut eorum Ecclesias viduari cupiamus; sed magis eas (si Dominus posse dederit) augere desideramus, ut & ipsi, & vos, & nos salviores simus, ac Deo potius, ipso adminiculante, placere mereamur. Scimus enim, res Ecclesiæ Deo esse sacratas, scimus, eas oblationes esse fidelium, & pretia peccatorum: quapropter si quis eas ab Ecclesiis quibus a fidelibus collatæ, Deoque sacratæ sunt, aufert, proculdubio sacrilegium committit: Cæcus enim est, qui ista non videt. Quisquis ergo nostrum suas res Ecclesiæ tradit, Domino Deo illas offert, atque dedicat, suisque Sanctis, & non alteri, dicendo talia, & agendo ita.

Reges non accipiant res Ecclesiæ.

XIX. *Facit enim scripturam de ipsis rebus, quas Deo dare desiderat, & ipsam scripturam coram altari, aut supra tenet in manu, dicens ejusmodi loci sacerdotibus atque custodibus: Offero Deo, atque dedico omnes res, quæ hac in chartula tenentur insertæ pro remissione peccatorum meorum, ac parentum, & filiorum, aut pro quocumque illas Deo deliberare voluerit, ad serviendum ex his Deo in sacrificiis, Missarumque solemniis, orationibus, luminariis, pauperum, ac clericorum alimoniis, & ceteris divinis cultibus, atque illius Ecclesiæ utilitatibus. Si quis autem eas inde (quod fieri minime credo) abstulerit, sub pœna sacrilegii ex hoc Domino Deo, cui eas offero, atque dedico, strictissimas reddat rationes. Ponit etiam in ea alias conjurationes, quas enumerare longum est. Nam qui eas inde postea aufert, quid agit nisi sacrilegium? Si ergo amico quippiam capere furtum est: Ecclesiam vero fraudare, vel auferre indubitanter sacrilegium est. Unde & in sacris canonibus, spiritu Dei conditis, habetur ita: Si quis oblationes Ecclesiæ extra Ecclesiam accipere, vel dare voluerit, præter Episcopi conscientiam, vel ejus, cui hujuscemodi sunt officia commissa, nec cum ejus voluerit agere consilio, Anathema sit.*

Ritus sacrarum oblationum.

*Absit enim, ut rerum Ecclesiarum cupiditate, vel ablatione sacrilegi, aut anathema efficiamur, aut talibus laqueis unquam devinciamur: quoniam scimus, * anathematos homines, vel sacrilegos, non solum infames, & a consortio fidelium, priusquam hæc per publicam satisfactionem Ecclesiæ, & Episcoporum reconciliationem, manusque impositionem emendent, alienos esse; sed etiam a Regno Dei extorres fieri, si in talibus defecerint, non dubitamus. Ut ergo omnis suspicio a nobis cunctis sacerdotibus, & omnibus Christi, & sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus auferatur: profitemur omnes stipulam dextris in manibus tenentes, eamque propriis e manibus abjicientes, coram Deo, & Angelis ejus, ac vobis, cunctisque sacerdotibus, & populis circumstantibus, nec talia facere, nec facere volentibus consentire, sed magis, Deo auxiliante, resistere.*

* anathematizatos

Abstineant Reges a rebus Ecclesiæ.

Et hoc vobis, omnibusque fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris notum esse, cupimus, quod cum hi, qui absque voluntate, aut consensu, vel datione rectoris illius Ecclesiæ, cui ipsæ res juste esse debentur, & maxime proprii Episcopi res Ecclesiæ a Regibus petere, aut retentare, vel auferre, aut invadere, vel vastare præsumpserint: nec in hostem, nec ad pugnam ire, nec cibum sumere, nec ad Ecclesiam, vel ad palatium, aut in itinere pergere, nec etiam nostros homines cum eorum hominibus, aut caballos, vel reliqua pecora nostra cum eorum pecoribus, aut ad pastum ire, aut simul habitare, vel manere, nec ullam participationem cum eis, nisi pro emendatione, ante publicam emendationem, & Ecclesiæ satisfactionem unquam scienter, aut libenter habere debeamus, ne pro eorum iniquitatibus, atque flagitiis una cum eis nos & nostri (quod absit) pereamus. Scimus enim quia perit justus pro impio. Tales vero a nobis, si nos fideles habere vultis segregate, & in ergastulum sub publica pœnitentia redigite, & postulata concedite. Ut ergo hæc omnia a vobis, & a nobis, sive a successoribus vestris, & nostris futuris temporibus absque ulla dissimulatione conserventur, scriptis Ecclesiasticis inserere, jubete, & inter vestra capitula interpolare, præcipite. Hactenus petitio populi. Sequitur ibidem concessio Caroli istis verbis (a):

XX. Adversus occupantes bona Ecclesiastica.

(a) Ead. l. 6. Cap. c. 386.

XXI. *Omnibus notum esse, volumus, quia non solum ea, quæ super Episcoporum, & presbyterorum hostium vexationibus, & precibus pro nobis & vobis fieri rogitastis, concedere optamus; sed quicquid pro sancta Dei Ecclesia, & sacerdotum, sive*

PAGIUS nam constituendam in omnibus ordinibus, seu ad bellum parandum, seu denique ad ærarii pecuniæque publicæ causam. Ad Conventum hujusmodi, ut ex Adalardo docet Hincmarus, conveniebant Episcopi & Abbates una cum Comitibus & aliis Proceribus, invicemque consulebant de publicis Regni negotiis. Quæ decreta erant in Conventibus illis, ea Cancellarius tradebat Episcopis & Comitibus Metropoleon; qui ea deinde ad aliarum Civitatum Episcopos, Abbates, & Comites transmittebant, ut per Provincias promulgata servarentur. Comites vero, ut patet ex lib. 5. Capitular. cap. 9. 24. lib. 3. cap. 73. & 75. in gravioribus quibuscumque negotiis

stoe totius populi, & vestra utilitate inveneritis concedere paratissimi sumus: & Concessio Caroli magni facta Ecclesiis. *modo ista, sicut petistis, concedimus. Et quando, vita comite, Deo auxiliante, ad generale placitum venerimus, sicut petistis consultu omnium fidelium nostrorum, scriptis firmare nostris, nostrorumque atque futuris temporibus irrefragabiliter manenda firmissime, Domino adminiculante, cupimus. Modo ea, quæ generalia sunt, & omnibus conveniunt ordinibus statuere, & cunctis sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque fidelibus, ob Dei omnipotentis amorem & recordationem, tradere parati sumus: Et ad proximum synodalem nostrum conventum, ac generale placitum, ubi plures Episcopi, & Comites convenerint ista, sicut postulastis, firmabimus.* Hactenus responsio, & concessio Caroli Magni. Sequenti autem capite ista ponuntur (a):

(a) Eod. l. 6. Cap. c. 187.

Auctoritas Ecclesiastica, atque canonica docet, non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari. Hæc ibi, quibus intelligas quotquot sub iisdem Francorum Regibus legisti, celebrata fuisse eorum ordinatione Concilia, eadem nonnisi assensu Romanorum Pontificum habita esse, quod & alias pluribus ostendimus.

XXII. Interea res Christianorum in Hispania magis magisque fluctuant, dum præter bellum adversus Sarracenos, & duram servitutem, quam magna ex parte subire cogerentur, adiiceretur civilis discordia, & domesticum malum, cum perempto Froila Rege per Aurelium ejus patruum, sive (ut alii tradunt) germanum, idem Aurelius Regnum invadit hoc ipso anno, nempe (ut Tudensis supputat) Æra octingentesima octava, licet alii undecim tantum annos eidem Froilæ tradant, defunctumque anno septingentesimo sexagesimo octavo. Hujus tempore etiam servili bello Regnum flagravit, cujus causa, at cum Mauris fœdus iniret, infamem quoque illam conditionem subire non renuit, ut numerum quemdam Christianarum virginum loco tributi, quotannis Maurorum Regi persolveret. Imperabat tune Mauris Abderrhamanus omnium felicissimus. Tradit præterea Tudensis, huius Regis Aurelii & illud periniquum decretum, nempe, ut nobiles Hispaniæ mulieres matrimonio jungerentur cum Sarracenis.

Quod vero ad res pertinet Orientales: XXIII. illic magis magisque persecutio recrudescit, tantum abest, ut ex litteris Stephani Romaoi Pontificis Constantinus Imperator ad meliorem frugem conversus sit. Qui enim Constantinopoli monachos omnes, quos reperit ludibrio affectos, male perdidit: idem in provinciis agi curavit per earumdem rectores provinciarum: nam audi, quid Ephesi actum sit, memorandum turpitudinis, atque crudelitatis exemplum. Theophanes enim Persecutio in monachos recrudescit. ait: *Eodem vero anno trigesimo Imperii Constantini imitatus Lacbanodraco Præfectus magistrum suum, omnem monachum, & monacham, in themate Thracensium commorantes, apud Ephesum congregavit, & eduxit eos in campum, & ait: Qui vult Imperatori, ac nobis obedire, alba induatur veste, & uxorem hac sumat hora; at qui hoc facere parvipenderint, privati luminibus in Cyprum exilio damnabuntur. Tuncque opus pariter cum verbo consummatum est, & multi ostensi sunt Martyres. Multi vero deficientes, & enervati perierunt, quos & familiares sibi Draco faciebat.* Hæc Theophanes. Porro eadem persecutio haud unius anni periodo clausa finem accepit, sed magis magisque sævit usque ad obitum ipsius Constantini Copronymi, ut quæ inferius dicturi sumus, ostendent.

In tanto monastici ordinis in Oriente naufragio, vix aliquis remansit monachus, qui ab eodem non fuerit addictus supplicio; alii, qui subterraneas latebras quæritantes, ab hominum oculis penitus se subduxerint. Fuit inter alios S. Plato Abbas monachorum montis Olympi: qui ad hoc salvatus, ut post procellas posset esse aliis causa salutis. Ejus res gestas Theodorus Studita conscripsit. Dicturi sumus de ipso inferius suo loco.

Se-

PAGIUS tiis in consilium vocabant Episcopos, Abbates, & Vassos; neque id sponte sua tantum, sed quia ita ferebat publica sæculi disciplina, & forma regiminis a Carolo Rege instituta.

IX. Ad num. XXII. *Froila* Christianorum Hispaniæ Rex in vindictam fratris occisi, e fratre vicissim *Aurelio* occisus est, relicto filio *Alfonso Casto*. Post Froilam regnavit *Aurelius* frater ejus parricidio Regnum adeptus. Eo regnante bellum servile in Hispania exarsit, servis contra Dominos arma sumentibus, quod tamen Regis prudentia mox sopitum est. ut prodit Vasæus in Chronico, ubi *Froilæ* necem in annum DCCLXVII. confert. Verum in re incerta a Baronio non recedam. *Froila Hispanorum Rex occiditur.*

JESU CHRISTI ANNUS 771.	STEPHANI PAP. IV. ANNUS 4.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 31.

I. SEquitur ordine temporis septingentesimus septuagesimusprimus annus Redemptoris, Indictione nona, quo cœpta semel in Oriente adversus monachos persecutio per Constantinum Imperatorem majoribus augmentis sævilt non in ipsos tantum, sed & in eorum domicilia; de quibus omnibus hoc anno habet ista Theophanes: *Eodem quoque anno trigesimoprimo Imperii Constantini, misso Prætore Thracensium Lachanodracone, & Leone Notario suo, & Leone exmonacho, venumdabat omnia monasteria virorum, ac mulierum, & omnia vasa sacrata, & libros, & pecora, quæ patrimoniorum eorum erant, & horum pretia Principi detulit. Quotquot autem monachicos, & paternos libros, in quibus vitæ erant sanctorum Patrum, reperit, igne combussit: & sicubi lipsanum, hoc est, venerandas reliquias sancti cujusquam habens apparuisset: ad custodiam & hoc quoque nihilominus igni tradebat; eum vero, qui habebat illud, ut impia agentem, puniebat. Et multos quidem monachorum interfecit verberibus, quosdam etiam gladiis trucidavit.*

Dira persecutio augetur in monachos.

Præterea innumerabiles oculorum visibus privavit, & quorumdam quidem barbas cera, & oleo perungens, succendebat igne, & ita tam facies eorum, quam capita cremabat. Porro post alios cruciatus etiam exiliis destinabat: & postremo in toto themate, hoc est, provincia sibi subjecta, non deseruit hominem unum, monastico schemate amictum. Quod cum didicisset Imperator, bonum semper exosum habens, scripsit ei gratias, dicens: Inveni hominem secundum cor meum, qui facias omnes voluntates meas. Hunc ergo imitantes cæteri, similia perpetrabant. Hæc Theophanes.

II. Quod ad res Occidentalis Ecclesiæ pertinet, hoc anno, Carolus magnus uxorem, quam duxerat, Bertam filiam Desiderii Regis Longobardorum repudians, eam misit ad patrem, solvens se nexibus contracti conjugii. In Francorum enim (a) Annalibus ita ista hoc anno scribuntur: *Hoc anno etiam dominus Carolus Rex repudiavit filiam Desiderii Regis Longobardorum, anno postquam matris hortatu eam duxerat uxorem, & Hildegardem de gente Suevorum præci-*

(a) Aimo. l. 4. c. 68. 69.

Carolus repudiat Bertam filiam Desiderii Regis.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hispan. DCCCIX. Anno Hegiræ CLV. inchoato die 13. Decemb. fer. 4. A. C. 771. I. Carolus Rex repudiat filiam Desiderii Regis.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6264.

☉ 24. F. ☽ 10. P. 7. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 771.

STEPHANI III. PAPÆ 4.

CONSTANTINI COPRONYMI 31. & 32.

LEONIS IV. 21.

ANum. II. ad IV. Eginhardus de Caroli uxoribus in ejus Vita hæc scribit: *Cum matris hortatu filiam Desiderii Regis Langobardorum duxisset uxorem*, (anno sc. superiori) *incertum qua de causa post annum repudiavit, & Hildegardim de gente Suevorum præcipuæ nobilitatis feminam in matrimonium accepit*, hoc nempe anno exeunte; eam Hildegardis pridie *Kalend. Maias* anni DCCLXXXIII. obiisse & cum marito annos tredecim vixerit, ut docet Paulus Diaconus in ejus Epitaphio.

Alter ab undecimo rursum te sustulit annus.

Monachus San-Gallensis lib. 2. cap. 25. asserit hanc repudiationem factam esse *Judicio Sanctissimorum Sacerdotum quia esset clinica, & ad propagandam prolem inhabilis*, nempe filia Desiderii Langobardorum Regis, quæ *Desiderata* appellatur a Paschasio Ratberto in Vita S. Adalhardi Caroli consobrini. Anno superiori vidimus quantum *Stephanus Papa* ab eo matrimonia abhorreret, hac inter cæteras ratione, ut videre est in ejus Epistola ad *Carolum* & *Carolomannum* data, eo anno apud Baronium num.

XI. *Etenim mitissimi & a Deo instituti benignissimi Reges, jam Dei voluntate & consilio conjugio legitimo ex præceptione genitoris vestri copulati estis, accipientes, sicut præclari & nobilissimi Reges de eadem vestra patria, sc. ex ipsa nobilissima Francorum gente, pulcherrimas conjuges, & earum vos oportet amori esse obnoxios. Et certe non vobis licet, eis dimissis, alias ducere uxores.* Virente itaque Pippino Rege Carolus & Carolomannus ejus filii uxores duxerant, uti de *Carolomanno*, qui *Carolo* junior erat, anno antecedenti diximus. Sed de *Carolo* res non parum obscura. Theganus enim in lib. de Gestis Ludovici Pii Imp. qui quod vidit, scripsit, loquitur tantum de *Hildegarde* & ejus filiis; Paulus vero Diaconus, qui hoc tempore vivebat, in libello de Episcopis Metensibus ait: *Hic* (nempe Carolus) *ex Hildegard conjuge quatuor filios, & quinque filias procreavit. Habuit tamen ante legale connubium ex Himiltrude nobili puella filium nomine Pippinum.* Paulo post: *Mortua autem Hildegard, Rex excellentissimus Carolus Fastradam duxit uxorem.* Denique Eginhardus in Vita Caroli M. refert, Carolum, postquam *Desiderii* filiam repudiavit, *Hildegardem*, eaque defuncta *Fastradam* in matrimonium accepisse, & suscepisse filiam de *concubina quadam, cujus nomen*, inquit, *modo memoriæ non occurrit*, nomen sc. *Himiltrudis*. Verum ex verbis laudatis Stephani Pontificis Romani matrimonium cum filia *Desiderii* dissuadentis, liquet *Carolum* ante Pippini patris mortem matrimonio copulatum fuisse cum aliqua Franca, cujus nec Eginhardus, nec Paulus Diaconus, nec Theganus mentionem fecere, quia sc. ex ea Carolus nullam prolem suscepit. Hanc autem mulierem innominatam is repudiavit, quando *Desiderata* filiæ Desiderii Regi nupsit, & post di-

Digitized by Google

cipua nobilitatis feminam in matrimonium accepit. Hæc ibi. Habet eadem Eginhardus, sive Einardus (ut alii nominant) in vita, quam ipsius Caroli scripsit. ☞ Verum ex reperto epitaphio Hildegardis Reginæ evidenter apparet, eam non nuptam Carolo, antequam Italia potitus est cum Urbe Roma, sicque ejus connubium non ante annum Christi 774. contingere potuisse. Porro ejus epitaphium recitabitur inferius eo anno, quo obiit, septingentesimo octogesimoscato. ☜

Cæterum quid intercesserit impedimenti, ut matrimonium, quod contraxerat, solveretur, nemo scriptorum veterum (quod recordemus) refert. Qua in re præter jussionem Romani Pontificis, qua sub diro anathemate jusserat, ne cum ea matrimonio jungeretur, aliqua etiam alia potuit justa causa ex parte mulieris, antea incognita, intercessisse, ex qua ejusmodi contractum dissolvi legitime potuit matrimonium, & alia duci (ut fecit) mulier in uxorem. Sic licet de Rege Christianissimo opinari.

III. Verum quod hujusmodi causa secreta latuit: complures pii viri haud leve passi sunt scandalum, cum sic repudiatam meam, & aliam ductam viderunt a Carolo, contradicentibus Ecclesiasticis legibus. Fuit ex his unus Adelshadus, ejusdem Caroli consobrinus, qui hac occasione se ab ejusdem Principis palatio abdicavit, ac monasticum institutum amplectens, mira claruit sanctitate, in cujus

PAGIUS divortium cum eadem & obitum Francæ illius, cujus nomen ignoratur, medio anno currenti, ut ex nativitate Caroli ejus primogeniti colligitur, *Hildegardem* conjugem sibi copulavit. Quæ omnia ex citatis locis inter se collatis consequuntur. Neque enim video hanc difficultatem alio modo solvi posse, nec aliquid contra hanc nostram opinionem in medium afferri, quod ullius sit momenti.

II. *Quaenam fuerit prima Caroli Regis uxor.* Baronius, quia *Desiderii* filiam uxorem *Caroli* primam putavit, justam censuit ex parte hujus mulieris intercessisse causam antea incognitam propter quam matrimonium contractum dissolvi legitime potuit, causam tamen hanc adeo secretam fuisse, ut complures Viri pii non leve passi sint scandalum, cum eam mulierem repudiatam & aliam a *Carolo* ductam viderunt, atque imprimis *Adalhardus*, cujus factum describit. Verum Cardinalis doctissimus animum non adverterat ad locum laudatum Stephani Papæ, quo edocemur, *Carolum* antequam *Desiderii* filiam matrimonio sibi jungeret, jam ante mortem patris cum muliere Franca alligatum fuisse, ideoque ei per leges Ecclesiasticas non licuisse cum *Desiderii* filia novum matrimonium contrahere. Papebrocius ad diem XXX. mensis Aprilis, ubi loquitur de *Hildegarde* Regina, uxore *Caroli M.* miraculis clara, existimat, *Hildegardem* primam fuisse uxorem Caroli Regis, sed ejus cum ea conjugium non fuisse consummatum, quando ad alias nuptias transiit, & *Adhalardum* nescivisse, aut non credidisse licitam esse dissolutionem matrimonii rati dum consummati, quando, ut scribit Paschasius in ejus Vita, *culpabat modis omnibus tale connubium* (Caroli sc. cum filia Desiderii) *& gemebat puer beatæ indolis, quod & nonnulli Francorum Deo essent perjuri, atque Rex illicito uteretur toro propria sine aliquo crimine repulsa uxore*. Addit Papebrocius, primas illas Caroli cum Franca muliere nuptias, neque Carolo, neque Regni Proceribus visas fuisse indissolubiles, magna publicæ utilitatis causa aliqua interveniente, licet non solum *Adalhardus*, sed etiam ipsemet *Stephanus Papa* in ea essent opinione, ejusmodi matrimonia rata & non consummata solvi non posse etiam per Summum Pontificem; cum multi hodie Theologorum Scholasticorum in eadem sint sententia. Denique concludit *Carolum* exacto anno *Desideratam* Desiderio patri intactam remisisse, & exeunte hoc anno matrimonium cum *Hildegarde* celebrasse.

III. *Papebrocii & Comtii sententiæ refelluntur.* Verum nullus sibi facile persuaserit, Stephanum Papam ignorasse matrimonia rata & non consummata a se dissolvi posse; cum anno DCCLVII. in Concilio Compendiensi regnante Pippino habito Patres Canone XIII. hæc statuant: *Si quis Vir mulierem suam dimiserit, & dederit commeatum pro religionis causa infra Monasterium deservire, aut foras Monasterium dederit licentiam velare, sicut diximus, propter Deum, Vir illius accipiat mulierem legitimam; similiter & mulier faciat*. Ubi sermo esse videtur de matrimoniis non consummatis, quæ in Gallia dissolvi poterant; matrimonia enim consummata a Pippini Regis tempore solvi non potuisse, ostendunt Canon IX. Concilii Suessionensis anno DCCXLIV. coacti, & Canon XXI. Concilii Vermeriensis anno circiter DCCLIII. congregati. Longe magis a vero alienum quod scribit Cointius anno DCCLXXII. num. V. & seqq. *Himiltrudem* nempe, regnante Pippino, legitimis nuptiis *Carolo* ejus filio natu majori copulatam esse, post aliquot annos a marito, qui filiam *Desiderii* nefarie superinduxit, ejectam e Palatio sub finem anni DCCLXX. deinde anno DCCLXXI. Carolum filiam Desiderii in Longobardiam remisisse, & *Himiltrudem* rediisse ad torum Regium, eaque in procinctu belli Longobardici anno scilicet DCCLXXIII. demortua, Carolum alterum matrimonium cum Hildegarde contraxisse annos tum natæ sexdecim, vixisse cum marito annos decem, obiisseque anno DCCLXXXIII. sive anno ætatis suæ XXVI. ac denique Versum laudatum, qui in ejus Epitaphio legitur,

Alter ab undecimo rursum te sustulit annus,

ad *Hildegardis* nuptias nullo modo respicere; & annum illum XXVI. quo mortua dicitur, ab ejus nativitate numerari debere. Sed licet hoc ultimum verum sit, laudatum nempe versum interpretandum esse ut simile hemistichium Virgilii 8. Eclog. 8. de anno decimo tertio, non vero de anno duodecimo, ideoque & *Hildegardem* annos XXVI. vixisse, reliqua tamen quæ Cointius in medium affert, se ipsis corruunt. *Himiltrudem* enim concubinam, non vero uxorem legitimam Caroli fuisse, & *Pippinum* ex ea natum filium naturalem extitisse, non solum Eginhardus & Paulus Diaconus citati, sed etiam alii Auctores coævi litteris prodidere. *Hildegardem* vero ante ann. DCCLXXIII.

Ca-

jus rebus gestis, quam fidelissime scripta ab hujus temporis auctore Paschasio Ratberto, ista leguntur (a): *Cum Carolus desideratam Desiderii Regis Italorum filiam repudiaret, quam sibi dudum etiam quorumdam Francorum juramentis petierat in conjugium, ut nulla negotio beatus senex persuaderi posset, dum adhuc esset tyro palatii, ut ea, quam, vivente illa, Rex acceperat, aliquo communicaret servitutis obsequio. Sed culpabat modis omnibus tale connubium: & gemebat puer beatæ indolis, quod & nonnulli Francorum ex eo essent perjuri, atque Rex illicito uteretur thoro, propria sine aliquo crimine repulsa uxore. Qui nimio zelo succensus, elegit plus sæculum relinquere adhuc puer, quam talibus admisceri negotiis: ut propinquo, cui contrarie prohibendo non posset, non se consentire, fugiendo monstraret.* Hæc auctor, qui & de eodem inferius subiicit, ipsum petiisse Corbejæ monasterium, in eoque excoluisse vitam monasticam, atque vixisse sanctitate conspicuum.

(a) *Apud Sur. die 2. Januar.*

Causa repudiatæ uxoris a Carolo M.

☞ At vero post primam ejusdem Tomi noni editionem invenimus in illis duobus libris, postea editis rerum gestarum Caroli magni a monacho Sangallensi conscriptis, de causa divortii ejusmodi, ista totidem verbis asseri: *Filiam Desiderii Longobardorum Principis Carolus duxit uxorem: quæ non post multum temporis, quia esset clinica, & ad propagandam prolem inhabilis, judicio sanctissimorum sacerdotum, relicta velut mortua: iratus pater, &c.* Porro ut ista Episcopi illi decreverint, ista oportuit concurrisse, nimirum quod reddita esset ex morbo penitus impotens ad concubitum, & hoc impedimentum jam fuerit ante contractum matrimonium: nullaque amplius esset spes probabilis, etiam si convaluisset, aptam reddi ad copulam conjugalem. Ista quidem ex sententia juris Canonici Consultorum. ☜

IV. Hoc eodem anno, qui & numeratur tertius Caroli & Carolomanni Regum, inventum est venerandum corpus sanctissimi viri Huberti Episcopi Leodiensis, translatumque per eumdem Regem Carolomannum honorificentissime. Idque factum anno decimosexto ab ejus felicissimo transitu. Rem gestam scribit ejus discipulus (b), atque familiaris, qui his omnibus potuit præsens esse: sed quomodo integrum inventum est corpus, ut nuper defuncti referret imaginem, hæc ab eodem auctore accipe: *Introspicientes gloriosum ejus corpus, nulla detrimenta passum, illæsum a dissolutione, atque putredine repererunt. Et pro tabe, atque putredine, aromatum more illud senserunt mirifice odore fervere. Caput autem ejus perlustrantes oculis, vident quidem vultum ejus (quod dictu quo*que

(b) *Apud Sur. die 3. Nov. to. 6.* S. Huberti elevatio atque translatio.

PAGIUS

Carolo sociatam esse, ipsemet asserit, in Diplomate, cujus verba recitabimus anno DCCLXXXIII. quo Hildegardis die ultima mensis Aprilis ad Deum migravit; ait enim: *Ipsa dulcissima conjux nostra obiit in anno XII. conjunctionis nostræ.* Quare priori uxore Caroli innominata demortua, & *Desiderii* filia ab eodem repudiata, *Hildegardis* ad torum Regium transiit, idque circa medium currentis Christi anni, uti jam insinuavi. Cæterum *Carolus* legitimis rationibus moveri potuit ad priorem uxorem dimittendam, si nempe *Pippino* patre cogente eam conjugem acceperit; sic enim propter eamdem rationem Ludovicus XII. Francorum Rex a Joanna, & Henricus IV. Rex etiam Francorum a Margarita uxoribus discessere, aliasque duxere. Denique potuit Stephanus Papa quando laudatam Epistolam scripsit, nondum edoctus esse de rationibus, quibus ad hoc divortium faciendum, Carolus motus fuit.

IV. *Translatio S. Huberti Episc. Leodiensis.*

Ad eum. IV. & seqq. Translatio corporis *Sancti Huberti* Episcopi Leodiensis per Carolomannum Caroli Martelli filium, non vero per Carolomannum Pippini Regis filium, peracta, idque anno DCCXLIII. ut anno DCCXXVII. num. IV. & seq. demonstravimus, & Baronium in Appendice ad Tom. IX. quod hoc anno de ea Translatione scripserat, retractasse ostendimus. Deceperat Cardinalem eruditissimum Auctor, qui interpolavit Vitam S. Huberti a quodam ejus discipulo Anonymo scriptam; Interpolator enim, licet centum & amplius annis post Auctorem illum vixerit, ejus tamen verba usurpat, & de ea Translatione loquitur ac si præsens fuisset, qui interpolatorum mos fuit, ut loco citato vidimus. Hinc Interpolator *Carolum Martellum* & *Carolomannum* ejus filium Reges appellat, qui tamen Francorum Principes tantum nuncupabantur. Quibus ex verbis satis intelligitur, Vitam primigeniam S. *Huberti* periisse, & solam ejus Interpolatorem superesse, qui perperam credidit, Carolum Martellum Regem Francorum dictum fuisse.

V. *Obitus Carolomanni Regis.*

Carlomannus Rex Caroli Regis frater hoc anno e vivis excessit, ut recte Baronius scripsit. De ejus morte hæc habet Annalista Metensis ad præsentem annum; *Carolomannus Rex defunctus est in villa Salmuntiaco II. Non. Decembris, sepultusque est juxta Urbem Remorum in Basilica Beati Remigii. Gilberga vero uxor Carlomanni cum duobus parvulis & paucis Principibus de parte Viri sui Italiam petiit, & ad Desiderium Regem Langobardorum pervenit.* Erat Salmuntiacum villa publica Lauduno proxima. Idem passim habent alii Annalistæ quoad annum & diem mortis Carolomanni cujus prior filius *Pippinus* fuit, sed cujus sexus altera proles fuerit, incompertum. Regnavit a Pippini patris obitu Carolomannus, annos tres, menses duos & dies decem. Audita Carolomanni fratris morte, *Carolus* venit ad Carbonacum villam in Arduenno nemore sitam, *& ibi venerunt ad eum Folcarius & Folradus Capellani cum aliis Episcopis & Sacerdotibus; Wairinus & Adalhardus Comites, cum aliis Primatibus, qui fuerant Carlomanni, & unxerunt Dominum Carolum super se in Regem, & obtinuit feliciter Monarchiam Regni Francorum,* inquit Annalista Metensis, cui cæteri consentiunt. Hæc duorum Re-

que mirabile est) sudore persusum, & velut noctis opaca roscidulis persusum guttulis: coronam vero capillorum alienam prorsus ab omni læsione, cæsariemque auctam & prolixitate, & pulcritudine: neque enim candore senili albebat, sed colore, & visione sui juvenis caput repromittebat, &c. Quomodo autem ad tam admirabile spectaculum, qui in proximo erat accurrit Rex Carolomannus, & eidem religiosa impendit officia, inferius idem auctor ita describit:

V. *Ut autem in tanto miraculo Domini potentia potissimum magnificaretur, & virtus nota redderetur, pars magna Princeps clarissimus atque Orthodoxus extitit Carolomannus. Qui, talibus auditis, regali e solio exiliit, & una cum uxore, & primoribus palatii sui, & ad viri Dei corpus pervidendum accessit. Et admirans potentiam Domini, virtutem ejus magnificavit, misericordiam collaudavit, & quia in diebus suis talia ostendere dignatus sit, gloriosum nomen ejus benedixit, nimioque gaudio permotus, inter pias laudes, & gratiarum actiones, gaudio eliciente, lacrymas fudit, sed & advenientium itidem quisque fecit, gaudebantque exosculari manus, & pedes beatissimi viri, quem Deus honorare dignatus est tanti prærogativa miraculi.*

VI. *Rex interea memorabilis Carolomannus, una cum Optimatibus suis, proceribusque sui palatii, sanctissimi viri membra, suavissimis & (ut ita dixerim) inenarrabilibus odoribus redolentia, sustulit ex vase sepulcri, & loculo imposuit, &* Insignis pietas Carolomanni Regis. *cum magna lætitia, atque honore, necnon hymnorum decantatione, sed & candelabrorum lumine, aromatumque suavissime odore detulit ante sacrum altare; eidemque maxima munera devovit, atque attribuit, vasa scilicet argentea, & pallia peregrino opere elaborata; necnon fundos, fundorumque redditus, itemque servos, prædiorumque dederat incolas. Quæ singula testamento mandavit, & Ecclesiæ, in quam sanctum corpus intulit, in perpetuam hæreditatem delegavit, sanctique viri ossa nobiliter ibi collocavit.* Hæc de elevatione, & translatione auctor, & de insigni pietate Carolomanni erga sacras, venerandasque sancti viri reliquias. Ex quibus & illud intelligas, Deum ubique mirabilem in Sanctis suis; dum eodem ipso tempore, quo per impiam Constantinum Copronymum in Oriente sacræ reliquiæ dehonestantur, projiciantur, & disperguntur, fecerit in Occidente regio obsequio tolli, elevari, adorari, coli, transferri, & munificentia regia frequentari: *Hac igitur propitiationis hostias præmisit ad Deum religiosissimus Rex Carolomannus, ipse suo sequuturus adventu. Etenim hoc ipso anno pridie Nonas Decembris in Villa Salmuntiaco ex hac vita migravit,* Carolomanni obitus. *anno Regni sui post patris obitum tertio, sepeliturque Remis; uxor vero ejus, filia Desiderii Regis Longobardorum cum filiis in Italiam pergit.* Hæc veteres Annales Francorum hoc anno (*a*). *(a) Ann. Franc. Pithœi hoc an. & ap. Aimon. l. 4. cap. 68.*

Ann. Eccl. Tom. XIII. K Fra-

PAGIUS Regnorum conjunctio a Carolo facta in causa fuit, cur Carolomanni vidua *Italiam fuga petierit* cum liberis suis. [*z*] Eam enim fugisse diserte tradit Eginhardus in Vita Caroli M. Hinc Annalista Fuldensis insinuat, non omnes Episcopos, Abbates, Comites & Duces, *qui fuerunt fratris sui*, ad Carlum, seu ad Conventum Carbonacensem venisse, sed aliquos *cum uxore Carlmanni* in Italiam perrexisse. Inter Comites, qui Carolomanno Rege mortuo, Carolum ejus fratrem adierunt, commemoratur *Adalhardus* sive *Adelhardus* ipsius Caroli frater patruelis, & Abbas postea Corbejensis, qui ideo post præsentem annum Monachum induit cum esset annorum viginti, ut tradit Paschasius Ratbertus in ejus Vita a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. 1. recitata.

VI. S. Adalhardus fit Monachus. *Adalhardus* Sanctitate illustris fuit. Patrem habuit *Bernhartum* seu Bernardum Caroli Martelli filium, Pippini Regis fratrem, ac patruum Caroli Magni. Literarum studiis non hominibus modo, in quibus maxime pro tempore excelluit; sed etiam Sacris addictus fuit. Ejus librum de *Ordine Palatii* laudat Hincmarus in Epistola *de Recta Novi ac Juvenis Regis Institutione* capit. 12. sed is liber ad nos non pervenit. Mabillonius loco laudato pollicetur, aliqua ejus Scripta, quæ supersunt, suo tempore se se publicaturum. Factus Monachus hortis colendis ab Abbate Corbeiensi addictus est; cumque sæpius eum invisendi propinqui & noti frequentarent, fugit ad montem Casinum, *quo tutius fons religionis, & origo putabatur*. Sed Caroli Regis Nuncii non multo post Casinum venerunt, eumque in patriam reduxerunt. Aliquo post ejus reditum tempore Abbas Corbejensis renunciatus est, & quando *Carolus* Rex Pippinum filium suum Italiæ Regem declaravit, justitia in Italiæ administratione S. *Adalhardo* commissa fuit, ut suo loco videbimus.

VII. *Sanctus Remigius* Archiepiscopus Rotomagensis, *Caroli Martelli* filius & frater *Pippini* Regis *transivit de mundo XIV. Kal. Februarii, an-*

ni

NOTÆ [*z*] CHronographus in Codice vetustissimo Bibliothecæ Casanatensis pag. 46. de annis quibus conjunctim *Carolus* & *Carolomannus* fratres regnarant, & de regno post *Carolomanni* mortem a *Carolo* suscepto, hæc habet: *Et a Carlo & Carlomanno fiunt anni* IV. hoc est ab an. 768. ad 771. usque ad *Carolomanni* obitum) *Et inde Domnus Carolus solus regnum suscepit, & Deo protegente gubernat usque in præsentem annum feliciter, qui est annus regni ejus* XXXVIIII. *imperii autem septimus*: quæ notæ in annum Christi 807. conveniunt. GEORGIUS

Fratre destitutus Carolus, ad capiendam reliquam Regni partem, quæ fratris erat, Synodum habendam curavit in Villa Carboniaco dicta, ubi fratris Optimates benigne suscepit, & Willarium Episcopum Sedunensem, & Fulradum Capellanum, & alios plures sacerdotes, qui inhærebant suo germano. In quo quidem Episcoporum, Abbatum, Ducum, Comitumque conventu, nihil præterea actum reperitur, quam quæ ad monarchiam Francorum Regni spectabant, ut ea Carolus potiretur.

Se-

PAGIUS *Mortuus Sanctus Remigius Archiep. Rotomagensis.*

no Christi DCCLXXI. ordinationis vero suæ anno XVII. & sepultus est in eadem Ecclesia Beatæ Dei Genitricis Mariæ, ubi multo tempore requievit. Deinde translatum est sanctum corpus ejus ad Urbem Suessionicam in Ecclesiam Beati Medardi, ut legitur in ejus Vita a Lambecio lib. 2. Biblioth. Cæs. cap. 8. relata. Dividitur illa in novem lectiones in ordine ad Officium Ecclesiasticum, testaturque Lambecius Codicem Cæsareum descriptum ex alio Codice, qui fuit Cœnobii Sancti *Audoeni* in Urbe Rotomagensi siti. Bollandus ad diem XIX. mensis Januarii, ubi de Sancto *Remigio* verba facit, ait constare ex veteri Codice *Sancti Audoeni*, sed ea in parte lacero, Reliquias Sancti *Remigii* anno MCX. ex Monasterio Suessionensi Rotomagum translatas fuisse. Quare Vita hæc, quam Bollandus non viderat, ante eum Christi annum composita. In ea dicitur, Antiquorum incuria Vitam ejus aut non scriptam, aut forte neglectam fuisse amissam. Ecclesiam cui præfuit prædiis, possessionibus, & ornamentis Ecclesiasticis ditavit, & in ea XL. Præbendas instituit. Post Bollandi mortem Mabillonius Tom. II. Analect. publicavit Acta Archiepiscoporum Rotomagensium ab Auctore Anonymo, qui sedente *Gregorio VII.* Summo Pontifice, vixit, edita, in quibus etiam *Sanctus Remigius* maximopere commendatur.

VIII. *Nativitas Constantini postea Imp.*

Theophanes anno XXX. Constantini Imp. Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoato, scribit; *Indictione nona mense Januarii die decimo quarto Leonis & Irenæ Impp. natus est filius, qui Constantino ejus avo inter vivos adhuc agente etiam Constantinus appellatus est*. De Constantino isto pluribus infra.

JESU CHRISTI ANNUS 772.	HADRIANI PAP. ANNUS 1.	CONST. COPRON. IMP. ANNUS 32.

I. Sergii Secundicerii cædes.

SEquitur annus Redemptoris septingentesimus septuagesimussecundus, Indictione decima, quo vivente adhuc Stephano Papa ante dies octo, quam ex hac vita migraret, novis turbis Urbs exagitatur, dum factione Pauli cognomento Afiarta, miser Sergius Secundicerius, qui antea ejus opera fuerat excæcatus, & ita luminibus orbus asservabatur in Cellario Lateranensi, conductis Anagnia suæ factionis nefandis hominibus, prima noctis hora eductus inde, fune ad collum ligato ductus ad Merulanum prope basilicam sanctæ Dei Genitricis ad præsepe locum, ibi ab eis plurimis confossus vulneribus, intra sepulcrum prope porticum projectus est. Quod impium facinus postea apud Stephani Papæ successorem delatum, habita quæstione repertum atque punitum est, ut suo loco inferius dicturi sumus. Hæc acta sunt, cum

Stephani Papæ obitus.

Stephanus Pontifex ægrotaret, qui post dies octo a nece Sergii, defunctus est Kal. Februarii, cum sedisset annos tres, menses quinque, dies viginti octo.

II. Quod autem ad scriptas ab eo epistolas pertinet, ex eodem citato superius codice quinque ab eo scriptarum epistolarum, ejusmodi argumenta redduntur his verbis:

Scripsit Pontificatus initio ad Pipinum, petens homines doctos mitti ad Synodum Romanam.

Aliam scripsit ad Carolomannum, qua petit, ut liceat sibi esse compater, & testis baptismi filii ejus.

Insuper & aliam dedit ad Carolum, & Carolomannum fratres, in qua gratulatur eis, quod post lites sibi invicem reconciliati essent. Et petit, ut cogant Longobardos reddere, quæ de patrimonio sancti Petri rapuissent.

Scripsit & aliam ad Carolum, & matrem ejus, in qua illis & gratias agit pro defensione Ecclesiæ, & commendat Itherium, quod diligenter curarit, quæ fuerant ipsi commissa.

Adhuc aliam ad eosdem Reges dedit epistolam, in qua prolixe commemorat insidias sibi per Dodonem Francorum Præfectum structas, & Desiderii erga se benevolentiam, cujus ope se defensum esse indicat. Hæc sunt epistolarum argumenta, præter illius, quam de non ineundo conjugio cum filia Desiderii ad Carolum scripsit, jam superius integram recitatam, suoque loco positam. Demum vero de ipso hæc Anastasius. *Fecit ipse sanctissimus Pontifex ordinationem unam mense Decembris, creavit presbyteros quinque, diaconos quatuor, Episcopos per diversa loca numero ..... Qui & sepultus est ad beatum Petrum Apostolum, & cessavit Episcopatus ejus dies octo.*

III. Hadrianus Papa creatur.

Sic igitur die nona ejusdem mensis Februarii summa concordia Hadrianus civis Romanus, nobili genere ortus ex patre Theodoro, ex diacono Cardinale Pontifex creatur, de cujus primordiis hæc apud Anastasium leguntur: *Hic namque beatissimus vir defuncta ejus genitore, atque parvulus nobilissimæ suæ genitrici relictus, studiose a patre Theodulo dudum Consule atque Duce, postmodum Primicerio sanctæ nostræ Ecclesiæ, post * functæ dictæ suæ genitricis obitum nutritus, atque educatus est. Nam a primæ ætatis suæ pueritia, dum adhuc laicus existeret, spiritualibus studiis, & charitati, modestiaque vehementius insistebat, sedule perseverans in Ecclesia S. Marci, quæ propinqua domus suæ esse videretur, illic crebras Domino nostro referebat die noctuque laudes, indutusque cilicio, jejuniis corpus suum macerabat, & eleemosynas * enucleanter egenis & inopibus juxta possibilitatis suæ vires libenter tribuebat: ejusque bona*

* tantæ

*

PAGIUS SÆC. VIII.

Anno Æræ Hispan. DCCCX.

Anno Hegiræ CLVI. inchoato die 2. Decemb. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6265.

☉ 15. E D. ☽ 15. P. 29. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 772.

HADRIANI PAP. I.

CONSTANTINI COPRONYMI 53. & 32.

LEONIS IV. 22.

A. C. 772. I. Moritur Stephanus III. PP.

ANnum I. ad VI. *Stephanum* III. hoc anno e vivis excessit, postquam sedisset *annos tres, menses quinque, dies viginti septem,* non *dies viginti octo*, uti in vulgato Anastasio legitur. Tres enim Catalogi nostri, & duo alii a Schelstratio in Appendice ad Antiquitatem Ecclesiæ pag 619. & 655. publicati habent tantum *dies viginti septem*, uti Luitprandus & Codex MS. Anastasii Biblioth. Colbertinæ num. 417. & parte alia anno DCCLXVIII. ordinatus fuerat die septima mensis Augusti. Quare mors ejus serius quam die secunda mensis Februarii contingere non potuit: cum inter omnes certum sit, *Hadrianum* natione Romanum consecratum fuisse die nona mensis Februarii, in quam hoc anno Dominica cadebat. Anastasius, qui ait Sedem vacasse *dies octo*, diem emortualem Stephani III. & diem ordinationis Hadriani in Interpontificio includit, sicque utrumque diem bis numerat, ut aliquando alibi. Bollandus ad diem primum mensis Februarii inter Sanctos prætermissos notat Stephanum IV. *qui vulgo III. habetur*, Sanctum appellari, referrique eo die a Ferrario, & Octavio Cajetano, ob Hu-

actionis merita in omnium Romanorum aures frequenter resonabant; ita ut ex hoc nobilitatis, ac pudicitiæ ejus fama longe lateque divulgaretur.

IV. *Cujus piæ conversationis vitam, & spiritualem operationem, ac præcipuos mores conspiciens sanctæ recordationis domnus Paulus Papa, eum clericari jussit, quem Notarium Regionarium in Ecclesia constituens, postmodum eum subdiaconum fecit. Dum vero post decessum domni Pauli Papæ ad Pontificatus culmen provectus fuisset domnus Stephanus * secundus junior Papa, & ipse cernens ejusdem beatissimi Hadriani spiritualium conversationum merita, in diaconii ordinem eum provexit, & ex tunc multipliciter spiritualibus pollens studiis, maximam tam ad evangelizandum populo solerter, & clare divina atque Evangelica verba, quam ad exercendum Ecclesiasticam traditionem gessit curam; & ita Spiritus sancti gratia in ejus corde refulsit, ut in omnibus efficax, & idoneus comprobaretur. Sicque factum est, ut dum de hac vita migraret antefatus domnus Stephanus Papa, illico (dum ferventissimo affectu a populo Romano diligeretur) idem præcipuus ac sanctissimus vir, & Dei cultor Hadrianus, ad sacrum Pontificatus evectus est culmen.* Hæc Anastasius, qui de eodem superius hæc ait: *Vir valde præclarus ex nobilissimi generis prosapia ortus, ex potentissimis Romanis parentibus editus, elegans animo fuit, & persona decorabili: constans nimium, atque fortissimus Orthodoxæ Fidei, ac patriæ suæ, & plebis sibi commissæ defensor, viriliter sua virtute inimicis sanctæ Dei Ecclesiæ, ac Reipublicæ impugnatoribus resistens, pauperum, ac indigentium misericordiosissimus, ac copiosus consolator: Ecclesiasticæ namque traditionis, & sanctorum Patrum constitutionum observator.* Hæc generatim de virtutibus ejus idem auctor habet.

* tertius

Hadriani Papæ virtutes.

V. Legatio Venetorum ad Hadrianum.

Simulac autem Hadrianus creatus est, adierunt eum legati Veneti missi paulo ante ad Stephanum Papam, sed ipso tunc defuncto, successorem ejus Hadrianum convenerunt. Fuerunt hi Gradensis Antistites, Magnus presbyter, atque Constantinus Tribunus. Causa autem hujus a Senatu Veneto decernendæ legationis fuit jugis vexatio Joannis Episcopi Aquilejensis, qui fultus viribus Longobardorum, haud mediocre damnum inferret Gradensi Ecclesiæ, a qua & Episcopos Istriæ alienare studuit contra præcepta prædecessorum Romanorum Pontificum, & Stephani Hadriani antecessoris. Cum igitur ii Hadrianum tum creatum Antistitem audiissent, congratulati ipsi de summa dignitate collata, quod haberent in mandatis, ipsi significarunt. Vetus querela, quæ Apostolicæ Sedis tribunalis aditum frequenti accessu trivisset. Hadrianus igitur memor illius sententiæ: *Noli fieri judex, nisi valeas irrumpere iniquitates.* Adversus Joannem exurgens, Apostolicis eum censuris absterruit; continuitque Istricos Episcopos sub Patriarcha Gradensi. Sed & cum res Longobardorum in deterius laberentur, quorum viribus Aquilejensis Patriarcha factus erat audacior: res ad longum tempus compositæ perseverarunt. Cum inter hæc iidem Veneti ex Senatusconsulto ab eodem Hadriano Pontifice Rivoalto, ubi ipsi populo frequentiori convenerant, Episcopum petiere, primusque Antistes illi datus Obeliatus nomine, filius Eneagri Tribuni. Sicque res Venetæ sub Hadriano pacis ac religionis augmento floruere: pluribus autem ista Sabellicus (a). (a) Sabel. l. 8. Enn. 8. prope fin.

☞ Carolus Magnus etiam ut audivit creatum esse Romanum Pontificem Hadrianum legationem ad ipsum misit; qui ea functus est, fuit Engelpertus, discipulus Alcuini, qui eidem suas quoque litteras ad eumdem dedit Hadrianum Pontificem, quibus inter alia ipsi precatus vitam in Pontificatu prolixam, quod est feliciter consecutus. Ipsa autem epistola sic se habet (b): (b) Epist. Antiq. lect.

Caroli Magni ad Hadrianum Pontif. legatio.

Beatissimo, & omni honore dignissimo, & Pontifici magno Hadriano Papæ humilis omnium sanctæ Ecclesiæ filiorum Albinus æternæ beatitudinis salutem.

Venerabilis, atque toto orbe laudabilis vestræ bonitatis, Pater optime, pietas mihi ultimo sanctæ Dei Ecclesiæ servulo quantulamcumque attulit fiduciam, vestram deprecandi clementiam, ut me, licet indignum, paternæ pietatis amore in gremium sanctissimæ intercessionis vestræ colligere dignemini. Scio certissime vestræ devotionem sanctitatis pro populo jugiter totius orbis intercedere Christiano: tamen specialius aliquid pro his egisse, qui vestræ Almitati seipsos obnixæ humilitatis obsecratione commendant, & majore credulitate ad tantæ auctoritatis confugiunt suffragia. Scio, me per sacri baptismatis adunationem de illius esse ovili pastoris, qui pro suis ovibus animam ponere non dubitavit, quas etiam

post

PAGIUS gone Menardo eodemque Ferrario, & in Kalendario Maclovii edito XXXI. Januarii; sed se needum apud eos, qui Vitas Pontificum scripsere, de cœlestibus honoribus ei delatis quidquam se se legisse. At qui dies illos elegere, eum illis supremum diem obiisse perperam credidere, ipseque Bollandus hallucinatur, quando hunc *Stephanum*, vulgo III. haberi tradit; revera enim Tertius hujus nominis fuit, & ita vocatus est ab Anastasio, & ab omnibus Antiquis, a quibus sine fundamento Onuphrius & Baronius, & post hunc plerique secesserunt;

cum

post altissimam suæ resurrectionis gloriam beatissimo Petro principi Apostolorum ob trinam magnificæ dilectionis confessionem pascendas commendavit, cui etiam cælo, terrisque æternam ligandi, atque solvendi potestatem delegavit. Hujus te, excellentissime Pater, ut Vicarium sanctissimæ Sedis agnosco, ita & mirificæ potestatis hæredem esse confiteor.

Ecce ego una sum regiminis vestris oviculo, sed valde peccatorum maculis morbido. Quapropter me totum tuæ offero sanctitati, Pastor piissime, sanandum & medicinali potentia, qua tibi post longos sanctorum Patrum series hæreditoria successione a Deo Christo tradita esse dignoscitur, me jubeas salutiferæ pietatis verbo a peccatorum vinculis esse solutum. Nam mihi cum Evangelicæ humilitatis regula fas esse video dicendum: (a) Matt. 8. *(a) Domine non sum dignus, ut intres sub tectum meum: dic verbo, & sanabitur puer meus. Qui mox ut speravit, invenit; ut credidit, accepit. O beatissima lingua oris vestri, in qua est æternæ medicina salutis, per quam cæli aperiuntur credentibus. Numquam, obsecro, sileat: Semper admoneat, & sonet; semper aperiat perpetuæ beatitudinis ad se confugientibus portas.*

O Domine Jesu, fac eum longæva valere, & vivere prosperitate. Et qui eadem populo tuo dedisti pastorem: hunc pietatis tuæ dextera multis temporibus conservare digneris, quatenus cum multiplici laboris sui mercede ante thronum tuæ vocis gloriæ audire mereatur (b) Ibid. 25. *(b): Euge serve bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Jam aliquas petitiones proprias necessitatis meæ his quoque litteris insererem, sed quia electissimus domini mei Regis Missus, filius equidem meus carissimus.* † *ILL. ad beatissimam summæ auctoritatis vestræ dirigitur paternitatem: non esse necesse, putavi, litteris exarare, quod ille vir fidelis, & prudens melius vivo voce, secundum mandatum domini Regis auribus excellentiæ vestræ poterit intimare. Nam inter cæteras fidelissimæ dilectionis, quam ad hos habet, legationes, meæ quoque necessitatis postulationes eidem præfata regiæ voluntatis Secretario commendavit, quem omnibus amicis valde fidelem esse probavimus, maxime vobis, ut vere dignum est, Sanctissime Pater, qui vestram laudabili voce bonitatem sæpissime domno Regi sub præsentia multorum testium narrare solebat, & egregiæ pietatis per vos gesta puræ fidei verbis de vobis proferre studuit, quatenus piæ dilectionis fidem ostenderet, & vestræ almitatis amorem plurimorum mentibus ingereret.* Hactenus Alcuinus ad Hadrianum Papam, apud quem ipse una cum aliis anno sequenti ab eodem Rege Carolo functus est legatione, ut dicetur anno sequenti. ☞

† Notæ sunt certi nominis commones omnib. Scholiastes interpretatur hunc fuisse Engilbertum

Sed ad res Urbanas convertatur oratio, VI.
& quæ Hadrianus, ubi ordinatus est, gessit hoc anno, ex eodem Anastasio videamus: *Hic namque*, inquit, *ipsa electionis suæ die, confestim eadem hora, qua electus est, reverti fecit Judices illos hujus Romanæ Urbis tam de clero, quam de militia, qui in exilium ad transitum domni Stephani Papæ missi fuerant a Paulo Cubiculario, cognomento Afiarta, & aliis consentaneis impiis satellitibus. Sed & reliquos, qui in arcta custodia mancipati, & retrusi erant, absolvi fecit, & ita omnibus cum ea exultantibus, Pontificalem, Deo auspice, suscepit consecrationem.*

Idemque in ipso exordio consecrationis suæ direxit ad ejus beatitudinem suos Missos Desiderius Longobardorum Rex, id est, Theodoricum Ducem Spoletinum, Tunnonem Ducem Eburæ Regiæ, & Prandulum Vestiarium suum, suasionis per eos verba mittens, sese quasi cum vinculo charitatis velle colligari. Quibus ita beatissimus Pontifex respondit, dicens: Ego quidem cum omnibus Christianis pacem cupio habere, etiam & cum Desiderio Rege vestro, & in eo fœderis pace, quæ inter Romanos, Francos, & Longobardos confirmata est, studeo permanere. Sed quomodo possum credere eidem Regi vestro, in quem subtilius mihi sanctæ recordationis prædecessor meus domnus Stephanus Papa de fraudulenta ejus fide retulit, inquiens, quod omnia ille mentitus fuisset, quæ ei in corpus beati Petri jurejurando promisit, pro justitiis sanctæ Dei Ecclesiæ faciendis? Hæc, & alia, quæ anno, quo sunt facta, superius habentur relata: postque hæc adhuc ista ad illos: *Ecce qualis est fides Desiderii Regis vestri: & cum qua fiducia illi confœderari possumus.*

Hac

PAGIUS cum quem Stephanum II. appellant, nunquam ordinatus fuerit, ideoque nec Pontifex Romanus dici possit. Denique Mabillonius Tom. II. Musei Italici pag. 38. ait ad IV. Nonas Martii in vetustissimo Kalendario Gellonensi, quod tempore Caroli M. scriptum est legi; *Adriani Romani Episcopi ordinatio*. Verum neque Hadrianus I. cujus ibidem Vitam recitat, neque duo sequentes ejusdem nominis Pontifices die quarta mensis Martii ordinati sunt; ideoque hæc ordinatio alio quam contigerit die, hoic Martyrologio inscripta, cujus rei exempla variis hujus Criticæ locis indicavimus.

A num. VI. ad XX. Gravissimum fuit hoc II.
anno *Hadriano* Papæ cum *Desiderio* Langobardorum Rege dissidium; hic enim, ut de Carolo

Fran-

VII. *Hæc vero eodem beatiſſimo Hadriano Præſule proſequente iiſdem Miſſis Deſiderii Regis: illi magis confirmabant vinculo ſacramenti, quod eorum Rex, & omnes juſtitias, quas antefato domno Stephano Papæ non fecerat, eidem præcipuo Pontifici, & ſummo Paſtori perficeret, & in vinculo charitatis inſolubili connexione cum eo fore permanſurum. Quorum juramentis credens ejus beatitudo, direxit ad eumdem Deſiderium Regem Miſſos ſuos pro his omnibus perficiendis, ſcilicet Stephanum Notarium Regionarium, & Sacellarium, atque Paulum Cubicularium, & cætera ſuper iſta. Quibus egredientibus ab hac Romana Urbe, & Peruſiam conjungentibus, conjunxit mandatum,* nuntium ſcilicet, *quod jam fatus Deſiderius Rex abſtuliſſet civitatem Faventiam, & Ducatum Ferrariæ, & * Comachium de Exarchatu Ravennate, quem ſancta memoria Pipinus Rex, & ejus filii Carolus, & Carolomannus excellentiſſimi Reges Francorum, & Patricii Romanorum beato Petro concedentes obtulere.*

* Comaclium

VIII. *Nec duo menſes præteriere, ex quo ipſe ſanctiſſimus Pontificatus culmen adeptus eſt, cum idem atrociſſimus Deſiderius eaſdem abſtulit civitates, conſtringens ex omni parte cives Ravennates, & Caſales & hæc omnia præſidia Ravennatium occupans, cunctaque victualia, familias etiam, ſeu peculia ipſorum, vel quæ in ipſis præſidiis habere videbantur, abſtulit. Et dum nulla remanſiſſet ſpes vivendi neque Leoni Archiepiſcopo, neque præfatis Ravennatibus, in magna anguſtia, & fame, & inopia poſitis: direxere hi Romam Miſſos ſuos, ſcilicet Julianum, Petrum, & Vitalianum Tribunum, deprecantes cum magno fletu eumdem ſanctiſſimum Pontificem, ut qualiter potuiſſet, ſubveniret ipſis, atque decertaret ad recolligendas civitates, aſſerentes, quia ſi ipſæ civitates non fuerint reſtitutæ, vivere nullo modo poſſent.*

Deſiderius invadit civitates Exarchatus.

Tunc ipſe almificus Pontifex, dum adhuc prænominati Miſſi eſſent Romæ, per Stephanum Sacellarium, & Paulum Cubicularium ſuper iſta, ut ad prænominatum pergerent Regem, direxit, & ſuas deprecatorias litteras, ut eaſdem redderet civitates, increpans eum fortiter per ſua ſcripta, cur de promiſſione illa, quam per ſuos Miſſos pollicendo, direxerat, mutatus fuiſſet, & etiam quia juſtitias B. Petri, juxta ut promiſerat, non reddidit, inſuper & civitates illas, quas ante ſucceſſoris ejus beatiſſimi Pontificis domni Stephani Paulus, & idem Stephanus detinuerant, abſtuliſſet. Dum vero talia eidem protervo Deſiderio antefatus ſanctiſſimus Pontifex deprecando, monendo, & conjurando dixiſſet, ita ille remiſit in reſponſis: Quod niſi prius ſe cum eo ipſe almificus Præſul conjungeret pariter ad loquendum, minime eaſdem redderet civitates.

Hadrianus Papa agit pro recuperandis civitatibus Exarchatus.

IX. *In ipſis vero diebus contigit uxorem, & filios quondam Carolomanni Regis Francorum ad eumdem Regem Longobardorum fugam arripuiſſe cum Autchario, & ...... Nitebatur ipſe Deſiderius, atque inhianter decertabat quatenus ipſi filii ejuſdem Carolomanni regnum Francorum aſſumerent: & ob hoc ipſum ſanctiſſimum Præſulem ad ſe properandum ſeducere conabatur, ut ipſos antefati Carolomanni filios Reges ungeret, cupiens diviſionem in Regnum Francorum immittere, ipſumque beatiſſimum Pontificem a charitate, & dilectione excellentiſſimi Caroli Regis Francorum, & Patricii Romanorum ſeparare, & Romanam Urbem, cunctamque Italiam ſub Regni Longobardorum poteſtate ſubjugare. Sed favente Deo, hoc nullo modo potuit impetrare: quoniam, ſicut lapis adamas, ita firmus extetit Hadrianus Pontifex. Prænominatus ſiquidem Paulus ſuper iſta adhuc apud eumdem Deſiderium exiſtens, firmiter ei promittebat, ſe ipſum beatiſſimum Papam ad eum deducere, dicens: Quod ſi etiam funem in ejus pedibus me adhibere, convenerit, eum qualiter potuero, ad tuam deducam præſentiam.*

Conſilium Deſiderii Regis.

X. *Sed factum eſt, ut eodem Paulo in itinere illo exiſtente, palam omnibus fieret, qualiter necare feciſſet Sergium Secundicerium, qui cæcus in Cellario erat; & metuens idem ſanctiſſimus Præſul, ne ſi ejuſmodi nuntium ad aures ipſius præſonuiſſet Pauli, ut aut ad eumdem Regem reverteretur, atque etiam in fines Longobardorum ab ipſo itinere declinaret, & aliquam malitiam ampliùs cum eodem Deſiderio in fines Romanorum, atque Exarchatum perpetraret (nam nimis dilectus illi*

PAGIUS

Deſiderius Rex Langobard. Pontificem Rom. vexat.

Francorum Rege, qui divortium cum filia ejus *Deſiderata* fecerat, ultionem ſumeret, *Gilbergam* Carolomanni Regis conjugem, ejuſque filios in fidem ſuſcepit, eoſque adverſus *Carolum* Regem per novum Pontificem conſecrari Reges tentavit, ut compos voti factus, aut Carolum ab amicitia Pontificis alienaret, aut bello civili ob eamdem cauſam in Francia concitato facilius Romam ſubigeret. Legatos itaque pro renovando fœdere ad Hadrianum Papam miſit, eumque ad colloquium ſollicitavit. *Hadrianus* ſe ſe Nuncios pro tranſigendo negotio miſſurum reſpondit, ſed *Deſiderius* hoc reſponſo ſe deluſum ratus exercitum in Exarchatum & in Pentapolim, duobus menſibus novi Pontificatus nondum exactis, miſit. Frequentes hinc inde ſuſceptæ poſtea Legationes, tandemque *Deſiderius* minatus eſt Urbem ſe ſe hoſtiliter obſeſſurum. Hadrianus hæc Carolo ſignificavit, & Deſiderium velle ſe ſe cogere ad inungendos Carolomanni filios, quæ pluribus ex Anaſtaſio Baronius narrat.

Paulus Cubicularius captus detinetur in custodia.

illi, atque fidelis existebat) ob hoc direxit antefatus sanctissimus Papa clam, nimisque secrete Leoni Archiepiscopo Ravennatium civitatis per Julianum Tribunum, ut dum reverteretur ipse Paulus a Desiderio, eum sive in Ravenna, sive in Arimino detineret. Quod & factum est, atque in custodia est detentus.

Tunc idem sanctissimus Pontifex cœpit curiose antefati Sergii Primicerii mortem inquirere, convocansque omnes Cellarios, subtiliter cunctos perscrutatur, quomodo ipse Sergius ex eodem Cellario abstractus fuisset. Qui respondentes, dixere, quia prima noctis hora veniens Calventius Cubicularius eum extraxit. Et inquisitus, quis illi præcepisset, eumdem Sergium a præfato abstrahi Cellario ad prænominatis Campanis tradendum: Respondit mandatum id a Paulo Cubiculario, cognomento Afiarta, sed & a Gregorio Defensore Regionario, & Joanne Datæ germano domni Stephani Papæ, atque a* Calvulo Cubiculario sibi hoc fuisse præceptum tradi iisdem Campanis.*

* Campaninis

* Calventio

XI.

Inquirit Papa de nece Sergii.

Dirigensque idem sanctissimus Præsul in Campaniam, in civitatem Anagninam, adduci fecit prædictos Lavissonem, & Leonatiam. Qui præsentati Apostolicis obtutibus, fortiterque constricti, confessi sunt, dicentes: Quia a prænominato Paulo Cubiculario, & Gregorio Defensore Regionario, seu Joanne germano præfati domni Stephani Papæ, & Calvulo item Cubiculario, & maligno consensu eis illis præceptum fuisset, prænominatum Sergium abstollendum, ac interficiendum. Tunc protinus direxit ipse sanctissimus Papa cum prænominatis Campanis suos fidelissimos ministros, ut demonstrarent locum, ubi ipsum Sergium interfecerunt, atque sepelierunt, & properantes venerunt usque ad Merulanam, ad arcum depictum, qui est secus viam, qua ducit ad Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis ad Præsepe: Ibique juxta eamdem arcum aperientes unam sepulturam, demonstravere corpus illic Sergii repositum, funeque ejus guttur constrictum, atque ictibus totum corpus ejus compunctum: unde non dubium est, suffocatum, ac semivivum fuisse transverberatum,

XII.

Quæstio habita de nece Sergii.

Quod cernentes universi primates Ecclesiæ, ac Judices militiæ, ascendentes unanimiter cum universo populo in Lateranense Patriarchium, prostrati Apostolicis vestigiis, obnixe eumdem almificum Pontificem deprecati sunt, ut vindictam, atque emendationem fieri præciperet de tanto inaudito piaculo in eos, qui præsumpsissent cæcum hominem, sæpius tormentis concrematum, crudeliter interficere, quod factum numquam legeretur; asserentes, quia si talis flagitii reatus non expiaretur, omnis ipsa temeritatis præsumptio in hac Romana Urbe pullularet, assumentes ex hoc audaciam perversi homines, ut tentarent pejora perpetrare. Tunc præfatus sanctissimus Præsul precibus Judicum, universique populi Romani jussit contradi antefatum Calvulum Cubicularium, & prænominatos Campanos Præfecto Urbis, ut more homicidarum eos coram universo populo examinaret. Deductique e præfato Patriarchio in carcerem publicum, illico coram universo populo examinati sunt.

Facinorosi confitentur delictum.

Sicque ipsi Campani, sicut prius examinati sunt, ita & in eadem examinatione confessi sunt. Calvulus vero obdurans cor suum; vix confessus est, ita se omnia habere. Qui tamen in eodem carcere crudeli morte emisit spiritum. Pro amputandis tam intolerabilibus flagitii reatibus missi sunt ipsi Campani Constantinopolim in exilium. Post hæc vero jussit antefatus beatissimus Papa abstolli corpora Pauli & prænominati Sergii ejus fratris, eaque cum honore in Ecclesia beati Petri fecit sepeliri. Gesta vero examinationis, qualiter proprii reatus noxam confessi sunt jam dictus Calvulus Cubicularius, & prænominati Campani, direxit antefatus almificus Pontifex Ravennam, & ut ibidem Paulo per ordinem relegerentur.

XIII.

Hadrianus exilium Paulo decernit.

Suscipiens vero Leo Archiepiscopus Ravennatium eadem gesta, confestim sine auctoritate Apostolica tradidit eumdem Paulum Consulari Ravennatium urbis: examinatusque Paulus coram omnibus Ravennatibus fuit, eademque Acta ei relecta sunt; sicque se reum manifestans, tanti piaculi confessus est se perpetrasse noxam. Ita vero cum idem Paulus examinatus est, neque scientia rei exinde data est præfato Romano Pontifici, neque ab Archiepiscopo, neque ab aliquibus Ravennatibus, sed per alios hoc ejus sanctitas cognovit. Dum vero hoc ageretur, cupiens ipse præcipuus Pastor, & egregius Pontifex salvare animam jam dicti Pauli, ne in æternum periret: conscribi fecit suggestionem suam Constantino, & Leoni Augustis, magnisque Imperatoribus, significans de ipsius Sergii cæci impia morte, atque deprecans eorum imperialem clementiam, ad emendationem tanti reatus ipsum Paulum suscipi, atque in ipsis Græciæ partibus, ut in exilium mancipatum retineri præciperent. Direxitque eamdem suggestionem ejus beatitudo Leoni Archiepiscopo, ut ipsum Paulum Constantinopolim in exilium, sive per Veneticas, sive aliunde, qualiter potuisset, dirigeret, cum præfata Apostolica suggestione.

Retinetur Paulus, ne mittatur in Orientem.

Ipse vero Archiepiscopus Leo insidians vehementer eidem Paulo, adhibuit impium occasionem, dirigens eidem præcipuo Pontifici in responsis, inexpedibile

enim-

omnino esse, eumdem Paulum illuc dirigere, eo quod Desiderius Longobardor. Rex filium Mauritii Ducis Veneticarum apud se captivum detineret: nam ipse Mauritius filium suum cupiens ab eodem Rege recipere, eumdem Paulum illi vicarium tradiderat. Ecce qualem occasionem ipse Archiepiscopus Ecclesiæ Ravennatium callide adhibuit, ut ipsum Paulum extinguere valeret, sicque remisit ad Apostolicam Sedem suggestionem illam.

XIV. *Post hæc vero ipse sanctissimus Præsul cum direxit Gregorium Sacellarium suum ad Desiderium Longobardorum Regem deprecationis, atque exhortationis causa pro restituendis præfatis, ab Ecclesia ablatis civitatibus: præcepit ei, ut firmiter contestaretur Leonem Archiepiscopum, quatenus salvum eumdem conservare studeret Paulum, & cum reverteretur e Ticeno, secum eum huc Romam reduceret. Dum ergo præfatus Gregorius Sacellarius in Ravennatium properasset urbem, constanter & firmiter protestatus est ante præfatum Archiepiscopum, & Judices Ravennates ex præceptione Apostolica, præsente Arinaldo Chartulario, ibi existente, cive Romano (illuc enim missus fuerat ab Apostolica Sede) salvum, atque incolumem ipsum Paulum conservandum, donec Ticino reverteretur, asserens, sibi fuisse præceptum ab Apostolica potestate, eum secum Romam deportandum, & Apostolicis salvum præsentandum obtutibus; hoc vero protestans, Archiepiscopum ciptum Ticinum prosequutus est iter. At continuo prænominatus Archiepiscopus, accersito Consulare Ravennatium civitatis, præcepit ei, ipsum Paulum interficiendum. Et dum reversus fuisset sæpe fatus Sacellarius, Ravennamque conjungeret, invenit prænominatum Paulum jam interfectum, pro quo nimis increpavit eumdem Archiepiscopum, cur præsumpsisset contra Apostolicum præceptum taliter de eodem Paulo agere.*

Paulus occiditur opera Leonis Archiepisc. Rav.

De salvando Paulo consilium Hadriani.

Post aliquantos dies propria conscientia idem Archiepiscopus territus, direxit prænominato sanctissimo Papæ Julianum Tribunum suum Missum, deprecans Apostolicas dirigi sibi litteras, & consolationis monita, quasi ipsi nulla imputaretur culpa de ejusdem Pauli morte, eo quod Deus sanguinem innocentem ultus fuisset, sed nullo modo potuit ipsum sanctissimum Pontificem inclinare: ita dirigens in responsis: Quod ipse videat quid in eumdem Paulum operatus est: nam certe ego animam ejus salvare cupiens, pœnitentiæ eum submitti decreveram: ideo meum Sacellarium direxi huc Romam, eum deferendum. Sic igitur expers Apostolicæ communionis Leo Archiepiscopus diu mansit.

XV. Sed quid post obitum Pauli accidit? Quod enim (ut vidimus) homo iste Romæ princeps esset factionis Longobardorum, adversus eos, qui essent studiosi Francorum (ita quidem maximo malo erat divisa civitas, studentibus aliis Francis, aliis vero Longobardis) Desiderius Rex Longobardorum vehementi exæstuans ira, tantum abfuit, ut ablata jura, & civitates Romanæ Ecclesiæ restitueret, ut etiam cum suo exercitu Ticino recedens, in Umbriam descenderet, aliasque ab Ecclesia Romana civitates auferret, propediem ad obsidionem venturus Urbis: nam audi Anastasium: *Hic quidem* (inquit) *nominatus Desiderius Longobardorum Rex superbia elevatus atque jactantia, qua hora præfatum exercitum Ravennatium civitatis abstulit: confestim direxit multitudinem exercitus, & occupare fecit fines civitatum, id est, Senogalliensis, Montis Feretri, Urbini, Eugubii, cæterarumque civitatum Romanorum, plura homicidia, & deprædationes, atque incendia in ipsis finibus perpetrantes. Nam in civitatem Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tusciæ: dum ipsi Blerani in fiducia pacis ad colligendas proprias segetes generaliter cum mulieribus, & filiis, atque familiis egrederentur: irruere super eos repente Longobardi, & cunctos primates, qui intro in eadem civitate erant, interfecerunt, & prædam multam, tam de hominibus, quam de pecudibus abstulere, ferro, & igne cuncta in circuitu devastantes. Sed & in finibus Romanæ Urbis, seu cæterarum civitatum multa mala, ac deprædationes eidem Desiderius perpetrare jussit, etiam & castrum Utriculum occupare fecit.*

Desiderius quanta mala in Rom. Ecclesiam parat.

XVI. *Unde sæpius atque sæpius ipse beatissimus Præsul, tam per obsecrationis litteras, quam per Missos eidem Desiderio direxit, deprecans eum, ut a talibus malis resipisceret, & eas, quas abstulerat, civitates redderet. Ille vero non solum ad eas, quas ceperat civitates reddendas minime est inclinatus, sed nec ab eadem malitia recedere voluit, non cessans crudeliter multa atque innumerabilia mala finibus Romanorum, ut dictum est ingerere. Tunc præfatus sanctissimus Pontifex faciens accersiri præfatum religiosum Abbatem venerabilis monasterii sanctæ Dei Genitricis, siti in territorio Sabinensi cum viginti senioribus Dei servis monachis, direxit eos ad eumdem Desiderium deprecationis causa. Quibus ad eum properantibus (ut ipsi Dei famuli referunt) ejus pedibus provoluti coram Judicibus Longobardorum cum lachrymis ex persona antefati Vicarii beati Petri, eum deprecantes, ut a tantis malis resipisceret, & præfatas civitates, quas ab-*

Studium Hadriani Pap. pro recuperandis rebus Ecclesiæ.

stu-

stulit, beato Petro redderet. Sed nequaquam ejus cor lapideum deflectere valuerunt, sicque infructuosi ipsi Dei famuli reversi sunt.

XVII. Legatio Desiderii Regis ad Rom. Pon. *Dirigens suos Missos idem Desiderius ad antefatum beatissimum Pontificem, id est, Andream Referendarium, & Stabilem Ducem, ut se cum eo loquendi fieret concessio. Quos suscipiens idem almificus Pastor, ita his respondit, inquiens: Sic Regi vestro de mea persona satisfacite, me vobis firmiter coram Deo omnipotente promittente, quia si prædictas civitates beati Petri, quas tempore meo abstulit, mihi reddiderit: continuo sive Ticini voluerit, sive Ravenna sive Perusia, sive hic Roma, vel etiam ubi illi placitum fuerit * ad ejus properabo præsentiam, & cum eo pariter me conjungam ad colloquendum, quæ ad salutem populi Dei, utrarumque partium respiciunt. Et si forsitan de hoc dubitationem habet, me cum eo minime debere conjungi, postquam ipsas civitates reddiderit: si me cum ipso non conjunxero ad loquendum, licentiam habeat eas denuo occupandi. Nam si prius ipsas civitates non reddiderit, & justitiam nobis minime fecerit: sciat pro certo, quod numquam meam videbit faciem. Unde ecce sequipedes vestros dirigere studebo meos Missos ad eumdem vestrum Regem, qui easdem recipiant, si reddere voluerit, civitates. Et de præsenti, qua hora mei Missi, receptis civitatibus ad me, hoc ipsum nuntiantes, reversi fuerint: continuo ad ejus, ubi volueris, properabo præsentiam ad simul cum eo loquendum.*

XVIII. Alia legatio missa pro recipiendis civitatibus. *Ipsius Longobardorum Missis properantibus, & ad suum revertentibus Regem direxit ejus beatitudo continuo ad eumdem Desiderium Regem suos Missos ad easdem recipiendas civitates, scilicet Pardum Egumenum, id est, Præfectum monasterii beati Sabæ, & Anastasium primum Defensorem: præsentatique ejus obtutibus, & ipsi ad ejus pedes corruentes, lacrymis profusis eum deprecantes, ut antedictas redderet civitates: promittentes ei per Apostolicam auctoritatem sub jusjurandum, quia si eas reddidisset, statim prænominatus almificus Pontifex ad eum properaret proficiscendum, ac loquendum pariter. Sed per nullam rationem ejus ferreum pectus, & durissimam mentem emollire potuere, nihilque recipientes, sine effectu reversi sunt.*

Tamen non desistebat antedictus Pontifex suos Missos ad eum propter hoc ipsum dirigendum, tam de sacerdotibus, quam de singulis religiosi habitus ordinibus, sed nihil apud eum impetrare valuerunt. Sed potius permanens in sua iniquitate, multa civitatibus, ac finibus Romanorum inferri faciebat ex omni parte mala. Sed & magnas comminationes dirigens eidem Hadriano Pontifici, se cum universis Longobardorum exercitibus properaturum ad Romanam civitatem perstringendam.

Pro quo nimio fletu ipse sanctissimus Pontifex cum suo populo positus, portas civitatis Romanæ claudi jussit, aliquas ex eis fabricari fecit, muro scilicet claudi, *& dum in magna angustia, & tribulatione consisteret, necessitate compulsus, direxit suos Missos maritimo itinere cum Apostolicis litteris ad excellentissimum Carolum, a Domino protectum, Regem Francorum, & Patricium Romanorum, &c.* XIX. Legatio Papæ ad Carolum. Hucusque res gestæ anni hujus. Quid autem ira furendo, agit insanus? nisi ut contra se ipsum, suumque Regnum ad perdendum id arma convertat? in hocque laboret, & sudet amens, quomodo Regnum una cum omni gloria gentis Longobardorum, tanto tempore, tot bellicis laboribus partum, & sanguine fuso redemptum, penitus perdat, funditusque numquam amplius restituendum convellat. Nonne ista declararunt eventa? Ita plane: nec in hoc novissimo Rege Longobardorum tantum, sed in aliis omnibus posterioribus Principibus, qui impugnaverunt jura Ecclesiæ, factum produnt Annales. Adeo ut ex præteritis tuto quis ventura prænuntiet secundum illud Ecclesiastes (a): *Quid est, quod fuit? id quod futurum est. Quid est, quod factum est? ipsum quod faciendum est.* Nempe fore, ut ipsi Regno suo damnum inferant, qui Regnum Dei (quod est Ecclesia) infectantur, & persequuntur. Petra est, quam dura fronte percutiunt; silexque durissima, quam sic miseri appetunt, ut oppetant mortem. Quid igitur in seipsam male laborat carnis cæca prudentia incassum concutere petram; adversus quam nec angelicæ ipsi potentiæ aliquid concessum esse, divinitus facta Petro promissio declaravit, dicens: *Et portæ inferi non prævalebunt adversus eam?* Sed reliqua prosequamur.

(a) *Eccl. 1.*

Dum hæc in Italia gererentur, ipse Carolus Rex Francorum cognomento Ma- XX.

PAGIUS III. *Bellum Saxonicum a Carolo Rege susceptum.* Ad ann. XX. Eginhardus in vita Caroli M. narrato bello Langobardico ad Saxonicum hoc anno inchoatum Orationem convertit: *Post ejus finem, Saxonicum quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius neque atrocius, Francorumque populo laboriosius susceptum est, quia Saxones, sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes, & natura feroces, & cultui dæmonum dediti, nostræque Religioni contrarii, neque Divina neque humana jura vel polluere vel transgredi inhonestum arbitrabantur. Suberant & causæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant, termini videlicet Francorum, & illorum pene ubique in plano contigui,*

Carolus vincit Saxones, & Idoli templum demolitur.

gnus, adversus Saxones bellum gerebat, cui ad eos debellandos affuit divinum auxilium; sed qaomodo id acciderit, in vita ipsius Caroli annis singulis per periodos dierum festorum Natalis & Paschatis distincta hæc leguntur: *Rex Carolus celebravit Natale in Villa Attiniaco, & Pascha in Aristallio, deinde Synodum tenuit ad Vuarmatiam, & inde perrexit Saxoniam, & Eresburgum castrum cœpit, pervenitque usque ad Ermensul, & ipsum fanum destruxit, & aurum, & argentum, quod ibi reperit, abstulit. Fuitque siccitas magna, ita, ut aqua deficeret in supradicto loco, ubi Ermensul stabat. Et dum vellet ibi stare tres dies gloriosus Rex ad destruendum fanum ipsum, & valde homines, & jumenta sitirent; subita Christi gratia, media die, cuncto exercitu quiescente, apparuit eis torrens ebulliens salabres aquas, & cunctus exercitus, & jumenta eorum sufficienter recreati sunt: & tamdiu ebulliet aqua viva, donec fanum destructum est. Tunc Magnus Rex*

PAGIUS

qui, preater pauca loca, in quibus vel sylva majores, vel montium juga interjecta, utrorumque agros certo limite determinant, in quibus cades & rapina, & incendia vicissim facere non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut non jam vicissitudinem reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum judicarent. Susceptum est ergo adversus eos bellum, quod magna utrimque animositate, tamen majori Saxonum quam Francorum damno per continuos triginta tres annos gerebatur. Et paulo post hæc subjungit: *Plures eo bello tam ex nobilitate Francorum, quam Saxonum, & functis summis honoribus Viris, consumpti sunt; tandemque anno trigesimo tertio finitum est. Cum interim tot ac tanta in diversis terrarum partibus bella contra Francos & cœpta sint, & solertia Regis administrata, ut merito intuentibus in dubium venire possit, utrum in eo aut laborum patientiam, aut felicitatem potius mirari conveniat. Nam biennio ante Italicum hoc bellum sumpsit exordium, & cum sine intermissione gereretur, nihil tamen ex his, qua alicubi erant gerenda, dimissum, aut ulla in parte ab æque operoso certamine cessatum est.* Cointius hoc anno num. VII. dicit falli Eginhardum, cum bellum Saxonicum susceptum asserit, *biennio ante Italicum*, quod certum est ad annum sequentem pertinere, indeque deducit, Eginhardum non esse Auctorem Annalium, qui eidem vulgo attribuuntur, quod in iis ad annum DCCLXXII. de bello Saxonico, de Italico vero anno insequenti agatur. Verum non advertit Vir doctissimus, Historicos, *biennii* nomine, duos annos Julianos incompletos sæpe intelligere, & item tribus posterioribus anni mensibus inchoatam, & prioribus insequentis anni mensibus absolutam, intra biennium aut intra annos duos confectam esse non raro asserere. Quod identidem inculcandum duxi, quia video Viros eruditissimos ad eumdem lapidem quotidie offendere. Cointius, qui Annales illos Monacho Anonymo Laureshamensi adscribit, anno sequenti num. CXXVII. & seqq. varia alia loca ex Vita Caroli M. & Annalibus Eginhardo attributis in medium adducit, ut ostendat utrumque Opus non esse unius ejusdemque Auctoris, & Annales illos appellandos esse *Laureshamenses*. Verum cum eorundem Auctor ignoretur sub Eginhardi nomine semper eos citabo, quod hic indicare sufficiat. Certe Annales illi magnæ sunt, apud Viros doctos auctoritatis, & ab Odilone Monacho Medardensi in lib. de Translat. Reliquiarum S. *Sebastiani* Martyris & S. *Gregorii Papæ*, quæ facta fuit anno DCCCXXVI. Eginhardo tam Annales, quam Vita Caroli M. adscribuntur. *Odilo* autem eum libellum scripsit initio sæculi X. ut notat Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. ubi illum recitat. Lambecius Tom. II. Biblioth. Cæs. lib. cap. 5. scribit, in Bibliotheca Cæsarea exstare MS. ejus exemplar Vitæ Caroli M. subjectum, indeque deducit, utrumque Opus fœtum esse ejusdem Eginhardi. Sed vana hæc illatio; cum in uno eodemque Codice diversorum Auctorum Opera descripta reperiantur.

IV. *Primus annus belli Saxonici.*

Poeta Saxonicus, qui Eginhardi Historiam Versibus mandavit, Saxones in tres distinguit populos, eosque non uni Regi seu Dynastæ, sed Ducibus, sive, ut loquitur Beda lib. 5. cap. 11. *Satrapis* subiicit, adeo multis, ut singuli pagi suos Duces seu Satrapas habeant. *Osphalos* in Orientali parte collocat, in Occidentali *Vuestphales*, *Angarios* inter utrosque, atque ut Saxonum gentem Francis versus Meridiem conterminam agnoscit; sic & ei limitem versus Septemtrionem tribuit mare Balticum, quod licentia poetica Oceanum appellat. Eginhardus vero in Annalibus gesta hoc anno in bello Saxonico his verbis narrat: *Rex Carolus congregato apud Vuormaciam generali Conventu, Saxoniam bello aggredi statuit, eamque sine mora ingressus ferro & igne cuncta depopulatus Eresburgum Castrum cepit, idolumque, quod Irminsul a Saxonibus vocabatur, evertit. In cujus destructione cum in eodem loco per triduum moraretur, contigit, ut propter continuam cœli serenitatem, exsiccatis omnibus illius loci rivis ac fontibus, aqua ad bibendum inveniri non posset. Sed, ne diutius siti confectus laboraret exercitus, divinitus factum creditur, ut quadam die cum juxta morem tempore meridiano cuncti quiescerent, prope montem, qui castris erat contiguus tanta vis aquarum in concavitate cujusdam torrentis emperit, ut exercitui cuncto sufficeret. Tunc Rex idolo destructo ad Vuiseram fluvium accessit, ibique a Saxonibus XII. obsides accepit. Inde in Franciam reversus.* Spelmannus idolum illud *Irminsul* seu *Irmensul* appellatum his verbis explicat: „ Mespurgi fanum & idolum, quod Irmensul appellavere „ coluerunt, Eresberg dictus est mons, in quo „ fanum illud stabat. Quidam interpretantur „ Mercurii statuam; is enim Hermes dictus est. „ Sed obtinuit Martis honor, ut nunc *Mersberg* „ vocitetur. Nonnulli Irmensul interpretantur „ statuam publicam. Coniici permittitur dictam „ *Idermanſul*, quasi commune perfugium & „ asylum omnium, & matrem communem, „ qui in prœlio dum vagetur incertus, diu dubius, quo ponat victoriam. Erat armata toto corpore effigies, cujus in dextra signum „ militare (nostri vexillum vocant) præferens „ rosam, cujus breve momentum, & facilis „ ortus & interitus, ita eventus prœliorum. „ In sinistra libram expendit, dubiam pugnantium fortem facile huc aut illuc inclinantem, In clypeo Leo, qui bestiis impe-
„ ri-

Digitized by Google

Rex Carolus super fluvium Vuiseram veniens, ibi habuit placitum cum Saxonibus, & receptis obsidibus duodecim, reversus est in Franciam. Hæc ibi. Quæ eadem hoc pariter anno habentur in veteri sæpius citato Chronico rerum Francorum.

XXI. Quod spectat ad Synodum, cujus nuper mentio facta est, hoc anno a Carolo Magno habitam in Vvormatia, quæ & secunda ejus nominis est dicta, quod de ea in Francorum Capitularibus scriptum repetitur, (a) hic describemus; sic enim se habet:

(a) Cap. Franc. l. 7. c. 205.

De purgatione sacerdotum, qualiter Vvormatiæ secunda vice, a domino Carolo, & a suis tractata, atque sopita est.

Omnibus vobis tam præsentibus, quam futuris scire cupimus, quia ideo consultu Apostolicæ Sedis, & omnium nostrorum Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium nostrorum de purgatione criminantrum sacerdotum tanta tractavimus, eumque cum testibus, sicut in anteriori Capitulari nostro continetur, fieri decrevimus, quoniam nesciebamus eamdem causam a beato Gregorio Papa esse definitam. Nam cum Vvormatiæ generalem conventum habuissemus, allata est nobis a Trebulfo Moguntiacensi Metropolitano epistola B. Gregorii Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc; De presbytero vero, vel quolibet sacerdote a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimine illato, approbent veritatem, jusjurandum erit in medio, & illum testem proferat de innocentia sua puritate, cui nuda, & aperta sunt omnia, sicque maneat in proprio gradu. Ista vero omnia, quia vires nostras excedunt, in judicio Episcoporum juxta canonicum sanctionem definienda relinquimus, ut hæc quando orta fuerint, ita desinire satagant, ut nec secundum sæculum, juxtum reprehensionem, nec penes Deum (quod absit) damnationem, æternæ beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia in fucata præstat, præmia consequantur. Hactenus capitulum secundæ Synodi Vvormatiensis.

Rursum vero hoc eodem pariter anno, qui & Tassilonis Bavariæ Ducis, ou me- XXII.

PAGIUS

„ ritat, invictum ad fortia facta impetum mon„ strat, floribus concito campo, in quo sta„ bat, quod nihil jucundius videri solet for„ tibus, quam in acie virtutem ostendere.

V. SS. Lebuinus & Sturmio Saxonum conversionem tentant.

Hucbaldos Monachos Elnonensis, qui composuit Vitam *Sancti Liafvvini* Presbyteri, seu *Sancti Lebuini*, floruitque tempore Caroli Calvi Imp. cui aliqoot Versus dicavit, sefert Saxones singulis annis generale Consilium, in media Saxonia secus flumen Wiseram, celebrare solitos fuisse, & *Lebuinum* hoc anno, ut videtur Conventum illum adiisse, sibique a Deo Creatore cœli & terræ, ut ea Legstione fungeretur, mandatum esse, asseruisse: *Ecce enim*, inquit Leboinus, *hæc sententia eris ejus, qua est immutabilis, pronuncio vobis, quia nisi his monitis obtemperaveritis, jam celerrime veniat vobis malum inopinata tribulatione. Prærdinavit namque Rex cælorum omniumque seculorum Regem fortem, prudentem, & acerrimum* (nempe Carolum) *non de longinquo, sed de proximo, instar torrentis rapidissimi, properantem ad emolliendam duri cordis vestri ferocitatem, & comprimendam rigidæ cervicis contumaciam. Qui vehementi impetu vestram aggrediens Regionem gladio, vastitate, incendio, & exterminio cuncta depopulabitur, & ut vindex iræ Dei, quem semper exacerbastis, vos quidem partim mucrone concidens perimet, partim egestate tabescere faciet, partim perpetui exilii mœrore consumet. Talia Beato Viro Prophetali spiritu pra-conante, &c. ex proximis sepibus palos rapiunt, detruncant, & exacuunt; ut veluti assolet fieri lapidibus, sic eum illis sudibus primerent.* Addit Hucbertus, cum Deus de manibus eorum Virum Sanctum mirabiliter eripuisset, unum ex Saxonibus cæteris honoratiorem omnes hortatum esse, ut Legatum mandata Vitæ ac salutis deferentem cum pace susciperent, ne quæ comminando prophetaverat, ventura experirentur nimium vera, & communi consensu decretum esse, *ut a quoquam impetretur ille Dei Nuncius, sed quocumque vellet iret, absque ulla læsione pergeret securus*. Dum tamen bellum feliciter a Carolo gerebatur, Westfali qui Daventriæ, quo Lebuinus venerat proximi erant, Ecclesiam illic nuperrime constructam igni succenderunt: *Irruunt*, inquit Hucbaldus, *& apposito igne Ecclesiæ domum concremant, & quoscumque Christianos ibidem reperiunt ab eodem loco infestando longius proturbant.* Directi & alii in Saxoniam Viri Dei, qui populum edocerent, baptizarentque, quod Ægiles in Vita Sancti Sturmionis Abbatis Fuldensis, de isto Sancto testatur: *pars maxima Beato Sturmi populi & terra illius, ad procurandum committitur. Suscepto igitur prædicationis officio*, &c. *sacris eos sermonibus* docebat, *ut idola & simulacra derelinquerent, Christi fidem susciperent, Deorum suorum templa destruerent, lucos succiderent, Sanctas quoque Basilicas ædificarent.* Legenda etiam Vita S. Luidgeri Episcopi Monasteriensis ab Altfrido Episcopo enarrata, in qua agitur de Missione S. Leboini.

VI. Synodus Vvormatiensis.

Ad num. XXI. *Carolus Rex mitissimus Synodum tenuit ad Vvormatiam, & inde perrexit partibus Saxonia*, inquit Annalista Bertinianus, aliique hoc anno. Quid in ea Synodo statutum fuerit, incompertum. Baronius quidem ad illam refert Decretum *de purgatione Sacerdotum*, quod extat lib. 7. Capitularium pag. 205. quod integrum recitat. Verum cum eo in Decreto mentio sit *Riculfi* Episcopi Moguntini, qui Sancto Lullo anno tantum DCCLXXXVII. in Episcopatum Moguntinensem successit, Decretum illud ab aliqua alia Synodo Wormatiensi post illum annum celebrata conditum fuit.

VII. Epocha Concilii Dingolvingensis.

A num. XXII. ad XXX. Concilium Bavaricum apud *Dingolvingam* celebratum, ad nos integrum non pervenit, sed potius ejus fragmentum a Marco Velsero e tenebris erutum. Cumque nullus temporis character in eo exprimatur, sed tantum nomen *Tassilonis* Bajoariæ Ducis, annus quo celebratum fuit, certo sciri non potest. Quod enim Tom. VI. Concil.

ratur XXII. annus, eodem religiosissimo Principe operante, celebrata est Synodus Episcoporum in loco, qui ab accolis Dingolvinga dicebatur, cujus ex antiquo scripto codice membranco accepimus fragmento, quæ extant, a viro doctissimo æque & nobilissimo Marco Velsero Augustano, dum obrutam immensa impietate mersamque profunda ignorantia, atque offusam densa caligine Jo. Aventini hæretici, nobilem Bavariæ historiam in lucem apertissimam summa gloria vendicat. Tam dignum igitur Ecclesiasticæ antiquitatis monumentum, hic tibi, Lector, describendum putavimus; sicuti in eodem reperitur codice scriptum, cum tamen in multis appareat corrigendum: vetera enim, non nisi temporis edacitate corrosa, sed non ob id spernenda, solemus accipere, quæ sic se habent:

XXIII. *Hæc sunt decreta, quæ constituit sancta Synodus, in loco, qui dicitur Dingolvingen, domno * Tassilo mediante.* (* Tassilone)

*De die Dominico ita constitutum est, ut tali honore habeatur, sicut in lege scriptum est, & in decretis canonum. Et si * quid præsumpserit frangere contra legem, aut decreta canonum, tali pœna subiaceat, sicut ibi scriptum est.* (* quis)

De hæreditate quæ tradita est ad Ecclesiam, ita constituit, ut quisquis hæreditatem suam ad Ecclesiam ante donaverat, aut postea donaverit, si quid mutare voluerit, chartam suam habeat ita scriptum, ut locum, & tempus, & personam habeat, aut tribus testibus fidelibus, & nobilibus testificetur. Si sacerdos non habeat chartam, nec testem, ut prædiximus, tunc, sicut in lege Bajoariorum, & judex judicat, sic defendat.

*De eo quod Episcopi juxta canones, & Abbates monasteriorum juxta regulam * vivEATES, ita constituit.* (* vivant, aut viventes sint.)

** Deo eo quod sanctimoniales, quæ in servitio Dei sunt, ita constituit, ut nullus ausus sit in conjugium, & matrimonium ducere, aut si quis ausus fuerit contra decreta canonum, ita componat sicut canones decreverunt.* (* De Sanctimonialibus)

De eo quod ius ad legem, quam habuerunt in diebus patris sui, nobiles, & libere, & servi ejus, ita donaverunt, ut firma fieret.

*De eo quod ut si qui de nobili genere de hæreditate sua dare * ad sanctuarium Dei, in sua potestate esset, nemo prohibuisset, nec mutaret in perpetuum.* (* vellent)

*De eo quod ut servi Principis, qui dicuntur Adelschalch * ut suam habeant Vueregeldam, juxta morem, quem habuerunt sub parentibus, & cæteri minores Vuergeldi juxta legem suam, ita constituit.* (* abundat)

De eo quod parentes Principis quodcumque præstitum fuisset nobilibus intra Bajoarios, constituit, Ut permaneret, & esset sub potestate uniuscujusque relinquendum posteris, quamdiu stabiles fœdere servassent apud Principem ad serviendum sibi, & hæc firma permaneret, ita constituit.

*De eo ut nullus hæreditate sua privetur nisi per tres causas * quas in pacto scribentur: Propter homicidium, hoc est, ut quisquis hominem Principis sibi dilectum occiderit, ob injuriam Principis & ad calumniam, hominem componat secundum legem, tunc privetur hæreditate sua.* (* quæ)

*De eo quisquis * mulierem nobilem acceperit in conjugium, & non præscivit, ita constituit, ut iterum libera esset, dimittat servum, & postea non redigatur in servitium, sed esset libera.* (* servus, videtur deesse)

*De eo quod & si quis de quocumque reatu accusatus ab aliquo, potestatem accipiat cum accusatore suo pacificare si voluerit, antequam pugnam, quæ Vuehadinc vocatur, * permittas.* (* permittatur)

*De eo quisquis de nobili genere deprehensus fuerit de illis * IIII. causis, de * qua supra diximus, * si ille hæreditate sua portionem pro illius criminis reatu perdat, uxor autem illius suo jure non privetur, ita constituit.* (* III. * quibus * ille hæreditatis suæ.)

XXIV. *De collaudatione, quam Episcopi, & Abbates in Bajoaria inter se fecerunt, pro defunctis fratribus.*

*In Christi nomine. Notitia qualem convenientiam gentis Bajoariorum Episcopi, & Abbates inter se fecerunt, quorum nomina infra perarare stylo decrevimus. Id est, Manno Nuvenburgensis civitatis Episcopus, Alim, * Vigilius, Vuiserich, Siatprebt, Heres Episcopi, Oportuons, Vuolfprebt, Adulphrebt, Ato, Uto, Lantfrit,* (* Virgilius)

PAGIUS pag. 1796. post XIV. ejus Capitula subjungitur, hujus Concilii appendix tantum est, uti hæc verba Velseri in ejus fronte posita manifeste indicant: *Post hæc mox ista subiiciuntur, eodem, ut vides, ordine.* Quare appendix ab his verbis inchoatur: *de Concilio quod Dux Tassilo apud Dingolvingam celebravit.* Is itaque Anonymus summarie narrat gesta in hoc Concilio; sed qua ætate vixerit, & an olim suo sæculo receptam, vel illam, qui hoc tempore usurpabatur, secutus fuerit, in Indictione inchoanda, prorsus incertum. Ad hæc hic locus manifeste corruptus; *sub die * Consulem, quod erat II. Idus Octobris, atque anno ab Incarnat. Dominica DCCLXXII. Indictione X.* Imo ejus capitula variis in locis depravata, uti stellulæ demonstrant. Quare neque ex Capitulis, neque ex Appendice aliquid certi erui potest, ex quo possimus venire in cognitionem initii *Indictionum* ante Caroli Magni mortem. Jam anno DLXXVI. insinuavimus, *Indictionem* in Gallia, Germania, & Anglia ante Caroli Magni, seu potius Ludovici Pii ejus filii mortem a die XXIV. mensis Septembris inchoa-

frit, Albune, Ruotbart, Erneſt, Regimprebt, Volcbanbart, Perbkocb, Segedo, Abbates. Ut eorum quis de bac luce migraret, unaſquiſque ſuperſtitum Epiſcoporum, vel abbatum pro defuncto in domo
* pſalteria
*ſua Epiſcopali, vel cænobio C. miſſas ſpeciales, & eodem numero * pſalterio cantare faciat, Ipſe vero de propria perſona ſua XXX. ſpeciales miſſas compleat, vel a religioſis ſibimet ſubjectis implere omnino prænotatum faciat numerum presbyteris, ſive monachis, cum de boc ſæculo migraverint Epiſcopus ſeu Abbas uno presbytero, vel uno monacho XXX. miſſas ſpeciales, totidem pſalteria faciant celebrari*, Poſt hæc mox in eodem codice iſta ſubiiciuntur eodem, ut vides, ordine.

XXV. *De Concilio, quod Dux Taſſilo apud Dingolvingam celebravit,*

*Regnante in perpetuum Domino noſtro Jeſu Chriſto, in anno vero XXII. Regni religioſiſſimi Ducis Taſſilonis gentis Bajoariorum ſub die * conſulem quod erat II. Id. Octob. atque anno ab incarnatione Dominica DCCLXXII. Indict. X. divina præflatus inſpiratione, ut omne Regni Dei prænotatus Princeps collegium procerum coadunaret, in villam publicam Dingolvingam nuncupatam, ut ibi tam regulare moderaret in ſancto babitu cænobium virorum, & puellarum, quam Epiſcopalee moderaretur obſequia, inſuper gentis ſuæ inſtitutiones legum per * primatos imperitos, univerſa conſentiente multitudine, quæ reperit * diuturna vitiata, & quæ videbantur abſtrabendo evellere, & quæ decretis placerent componenda, inſtituerentur. Inter tos vero collegia ſacerdotum, devolutis Epiſcoporum, & Abbatum in præſentia paginis, regularis ordines vita, atque canonum normas vel decreta patrum, nullis comprobare quiverant teſtimoniis, ut monachis parochiæ commendari deberent, vel publica baptiſmatis obſequia, niſi forte pro periculo mortis, & nibil eorum implerent commorundi negocio, excepto * viciſſitudinis villarum propriarum ſingulis annis obedientialibus curis commiſſio ab Abbate proprio fuerit determinata. Unde ab univerſis Abbatibus facta profeſſio, ut minime titulis popularibus ſe ingerere depellerentur, & hac omnia, cui commiſſæ ſunt plebes, ſub poteſtate Epiſcoporum permanerent, ſicut in ſanctis Synodis, vel decretis priſcorum Patrum perarata comprobat conſcriptio, ab Epiſcopis vero ſimili modo, & nihilominus * prælatis ponderaverunt ſententiis, ut erga eos charitatis gererentur curæ, ita ut canonica auctoritas confirmat, & ſpiritualis concordia declarat. Hoc peracto Concilio, & ab univerſis uno ore confirmato, ut ſi quis de eadem inſtitutione deviare præſumpſerit, a collegio eorum alienetur, uſque iterato examine, id eſt, publica, Synodo.*

* pſalteria

* fortaſſe Calliſti, incidit enim prid. Id. Octobr.

* primates, & peritos

* diuturnitate

* ſi

* prolatis

De popularibus legibus,

XXVI. *Prænotatus Princeps univerſo concordante collegio, * bic conſtituit, ut nullus a provincia ſua * mancipium limine venundare vel propriam, vel fugitivum præſumpſerit, & ſi quis hoc decretum non obſervaverit, Vueregeldo ſuo culpabilis permaneret,*

* ſic

* limite mancipium

Ut nullius furtivam rem, tam in equis, & aliis quadrupedibus, quam in reliqua ſupellectilia, extra ſinem Bajoariorum venundare, vel machinis diabolicis extra mi-

PAGIUS choatam fuiſſe, ſed nullum exemplum oſtendere, vel in illis Regionibus, vel in aliis eam a Kalendis Januariis initium ſumſiſſe, indeque eruo hanc Appendicem, in qua Indictio X. a Kalendis Januariis reperitur, ſcriptam eſſe poſt mortem Ludovici Pii, quia ab eo tempore Indictionum exordium variare cœpit, ut ſuo loco videbimus. Annus tamen & dies celebrati Concilii certi ſunt,

VIII. *Illud hoc anno celebratum.* In ea enim Appendice, loco, *ſub die Conſulem*, legendum cum Baronio eum XXV. *ſub die Calliſti*; natale enim Sancti Calliſti Papæ & Martyris incidit in diem II. Idus Octobris, Ad hæc in eadem dicitur Concilium congregatum *in anno XXII. Regni, religioſiſſimi Ducis Taſſilonis Gentis Bajoariorum*, Baronius loco citato retinet annum XXII. Taſſilonis; verum pleræque membranæ annum XXIV. hujus Principis repræſentant, ut videre eſt apud Hundium Tom. I. Metrop. Salisburg. in Additionibus ad Epiſcopos Petavienſes, ubi hujus Concilii Acta leguntur, idque recte; Taſſilo enim anno DCCXLVIII. Odiloni patri ſucceſſit, uti colligitur ex Vita Sancti Rudberti Epiſc. Salisburgenſis a Caniſio edita, in qua habetur: *Anno Incarnat. Domini DCCLXXIII. dedicata eſt primo Eccleſia Sancti Rudberti a Sancto Virgilio, anno XXVI. Regni Taſſilonis Ducis. Eodem anno tranſtulit idem Epiſcopus S. Rudbertum, & duos ejus Capellanos, Beatum Kunialdum atque Giſilarium, nempe VIII. Kalend. Octob.* Si enim annus XXVI. Taſſilonis Ducis in curſu erat menſe Septembri anni DCCLXXIII. & annos hujus Principis XXIV. menſe Octobri præſentis Chriſti anni in Bajoaria numeratur, profecto anno DCCXLVIII. Bajoariæ regimen ſuſceperat, currenti annum XXIIII. Principatus ſui abſolvebat, ac XXV. inchoabat, annoque Chriſti ſequenti viceſimum quintum finiit, & viceſimum ſextum auſpicatus eſt; ideoque Cointius anno DCCLXXI. num. VIII. perperam contendit Concilium Dingulvingenſe ad illum Chriſti annum pertinere; nec melius ſcribit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in Elogio Hiſtorico Taſſilonis Bajoariæ Ducis, in Actis ejuſdem Concilii reponendum eſſe, *anno XXVI. Regni Taſſilonis*, loco, *anno Regni Taſſilonis XXII.* quod Hundius citatus aſſerat, annum illum legi in nonnullis Codicibus MSS. Annus quippe XXVI. Taſſilonis Ducis conjungi non poteſt cum anno Incarnat. DCCLXXII. quem retinendum eſſe ipſemet Mabillonius recte ſupponit.

Huic Synodo præter *Epiſcopos* ſex & *Abbates* tredecim, adfuere quoque *Proceres* Bajoarici de rebus politicis acturi; ideoque ejuſdem Sy- IX.

Digitized by Google

minandi, insidiis tegi, ut siquis hoc præsumpserit, XL. solidis componat in publicum. Ut si quis domum tam liber, quam servus * altius effoderit, & ibi occisus fuerit, sine compositione in sua domestione permaneat. Si autem supellectilia abstulerit de eadem domo, & eo fugiente in curtem, vel extra curtem, hic cui damnum intulit, consequitur, & interfecerit, pari subjaceat sententia. Similiter qui liberum, vel mancipium suum fucaverit, & cum comprehendere minime quiverit, & ibidem interfecerit reum, superior permanent sententia. Sed tamen ea genera trium homicidiorum, debita signa vicinis suis & his, qui assistunt, insignet.

* alterius

XXVII. De pugna duorum, quod Vuenbadine vocatur, ut prius insortientur quam parati sunt, ne forte carminibus, vel machinis diabolicis, vel magicis artibus insidiantur.

Qui supradicta pugna, quod Chamfuvic dicimus, peracto judicio, se simili vindicta erigere contra quarentem præsumpserit, sacramentum, quod Abteta dicitur, juret in Ecclesia, cum tribus nominatis sacramentalibus.

De eo, quod Bajaarii Stapfsaken dicunt, in verbis, quibus ex vetustu consuetudine Paganorum idololatriam reperimus, ut deinceps non aliter nisi * indicat, qui quærit debitum; hac mihi injuste abstulisti, quæ reddere * debes: Reus vero contra dicat, nec hoc abstuli, nec componere debeo, iterata voce requisito debito dicat; Extendamos dextras nostras ad justum judicium Dei, & tunc manus dexteras uterque ad cœlum extendat.

* ita dicat
* debeo

Ut nullus furtivam rem suscipere, vel intra terminum abscondere præsumat; qui hoc fecerit, XL. solidis componat.

Ut hi, qui Ducali manu liberi dimissi sunt, ad eadem cogentur judicia, quæ Bajoarii Urtella dicunt.

Ut hi, qui in Ecclesia libertatem conquirebant, deinceps tam ipsi, quam eorum posteritas in secura libertate permaneant, nisi forte ipsi sibimet insolubile damnum inferant, quod componere minime quiverint.

Qui ex eis occidentur, pretium eorum bis solvatur Ecclesiis, ubi liberi dimissi sunt. Liberi, qui ad Ecclesiam dimissi sunt liberi, vel per chartam acceperunt libertatem a Rege, si occidantur, LXXX. sol. componantur Ecclesiæ, vel filiis eorum, in Dominico XL. sol. componantur. Si ancilla libera dimissa fuerit per chartam, aut in Ecclesia, & post hoc servo nupserit, Ecclesiæ ancilla permaneat. Si autem libera Bajoaria servo Ecclesiæ nupserit, & servile opus ancilla contradixerit, abscedat: si autem ibi filios, & filias generaverit, ipsi servi, & ancillæ permaneant, potestatem exinde non habeant; illa autem mater eorum, quando exire voluerit, ante annos III. liberam habeat potestatem * si autem III. annos induraverit opus ancillæ, & parentes ejus non exadomaverunt eam, ut libera fuisset, nec ante Comitem, nec ante Ducem, nec ante Regem, nec in publico mallo, transactis tribus Kalendos * Martis, post hæc ancilla permaneat in perpetuum, & quicumque ex ea nati fuerint, servi & ancillæ sunt. XXVIII.

* exeundi

* Martii

Qui furtivam, quod Zongenzunt dicitur, super furem comprobare nequiverit, furtivo campon. more.

Qui resisterit domum suam, quod selisuchen dicunt, qualem rem quarente resistebat, talem compon. in publico XL. sol.

Qui monnum immissionem resisterit, quod hontelod dicunt, XL. sol. solvat in publica, & ipsam rem quarenti reddat.

De his, qui supradictis * homines debita morte in furto * repertis, ut si quis hujus interfecti parentela eum, qui suo scelere captus est vindicare tentaverit, a propria alode alienus efficiatur. XXIX.

* homicidiis
* repertus

Et si quis signum, quod est sigillum, inhonoraverit, vel hujusmodi injuncta minime impleverit, prima vice arguetur, secunda XL. sol. compon. III. suum Vueregeldum, IV. extermunetur ab acto officio.

Ut si quis judicium furti in bina, vel terna reprehensione non damnaverit, & eum diabolico lucro dimiserit, ut per eum quasi comparticeps spoliis pauperum * ditaren-

* ditaretur.

PAGIUS *Episcopi, qui ei interfuere.* Synodi Decreto num. XIV. partim res Ecclesiasticas, partim res Civiles spectant, ut videre est tam apud Baronium, quam Tom. VI. Concil. Sex Episcopi sunt *Alimus*, qui in Sabionensium Episcoporum Catalogo locum XXII. occupat. Erat *Sabiona* Civitas ad Eysocum fluvium, tunc nobilis, cujus nunc rudera inter Oenipontem & Bozanum conspiciuntur. Sedes Episcopalis *Brixinam* translata est a *Sancto Albuino*, cujus Episcopatus in annum millesimum incidit. Paruit primum *Sabiona* Patriarchæ Forojuliensi, sed deinde Metropoli Bajoariæ subdita fuit. *Vuisericus* fuit V. Episcopus Patawiensis; *Siodeberthus* seu Syntprecht tertius Ratisponensis: *Heres* idem est ac *Aribo*, Episcopus Frisingensis quartus; *Virgilius* quintus Episcopus Salisburgensis, *Manno* Navempurgensis Civitatis, idest Neoburgensis ad Danubium primus & ultimus Episcopus, ut prodit Bronneros lib. 5. Diœcesis magna Augustanæ Vindelicæ conjuncta est & inserta. Hæc de Episcopis hujus Concilii.

Hoc circiter anno *Sanctus Vuillehadus*, qui postea primus Bremensis Episcopus fuit, e Northumbria prædicandi Evangelii causa in Frisiam venit, ut colligitur ex ejus Vita a Sancto Anschario Bremensi Archiepiscopo literis mandata Sæculo nono, & a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. recitata. In ea enim cap. 1. dicitur, Willehadum, cum accepisset, *quod Fresones atque Saxones populi hactenus incredoli atque Pagani, relicta idolorum cultura,* X.

S. Vuillehadus Evangelium in Frisia prædicat.

fidei

Digitized by Google

* scelerum *rentur, tot * sceleris * quod commiserit*
*ante oculos Dei, & Angelorum * efficiatur,* * quot
& nihilominus cui fraudem fecerit, * reus
quasi proprium compos, debitum. Ut si quis in virtute conjunctus, a conjuge propria adulterina separatus fuerit, ejusque ex cognatione conjugit propter eamdem dimis-
* quis *sionem * qui eum persequi tentaverit, a proprio alienantur patrimonio.*

Ut nullus post tonsuram capillos usu populari nutrire præsumat, nec velata, relicto velo sæcularem habitum sumat, ut si quis, vel qui in hoc vitio reperti fuerint, aut corripiantur, aut excommunicentur. Hucusque ea, quæ reperiri potuerunt fragmenta Synodi.

Quod pertinet ad res Orientalis Ecclesiæ, Christiani populi degentes in Syria, XXX.
subditi Regi Sarracenorum Habdallæ, Qui Habdalla in
persecutionem passi sunt ea occasione, Christianos.
quod cum idem Rex Hierosolymam venisset religionis ergo, illic promulgavit edictum, quo juberentur Christiani omnes, atque Judæi inscribi manibus, quo a cæteris dignosci possent. Cujus rei causa factum est, ut complures Christianorum, cum eam ignominiam sustinere nullatenus vellent, ad Romanorum sese regiones transferrent, relictis bonis, quæ inter Arabes possiderent. Ista hoc anno Theophanes.

Qui

PAGIUS *fidei Catholicæ quodammodo jam cœpissent ambire ministeria*, accessisse ad Alchredum Regem Northanhumbrorum, & ab eo ad prædicta loca prædicandi Verbum Domini causa destinatum esse. Quare cum *Alchredus*, seu *Alredus* anno DCCLXV. regnare cœperit, annoque DCCLXXIV. Regno pulsus fuerit, adventus *Villehadi* in Frisiam hoc circiter tempore contigit. Neque enim audiendus Pseudo-Marcellinus, qui scribit, eum fuisse socium SS. Willibrordi & Suidberti, nec Adamus Bremensis Canonicus, qui Vitam ab Anchario scriptam in Epitomen redegit, & initium prædicationis S. Willehadi in Frisia desumit ab anno Martyrii Sancti Bonifacii; exordium enim Alredi Regis recte consignatum eum falsum esse demonstrat. Cum vero Ancharius cap. 7. asserat, Willehadum biennio fuisse inclusum *in Monasterio Afternaco*, quod Sanctus Willibrordus Benedictinis institutis informaverat, apparet eum eadem instituta professum esse. Venit itaque in Frisiam ad locum, ubi *Sanctus Bonifacius Episcopus jam olim Martyrio coronatus fuerat*, ad Oppidum nempe *Docken*, positum ad Burdinem amnem, ubi *plurimi Nobilium infantes suos ipsi ad erudiendum ibidem tradiderunt*, & *Gentilium quoque quamplurimam catervam verbo Sanctæ prædicationis instructam ibidem baptizavit*. Post hæc venit in *Drenterlant* qui locus hodie *Drente* dicitur, ubi etiam plurimi cœperunt *errores Gentilium odio habere, & Christianam quam profitebantur Religionem devota intentione venerari*. Quomodo postea Carolus Rex, *qui jam multoties in gente Saxonum elaboraverat*, *Villehadum* ad eos convertendos accersierit, suo loco dicemus.

Epistola *Alcuini* ad Hadrianum Papam a Baronio in Appendice ad hunc annum recitata, pertinet ad annum DCCXCIV. ut ibi ostendemus.

I. Legatio prima Hadriani ad Carolum Magnum. QUi sequens incipit annus Redemptoris septingentesimus septuagesimus tertius, Indictione notatur undecima, quo laborans Hadriannus Papa infestatione Desiderii Regis Longobardorum, legationem misit ad Carolum Regem Francorum, de qua hæc apud Anastasium Bibliothecarium leguntur: *Dum in magna angustia & tribulatione Hadrianus Papa consisteret ob Desiderium scilicet, Romanæ Ecclesiæ civitates invadentem, necessitate compulsus, direxit suos Missos marino itinere cum Apostolicis litteris ad excellentissimum Carolum, a Deo protectum, Regem Francorum, & Patricium Romanorum, deprecans ejus excellentiam, ut sicut ejus pater sanctæ memoriæ Pipinus, & ipse succurreret, ac subveniret sanctæ Dei Ecclesiæ, & afflictæ Romanorum, seu Exarchatus Ravennatium provinciæ, atque plenarias beati Petri justitias, & ablatas civitates ab eodem Desiderio Rege exigeret.* Sed & ipse perfidus Longobardorum Rex Legationem misit ad eumdem Carolum Regem, qua significaret, se cuncta, quæ ad Sedem Apostolicam pertinerent, reddidisse. Hæc idcirco, ut eum detineret, ne cum exercitu influeret in Italiam. Sed quæ interea in ipsam Romanam Ecclesiam idem Desiderius egerit, ab Anastasio sic accipe:

II. Conatus Desiderii in Hadrianum Pap. *Interea vero dum per nullam occasionis versutiam potuisset idem malignus Desiderius persuadere antefatum sanctissimum Pontificem ad se deducendum, ut antefati Carolomanni Regis filios ungeret; & ipsum almificum Pontificem a charitate, & dilectione sæpe fati Caroli Magni Regis separare voluisset: tunc cum pertinacia, & audacia egressus a suo palatio cum Aldegiso proprio filio, & exercitu Longobardorum, deferens secum & uxorem, & filios sæpe dicti quondam Carolomanni, necnon & Autcharium, qui ad eum (ut dictum est) fugam arripuerant, huc Romam properare nitebatur sine conscientia antedicti Pontificis, dirigens suos Missos, scilicet prænominatum Andream Referendarium, & alios duos cum suis Judicibus, ejus adventum denuntiantes. Quibus Romam pervenientibus, præsentatisque Apostolicis obtutibus, tale eis reddidit responsum: Quod nisi (ut jam ille promisit) reddiderit beato Petro civitates illas, quas sub meo tempore abstulit, & plenariam parti nostræ fecerit justitiam; nullo modo sit illi necesse fatigationem sumere: quia minime fieri potest, me prius cum illo præsentari.*

Suscipiens vero idem Desiderius hoc responsum, nequaquam exinde repedavit, sed versus Romam carpebat iter. Cujus jam adventum appropinquantem recognoscens sanctissimus ipse præcipuus Pastor; aggregans universum populum Tusciæ, & Campaniæ, & Ducatus Perusini, & aliquantos de civitatibus Pentapoleos, munivit hanc civitatem Romanam, omnesque parati erant, ut si ipse Rex advenirei, fortiter cum Dei auxilio, & beati Petri, fulti orationibus prædicti sanctissimi Præsulis, illi resistere. Tunc Ecclesias beatorum Petri & Pauli fecit exornare, hoc est ornamentis nudare *ejus sanctitas, & cuncta earum cymelia, & ornatus in hanc civitatem Romanam introduci, claudi faciens omnes januas Ecclesiæ beati Petri, & deintus ferris supponi, ac muniri jussit, ut si ipse protervus Rex sine licentia, & permissu Pontificis advenisset, minime ad dictam Ecclesiam facultatem introeundi haberet, nisi brachio, ad suæ animæ interitum, ipsas confringeret januas.* III.

Dumque hæc omnia disposuisset, extemplo facto in scriptis anathematis verbo, direxit eidem Desiderio Regi tres Episcopos, IV.

PAGIUS Sæc. VIII Anno Eræ Hisp. DCCCXI Anno Hegiræ CLVII. inchoato die 21. Novemb. fer. 2. A. C. 773. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6266.

☉ 26. C. ☽ 14. P. 28. April. Indict. 11.

JESU CHRISTI 773.

HADRIANI PAPÆ. 2.

CONSTANTINI COPRONYMI 54. & 33.

LEONIS IV. 23.

A Num. I. ad XIII. Bellum Longobardicum crebris in Italiam ad Papam & ad Langobardorum Regem Legationibus directis averti non potuit. Advenarunt hoc anno Legati Caroli Regis Romam, *Georgius Sanctissimus Episcopus, Gulfardus religiosus Abbas & Consiliarius, seu Albinus Deliciosus ipsius Regis inquirentes, si præfatus Longobardorum Rex sublatas Civitates, & omnes justitias Beati Petri reddidisset, sicut falso in Franciam dirigebat, asserens se omnia reddidisse. Et satisfacti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse,* inquit Anastasius apud Baronium num. V. qui integram ejus narrationem recitat. Episcopi *Georgii* Sedes ignoratur, *Gulfardus* seu *Vulfardus* Abbas Turonensi Monasterio S. Martini præerat, ut liquet ex secunda Appendice ad Continuationem Fredegarii. *Albinum* Andreas Duchesnius in Præfatione ad Opera Alcuini Abbatis a se publicata *Flaccum* cognomento *Alcuinum* interpretatur, cui favet Sigebertus in libro de Viris illustribus, qui tradit, Alcuinum Impe- *Bellum Longobardorum vitari non potuit.*

ra-

Excommunicatione Desiderius absterretur. *pos, id est, Eustratium Albanensem, Andream Prænestinum, & Theodosium Tiburtinæ civitatis, protestans eum in eodem obligationis, & execrationis verbo, & adjurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo fines Romanorum fine ejus absolutione ingredi, atque conculcare præsumeret neque ipse, neque quispiam Longobardorum, sed nec Autcharius Francus. Suscepto itaque eodem obligationis verbo per antefatos Episcopos ipse Longobardorum Rex: illico cum magna reverentia a civitate Viterbiense confusus, ad propria reversus est.*

Vidisti, Lector, grande miraculum, ut potuerit excommunicationis vis continere furentem Regem, ejusque, atque suorum impetum coercere, torrentemque exundantem, obice opposito, retrorsum convertere. Tanta erat etiam apud impios & injustos de excommunicationis sententia timor, quæ e Petri cathedra, velut Dei throno instar (a) fulminis, immitti solet magno tonitru.

(a) Apoc. 4.

Hic recitant alii quoddam edictum ejusdem Desiderii Regis de nomine Viterbiensis civitatis, & aliis, quæ cum nullatenus nobis probentur, libenter omittimus: multa enim habet, quæ non constant, nec constare possunt.

V. Quæ autem interea per Legatos, in Gallias a Pontifice missos ad Carolum Magnum, facta sint, dicamus. Etenim ubi idem Carolus missos Legatos a Romano Pontifice audivit: non statim de inferendo bellum Desiderio Regi consilium iniit, sed de legatione ad eum mittenda, quæ cognosceret, si quæ debebat Apostolicæ Sedi (ut per Legatos suos significaverat) reddidisset. Sed quid hac sua legatione Carolus egerit, Anastasius ita tradit: *Post hæc* (inquit) *conjunxerunt*, pervenerunt scilicet, *ad Sedem Apostolicam Missi sæpe dicti Caroli excellentissimi Regis Francorum, & Patricii Romanorum, id est, Georgius sanctissimus Episcopus, Gulfardus religiosus Abbas, & Consiliarius, seu Albinus deliciosus ipsius Regis inquirentes, si præfatus Longobardorum Rex sublatas civitates, & omnes justitias beati Petri reddidisset, sicut falso in Franciam dirigens, asserebat, se omnia reddidisse: & satisfacti sunt præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse.*

Secunda legatio Hadriani Pap. ad Carolum Magnum.

Quibus referens idem præcipuus Pontifex cuncta quæ gesta erant, eos in Franciam absolvit remeandos, dirigens cum eis suos Missos ad præfatum excellentissimum Francorum Regem cum Apostolicis admonitionum syllabis, adjurans eum fortiter, ut ea quæ beato Petro cum suo genitore sanctæ memoriæ Pipino Rege pollicitus est adimpleret, & redemptionem sanctæ Dei Ecclesiæ perficeret, sed universa, quæ ablata sunt a perfido Longobardorum Rege, tam civitates, quam reliquas justitias, sine certamine reddere B. Petro principi Apostolorum faceret.

VI. *Ipsi itaque Francorum Missi properantes cum Apostolicæ Sedis Missis, declinaverunt ad prænominatum Desiderium: qui & constanter eum deprecantes, adhortati sunt, sicut illis a suo Rege præceptum extitit, ut antefatas, quas abstulerat, civitates pacifice B. Petro redderet, & justitias parti Romanorum faceret. Sed minime quicquam eorum apud eum obtinere valuerunt, asserens se minime quicquam redditurum. Accepto itaque responso hoc reversi sunt ipsi antefati Missi, qui subtilius cuncta referentes, & de maligno proposito prænominati Regis Desiderii annuntiantes antefato excellentissimo & a Deo protecto Carolo Magno Regi: confestim idem mitissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum Rex direxit eidem Desiderio suos Missos, id est, deprecans; ut easdem, quas abstulerat, redderet civitates, & plenarias parti Romanorum faceret justitias, promittens insuper ei tribui quatuordecim millia aurei solidorum quantitatem in auro, & argento. Sed neque precationibus, neque muneribus ejus ferocissimum cor flectere valuit. Nihil enim obtinentes ipsi Missi Francorum, ad præfatum suum Christianissimum regressi sunt Regem.*

Desiderius durus & obstinatus.

VII. *Tunc aggregans is ipse a Deo protectus Carolus Magnus Rex universorum Regni sui Francorum exercituum multitudinem, atque ad occupandas Clausas aliquos ex suo exercitu dirigens; ipse quoque cum plurimis fortissimis bellatoribus Francis per montem Cinisium ad easdem appropinquavit Clausas; & remotus in finibus Francorum cum suis exercitibus resedit. Jam vero dictus Desiderius, &*

PAGIUS ratoris *Deliciosum* appellatum fuisse; quo etiam epitheto eum exornat in Chronico ad annum DCCXC. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. in Elogio Hist. Alcuini cap. 2. num. 26. hanc sententiam non improbabilem arbitratur: & Baronius in appendice ad annum DCCLXXII. hunc *Albinum* Legatum diversum ab *Alcuino* non fuisse etiam autumat. At in Vita Alcuini ab Auctore fere æquali scripta cap. 6. de Alcuino dicitur: *Jussus ab Eanbaldo Archiepiscopo* (nempe Eboracensi) *Successore Elcherti* (seu Alberti anno DCCLXXX. demortui) *ut sibi Pallium impetraret ab Apostolico, venit Romam. Cumque reverteretur accepto Pallio, habuit Regem Carolum Parma Civitate obvium. Quem magnis Rex alloquens suasionibus, & precibus postulavit, ut ad se post expletionem missatici in Franciam reverteretur. Noverat enim eum, quia olim a* Ma-

Digitized by Google

Deus Carolo instar Cyri præsto fuit.

universa exercituum Longobardorum multitudo ad resistendum fortiter, in ipsis Clausis assistebant, quas fabricis, & diversis materiis munire nisi sunt. Quis speraret umquam ejusmodi Clausas instar Thermophylarum, vel Caspiarum pottarum adeo munitas irrumpi potuisse per Francos, obice præsertim tanto Longobardorum exercitu? At nihil impossibile vel difficile illi, quem Deus exercituum antecedit. Carolo enim Christianissimo Francorum Regi, tamquam Cyro, Deus ad res arduas, magnasque viam semper aperuit, cum vindicem ipse egit Ecclesiæ, id illi præstans, quod fuerat eidem Cyro pollicitus, dicens (a): *Subiiciam ante faciem ejus gentes & dorsa Regum vertam, & aperiam coram eo januas & post non claudentur: Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo, portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.* Ita plane Deus ostia patefecit Alpina, adaperiens manu sua januas clausas. Illud etiam præstans, quod ait per Moysem: (b) *Nullus stabit contra vos, terrorem vestrum atque formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis.* Sed quomodo ista facta sint, ex eodem auctore Anastasio audiamus, qui ait:

(a) Isai. 45.

(b) Deut. 11.

VIII. Carolus Magnus iterum legatos mittit ad Desiderium Regem.

At vero qua hora prænominatus Christianissimus Francorum Rex ad easdem approximavit Clausas: illico suos denuo Missos ad præfatum direxit Desiderium, deprecans sicut pridem, ut quantitatem prædictorum solidorum susciperet Rex, & easdem pacifice redderet civitates: sed nequaquam penitus acquiescere voluit. Et dum in tanta duritia protervus ipse permaneret Desiderius Rex: cupiens antedictus Christianissimus Francorum Rex pacifice justitias B. Petri recipere, direxit eidem Longobardorum Regi, ut solummodo tres obsides Longobardorum Judicum filios illi tradidisset pro ipsis restituendis civitatibus, & continuo sine ulla inserta militia, aut commisso prælio ad propria cum suis Francorum exercitibus reverteretur. Sed neque sic valuit ejus malignam mentem flectere.

Unde omnipotens Deus conspiciens ipsius maligni Desiderii iniquam perfidiam, & intolerabilem protervam, dum vellent Franci alio die ad propria reverti, misit terrorem & validam trepidationem in cor ejus, atque filii ipsius Aldegisis scilicet, & universorum Longobardorum, & eadem nocte dimissis propriis tentoriis, atque omni supellectile, fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripuerunt. Quod cernentes exercitus Francorum persecuti sunt eos, & plures ex eis interfecerunt: ipse vero Desiderius quantocyus cum suis Judicibus, & multitudine Longobardorum se intra civitatem Ticinum recludi studuit. Et muniens muros ipsius civitatis ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam civitatem cum suis Longobardis se præparavit. Aldegisus vero ejus filius assumens secum Autcharium Francum, & uxorem, atque filios sæpe dicti Carolomanni, in civitatem, quæ Verona nuncupatur, pro eo, quod fortissima præ omnibus civitatibus Longobardorum esse videretur, ingressus est.

Fuga miraculosa Longobardorum.

IX.

*Porro Longobardi reliqui dispersi in proprias reversi sunt civitates. Nam Spoletini & Reatini, & aliquanti eorum nobiles personæ, antequam Desiderius, & Longobardorum ejus exercitus ad * Clausas pergerent, illi ad beatum Petrum confugium facientes, prædicto sanctissimo Hadriano Papæ sese tradidere, & in fida ipsius principis Apostolorum, atque prædicti sanctissimi Pontificis jurantes, more Romanorum, tonsurati sunt.* Erat hoc signum defectionis a Longobardis, cum quis more Longobardorum crines solutos habens, eosdem more Romano capillos attonderet. Pergit auctor:

* Clusas

Spoletini & Reatini sese dant Romanæ Ecclesiæ.

Etiam & reliqui omnes ex eodem Ducatu Spoletino inhianter desiderabant se tradere in servitium beati Petri, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, sed metuentes suum Regem, hoc nequaquam ausi sunt perpetrare. Unde dum a Clausis fugam arripuissent, omnibusque exinde de diversis civitatibus Ducatus Spoletini reversis, confestim generaliter ad almificum Pontificem confluentes advenere, ejusque provoluti pedibus, obnixe ter sanctam ipsius beatitudinem deprecati sunt, ut eos in servitium beati Petri, sanctæque ejus Romanæ Ecclesiæ susciperet, & more Romano tonsurari faceret.

X. Sponte populi se dant Romano Pontifici.

Quos suscipiens, profectus est cum eis in Ecclesiam beati Petri: & omnes unanimiter a magno usque ad parvum sub indiculo sacramenti jurejurando promisere eidem domno Apostolico in servitio ejusdem antedicti Vicarii ipsius sanctissimi Hadriani Papæ, atque omnium successorum ejus Pontificum fideliter permansuros cum filiis, & cuncta eorum generatione

PAGIUS

Magistro suo ad ipsum directus fuerat. Quare Alcuinus quidem ante annum DCCLXXXI. quo Romam ab Eanbaldo missus est ab Alberto hujus Decessore ac ipsiusmet Magistro, venerat in Franciam, sed ibi moram non fecerat, multoque minus Legatione a Carolo Rege cohonestatus fuerat. Primus itaque Alcuini accessus in Franciam, quo a Carolo vocabatur, contigit anno DCCLXXXII. ut ibidem ostendemus. Baronius in Appendice ad annum DCCLXXII. refert *Alcuini* Epistolam ad Hadrianum Papam datam, quæ inter ejus Epistolas ordine est XXXVI. Ea se ejus orationibus commendat, significatque *Carolum* Regem

neratione. Tunc post præstitam sacramentum, omnes more Romanorum tonsurati sunt. Et confestim ipse ter beatissimus bonus Pastor & Pater cum omnibus exultans, constituit eis Ducem, quem ipsi propria voluntate tunc sibi elegerunt, scilicet Gildebrandum nobilissimum, qui prius cum reliquis ad Apostolicam Sedem confugium fecerat, & ita Deo annuente, prædictum Ducatum Spoletinum, generaliter sine certamine idem præcipuus Pontifex, sub jure, & potestate beati Petri subjugavit. Sed & omnes habitatores tam Ducatus Firmani, & Anconitani, simulque & de castello Fulginatis, & ipsi dum a *Clusis fugientes reversi sunt, ad præfatum sanctissimum Pontificem concurrentes, ejus ter se beatitudini tradiderunt. Præstitoque sacramento, in fide & servitia beati Petri, atque ejus Vicarii antefati almifici Hadriani, successorumque ejus Pontificum fideliter permansuros, more Romanorum tonsurati sunt.*

* Felicitatis * Clusia.

XI. Carolus potitur civitatibus Transpadanis.

At vero sæpe fatus Christianissimus Carolus Francorum Rex movens se cum suis generalibus exercitibus, atque ad Papiam perveniens civitatem, eam ex omni parte circumdans vallavit, dirigensque continuo in Franciam, ibidem apud Papiam adduci fecit suam conjugem excellentissimam Hildegardam Reginam, & nobilissimos filios. Et dum cognovisset fugam aripuisse Veronam prænominatum Aldegisum, relinquens plurimam partem ex suis exercitibus Papiæ: ipse quoque cum aliquantis fortissimis Francis, in eamdem Veronam properavit civitatem: & dum illuc pervenisset, protinus Autcharius, & uxor, & filii prænominati Carolomanni propria voluntate eidem benignissimo Carolo Regi se tradidere: eosque recipiens ejus excellentiam, continuo repedavit Papiam, idemque confestim dirigens cuneos exercituum bellatorum, comprehendit diversas civitates Longobardorum ultra Padum constitutas, suæque redegit potestati. Hactenus res anni hujus, & sequentis usque ad Paschale tempus, quo idem Carolus Magnus, relicto exercitu in obsidione Papiæ, Romam profectus est. Dum vero ait Anastasius, a tempore obsidionis usque ad adventum in Urbem intercessisse sex mensium spacium, plane significat ad finem Octobris mensis contigisse adventum ejusdem Caroli in Italiam.

XII. Res gestæ summatim collectæ.

Habes ex his plura, Lector, quibus suppleas jejunos admodum Francorum Annales: & quæ summatim nimis perstringuntur in vita ipsius Caroli Magni, ubi pauca tantum de his omnibus narrata invenies verbis istis: *Inde ex Arestalleo perrexit ad hiemandum in Theodonis Villa; ibi venit ad eum Missus domni Apostolici Hadriani Petrus per mare Arelatum, & inde per terram. Et invitavit gloriosum Regem, & Francos ejus pro divino servitio, & justitia S. Petri, contra Desiderium Regem, & Longobardos. Et ideo maritime venit, quod Romanis clausæ fuerant viæ a Longobardis. Et præcellentissimus Rex sumpto consilio una cum Francis quid ageret promisit, se auxilium Romanis præbiturum. Tenuit cum Francis generaliter Synodum in * Geneva civitate, ibique exercitum dividens, perrexit ipse per montem Cinisium: misitque Bernardum avunculum suum per montem Jovem cum aliis ejus fidelibus: & tunc ambo exercitus ad Clausas se conjunxerunt. At Desiderius Rex obviam venit domno Carolo Regi. Domnus vero Carolus una cum Francis castrametatus est ad easdem Clausas, misitque scaras suas per montana. Hoc sentiens Desiderius, Clausas reliquit & domnus Rex Carolus una cum Francis, auxiliante Domino, & intercedente B. Petro, sine læsione, vel aliqua conturbatione, Clausis apertis, Italiam intravit, & Papiam usque pervenit.* Et inferius: *Domnus vero Carolus Rex, obsessa Papia, Desiderium Regem ibi inclusit, & ibi Natale Domini celebravit, & Pascha Roma.* Hæc ibi. Sed quæ interim acciderint, dum in hac esset expeditio-

* Geneva Gebenna

PAGIUS

gem ad eum Angilbertum Legatum mittere; sed Epistola illa non est gratulatoria, aut initio Pontificatus Hadriani scripta, ut *ex ejus* lectione apparet, eaque Angilberti Legatio anno DCCXCIV. obita, ut ibidem videbimus. Plures vero fuisse Albinos, certum est.

II. *Carolus Rex Ticinum longa obsidione premit.*

Caroli Regis Legatos in Franciam redeuntes, comitati sunt Apostolici Nuncii, qui *eum* eidem Regi significassent quæ gesta fuissent a *Desiderio*, statim misit ad eundem Legatos, *deprecans ut easdem, quas abstulerat, pacifice redderet Civitates, & plenarias parti Romanorum faceret justitias*, inquit Anastasius, qui addit, Carolum, cum nihil a Desiderio obtinere posset, *universam Regni sui Francorum exercituum multitudinem ad occupandas clusas ex eodem suo exercitu* direxisse. Desiderius fugam capiens Ticinum venit, & ad eam Civitatem defendendam, se se præparavit. *Adalgisus* vero ejus filius Veronam præ omnibus Civitatibus Longobardorum fortissimam tuendam suscepit. Venit *Carolus* Ticinum seu Papiam omni ex parte vallavit, cumque Veronam properasset, postquam Aldegisus ex ea aufugisset, eam suæ potestatis fecit, & *continuo repedavit Papiam. Et dum per sex mensium spatium ipse Francorum Rex Papia demoraretur in obsessione ipsius Civitatis magnum desiderium habens ad limina Apostolorum properandi, Romam per Tusciæ partes properavit, ita festinanter adveniens, ut in ipso Sabbato Sancto se liminibus præsentaret Apostolicis*, Pascha anno sequenti die III. mensis Aprilis celebratum, ideoque Ticinensis obsidio currenti circa mensem Octobrem inchoata, ut recte notavit Baro-

ne Carolus, his verbis ibi narrantur:

XIII. *Et dum pro defensione sanctæ Romanæ Ecclesiæ Carolus ibi intenderet: dimissa Marca, & contra Saxones nulla fœderatione suscepta, ipsi Saxones cum magno exercitu exierunt super confinia Francorum, perveniuntque ad castrum, quod dicitur Barsburg. Confiniales vero hac de causa soliciti, castellum ingrediuntur, & defendunt. Gens autem Saxonum cum sæviret de foris, & incendio cuncta cremaret, venit ad quandam basilicam in loco, qui dicitur* * *Friedissar, quam sanctæ memoriæ Bonifacius Martyr consecraverat, & per spiritum prophetiæ prædixerat, quod numquam incendio cremaretur.*

* Fritzlar vel Fursslar

Et cœperunt Saxones cum nimia intentione adversus eamdem certare basilicam, quemadmodum eam quolibet ingenio cremare potuissent. Dum hæc agerentur, apparuerunt quibusdam Christianis qui erant in castello, similiter & quibusdam Paganis, qui in ipso aderant exercitu duo juvenes in albis, qui ipsam basilicam ab igne protegebant; & propterea ibidem non potuerunt neque interius, neque exterius ignem accendere, nec aliquod damnum inferre basilicæ, sed nutu divinæ Majestatis pavore perterriti in fugam Saxones frustra laborant Ecclesiam incendere.

PAGIUS ronius num. XV. Annalista Metensis de ista Ticini obsidione ait: *Desiderio incluso, ipsam Civitatem Rex obsedit, ibique in ipsa castra Dominus Rex Natalem Domini celebravit.* In Exceptis Chronici S. Vincentii de Wulturno apud Duchesnium Tom. III. Script. Franc. pag. 693. mensis quo Carolus Papiam adventavit his verbis notatur: *Super Papiam Rex advenit tempore Adriani Papæ mense Junio.*

III. *Annus II. belli Saxonici.* Ad num. XIII. Est hic secundus annus belli *Saxonici* a Baronio ex Eginhardo in Annalibus accurate recitati. Post victoriam de Saxonibus anno superiori reportatam S. *Lebuinus*, seu *Liafwinus* mox Daventriam reversus est, &, ut testatur Altfridus in Vita S. Liudgeri, *reædificavit Ecclesiam, quæ fuerat combusta* (sc. a Saxonibus) *& more solito non cessabat documenta salutis impendere gregi, quoadusque Pastori Summo dilectam redderet animam, & defunctus in eadem est Ecclesia sepultus.* Idem refert Hucbaldus Monachus in S. Lebuini Vita, atque ejus mortem contigisse *pridie Idus mensis Novembris.* Addit Altfridus: *Iterum impii Saxones vastaverunt locum illum* (nempe Daventriam ad Isalam fluvium positam) *& succenderunt Ecclesiam, corpusque ejus per tres dies quæsierant, nec invenire potuerunt.* Vivebat tunc *Sanctus Gregorius* Abbas & Rector Ultraiectensis, qui anno DCCLXXVI. mortalitatem explevit, ideoque tam Lebuini mors, quam ejus Ecclesiæ combustio ante illum Christi annum contigere. Baronius qui non animadverterat Acta *Sancti Suidberti* supposita fuisse a Pseudo-Marcellino, anno DCXC. num. VIII. numerat eum inter socios S. *Suidberti*, annoque DCXCVII. num. IX. ex eodem refert *Lebuinum* eo anno Martyrio prope Gandavum coronatum fuisse. Verum impostor iste *Lebuinum* Patronum Daventriæ confundit cum *Livino* Gandavensium Patrono, qui Scotia propinquisque relictis Gandavum venit & copiosam hominum multitudinem ad Christi fidem convertit, ac tandem tertio milliario a Gandavo obtruncatus est anno sexcentesimo quinquagesimo primo, qui tricesimus nonus fuit ante Willibrordi in Franciam adventum, ut eo anno ostendit Cointius. Certe vetus Auctor Vitæ Sancti Liudgeri a Browero sub Othelgrini nomine publicatus, ait: *Venit & alius homo Sanctus Liafwinus nomine, ex Anglorum gente, Domino vocante, adductus, petiitque a Gregorio* (Rectore Ultrajectensi) *demonstrari sibi locum divinitus commendatum. Gavisus ille de Divina Clementia direxit eum in confinium Francorum & Saxonum, juxta fluvium Isalum ad locum, qui dicitur Daventre dans ei comitem & cooperatorem Verbi Dei fervum Domini Marchellum, & ipsum ex Anglorum gente a Sancto Vuillibrordo a pueritia enutritum.* Quod etiam diserte tradit Altfridus in Vita ejusdem Sancti Liudgeri. Sub nomine hujus Marchelli, seu Marcellini pueri sanctis moribus imbuti Pseudo-Marcellinus Acta S. Suidberti commentus est, ut jam suo loco insinuavimus. Loquitur etiam Baronius de S. *Lebuino* anno DCCLXXVIII. num. XI. sed ex Actis fabulosis, ut ibidem videbimus.

Ad hunc usque annum *Sanctus Liudgerus* studiorum causa Eboraci commoratus est annis tribus & mensibus sex, indeque relicto Alcuino suo Præceptore in Anglia Ultraiectum ad S. Gregorium Abbatem rediit, ut Altfridus in Vita S. Liudgeri literis mandavit: *Gregorius & parentes ejusdem Liudgeri quandoque precibus victi, direxerunt eum ad præfatum Magistrum Eboraica Civitate Anglorum præbentes quæ illi opus erant in via, quem Magister illustris Alchuinus cum magno suscepit honore. Susceptus itaque Liudgerus, erat consueta more omnibus charus, eo quod esset ornatus moribus bonis, & studiis Sanctis, & mansit ibi annis tribus & mensibus sex proficiens in doctrina studia. Paulo post: directus itaque Liudgerus prospero cursu pervenit ad patriam suam bene instructus, habens secum copiam librorum, eratque patri Gregorio & cæteris tanto dignior & acceptior, quanto fuit & in Monasticis eruditionibus illustrior. Diaconus vero, qui venerat cum eo, juxta dispositionem Magistri Alchuini auctus benedictionibus perrexit Romam, iterum reversurus, qui etiam post ea cum Alchuino venit in Galliam in ordine Presbyterii.* Isto Altfridi loco utitur Cointius hoc anno, num. XV. ut ostendat, *Albinum* illum, quem Carolus Rex hoc anno Legatum ad Hadrianum Papam misit, diversum esse ab Albino, Alcuino etiam appellato; cum is in Anglia remanserit, quando Sanctus Liudgerus hoc anno in patriam suam rediit; Sed validiori argumento id mox demonstravimus. IV. *S. Liudgerus discipulus fuit Alcuini.*

Miraculis *Sancti Rudberti* Episcopi Salzburgensis in Baioaria crebrescentibus, *anno Incarnationis Domini DCCLXVII.* ut legitur apud Anonymum, quem Henricus Canisius Tom. VI. publicavit. *Virgilius Episcopus cœpit ædificare Ecclesiam miræ magnitudinis apud Saltzburg, Indict. VII. Anno* vero *DCCLXXIII. dedicata est primo Ecclesia Sancti Rudberti a S. Virgilio Episcopo anno XXVI. Regni Tassilonis Ducis. Eodem anno transtulit idem Episcopus Sanctum Rudbertum, & duos ejus Capellanos B. Kunialdum atque Gisilarium, nempe VIII. Kalend. Octob. qua dies Officii Dedicationis Ecclesiæ in tantum occupata est, ut huic celebrationi ejus plene nequeat deservire,* V. *Translatio reliquiarum S. Rudberti, & Sedis Saltzburgensis.*

gam conversi sunt, nemine persequente. Inventus est autem postea unus ex iisdem Saxonibus mortuus juxta ipsum basilicam genibus curvis, acclivus supra pedes, habens ignem, & ligna in manibus, velut ore flando eamdem basilicam igni tradere voluisset. Hæc ibi, quibus divina providentia eluxit, quæ super res Catoli invigilaret, dum ipse quæ Dei sunt ageret. Qui igitur anno superiori, dum idoli templum sterneretur, aquam insperatam diviniţus dedit, hoc anno vim ignis, ne incenderetur sancta Ecclesia, impedivit, ubique mirabilis Deus in omnibus operibus suis.

Sep.

PAGIUS re. Sed loco *Indict.* VII. reponenda *Indict. V.* Electus est dies XXIV. Septemb. ad hanc Translationem faciendam, quia licet in eam feria sexta incideret, solemnis tamen erat ob Dedicationem illius Ecclesiæ. Cum Sanctorum pignoribus translata quoque Sedes Episcopalis. *Virgilius* enim ex Antecessorum more Pontificalem Cathedram habuit in Monasterio Sancti Petri, sed illam hoc anno transtulit in Ecclesiam a se conditam, cui nomen inditum *Sancti Rudperti*. Curam hactenus Cleri, Monachorumque simul gesserat, utroque, cum Episcopi, tum Abbatis, titulo gavisus. Sede autem Episcopali in novam Sancti Rudperti Basilicam translata, munus Abbatiale transmisit in *Bertricum*, ut prodit Hundius in Episc. Salitzburg. Cointius, qui hoc anno num. XXIV. de ista Translatione verba facit, dicit *Rudpertum* quievisse in Ecclesia S. Petri per annos CL. quia sc. existimavit, mortem ejus contigisse anno DCXXIII. Verum eam pertinere ad annum DCCXVIII. suo loco demonstravimus, & vulgarem illam opinionem amplius defendi non posse ostendimus.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS	HADRIANI PAP. ANNUS	CONST. COPRON. IMP. ANNUS
774.	3.	34.

I. Septingentesimus septuagesimus quartus duodecima Indictione annus felicissimus Romanæ illuxit Ecclesiæ, quo penitus liberatur a durissimo jugo & dirissimo sceptro Regum Longobardorum, quibus diu multumque afflictata mœruerat, ut illud propheticum ei fuerit occinendum (a): *Consurge, consurge: induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Hierusalem civitas Sancta. Jugum enim oneris ejus & virgam humeri ejus, & sceptrum exactoris ejus, superasti sicut in die Madian.* Cum contra hostes tuos absque exercitu tuo pugnaverit Dominus, & dissipaverit inimicos tuos. Sed quomodo ista se habuerint, quæ collecta sunt ab Anastasio, scripta vero ab hujus temporis scriptore demonstrant, quæ sic se habent:

(a) Isai. 52.

II. Carolus Magnus Romam venit.

Dum per sex mensium spatium Carolus Magnus apud Papiam demoraretur in obsidione ipsius civitatis: magnum desiderium habens ad Limina Apostolorum properandi, considerans quod & sacratissimum Pascha appropinquasset: tum tollens secum diversos Episcopos, Abbates etiam & Judices, Duces, & Graphiones cum plurimis exercitibus, huc Romam per partes Tusciæ properavit; ita festinans, & adveniens, ut in ipso Sabbato sancto se Liminibus præsentaret Apostolicis. Cujus adventum audiens antedictus beatissimus Hadrianus Papa, quod sic repente ipse Francorum advenerit Rex in magnum stuporem, & extasim deductus, direxit in ejus occursum universos Judices ad fere triginta milliaria ab hac Romana Urbe in locum, qui vocatur, Novas, ubi eum cum bandoris, sive bandis, hodie bandera dicta, militari signo, susceperunt. Et dum appropinquaret uno fere milliario a Romana Urbe direxit universas scholas militiæ una cum patronis, simulque & pueris, qui ad discendas litteras pergebant, portantes omnes ramos olivarum, laudesque omnes canentes, cum acclamationum earumdem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt Regem; obviam illi ejus sanctitas dirigens venerandas Cruces, id est, signa (sicut mos est) Exarchorum, aut Patriciorum Romanorum.

III. Pedestris Carolus venit ad S. Petrum.

Qua hora easdem sanctissimas Cruces, ac signa sibi obviam advenisse conspexit, descendens de equo, in quo sedebat, ita cum suis Judicibus ad beatum Petrum pedestris properare studuit. Quum quidem antedictus almificus Pontifex diluculo surgens in eodem Sabbato sancto, cum universo clero, & populo Romano ad beatum Petrum properavit ad suscipiendum eumdem Francorum Regem, & in gradibus ipsius Apostolicæ aulæ cum eum clero suo præstolatus est. Conjungente vero eodem excellentissimo, ac benignissimo Carolo Rege, omnes gradus sigillatim ejusdem sanctissimæ beati Petri Ecclesiæ deosculatus est: & ita ad prænominatum pervenit Pontificem, ubi in atrio super gradus juxta fores Ecclesiæ adsistebat; eoque suscepto, mutuoque se amplectentibus, tenuit idem Christianissimus Carolus Rex dexteram manum antedicti Pontificis, & ita in eamdem venerabilem aulam B. Petri Principis Apostolorum ingressi sunt, laudem Deo, & ejus excellentiæ decantan-

Quid in ingressu basilicæ Carolus fecerit.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXII. Anno Hegiræ CLVIII. inchoato die 10. Novemb. fer. 5. A. C. 774.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6267.

☉ 27. B, ☽ 15. P, 3. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 774.

HADRIANI PAPÆ 3.

CONSTANTINI COPRONYMI 33. & 34.

LEONIS IV. 24.

I. Prima profectio Romana Caroli.

Anum. I. ad X. *Carolus* votorum solvendorum ac fundendæ orationis causa Romam quater tantum profectus est, ut tradit Eginhardus in ejus Vita, hoc videlicet anno, iterum anno DCCLXXXI. deinde an. DCCLXXXVII. denique anno octingentesimo, ut suis locis videbimus. Hoc anno illuc adventavit *Sabbato Sancto*, ut docet Anastasius, cujus integram narrationem Baronius exhibet. *Quarta feria* Adrianus Papa paterno affectu Carolum Regem adhortatus est, ut *adimpleret in omnibus ipsam promissionem, qua in Francia in loco, qui vocatur Carisiacus, factu est*, ipseque Carolus *aliam Donationis promissionem, ad instar anterioris*, scribi jussit *per designationem confinium*, inquit Anastasius, *a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Vercето, deinde in Parma, deinde in Rhegio, & exinde in Mantua, atque monte Silicis, simulque & universum Exarchatum Ravennatium, sicut antiquitus erat, atque Provincias Venetiarum, & Histriam, nec non & cunctum Ducatum Spoletinum & Beneventanum*. Constat vero ex Epistolis Hadriani Papæ, *Carolum* Civitatibus ac Provinciis, quas Pippinus pater Apostolicæ Sedi concesserat, plurimas addidisse, sed hæc nec omnes simul, nec hoc anno datæ sunt. Currenti enim anno Donationi a Pippino patre factæ superaddidit *Ducatum* duntaxat *Spoletanum*, de quo Hadrianus Pontifex meminit in Epistolis ante annum DCCLXXXI. Carolo directis, ut videre est in Codice Carolino. Neque enim sermonem ullum habet præterea nisi de Pentapoli & Exarchatu Ravennatensi, seu de Donatione a Pippino patre facta, & de patrimoniis Sabinensi, atque aliis in Corsica, in partibus Tusciæ, Spoleti, ac Beneventi, & in territorio Neapolitano, quæ quidem

Digitized by Google

tantes, universus clerus, & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce acclamantes: Benedictus qui venit in nomine Domini, &c.

Insignis pietas Caroli M. *Sicque cum eodem Pontifice ipse Francorum Rex, simulque omnes Episcopi, Abbates, & Judices, & universi Franci, qui cum eo advenerant, ad Confessionem beati Petri appropinquantes, sese que proni ibidem prosternentes, Domino nostro omnipotenti, & eidem Apostolorum principi propria reddidere vota, glorificantes divinam potentiam in eo, quod talem eis per interventionem suffragii ejusdem principis Apostolorum concedere jussit victoriam. Expleta vero eadem oratione, obnixe deprecatus est idem Francorum Rex antedictum almificum Pontificem, sibi licentiam tribui Romam ingrediendi ad sua orationum vota, per diversas Dei Ecclesias persolvenda. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri tam ipse sanctissimus Papa, quamque antefatus excellentissimus Francorum Rex cum Judicibus Romanorum, & Francorum, sese que mutuo per sacramentum munientibus, ingressus est Romam continuo cum eodem Pontifice ipse Francorum Rex cum suis Judicibus, & populo. In eodem Sabbato sancto in basilicam Salvatoris juxta Lateranas pariter sunt ingressi. Ibidem ipse excellentissimus Rex mansit cum omnibus suis quousque sancti baptismatis sacramentum antedictus ter beatissimus Pontifex celebravit: & ita postmodum ad beatum Petrum ipse excellentissimus repedavit Rex.*

V. * Dominico. Res gestæ Caroli Romæ. *Altera vero die, illucescente * Domini sancto, in ipsa sanctissima Paschali festivitate direxit diluculo ipse sanctissimus Præsul cunctos Judices, & universa obsequia militiæ ad eumdem Regem, qui cum magno honore eum suscipientes, ad Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis ad præsepe properarunt cum omnibus, qui cum eo advenerant Francis, ibique Missarum solemnibus celebratis, perrexit idem Rex cum prænominato Pontifice in Lateranense Patriarchium; illicque ad mensam Apostolicam pariter epulati sunt.*

Alia vero die secunda feria simili modo in Ecclesia beati Petri more solito ipse conspicuus Pater, & egregius Pontifex Missarum solemnia celebrans, Deo omnipotenti, & præfato Carolo excellentissimo Re-

PAGIUS dem patrimonia, et diserte de Sabinensi legitur in Epistola LXIX. Cod. Carol. *pro luminariorum concinnationibus atque alimoniis pauperum*, concessa fuerant, ut pluribus probat Cointius hoc anno num. VI. & seqq. [1]

II. *Carolus cum laudibus Romæ susceptus.* Anastasius quam honorifice Carolus Romæ susceptus fuerit, his verbis narrat: *Cujus adventum audiens Beatissimus Hadrianus Papa, quod sic repente ipse Francorum advenisset Rex, in magno stupore & extasi deductus, direxit in ejus occursum universos Judices ad fere triginta millia ab hac Romana Urbe in locum, qui vocatur Novas, ubi eum cum bandora* (id est cum vexillo) *susceperunt. Et dum appropinquasset fere unius milliare a Roma Urbe, direxit universas scholas militiæ una cum patronis, simulque & pueris, qui ad discendas literas pergebant, deportantes omnes ramos palmarum atque olivarum, laudesque omnes canentes, cum acclamationi earundem laudum vocibus ipsum Francorum susceperunt Regem; obvium illi ejus Sanctitas direxit venerandas Cruces, idest, signa, sicut mos est ad Exarchum aut Patricium suscipiendum, eum cum ingenti honore suscipi fecit.* Dum Romæ Carolus esset, *secunda feria* (Paschatis scilicet) *simili modo in Ecclesia Beati Petri more solito, ipse conspicuus Pater & egregius Pontifex Missarum solemnia celebrans*, Deo Omnipotenti *& præfato Carolo excellentissimo Regi Francorum & Patricio Romanorum*, LAUDES *reddere fecit*. Quando Imperatores Romani creabantur, imagines eorum in Provincias deferebantur, ac in celebrioribus ceremoniis, illorum *Laudes* magna populorum lætitia acclamabantur: quod innumeris exemplis ostendi posset. Paulus Diaconus lib. 3. de Gest. Langobard. cap. 15. de inauguratione Mauricii loquens ait: *Mauricius indutus purpura, redimitus Diademate ad Circum*

NOTÆ [1] Hic vides a Pagio *Caroli* M. donationem, prout ab Anastasio in Vita Hadriani I. per designationem confinium describitur, recenseri, nec in mentem ei venisse, *ut de* sublesta fide dubitaret. Hinc mirari certe licet, esse inventus sit unus, qui hunc Anastasii locum, interpolatum fuisse, aperte scripserit: *quum donationi tam ampla ac magnifica* (ejus verba sunt) *quæ omnem fere Italiam complexa fuisset, adversentur Historia, & monumenta quoque veteris ævi. Prodiisse autem commentum istud sæculo tantum undecimo, justa suspicandi ratio est: tunc enim Normannis consentientibus, Romani Pontifices jus sibi quæsierant in Beneventanum Ducatum, qui postea evasit regnum Neapolitanum.* Hæc ille audacter, & fidenter. At hic idem Anastasium Bibliothecarium, Mediolani edendum an. 1725. cum aliis codicibus collatum curavit, & hunc locum edidit, nihil falsi, aut commentitii in eo suspicatus. Editiones omnes Anastasii, quotquot hactenus prodierunt, ita habent. His adde Hadriani vitam, quæ in Cod. Reginæ Svecorum alias 545. nunc 1964. sæculo X. ut ex specimine characteris conspicitur, exarato habetur, ubi pag. 84. diserte hæc leguntur: *Idest a Lunis cum Insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, idest in Vercete, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, atque Monte silicis simulque & universum Exarchatum Ravennatium sicut antiquitus erat, atque Provincias Venetiarum & Istria, nec non & cunctum Ducatum Spolitanum, seu Beneventanum. Factaque eadem donatione, & propria sua manu &c.* Adde quod hæc eadem verba leguntur in Donatione *Ottonis* I. Imperatoris, cujus autographum in arce S. Angeli adhuc asservatur. Quonam igitur pacto hæc ad figmenta sæculi XI. amandari possunt? De Beneventano Ducatu Apostolicæ Sedi collato, vide, quæ ad an. 787. adnotabimus. GEORGIUS

Regi Francorum, & Patricio Romanorum laudes reddere fecit. Tertia vero die (juxta ut mos est,) in Ecclesia beati Pauli Apostoli Missas eidem Regi fecit.

At vero quarta feria prænominatus Pontifex cum suis Judicibus tam cleri, quam militiæ in Ecclesia beati Petri Apostoli pariter cum eodem Rege ad colloquendum se conjungens, constanter eum deprecatus est, atque admonuit, & paterno affectu adhortari studuit, ut promissionem illam, quam ejus sanctæ memoriæ genitor Pipinus Rex, & ipse præcellentissimus Carolus cum suo germano Carolomanno una cum omnibus Judicibus Francorum fecerat beato Petro, & ejus Vicario sanctæ memoriæ domno Stephano juniori Papæ quando in Franciam perrexit pro concedendis diversis civitatibus, ac territoriis istius Italiæ provinciæ, & contradendis beato Petro ei, & omnibus Vicariis in perpetuum possidendis, adimpleret in omnibus.

VI. Veterem donationem confirmat & novam auget. *Cumque ipsam promissionem, quæ in Francia in loco, qui vocatur Carisiacus, facta est, idem excellentissimus Rex Carolus sibi legi fecisset: complacuit illi, & ejus Judicibus omnia, quæ ibi erant adnexa confirmare. Et propria voluntate, bono, ac libenti animo aliam donationis promissionem ad instar anterioris ipse antedictus excellentissimus, & revera Christianissimus Carolus Francorum Rex conscribi jussit per Etherium religiosum, ac prudentissimum Capellanum, & Notarium suum, ubi concessit easdem civitates, & territaria beato Petro, atque præfato Pontifici, atque spopondit per desig*nationem confinium, id est, a Lunis cum insula Corsica, deinde in Suriano, deinde in monte Bardone, inde in Verceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, & ponte Silicis, simulque universum Exarchatum Ravennatium, sicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum & Istriæ, necnon cunctum Ducatum Spoletinum, & Beneventanum, factaque eadem donatione, eam propria sua manu ipse Christianissimus Francorum Rex corroborans, universos Episcopos, Abbates, Judices, etiam & Graphiones in ea subscribere fecit. Quam prius super altare beati Petri, & postmodum intus in sancta ejus Confessione ponentes, tam ipse Francorum Rex, quam ejus Judices beato Petro, & ejus Vicario sanctissimo Hadriano Papæ sub terribili sacramento se omnia conservaturos, quæ in eadem donatione continerentur, promittentes, tradidere, * apparem ipsius donationis per eumdem Etherium describi faciens ipse Christianissimus Rex Francorum, intus super corpus beati Petri subtus Evangelia, quæ ibidem sunt, est osculatus, pro firmissima cautela, & æterna nominis sui, ac Regni Francorum memoria, propriis suis manibus posuit: aliaque ejusdem donationis exempla per Scriniarium hujus sanctæ nostræ memoratæ Ecclesiæ descripta, ejus excellentia secum deportavit.* ☞ Quæ autem attulit Carolus egregia munera sancto Petro, Hadrianus Papa obtulit, in quorum memoriam hæc confecta sunt epigrammata:

* hoc est exemplar

CÆ-

PAGIUS *cum processit, acclamatisque sibi* Laudibus, *largitus populo munera, primus ex Græcorum genere in Imperio confirmatus est.* Quibus conceptis verbis laudes illæ acclamarentur, indicatur initio libri XI. Epistolarum Gregorii M. *Venit Iconu supradictorum Phoca & Leontiæ Augustorum Romam VII. Kalendis Maii, & acclamatum est eis in Laterano in Basilica Julii ab omni Clero & Senatu:* EXAUDI CHRISTE, PHOCÆ AUGUSTO ET LEONTIÆ AUGUSTÆ VITA. *Tunc jussit ipsam Iconam Dominus Beatissimus & Apostolicus Gregorius Papa reponi in Oratorio Sancti Cæsarii Martyris intra Palatium.* Erant itaque *laudes* istæ, victoriæ vel vitæ diuturnioris adprecationes. Legendum Glossarium Ducangii in voce *Laudes*.

III. *Laudum usus hactenus continuatus.* Joannes Lucius in Historia Dalmatiæ & Croatiæ lib. 2. cap. 6. observat, earumdem laudum usum in insulis Jonii, quæ Imperio Orientali paruere, continuatum esse, sicuti & in Dalmaticis Civitatibus, quæ Orientale Imperium agnoscebant; quod probat ex Dandulo in Chronico, qui ait, *Duci Venetorum advenienti* Auseri in solemnitate Pentecostes laudes cantatas, & Episcopos Jadræ existentes promisisse *feriatis diebus, quibus laudis pompam in Ecclesia depromere solebant, istius Principis nomen post Imp. laudis præconiis glorificarent.* Subdit Lucius, etiamnum Traguri, ubi ipse natus, has *laudes* inter Missæ solemnia a duobus ex Canonicis Umbonem ascendentibus, Choro loco populi respondente, acclamari, sed loco Imperatoris Summi Pontificis nomen professi. Quibus verbis illa acclamatio nunc constet, ibidem refert. Imo in Ordine Romano XIII. a Mabillonio Tom. II. Musæi Italici publicato, seu in Cæremoniali Romano jussu Gregorii X. edito num. VII. legitur, post creationem Romani Pontificis in Missa, quæ coram eodem canitur, ante Epistolam ejus laudes eodem fere modo acclamari, ac Traguri factum diximus: Ipse prior Diaconus incipit LAU-
„ DEM sic alta voce, tamen quasi legendo,
„ *Exaudi Christe*: & Judices & Scriniarii proce-
„ dent similiter in cantu quasi legendo, *Do-*
„ *mino nostro Papa a Deo decreto Summo Pon-*
„ *tifici & Universali Papæ Vita*. Item idem prior
„ dicit secundo, *Exaudi Christe*; & Judices &
„ Scriniarii antiphonam ut prius: & sic facit tertio. Idem prior dicit, *Salvator mundi*; & Judices & Scriniarii antiphonam, *Tu illum adjuva*, & cætera, quæ in eo Ceremoniali legi possunt.

Cum similibus igitur Laudum acclamationibus Romæ susceptus *Carolus*, tanquam Patricius ac Defensor Ecclesiæ Romanæ quemadmodum & anno DCCC. quando quartum Romam profectus est, ut accurate narravit Anastasius in Vita Leonis III. In Appendice Antiquarum Lectionum pag. 1263. extat insignis inscri- IV. *Vexillum S. Petri ad Carolum missum.*

scri-

Google

(a) Extat in append. antiq. Inscr. pag. 1163. n. 8. 9.

COELORUM DOMINUS QUI CUM PATRE CONDIDIT ORBEM
DISPONIT TERRAS VIRGINE NATUS HOMO
UTQUE SACERDOTUM REGUMQUE EST STIRPE CREATUS
PROVIDUS HUIC MUNDO CURAT UTRUMQUE GERI
TRADIT OVES FIDEI PETRO PASTORE REGENDAS
QUAS VICE HADRIANO CREDERET ILLE SUA
QUIN ET ROMANUM LARGITUR IN URBE FIDELI
PONTIFICATUM FAMULI QUI PLACUERE SIBI
QUOD CAROLUS MIRA PRÆCELLENTISSIMUS * REX
SUSCIPIET DEXTRA GLORIFICANTE PETRI
PRO CUJUS VITA TRIUMPHIQUE HÆC MUNERA REGNO
OBTULIT ANTISTES CONGRUA RITE SIBI

* hic Rex

Et quod scriptum fuisse ponitur in pallio altaris his versibus:

PASTOR OVILE DEI SERVANS SINE CRIMINE PETRE
QUI PRÆBES CHRISTI PABULA SANCTA GREGI
TU CAROLI CLEMENS DEVOTI MUNERA REGIS
SUSCIPE QUÆ CUPIENS OBTULIT ILLE TIBI
HILDEGARDA PIO CUM QUO REGINA FIDELIS
ACTIBUS INSIGNIS MENTIS AMORE DEDIT.

VII. Sed quid interea? Ista dum curat Christianissimus Princeps, totus in obsequio deditus Apostolorum, Deus ipse bellum difficillimum confecit, ut quæ sex mensium obsidione expugnari nullatenus potuerit civitas, immisso in cives atque milites morbo, absque armis dedi Regi Carolo fecerit. Quod idem auctor narrat his verbis:

Reversusque cum suis exercitibus Ticinum ipse excellentissimus Francorum Rex fortiterque debellans, & obsidens cives Papienses, dum ira Dei super omnes Longobardos, qui in eadem civitate erant, graf-

Carolus expugnat Ticinum, & ducit captivum Desiderium.

PAGIUS scriptio, quæ quidem ad alium annum quam ad DCCLXXII. referri non potest, sed quam hic recitabo, ut uno tenore de honoribus Romæ in Carolum collatis agam.

Culorum Dominus, qui cum Patre condidit Orbem
Disponit terras, Virgine natus homo.
Utque Sacerdotum Regumque est stirps creatus,
Providus huic mundo, curat utrumque geri.
Tradit oves fidei Petro Pastore regendas,
Quas vice HADRIANO *crederet ille sua.*
Quin & Romanum largitur in Urbe fideli
** ....Famulis, qui placuere sibi.*
Quod CAROLUS *miro præcellentissimus hic Rex*
Suscipiet, dextra glorificante Petri.
Pro cujus vita triumphisque hæc munera Regia
Obtulit Antistes, congrua rite sibi.

* Vexillum.

Auctor illius Appendicis in loco vacuo posuit *Pontificatum*, sed contra Grammaticæ & Poeseos leges. Papebrocius in Conatu Chronico-Historico ad Vitam Hadriani I. reposuit *Imperium*, quia, inquit, revera actum ab Hadriano fuit de resuscitando Occidentali Imperio in persona Caroli; neque actum tantum, sed & decretum ac publice notum; licet ex causa supervenientibus eo vivente peractum nihil sit. At Hadrianum de Imperio in *Carolum* conferendo cogitasse a nullo ex tot Scriptoribus, qui de Carolo locuti sunt, memoriæ proditum invenitur. Quare non dubito, quin legendum sit *vexillum*. Præterea hanc Inscriptionem præsenti anno Hadriano & Carolo dicatam Papebrocius putat; sed ex ejus lectione apparet, loqui Poetam de Carolo tanquam ab Urbe absente, ac in ejusdem Patriciatus Romani, & Hadriani Pontificatus exordia intendere. Quare sicut Leo III. ubi Pontificatum suscepit, *mox per Legatos suos, claves Confessionis Sancti Petri, ac Vexillum Romanæ Urbis, cum aliis muneribus Regi* (idest Carolo) *misit*, ut inquit Eginhardus in Annal. ad annum DCCXCVI. ita & ante Leonem *Hadrianus*, postquam in Sede Sancti Petri collocatus fuit, Patriciatum Carolo confirmavit, ad eumque claves Confessionis Sancti Petri, ac Vexillum Romanæ Urbis cum Regiis muneribus misit. Indeque intelligimus, superiores Pontifices pari eodemque modo erga Carolum Martellum & Pippinum sese gessisse, imo hunc morem ab illis derivasse, & a Successoribus continuatum fuisse. Verum quidem est, Continuatorem Fredagarii, dum loquitur de auxilio a Carolo Martello adversus Ecclesiæ hostes per Gregorium III. postulato, scribere tantum; *Beatus Papa Gregorius claves venerandi sepulcri cum vinculis S. Petri & muneribus magnis & infinitis Legatione (quod antea nullis auditis aut visis temporibus fuit) memorato Principi destinavit.* Sed cum Poeta laudatus disertis verbis testetur Deum Romanum vexillum famulis suis largiri, manifeste insinuat, illud ad Caroli Magni Decessores missum fuisse.

V. Huc etiam revoco, cum annus institutionis incompertus sit, quod legitur in primo Ordine Romano a Mabillonio loco citato in lucem edito, & ab Amalario sub nomine libelli Romani laudato. In eo num XXIV. ubi agitur de Missa, quam initio Quadragesimæ Romanus Pontifex celebrat, habetur: *Veniens Pontifex ascendit ad sedem, dicit,* Oremus. *Diaconus,* Flectamus genua, & Levate, &c. *Simili modo agitur secunda feria, sexta feria, & Sabbato per totam Quadragesimam. Nam Sabbato tempore Adriani institutum est, ut flecteretur pro Carolo Rege, antea vero non fuit consuetudo.* Tum num. XXVIII. *feria IIII. qua est pridie* in

In Missa Pontificis Oratum pro Carolo.

grassaretur, atque sæviret, & plures ex languoribus, atque mortalitatis clade defecissent: ita Dei nutu eamdem civitatem simulque & Desiderium Longobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eo erant, ipse excellentissimus Francorum Rex comprehendit, & suæ potestati cunctum Regnum Longobardorum subjugavit: præfatum vero Desiderium Longobardorum Regem, & & ejus conjugem secum in Franciam deportavit. Hucusque de rebus a Carolo Magno in Italia hoc anno gestis apud Anastasium.

De ejusmodi præclara Caroli magni victoria, qua primam civitatem Regiam ipsam Longobardorum Ticinum occupavit, est mentio in duobus epitaphiis, quorum alterum Archidiaconi Ticinensis, Episcopi alterum, quibus extorribus factis, non nisi capta civitate a Carolo postliminio redeundi facultas fuit; sic se habet:

ME SIBI PRÆCLARVS DOCTOR NVTRIVIT ALVMNVM
ANTISTES PETRVS TICINENSIS GLORIA PLEBIS
ET PATER ET PASTOR PATRIÆ DECVS INCLITVS AVCTOR
ECCLESIÆ SEMPER FVERAM VERNACVLVS ALMÆ
LITTERVLAS EX QVO PRIMÆVO TEMPORE SVMPSI
PRIMVS ERAM CLERI PRIMO LEVITA DEINDE
IAM LICET INDIGNVS MAGNO TAMEN ORDINE FVNGENS
SED POST IRA DEI POPVLVM STILLABAT IN ISTVM
EXVL ERAM DVCTVS LONGE DE CESPITE PATRVM
SED ME MAGNA DEI SERVAVIT GRATIA SEMPER
ERVIT A MVLTO VENIENTI HINC INDE PERICLO
* f. miserum QVI ME TAM * MISERAM DIRA DE MORTE REDVXIT
ET PATRIAS ITERVM ME FECIT CERNERE TERRAS
TEMPORE QVO CAROLVS REX MAGNVS OPTIMVS ISTAM
TE-

PAGIUS *in Cana Domini, hora tertia Pontifex cum Clero & ordine suo procedat ad Altare in Ecclesia Majore, & dicit orationes solemnes hoc ordine, &c. Dicit orationem pro Rege Francorum, deinde reliquas per ordinem.* Mabillonius in Notis dicit, priorem locum innuere hæc posterioris esse instituti. Sed ea in re Viro doctissimo non assentio, quia ex his verbis, *tempore Adriani institutum est*, sequi tantum videtur, hunc Romanum Ordinem post Caroli Magni mortem conditum fuisse.

VI. *Monet Hadrianus Carolum, ut in Galliis cuilibet Metropolita jura sua reddantur.* Hugo Flaviniacensis Abbas in Chron. Virdun. pag. 109. de Carolo M. Romæ existente hæc habet: *Licet in restauratione Ecclesiarum aliquando studiose desudaret, tamen tanta erat mali moles, tanta cupiditatis vabies, ut usque ad Caroli M. tempora malitiei hujus duraverit pernicies veternosa, dum quod male quisque & indebite usurpaverat, penes retinere satagebat. Unde cum clamores Ecclesiarum ad Sedem referrentur Apostolicam, & ab eo requirerent justitiam, Adrianus Pontifex Carolum M. ante corpus B. Petri conveniens, ut omnia corrigerentur, obtinuit.* Refert postea Epistolam Bertherio Episcopo Viennensi ab Hadriano Papa datam, qua, Pontifex ait: *Dilectus & illustris ac religiosus filius noster, Carolus Rex & Patricius Romanorum Romam venit, & Pascha Domini apud S. Petrum nobiscum egit, ubi inter alia monuimus eum de metropolitanorum honore, & de Civitatibus, quæ laicis hominibus tradita erant; & quia Episcopalis dignitas fere per octoginta annos in Francia esset conculcata.* Subjungit Hadrianus, Carolum M. cum hæc & his similia audisset, promisisse, quod omnia ad *emendationem suam venirent*, seque omnibus Archiepiscopis & Episcopis scripsisse, *ut sicut antiquis Privilegiis singulæ Metropolitanæ Urbes fundata sunt, ita maneant, ut habeat unaquaque Metropolis Civitates sibi subditas, quas B. Leo, & alii Prædecessores & Successores ipsius post Chalcedonensem Synodum singulis Metropolitanis distinxit. Nec præterea ulla Metropolis præjudicium patiatur. Si alicui Suffraganeorum aut nos aut Prædecessores nostri, rogantibus piis Francorum Ducibus, Pallium largiti sumus. Nec debet Ecclesia ullum damnum sui ordinis inde sustinere, si per LX. aut LXX. aut LXXX. & eo amplius annos incuria quorumcumque Præsulum, & vastatione Barbarorum dignitatem antiquam & Romanorum Antistitum firmitate roboratam perdidit & amisit, quando innumeris pene annis spiritu Dei disponente usa fuerit. Auctoritate igitur B. Petri Apostolorum Principis singulis Metropolitanis antiquo more potestatem suam reddidimus.* In fine legitur: *Data Kalend. Januarii, imperante piissimo Augusto Constantino, anno decimo, & a Deo coronato piissimo Rege Carolo, anno primo Patriciatus ejus.* Eamdem Epistolam cum eadem subscriptione refert Petrus a Sancto Juliano in Hist. *de Origine Burgundionum*, pag. 172. sed subscriptio utrobique adscititia; qui pessimus mos tunc inoleverat, ut jam alibi monuimus. Porro ex uno exemplari alterum cum altero collatum emendari poterit, observandumque neque Carolum M. annos Patriciatus sui, neque alios in Monumentis publicis notasse, indeque inter alia patere subscriptionem illam flocci faciendam; Carolo M. regnante Ecclesiasticos eo agente aliqua jura, licet non omnia recuperasse; & denique hanc rerum confusionem in Galliam introductam sub sæculi superioris finem.

Carolus reversus Papiam ipsam fortiter debellans, atque obsidens, *ita Dei nutu eandem Civitatem, simulque & Desiderium Longobardorum Regem, atque cunctos, qui cum eo erant, comprehendit, & sua potestate cunctum Regnum Longobardorum subjugavit. Præfatum vero Desiderium Longobardorum Regem, & ejus conjugem secum in Franciam deportavit*, inquit Anastasius, Annalista vero Metensis habet: *Papiam venit, ipsamque Civitatem cepit, & Desiderium Regem cum uxore, & filia, & omnibus thesauris suis sua Ditioni subegit. Ibique venientes undique Longobardi de singulis Civitatibus Italiæ, subdiderunt se Dominio gloriosi Caroli. Adalgisus vero* VII. *Carolus Regnum Longobardorum sibi subjicit.*

filius

Digitized by Google

TENVIT ET REXIT GRANDI PIETATE BENIGNVS
HÆC MEA VIVENTIS IN SECLO FATA FIEBANT
AT NVNC ISTA TENET REQVIES MISERABILE CORPVS
SPIRITVS ALTITHRONI TIMIDVS PETIT OMNIA SECVM
IVDICIVM REGIS PORTANS QVÆCVMQVE GEREBAT
CORPORE CONIVNCTVS PETRO MITISSIME CHRISTE
TV QVICVMQVE LEGIS DIC DIC PECCATA REMITTE
ATQVE VALETE MEI MEMORES PER SECVLA FRATRES

Ipsius autem Petri Ticinensis Episcopi, cujus hic mentio fit, extat integrum epitaphium, ibidem asservatum, memoria dignum, quod sic se habet (a):

(a) *Antiq. Inscript. in Appen. pag. 1167. n. 9.*

CANDIDA FVNEREO SCVLPVNTVR MARMORE GESTA
SED NON EST FLENDVS QVI IACET IN TVMVLO
LUGEAT INFAVSTVS QVI NESCIT VIVERE CHRISTO
POST MORTEM CAROS TARTARA QVOS RETINENT
HIC VATES DOMINI MVNDO QVIA CORPORE VIXIT
ADMIXTVS GAVDET CÆTIBVS ANGELICIS

PAGIUS *filius Desiderii fugiens navem intravit, & per mare Constantinopolim usque pervenit. Hactenus autem stetit Regnum Langobardorum, annis CCXIV. Porro Carolus Rex tota Italia subacta, & ordinata custodia Francorum in Papia, trusoque in exilium Desiderio Rege, & uxore & filia, ipse cum magno triumpho, auxiliante Domino in Franciam reversus est.* Verum error irrepsit in numeros annos Dominationis Langobardorum in Italia exprimentes. In eam enim ingressi sunt anno DLXVIII. ideoque Regnum Langobardicum duravit tantum annos CCVI. Marquardus Freherus in Corpore *Franciæ Historiæ Veteris* pagina 168. publicavit e MS. Palatino *Pauli Diaconi Supplementum Langobardicorum*, & ante eum Gruterus ex eodem MS. continuavit Historiam ejusdem Pauli de Gestis Langobard. qui fatetur eam Periocham extare in unico illo MS. *cui* inquit, *tantum quisque tribuat, quantum licet affirmationi testis unius.* Verum cum in fine illius Supplementi legatur, *dominans* (nempe Carolus) *Italiam, anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXIII. præfatum vero Desiderium & ejus conjugem ad Franciam misit. Finitumque est Regnum Langobardorum, quod mansit per annos CCVI. postquam ipsi Italiam intraverunt*, non dubito, quin additamentum illud sit alicujus junioris Auctoris; cum Paulus Diaconus non scripsisset, Langobardorum Regnum anno superiori finitum esse; id enim inter omnes falsum esse constat. Deinceps *Carolus* Francorum & Langobard. Regem se appellavit.

VIII. *Duplex Epocha Caroli in Italia regnantis.*

Cointius hoc anno num. CXI. ait, apud Labbeum Elogio Historico Caroli M. subiici variorum Diplomatum characteres chronologicos, quorum collatio palam ostendit, veteribus *Caroli* titulis Regnum Longobardiæ *quinto Nonas* Maii nondum additum, additum autem *ante Idus Junii*. Nec ab hoc calculo recedere Pingonium in Augusta Taurinorum, ubi *Desiderium* in potestatem Caroli *mense Maio* venisse scribit. Verum Regni Longobardici a Carolo initi Epochæ duæ distinguendæ, & quod Cointius in medium profert, posteriorem tantum respicit. Hanc post mediam mensem Maium initium sumere demonstrat etiam Caroli M. Præceptum pro Adalrico Saxone emissum, cujus hæc est subscriptio: *data VII. Id. Maii, anno Christo propitio Imperii nostri XIII. Regni vero in Francia XLV. atque in Italia XXXIX. Indictione VI. Actum Aquis-grani Palatio Regio*, ideoque anno Christi DCCCXIII, quo annus XXXIX. Caroli in Italia regnantis die nona mensis Maii nondum absolutus erat. Mabillonius lib. VI. de Re Diplom. pag. 513. Præceptum illud eruit ex autographo Corbeiæ Saxonicæ, & pag. 391. Ejus partem æri incidendam curavit. In eodem libro pag. 303. legitur Charta Ghislæ Caroli M. sororis, qua Monasterio Dionysiano in Francia multa prædia confert. Ea dicitur *data Id. Jun. anno XXXI. & XXVI. Regnum Domini nostri. Actum Aquis Palatio*, anno scilicet Christi DCCXCIX. ejus pars in tabella ærea expressa pag. 389. Certis itaque testimoniis liquet, Carolum posteriorem Regni sui Italici Epocham post diem nonum mensis Maii, sed ante decimum tertium mensis Junii currentis Christi anni inchoasse, & *Papiam* inter utrumque diem sibi subiecisse.

IX. *Ante captam Papiam Rex Longobardorum appellatur.*

Verum antequam Urbem illam, quæ sedes Regia erat, expugnasset, jam se Regem Longobardorum appellabat, (ut ostendit Epistola LV. Codicis Carolini, quam ipsemet Cointius num. XVIII. hoc anno datam esse fatetur) Papia nondum subacta Gausfridus Civis Pisanus, cum ex castris Caroli Pisas reverteretur, ab Allone Duce pene interfectus est. Quapropter cum ad Carolum redire vellet, Romam confugit, atque tutius castra prope Papiam repeteret, ab Hadriano Papa, quem certiorem de victoriis Francorum fecit, literas petiit Carolo Regi deferendas. In iis Pontifex Romanus rogavit eundem Regem, ut Episcopos Pisarum, Lucæ & Rhegii ad Sedes suas & Ecclesias dimitteret: *Domno*, inquit, *Excellentissimo filio Carolo, Regi Francorum & Langobardorum, atque Patricio Romanorum Hadrianus Papa. Reversus a vestris a Deo dilectis Regalibus vestigiis præsens Gausfridus habitator Civitatis Pisanæ*, &c. *retulit nobis de immensis victoriis, quas vobis Omnipotens & Redemptor noster Dominus Deus per intercessionem Beati Petri Principis Apostolorum concedere dignatus est*, &c. *Quo audito vehementi exultationis lætitia noster in Domino ovans relevatus est animus*, &c. *Et quidem nos Deum proferimus testem, cui omnium cordium occulta reserata existunt, ab illo tempore, die quo ab hac Romana Urbe in illas partes profecti estis, quotidie momentaneis etiam atque singulis horis, omnes nostri Sacerdotes, seu etiam Religiosi Dei famuli Monachi per universa nostra Monasteria, simulque & reliquus populus tam per titulos, quam per Diaconias resonantes, Kyrie eleison, extentis vocibus, pro vobis*

* Antistes Petrus

CLARVIT HIC MERITIS * PETRVS ANTISTES HONESTIS
NORMA SACERDOTVM COLVMEN EXIMIVM
MVNIFICVS CONSTANS SOLLERS PRVDENSQVE MODESTVS
QVI INNVMERIS SEMPER POLLET VBIQVE BONIS
INCLYTVS PROSAPIA REGVMQVE STEMMATA TANGENS
NOBILIS ALLOQVIO MORIBVS NOBILIOR
ISTE PEREGRINA MACERATVS DENIQVE VITA
BIS QVINIS ANNIS EXVLAT INNOCVVS
ESVRIEMQVE SITIM PATITVR DVM ET FRIGORA CORPVS
SPE VIRTVTE FIDE SPIRITVS AVCTVS ERAT
SED REPETENS GENITALE SOLVM PIA MVNIA GESSIT
PRÆFVIT ECCLESIÆ REXIT OVILE DEI

ISTE

PAGIUS

bis Deo nostro ad clamandum non cessant, &c. *Ut & veniam delictorum vobis, & maximum prosperitatis lætitiam, etiam & copiosas victorias vobis multiplices e cœlo concedat*, &c. *Sed & hoc nimis quæsumus atque postulamus Benignitatem tuam, ut Episcopos illos idest Civitatis Pisana seu Lucana, Regii ad proprias Sedes atque Ecclesias, & plebes eis commissas absolvere jubeatis reverti, quia ita, bone Rex, Excellentissime fili, anima tua expedit, ut ipsi Episcopi propriis Sedibus restituantur, omnesque Dei Ecclesiæ suis Præsulibus ornata consistant*. &c. Neque dici potest, has literas ab Hadriano Papa scriptas anno DCCLXXXI. postquam Carolus *ab Urbe Romana* iterum discessit. Tunc enim *Hadriani* compater factus est, eoque titulo in literis ad eum postea datis semper ab Hadriano compellatus.

X. Prior Epocha a mense Aprili quandoque deducta.

X. Quare cum, teste Anastasio, *Carolus* antequam Papiam diversas Civitates subegerit a parte Longobardiæ devictæ se in Regem Italiæ vocare cœpit. Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 462. refert Præceptum Caroli Augusti de *Nonis ac decimis* ac restaurationis Ecclesiarum Diœceseos Cenomannensis, in cujus fine legitur: *data in mense Aprilis VIIII. Kal. Maii, anno II. Christo propitio gloriosi Imperii nostri, & XXXIV. Regni nostri in Francia, & XXVIIII. in Italia*, ideoque anno Christi DCCCII. quo annum Regni Italici XXIX. die XXIII. mensis Aprilis jam attigerat, qui annum tantum XXVIII. numerasset, si Epocham jam explicatam adhibuisset. Adhæc Sanctus Paulinus Concilium Forojuliense anno DCCXCVI. celebravit, *anno felicissimo Principatus eorum* (Caroli nempe ac Pippini Italiæ Regis) *tertio & vicesimo & XV.* ut initio ejusdem Concilii legitur. Pippinus anno DCCLXXXI. die Paschatis, qui eo anno in diem XV. mensis Aprilis incidit, Rex Italiæ dictus est. Quare annus ejus XV. die XV. mensis Aprilis anni Christi DCCXCVI. terminabatur, & tamen Carolus ante eum diem anno DCCXCVI. annum Regni sui Italici XXIII. jam auspicatus erat, juxta videlicet priorem Regni ejus Longobardici Epocham. Denique Tom. IV. Italiæ Sacræ Ughellus recitat Diploma datum a Carolo in favorem Monasterii Ambrosiani ad petitionem Petri Mediolanensis Archiepiscopi, in cujus fine habetur: *Dat. in mense Aprilo anno vigesimo secundo, & decimo septimo Regni nostri. Actum Placentia ex Palatio nostro publico.* Emissum illud Diploma anno Christi DCCXC. quo Carolus mense Aprili annum XVII. Regni sui Italici jam exorsus erat. Sed quia eo Christi anno *Carolus* nullam expeditionem fecit, ut ibidem ostendimus, Cointius anno DCCXC. n. XXVII. *Placentia* loco, *Vuormatiam* reponendam existimat, quod ibi Paschalem Solemnitatem egerit. Quia tamen *Pippini* Italiæ Regis nomen in eo Diplomata non legitur, & confirmatio a Petro Mediolanensi Archiepiscopo petita sine Pippini assensu non videtur concessa, quod ab ea Charta argumentum eruitur, infirmum, ideoque tribus prioribus standum, ac pro certo habendum, priorem Regni Italici Caroli Epocham a die incerto mensis Aprilis, vel etiam a mense præcedenti proficisci. [1]

Dum

NOTÆ

[1] PRiorem Caroli epocham, de qua hic Pagius, diu ante Aprilem anni hujus repetendam suadet authoritas diplomatis autographi a Cl. Saxio in notis ad regnum Italiæ novæ editionis tom. 2. col. 226. producti. Consignatur illud anno regni *Caroli XXXV. & Pippini XXVII. die XI. septembris indictione I.* idest anno 807. Hæc utique epocha cœpta est anno 773. ante diem illam septembris, ut perspicue constat.

Secundam vero epocham a Papia capta vir ille doctus consignat medio mense majo hujus anni 774. ex diplomate dato Mediolani anno regni Caroli tertio *VIII. Kalendas junii indictione XIV.* Designant hæc annum 776. simulque demonstrant ante diem 774. Caroli epocham hanc cœpisse. Cum autem Diploma alterum ab eodem ex Mabillonio productum ferat *VII. idus maii annum imperii XIII. regni in Francia XLV. in Italia XXIX. indictionem VI.* nempe annum 813. ex eo constat die nona maii nondum initum fuisse a Carolo regnum Italicum, adeoque epocham illam figendam inter diem IX. & XXV. Maii. Verum junio mense cessisse Carolo victori Papiam diserte asserit author veterum annalium Francorum vulgatus in collect. veter. monum. t. V. col. 898. qui cum sua omnia ex annalibus Moissacensibus desumpserit, & Codex unde annales hosce Duchesnius accepit, hisce in annis sit mancus, ex ipsis Moissacensibus annalibus hæc petiisse censendus est. Hinc autem patere arbitror postremum illud diploma a Saxio productum ad priorem regni Italici epocham, non ad secundam pertinere.

Post hæc scripta incidi in Dissertationem I. Cl. Muratorii in Opere eruditissimo quod an. 1738. Mediolani prodiit inscripto: *Antiquitates Italicæ Medii ævi tomus I.* in eo vero Vir Cl. ex Charta Lucensi eruit Regnum hoc Italicum Caroli cœpisse die XV. seu XX. Junii hujus anni. Ita enim Lucense Monumentum: *Regnante Domino nostro Carulo Rex Francorum & Langobardorum, quo cepit Langobardiam, anno Regni ejus intrante tertio octabo Kalendas Julias Indictione quartadecima, idest anno* 776. MANSI

ISTE SACRAS DOMINI CONDENS AMABILITER AVLAS
DITAVIT PROPRIIS OPTIME CESPITIBVS
SVBLIMIS HVMILIS MEDIOCRIS DIVES EGENVS
OCCVBVIT PASTOR NOSTER EN EGREGIVS
*clamantes PLANCTIBVS IMMENSVM * CLAMANTIBVS FLETE DOLOREM
VOX * PATRIES OBIIT LEX HONORATO DECVS
O VENERANDE PATER PASTOR BONE MAGNE SACERDOS
FORMA PUDICITIÆ O PATER EXIMIÆ
MVTASTI PATRIAM LINQVENS CONSORTIA NOSTRA
NOS TANTVM GEMITVS RETINENT TE GAVDIA COELI
* f. denis EXPLETIS * DECIM MORTALI IN CORPORE LVSTRIS
QVATVOR HIS IVNCTIS VIXISTI FIRMITER ANNIS

VIII. *Carolus rediens vicit Saxones.* De filio autem Desiderii Regis, qui Veronæ erat in præsidio, & de rebus gestis ipsius Caroli, in Francorum Annalibus ista leguntur: *Aldagisus vero filius Desiderii Regis fuga lapsus, mare introivit, atque Constantinopolim perrexit. Gloriosus itaque domnus Rex Francorum Carolus, Italia subiugata, custodia Francorum in Papia relicta, magno triumpho, Deo adjuvante, cum uxore sua, & reliquis Francis reversus est in Franciam, perveniensque ad locum, qui dicitur Ingelheim, misit quatuor scaras,* hodie squadras, *in Saxoniam) rebellaverant enim illi) quæ inierunt tres pugnas cum Saxonibus, & auxiliante Domino victores extiterunt, & cum præda magna illæsi iterum revertuntur ad propria.* Hactenus anni hujus periodus, tot victoriis celeberrimi, quo Romana Ecclesia in integrum per Carolum Magnum restituta, de Longobardorum perfidia triumphavit.

Postquam vero ipse Carolus tantam victoriam, Apostolorum principi acceptam ferens ejus Memoriam, adiisset, & omni religiosi obsequii genere frequentasset, Hadrianus Papa cuncta præsens proxime contemplatus, ut debitas gratiarum actiones S. Petro persolveret, ad ejus Confessionem augustius exornandam adiecit animum, ut de tanta ab eo accepta victoria quasi trophæa, & columnas erigeret, ac statueret, veluti fornicem triumphalem Ipsi Defensori, & propagatori Romanæ Ecclesiæ S. Petro in ipsius ornatu Confessionis. Quisnam autem ejusmodi cultus fuerit, ab eodem auctore Anastasio accipe, apud quem ista leguntur: *Hic* (inquit) *egregius ju-* IX.

PAGIUS XI. *Desiderius Leodium primum dein Corbejam relegatur.* Dum Carolus Veronam anno superiori obsideret, *protinus Autcarius & uxor atque filii, sæpius nominati Carolomanni, propria voluntate eidem benignissimo Carolo Regi se tradiderunt* inquit Anastasius, quos Carolum in Galliam misisse non dubitandum. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. 1. loquens de *Otgerio* pio Monacho, qui in Cœnobio Sancti Faronis apud Urbem Meldensem, post multa prælia vixit, & mortuus est, suspicatur, eum diversum non esse *Autcario*, quem postea sibi reconciliatum, *Carolus* copiis suis præfecerit, aut saltem cum *Autcario* ad privatam vitam redacto, ut se se in Monasterium reciperet, indulsisse. Refert ibidem Mabillonius ejus Historiam, Epitaphium, & Ichonographiam tumoli Otgeriani, refellitque eos, qui *Otgerium Danum* fuisse fabulantur. Cum *Desiderio* relegata & ejus uxor *Ansa* appellata, ut prodit Annalista Nazarianus, & cum uxore ejus filia, ut habet Annalista Metensis citatus. Anselmus Leodiensis Canonicus, & Sigebertus in Chronico asserunt, *Desiderium* Leodium in exilium missum esse, licet Sigebertus Librariorum errore loco, *perpetuo exilio ad Gallias Agilfredo Leodicensium Episcopo dirigitur*, habeat, *perpetuo exilio ad Gallias a Gilfredo Laudicensium Episcopo dirigitur*. Recte enim in Chronico Leodiensi a Labbeo Tom. I. Biblioth. edito ad annum DCCLXXIV. habetur: *Carolus Regnum Italiæ cepit, & Desiderium Regem in exilium direxit Agilfrido Episcopo* sc. Leodiensi, non vero *Gilfrido*, qui hoc tempore Episcopus erat Laudunensis. Hepidannus tamen *San-Gallensis* Monachus, quem sequitur, Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in præfat. num. XIII. ait: *Anno DCCLXXII. Paveia Civitas conquisita, & Desiderius & Ansa uxor ejus pariter exiliati sunt ad Corbeiam: & ibi Desiderius in vigiliis & orationibus & jejuniis, & multis bonis operibus permansit usque ad diem obitus sui*. Unde apparet, locum exilii postea mutatum fuisse, non vero, ut credidit Cointius hoc anno num. XXIV. Hepidannum, qui erravit in Chronologiam, in loco exilii memorando etiam peccasse. Denique *Rex Carolus missis Comitibus per omnem Italiam*, idest, per omnes Ditiones Regni Longobardici, *latus Sancto Petro reddidit Civitates, quas debuit*.

XII. *Leo Archiep. Ravenn. turbas movet adversus Pontificem Rom.* *Leo* Ravennatium Episcopus, statim ac *Carolus* relicta Papia in Franciam rediit, plerasque Urbes Æmiliæ, Faventiam, Forum-Popilii, Forum-Livii, Cesenas, Bobium, Comaclum, Ducatum Ferrariæ, Imolam, & Bononiam occupavit; finxit Civitates illas cum universa Pentapoli sibi concessas a Carolo, direxitque *Theophylactum*, qui commentum istud Pentapolensibus insinuaret. Hi tamen constantissime manserunt in fide Hadriani Pontificis, qui literas per Anastasium Cubicularium, ea de re Carolo scripsit, ne præmissi a Leone Nuncii Regium animum fraude deciperent, atque potentissimum Francorum Regem in Italiam denuo vocaret; in primis conquestus est gravissime, quod inimici palam exprobrarent, quid prodesset Apostolicæ Sedi gentem Langobardorum abolitam, & Regno Francorum subditam fuisse; cum eorum quæ promissa fuerant, nihil adimpleretur, & quæ Beato Petro a Pippino Rege prius concessa fuerant, insuper aufer-

Digitized by Google

sacerdos ob nimium amorem, quo prosequebatur eumdem Apostolum Confessionem B. Petri Apostoli totam intus ex auro purissimo in laminis, diversis historiis effigiatis compte ornavit, ponderis trecentarum librarum, ponens & in postem superiorem ejusdem sacræ Confessionis auri mundissimi libras tredecim: pari modo & in ipsius Apostoli Confessionis liminari inferiori libras viginti quinque. Aspectum vero altaris super eamdem Confessionem, atque dexteram levamque partem juxta gradus, quibus hæret jam dictæ Confessioni, addens in eis argenti libras centum triginta sex, curiose renovavit, ejusque historias ex auro purissimo librarum decem & octo nitidissime deauravit: similque & cantharos in eadem dicta Ecclesia Apostoli numero decem renovavit addens in eis argenti libras centum. Ante januas argenteas fecit canistros argenteos duodecim, pensantes libras triginta sex. Simili modo & in turre canistros argenteos duodecim, pensantes libras quadraginta quinque. In eadem quoque beati Petri Ecclesia per diversas coronas fecit delphinos ex argento pensantes libras centum. Et paulo post: *In Ecclesia B. Petri per diversa Oratoria fecit canistra argentea numero duodecim pensantia libras quadraginta, & rugas cum presbyterio a parte virorum, ac mulierum ex argento purissimo, pensantes libras quinquaginta & unam.* Hæc de Basilicæ S. Petri ornatu.

Hadrianus exornat Confessionem S. Petri.

X. De Sigeberti maxima impostura.

Antequam autem ulterius progrediamur, conveniendus est nobis Sigebertus atque de re magni momenti ab eo ratio exposcenda. Erit Lector, ut cum audieris, mox illud more tragico exclamare cogaris. O scelus, o impostura, o fraus! Iste quidem cum totis viribus foveret partes Henrici Imp. schismatici, in gratiam ipsius finxit, quod ille vane prætendebat, jam fuisse concessum a Romano Pontifice Hadriano Carolo Magno Imperatori, quod ipse tradit in fine suæ Chronographiæ anno millesimo centesimo undecimo. Nam videns quod ista per veteres ejus temporis historicos probari minime possent, quid fecit? In gratiam schismatici Imperatoris, vindicantis sibi Ecclesiarum investituras, dolo malo in sua Chronographia, anno gesta superiori, posuit ista: *Postea rediens Carolus, Papiam cæpit, iterumque Romam rediit, Synodum constituit cum Hadriano Papa, aliisque centum quinquaginta tribus religiosis Episcopis, & Abbatibus, in qua Hadrianus Papa cum universali Synodo dedit ei jus eligendi Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem, dignitatem quoque Principatus. Insuper Archiepiscopos, & Episcopos per singulas provincias ab eo investituram accipere definivit, & ut nisi a Rege laudetur, & investiatur Episcopus, a nemine consecretur; omnesque huic decreto rebelles anathematizavit; & nisi resipiscerent, bona eorum publicari.* Hæc Sigebertus, qui ista scribebat anno Redemptoris millesimo centesimo duodecimo, post annos videlicet trecentos, & triginta octo ab hoc tempore, nullo alio auctore conscio, favens ipsi (ut dictum est) Henrico Imperatori schismatico, ut ex ejus scriptis quisque facile videre potest, in cujus gratiam hujusmodi adornasse imposturam, aperta luce quidem quisque veritatis sincerus inspector intelliget.

De commentitio Concilio, quod affertur Rom. habitum.

XI. Quid enim, ut rem tantam nullus noverit, vel scripserit antiquorum, sed post annos numeratos trecentos, & duos de quadraginta, unus Sigebertus tantum sciverit, atque conscripserit? Etenim ex scriptoribus omnibus rerum Francorum, qui

PAGIUS

ferrentur. Extant queribundæ hæ litteræ in Cod. Carol. num. LIV. *Quid vobis profuit*, inquit Hadrianus, *quod Langobardorum gens est abolita, & Regno Francorum subjugata? Et ecce jam nihil de his, quæ promissa sunt, adimpletum est, insuper & ea quæ antea Beato Petro concessa sunt a sanctæ recordationis Domno Peppino Rege, nunc ablata esse noscuntur. Etenim illud quod antefatus nefandissimus Archiepiscopus asserit proponens occasionem, in ea potestate sibi Exarchatum Ravennatium, quam Sergius Archiepiscopus habuit, tribui, nos, Excellentissime fili, quemadmodum tempore Domni Stephani Papæ, & quo illuc in Franciam profectus est, cui & ipse Exarchatus traditus est, ita & nostris temporibus eum sub nostra potestate disponere, atque ordinare volumus, & omnes in hoc cognoscere possunt, qualem potestatem ejus Beatitudo in eandem Ravennatium Urbem, & cunctum Exarchatum habuit, qui etiam Archiepiscopum Sergium exinde abstulit, dum contra ejus voluntatem agere spiritu superbiæ nitebatur*, &c. Carolum Regni Langobardici causa in Italiam sedire coactum fuisse, infra videbimus. Longobardi enim Duces, qui ab eo relicti sunt, Regni summam Longobardo nomini ademptam indigne passi, res novas moliri nunquam destitere.

XIII. Synodus Romana dum Carolus Romæ esset fictitia.

A num. X. ad XVIII. In Chronico Sigeberti ad annum DCCLXXIII. legitur, *Carolum Romam* venisse & postea *Papiam* rediisse, ac occupasse: iterumque Romam rediisse, & Synodum constituisse cum Hadriano Papa, & CLIII. Episcopis & Abbatibus, in qua Hadrianus dedit ei jus eligendi Pontificem, & Episcopos per singulas Provincias, ab eo investituram accipere definivit. Conqueritur Baronius commentitium istud Concilium Romanum a Sigeberto confictum esse, ut Henrici Imperatoris partes, cui favebat, hac auctoritate muniset adversus Paschalem II. Verum nulla hujus Synodi apud Sigebertum juxta editionem Miræi cum MSS. exemplaribus collatam mentio; quam si Baronius videre potuisset, *Sigebertum* ab hoc errore sine dubio absolvisset. Marca lib. 8. de concordia cap. 12. hujus Synodi falsitatem

Google

qui ipsum tempore præcesserunt, nullus penitus reperitur, qui de Carolo id asseruerit: nam qui vitam scripserunt ejusdem Caroli Magni, necnon & qui per annos singulos res, ab eo gestas, quam diligentissime digesserunt, de his nihil penitus: cum alioqui iidem scriptores nec minimum prætermiserunt conventum, publice habitum, quem scriptis non reddiderint suo quolibet anno. Quonam igitur tantum mendacium introducit auctore? Cum potius contrarium omnes affirment, nempe quod post captum Ticinum non Romam venerit iterum Carolus, sed quam celeriter in Galliam redierit, ut adversus rebellantes Saxones expeditionem pararet. Urgente igitur periculosissimo Saxonum bello, quis locus induciarum, & longissimæ moræ celebrandi adeo numerosi Concilii, quod Universale idem nominat Sigebertus, cum tempus ipsum manifeste repugnet? Quantum rogo primum temporis intercessisset, ut Carolus post Pascha reverteretur Romam Ticinum? Quantum rursus quousque ipsa obsessa Papia poliretur? Rursum quot dies intercesserunt, ut Ticino Romam postea sit reversus? Et (quod majoris momenti est) quas oportuit intercessisse moras convocandi, & expectandi centum quinquaginta Episcopos hinc inde etiam e longe vocatos? Et quantum opus fuerit, in tanta Synodo peragenda, insumi temporis?

Impossibile ostenditur, Concilium illud potuisse celebrari.

XII. Quintus adventus Romam fingitur a Sigeberto.

Sed quid in his immoramur, cum Eginhardus, qui Caroli Magni lateri inhærebat, & vitam ejus scripsit, omnem de his auferat dubitationem, dum expresse affirmat, ipsum Carolum non nisi quater Romam se contulisse. Quod si verum esset, quod turpiter nimis Sigebertus mentitur, non quater, sed quinquies Romam venisse Carolum, dicendum esset, contra Eginhardum, & omnes, qui res gestas Caroli prosecuti sunt. Primus enim ejus adventus fuit iste contra Longobardos, de quo anno superiori. Secundus fuit solvendi voti causa an. DCCLXXX. Tertius adversus Ducem Beneventanum anno DCCLXXXVI. Quartus ad restituendum Leonem Papam in locum suum anno DCCC. quando & creatus est Imperator. Ubi ergo quintus a Sigeberto confictus, nusquam assertus ab alio aliquo, vel excogitatus Caroli Magni in Urbem adventus? Ut alterum de duobus necesse sit dicere, vel Eginhardum, & alios omnes temporis hujus auctores, & cæteros omnes quot quot fuerunt, esse mentitos, vel his omnibus adversantem Sigebertum post trecentos, & amplius annos ista scribentem, & contraria profitentem, atque impossibilia asserentem, turpiter admodum dolo malo ista finxisse, & pro animi arbitrio, in Henrici gratiam composuisse, ut saltem aliquis, quamvis commentitius extaret titulus, quo adversus Romanum Pontificem Imperator schismaticus jure agere videri posset.

XIII. Stulte creditum Sigeberto.

Rea accidit ea sententia, ut nullo de impostura habito diligentiori examine, creditum esse verum fuit, quod a Sigeberto esset quam mendacissime affirmatum: ut non ad hæc refellenda se converterint pii Ecclesiastici tractatores, sed laborarint, ut ostenderent ista ab Hadriano Pontifice concessa Carolo, fuisse postea revocata. Fuit ex iis unus Gratianus nimis credulus, qui improvide nimis (pace ipsius dixerim) eamdem Sigeberti manifestissimam imposturam totidem verbis excripserit, atque perinde ac firmissimum aliquod Pontificium decretum, vel Synodi Oecumenicæ canonem, suo libro Decretorum (a) inseruerit. Cum potius, re accurate perspecta, commenticia ista fuerant exsufflanda, & (ut par erat) execrationibus insectanda cum auctore ipsius, penes quem, licet monachum, tantum valuerit gratia Imperatoris ab Ecclesia diro schismate alieni, ut ad eam promerendam, cum dispendio æternæ vitæ, uti hisce malis artibus non sit veritus, nimium nimiumque suæ salutis oblitus.

(a) Dist. 63. c. 22. Hadrianus II.

At

PAGIUS

tem ostendit, & quia editionem Sigeberti a Miræo curatam non legerat, Sigebertum hujus imposturæ ream non fuisse asserit, quod inquit, post Leonis VIII. testimonium de facti veritate dubitare non posset, licet temporis consignationem de suo addiderit. Verum Sigebertus excusatione illa non indiget; cum omnis culpa Interpolatori, viro sine dubio schismatico adscribenda sit. Ostendit ibidem præterea Marca argumenta, quibus utitur Baronius ad hujus Concilii falsitatem convincendam, vim non habere, & quatuor aliis eam probat, ex quibus duo potiora hæc sunt.

XIV. *Duo ad id probandum Marca argumenta.*

Primum petitur ex testimonio Flori Magistri in Tractatu *de Electione Episcoporum*, quem scripsit circa annum DCCCXX. ubi consensum Regis consuetudine inductum docet. Quare Viro illi erudito incognita erat hæc Constitutio Hadriani & Synodi Universalis, quæ dicitur ab eo celebrata. Adde Lupi Ferrariensis Epistolam, qui de jure Regum in electionibus stabiliendo tractans, omne robur trahit a concessione Zachariæ, ut ostendimus anno DCCLII. num. XIV. Recentior itaque erat & firmior auctoritas Hadriani & Synodi Universalis; quam, si extitisset umquam, Lupus non omisisset. Alterum argumentum deducitur ex duabus Hadriani Epistolis ad Carolum datis; ex quarum altera anno DCCLXXXIV. scripta docemur, Episcoporum in Regno Longobardico constitutorum ordinationes ab Hadriano factas post Cleri & plebis decretum ad se missum. Ex altera anni DCCLXXXVII. discimus *Caroli* desidarium, ut Episcopi Ravennatis electio non fieret absque

At non alterius, quam ejusdem auctoris, vel huic similis putamus, parem illam imposturam esse, quæ Leonis octavi nomine ab eodem Gratiano ibidem mox apponitur istis verbis (a): *In Synodo congregata Romæ in Ecclesia S. Salvatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apostolicæ Sedis Antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo Regi Francorum, & Longobardorum, Patriciatus dignitatem, & ordinationem Apostolicæ Sedis, & investituram concessit: Ego quoque Leo Episcopus servus servorum Dei, &c.* Usque ad finem, quibus eadem se concedere Othoni, quæ Hadrianus Carolo concesserat, assertus ille Pontifex profitetur. Hic primum obiici posset, nullius esse momenti ejusmodi constitutionem, quod non a legitimo Papa facta sit, ut qui sederit vivente adhuc legitime creato Romano Pontifice, de quo nobis erit agendum suo loco. Sed nos & hanc contendimus esse imposturam, & commentitium esse decretum priori simile: etenim totum, quod asseritur, falsum esse monstratur.

(a) Dist. 63. cap. In Synodo.

Alia detegitur impostura.

XIV. Carolus liberas esse voluit electiones Episc.

Nam quod in primis ad Carolum spectat, cujus exemplo id factum dicitur, tantum abest, ut Carolus sibi arrogare voluerit (quod asseritur) electiones Episcoporum, ut potius suo promulgato decreto, eas statuerit esse liberas, atque ex sacrorum canonum præscripto decerni. Accipe quæ a se statuta in suis Capitularibus ipse collegit (b): *Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine S. Ecclesia suo liberius potiretur honore: assensum ordini Ecclesiastico præbuimus, ut scilicet Episcopi per electionem clericorum, & populi, secundum statuta canonum de propria diœcesi, remota personarum, & munerum acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur; ut exemplo, & verbo sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.* Hactenus germana Caroli constitutio.

(b) Capit. lib. 1. c. 84. habet etiam dist. 63. c. 34.

Quod si hæc facta essent a Carolo, ut renuntiaret (ut dicunt) privilegio ab Hadriano collato, utique aliqua saltem, vel levis mentio de eo habita ibidem esset. At cum non extaret illa quidem, quæ nec extitisset aliquando, nulla potuit haberi de ea mentio, sed simpliciter a Carolo secundum canones cuncta disponi voluit adversus eos, qui (ut sæpe fiebat) a Regibus peterent Episcopatus.

XV. Tempore Caroli Magni nusquam nomen investituræ.

Sed & quid est, quod in asserto decreto Leonis dicitur, concessas esse Carolo Magno investituras ab Hadriano, cum nec ipsum quidem nomen investituræ, temporibus Caroli esset in usu? Legant, & scrutentur auctores omnes, qui Caroli temporibus aliquid scripserunt, si alicubi penes eorum aliquem invenerint nomen investituræ, vel usum ejus per anuli collationem (ut tradunt) & baculi.

Verum & quod dicitur id a Leone factum in Concilio habito in Ecclesia Salvatoris: penes quem, rogo, mentio, ejusmodi Concilium a Leone octavo dicto Pontifice factum, ut quid hujusmodi sit ab eo concessum Othoni?

Sed & repugnant his omnibus praxis, & leges aliorum post Carolum successorum Imperatorum, ut quid dici possit, fuisse ab Hadriano concessum eidem Carolo Magno de electione Romani Pontificis. Nam audi quæ in electione Hadriani secundi Papæ legantur (c): *Cum Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab Ecclesia Dei Genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur Ad præsepe, traheretur ad Lateranense Patriarchium, certatim a clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audientes Missi Ludovici Imperatoris moleste tulerunt, indignati scilicet, quod dum præsentes essent, non fuerint invitati, nec optata a se futuræ Præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quod non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit (ne videlicet Legatos Principum in electione Romanorum Præsulum expectandi mos per hujusmodi fomitem inolesceret, omnem indignationem medullitus sedaverunt, & ad salutandum electum etiam ipsi humiliter accesserunt.*

(c) Dist. 63. c. 29.

Non admissi Legati Imp. in electione Rom. Pont.

XVI. At quomodo, rogo te, se injustam causam fovere cognoscentes, quieverunt, si pro eis vigebat adeo amplum privilegium, a tanto Pontifice Regi tanto, Carolo Magno concessum? nam si illud vere datum fuisset, eos præteriri minime potuisset, vel ipsum imperatorem Ludovicum, qui (ut cædem habent res ge-

PAGIUS que Missorum suorum interventu. Cui respondet *Hadrianus*, id nunquam factum; sed morem istum observatum etiam temporibus *Pippini Regis*, ut decreto Cleri atque plebis ad Sedem Apostolicam perlato, proprium Antistitem sibi consecrandum Ravennates peterent.

XV. Porro Sigeberti ævo prædicta Synodus Romana, licet fictitia sit, etiam ab Italis agnoscebatur. Siquidem, ut observat Mabillonius lib. 3. de Re Dipl. cap. 3. num. XVI, Joannes Beraldi Monachus in Chronico Casauriensi, quod in anno MLXXXII. desinit, tametsi ejusdem Chartarium pertingit ad annum MCLXI. diserte scribit, *Carolum Magnum* Desiderio in Franciam abducto Romam rediisse, & constituisse ibi Synodum cum supradicto Papa Hadriano in Patriarchio Lateranensi, in Basilica Sancti Salvatoris: *quæ Synodus*, inquit, *celebrata est a centum quinquaginta tribus Episcopis*, tametsi nihil habet de Investituris. Extat

Synodus illa a multis vera existimata.

Digitized by Google

gestæ Hadriani secundi) adversus suos Legatos, talis præsumentes, indignatus est, Romanos vero laudavit: quæ enim ibi leguntur, attende; sunt ista: *Audiens hoc Ludovicus Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregissent officio Præsulem, collaudavit.* Sed & in edita a se pro juribus Romanæ Ecclesiæ conservandis constitutione ista inter alia habet: *Quando*

(u) Dist. 63. c. 30. 31. 32. (u) *divina vocatione hujus sanctissimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo, sub nostra potestate constitutus; licentiam habeat contra Romanos, aut publice, aut privatim veniendi, aut electionem faciendi &c.*

XVII. Catholici Imperatores liberam esse voluerunt electionem Papæ. At quod dicunt eo modo, datis ab Hadriano privilegiis, renuntiasse Imperatorem: quomodo quis renuntians non exprimat, quia renuntiat? necessaria enim omnino ejus est mentio. Quod de Imperatore dicimus, de Pontifice pariter dicendum est. Si quæ privilegia concessa fuissent ab Hadriano Carolo Magno, cur Hadrianus secundus, cum per Oecumenicam Synodum sanciendum curavit, ut nullus laicorum se immisceret penitus electionibus Episcoporum, non meminit concessionis ejusmodi, nec revocavit generatim saltem concessa eidem Carolo privilegia? Vel si rata firmaque ea consistere voluit: cur non expressit, dum legem contrariam illis statuit? Sed quia re vera nulla erat facta concessio, nulla de illis fieri potuit mentio. Omittimus recitare de his ad Lotharium, & Ludovicum Imp. Leonis quarti decretum & Henrici primi, atque Othonis constitutiones de libera electione ex præscripto canonum facienda, Rom. Pontificis. Sed de his jam satis: puto quidem te veritatis amantem Lectorem, jam omnino de impostura Sigeberti, de qua agimus, persuasum, se tam perspicue tot demonstrationibus patefacta. Adeo ut non putem, inveniri posse aliquem, nisi similem illi schismaticum, vel hæreticum qui tantæ, tamque dilucidæ, omnique ex parte constanti obniti audeat veritati.

XVIII. Paulus Diaconus captivus Desiderii Regis studiosiss. His jam confutatis, redeamus ad captivos Longobardos, quos una cum Desiderio Rege Carolus magnus secum duxit in Gallias. Fuit ex eis inter alios Paulus Diaconus Aquilejensis, qui Desiderio Regi erat a secretis; de quo hæc memoratu digna habet Leo Ostiensis:

(b) Leo Ostie. Chron. l. 1. c. 17. (b) *Capta vero* (ut diximus) *Papia urbe, cum Regi Carolo pro sua prudentia carus admodum, & familiaris factus Paulus esset, accusatus est ab invidis apud Regem, quod ex affectu Desiderii, illi pararet insidias. Quem cum Rex comprehensum adduci ad se jussisset, interrogat, an vera sint, quæ de illo dicerentur. Tum ille constanter se domini sui fidelissimum asseveravit, & in eadem fide, quoad viveret, perseveraturum. His auditis Rex, ira succensus jussit incun-*

PAGIUS

tat illud Chronicon apud Duchesnium Tom. III. pag. 544. Gratianus in Dist. 63. cap. 23. Synodum illam Romanam summopere prædicat. Sed, ut Bellarminus lib. de Script. Eccles. ad annum 1145. jam questus est, Gratianus *non habuit delectum Auctorum ex quibus Decreta collegit*, indeque eamdem, quam Interpolator Sigeberti narrationem primæ parti Decreti sui inseruit, aliamque etiam Leonis VIII. pseudo-Synodum retulit in eam rem, ut an. CMLXIV. Deo dante videbimus, & de ista supposititia Synodo Hadriano attributa rursus mentionem faciemus.

XVI. *Paulus Diaconus in exilium a Carolo missus.* Ad num. XVIII. & seqq. Paulus Diaconus Libellum suum *de Metensibus Episcopis*, ut liquet ex ejus Scriptis, composuit, postquam Carolus Rex *Fastradam* uxorem duxisset, *Pippinum* filium Italiæ Regem renunciasset, *Ludovicum* vero alterum filium Regem Aquitaniæ constituisset. Quare cum utriusque Regia inunctio ad annum DCCLXXXI. & Fastradæ nuptiæ ad annum DCCLXXXIII. pertineant, ac *Angilramnus* Episcopus Metensis, cui Libellum suum Paulus dicavit, anno DCCXCI. vivere desierit, *Paulus* intra spatium illud annorum octo, quod a Fastradæ nuptiis ad Angilramni obitum intercessit, suam lucubrationem edidit. Arctius rem premit Leo Ostiensis in suo Chronico lib. 1. cap. 17. ubi testatur, *Paulum* exilio relegatum a Carolo, annos aliquot exulasse, deinde in *Aragisi* Ducis Beneventani Palatio mansisse, postremo Monachum Casinatem factum, post ejusdem *Aragisi* mortem, quam vetus Auctor in Appendice ad Chronicon, quod Nibelongi Comitis jussu conscriptum est, anno Christi DCCLXXXVII. consignat. Ex his Cointius anno DCCLXXIII. num. X. deducit, *Paulum* Libellum suum Angilramno dicasse anno septingentesimo octogesimo quarto, eodemque anno ipsummet Paulum ab invidia accusatum apud Carolum Regem, *quod ex affectu Desiderii, illi pararet insidias*, ut narrat Leo Ostiensis, in exilium misisse in *Diomedis insulam*, in mari Adriatico positam. Baronius, qui Libellum illum Pauli de Metensibus Episcopis non viderat, eum cum Desiderio hoc anno relegatum fuisse credidit. *Post Arichis Beneventani Principis obitum*, inquit Leo, *ad hoc Monasterium*, nempe Casinense, *venit, & Sanctæ ibi Religionis habitum induit, & factus Monachus non parvo ibi tempore vixit*, idemque Monachum induit circa annum DCCLXXXVII. eo enim Christi anno *Arigisum* seu *Arichem* vita functum esse infra videbimus. *Homiliarum* suo lectiones, quæ per totius anni Festivitates legerentur, Caroli Regis jussu edidit, ut liquet ex Epistola ejusdem Caroli, de qua anno DCCXCVII. agemus. Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 319. tribuit illi Vitam Sancti Gregorii Magni refellitque Gussanvillæum, qui Opera hujus Sancti Doctoris ab aliquot annis in lucem emisit, quique suam opinionem retracta-

ctanter manus abscinde. Sed continuo mutata sententia, memor illius sagacitatis atque prudentiæ, suspiransque: Et si, inquit, ei manus abscinderimus, ubi tam elegantem scriptorem reperire poterimus? Atque ad proceres conversus, qui duum de tali viro agendum esset, percontabatur. Illi eruendos ei oculos, monebant, ne ullas adversus Regem litteras scriberet. Et ubinam (ait ille) vel quando talem reperiemus historicum? Illi vero Regis clementiam, propensamque ad virum pietatem attendentes, suaserunt, ut illum apud Diomedis insulam, quæ hodie Tremiti dicitur, exilio relegaret. Sicque factum est.

XIX. *Ubi cum aliquot annos exulans duxisset, homunculus quidam, qui ei propter Dominum obsequia præstabat, clam illum ex insula asportans, cum eo pariter Beneventum perrexit. Quo viso Arichis, qui filiam prædicti Desiderii Adelpergam habebat uxorem, valde tam ipse, quam eadem ipsius conjux gavisi sunt, eumque secum in palatio honorifice detinuerunt.* Pauli Diaconi lucubrationes. *Quo tempore utrumque palatium ejusdem Principis, alterum quidem quod Beneventi, & quod Salerni alterum construxerat, idem Paulus versibus luculentissimis exornavit. Ejusdem etiam Adelpergæ precibus in historia Romana, quam breviter Eutropius scripserat plurima hinc inde ex historiis Ecclesiasticis addidit, duosque præterea libros a tempore Juliani Apostatæ, in quem ipsam historiam Eutropius terminaverat, usque ad tempo-*

PAGIUS re decreverat, ut ait ibidem Mabillonius. Ea autem Vita diversa est ab illa quam Joannes Diaconus publicavit, editaque est Sæculo I. Benedict.

XVII. *Anno tertius belli Saxonici.* Eginhardus in Ann. de Saxonum rebellione, & de Gestis a Carolo anno III. belli Saxonici loquens ait: *Cum hæc in Italia geruntur*, (id est, Papia a Carolo obsidetur) *Saxones per opportunam absentiam Regis nacti occasionem, confines sibi Hassorum terminos ferro & igni populantur. Cumque in eo loco, qui nunc Frideslar ab incolis nominatur, Basilicam in Beato Bonifacio Martyre dedicatam incendere molirentur, atque hoc efficere casso labore conarentur, immisso sibi divinitus pavore subitaneo, turpi trepidatione confusi domum fugiendo revertantur.* Paulo post: *Rex autem domum regressus, priusquam eum Saxones venisse sentirent, tripertitum in eorum Regiones misit exercitum: qui incendiis ac direptionibus cuncta devastans, compluribus etiam qui resistere conati sunt interfectis, cum ingenti præda reversus est. Et celebravit præfatus gloriosus Rex Natalem Domini, in villa quæ dicitur Carisiacus.* Idem habent Annalistæ Tilianus, Loiselianus, & alii.

XVIII. *Translatio S. Nazarii ejusque Ecclesiæ Dedicatio.* Annales a Lambecio Tom. II. Biblioth. Cæs. publicati, qui ab anno DCCXIV. usque ad annum DCCCXVII. pertingunt, hæc habent: *Karolus ab Italia regrediens Dedicationem Ecclesiæ Sancti Nazarii, & Translationem corporis ipsius in Monasterio Laurisham celebrat anno Incarnationis Dominicæ DCCLXXIIII die Kalendarum Septembris.* Idem habent Annales Fuldenses auctiores nondum editi ibidem apud Lambecium pag. 347. die tamen & mense, quibus Dedicatio & Translatio factæ, in quibus tota sita est difficultas, non memoratis. Hoc enim anno dies primus mensis Septemb. in feriam quintam incidit, & Translationes ac Dedicationes nonnisi diebus Dominicis peragi solitæ erant. Nodi hujus solutionem didicimus ex Auctore Chronici Laureshamensis, qui notat, utramque peractam *in capite Kalendarum Septembrium*, idest, decimo nono Kalendas Septembris, seu die XIV. mensis Augusti, qui hoc anno Dominicalis fuit. Hujus numerandi modi ab Antiquis quandoque usurpati, qui facile in errorem inducere potest, exempla attulimus anno Christi XXXI. num. I. & anno DXXVI. num. IX. Operæ pretium est ejusdem Chronici verba de hac Dedicatione ac Translatione hic referre, ut ejus Auctoris errores aperiamus, & celeberrimi illius Monasterii fundationem, de qua anno an. DCCLXIII. quo peracta est, egimus, magis explicemus: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXVII.* (restituendus annus DCCLXXIV.) *sed a fundatione sive exordio Laureshamensis Monasterii anno XII.* (ex quo liquet conditum illud fuisse anno DCCLXIII. non vero anno DCCLXIV. ut passim Viri docti deducunt ex duobus Diplomatis Williswindæ & Cangoris ejus filii Comitis pagi Rhenensis sive Rhiogoviæ in eodem Chronico recitatis, quorum initio legitur: *Anno duodecimo, Domno nostro Pippino Rege, sub die IIII. Id. Julii, Regni vero Caroli (ex quo defuncto fratre suo Karolomanno Monarchia ad eum transiit) anno VI.* (sed delenda illa parenthesis, annus enim ille VI. a morte Pippini Regis, non vero a morte Carolomanni deducitur.) *Gaudelandus Abbas, perfecta jam Templi fabrica, & ut domum Dei decebat, omni specie decoris exornata, apud Spiream Civitatem Regi occurrit; cui pius Rex benigne assentiens cum Regina Hildigarda, filiisque Carolo, Pippino, Ludouvico* (delendum nomen Ludovici, quia nondum natus erat) *ac pluribus Regni Principibus, per Lullum Maguntinæ Sedis Archiepiscopum, & Beati Bonifacii Episcopi & Martyris Successorem, atque per Episcopos Megingozum, Vuiomadum, Angelrammum, Vualdricum, magnifico apparatu & summa veneratione, in* CAPITE KALENDARUM SEPTEMBRIUM, *Dedicationem ejusdem Ecclesiæ celebravit, corpusque Beati Martyris Nazarii, Domini & Patroni nostri in eam maximo devotionis honore transtulit.*

XIX. *Episcopi qui eisdem interfuere.* Tunc Ecclesiæ Trevirensi præerat *Vuiomadus* seu Weomadus, Metensi Angiramnus, & Megingozus Episcopatum Wirceburgensem *quindecim annis rexerat*, & suis Monachis valedicto Episcopatum deposueret, ut in solitudine liberius Deo inserviret, ut inquit Egilvvardus in Vita Sancti Burchardi, ubi plura de ejus virtutibus. Cointius hoc anno num. CXXXV. ubi de Translatione Sancti Nazarii differit, & Chronici Laureshamensis errores aliquot emendat, *Vualdricum* interpretatur Udalricum Episcopum Lausannensem. Verum hic anno incerto Ecclesiam Lausannensem gubernavit, *Vualdricus* vero sextus fuit Episcopus Patavienss, ut patet ex Versibus incerti Poetæ *de Ordine Comprovincialium Pontificum*, quos anno DCCXXXIX. num. III. repræsentavimus. In Chronico Wirziburgensi a Baluzio libr. I. Miscell. publicato ad annum DCCXCIV. legitur;

pera primi Justiniani Imperatoris adiecit: sed & universos fere anoalis compati lectiunculas rithmo composuit,

XX. *Defuncto autem Arichisi, mox ad hoc monasterium Cassinense (ut supra retulimus) properavit, factusque monachus plures postea vixit annos, rogatus quoque ab Abbate, ac fratribus expositionem regulæ S. Benedicti peratilem edidit: ubi multa de veteri monasterii hujus consuetudine accessario inserit, atque alia etiam alia scripta eleganti stylo conscripsit, atque inter alia versus quoque reciprocos & hymnos de singulis B. Benedicti miraculis diserto sermone composuit.*

Ad hunc præfatus Carolus Rex qui eum exilio relegaverat, comperto quod hujus monasterii monachus effectus esset, multum illi gratulatus, affabiles satis, & jucundas epistolas versibus misit, ex quibus hic aliquid inferre placuit. Ait enim post aliquos versus, suam alloquens chartulam.

Ad Paulum Diac. epist. Carol. Magni fragmentum.

Hinc celer egrediens facili mea charta volata
Per silvas, colles, valles quoque præpete cursu,
Alma Deo cari Benedicti tecta require.
Est nam certa quies fessis venientibus illuc:
Hic olus hospitibus, piscis, hic panis abundat.
Latus amor cultus Christi simul omnibus horis:
Pax pia, mens humilis, pulchra & concordia fratrum.
Dic Patri, & sociis cunctis, Salvete, Valete.
Cella mei Pauli gaudendo amplecte benigne,
Dicito multoties: Salve Pater optime Salve, &c.

Cui ille similiter versibus rescribere, & pro visitatione & salutatione sua, & fratrum gratias referre maximas studuit. Hæc Leo qui addit, eundem Paulum illic consenuisse in monasterio, & longævum ætate in Domino quievisse. Ait Trithemius, eumdem jussu Caroli Magni ordinasse historias, & lectiones per totum annum singulis festivitatibus Sanctorum congruentes. Sane quidem in sæculo tam rudi, ipse claruit inter primos.

PAGIUS tor: *Megingaudus Episcopus obiit VI. Kal. Octob. Vvirzeburc. Sedit annos III. menses decem, dies XXV.* Verum tam ex eo Chronico, quam ex Vita Burchardi nihil certi colligi potest de anno emortuali Episcoporum Wirzeburgensium ob errores Chronologicos Auctorum utriusque Operis.

XX. *Bellum Bulgaricum,* Theophanes ad annum XXXIII. & XXXIV. Constantini Imp. narrat, hunc Imperatorem Classem adversus *Bulgaros* instruxisse, hosque ejus adventu cognito terrore actos pacem cum illo composuisse. Verum *mense Octobri Indictione undecima,* sed legendum, *Indictione duodecima.* Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoata, cum Bulgari pacem rupissent, Imperator eos ex improviso aggressus, nobiliter de eis triumphavit. Postea Bulgarorum Princeps, ut sciret quos in suo Principatu proditores haberet, scripsit ad Constantinum Imp. constituisse se se ad eum profugere, rogavitque, ut sibi significaret quos apud se amicos haberet, ut una cum ipsis ad illum veniret: qua fraude circumventus Imperator nomina amicorum suorum ei perscribit, quos omnes Bulgarus perdidit: *quo comperto Constantinus canos suos præ dolore evulsit,* inquit Theophanes.

Alcredus, seu Aldredus Northumbriæ Rex *decimo Regni, quod invaserat, anno cedere a comprovincialibus compulsus est,* inquit Malmesburiensis lib. 1. de Reg. cap. 3. quod hoc anno contigisse testantur Hovedenus, & Annalista Mailrosensis. In ejus locum substitutus est *Edelredus* filius Regis Mol, seu Regis Edilvvaldi. XXI. *Edelredus Rex Northumbria creatur.*

JESU CHRISTI ANNUS	HADRIANI PAP. ANNUS	CONST. COPRON. IMP. ANNUS
775.	4.	35.

I. Septingentesimus septuagesimus quintus agitur annus Indictione decimatertia, quo tandem post propagatum ad plurimos annos Imperium Constantini, secundum illud propheticum Danielis (a): *Ecce Vigil, & Sanctus de cælo descendit & clamavit fortiter, dicens: Succidite arborem, præcidite ramos ejus, & dispergite fructus ejus.* Cum videlicet impius Constantinus, ubi regnasset annis triginta quatuor, mensibus duobus & diebus viginti sex infelicissimo exitu diem clausit extremum, decimaquarta mensis Septembris, prout ex Theophane exacte, annos singulos ejus Imperii supputante, collegimus, dum ejus Imperii exordium numerare incipit a die obitus patris, quem contigisse ait decimoquarto Kal. Julii nonæ Indictionis, anno Redemptoris (juxta Latinorum supputationem) septingentesimo quadragesimo primo decem ipse amplius annis, quam pater regnavit, & mensibus minus diebus novem: siquidem Leonem annis nonnisi viginti quatuor, mensibus tribus & diebus duobus imperasse, idem Theophanes tradit. Ut autem impii tamdiu regnare permissi sint, non Dei benedictio, sed maledictio fuit secundum illud Job (b): *vidisti multum firma radice, & maledixi pulchritudini ejus statim.* Nam quo longius vita producitur, eo copiosior eorum maledictio propagatur, cum totum, quod vivunt tempus, nonnisi ad thesaurizandum (c) sibi ipsis iram in die iræ profecerint, ut nec illis ad vitam fuerit computandum; iisdem ipsis id in inferno testantibus (d) & inter alia ista de nimia vitæ suæ brevitate dicentibus: *Tamquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuo in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius; sic & nos nati continuo desivimus esse.*

(a) Dan. 4.

Divina ultio in Constantinum Copron.

(b) Job. 5.

(c) Rom. 2.

(d) Sap. 5.

II. At quæ de exitu ejus Theophanes breviter narrat, sic accipe: *Anno trigesimo quinto*, inchoato scilicet, *sui Imperii mense Augusto tertiadecima Indictione exivit contra Bulgaros Constantinus, qui divinitus est in cruribus plaga percussus quæ Græce ἄνθραξ, appellatur. Et hinc febre validissima detentus, Archadiopolim rediit, a subjectis humeris in lectum delatus. Et veniens Silimbriam, navem ingressus est, cumque Strongylum pervenisset castellum, miserabiliter in Chelandio moritur, clamans & dicens: Vivens adhuc igni sum inextinguibili traditus; sanctamque Virginem & Dei Genitricem laudari exposcens, cum sine fœdere ejus fuerit inimicus.* Eadem & reliqui omnes Græci auctores testantur. Addit autem aliqua Cedrenus his verbis: *Navigio usque ad castellum Strongylum vectus, ibi animæ, & corporis mortem obiit, vociferans, atque dicens, se inextinguibili igni traditum propter Mariam, jubens eam exinde honorari, ac celebrari vero Deiparam. Moriens, suamque ultimam voluntatem testatam faciens, hæc pronuntiavit; Incolume esto magnum templum divinæ Sophiæ: Incolumis esto ædes sanctissimæ Deiparæ in Blachernis: incolumis esto Ecclesia ejusdem in Chalcopatriis: Incolumis esto ædes sanctorum Apostolorum: Incolumis esto urbs, & Senatus: Incolumis esto filius mi Imperator, atque tu etiam o Theophanes, cui magnum meum arcanum credidi.* Hæc Cedrenus. Erant præcipuæ Ecclesiæ illæ, quas jubere valet, ab ipso præ cæteris ignominia affectæ. Sic igitur ea quam audisti ab eo extorta divinitus confessione veritatis, tum de sua in perpetuum damnatione, tum de cultu, quem execratus est ante Deiparæ, diem clausit extremum, hac ex parte Antiocho similis, qui semper & ubique impius, moriens eam

Constantini miserandus obitus.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hispan. DCCCXIII. Anno Hegiræ CLIX. inchoato die 31. Octob. fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6268.

☉ 28. A. ☽ 16. P. 26. Mart. Indict. 13.

JESU CHRISTI 775.

HADRIANI PAPÆ 4.

LEONIS IV. IMP. 25. & 1.

A.C. 775. I. Constantini Copronymi interitus.

Num. I. ad VIII. Theophanes ad annum XXXV. Constantini Imp. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatum, scribit: *Hoc anno decima tertia Indictione Imperator Constantinus bellum Bulgariæ illaturus Urbem reliquit, &c. Selymbriam profectus, die XIV. mensis Septemb. Indict. XIV. nave conscensa, ad Castellum Strongylon devectus infelicem in navigio mortem obiit, &c. Solus post patris obitum imperavit annos triginta quatuor, menses duos, dies viginti sex*, ubi diem emortualem excludit Theophanes. Idem habet Auctor Miscellæ, & ex iis uterque Auctor corrigendus, quando initio Imperii ejusdem Constantini asserunt, eum potestatem obtinuisse, *annos quatuor supra triginta, menses tres, dies duos*. Loco enim, *dies duos*, scribere debuere, *tribus diebus exceptis*. Præterea loco, die decima quarta mensis Septembris, legendum *die decima tertia mensis Septembris*, ut in textu Græco habetur, τῇ ιγ' τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, τῆς ιδ' ἰνδικτιῶνος. Et successit *Leo* hujus nominis IV. filius, quem anno DCCLI. die sexta mensis Junii in consortium Imperii adsciverat; qui ideo annum prioris Imperii XXV. hoc anno inchoavit, & patrem imitatus, adversus Orthodoxos sævit.

aam primum ſanam, veramque ſententiam diait (a): *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria cum Deo ſentire*. Subiicit autem iſta Theophanes: *Regnavit autem poſt mortem patris ſui annis trigintaquatuor & menſibus duobus, diebus viginti ſex*. Quod legebatur triginta quinque annis, corrigitur ea ipſomet auctore Theophane, dum qua Indictione, tum hic tum ſuperius in Leone mortuus ſit inſinuat.

(a) Mach. 9.

III. Sed audi, quod ſubiicit elogium dignum ejus ſepulcro: *Ita vitam diſſolvit ſanguinibus multis infectus, & dæmonum invocationibus, & ſacrificiis, perſecutionibus quoque ſanctarum Eccleſiarum, rectaque & immaculatæ fidei, necnon & monachorum peremptionibus, & violationibus monaſteriorum, maliſque variis ſupercreſcens, non minus quam Diocletianus, vel aliquis tyrannorum*. Hæc Theophanes. Porro ſi quis ex ſectis, quibus commonicavit, ejus nomina addiſcere velit: aa iis, quæ ſuperius dicta ſunt, Judæum ipſum jure vocabit, Neſtorianum, & Manichæum, præter nomina Iconomachi, & Copronymi, & Caballini, quorum primum ex ſecta, ſecundum e ſtercore, quo infans conſperſit ſacroſanctum lavacrum, tertium vero mutuatus e ſtercore caballorum, quo tale monſtrum ipſi etiam naturæ averſum, dicitur delectatum. Nam audi Theoſterictum hujus temporis ſcriptorem in Niceta: *Tantopere vero ſordium & impuriſſimæ cujuſque rei odore malo delectabatur, ut animalium brutorum ſtercoribus ſe illiniret, & eos qui cum illo erant, id facere juberet, quos amabat, ob idque benigne accipiebat, quod rebus male olentibus ſemper delectaretur*. Hæc ipſe. Sed riſimus Giclam dum Caballinum a Cabala civitate refert denominatum, quod caballini ejus cives dici teſtetur. Sed quid commune Conſtantino cum Cabala, natus ipſe, atque educatus Conſtantinopoli? Nam & Theophanes ipſum caballino ſtercore delectatum, ejus Imperii exordio ita narrat, poſt alia ſcelera de ipſo commemorata: *Magicis maleficiis, & luxuriis, cruentiſque ſacrificiis & caballinis ſtercoribus, atque lotio delectatus, mollitiebuſque ac dæmonum invocationibus, &c.*

Cur Caballinus ſit dictus.

IV. Sed & quod præter perſonam Imperatoris, ageret quoque Theologum, & doctorem Eccleſiæ ſcriptorum aliqua monumenta reliquit. Meminit de eorum aliquibus idem Theoſterictus, quæ vidit: *Ego ipſe*, inquit, *legi treſdecim orationes, quas per duas hebdomadas recitandas tradidit, in quibus de Sanctorum interceſſione mentio nulla facta erat*. Hæc ipſe. Tanto jam glorientur Novatores anteſignano; tollant hunc, ut faciunt laudibus Sanctorum blaſphemi, ſuſurrumque ſui obvoluti ſtercore audiant ſcarabei: eoſdem cum illo globulos ſtercoreos volvant, dum eaſdem cum illo putidas hæreſes coagmentant, idem abſque dubio cum ipſo ſubituri ſupplicium apud inferos, cujus judicii præjudicium idem proxime moriturus ſenſit: dum enim in ſe latam ſententiam perpetuæ damnationis expreſſit, eamdem utique ejus ſectarios accepturos fore ſignificavit.

Defunctus igitur Conſtantinus ſepultus eſt in Templo ſanctorum Apoſtolorum, nactus, quam non meruerat ſepulturam; qua penitus indignus cum eſſet, juſto Dei judicio poſtmodum (ut aſſeritur a Græcis in Menologio) effoſſus, ejus oſſa publice in foro cremata ſunt. Reliquit Conſtantinus poſt ſe filium hæredem Imperii Leonem, & alios filios, ſed & filiam a parentis moribus longe diſſimilem. In qua Dei manifeſtata eſt ſapientia, quum ea putrido illo ſtercore ſcivit aurum colligere, gemmaque ſeligere quam pretioſiſſimam, Anthuſam dictam, hanc Copronymi filiam, egregia ſanctitate conſpicuam, de qua in tanta ſcriptorum penuria ſatis hic tibi ſit reddidiſſe, quæ in Menologio ſæpe citato Baſilii Imperatoris deſcripta habentur his verbis, die decima ſeptima menſis Aprilis.

V. *S. Anthuſæ Conſtantini Caballini Imperatoris filiæ memoria*. Hic titulus. Pergit vero: *S. Anthuſa Conſtantini quidem Caballini fuit filia. Cum autem ut viro copularetur, ab illo cogeretur, non acquievit. Sed poſt illius obitum nacta libertatem, omnes ſuas diſperſit divitias; & has quidem dans pauperibus, has autem in Eccleſiarum, & monaſteriorum impendens ædificia: porro reliquas in captivorum redemptionem: ſuas autem aureas veſtes in Eccleſiarum ornamenta. Fuit autem multorum mater orphanorum: Expoſitos enim ſuſcipiens infantes educabat, & inſtruebat, & hos quidem morientes Deo tranſmittebat, hos autem viventes ad ſenum curam mittebat, & feminas tondens inducebat in monaſteria. Frequenter autem a piiſſima Irene cognata, ut cum illius filio, ac pariter ſecum regnaret invitata minime conſenſit. Sed a S. Tharaſio monacha in Eumenia cœnobio facta, ad Dominum migravit*. Hactenus S. Anthuſæ dignum elogium, quod anniverſaria die ex ſacro ritu in Eccleſia legi publice conſuevit; ut ingens plane miraculum videretur, ea monachorum perſecutore naſci filiam, quæ erigeret monaſteria, atque ipſa monialis pariter efficeretur: ut omnes intelligant, quod *non eſt ſapientia (b) non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum*. Quodque ipſe eſt, (c) *qui reprobat conſilia Principum*. Et

De Anthuſa filia Copronymi.

(b) Prov. 21.
(c) Pſ. 32.

ſu

tu Novator infelix nihilominus factis, verbisque sectaris, defendisque Copronymum quem & unica ejus filia universo orbi opere demonstravit errasse, pluris faciens vilem monasticum habitum, quam purpuram Imperatoriam.

VI. De Anthusa Seniori.

Sed unde huic Imperatoris Constantini filiæ nomen Anthusæ, ex eodem Menologio disces, ubi vigesima septima Julii de alia Anthusa fit commemoratio: hæc enim ibi leguntur: *Anthusæ memoria. Hæc anachoreticam vitam deligens, miraculis clara fuit: cognita autem a Constantino Caballino, quod coleret venerandas imagines, cogebatur negare cultum earum. Non acquiescens, dire percussa fuit. At postea Imperatoris uxori parere non valenti prædicens, duos filios eam genituram, masculum alterum, alteram feminam: a tormentis eximitur. Et erga eam Regina sic affecta est, ut eam loco matris haberet, & filiam, quam peperit, ejus nomine Anthusam nuncuparet: demum vero ipsa in pace quievit.* Hæc ibi. Sed jam sedeamus ad Constantini filium, novum Imperatorem Leonem, qui statim ab obitu patris absque aliqua controversia capessit Imperium.

Post autem persoluta postrema Constantino patri, idem Imperator a Theophane quæsivit, quodnam grande esset illud patris secretum, ipsi soli cognitum? Respondit, fortasse patrem tuum ejus rei pœnituit, quam nos occulte egimus, XVII. centenarios defodimus quodam in loco in usum fratrum tuorum Cæsarum, & Nobilissimorum. Leo autem omne illud famulis missis abstulit, nihilque fratribus reliquum fecit. Hæc (a) Annales Græcorum. Leo vero (subdit Theophanes b) *cœpit expendere pecunias, quæ sibi fuerant a patre dimissæ: placuitque tam Optimatibus, quam populo, & visus est brevi tempore pius esse, sanctæque Dei Genitricis, & monachorum amicus, unde & monachos Metropolitanos Episcopos creans, in summis sedibus collocavit.*

(a) Cedr. in Comp. hoc anno. (b) Theop. lib. 23. in princ.

Leo Imp. pius apparuit.

Tunc accidit, ut ipse Platonem Olympi montis monachum celebrem, civem Constantinopolitanum, rediens Constantinopolim, in Episcopum Nicomediensem provehendum curaret; sed renuit ipse vir sanctissimus, qui in humili gradu Apostolicum obire munus non prætermisit, prout Theodorus Studita, qui hoc vivebat tempore, & res ab eo gestas scriptis prosequutus, testatur, quæ hic reddendæ sunt, ut ex iis, quæ unus iste operatus est, aliorum sanctorum monachorum facta, quæ non prodita scriptis, intelligamus.

VII. S. Platonis pietatis officia.

De hinc (inquit Theodorus) *necessariis quibusdam de rebus Byzantium ingressus est: Quo tempore videre licuit monachos ipsos, qui superfuerunt tamquam lumina quædam, ab iis, qui in urbe Byzantio erant, conspectos fuisse. Tunc & beatus ille, qui mortuus antea putabatur, redivivus agnitus est (neque enim a cognatis superesse credebatur) ex eo quod non solum consanguineis hominibus, sed toti Byzantio celeberrimus factus est, aliis aliunde illum attrahentibus, atque amplexantibus, benigne ejus dexteram apprehendentibus, denique nobili ejus doctrina libentissime fruentibus &c.* Pluribus namque narrat spirituales profectus, cum verbi prædicatione singulos monens, eos ad meliorem vitæ frugem convertit. Et inferius in eodem argumento versatus, hæc addit:

Itaque in illa urbe regia, tamquam vexillum quoddam, erexit orationem, spectatæ vitæ testimonio comprobatam. Adde quod tenui, & modesto habitu indutus, aspectu ipso eos, qui eum videbant, ad virtutem hortabatur. Quod si cum politico aliquo viro negocium illi fuisset, orationem suavem adhibebat, ad ejus mores, qui eum audiebant, se componens. Nec quisquam hac in re ipsius institutum accuset, sed utilitatem inde proficiscentem consideres. Et quanam (inquiens) hæc est? peccantium hominum pœnitentia, & vitæ renuntiantium multitudo. Primus enim, & solus fere (ut ita dicam) is apparuit, qui nostri generis homines, & alienigenas ad virtutis exercitationem suscipiendam alacres reddidit; primus, inquam, nobis, ut sancte viveremus, hortator diligens extitit. Quamobrem & monasterio cuidam, quod in urbe erat, præesse cogebatur quidem, sed noluit tamen. Quin etiam Nicomediensium Ecclesiæ præsidere eum hortabatur, qui tunc præsidebat, sed assentiri noluit, clerum fugiens is, qui clero erat dignus, & sacerdotii fastigium metuens, qui virtute sublimis, & præstans erat. Porro idem sanctissimus vir Apostolicus tamdiu Constantinopoli mansit, quamdiu hæresi profligata, fides Catholica fuit postliminio restituta, tunc demum rediit ad monasterium suum. Ita pugil egregius utraque potens manu, activa, atque contemplativa vita sublimis, pro temporum ratione (prout spiritus imperabat) exegit utrumque munus.

VIII.

Cæterum quod ad statum Orientalis Ecclesiæ spectat, Leo ipso sui Imperii exordio, quo sibi conciliaret omnium ani-

PAGIUS II.

Ad num. VIII. Theophanes narrata Constantini Imp. morte subdit: *Eodem etiam mense (nempe Septembri) Abdelas Arabum Dux extinctus est. Ista duæ feræ crudelissimæ cum diu simul genus humanum dilaniassent, qua Dei providentia fuit, ambæ simul sublatæ sunt.* At licet

Theophanes de rebus Arabum parum sæpe edoctus.

Leonis Imp. Consilium in administrando Imperio.

animos, omnibus morem gerere studuit: perseverabat ipse tamen hæreticus, hæreticus pariter Patriarcha Niceta jura Ecclesiæ ministrabat, adeo ut potius fuerit obitu Constantini persecutionis cessatio, quam Catholicæ Fidei restitutio. Cæterum ubi habenas ipse Imperii jam secure possidere visus est sibi; rursum ipsos Orthodoxos persequi aggressus est, ut quæ dicemus suis locis, ostendent. Et si Platoni, vel alicui alii indultum est vitam monasticam propagare, cæteris tamen omnibus numquam id licuit, nisi ubi Irene Augusta cum filio Constantino regnavit. Hæc sunt, quæ ad statum Orientalis Ecclesiæ, ubi Romanus Imperator dominabatur, pertinent, altera vero pars Orientalis orbis Sarracenis subjecta, & ipsa hoc anno alleviata est, morte persecutoris, qui dum vixit Christianos afflixit Habdallæ; de quo hoc anno ista Theophanes,

Præterea eodem anno, & eodem mense, quo obiit Constantinus, moritur Habdalla Arabum Rex. Cum enim ambo hi, velut acerrimæ bestiæ, diuturnis temporibus, ac crudelitatibus humanum genus depasti sunt; mortui sunt providentia Dei, & obtinent principatum Leo, & Madi filii eorum. Præterea eodem anno Aldegisus, Desiderii Longobardorum Regis filius, ad regiam urbem veniens, ad Imperatorem se profugus contulit. Hæc Theophanes, cuncta summa brevitate perstringens. Aldegisus igitur, qui anno superiori fugam Orientem versus, arripuit, hoc anno Constantinopolim venit, ubi ab Imperatore benigne exceptus, ab eodem Patriciatus dignitate donatus est, ubi cum frustra tentasset res Italiæ, absque spe aliqua Regni iterum potiundi consenuit. Habdallæ Regis Sarracenorum obitus.

Quod autem ad Occidentales res pertinet, Synodum a Carolo Magno in Duria IX.

PAGIUS

cet verum sit, Almansorem Bagadensium Sarracenorum Calipham diu regnasse, ab anno nempe Christi DCCLIV. ad præsentem, & Christianos summopere vexasse; falsum tamen eum *Abdelam* aliquando nuncupatum fuisse, & Septembri mense interiisse, ut liquet ex Elmacino lib. 2. Hist. Sarac. & ex Abul-Pharaio in Historia Dynastiarum. Theophanes enim, ubi de *Almansoris* exordio & constitutione *familiæ* Abbasidarum, e qua secundus Calipha Almansor fuit, omnia turbat, & inter alia asserit, primum ex illa *familia* Calipha Sedem Regiam ex urbe Damasco *in Persidem* transtulisse, quod certum est contigisse sub *Almansore*. Quod hic indicasse sufficiat, ne quis in Rerum Arabicarum narratione a Theophane de iis sæpe parum edocto in errorem inducatur.

III. *Moritur Almansor Calipha.* Quare, ut scribit Elmacinus, anno CLVIII. (nempe Hegiræ) vita defunctus est Amansor, Birmaimone, milliaribus aliquot distante a Mecca, cum in peregrinatione esset, idque *die sexto Dulhuggiæ*, qui mensis Arabicus die primo Octobris nostri auspicatus, illiusque dies sextus cum sexto Octobris nostri concurrit. Festum autem in honorem Mahometis institutum *Haggia* appellatur, & a mense *Dulhuggia* nomen sortitur. Quod confirmant sequentia Elmacini verba, qui addit, eum obiisse *elapsis annis Hegiræ CLVII. mensibus XI. & diebus sex; annis autem solaribus mundi 6267. & diebus XXXIX.* qui annus mundi secundum Alexandrinos cum die XXVIII. mensis Augusti hujus Christi anni absolvitur, & postridie annus mundi 6268. inchoatur. Qui tamen Elmacinus Auctores inter se dissentientes quandoque sequitur, ipse etiam quandoque errat, uti quando ait, imperasse Almansorem an. *XXI. menses XI, & dies XXIII.* Sed natali ejus ac mortuali diebus recte stabilitis similes errores evanescunt. Ei successit *Mohammed* Mahadis, filius eo die quo pater ejus obiit, inquit Elmacinus, qui asserit eum Calipham fuisse XXIV, & inter Abbasidas tertium ac Imperii sui initio *Bagdadum* Sedem Regiam Caliphatum condidisse.

IV. Ad num. IX. *Carolus* Rex Pascha apud *Carisiacum* celebravit, & habuit Synodum in villa, quæ dicitur *Duria*, ut habent Annalistæ Loiselianus, Metensis, aliique. Sita est Duria

in Ducatu hodierno Juliacensi. Habita illa Synodo Rhenum transiit, & de tribus Saxonum populis, idest, Ostphalis, Angarlis, & Westphalis triumphavit; *Et inde*, inquit Annalista Loiselianus de Synodo in villa Duria habita loquens, *iter peragens partibus Saxoniæ, Sigisburgum Castrum cepit, Heresburgum reædificavit, super Vuisorum fluvium venit, in loco qui dicitur Brunisberg. Et ibi præparabant Saxones bellum, volentes ripam supradicti fluminis defendere: auxiliante Domino, & Francis decertantibus, fugientibus Saxonibus, Franci ambas ripas obtinuerunt, & multi Saxones ibi occisi sunt. Tunc Domnus Carolus Rex dividens exercitum suum, sumsit secum quos voluit, & perrexit usque Obacrum fluvium. Ibi omnes Austreleudi Saxoniam venientes cum Hassione, dederunt obsides juxta quod placuit, & juraverunt sacramenta, se fideles esse partibus supradicti Domni Caroli Regis. Similiter inde revertente jam dicto mitissimo Domno Rege, venerunt Angrarii in pago, qui dicitur Buki, una cum Brunone & reliquis Optimatibus eorum, & dederunt obsides sicut Austrasii* (idest, sicuti Austreleudi, sive Ostphali, seu Saxones Orientales), *Et inde revertente præfato Rege, invenit aliam partem de suo exercitu super fluvium Vuisora, continentes ripam quam jussi fuerant. Saxones cum ipsis pugnam fecerunt in loco, qui dicitur Libad, & Franci, Deo volente, victoriam habuerunt, & plures Saxones occiderunt. Hoc audiente Domno Carolo Rege, iterum super Saxones cum exercitu, non minorem stragem ex ipsis fecit, & prædam multam conquisivit super Vuestphalos* (idest super Saxones Occidentales) *& obsides dederunt, sicut & illi alii Saxones; & tunc obsidibus acceptis, & præda multa sumta, & pariter strage Saxonum facta, supradictus Domnus Carolus Rex ad propria reversus est, auxiliante Domino, in Franciam.* Idem habent Regino in Chronico, Eginhardus in Annal. Annalista Metensis, & alii. *Quartus annus belli Saxonici.*

Sed redeo ad Conventum in villa Duria habitum, observoque illum non mense Majo, ut de more, celebratum esse, sed in mensem Julium dilatum, ut mihi videor elicere ex Placito Caroli Magni a Mabillonio lib. 6. de Re Dipl. pag. 498. relato. Dicitur illud datum V.

Quin-

Google

rla habitam, Saxonesque duobus prœliis ab eodem Rege profligatos, docent Francorum Annales veteres. Plane observatione digna res est, quod antequam in bellum adversus hostes Carolus cum exercitu proficisceretur, ad componendum civilem statum, & bene disponendas res Ecclesiasticas, Episcopos, & Abbates convocare consuevisse. Quæ autem in tot Synodis, ab eo celebratis, statuta fuerint; promiscue simul in librum unum congessit Ansigisus Abbas Lobiensis, quo centum, & sexagintaocto capita continentur. His plane Carolus divinum sibi numen conellians, adversus hostes pugnans, victor semper extitit, docens omnes Principes Christianos, qua via sit incedendum, ut maxima quæque intrepide aggredi, fortiter prosequi, atque feliciter valeant consummare. Cui hoc anno, in rebus Saxonicis occupato, novus interea paratur ex Longobardorum

PAGIUS *Conventus Duriensis extra legitimum tempus habitus.*

Quinto Kalendas Augustas in anno septimo Regni nostri, Duria villa in Palatio publico, currenti nempe Christi anno. In eo Placito, dicit Carolus Magnus: *cum nos in Dei nomine Duria villa in Palatio nostro ad universorum causas audiendum, vel recto judicio terminandum, resederimus*, &c. In publico itaque Conventu causæ illa apud Duriam agitata, & mense Julio dirempta; ideoque Conventus generalis aliquando extra mensem Majum congregatus. Carolus Carisiaci Pascha peregit, inde *quinto Nonas Maii apud Theodonis villam* pro Flaviniacensi Monasterio Præceptum concessit a Labbeo descriptum Tom. I. Biblioth. Tum ea ea villa Carisiacum rediit, ubi *sexto Kalendas Julias anno septimo & secundo Regni*, Francici nempe & Langobardici varia bona Monasterio Dionysiano confirmavit, ut videre est in Præcepto e Mabillonio ibidem pag. 497. recitato. Hinc tandem in Saxoniam pergens Duriam venit, ubi exeunte Julio Conventum celebravit.

VI. *Exploratio judiciorum per Crucem.*

In Placito quod in eo datum fuisse diximus, fit mentio de probatione Crucis. Res sic agebatur. Missæ tempore sive dum Psalmi, Oratioque Dominica recitarentur, homines duo conducti ad Crucem stabant brachiis expansis. Qui prior lassus brachia deposuisset, ejus pars victa censebatur. Ducangius in Glossario in voce *Crux* præclarum istius judicii exemplum refert ex quodam Chronico ad annum DCCXCVIII. *Tandem habito consilio pacti sunt, ut hæc Dei & Sancti Spiritus reservarentur judicio eligentes duos juvenes Clericos sine ulla crimine existimatos, statuerunt, in Ecclesia S. Joannis Baptistæ ad Domum & ad Crucem stare fecerunt, quorum unus Aregaus post Archipresbyter Ecclesiæ Majoris nomine, ex parte publica; alter vero ex parte Sancti, Zenonis Pacificus videlicet, qui post Archidiaconus Ecclesiæ Majoris fuit. Hi ambo ab introitu Missæ usque ad mediam Passionem tantum, quæ est secundum Matthæum, pariter stantes, ille qui de parte publica datus fuerat, in terram velut exanimis corruit. Pacificus vero usque ad finem Passionis stetit. His gestis, & omnibus gratias Deo agentibus, quartam partem, tam Civitatis, quam Castelli, pars Episcopii accepit.* Lis enim inter Cives & Episcopum de reficiendis Urbis mœnibus vertebatur; Episcopus quartam dumtaxat partem reparare volebat, Cives tertiam ab ea partem instaurandam contendebant; cumque hi probare quæ dicebant, haud possent, ambæ tandem partes habito consilio pactæ sunt, ut lis Crucis judicio decideretur. Notitiam illam integram recitat Ughellus in Episc. Veronensibus Tom. V. Illud probationis genus sæpius prohibitum, tandemque abolitum fuit.

VII. *Hadrianus Carolum rogat, ut Romam veniat.*

Interim *Carolus* lectis Hadriani Papæ literis, de quibus anno superiori egimus, statim *Possessorem* Episcopum & *Rabigaudum* Abbatem Oratores suos ad eumdem Pontificem misit cum literis, per quas se, bello Saxonico confecto, iter in Italiam atque ad Apostolorum limina susceptutum significavit. *Hadrianus* obviam Regiis Oratoribus suos honoris causa direxit Nuncios *Perusium* usque. Illi autem Perusio *Spoletum* profecti, per eosdem Nuncios Romano Pontifici Regias transmiserunt literas, scripseruntque Romam se venturos, postquam cum *Hildebrando* Duce Spoletano colloquium habuissent. *Hadrianus* acceptis Caroli literis, nec expectato supradictorum Oratorum adventu, per alios, qui Romæ prius a Rege missi fuerant, aliam Epistolam, quæ LXIII. est Cod. Carol, ad eumdem Carolum mox direxit rogans, ut juxta pollicitationem factam e Saxonia revertens ad limina Sancti *Petri* properaret. Recitat eas literas Cointius hoc anno num. IX.

VIII. *Auxilium ab eo postulat adversus hostes Ecclesiæ Rom.*

Romanus Pontifex non leviter offensus, quod Oratores Regii *Spoletum* perrexissent se insalutato contra mentem Caroli, qui scripserat eos Romam destinatos, multo ægrius tulit eos Spoleti diuturno tempore moratos, rogatosque per alios Nuncios, ut Spoleto Romam se conferrent, Spoleto *Beneventum* quamprimum abiisse. Questus est ea de re gravissime suis ad *Carolum* litteris, asseruitque auctam inde Spoletanorum protervіam, & Spoletanum Ducatum, quem Principi Apostolorum se præsente haud pridem obtulerat, sibi reddi postulasse, ut videre est in Epistola LVIII. Cod. Carol. apud Cointium hoc anno num. X. Oratores Regii Benevento *Spoletum* redierunt, rogaruntque *Hadrianum* Papam, ut *Hildebrando* Duci Spoletano, qui Romanæ Sedis hostem sub Desiderio Rege se gesserat, veniam noxæ tribueret, Nuncium & obsides *Spoletum* destinaret, *Hildebrandum* in conspectum admitteret. Acquievit Romanus Pontifex, Spoletum ire jussit Stephanum Sacellarium, qui *Hildebrandum* reperit animo in Hadrianum infensissimo; *Spoletum* enim venerant Oratores trium quoque Ducum *Aragis* [a], *Rotgaudi*, & *Reginaldi*, quorum primus

NOTÆ [a] A*Ragisus* imperare cœpit Beneventi A. D. 758. ut hic notat Pagius, & A. D. 787. n. XIV. In Accessionibus ad Historiam Casinensem Erasmi Gattulæ P. 1. pag. 51. affertur ex regesto Petri Diaconi privilegium Arichis Ducis Beneventani: *Datum in anno septimo decimo mense Novembri per indictione terciadecima*. Indictio congruit in A. D. 775. ex quo fit, ut annus primus Principatus figendus, sit A. D. 758. GEORGIUS

rum in Italia rebellantium subjugatione triumphus. Etenim hoc anno Noigardus Forojuliensis Dux fidifragus, Regnum sibi Italiæ vendicare, comparato exercitu, tentans; anno sequenti ad eum debellandum, fuit Carolo iterum in Italiam redeundum. De quibus suo loco dicendum erit.

X. Hoc eodem anno Offa Rex Orientalium Saxonum, post alia piutatis opera ad expiationem suorum delictorum adhibita, Regnum suum vectigale fecit Romanæ Ecclesiæ, ut singulæ domus nummum argenteum penderent Ecclesiæ sancti Petri. Quod ux veteribus Anglicanæ Ecclesiæ monumentis prodens Polydorus, hæc ait (a): *Deinde metu pœnæ, qua propter peccata afficiendus erat, Deum sibi placandum constituens, decimam partem omnium bonorum sacerdotibus, aliisque inopibus hominibus condonavit. Templum, quod Herefordiæ id temporis magnificum erat, amplissimis donariis cumulavit, reliquias corporis divi Albani magno studio perquisivit, easque inventas, ac in scrinio auro, & gemmis ornato conjectas, locavit in cœnobio, quod ipse divo Albano posuerat, illudque magnis locupletavit possessionibus: ubi etiam loci statuit familiam monachorum divi Benedicti. Hujus quoque Regis opus esse, ferunt cœnobium monachorum ejusdem ordinis, quod est Bathonia. Offa tamen, quem vere suorum delictorum pœnitebat, visus sibi nequaquam plena manu de commissis Deo satisfecisse, trajecto propterea Oceano, Romam se contulit, veniæ consequendæ causa, Romanoque Pontifici Hadriano primo Regnum suum vectigale fecit, imposito tributo ex singulis nummis argenteis, quos denarios vocant domesticatim in annos singulos conferendis: qui fuit annus salutis humanæ septingentesimus septuagesimusquintus.* Hæc auctor.

Offa Rex Mercinorum suum Regnum vectigale fecit Rom. Eccl.

(a) Polyd. Virgil. Anglic. hist. lib. 4.

XI. Hoc (b) eodem anno martyrio corona-

(b) Sur. die 1. Jul. to. 4. & Molan. in Natal. SS. Belg.

PAGIUS mus Beneventanis, alter Forojuliensibus, tertius Clusinis, Caroli Regis nomine præerat. *Carolus* enim hos Ducatus, qui prius fuerant Regum Longobardorum, prædictis Ducibus iis legibus quando Regnum occupavit, permisit, ut eadem sibi feudi nomine præstarent, quæ prius *Desiderio*, a quo *Aragisus* anno DCCLVIII. Dux creatus fuerat, ut in ejus morte liquebit. Vereri cœpit Pontifex, ne, communicata re, motaque rebellione, simul id consilii caperent, ut tres illi Duces, & *Hildebrandus* vires suas jungerent cum Græcis & *Adalgiso* Desiderii filio Longobardorum Exrege, proximoque mense Martio terra marique bellum in Ducatum Romanum transferrent, *Romam* ipsam invaderent, Longobardorum Regem in solium & pristinam majestatem restituerent. Quapropter pillas litteras scripsit ad Carolum, quibus, velut in præsentissimo periculo positus, auxilium ab eo cum crebris adjurationibus postulavit, ut videre est in Epistola LIX. Cod. Carol. a Cointio hoc anno num. XI. relata.

IX. *Carolus Italiam proficiscitur.* Tot Apostolicis Epistolis opus non erat. *Carolus* a consilio, quod ante Saxonicam expeditionem susceperat, nunquam recessit; hoc enim eodem anno post suum e Saxonia reditum iter in Italiam suscepit, teste Annalista Loiseliano: *Tunc audiens quod Rodgaudus Longobardus fraudavit fidem suam, ut omnia sacramenta rumpens, & voluit Italiam rebellare. Tunc illis in partibus cum aliquibus Francis Domnus Carolus Rex iter peragens, & celebravit Natalem Domini in Villa, qua dicitur Scladistat, sive, ut Regino habet, Schlestat in Elsatio.* Idem refert Annalista Metensis, qui omnes *Rodgaudum* appellant, quem Baronius Notgardum.

X. *Donatio Offa Regis Denarius S. Petri appellata.* Ad num. X. Polydorus Virgilius lib. 4. refert, *Offam* Merciorum Regem metu pœnæ, qua propter peccata afficiendus erat, templum Herefordiæ amplissimis donariis cumulasse, Divi *Albani* Reliquias perquisiisse, inventasque locasse in Cœnobio a se in hujus Sancti Martyris honorem constructo; prætereaque Romam se contulisse, & Hadriano Papæ Regnum suum vectigal fecisse, quod an currenti anno contigisse. Quæ cum Baronius in examen non vocasset, eo eodem Polydoro in præsentem annum contulit. Verum recte observavit Alfordus in Annal. Eccles. Anglicanæ an. DCCXCIII. *Offam Reg.* occidisse *Ethelbertum* Angl. Orientalium Regem, qui ad Mercios profectus erat, ut *Alfredam* ejus filiam post datam acceptamque fidem uxorem acciperet, & officiose domum deduceret. Summa cum laude *Ethelbertus* Provinciam illam rexerat, & in matrimonium illud non consensit, nisi ut matri & Proceribus, qui successorem cupiebant, obsequeretur. *Ethelbertum* ut Sanctum, a morte ejus, omnis Insula coluit, ut ostendit Alfordus in Annal. Angl. anno DCCXCIII. Malmesburiensis lib. 2. de Reg. cap. 5. Westmonasteriensis, Huntindonius, & Wigorniensis illum *Sanctum* appellant, ac valde laudant. *Offa* culpam suam fassus, illam expiare conatus est. Templum Herefordiæ ædificavit, Sanctum *Albanum* Insulæ Protomartyrem insigni Basilica honoravit anno DCCXCIII. quo ejus Reliquias invenit, Albanense Monasterium extruxit, illudque Monachis Benedictinis concessit, ut liquet ex ejus Diplomate eo anno ab Alfordo recitato. Ad hæc ut testatur Westmonasteriensis ad annum DCCXCIV. *Offa dum Romæ esset, Scholam Anglorum, quæ tunc Romæ florait, ingressus; dedit ibi ad sustentationem gentis Regni sui illuc venientis, singulos argenteos de familiis singulis, omnibus imposterum diebus, singulis annis, quibus videlicet fors tantum contulit extra domos in pascuis, ut triginta argenteorum pretium non excederet.* His addit Matthæus Paris in Vita Willegodi primi Abbatis Sancti Albani: *Quæ schola propter peregrinorum confluxum ibidem solatia suscipientium, versa est in Xenodochium, quod Sancti Spiritus dicitur. Ad quod exhibendum, Rex Offa, ex Regali munificentia, & pietatis affectu, Denarium, qui dicitur Sancti Petri, de maxima parte Regni sui concessit.* Xenodochium igitur S. Spiritus, quod Romæ hodie cernitur, quove nullum illustrius Europa habet, ortum suum & incrementa *Ina* & *Offa* Anglo-Saxonum Regibus debet.

Ad num. XI. *Sanctus Rumoldus* Dublinensis in Hibernia quondam Episcopus hoc anno VIII. XI.

Ka-

S. Rumoldus martyr.

natur apud Machliniam in Belgio sanctus Rumoldus Apostolicus vir genere Hibernus: qui Romam petens, & a Pontifice Apostolatus munere initiatus, Machliniam veniens, illic Evangelium prædicavit, populumque illum ad Christum convertit: cumque Dei verbo, & egregio virtutum exemplo, atque miraculis ex novis palmitibus illam plantasset Ecclesiam: eamdem fuso sanguine irrigavit, hoc anno a duobus occisus sicariis, quorum alterum adulterii arguisset. Extant ejus Acta Apostolico plane viro digna.

(a) Apud Sur. die 29. Octob. to. 5.

(a) Claruit hoc tempore, qui ejus quoque usus est amicitia S. Gummarus Confessor, qui in aula primum Pipini Regis, magna gloria militarat. Scriptæ fuerunt res ab eo præclare gestæ a Theobaldo ad Sigerum Lirensem Præpositum.

Gummarus Confessor.

Hic est annus, qui Era Hispanica notatur octingentesima decimatertia, qua Tudensis habet, defunctum esse Aurelium Regem Gallæciæ in Hispania, suffectumque in ejus locum Silum, sive Silonem, ejus sororis filium. Referunt alii id factum anno superiori, auctoritate diplomatis donationis factæ monasterio, Era octingentesima duodecima ejus Regni anno primo. De quo (b) nobilis rerum Hispaniarum historicus: *Est autem*, inquit, *ad memoriam insignis ist in litteris contenta execratio, qua ejus donationis violator jubetur esse ANATHEMA MARRANO ET EXCOMMUNICATUS; unde intelligitur Marrani vocem vulgarem non a Mauris, quasi Mauriani, ut quidam suspicantur, factam in Italia Frederici Aenobardi tempore, cum Mauri plurimi fidem Christi datam in baptismo, passim ejurata, quam susceperant, religione violarent, sed potius ex Syriaca voce Maranatha deductam, qua anathematis ignominia, execratioque in divinis litteris continetur.* Hæc vir doctus, ac pius. Sed hinc postea factum est, ut sicut nomen, Marrano, jure exhorrent Hispani, ita & unde diductum est, Maranatha (c) ab Apostolo introductam in

(b) Jo. Maria de reb. Hispan. l. 7. c. 6. in fin.

De voce Maranatha.

(c) 1. Cor. 16. c. 6. in fin.

PAGIUS

S. Rumoldus Martyrium patitur.

Kalend. Julii Martyrium passus est, ut refert Molanus ad diem I. Julii. *Theodoricus* Abbas Trudonianus, qui anno centesimo supra millesimum florebat, in Oratione quam de Sancti Rumoldi laudibus in ejus Festo recitavit, quæ habetur apud Surium ad diem primum mensis Julii, multa miracula ab eo patrata refert. *Rumoldus*, ut narrat ibidem Molanus, deserta Hibernia, in qua natus erat nobilibus parentibus, & Archiepiscopatu Dublinensi, Romam profectus est, indeque *juxta Angeli apparitionem eo pervenit, ubi Scaldis fluvius in mare se exonerat, naturaque juxta lunæ curriculum labitur ac perfluit, hoc est Mechliniam, ubi sic fidei rudimenta plantavit, ut merito post Beatum Lambertum* (Trajectense ad Mosam olim Episcopum) *Mechliniensium Apostolus habeatur. Susceptus est autem benigne ab Adone Comite ejusque conjuge Eliza, quæ veluti altera Sara in senectute sua precibus Sancti hospitis filium peperit, Sanctum videlicet Libertum, quem Beatus Antistes baptizavit, in Sanctitate erudivit, ac Clericis regulariter in Ulmeto, sive inter Ulmos viventibus, præposuit*, ait Molanus ex Theodorico laudato. Est hodie Rumoldus Mechliniensium Patronus. *Libertus*, cui Rumoldus *Ulmeti* Monasterii Præfecturam dimiserat, Magistro suo superstes diu vixit, & Martyrium in Hasbania passus est, ut infra videbimus.

XII. Moritur S. Gummarus.

Gummarus, qui modo Lyrensium Patronus est, incerto anno ad Deum migravit, & colitur quinto Idus Octobris, ut testatur Molanus ad diem XI. Octobris, qui ait, eum in Aula Pippini Regis floruisse, eique plurimum acceptum fuisse. *Cum ad limina Apostolorum tenderet, Divina admonitione intra Hetu ambitum jubetur Oratorium construere, ubi Vitam in multa Sanctitate finivit.* Quiescit Lyræ, ubi collegiatam habet Ecclesiam, eaque Urbs intra Netæ fluvii ambitum contenta, a Ricosi Provincia, cujus caput Antuerpia, per eumdem amnem sequestratur, subestque hodie Hispanis. Auctor Vitæ S. Gummari apud Surium ad diem XI. Octob. refert, Romoldum *Gummari* fama comperta, illum videre summopere cupiisse; indeque in certum locum utrimque convenisse, illisque placuisse, ut singulis annis cum totius populi frequentia illic convenirent, cum Crucibus Missasque celebrarent, ut fusius in ejus Vita habetur.

XIII. Aurelii Asturiarum Regis obitus.

Aurelius Rex Legionensium & Asturiarum hoc anno juxta Tudensem vivere desiit, in cujus locum suffectus est *Silo* sororis ejus maritus. Sed cum neque filios haberet, neque spem suscipiendæ prolis animum a negotiis Regni ad otium, & quietem avertit, summa rerum penes *Alfonsum Castum* Froilæ Regis filium fuit, ut scribit Vasæus in Chronico.

XIV. Dignitas Metropolitana Ecclesiæ Remensis confirmatur.

Hadriani Papæ literas *Tilpino* Rhemensium Archiepiscopo directas, quæ inter Epistolas hujus Pontificis sunt ordine XV. & referuntur a Flodoardo lib. 2. capp. 11. 16. & 17. hoc anno consignat Cointius num. XXV. quod serius datæ non videantur; cum commendent *Vuiomadum* Trevirensem Archiepiscopum, cujus mortem anno sequenti contigisse existimat, & citius datæ non videantur, quia *Tilpinus* de recuperandis Episcopii rebus apud *Carolum* prius egit, priusque petente eodem Carolo & Fulrado Abbate bonum testimonium præbente Pallium ab Hadriano transmissum accepit. Adde quod *Hadrianus* in illis literis laudat *Possessorem* incerti loci Episcopum, qui Romam a Carolo missus est hoc anno, & oblata Legatione in Galliam rediit. Harum literarum partem retulimus anno DCCXIX. eam vero Baronius recitat anno DCCXVII. num. VIII. quod existimarit, eam Epistolam a Gregorio II. Papa scriptam esse. Alia quæ in ea continentur, ostendunt *Tilpinum* pro recuperandis Ecclesiæ rebus, proque asserendo, quo Decessores gavisi fuerant, jure Metropolico, valde sollicitum fuisse. Ex iis litteris etiam liquet, *Miloni* Trevirensium Archiepiscopo, Metropolitæ Belgicæ Primæ, cum Rhemensem Ecclesiam Belgicæ Secundæ Metropolim occupavit, id consilii fuisse, ut Sedi Rhemensi jus Metropoliticum adimeret, & e duabus Galliæ Belgicæ Provinciis unam constaret, cujus Metropolis Augusta Trevirorum. Inde orta scandala, de quibus apud

in Ecclesiam vocem, & a majoribus frequentatam, in Ecclesiæ censuris si apponatur, indigne ferant, & contumeliæ loco accipiant. Toleranda simplicitas, si tamen de re potius, quam de nomine sit solicita, nec pervicax observetur Ecclesiasticæ antiquitati.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

PAGIUS apud Hadrianum questus est *Tilpinus*. Ille decernit, ut Rhemensis Ecclesia Metropolis permaneat, sicut antiquitus fuit, & suæ Diœceseos, id est Belgicæ Secundæ, prima sit Sedes, & *Tilpinus* ejusdem Diœceseos sit Primas, ne scilicet quid auctoritatis in eum sibi vendicare præsumat Archiepiscopus Trevirensis, tanquam Metropolitanus Belgicæ Primæ. Denique eumdem Primatem vult in sola subjectione Romani Pontificis permanere.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 776.	HADRIANI PAP. ANNUS 5.	LEONIS IV. IMP. ANNUS 1.

I. Leo Imp. coronat Constantinum filium.

ANnus sequitur septingentesimus septuagesimus sextus, Indictione decimaquarta, quo Leo Imperator primo sui Imperii anno filium Constantinum coronat Imperatorem. *Cum enim omnes Constantinopolitani cives liberalitate Leonis bene erga ipsum affecti essent, omnes Optimates cum multitudine populi copiosa* (inquit Theophanes) *ingressi sunt ad eum, petentes, Constantinum filium Imperatorem ejus. At ille (ut moris est Principibus) renuntiavit eis; Filius est* (inquit) *meus unicus mihi & idcirco vereor hoc facere, ne forte contingat mihi, quod humanum est, & eum adhuc sit parvulus, morti eum tradatis, & alium promoveatis. At illi cum juramentis se profitebantur, illi satisfacturos, neminem regnaturum, præter filium ejus, etiam si mors eum Deus voluisset. Hoc autem a Dominica die, qua Palmarum solemnitas agitur, usque ad quintam feriam hebdomadæ majoris, populo in Hippodromo coacervato petente, sancta Parasceve jussit jurare illos. Et juravit omnis populus in honorandis, & vivificis lignis sanctæ* Crucis *tam scilicet, ex thematibus,* militia scilicet, *& Senatu, quam etiam exterioribus ordinibus & civibus omnibus & ergasteriacis Imperatorem non admittendi, excepto Leone, seu Constantino, ac semine ipsorum, & fecerunt scripta, quemadmodum juraverunt, propria manus.*

II. Eudoxios creatur nobilis.

Et in crastino Sabbato sancto ascendit Imperator in tribunal decem, & novem cubitorum, & fratrem suum Eudoxium creavit Nobilissimum, alius vero frater nomine Anthimus a patre Constantino illum honorem fuerat consequutus. Et processit Imperator cum reliquis Cæsaribus, & tribus Nobilissimis, ac novo Constantino ad magnam Ecclesiam, & mutato indumento, sicut Imperatoribus moris est, ambonem ascendit cum filio suo simul, & Patriarcha, & ingressus omnis populus, posuerunt omnes scripta sua in mensa sancta. Tunc Imperator allocutus est populum sic: En fratres, petitiones vestras adimpleo, & dono vobis filium meum Imperatorem. Ecce eum ab Ecclesia de manu Christi suscipitis. At illi acclamaverunt voce magna, dicentes: Fidejussor noster esto, Fili Dei, quomodo de manu tua Christe, suscepimus dominum Constantinum Imperatorem ad custodiendum eum, & commoriendum pro eo.

III. *Et in crastinum, quando videlicet magnus & Dominicus dies Pascha celebratus est octavo Kal. Maii, decimaquarta Indictione, auroræ crepusculo, exeunte Imperatore una cum Patriarcha in Hippodromum, delato altario, populo contemplante, Patriarcha fecit orationem, &* coronavit *Imperatorem filium ejus. Et ita processit ad magnam Ecclesiam uterque Imperator cum duobus Cæsaribus, & tribus Nobilissimis. Processit autem & Imperatrix Irene, cum processissent Imperatores, sceptris consequentibus per scholas antelatis, & ascendentibus per auream portam ascensum in catachumeni Ecclesiam, non exiens in plateam * Emboli.* Hæc de solemnibus ritibus, tunc exhibitis Theophanes, qui & eisdem potuit interesse. Subdit vero paulo post mense Maio, Nicephorum Cæsarem fratrem Imperatoris postulatum reum majestatis, una cum aliis ejusdem conspirationis hominibus publice cæsis, ac tonsis, ignominiæ causa Chersonam in exilium deportatum. Hactenus de rebus Orientalibus.

Coronatur Constantinus filius Leonis.

Carolus bellum in Italia contra Longobardos.

Quod autem pertinet ad res Occidentales, hoc anno Carolus Magnus cum audisset Rotgaudum Ducem Longobardorum Forojuliensium nova conantem, & Regnum Longobardorum sibi vendicare studentem, in Italiam, nullo obice, venit. Eademque celeritate eumdem victum occidit, captisque Forojulio, atque Tarvisio, quæ rebellaverant, civitatibus

---

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXIV Anno Hegiræ CLX. inchoato die 19. Octob. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6269.

☉ 1. G. F. ☽ 17. P. 14. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 776.

HADRIANI PAPÆ. 5.

LEONIS IV. IMP. 26. & 1.

CONSTANTINI I.

A. C. 776. I. ANnum I. ad IV. Theophanes, qui post Constantinum Copronymum annos Incarnationis secundum Alex. cum annis imperatorum recte copulat, anno Incarnat. DCCLXVIII. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato refert, *Leonem* Imp. rogatum fuisse a Proceribus Imperii, ut filium suum *Constantinum* Imperatorem crearet, idque præstitisse Leonem *magna Paschatis Dominica*, quæ hoc anno decimo quarto mensis Aprilis fuit. Subdit Theophanes, *mense Majo ejusdem Indictionis XIV. Nicephorum Cæsarem*, qui frater erat Leonis Imp. accusatum, quod insidias eidem pararet, relegatum esse cum quibusdam aliis ejusdem criminis consciis Chersonam, quæ pluribus Baronius narrat.

Constantinus fit consors Imperii.

A num.

Google

tibus Francorum illis præsidia reliquit. Contigerunt hæc ipso veris initio: nam rebus confectis, Pascha Tarvisii celebravit. Post hæc rebellantibus Saxonibus, citius in Gallias cum exercitu rediit. Sed quomodo antequam ipse in Saxoniam perveneriț, Deus pugnarit pro Francis: audi divinum miraculum antiquis illis, quæ divina scripta testantur, minime (a) impar.

(a) Vit. Carol. M. Annal. Franc. & Chronic. Regin.

IV. *Saxones iterum rebellarunt, ruptis sacramentis, & obsidibus promissis mentitis & Eresburgum castrum per mala ingenia & iniqua placita capientes, Francos expulerunt, & castrum destruxerunt. Similiter voluerunt facere de Sigisburgo castello, sed dum per placita Francos qui intus erant, non potuissent illudere, sicut fecerant alias de Eresburgo; præparaverunt pugnas, & machinas, ut castrum vi caperent; Deoque volente petrarias quas paraverunt, in suo plus damno senserunt, quam ille de castello, item præparaverant cletas ad debellandum per virtutem castrum; sed Dei virtus superavit illorum virtutem. Quadam autem die cum bellum præpararent adversus Francos qui ipsum castrum custodiebant: apparuit manifeste * gloria Dei super Ecclesiam, quæ est infra ipsum castrum, videntibus cunctis tam a foris, quam etiam deintus, ex quibus multi manent adhuc, qui dicunt vidisse se instar duorum scutorum colore rubeo flammantium & agitantium super ipsam Ecclesiam. Cum hoc signum vidissent Pagani, qui a foris erant, statim confusi sunt, & magno timore perterriti, fugere cœperunt ad castra, & omnis multitudo eorum fugam arripiens, alii ab aliis invicem interficiebantur, & qui retro respiciebant propter pavorem ab antecedentibus lanceis confodiebantur, & diversos ictus inter se perpessi sunt omnes, & divina ultione * vindicati. At quantum super eos Dei virtus propter salutem Christianorum operata est, nullus narrare potest: & quanto plus illi pavore perterriti sunt, tanto magis Christiani confortati, omnipotentem Deum laudabant, qui dignatus est ostendere potentiam suam super servos suos. Ita Francis viriliter resistentibus, Saxones nihil prævaluerunt, & Franci persecuti, eos interfecerunt usque ad flumen Lippiam, & cum victoria reversi sunt.* Cum hæc audivit Carolus, celebrem Synodum in Vvarmatia celebrandam curavit, ad componendas, ex more, res Ecclesiasticas, & politicas, exemplo expertus sæpissime, curare Deum res bellicas, cum ipse esset solicitus de rebus Ecclesiasticis conservandis. Nam audi, quæ sequuntur:

* gladius

De fuga, & nece Saxonum ingens miraculum.

* judicati

Cum autem in Vvormatia domnus Rex Carolus hæc audisset, tenuit ibi Synodum, & publicum placitum, & concilio habito, introivit cum summa festinatione, Deo adjuvante, in Saxoniam. Et per- V.

PAGIUS II. A num. IV. ad VI. Gesta hoc anno a *Carolo* accurate explicat Cointius, narratque ineunte anno, eum Alpes superasse, ac recta perrexisse in Ducatum Foro-juliensem, cui *Rotgaudum*, seu Rotgauzum, aut Rotgendum, everso Langobardorum Regno, præfecerat. Annalista enim Petavianus hoc anno habet: *Perrexit Domnus Rex Carolus in Italiam, & occiso Hrotgaudo, qui illi rebello extiterat, obsederuntque Stabilinium socerum suum Taravisio Civitate. Eo capto, dispositisque omnibus, prosper redit cum fuit in Franciam.* Spatiosa erat Rotgaudi Ducis Præfectura; Ducatum enim Foro-Juliensem & Marchiam Tarvisinam complectebatur. Carolus interempto *Rotgaudo*, Ducatum Foro-Juliensem; capto *Stabilinio* Rotgaudi socero, qui Tarvisium propugnabat, Marchiam Tarvisinam ad obsequium redire compulit. Hugo Flaviniacensis Abbas scribit in Chronico Virdunensi, *Tarvisium* traditum fuisse a Petro viro Italico. *Carolum* autem Pascha apud Taravisium seu Tarvisium Civitatem hoc anno celebrasse, testantur Regino in Chronico, Annalista Metensis, aliique. Speraverat Carolus se citius *Romam* venturum, ut illic ab Hadriano Papa filius, quem *Hildegardis* Regina nuper pepererat, ipso die Paschæ die sc. XIV. mensis Aprilis, e sacro fonte levaretur. Id a nunciis suis Philippo Episcopo & Megisto Archidiacono, quos ad Carolum prius direxerat, se se accepisse significat ipsamet Hadrianus in Epistola ad eumdem Regem, quæ est XLIX. Cod. Carol. *Caroli* filius, de quo in eadem Epistola loquitur Hadrianus, alius non est a *Pippino*, ut anno DCCLXXXIII. ostendemus adversus Cointium, qui hoc anno num. III. Carolum fuisse putat. Iisdem literis Carolum rogat, ut ea quæ pollicitus est erga Romanam Ecclesiam adimpleat, eique cuncta restitui curet, *quæ per diversos Imperatores, Patricios, etiam & alios Deum timentes pro eorum animæ mercede, & venia delictorum, in partibus Tusciæ, Spoleto, seu Benevento, atque Corsica simul & Savinensi patrimonio, Beato Petro Apostolo, Sanctæque Dei & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ concessa sunt, & per nefandam gentem Longobardorum per annorum spatia abstracta atque ablata sunt.*

II. Hadrianus petit a Carolo, ut omnia sibi a Langobardis ablata restitui curet.

Flagrante bello Foro-Juliensi, Leo Ravennatium Archiepiscopus inscio Hadriano Pontifice *Carolum* Regem adiit, seque in ejus benevolentiam officiosis verbis insinuavit. Quod ubi rescivit Hadrianus ipsismet Caroli literis, quas *Andreas* Episcopus & *Anastasius* Cubicularius ex Aula Regia Romam detulerunt, statim *Carolo* rescripsit acceptissimum sibi semper fore, quisquis ei placuisset, seque missurum fuisse Nuncios cum Leone, si *Leo* prius significasset, velle se ad Regem proficisci. Est hæc Epistola LIII. Codicis Carol. Confecto Foro-Juliensi bello *Carolus*, singulis Civitatibus Comites præfecit, ut auctor est Eginhardus in Ann. toti vero Regioni Ducem, cui Comites subessent, præposuit *Marcarium*, cujus mentio fit in aliis Hadriani literis, de quibus infra, cum de Epist. LVII. Cod. Carol. verba faciemus. Idem Pontifex Epist. LX. ejusdem Codicis *Carolum* rebus Italicis intentum rogavit, ne fineret in partibus Tusciæ morari *Raginaldum* Ducem Clusinum, qui

III. *Bellum Forojuliense feliciter a Carolo confectum.*

Google

perterriti Saxones omnes, ad locum, ubi Lippia consurgit, venerunt ex omni parte, & domno Regi Carolo per Vuidistum manibus suis reddiderunt patriam, & spoponderunt se esse Christianos. Et iterum subditi sunt ditioni domni Regis Caroli. Domnus autem Rex Carolus reædificavit Eresburgum castrum, & fecerunt aliud castrum super Lippiam. Ubi venientes Saxones una cum uxoribus, & infantibus, innumerabilis multitudo, baptizati sunt in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, & obsides dederunt domno Regi Carolo, sicut voluit. Disponens autem domnus Carolus Francos per castella Saxoniæ, reversus est in Franciam, & celebravit Natale Domini in Aristallio. Hucusque in dictis Annalibus res ab eo gestæ anni hujus. Cæ-

PAGIUS qui Castellum *Felicitatis*, aliaque patrimoniola in Tusciæ partibus ab ipsomet Carolo Sedi Apostolicæ data volebat invadere, non contentus pleraque jam jurgia scandalaque temporibus *Desiderii* Regis seminasse.

IV. *Annus quintus belli Saxonici.* Ne Carolus Romam adiret, impedimento fuit tumultus Saxonicus. (1) *Tunc Nuntius veniens dixit Saxones rebellantes, & omnes obsides suos dulgius* (id est ab iisdem Saxonibus desertos, potestatique Francorum permissos, & *sacramenta rupta, Heresburgum Castrum per mala ingenia & iniqua placita, Francos exinde suadentes exiendo. Sic Heresburgo a Francis derelicto, muros & opera Saxones destruxerunt. Et pergentes voluerunt de Sigisburgo similiter facere. Auxiliante Domino, Francis viriliter repugnantibus, nihil prævaluerunt. Et inde fugam arripientes Saxones, persecuti sunt eos Franci, interficientes illos usque ad fluvium Lippiam, & Castro salvato, cum victoria reversi sunt Franci*, inquit Annalista Loiselianus. Idem legitur in Annalibus Metensibus, & in Vita Caroli Magni, cum ab Auctore incerto, tum Monacho Engolismensi conscripta, ubi dicitur, *Sigisburgum* Divina virtute propugnatum fuisse.

V. *Conventus Vvormatiensis.* Carolus eadem velocitate, qua profectus in Italiam fuerat, ad Rhenum rediit, & *Vormatia* generalem Francorum Conventum habuit tempore non legitimo. Nam post mensem Junium ex Italia rediit, & postea bellum Saxonicum suscepit. Quid in hoc Conventu Vormatiensi deliberatum sit, posteaque peractum exponit Annalista Loiselianus: *Cum pervenisset Domnus Carolus Rex Vvormatiam omnes istas causas* (id est, res a Saxonibus contra Francos, & vicissim a Francis contra Saxones nuper gestas) *audiens, commundit Synodum ad eandem Civitatem, & ibi Placitum publicum tenens, consilio facto cum Dei adjutorio sub celeritate & nimia festinatione Saxonum casas, seu firmitates subito irruerunt. Tunc Saxones perterriti omnes ad locum, ubi Lippia consurgit, venientes ex omni parte, reddiderunt patriam per Vuadium*, (id est vadem seu fidejussorem) *omnibus manibus eorum, & spoponderunt se esse Christianos, & se sub Ditione Domni Caroli Regis & Francorum subdiderunt. Et tunc Domnus Carolus Rex una cum Francis readificaverunt Eresburgum Castrum denuo, & aliud Castrum super Lippiam. Ibique venientes Saxones una cum uxoribus infantibus, innumerabilis multitudo baptizati sunt, & obsides, quantos jam dictus Domnus Rex ab eis quæsivit dederunt, Et perfectis supradictis Castellis, & dispositis per Francos scaras* (seu copiis militaribus) *residentibus & ipsas custodientibus, reversus est Domnus Carolus Rex in Franciam. Et celebravit Natalem Domini in Haristallio.* Idem habent Annalista Metensis, & Regino in Chronico. Addit Annalista Petavianus ædificatam a Francis *in finibus Saxonum Civitatem, qua vocatur Urbs Karoli*.

Hadrianus audito Caroli Regis ab Italia discessu, statim ad illum direxit *Andream* Episcopum, cui Rex in responsis dedit, missurum se Romam Oratores Autumnali tempore, & curaturum per eos, ut omnia, quæ pollicitus fuerat, Apostolicæ Sedi traderentur. *Sexto Kalendas Novembris*, literæ Joannis Patriarchæ Gradensis, Hadriano redditæ sunt, sed apertæ prius lectæque a *Leone* Archiepiscopo Ravennate, qua de re suis literis ad Carolum, qui Romam, ut pollicitus fuerat, Oratores nondum mittebat, questus est quamprimum Papa significavitque, id factum a *Leone*, non alio consilio, quam ut omnia, quæ scripta fuerant, in illis litteris *Arigiso* Duci Beneventano, cæterisque tum Franciæ, cum Sedis Apostolicæ hostibus retegerentur. Præterea subjunxit, *Leonem* ex Aula Regia reversum superbia magis intumuisse; ita ut Ravennæ in Æmilia, nec non etiam Gaballi Principem se gereret, Imolam, ac Bononiam sibi, non Romano Pontifici ab ipsomet Carolo concessas palam prædicaret & Pentapolenses tentaret ad deditionem pellicere. Quæ pluribus exponit Pontifex in Epist. LII. Cod. Carol. *Etenim innotescimus Excellentissimæ Christianitati Vestræ*, inquit Hadrianus in embolo, *eo quod quando a Vestro Regali vestigio reversus est Leo antefatus Archiepiscopus in magnam superbiam & tyrannicam elationem pervenit, & nullo modo, sicut antea nostris Apostolicis obtemperare inclinatus est mandatis, & nullum ex Ravennatibus vel Æmilia pro accipiendis præceptis de diversis actionibus ad nos venire permisit, ita sic indignatus comminatus est dicens, quod, si quis ad nos venire præsumsisset, non potuisset venire. Nam Pentapolenses omnes obedientes existentes in nostro Apostolico servitio, ad nos proni, sicut tempore Prædecessoris nostri Domni Stephani Papæ, properaverunt & Præcepta de singulis eorum Civitatibus more solito acceperunt. De reliquis vero Civitatibus Æmiliæ simulque & Gabello, qui a nobis ibidem ordinati sunt, ab eo exinde projecti sunt, & alios ex eis in vinculis detinet. At vero de Civitatibus Imolensi seu* Bo-

VI. *Hadrianus queritur de Leone Archiep. Ravenna.*

NOTÆ (1) NE *Carolus Romam adiret impedimento fuit tumultus Saxonicus &c.* Aliud obstitisse oportet, ne Carolus Romam pergeret, cum Saxonicos tumultus non prius resciverit, quam cum ex Italia redux in Galliam pervenerat. Annalista Bertinianus: *Cum prosperitate & victoria reversus est in Franciam. Tunc nuncius veniens dixit Saxones rebellatos &c.* Hanc animadversionem debemus eruditissimo P. Joanni Francisco Madrisio Utinensi congregationis oratorii ad cap. 35. vitæ S. Paulini Aquilejensis, quam præmisit operibus ejus a se collectis, editisque Venetiis anno 1737. apud Pitterum. MANSI

VI. *Frequentes Synodi sub Carolo Magno quales fuerint.*

Cæterum quod ad frequentes Synodos, a Carolo aunis fere singulis habitas, pertinet: minime placet, quod asseritur opinatione quadam potius, quam certa auctoritate, hos fuisse tantum laicales conventus, ad res bellicas, aliaque politica disponenda: etenim cum in his constet, sancitos esse canones, ad res Ecclesiasticas spectantes, quorum aliquot ex Capitularibus Regum Francorum superius scripsimus, & alios suo loco redituri sumus, cessare de his contraria omnis assertio, vel dubitatio debet. Custos siquidem sacrorum canonum tenacissimus Carolus ex eorum præscripto, annis singulis Synodales voluit eosdem sacros celebrari conventus: quibus & magistratus Regni interfuisse æque sentimus in iisque etiam, quæ ad Regni optimum statum pertinent, esse cognita, op-

PAGIUS *Bononiensi ita profanizat, dicens, quod Vestra Excellentia ipsas Civitates minime Beato Petro & nobis concessit, sed sibi ipse Archiepiscopus a Vobis fuisse concessas ac traditas asserit, sub sua potestate permanendas. Unde nullum hominem ex eisdem Civitatibus ad nos venire permisit, sed ipse ibidem actores quos voluit; sine nostra auctoritate ordinavit, & in sua eas detinet potestate.*

VII. *Iterum petit a Carolo, ut ejus ac patris Donatio fortiatur effectum.*

Mense Novembri, cum Romæ de Regiorum Oratorum adventu nihil audiretur; *Hadrianus* per literas petiit a Judicibus Papiæ constitutis a *Carolo*, ut scirent eos Romam venturos, acceptoque in responsis, eos haud cito mittendos, alteris ad Carolum literis per Andream Episcopum ex Aula Regia nuper reversum, & Pardum *Egumenum*, seu Monachorum Præfectum denuo scripsit, *Leonem* nolle Præceptionibus Apostolicæ Sedis obedire; Ravennam, Faventiam, Ducatum Ferrariæ, Comaclum Forum-Livii, Forum-Popilli, Cesenas Bobium, Imolam, & Bononiam esse in illius Archiepiscopi potestate, reliquas vero Civitates utriusque Pentapoleos ab Arimino Eugubium usque, in fide atque obsequio adhuc perstare! *Petimus te coram Deo vivo præcellentissime fili, ut nullo modo hoc tibi placeat, ut ea, quæ sanctæ memoriæ genitor tuus, & tu ipse Beato Petro concessistis atque obtulistis, quod absit, temporibus vestris auferantur, & Ecclesia Beati Petri per malignos homines, qui iniqua immittunt, humilietur, sed magis semper per vos exaltata permaneat*, inquit Hadrianus in embolo ejusdem Epistulæ, quæ est ordine LI. Cod. Carol. & recitatur integra a Cointio hoc anno, sicuti & cæteræ citatæ.

VIII. *Caroli ævo duplex Conventus singulis annis habebatur.*

Ad num. VI. & seq. Canon, quo præcipitur, ut *bis in anno Synodus fiat*, quem integrum recitat Baronius, non in Concilio Suessionensi, ut ipse memoriæ lapsu scripsit, sed in Concilio Vernensi anno IV. Pippini Regis celebrato, conditus est, ut ex Actis ejusdem Concilii liquet. Sub *Carolo Magno* politia Ecclesiastica restaurata est juxta antiquos Canones, cura & diligentia hujus Principis, qui eos renovari procurabat in generalibus Regni Conventibus; novosque condi præcipiebat, si necessitas postularet. Quoniam vero Hincmarus Remensis Archiepiscopus impense laudavit ordinem in his Conventibus observatum ævo Caroli Magni, brevem ejus descriptionem exhibuit Marca lib. 6. de Concordia cap. 35. quam hic repræsento, quia utilis futura est ad recte intelligendum diversa loca Synodorum, Capitularium, & vetustorum Annalium hujus ævi, prætereaque ad illustranda, quæ hic Baronius habet. Adalardus Abbas Corbeiensis propinquus & Consiliarius Caroli Magni, Librum ediderat *de Ordine Palatii*, cujus synopsim retulit Hincmarus, in quo ajebat; *Bis in anno Placita duo tenebantur, &c. in quo Placito generalitas universorum Majorum, tam Clericorum quam Laicorum conveniebat*. Unus ex his Conventibus generalis erat, alter vero particularis. Primus constabat ex Episcopis & Abbatibus & Comitibus Regni, & in eo disponebatur status politicus in eum annum. Secundus autem constabat ex antiquioribus Episcopis & Comitibus, & ex nonnullis etiam ex iis ministris, quorum consiliis Princeps utebatur in Republica administranda; in eoque Conventu secreto digerebantur ac decernebantur ea, quæ proponi & statui debebant in proximo Conventu generali. Præterea Conventus ille Virorum Principum ordinabat negotia, quæ per annum incidebant, quæque differri non poterant, sive pro renovandis induciis, aut ob bellum minime expectatum, aut ob alias similes occasiones.

IX. *In iis Carolus Capitula discutienda proponebat.*

In his Conventibus, præcipueque in generalibus condebantur statuta, de Rebus Ecclesiasticis & Civilibus, Rex enim Conventui proponebat nonnulla Capitula, de quibus deliberari volebat in Conventu, ut disertis verbis adnotavit Hincmarus. Hujus praxis in Ecclesia Gallicana jamdiu usurpatæ illustrius exemplum proferri non potest, quam Epistola Synodica Concilii Aurelianensis primi anno DXI. congregati. Tractant enim Patres *de Titulis*, id est Capitibus a Rege propositis, cujus judicio submittunt Canones a Synodo conditos, quorum confirmationem petunt: *quia*, inquiunt in Epistola ad Cloduveum Regem, *tanta ad religionis Catholicæ cultum gloriosæ fidei cura Vos excitat, ut Sacerdotalis mentis affectu Sacerdotes de rebus necessariis tractaturos, in unum colligi jusseritis, secundum voluntatis Vestræ consultationem & titulos, quos dedistis, eaque nobis visum est definitione respondimus; ita ut si ea, quæ nos statuimus etiam vestro recta esse judicio comprobantur, tanti consensus Regis ac Domini majori auctoritate servandam tantorum firmet sententiam Sacerdotum*. Eundem ordinem sequebatur Carolus M. *Mos*, inquit Hincmarus cap. 34. ejusdem Epistolæ, *auctoritate Regia per denominata & ordinata Capitula, quæ vel ab ipso per inspirationem Dei inventa, vel undique sibi nunciata post eorum abscessum* (id est postremum Conventum habitum) *præcipue fuerant, eis ad conferendum, vel considerandum patefacta sunt*.

X. *Auctoritas Caroli quoad constituta in his Conventibus.*

Acceptis capitulis Optimates examinabant causas, ut videre est apud Hincmarum cap. 29. ea tamen ratione, ut penes antiquiores esset maxima in censendo auctoritas, eisque juniores consensum suum adderent. Juniores tamen interdum loquebantur, sed, ut sensus suos potius promerent, quam, ut suffragii ferendi jure uterentur. Discutio isthæc biduum aut triduum durabat, delegato Palatinis ministerio, ut Regis responsa super dubiis proposita ad Conventum referrent, donec ad eum delata foret deliberatio Synodalis. Tunc vero Princeps eam sententiam præferebat, quam æquiorem existimabat, eamque deiu omnes amplectabantur: *Donec*, inquit Hincmarus in cap. 34. ejusdem Epistolæ, *ret singula ad effectum perdu-*

Digitized by Google

optimeque disposita non negamus. Et ut hujus Instituti originem repetamus, sciendum, fuisse anno quarto Pipini Regis Concilium celebratum apud Palatium Vernis, in quo statutum quarto canone ut bis in anno Synodus celebrari deberet, quo Rex ipse jussisset, in ejusque agi præsentia, ad quas convenirent Episcopi & Abbates; earumque alteram Kal. Martii, alteram vero Kal. Octobris celebrandam esse. Ut taceamus modo dicere de innumeris antiquis Ecclesiasticis legibus, ista jubentibus: ad omnem de hac re tollendam dubitationem, reddendus est hic ipse ejusdem Synodi canon, qui sic se habet:

VII. *Ut bis in anno Synodus fiat: prima Synodus mense primo, quod est Kal. Martiis, ubicumque dominus Rex jusserit, in ejus præsentia. Secunda Synodus Kal. Octobris, aut ad Suessiones, vel alibi, uti in Martiis Kalendis inter Episcopos, & illi Episcopi ibidem conveniant, quos modo vice Metropolitanorum constituimus, & alii Episcopi, vel Abbates, seu presbyteri, quos ipsi Metropolitani ad se veni-*

PAGIUS

ducta, gloriosi Principis auditui in sacris ejus obtutibus exponeretur, & quidquid data a Deo sapientia ejus eligeret, omnes sequerentur.

XI. *Modus deliberandi in his Conventibus.*

Attamen quia differentia occurrebat in caussa, quarum aliæ erant spirituales, aliæ vero sæculares, quædam vero mixtæ, discrimine etiam aliquo utebantur in modo deliberandi. Episcopi enim & Abbates seorsim a Laicis conveniebant; foris nempe, si cœlum serenum esset, alias intra ædes; ita ut unusquisque suam Curiam haberet discretam ac separatam, ac splendide ornatam & instructam, ad quam summo mane conveniebatur: *Ad suam constitutam Curiam* cap. 35. Comites vero & Optimates a reliquis Laicis discernebantur *subselliis honorificabiliter præparatis*. Inter deliberandum autem, seorsim interdum promebant sententiam suam, interdum simul congregabantur, pro ut ipsis videbatur, ut se ad genera caussarum accomodarent, quæ aut spirituales erant, sæculares, aut mixtæ: *In eorum manebant potestate quando simul, vel quando separati residerent, pro ut eos tractanda caussa qualitas docebat.*

XII. *Explicantur Eginhardus & Capitulare anni DCCLXXIX.*

Descriptio hæc viam aperit ad genuinum manifestumque sensum verborum Eginhardi, cujus scriptio accuratissima est præ omnibus illius ævi Annalium Scriptoribus. Is ergo scribit *Pippinum* Regem habito Conventu generali in Gentiliaco villa, Synodum habuisse an. DCCLXVII. de quæstione Trinitatis & de cultu Imaginum, id est, cum discutioni Episcoporum, qui in Conventu generali aderant, commisisse quæstionem de rebus Spiritualibus. Eadem distinctio adhibenda est verbis Caroli M. ex Capitulari anni DCCLXXIX. dum jubet, ut constitutiones patris sui Pippini observarentur, sive illæ quæ *in Placitis* factæ sunt, sive in Synodis, id est de caussis Civilibus & Ecclesiasticis: *Capitula vero quæ bonæ memoriæ genitor noster in suis Placitis constituit & in Synodis, conservare volumus.* Nam licet Annalium Scriptores & Pippinus vocem *Synodus* usurpaverint pro Conventu generali, attamen utriusque distinctio introducta est, postquam Canonum auctoritas manifestius invaluit. Verum quia Canones de disciplina lati ad Rempublicam spectabant, materia hæc ab Episcopis simul cum Laicis tractabatur. Nec aliud Episcopis solis permittebatur, quam quæstiones mere spirituales. Sane Capitulare anni DCCLXXIX. decretum est ex sententia Episcoporum, Abbatum, & Comitum, cum consensu Regis: *Congregatis in unum Synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, Virisque illustribus Comitibus una cum piissimo Domino nostro, secundum Dei voluntatem pro caussis opportunis consenserunt.* Post conditos Canones controversiæ particularium personarum agitabantur; quas Princeps reservabat cognitioni Conventus generalis, si forte Comes Palatinus eas ob aliquam caussam noluerat definire. Docuit nos ergo ex Hincmaro Marca, cujus verba exscripsi, ordinem observari solitum illa ætate in Conventu generali Galliæ ad discutiendas caussas Canonicas, earumque decisionem ab arbitrio Regis pependisse, qui eam pro libito confirmabat aut retractabat.

XIII. *Moritur S. Gregorius Abbas & Rector Ecclesiæ Trajectensis ad Rhenum.*

Ad hunc vel potius ad sequentem annum referenda videtur mors *Sancti Gregorii* Abbatis & Rectoris Ecclesiæ Trajectensis ad Rhenum, cujus Vitam a Sancto Liudgero Monasteriensi Episcopo ipsius discipulo scriptam post mortem Baronii Browerus vulgavit, rursumque typis mandavit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. 2. Annum Gregorii emortualem sedulo examinarunt Henschenius in Comment. prævio ad Vitam S. Liudgeri ad diem XXVI. mensis Martii, Mabillonius in Notis ad Vitam S. Liudgeri pag. 23. & Cointius hoc anno num. XXVI. & seqq. tandemque hi duo postremi in sententiam Henschenii, hanc mortem cum præsenti anno alligantis concessere. Verum tam illi quam Wilhelmus Heda in Historia Trajectensium Episcoporum male pro certo posuerant Gregorium spiritum Deo reddidisse *die XXV. mensis Augusti*, quod eo die celebris ejus memoria exstat; cum enim S. Ludgerus in Gregorii Vita, nec diem, nec annum mortis ejus memoret, primus non potest non esse incertus, nec secundus nisi probabilibus argumentis determinari. Scribit Heda: *Tandem LXX. ætatis suæ anno gravatus paralysi, & continuo triennio per summam patientiam illa exhaustus, instante jam resolutione sua, per triduum mortem suam ante prædixit, & ad altare ductus sumta Eucharistia statim expiravit VIII. Kalend. Septemb. sepultus in Ecclesia Sancti Salvatoris Trajecti, cum sedisset annis XXII.* Quare cum Gregorius die incerto, uti jam diximus, in Domino obdormierit, & Trajectensem Ecclesiam post Passionem S. Bonifacii, quæ anno DCCLV. contigit, per annos duos ac viginti administrarit, si anni illi incompleti fuere, usque ad sequentem Christi annum pervenit, ut antea Cointius anno DCCVII. num. XVII. & alibi, opinatus fuerat: quod si integri numerandi sint, Gregorius ultra præsentem annum vitam non propagavit. Cointius hac potissimum ratione inductus est, ut sententiam mutaret, quod sc. Carolus *Rex VII. Idus Junii, anno Regni sui nono* id est anno Christi insequenti, munificum se præbuerit erga Basilicam Trajectensem, *ubi Venerabilis Vir Albricus Presbyter atque electus Rector præesse videtur*, inquit Carolus. Albricus enim sive Albericus ejusdem Gregorii nepos, ut vocatur ab Altfrido in Vita S. Ludgeri, Sancto Gregorio in Ecclesiæ Trajectensis administrationem succes-

Digitized by Google

aire jusserint, ibidem in ipsa secunda Synodo convenire faciant. Hæc canon dicti Concilii, celebrati anno quarto Regni Pippini Caroli patris, ut mirandum non sit, si vel saltem semel in anno coram se Synodom Carolus fecerit celebrari, qui (si in omnibus canon servandus fuisset) bis in anno Synodo suam præsentiam teneretur exhibere. Sed est canon Synodi Suessionensis, ab eodem Pippino Rege habitæ, quo decernitur, annis singulis, singulas esse Synodos celebrandas; ex cujus præscripto potius Carolus ejus filius singulis ferme in annia colligebat Episcoporum conventus singolos. Quantum autem ista sibi, Regnoque profuerint, probarunt eventa.

PAGIUS cessit. At hoc *Caroli* Præceptum evertit quidem priorem opinionem Mabillonii, qui Gregorii obitum usque ad annum DCCLXXXI. distulerat, sed non priorem opinionem ipsiusmet Coinsii cum Gregorium usque ad initium mensis Junii sequentis Christi anni vixisse, eique eodem mense Albricum successisse verosimilius fit. Quod si *Gregorius* ad septuaginta annorum ætatem pervenit, & tribus annis ante obitum suum paralysi affectus est, ut Heda Sanctum Ludgerum interpretatur, natus erat Sanctus Abbas circa annum DCCLVII.

XIV. *S. Gregorio Albricus succedit.* Gregorius *quasi quartum decimum, aut decimum quintum agens aetatis annum*, inquit Ludgerus, Sancto Bonifacio tanquam Magistro suo adhæsit, & cum eo Turingiam venit, & in tantum amabilis factus est Magistro, *ut quasi unicum filium eum diligeret, jam adjutorem fidelem illum habens in omni opere bono.* Cum Bonifacius sociis suis Regiones distribuit, *Trajectum* ad Rhenum ei commisit, & cum ad Gregorium III. Romam profectus est, *Gregorius* infatigabilis comes cum suo Magistro permansit, & in Frisiam redux, mortuo Sancto Willibrordo Archiepiscopo Trajectensi, successit pius hæres ejusdem gentis Fresonum Pastor & Prædicator, & *larga & mellisflua eruditione populum irradiavit simul cum Chorepiscopo & Adjutore suo Aluberto, qui de Britannia & gente Anglorum veniebat magnis vita meritis pollens*, inquit Ludgerus. Quare Gregorius nunquam Episcopus fuit, licut Heda & aliqui alii id existimarint, sed tantum Presbyter & Abbas. Ex ejus discipulis aliqui Episcopi creati, uti S. *Ludgerus* ejus vitæ Auctor, & plurimi doctrina præditi, nec meritis inferiores, qui eo gradu dignissimi fuere. *Albricus* ejus Successor, regimine Ecclesiæ Trajectensis suscepto, Ludgerum Diaconum suum ad perquirendum sanctum *Lebuini* corpus, & Ecclesiam Daventriæ reparandam statim direxit, perfectaque est Ecclesia & consecrata, *qua numquam deinceps a gentibus fuit contaminata, sed in loco illo per servum suum Liafwinum* (seu Lebuinum) *Dominus virtutes multas operatus usque in hodiernum diem*, inquit Altfridus in Vita Sancti Ludgeri.

Hoc etiam anno *Sanctus Madelveus* Virodunensis Episcopus & Abbas Sancti Vitoni supremum diem obiit, ut prodit Hugo Flaviniacensis Abbas in Chronico Virdunensi a Labbeo Tom. 1. Biblioth. publicato, ubi hujus Sancti gesta copiose describit, aitque: *An. DCCLXXVI. qui erat Regni Caroli nonus obiit Madalveus Episcopus, cum obsideret Caroli exercitus in Tharvisa Italiæ Civitate Stabilearium socerum Chrotgandi, qui contra Carolum rebellaverat.* Addit Hugo: *Erat in eadem Civitate* (nempe Tarvisina) *Petrus vir Italicus, a quo tradita est Civitas, & ob hoc de Virdunensi Episcopatu honoratus est.* Quia tamen semper suspecti sunt traditores, in Episcopatu receptus non est ante annum DCCLXXXVIII. Madelveus creatus Abbas Ecclesiæ Sancti Vitoni erat obedientia cunctis subditus, justitia insignis, & fortitudine spectabilis, quibus præcurrentibus nunciis cunctorum votis in Pontificatu Virdunensis Urbis electus est, *Pippino* jam Monarchiam adepto. Erat tunc Civitas ipsa infestatione barbarica bellis attrita, obsidionibus fatigata, templa Domini in ea polluta, & Officia diurna vel nocturna neglecta. Sed Madelveus Clericos regulariter vivere docuit, Pippinumque adivit, & vastitatem Urbis calamitatemque plebis, quam regendam susceperat, illi significavit, & auxilium ab eo ex Regali largitione quæsivit, & obtinuit. Devotionis causa Hierosolymam ad visenda loca sacra peregrinari voluit, ubi *Sepulchrum Domini, locumque Ascensionis, ubi steterunt pedes ejus, iterum iterumque revisens atque osculans, nativum solum revisere deliberavit*, & non multo post animam Deo reddidit [1].

XV. *Moritur S. Madelveus Ep. Virodunensis.*

Carolus insignem hoc anno donationem fecit *Paulino*, qui postea Patriarcha Aquilejensis fuit tum Grammatices Professori ut anno DCCCII. videbimus.

NOTÆ [1] HUjus S. Madelvei chronologiam longe diversam retexit author anonymus gestorum Episcoporum Virdunensium vulgatus a Schannat Vindem. liter. to. II. ex Berthario authore, ut ille innuit, sæculi decimi, adeoque Hugone Flaviniacensi vetustiore. Asserit ille virum hunc sanctum, de cognatione Caroli Martelli profectum, ab eodem renunciatum fuisse Episcopum anno 735. natum vero fuisse Virodoni; ac primo quidem invisum Martello, dein in ejus gratiam rediisse. Suscepisse Hierosolymitanam peregrinationem, ibique a Basilio patriarcha amice acceptum; dein obiisse anno 762. ejusque corpus incorruptum post annos ab obitu 40. perseverasse. Tum subdit author, *vacat sedes Virodunensis ad annum usque 774. quo tempore viduam ecclesiam administravit corepiscopi munere Amalbertus, qui obiit anno 771.* Huic suffectus Petrus natione Italus anno 774. qui decessit anno 795. Scripsit Bertharius historiam Virodunensem jussu Daadi episcopi Virodunensis, qui obiit anno 920. teste eodem anonymo. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 777.	HADRIANI PAP. ANNUS 6.	LEONIS IV. IMP. ANNUS 2.

I. SEptingenteſimus ſeptuageſimus ſeptimus Redemptoris annus, decimaquinta indictione notatus quo Bulgarorum Rex Telericus, qui adverſus Conſtantinum Copronymum ſæpe pugnarat, Chriſtianæ religionis amore ſuos deſerens contulit ſe Conſtantinopolim, ut ſacrum baptiſma ſuſciperet, Regnum relinquens terrenum, ut cœleſtis Regni particeps eſſe poſſet. Operata eſt illa fides in Chriſtum etiam ante Chriſtum. Nam ad Hebræos Apoſtolus (a): *Fide Moyſes grandis factus negavit ſe eſſe filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem; majores divitias æſtimans theſauro Ægyptiorum, improperium Chriſti: aſpiciebat enim in remuneratorem.* Magnum quidem dedit iſte ſpecimen vivæ fidei, dum Regno numeroſiſſimæ, victricisque gentis prætulit ſervitutem humilem Chriſti. Excepit hunc Leo benigno ſatis, atque baptiſmum conſecutum, Patricium creavit, & nobili conjugio honeſtavit. De his enim breviter iſta Theophanes: *Anno ſecundo Imperii Leonis confugit Telericus Bulgariæ dominus ad Imperatorem. Qui fecit eum Patricium, jungens illi uxoris ſuæ Irenæ conſobrinam. Cum autem baptizatum eum ex ſancto lavacro ſuſcepiſſet, magnifice honoravit, pariter, & amavit.* Hæc ipſe: Fuerunt iſtæ primitiæ Bulgaricæ gentis, ad Chriſtianam religionem accedentis, poſtea magna alacritate confluentis, ut dici poſſit frumenti granum ſeminatum fructum centuplum reddidiſſe.

(a) Heb. 11. Telericus Rex Bulgarorum factus Chriſtianus.

II. Eodem anno, qui & tertius numeratur ante Leonis Imperatoris obitum contigit certamen Theophanis (qui & Iſacius dictus eſt) nobiliſſimi civis Conſtantinopolitani cum Leone Imperatore, accuſatus a ſocero, quod una cum conjuge minime liberis procreandis vacans, vitam monaſticam exerceret domi una cum conjuge, bona ſua pauperibus largiens. Rem geſtam a Theodoro Studita (ut creditur) ſcriptam ſic accipe: *Socer ejus, qui bene ſpem in ipſis ſolis poſitam habebat, eam rem ſic ægre tulit, ut ipſum quoque Imperatorem in magnam indignationem impulerit. Leo hic fuit ſordidi patris filius, atque ſucceſſor: qui & ipſorum adoleſcentiam commiſeratus, & proprium amicum ejus patrem honorans, jurejurando comminatus eſt adoleſcenti, ſe illi, niſi a propoſito deſiſteret, oculos effoſſurum. Et Cyzicum miſit eum, munuſque præclarum commiſit, ut rebus inanibus, atque caducis adminiſtrandis earum, quæ ſemper permanent, ſplendorem oblivisceretur. At ille tamquam murus in ſuo inſtituto ſtabilis permanens, libenti animo iter ingreſſus, apud Sygrianem occurrit admirando ſeni, qui Gregorias appellabatur, & tum aliis donis, tum prophetiæ gratia præſtabat: multis enim ſudoribus animum a perturbationibus liberum, ſeſeque tum in contemplatione rerum divinarum, tum ad eorum, quæ eſſent eventura cognitionem, aptum reddiderat.*

II. Theophanis Iſacii certamen cum Leone Imp.

Huic Theophanes animi ſui propoſitum aperit, ſibique certum jam eſſe dicit exilium eligere voluntarium. At ille ſancto Spiritu (ut erat ſolitus) illuſtratus: Nihil eſt, inquit, o juvenis, quamobrem de exilio cogites: paulo poſt enim licebit, tibi, nemine prohibente, ad ſolitudinem te conferre: ſocero enim tuo, & Imperatore defunctis, ad vitam priſtinam revocaberis. Et hæc dicens, ſolito murmure labiis intonabat, quemadmodum ipſe juvenis comitibus dixit, cum ejus teſtimonium narraret. Senis autem jumento uſus eſt, eoque magis, quam regio equorum miniſterio, quo erat ornatus, gloriabatur. Senis igitur monitu, & aliorum Patrum conſilio confirmatus reditum in patriam diſtulit, & una cum ſociis in loco, quem nactus eſt, cum ſupellectile ſua conſedit. Verum cum & magnis caloribus, & ſiti cruciarentur, non tantum indignatus eſt, nec aquæ penuria ſententiam mutavit, nec proprium oravit Dominum ut ſibi mederetur; ſed ſolitas illi preces fundens, ſuper tapete recubuit, ut ſomno paulisper ſitim leniret.

III. Gregorii conſilio quieſcit Theophanes.

At

PAGIUS SÆC VIII. Anno Eræ Hiſp. DCCCXV. Anno Hegiræ CLXI. inchoato die 8. Octob. feria 4. A. C. 777.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6270.

☉ 2. E. ☽ 18. P. 30. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 777.

HADRIANI PAPÆ 6.

LEONIS IV. IMP. 27. & 3.

CONSTANTINI 2.

I. ANNUM I. ad V. Theophanes anno Incarnat. ſecundum Alex. DCCLXIX. qui Kalend. Septemb. ſuperioris Chriſti anni inchoatus, ait: *Telerus Bulgarorum Dominus ad Imperatorem profugit, a quo locata in matrimonium conjugis ſuæ Irenes conſobrina, Patricius creatur. Eum ſacro lavacro initiatum Imperator ſuſcepit, & ſummis honoribus cumulatum valde adamavit.* Fuit hoc initium converſionis Bulgarorum. Quæ porro habet hic Baronius de conjugio Theophanis Chronographi, locum accipient ex iis quæ anno DCCCXVI. in medium afferemus.

I. *Converſio Teleri Bulgariæ Principis.*

Ad

IV. *At verum mirabilium effector Deus, juvenem intuitus, propter se libenté animo labores ferentem, magno illum miraculo decoravit. Qui enim ingruto populo ex durissima petra latices effudit, cur grato juveni necessaria non ministraret? Prope igitur, ubi jacebat, divino jussu fons mirabilis emanavit, tactuque suum servum Deus exertans, sese illi patefecit. Qui sociis convocatis, sitis remedium a Deo datum, ostendit. Cavis igitur manibus aquæ copiam haurientes, debitas bonorum omnium largitori Deo gratias egerunt. At ne quis posset suspicari, casu fontem illum repertum fuisse: nocte repente sic evanuit, ut ne vestigium quidem ejus ullum mane relinqueretur. Hoc amoris quo functus hic jam inde ab adolescentia Deum prosequebatur, signum fuit.* Et paulo post: *Nondum anni tres prætererunt, cum socer ejus, & Imperator a præsenti gloria depulsi sunt, & ad domicilium illis convenient missi &c.* Reliqua enim suo loco reddituri sumus, quæ memoria digna sub Irena Augusta, & Constantino filio contigerunt.

Aquam Deus sitientibus largitur.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

V. Synodus Paderburnensis. Quo pariter anno Carolus Magnus ad stabiliendam Ecclesiam Saxonum, habuit Synodum Paderburnæ, ubi Saxones baptizati, juramento firmavere, se Christianam Fidem perpetuo servaturos, alioqui passuros ob pœnam omnium suorum bonorum dispendium. Hæc Acta Caroli vetus Chronicon, Annales Francorum & Regino tradunt. Sic igitur firmatæ, penitusque stabilitæ videri poterant res Saxonum, nisi unus ex eorum Principibus Widichindus nomine, ne cum aliis ad Synodum conveniret, una cum pau-

PAGIUS II. *Albricus fit Episc. Trajecti ad Rhenum.* Ad num. V. Carolus Rex Pascha in villa, *Noviomagum* appellata, hoc anno celebravit, ut tradunt varii Annalistæ. Hanc Urbem hodie *Nimegus* dictam, Carolus insigni Palatio ornavit, ut docet Eginhardus, ibique *septimo Idus Junii* adhoc versabatur, ut liquet ex Præcepto ab eo emisso in Ecclesiæ Ultrajectinæ favorem, *ubi venerabilis Vir*, inquit, *Albricus Presbyter atque electus Rector præesse videtur*. Recitat illud Cointius hoc anno num. I. & num. XXI. observat, *Albricum* per autumnum hujus anni consecratum fuisse Episcopum, postquam misisset *Liudgerum, & cum eo alios servos Dei, ut destruerent fana Deorum, & varias culturas idolorum in gente Fresonum*, inquit Altfridus in Vita Sancti Ludgeri, qui subjicit magnum in delubris inventum esse thesaurum, ex quo Carolus duas partes accepit, tertiam Albrico transmisit. Scribit etiam Altfridus: *Albricus cum in Colonia Civitate gradum accepisset Episcopalem, fecit & Liudgerum secum Presbyterii percipere gradum & constituit eum Doctorem Ecclesiæ in pago Ostrarhe* (sive Ostergoe) *in loco ubi Sanctus Bonifacius est coronatus Martyrio*. Quibus ex verbis Cointius deducit, Coloniam hoc tempore Metropolica dignitate gavisam esse. Verum ex illis non magis sequitur Episcopum Coloniensem fuisse Metropolitam, quam Vormaciensem eamdem dignitatem obtinuisse ex eo quod in Vita Sancti Willehadi Bremensis Episcopi dicatur eum *in Vormacia Civitate* consecratum fuisse. Vide quæ diximus an. DCCXLV. num. IV. de tempore, quo *Colonia* Metropolis effecta. Præter *Gregorium*, qui medius Bonifacium inter atque Albricum sedit, & usus est *Aluberto* Chorepiscopo, omnes alii, qui Ultrajectensem Ecclesiam rexere, Episcopi consecrati fuere.

III. *Annus sextus belli Saxonici.* Carolus apud Padibarnam Conventum *primum vice* celebravit, ut testatur Annalista Loiselianus, qui scribit: *Synodum habuit ad Paderbrunnem prima vice, ibique convenientes omnes Franci, & ex omni parte Saxonia undique Saxones convenerunt, excepto quod Vuitukindus rebellis extitit cum paucis aliis, & in partibus Normannia* (sic Daniam ab Aquilonari situ nominat) *confugium fecit una cum sociis suis. Etiam ad idem Placitum venerunt Saraceni de partibus Hispania, hi sunt Ibinalarabi, & filius Dejuzefi, qui & Latine Joseph nominatur, similiter & gener ejus. Ibique multitudo Saxonum baptizati sunt, & secundum morem illorum omnem ingenuitatem & alodum manibus dultum fecerunt* (id est, rerum suarum possessionem dimiserunt, quod Gallice dicimus *Deguerpir*, ut videre est apud Ducangium in Glossario & in voce Dulgtum facere) *si amplius mutassent, secundum malam consuetudinem eorum, nisi conservassent in omnibus Christianitatem vel fidelitatem Domni Caroli Regis & filiorum ejus, vel Francorum*. Idem habent Annalista Bertinianus aliique. Antiquus Chronographus res gestas Caroli complectens, editus a Lambecio Tom. II. Biblioth. Cæsareæ, qui non annis Incarnationis, sed annis ejusdem Caroli utitur, ait: X. *Saxones post multas cædes & varia bella afflicti non valentes resistere, tandem Christiani effecti, Francorum Ditioni subduntur*. Porro huic Conventui non interfuit *Vuitechindus*, seu *Vuitechindus*, sed fugit in Daniam, novas res, ut se occasio daret, molituros; nam, ut ait Eginhardus in Annal. multorum sibi facinorum conscius, & ob id Regem veritus, ad *Sigefridum* Danorum Regem profugerat.

IV. *Aliqui Saracenorum Præfecti ad Carolum confugiunt.* *Venit iisdem loco & tempore ad Regis præsentiam de Hispania Saracenus quidam nomine Ibinaralabi cum aliis Saracenis sociis suis dedens se ac Civitates, quibus eum Rex Saracenorum* (nempe Abderamen) *præfecerat. Idcirco Rex peracto memorato Conventu, in Franciam reversus Natalem Domini in Dusiaco celebravit*, inquit Eginhardus citatus. Situm est *Duziacum* seu *Dusiacum* Gallice *Douzy* Sedanam inter & Mosomacum. Acciderat porro ea tempestate in Hispania per civilia bella & Procerum factiones, ut a Rege Abderameo plerique Præfectorum deficerent, & Dynastias speciales instituerent in Civitatibus sibi commissis. *Ibinaralabi* Cæsaraugustæ Præses datus a Rege Cordobæ, seu ab Abderamen, ab officio discessit, & statim a Civitate pulsus est. Itaque ut se tutum præstaret a viribus læsi Principis & crimen ulcisci parantis, & simul ut in Præfecturam suam restitueretur, ad *Caroli* clientelam confugit, injecta Regi non vana spes Regionis universæ cis Iberum occupandæ, ubi ex parte Pippinus jamdiu jecerat fundamenta Dominationis Francicæ. Quando Episcopatus Paderbornensis, de quo loquitur hic Baronius, institutus fuerit, suo loco exponemus.

Digitized by Google

cis sociis fugam arripiens, aufugisset in Normanniam. Excepisse autem in eadem Synodo, ab Hispania venientes, tres Sarracenorum principes, pariter tradunt. Habet eadem de rebus, hoc anno gestis Paderburnæ, Gobelinus in Meinulpho, qui & originem Episcopalis sedis Paderburnensis enarrat. Sed & de adventu Principum Sarracenorum hæc Annales, sub Ludovico scripti ab ejus domestico produnt: *Venit*, inquit, *iisdem & loco, & tempore ad Regis præsentiam de Hispania Sarracenus quidam, nomine Ibinalarabi cum aliis Sarracenis sociis suis, dedens se, ac civitates, quibus eum Rex Sarracenorum præfecerat.* Et paulo post: *Persuasione ergo Rex prædicti Sarraceni, spem capiendarum quarumdam in Hispania civitatum haud frustra concipiens, profectus est, &c.* Porro expeditio in Sarracenos contigit anno sequenti.

Se-

PAGIUS V. *Gesta inter Hadrianum PP. & Carolum.*

Carolus post bellum in Saxonia felicissime gestum Romam denuo proficisci statuit. E Francia vero hoc anno Romam redierunt *Andreas* Episcopus & *Pardus* Egumenus Nuncii Apostolici, Roma in Franciam *Vulcharius* Archiepiscopus & *Dodo* Abbas Oratores Regii, deinde Romam directi quoque sunt a Rege *Possessor* Episcopus, atque idem *Dodo* Abbas cum literis, quibus *Carolus* pollicebatur se in Italiam iturum mense Octobri, postulabatque Nuncios Apostolicos *Andream* Episcopum & *Pardum* Egumenum in Franciam rursus destinari, quo tempore supradicti *Possessor* Episcopus & *Dodo* Abbas Roma dimissi reverterentur. *Hadrianus Papa* postulatis Regiis annuit, excepto quod in locum *Pardi*, qui morbo correptus iter suscipere non potuit *Valentinianum* Episcopum cum *Andrea* Episcopo direxit. Constant hæc omnia ax Epist. I. Cod. Carol. ab eodem Pontifice ad Carolum data. Iisdem literis *Hadrianus* questus est apud Carolum, quod *Anastasium* Nuncium Apostolicum apud se detineret, eumque sibi reddi postulavit, si deliquisset, examinata causa puniendum. Anastasius odio erat Carolo, quia verba quædam protulerat, quæ Regis utilitati minus conducebant: *Illud vero*, inquit Hadrianus, *quod de Anastasio Misso nostro nobis indicastis, quod aliqua importabilia verba, quæ non expediebat vobis, locutus fuisset, unde valde tristes effecti fuistis, & per hoc adhuc apud vos eum detinetis, nimis noster frangitur animus, dum Langobardi & Ravennates fatentur, inquientes, quia nulle modo Rex in Apostolica permanet charitate, dum ejus Missum apud se detinet. Sed neque ab ipsis mundi exordio cognoscitur evenisse, ut Missus Protectoris tui Beati Petri, magnus vel parvus, a quacumque gente detentus fuisset, sed jubeat eum nobis vestra sollicitudo dirigere, & severissime scissitantes, juxta merear ei repertum eum corripiemus*, & cætera in Codice Carolino, vel apud Cointium hoc anno num. VI. ubi Epistolam illam integram recitat, legenda.

I. *Caroli Magni expeditio in Hispaniam.* SEquitur temporis ordine annus Redemptoris septingentesimus septuagesimus octavus, prima Indictione, quo Caroli magni contigit expeditio in Hispaniam adversus Sarracenos, ab aliis Sarracenis (ut vidimus) anno superiori ad id faciendum permoti: etenim bello civili Sarracenis inter se dissidentibus, qui regnabat Cæsaraugustæ, ab aliis pulsus Sarracenis in ipsos Carolum concitavit. Francorum rerum scriptores veteres tradunt, subegisse Carolum Navarram, potitumque Cæsaraugustana civitate, atque Pampilona, easdem mæniis reliquisse nudatas. Verum cessit exercitui infelix exitus, Vasconibus in montibus Pyrenæis, usis locorum opportunitate, exercitus extrema cædentibus. Qua impressione facta desideratos esse inter alios insigniores Eggobardum, regiæ mensæ præpositum, & Rutiandum præfectum Brittannici litroris, testis est Eginhardus in rebus gestis Caroli Magni. Porro historia vel nimia brevitate contracta, vel sub nomine Turpini Rhemensis Episcopi, nimia fabulositate producta, nihil præterea est tutum asserere.

II. Sed quomodo errore lapsi sunt nonnulli persecuti suis scriptis res Hispanas, dum ejusmodi cladem, quam in saltu Pyrenæo passus est Carolus, referunt ad tempora Regis Alfonsi cognomento Casti, paulo ante obitum ejusdem Caroli Magni, suo loco plenius dicturi sumus. Hic satis sit ista notasse. Regnabat autem tum in Hispania in Regno Legionis, & Asturiorum Silo, gener Alfonsi Catholici, qui pace cum Sarracenis composita, tranquillam transegit vitam, ab anno Redemptoris septingentesimo septua-

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXVI Anno Hegiræ CLXII. inchoato die 28. Septemb. fer. 2. A. C. 778.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6171.

☉ 3. D. ☽ 19. P. 29. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 778.

HADRIANI PAPÆ 7.

LEONIS IV. IMP. 28. & 4.

CONSTANTINI 3.

I. *Carolus Cæsaraugustum, & Pampelonam capit.* AD num. I. & seq. Gestum hoc anno bellum *Hispanicum*, quod hic ex Marca in Marca Hispanica lib. 3. cap 7. nobis referendum. Profecturus in Hispaniam *Carolus* apud *Cassinogilum* in Aquitania Pascha celebravit, ut tradunt Scriptores Francorum. Ut autem facilius copias suas per juga montium transmitteret, exercitum divisit. Ipse per viam publicam in Itinerario Antonini descriptam progressus ab imo Pyrenæo, ubi est Oppidum Sancti Joannis *de Pede Portus*, ad summum Pyrenæum pervectus est: quæ mansio hodie respondet vico dicto *Burgust*. Altera pars exercitus, quæ conflata erat ex delectibus habitis in Austrasie, Bajoaria, Burgundia, Longobardia, Provincia & Septimania, ut docet vetus Auctor Vitæ *Ludovici Pii*, & Annales Metenses, commodiorem viam sectata, idest, per Ruscinonensem agrum, Pyrenæum superavit, & ad Cæsaraugustam vires cum *Carolo* conjunxit. Obsessam insinuat Eginhardus Cæsaraugustam ac restitutam *Ibinalabi* Saracenorum Præfecto obsidibus fidei ab eo acceptis. Quod congruit cum his, quæ leguntur in Annalibus Metensibus: *Obsidione itaque cincta Cæsaraugustana Civitate, territi Saraceni obsides dederunt cum immenso pondere auri*. Quis fuerit hujus expeditionis eventus sic describit Eginhardus ad præsentem Christi annum: *Persuasione ergo Rex prædicti Saraceni spem capiendarum quarumdam in Hispania Civitatum haud frustra concipiens congregato exercitu profectus est; superatoque in Regione Vasconum Pyrenæi jugo, primo Pompelonem Navarrorum Oppidum aggressus, in Ditionem accepit. Inde Iberum amnem, vado trajiciens Cæsaraugustam præcipuam illarum partium Civitatem accessit; acceptisque, quos Ibinalarabi & Abithaur, quosque alii quidam Saraceni obtulerunt obsidibus, Pompelonem revertitur, cujus muros, ne rebellare posset, ad solum usque destruxit.*

Abithaucus videtur *Oscam* tradidisse, quæ tunc primum Dominio Francorum subdita fuit. Id exigit rei gestæ series, prout eam exhibent Chronicon Moyssiacense & Annales Anianenses. Aiunt enim *Carolum* cum ingressus esset in Hispaniam cum exercitu, conquisivisse Civitatem Pampilonam, & *Ibithaurum* Saracenorum Regem venisse ad eum, eique tradidisse Civitates, quas habuit, fratremque suum & filium dedisse obsides, tum vero *Carolum* inde perrexisse usque ad Cæsaraugustam. Quare Civitates ab *Abithauro* deditas oportuit sitas esse inter Pampilonem & Cæsaraugustam. Hæ vero aliæ esse non potuerunt præter *Oscam*, *Jaccam*, & alia Oppida interjecta. *Osca* inprimis facimus mentionem, quod illius ager late patens Vasconibus sive Navarreis esset finitimus, & ejus deditæ mentio specialis & diserta inveniatur in Annalibus Tilianis & Petavianis, horum hæc sunt verba: *Adquisivit Civitatem Pampilonam. Deinde accepit obsides in Hispania de Civitatibus Abithauri, atque Ebilarbii, quorum vocabulum est, Osca, Barcelona atque Gerunda*. Barcinonæ & Gerundæ Dominium, cum ad jus Regni Gallici pertineret, renovatæ sunt potius veteres pactiones cum earum Civitatum Præfectis, quam nova auctoritas quæsita. II. *Osca Francorum dominio tradita.*

III. *Insidiæ Carolo structæ.* Quod armorum pondere comparatum est in hoc Hispaniarum tractu Imperium, in agris Cæsaraugustano, Oscensi, & Pampelonensi constitit, quos Saraceni armis suis occupabant, licet antiqui possessores Religionem Christianam profiterentur. Annales enim Metenses testantur, Saracenos a Pampilona fuisse ejectos. Attamen mænium eversio & agrorum vastationes, ne dum Maurorum; verum etiam Vasconum Christiani nominis animos in *Carolum* accenderunt potius quam libertatis Sacrorum restitutio conciliarit. Quare cum Nuncius de fœdere a Saxonibus rupto acceptus *Carolus* propere in Franciam, de-

Aragonenses in libertatem vindicati. ptuagesimo quinto, Æra nimirum (ut Tudensis habet) octingentesima decimatertia, tenuitque usque ad Æram octingentesimam vigesimam primam, annum Domini septingentesimum octogesimum tertium. Cum interea Aragonenses, Principe Ansar sese a Sarracenorum jugo magna animi generositate vendicantes, libertatem sunt consequuti, pro qua tuenda, studio indefesso certarunt.

Cum

PAGIUS

derelicta domandæ reliquæ Hispaniæ occasione, retraheret, Vascones peritia locorum & innato animi robore freti insidias exercitui nihil talis suspicanti struxere per angustias saltuum faucesque Pyrenæi. [a]

IV. *Clades Francorum ad fauces Pyrenæi.* Non potest verius, nec elegantius describi quæ tunc Francos, alioqui victores tristis clades accepit, quam Eginhardi verbis in Vita Caroli: Cum enim inquit, *assiduo ac pene continuo cum Saxonibus bello certaretur, dispositis per congrua confiniorum loca præsidiis, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu aggreditur, saltuque Pyrenæi superato, omnibus quæ adierat Oppidis atque Castellis in deditionem acceptis, salvo atque incolumi exercitu revertitur, præter quod in ipso Pyrenæi jugo, Vasconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam cum agmine longo, ut loci & angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Vascones in summo montis vertice, positis insidiis (est enim locus ex opacitate sylvarum, quarum maxima est ibi copia, insidiis ponendis opportunus) extremam impedimentorum partem, & eos qui novissimo agmine incedentes præcedentes tuebantur desuper incursantes, in subjectam vallem dejiciunt, consertoque cum eis prælio, usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis noctis beneficio, quæ jam instabat, protecti, summa celeritate in diversa dispergantur. Adjuvabat in hoc facto Vascones & levitas armorum, & locus in quo res gerebatur situs, E contra Francos & armorum gravitas & loci iniquitas per omnia Vasconibus reddidit impares. In quo prælio Egghartus Regiæ mensæ Præpositus, Anselmus Comes Palatii, & Rutlandus Britannici litoris Præfectus cum aliis compluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad præsens vindicari potuit, quia hostis, re perpetrata, ita dispersus est, ut ne fama quidem remaneret, ubinam gentium quæri potuisset.* Hæc fuit infausta Francis ad Roscidam vallem, vulgo *Roncevaux*, pugna quam tantopere prædicant Hispani. Militum, ac Procerum ipsorum in ultimo agmine pugnantium neque cladem neque nomina dissimulat Eginhardus. Quare si totius Hispaniæ vires Ducibus hinc *Adelfonso* Rege & *Bernardo Carpio*, illinc *Marsilio* Cæsaraugustano Vasconibus conjunctæ fuissent, id profecto non tacuisset Eginhardus.

V. *Hispanorum fabula de hac clade.* Facessant itaque nugæ, quas ex Tilpini commentis hausit Rodericus Toletanus: qui tamen soli *Aldefonso*, repugnante licet temporis ratione pugnam adscribit absque ulla Marsilii mentione. Qui ex Hispanis veritati repugnantes, eam falsam narrationem tuentur, ut congruant Caroli & Adelfonsi tempora; hanc cladem referunt in aliud tempus, & in aliam Caroli expeditionem adversus Mauros, cum tamen certum sit ex constanti Annalium fide, *Carolum* nunquam post illac in Hispanis bellum per se egisse, & ibidem, hoc anno pugnatum esse. Iniquus est veritati & gloriæ *Caroli* Rodericus lib. 4. Rerum Hispan. cap. 10. cum negat, eum sibi ullam Ditionem in Hispaniis peperisse, præterquam in ea Celtiberiæ parte, quæ *Catalonia* dicitur, ut loquitur in initio capitis, idest, ut in calce explicat, in territoriis Barcinonensi, Gerundensi, Ausonensi, & Urgelensi. Satius est fidem habere Eginhardo oculato testi, qui asserit, *ab eo totum Pyrenæi montis jugum perdomitum & usque ad Iberum amnem: qui apud Navarros ortus, & fertilissimos Hispaniæ agros secans, sub Dertosæ Civitatis mœnia Balearico mari miscetur.* Ita rem hanc narrat Marca libr. 3. de Marca Hispanica.

Moretus in Annalibus Navarræ recte quidem scribit *Enneconem* Garseanis Navarræ Regem, hujus expeditionis a *Carolo* susceptæ tempore Navarræis & Vasconibus dominatum esse, hosque post bellum cum *Froila* Asturiarum Rege gestum, coactos fuisse fœdus inire cum Saracenis. Sed perperam negat, copias Saracenicas fuisse *Pampelonæ*, quando eam *Carolus* obsidione cinxit; cum tam Annalista Metensis quam Hildesheimensis id diserte asserant, & Reguli Hispaniarum sæpius Sarracenos in suum auxilium post hæc tempora adsciverint. Recte etiam Moretus hoc bellum currenti anno consignavit, solideque eos confutavit, qui illud post annum octingentesimum differunt, irridens Marianam, qui heroicarum fabularum rapsodias descripsit, & eleganti Latinitate donavit lib. 7. de Reb. Hisp. cap. 11. Addit Moretus, Vascones & Navarræos post cladem exercitui *Caroli* illatam, de qua mox, stetisse a Saracenis usque ad annum DCCCVI. quo eos pacem cum *Carolo* pepigisse ostendemus. VI. *Vivebat hoc tempore Eneco Garseanis Navarræ Rex.*

Post captam Gerundam *Carolus* Gubernatore Mauro, cujus perfidiam fuerat expertus, inde pulso Christianum Comitem ei præfecit, & reliquam Provinciam ordinavit, prout Reipublicæ utilitas & temporum ratio ferebat. Etenim quod *Pippinus* exorsus erat in Gallia Gothica, Carolus auxit in Marca Hispanica & dein *Ludovicus* ejus filius implevit. Hic autem antiquus erat regiminis ordo apud Francos & Gothos, ut Civitatibus & pagis, qui Civitatibus contributi erant, Comites imponerent, qui juri dicundo, & tributariæ rationi darent operam. Non enim rejecere hoc administrationis genus *Pippinus* & *Carolus* in Aquitania & Gallia Gothica, neque in limite Hispanico disponendo. Id unum Caroli solertia addidit, ut firmando novo Imperio Comites ex gente Francorum passim præponeret. Auctor quoque Vitæ Ludovici Pii observat, *Carolum* in Aquitania solida Comites ex gente Francorum instituisse, numeratque novem Civitates, quibus dati fuerunt VII. *Carolus Comites instituit in Marca Hispanica.*

NOTÆ [a] Hoc anno *Tassilo* ex Italia remeavit; patet ex veteri charta in Appendice monumentorum Historiæ Frisingensis tom. I. pag. 38. ubi: *Altum in Bautone redeunte* (Tassilone) *de Italia, anno Ducatus ejus* XXII. Ibid. pag. 42. annus XXII. *Tassilonis*, & quidem XI. *Kalendas Majas* cum *indictione octava* copulatur. Georgius

III. Saxones rebellantes cuncta cæde miscent.

Cum autem in ea adversus Sarracenos expeditione Carolus esset, fidifragi Saxones suasione Widichindi Principis rebellantes, quæ obvia habuerunt ad Rhenum usque, omnia cæde, atque incendio vastant, sed non impune: nam idem Carolus, licet annus declinaret ad fidem, & exercitus imminutæ vires nonnihil essent ex clade illa, a Vasconibus illata, nulla mora eos per suos adoriri voluit, quos in fugam versos, magna ex parte necavit. Hæc Francorum veteres Chronica, & Annales. Verum cædem Saxonum anni sequentis exordio contigisse, quæ dicentur, ostendent. Sed hæc ex epistola sancti Ludgeri Monasteriensis Episcopi ad Xixfridum Trajectensem Episcopum (a) data, petenda sunt, qui ea, quæ hoc anno Saxones in sancti Suiberti Werdense cœnobium perpetrarent, & quam a Deo ob sacrilegium experti sint ultionem, scribit cuncta quidem Annalibus digna, quæ sic se habent (b):

(a) Extat in Appen. ad vitam Suviber. apud Sur. tom. 2. die 1. Mart.

(b) Ead. epist. c. 4. 5. 6. 7.

IV. *Postremo (inquit) imperante Carolo Magno Rege Francorum, inclyto filio prefati Regis Pipini, cum is, subiugatis potenter Saxonibus, & Vuestphalis, decrevisset cum grandi exercitu Christianorum contra Gentiles Hispanos*, Sarracenos scilicet regnantes in Hispania, *ire in Hispaniam, & eos mittere sub jugum Fidei Domini Dei nostri Jesu Christi, anno scilicet a Nativitate ejusdem Domini nostri septingentesimo septuagesimooctavo, Indictione prima: ferocissimi & perfidi Saxones, & Vuestphali excitati spiritu satanæ, ac inebriati calice Babylonis, cum præfatus Carolus Rex esset cum toto suo exercitu in Hispania, putantes, ac videntes se habere aptum tempus ulciscendi damna, a Carolo, & a Christianis ipsis sæpe illata, conglomerati in invicem præceptis Satraparum ipsorum, venerunt validissimi, & grandibus agminibus strenuorum, & ferocium armigerorum, depopulantes longe lateque crudeli ferro, & edaci flamma cuncta, quæ erant Christianorum. Veneruntque usque ad litora Rheni.*

V. *Et in tantum sævit ira, & crudelitas ipsorum, ut nullatenus parcerent nec Ecclesiis Dei, nec sexui, nec ætati hominum, quin omnia consumerent, ac demolirentur usque ad internecionem. Sed anno sequenti maxima vindicta subsequuta fuit, & denuo ad fidem revocati triumphali gladio serenissimi Francorum Regis Caroli propugnatoris Fidei Christianæ fuere. Qua horrida clade sæviente, prædictæ ferocissimæ gentes Saxonum, & Vuestphalorum ad Ecclesiam sanctissimi Suiberti, & ad oppidum Vueedam ferocitatis suæ direxerunt gressum. Quod oppidum livore magno, feroci igne, & ferro solotenus destruxerunt. Eadem tempestate Ecclesia cum conventu sancti Suiberti concremata fuit, sacerdotes aut trucidati, aut effugati, incolæ utriusque sexus omnes fere occisi, libri sacri exusti, vicusque fere in solitudinem redactus est. Dempto sacro corpore S. Suiberti, sagaciter subtus terram deposito, & depresso, quod licet industriæ per totum conventum quæsierint, minime tamen invenire potuerunt. Et licet essent Christiani ut adacti, & hæc crudelia peragerent: oderant tamen sanctum Suibertum, eo quod pridem Christianis Francigenis præstitisset victoriam contra eos, & (ut arbitrabantur) inimicus ipsorum esset, & defensor exercitus Christianorum.* Saxonum irruptio in Vueedam facta.

VI. Incenditur Ecclesia S. Suiberti.

Erat autem in eodem flagitioso exercitu quidam satelles diaboli, nomine Ogellus Oesterbach de Paderboenr, qui in eadem sæva depopulatione oppidi de Vuerda infinita flagitia commiserat, gaudens in rebus pessimis. Ic tota vi conatus inflammare S. Suiberti Ecclesiam, ignem primus copiosum ad fastigium jactavit Ecclesiæ, sed protinus ignis sæpe repulsus, & mærens, extinctus, & diminutus fuit: vim enim suæ virtutis primo oblitus est ignis. At ille obstinatus in malitia, licet hæc cerneret, & nullo modo desistere dignaretur: tandem permissione divina eum incendit, & luctus obivit. Igitur cum hæc effera, & bellicosissima gens Saxonum infinita abominabilia, ubique in Christianos grassando, ad libitum peregisset, divisisque inter eos lætarentur rapinis, ac spoliis, sedissentque in suburbanis, & vicinis prætis virtutibus oppidi Vuerdensis, ovantes, & gratulantes de cædibus, & oppressionibus Chri-

PAGIUS

runt Comites huiuscemodi, aliis silentio prætermissis. *Carolus* enim illum regendæ Provinciæ ordinem retinuit, quem *Pippinus* instituerat in Septimania, postquam eam armis victricibus a Mauris vindicavit. Prædicti Comites paris inter se auctoritatis erant. Quare jure merito Marca lib. 3. Hist. Benearnensi cap. 18. refellit vulgarem illam & ab omnibus decantatam divisionem Aquitaniæ in novem Comitatus, quæ a Carolo facta dicitur, is enim Aquitaniam in novem Comitatus non distribuit, sed Civitatibus quatuordecim utriusque Aquitaniæ præfecit Comites Francos, depulsis Aquitanis.

VIII. Annus VII. belli Saxonici.

A num. III. ad XI. Alterum bellum hoc anno a *Carolo* gestum, Saxonicum fuit: *Interea*, inquit Annalista Metensis, postquam bellum Hispanicum narravit, *Saxones audientes, quod Carolus cum Francis tam longo spatio terrarum abesset, suadente Vuidichindo, secundum consuetudinem iterum rebellaverunt, & ad Duitzam Castrum* (alii Doitiam appellant, alii Tuitium, olim Divitense munimentum e regione Coloniæ,) *quod Coloniæ Civitati contiguum est, usque venerunt, cædibus, rapinis, incendiis omnia devastantes. Quod cum nunciatum esset Regi revertenti & commoranti in Autisiodoro Civitate, misit Legionem unam ex electis militibus, qui eorum*

Christicolarum: ecce venit ille sceleratissimus, & sacrilegus Ogellus ad commilitones, & conterraneos suos in eodem prato prandentes, cachinnando recitans, ut ipse Ecclesiam sanctè Suviberti protectoris Francorum incenderit, quamvis commode eam aliquamdiu incendere nullatenus potuisset.

VII. Impius Ogellus Divinitus percussus interiit.

Statimque Dominus noster Jesus Christus, qui est splendor Sanctorum suorum, volens sacrilegis Saxonibus palam ostendere, cujus meriti sanctus Suvibertus nobilis Pontifex apud ipsum esset in Regno cælorum, illum nefandum Ogellum miserabiliter punivit, ut alii terrerentur, & a talibus desisterent. Nam cum perniciosus Ogellus hæc prædicta mala, per ipsum perpetrata, coram prandentibus sociis, & complicibus suis cachinnando, immo Deum blasphemando, recitaret: statim ira Dei ascendit super ipsum, cadensque retrorsum coram omnibus super planam terram, fracto collo, dignas commeritatis, ac sacrilegii pœnas debitas horribili morte luit. Quod alii sacrilegi videntes, & audientes exterriti valde, compuncti pœnitentia salutari, quidam ipsorum iram Dei mitigaverunt.

VIII.

Nec hoc sufficiebat Deo ad laudem S. Suviberti, quin etiam illustrius honorare voluit Sanctum suum coram omni exercitu Saxonum, & Vvestphalorum. Nam cum sacrilegus Ogellus mortuus, coopertus velamine sic per tres fere horas jacuisset, & signo dato, juberentur, ubique per totum exercitum castramentari in alio loco: statim convenerunt consanguinei, & socii malitia nefandi Ogelli, eumque sepelire in cœmeterio Ecclesiæ sancti Suviberti decreverunt, sed nullo modo valebant. Namque cum indigestam terram effoderent, conantes facere sepulturam in præfato sancto cœmeterio, in quo ipsum condendo sepelirent, statim digesta terra per se defluxit in eamdem foveam, ac si non fuisset sulcata, de quo omnes valde mirabantur. Cumque iterum atque iterum fodiendo tentassent, & multum laboris insumpsissent, ut facerent sepulcrum, licet in aliis locis ejusdem cœmeterii, & semper terra per se, omnibus stupentibus, subito decidisset in eandem foveam, permanens & apparens plana terra, ut antea; desistebant a fodiendo sepulcro in eodem

Sacrilego terra sepulturam negat.

cœmeterio; & exterriti dicebant alterutrum, ipsum indignum Ecclesiastica sepultura, & præsertim sepultura illius cœmeterii, eo quod Ecclesiam illam, & cœmeterium cremando profanasset. Et sic multum attoniti recedentes, cum venissent ad cadaver mortui, & abjecto velamine denudassent faciem ejus, ecce tam horribilis, & miserabilis apparuit facies ejus, quod omnes in terrorem, & formidinem vertit, ita ut omnes trementes, stupidi, & pavidi cito recederent ab eo, ignorantes quid de corpore facerent. Sed instanti recessus tempore, quidam alii satellites ex alia provincia Saxonum prædicta audientes, & ipsum mortuum invenientes, projecerunt indignanter cadaver in Rhenum, ut esset pabulum piscium, & sic malus male periit.

Itaque cum ex præcepto Satraparum per totum facinorosum exercitum, signo dato, juberentur castra movere, domumque discedere: ecce dolenter nuntiatum fuit a contribulibus, & complicibus malitiæ & commissi sacrilegii, duobus præcipuis Satrapis Nothelmo, & Occoni, strenuum Ogellum de Pederbone, qui primus Ecclesiam S. Suviberti incenderat, ex vindicta Dei, & Sancti Suviberti, patroni illius loci, plagatum, & punitum esse, fregisseque collum suum super planam terram, cum jucunde jactaret, quod illud facinus sacrilegum admisisset. Quod illi audientes, indignati dicebant, hoc casu accidisse, & non ex vindicta alicujus Sancti, & præcipue S. Suviberti, & quod S. Suvibertus esset impotens, & nullius virtutis, ac potestatis, qui nequivisset suum oppidum, suamque Ecclesiam tueri. Cumque hæc, & alia hujusmodi multa verba blasphemiæ superbe, ac indignanter protulissent, nec dantes gloriam Deo, & Sancto ejus: simul atque recessissent illi duo Satrapæ ab invicem, Nothelmus glorians in via de victoria habita contra Christianos, privatur coram omnibus lumine oculorum, factus totus cæcus, atque in cunctis membris suis graviorem morte pœnam tamdiu sustinuit, donec rubore coopertus, & in se reversus, ac se colligens, quanta in Deum, ac S. Suvibertum superbe commiserat, medullitus suspirando, agnovit, & doluit. IX.

Nothelinus divinitus excæcatur & sanatur.

Ita-

PAGIUS

rum protervie resisteret, Saxones audientes incolumitatem Regis & adventum Francorum, in fugam conversi sunt. Quos Franci e vestigio sequentes, reppererunt eos super fluvium, qui dicitur Adarna, in loco qui dicitur Libesis, ubi pugna cœpta & finita, Franci auxiliante Deo victores extiterunt, & multitudo Saxonum ibi occisa est. Et celebravit Rex Natalem Domini in Herstallio. Adducit Annalistæ Petavianus & Masciacensis: *Igne cremaverunt* (sc. Saxones) *Civitatem, quam Franci construxerunt infra flumen Lippia.* De qua Civitate egimus anno DCCLXXVI.

Baronius refert Epistolam, quæ a Sancto Ludgero ad Rixfridum Trajectensem Episcopum scripta dicitur, in qua habetur, Saxones Ecclesiam *Sancti Suiberti* Episcopi Verdensis, combussisse. Verum fabulator, qui eam Epistolam composuit, falso se Ludgerum appellat, & inepte multa se a Pippino Rege audivisse comminiscitur. Postquam Vita hæc Sancti Suiberti sub nomine Sancti Marcellini conficta fuit, ea quoque IX.

Epistola S. Ludgero afficta:

que

Itaque crescente per momenta temporum dolore corporis, consilio proborum, flexis genibus humiliter Deo vovit devote visitare sepulcrum S. Suviberti, & Ecclesiam ejus in favillam redactam, juxta facultatem suam restaurare, modo intercessionibus ipsius recuperaret pristinum visum, & sanitatem corporis. Quo voto coram multis dolenter, & devote facto, protinus dolor viscerum cessavit, & visus rediit, & ipse surgens, lacrymabilè voce Deum devotissime laudans, cunctis apparuit, ut meritis sancti Suviberti liberatus sit. Et Vverdam usque properans, votum cum multa familia devote adimplevit.

X. Ultio in Occonem & misericordia impertita.

Alter autem Satrapa Occo nomine, opimis ditatus spoliis, cum equester cum vernaculis rediret e Vverda, ignorans, ut Nothelinus a Deo punitus esset, recitaretque in via quam bene vindicassent Saxones contra Christianos contumelias, & oppressiones, ipsis a Carolo pridem illatas, & ut humana pariter, & divina in finibus Christianorum perturbassent, & præsertim uti Ecclesiam sancti Pontificis Suviberti, in quo multum Christiani confidebant, incendissent: mox coram omnibus mulctatus est a Deo, auditu carens, & loquela, rediensque domum mœstus, & dolens, mansit longo tempore surdus, & mutus. Qui similiter in se reversus, erubescens, ingemuit valde, perpendens, quod Deus vindicat blasphemias, Sanctis suis illatas. Salutari igitur pœnitentia ductus, dolens toto corde de commissis in Deum, & ejus servum Suvibertum, eleemosynis, & precibus sperabat a Deo recuperare priorem sanitatem, sed nihil proficiebat, & nihil obtinuit.

Cum vero didicisset, qualiter Nothelinus Satrapa cæcitate percussus, meritis sancti Suviberti liberatus fuit: spem magnam concipiens in sanctum Suvibertum, similiter vovit peregre visitare ipsum sanctum Suvibertum in Vverda, & servituti ejus se mancipare, modo pristinæ merito ipsius Sancti restitui posset sospitati. Eadem hora sanatus a cœlesti medico, disposita domo sua, publice accedens cum solemni familia ad Ecclesiam sancti Suviberti in Vverda, votum implevit reverenter & devote, redire quoque domum spernens, sumptibus suis, & præfati Satrapæ Nothelini, aliorumque multorum devotorum hominum eamdem exustam Ecclesiam anno sequenti eleganter restauravit. Et dignitati sui Satrapatus renuntians, in Vverda apud S. Suvibertum consenuit, serviens ferventer Deo, & S. Suviberto omnibus diebus vitæ suæ. Hactenus de his S. Ludgerus Episcopus, res sui sæculi narrans. Porro sequenti anno Saxones, atque Westphali, post acceptam ingentem cladem, subdiderunt se Carolo Magno.

Cæterum ipse S. Ludgerus, genere Frisius Frisiorumque Apostolus jure dicendus, hoc tempore Frisiorum conversioni operam dabat, ut colligitur ex (a) Actis vitæ ipsius, a Werdeosibus monachis scriptis proditæ. Hic enim genere Frisius, ex Christianis parentibus ortus, educatus sub disciplina S. Gregorii, discipuli S. Bonifacii Martyris in Ecclesia Trajectensi, ibi initiatus est clericatu, ab eoque missus in Angliam, ubi Albinus, sive Alcuinus publice profitebatur literas sacras, eum audiens annum integrum mansit, iterum ad eum, qui miserat Gregorium, ordinatus diaconus rediit. Postea vero rursum profectus in Angliam, tres integros annos, & sex menses eumdem præclarissimum doctorem audivit, usu litterarum Carolo Magno notissimum. Vocatus deinde defuncto Gregorio, ab Apostolico viro Lebuino per visum, qui Evangelium Daventriæ prædicarat, illuc se contulit, ubi combustam a Saxonibus Ecclesiam restauravit: inde a successore Gregorii Albino in Frisiam missus, fana illic idolorum plura destruxit, ipsis spectantibus idololatris, & Dei virtute, ne repugnarent, agente. Septem vero ibi annis mansisse, eadem produnt Acta: cum autem longe lateque ejus Apostolatus gloria claruisset, qui sub Albino in Anglia profitebatur ejus condiscipulus, ejusmodi salutationem ad eum hisce versibus scripsit: XI.

(a) Apud Sur. die 26. Mart. t. 2. Ludgerus prædicat Frisiis.

Frater amore Dei, cognato dulcior omni XII.
Et consanguineis merito pretiosior ipsis,
Ludger amate mihi, Christi te gratia salvet,

PAGIUS que Epistola Sancti Ludgeri nomine, velut ad fulciendam, quæ tot fabulis scatebat, Vitam, excogitata est, sive ab uno eodemque Auctore, sive a pluribus. Henschenius qui ad diem primum Martii Vitam illam, pluribus refutavit, postea ad diem XXVI. ejusdem mensis in Commentario prævio ad Vitam Sancti Ludgeri §.VI. quam vana & futilis sit illa Epistola demonstrat, nosque jam supra de illa egimus. Verum Baronii tempore Vitæ Sancti Suiberti, & hujus Epistolæ falsitas non innotuerant.

X. Ad num. XI. & seq. Mentio, quam hic de *Sancto Lebuino* Presbytero, de cujus morte anno DCCLXXIII. egimus, Baronius facit, evidenter ostendit Vitam Sancti Suiberti supposititiam esse; *cum in ea dicatur Lebuinus* unus ex Sociis Sancti Wilibrordi, ut videre est apud Baronium anno DCXC. & DCXCVII. ubi pseudo-Marcellini verba recitat, ejusque sententiam amplectitur; & tamen hic fatetur, *Lebuinum* Carolo M. regnante Saxonibus fidem Christianam *prædicasse*, quod certum est & indubitatum. Quare Acta illa fabulosa Sancti Suiberti flocci facienda sunt. Quoad *Sanctum Ludgerum* quo

S. Ludgerus in Frisia Evangelium annunciat.

Discipoli Albini ad S. Ludgerum salutatio.

Vive tua gentis Frisonum clara columna,
Presbyter occiduis laudabilis orbis in oris,
Doctus in eloquio, prudens, & mente profundus,
Ipse gradum meritis ornans, & moribus almis,
Ut puer in senibus humili de corde ministras,
Ut germanus agis cunctis aequalibus aevo,
Atque parens pueris vita documenta rependis.
Tu melius crescendo, meé memor esto faccedos,
Tu precibusque tuis commendes quaso Tonanti
His brevibus vatem, qui te laudavit in odis.
Si teretis baculi pro tali carmine donum
Munificus tribuas, fors hac mercedula vati
Concordat modico. Felix sine fine valeto.

Hæc discipulus, ut diximus, Albini, qui Eboraci in Anglia docebat in Gymnasio florentissimo. Quomodo autem idem sanctus Ludgerus, Saxonibus ingruentibus in Frisiam, necesse habens inde recedere, Romam se contulit, suo loco dicturi sumus.

XIII. Quod vero pertinet ad Albinum Eboraci, summa cum laude sacras litteras publice profitentem, Bedæ fuisse discipulum, cum tradant, & Caroli Magni asserant præceptorem: an vera sint; exquirendum est. Nam quod ad primum spectat, quemnam ipse suum tradat Albinus fuisse magistrum, habes in ejus epistola ad Eadbaldum Eboracensem Archiepiscopum his verbis (a): *Laus & gloria Deo, qui dies meos in bona prosperitate conservavit, ut in exaltatione filii mei carissimi gauderem, qui laboraret vice mea in Ecclesia, ubi ego nutritus, & eruditus fueram, & præesset thesauris sapientia, in quibus me magister meus dilectus Egbertus Archiepiscopus haredem reliquit, &c.* Successit hic, ad quem scribit, tertio loco ab Egberto, de quo quidem fratre Regis Egberti itidem nominari, auctor, qui post Bedam prosequutus est res gestas Anglorum, hæc ait: *Hic omnium liberalium artium (ut ita dicam) armarium, immo sacrarium fuit, & nobilissimam Eboraci bibliothecam instituit.*

De Albino Flacco Anglicanæ ecclesiæ doctore.

(a) De reb. gest. Angl. auct. vetus canon post Bed. c. 9.

XIV. Porro de eodem Egberto idem Albinus in epistola ad Carolum Magnum id ipsum profitetur, fuisse nimirum magistrum suum. Sunt enim hæc ibi verba: *Date mihi exquisitores eruditionis scholastica libellos, quales in patria habui per bonam, & devotissimam magistri mei Egberti industriam; & si placet sapientia vestra, remittam aliquos ex pueris nostris, qui excipiant inde quaque necessaria, & revehant in Franciam flores Britannia, & non sit tantummodo Eboraci hortus conclusus, sed etiam in * Turonica emissiones paradisi.* Hæc ipse intel-

* Theutonica

PAGIUS quo anno in Anglia sub Alcuino studuerit, quove inde in Frisiam, quæ ejus patria erat, redierit, suo loco diximus. Hoc vero anno autumnum in Ultrajectino Monasterio transegit. Albricus enim Episcopus ac Successor Sancti Gregorii Abbatis & Rectoris Ecclesiæ Trajectensis ad Rhenum, qui & Ultrajectini Cœnobii Abbas erat, *divisit annum in distributiones quatuor*, inquit Altfridus in Vita S. Liudgeri num. XV. *ita ut in Trajecto Monasterio præ ceteris Prapositis ipse ea tempore vernale in doctrina studio & sancta conversationis præesset fratribus menses tres. Deinde post eum in æstate Adalger Presbyter menses tres, post hunc Liudgerus Presbyter menses tres, deinde in hyeme Thiabrachs Presbyter menses tres.* Quare Ludgerus annis *fere septem* in Ostergoa, quo anno superiori missus fuit, ut ibidem diximus, sic commoratus est, ut singulis annis per autumnum in Ultrajectino Cœnobio degerit. Refert postea Altfridus, *Sanctum Gregorium* Abbatem nuper demortuum, per visionem *Ludgero* apparuisse, eumque de futura ejus dignitate monuisse. Sed quo anno hæc visio contigerit, incompertum. Versus vero, quos Baronius ex ejus Vita a Werthinensibus Monachis scripta, & a Surio ad diem XXVI. Martii recitata, quibus *Ludgerus* summis laudibus extollitur, compositi fuere a quodam Alcuini discipulo, ut Altfridus loco laudato docet. Vitam illam ab Altfrido Sedis Monasteriensis Episcopo tertio elucubratam, post Baronii mortem in lucem prodiit opera Henschenii ad diem XXVI. Martii, quam & Mabillonius exhibet Sæc. III. Benedict. part. 1. cujus beneficio Annales Ecclesiasticos passim illustramus.

XI. Ad num. XIII. & seq. Jure merito Baronius negat, Alcuinum discipulum fuisse Bedæ; cum hic anno DCCXXXV. vivere desierit, quo forsan tempore *Alcuinus* vix natus erat. Educatus est Alcuinus in Monasterio primariæ Basilicæ Eboracensis, adjuncto, ut ipsemet fatetur in Epistola XCVIII. ad fratres Eboracensis Ecclesiæ: *Vos fragiles infantia mea annos materno fovistis affectu, & lascivum pueritia tempus pia sustinuistis patientia, & paterna castigationis disciplinis ad perfectam Viri edocuistis ætatem, & sacrarum eruditione disciplinarum roborastis.* Præceptores habuit *Egbertum*, & *Aelbertum*, seu *Albertum*, alterum post alterum Archiepiscopos Eboracenses. De Egberto ipse nos edocet in Epistola ad Eanbaldum, cujus fragmentum refert Malmesburiensis in lib. 1. de Reg. Gest. cap. 3. ubi de Egberto ait: *Hic omnium liberalium artium armarium (ut ita dicam) & sacrarium fuit, nobilissimamque Bibliothecam Eboraci constituit, cujus rei testem idoneum advoco Alcuinum, qui a Regibus Anglia pro pace missus ad Regem Magnum Carolum, & benigne apud eum fotus hospites, in Epistola ad Eanbaldum tertio loco Egberti Successorem ait:* Laus „ & gloria Deo, qui dies meos in prosperitate

Magistri Alcuini fuere Egbertus & Aelbertus Archiepiscopi Eboraci.

Digitized by Google

telligens de bibliotheca, quam copiosissimam Egbertus Archiepiscopus Eboraci reliquit. Sed & Beda ipse cum de Albino meminit in præfatione historiæ rerum Anglorum, dum testatur, se impulsu Albini illud opus esse aggressum, ejus ut æqualis, tantum & amici non ut discipuli meminit, ubi ait: *Auctor autem ante omnes, atque adjutor opusculi hujus Albinus Abbas reverendissimus, vir per omnia doctissimus exstitit.* Et inferius eumdem patrem Albinum nominat.

XV. Quod vero dicatur idem Albinus Caroli fuisse magister, de eo idem auctor ista subjungit (a): *Hic est Alcuinus, qui ut dixi, pro pace ad Carolum directus, & ibi seu terræ amœnitate, seu Regis humanitate captus, resedit: magnique apud eum habitus, Imperialem animum (quoniam ab aulicis curis vacabat) Dialectica, Rhetorica, & etiam Astronomia composuit. Erat enim omnium Anglorum, quos quidem legeris, post beatum Adelmum, & Bedam, doctissimus: multis libris ingenii periculum fecit.* Hæc auctor. Sed demus de Mathematicis scientiis, vel Philosophicis Albinum cum Carolo Magno disseruisse: certe quidem sacrarum rerum scientia adeo idem Carolus erat imbutus, ut magistri potius, quam discipuli locum teneret: siquidem in ea facultate non Carolus Albinum, sed Albinus Carolum consulebat, si quod dubium esse obscurum sibi videretur, & arduum. Docent quidem id litteræ ejusdem Albini ad ipsum Carolum Magnum, quibus eum consulit, quid sibi velit, quod Ecclesia celebrat Septuagesimam, Sexagesimam, & Quinquagesimam, ante Quadragesimam. De quibus, quæ in principio, & fine habentur, quod ad hæc de quibus agimus spectare noscantur, hic reddam totidem verbis. Est earum ejusmodi exordium.

(a) Extat Appendix de divin. offic.

Carolus Magnus scientia sacrarum rerum præstans.

XVI. Epistol. Albini Flacci ad Carolum Magnum.

Benedictus sit Deus Pater omnipotens qui te creavit, & honoravit: & benedictus sit Dominus noster Jesus Christus Filius Dei vivi, qui te redemit, & elegit: benedictus sit Spiritus sanctus Paracletus, qui te illuminavit, & dilatavit cor tuum in omni sapientia, & scientia claritatis dilectissime DD. & dulcissime Domine: & benedicta sit sancta Trinitas, unus Deus omnipotens, Pater & Filius & Spiritus Sanctus, qui mihi servulo suo, licet indigno, talem concessit dominum, amicum, & adjutorem gratia sua, qui mihi per servum suum beatæ memoriæ magistrum meum monstrare clementer dignatus est. Et benedicta sit potestas, & Regnum tuum, & filii tui, & filii filiorum tuorum usque in generationes sæculi sempiternas, ut veniat super te, & super tuam generationem benedictio Sanctorum in die Domini nostri Jesu Christi: ut quæ sanctissima voluntas semper vigeat, floreat, & crescat in corde tuo, clarissime Ecclesiæ Christi rector & defensor.

XVII. Excellens scientia Caroli M.

Repletus sum gaudio, vestram audiens prosperitatem, & exaltationem, & totus jucunditate exhilaratus, dum vestræ beatitudinis litteras accepi, & legi osculatus sum. Unde & aliquid familiarius vestræ dilectioni scribere præsumo, & illatas quæstiunculas venerabili affectui vestro præsentare: scitis autem scholastica inquisitionem eruditionis, & Ecclesiastica disciplina solertiam vestræ clarissimæ sapientiæ, & dulcissima familiarita-

PAGIUS

„ tatu bona conservavit, ut in exaltatione
„ filii mei charissimi gauderem, qui laboret
„ vice mea in Ecclesia, ubi ego nutritus & edu-
„ catus fueram, & præesset thesauris sapien-
„ tiæ, in quibus me Magister meus dilectus
„ Egbertus Archiepiscopus hæredem reliquit.
„ Quibus verbis Alcuinus discipulo suo Eanbaldo de promotione in Archiepiscopatum Eboracensem gratulatus, seque Eanbaldi Junioris Præceptorem fuisse indicat.

XII. *Alcuinus fuit condiscipulus Eanbaldi Senioris & Magister Eanbaldi Junioris.*

Verum Malmesburiensis utrumque *Eanbaldum* Eboracenses Archiepiscopos perperam confundit. Prior enim, qui anno DCCLXXX. Alberto successit, non discipulus Alcuini fuit, ut putavit Malmesburiensis, sed condiscipulus, ut discimus ex Poeta Anonymo Alberti Eboracensis Archiepiscopi discipulo. Fragmentum ejus Historiæ, *de Pontificibus Ecclesiæ Eboracensis* refert Mabillonius Sæculo II. Benedict. part. 2. Ibi Poeta de insigni Basilica ab Alberto constructa, & ab Alcuino & Eanbaldo Juniori absoluta loquens, ait.

Hoc duo discipuli templum Doctore jubente,
Ædificaverunt Eanbaldus & Alcuinus, ambo
Concordes operi devota mente studentes.

Denique liquet etiam ex Carmine Alcuini CLXXII. Eanbaldum Juniorem Alcuini discipulum fuisse. Baronius putavit *Albinum* Abbatem Monasterii Cantuariensis, qui anno DCCX. Sancto Hadriano successit, diversum non esse ab *Albino*, qui & *Alcuinus* appellatur. Verum Albinus, qui eo Christi anno Hadrianum excepit in Monasterii Cantuariensis regimine, vitam producere non potuit usque ad annum DCCCIV. Alcuini emortualem. Ad hæc *Albinus* Hadriani Successor eum ac Theodorum Cantuariensem Archiepiscopum Magistros habuit, *Alcuinus* vero Egbertum & Albertum, qui postea Archiepiscopi Eboracenses fuere. Quare Baronio, & quibusdam aliis nominis similitudo & temporum aliqua vicinitas imposuit.

XIII. *Alcuinus Caroli Magister fuit.*

A num. XV. ad XX. *Alcuinum* Caroli Magni Præceptorem extitisse, Antiquorum sententia fuit, sed eum illum ante annum DCCXC. in Francia Sedem non fixisse, Bulæus in Historia Universitatis Parisiensis pag. 92. arbitretur, inde infert *Carolum* jam grandævum a Petro Pisano in Grammaticis institutum fuisse, & ab Alcuino Rethoricam, Dialecticam, cæterasque liberales artes cum Astronomia percepisse; quod Eginhardus in Caroli M. Vita scribat; *in discenda Grammatica Petrum Pisanum Diaconum*

Digitized by Google

ti gratam esse, & jucundam, & quicquid urbanitatis sale conditum cognoscetur, vestris intellectualibus favorabile auribus, & acutissimis scientiæ oculis amabile esse probavimus. Unde & quod scholastica tyronum juventus flaccidis ingerere auribus solet, vestræ sanctissimæ
* *prudentiæ * dirigeratam duximus, & inde solatia responsionis quærere, unde sophiæ flumina manare novimus; tametsi has interrogationes vestræ sanctissimæ sapientiæ patefieri posse fateor. Et ne mea aliquid rusticitati præsumptuose responderet, vestrum laudabile ingenium, & præfulgens eruditionis cacumen, consulere tutum esse putavimus. Nam velut vermes fenestris insolant æstivis, sic auribus meis insident quæstiunculæ, & horum convenientium nunc temporum exstitit, Ecclesiastico munere interrogant: Cur septuagesimus, & sexagesimus, vel quinquagesimus ordo per dies Dominicos ante quadragesimam dicitur, vel stulatur. Si respondero, Ecclesiæ hanc esse consuetudinem, & Romana auctoritate hujus religionis ritum esse firmatam: minus illis*
* *videtur * auctoritati, quia dico, nihil sine causa in Ecclesiasticis consuetudinibus a Doctoribus constitutum præcipuis, &c.* Disseruit ipse de propositis quæstionibus arithmeticis rationibus, atque ad postremum:

XVIII. *Idcirco paucis hæc prælibavi verbis, quia vobis hæc omnia notissima esse sciebam, & (ut dictum est) cum sapiente paucis utendum est verbis, &: Beatus,*
* *qui * loquitur aurem audientem, id est, intelligentem. Mihi itaque in fine epistolæ cum Regina Saba dicendum est:*
(a) 3. Reg. 10. *(a) Beati servi tui hi, qui stant coram te semper & audiunt sapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuisti, & posuit te super thronum Israel in sempiternum, & constituit te Regem, ut faceres judicium & justitiam.* Hic finis epistolæ Albini ad Carolum
(b) Extat Epist. posita Append. ad Albin. lib. de divin. offic. Magnum Regem. Ad quem ipse haud cunctatus est suis litteris respondere, propositas elucidans quæstiones: præfigitur autem regiæ epistolæ ejusmodi titulus, (b) & epistolæ exordium.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, Imperator Longobardorum (sive potius, atque Longobardorum, ut in aliis ejus publicis legitur documentis) *& Patricius Romanorum dilectissimo magistro, nobisque cum amore nominando Albino Abbati in Domino nostro Jesu Christo æternam salutem.*

XIX. Ex epistola Caroli ad Albinum. *Pervenit ad nos epistola, missa a religione prudentiæ tuæ, quæ post laudes & benedictiones omnipotenti Deo debitas, nobis & progeniei nostræ benedictionem optabilem, summamque benevolentiam detulit. Post hæc textus illius inquirendo subjectus est, cur Septuagesima, & Sexagesima, & Quinquagesima in ordine per dies Dominicos ante Quadragesimam dicantur, vel scribantur, &c.* Pluribus quidem & quam doctissime satisfacit propositis quæstionibus, ex quibus facile judices quantum, sacrarum rerum scientia præcederet, eum quem magistrum vocat Albinum, ut intelliges magistri titulum illi potius honoris causa inhæsisse, quam ut Carolus doctrina loco discipuli esset habendus.

Plane miraculum videri potuit, hoc sæculo rudi inveniri Regem adeo excultum sacris litteris, & in procinctu semper positum Principem, veluti ociosum de rebus divinis philosophantem,
Carolus magnus ter Maximus. ut plane quem Magnum titulo merito dicunt ipse jure ter Maximum appellarim, nempe bellica fortitudine, scientia, & pietate; quo nomine eo magis plurima laude dignus habitus est, quod non solum ipse in ejus culto numeros omnes absolvit, sed cæteris auctor fuerit, ut sacri ritus Ecclesiæ quam diligentissime ob omnibus servarentur: nam de ipso inter alia hæc Eginhardus in Vita ejus, quam cuncta videns, testis fidelis conscripsit: *Legendi*, inquit, *atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit: erat enim utriusque admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret, nec nisi summisse, & in commune caneret.*

XX. Sed & in eo commendandum ejus ergo cultum religionis impensum studium; quod quæ ipse ob bellicos apparatus ex sui officina ingenii præstare minime posset, ea ne tanto bono Christiana religio fraudaretur, ab aliis præstanda cura-

PAGIUS *Senem audivit, in cæteris disciplinis Albinum cognomento Alcuinum item Diaconum de Britannia Saxonici generis hominem Virum undequaque doctissimum Præceptorem habuit, apud quem Rhetorica & Dialectica, præcipue tamen Astronomia ediscenda plurimum & temporis & laboris impertivit.* Imo fuere, qui negarint, *Alcuinum* magistrum fuisse Caroli; quod illum serius in Franciam venisse putarint, Carolo jam ætate provecto, quem idem Eginhardus testatur, Latinam linguam non minus familiarem habuisse, quam vernaculam, Græcam quoque didicisse, & eloquentissimum evasisse: *Erat*, inquit, Eginhardus, *eloquentia copiosus & exuberans, poteratque quidquid vellet, apertissime exprimere; nec patrio tantum sermone contentus etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit: in quibus Latinam ita didicit, ut æque illa ac patria lingua orare esset solitus, Græcam vero melius intelligere, quam pronunciare poterat. Adeo certe facundus erat, ut Didascalus appareret.* Verum Alcuinum Caroli Præceptorem fuisse, huncque non Grammaticam, sed Sacras Literas, sed Rhetoricam, Dialecticam & Astronomiam docuisse, anno DCCLXXXII. num. VII. demonstrabimus.

Ad numer. XX. & seq. *Usuardum* Martyrologium suum scripsisse *Carolo Calvo* imperante, XIV.
nunc

ravit; sicut cum significationem sacrorum vestimentorum per Archiepiscopos quosdam scientia celebres voluit explanari, ut Amalarius testatur his verbis: *Scio, inquit, eorumdem vestimentorum significationem diligenter explanatam ab Archiepiscopis, qui fuerunt tempore beatissimæ memoriæ Caroli, ad eumdem, ejus tamen admonitione.* Hæc ipse, ista scribens sub ejus filio Ludovico (a).

(a) *Amal. de divin. offic. l. 1. c. 59.*

Ad hoc etiam spectat, quod cum quæ recitarentur in Ecclesiis Martyrologia, sive S. Hieronymi, sive Bedæ, brevia nimis viderentur, atque jejuna: jussit Usuardum monachum, doctrina præstantem, in his laborare, ut illud, quod in Ecclesia quotidie legeretur, Martyrologium redderet opulentius. Est de his ad Carolum ejusdem auctoris brevis præfatio, qua & in his studium Caroli erga sacros ritus commendatum, & sua in opere perficiendo industria pariter testata redditur. Quæ sic se habet:

XXI. *Domino Regum piissimo Carolo Augusto Usuardus indignus sacerdos, & Monachus perennem in Christo coronam.*

Minime latet vestram celsitudinem, sapientissime Princeps, qualiter monemur, in imitandis antiquorum studiis, ut quicquid in gestis præcipue Ecclesiastico dogmati congruis, minus perfectum inventum fuerit, debeamus pro posse supplere vel certe, supplere optare. Qua res pia quidem sollicitudine, vestro, si recordamini, jussu dignanter admoto, me ad hoc, etsi indignum compulit, quatenus Sanctorum sacras atque necessario recolendas festivitates, ex quibusdam præcedentium Patrum Martyrologiis in quamdam colligere unitatem. Reculebamque in ipsis eorumdem solemnitatibus quam multos propria negligentia excessus, quos etiam purgari tali cupiebam officio. Præterea & venerabilium Hieronymi scilicet, & Bedæ presbyterorum piis, quamvis succinctis super hoc provocabat descriptis; quorum prior brevitati studens, alter vero quamplures Kalendarum dies intactos relinquens, multa inveniuntur hujus operis præterisse necessaria. Quos tamen secutus, censui & Flori memorabilis viri latiora jam in eo ipso negotio sequi vestigia, præsertim in secundo ejus libro. Ibi enim multa, quæ in priori omiserat, & correxit, & addidit. At si quid præter quod ab illis accepi in hoc tempore auctum, aut mutatum est, sagaci a me sedulitate id perquisitum agnosci poterit.

Cæterum benignissime, idcirco hanc exiguitatis meæ præfatiunculam huic opusculo inserere malui, ut sciretur, non me in hoc usum levitatis conamine, sed potius vestris (ut erat dignum) paruisse imperiis, Catholicorum fidelium fulito consulentibus utilitati. Unde quod vestrum est obsecro, ut si justum decernitur, propria tuitionis ancora roboretur, quo videlicet præsentibus regulis examinis auctoritate, & futuris tantæ auctoritatis firmetur examine. Excellentiam magnitudinis vestræ per multa annorum curricula Rex Regum Dominus sua dignetur custodire potentia Amen.

Sed quid insuper? & libros ejusdem de quo nuper diximus, Albini Flacci de Divinis officiis monitu ejusdem Caroli fuisse ab eo elaboratos: firma est omnium sententia. Quin etiam quæ ad officia Ecclesiastica, rite disponenda, Hadrianus Papa elaboravit (ut Amalarius ait b) Antiphonarium, atque Responsoriale; ea omnia petitione Caroli ab XXII.

(b) *Amal. de ordin. Antiphon. in præf. 1. & 2.*

PAGIUS *Usuardus floruit sub Carolo Calvo.*

nunc inter Eruditos convenit. Nam cum Codices tam MSS. quam excusi meminerint persecutionis in Hispania a Saracenis excitatæ longe post *Caroli Magni* obitum, manifestum est, *Caroli Calvi* tempore Usuardum floruisse. Ab Aimoino in libello de Translatione SS. Martyrum *Georgii & Aurelii*, ejus Translationis *Usuardus pater* anno DCCCLVIII. fuisse memoratur; & Mabillonius Sæc. IV. Benedict. in Præfatione partis 2. num. CLXXIII. refert, in Biblioth. San-Germanensi asservari antiquissimum ejus Martyrologii exemplar, eo tempore exaratum cum subjecto Necrologio, in quo primaria manu mors *Irmintrudis* Reginæ, uxoris *Caroli Calvi* signata est *Nonis Octobris*; obitus vero Caroli II. Imperatoris *pridie Nonas Octobris*, manu recentiori. Itaque hic Codex scriptus eo temporis intervallo, quod effluxit inter annum DCCCLXIX. *Irmintrudis* supremum, & annum DCCCLXXVII. quo *Carolus Calvus* defunctus est. Baronius autem, aliique, qui Usuardum ad *Caroli M.* tempus revocarunt, eo inducti sunt auctoritate Sigeberti, qui Usuardum *jussu Magni Caroli Imperatoris* Martyrologium suum condidisse scribit in cap. 85. Sed Sigebertus *Magni Caroli* nomine *Calvum* intellexit, ut alias in cap. 99. ubi ait, Hincmarum rescripsisse ad Ecclesiam Ravennatem *sub persona Magni Caroli Imperatoris*. Adhæc idem Mabillonius Tom. I. Analect. pag. 434. refert, in vetusto Codice Elnonensi extare Epitaphium Drogonis & Pippini Caroli Calvi filiorum cum ejusmodi titulo: *Tempore Milonis Monachi, gemini fratres Drogo & Pippinus, filii Caroli Magni liberalibus disciplinis instituti sunt in Cœnobio Sancti Amandi, ubi & sepulti sunt prope sacellum SS. Petri & Pauli cum hoc Epitaphio.* Et non solum in eo titulo *Carolus Calvus* vocatus *Magnus*, sed etiam in ipso Epitaphio, ac in Epistola quadam *Nicolai Papæ Primi*, & in vetustissimo Necrologio San-Germanensi ad *XI. Kal. Aprilis*, quo die ponitur obitus *Rothildis Abbatissæ & Monachæ filiæ Regis Magni Caroli*. Vide aliud hujus rei exemplum apud Mabillonium lib. 6. de Re Dipl. pag. 534. Porro Usuardum Monasterii Sancti Germani a *Pratis* Monachum fuisse, ostendit idem Mabillonius in priori loco laudato ex MS. Codice Bibliothecæ San-Germanensis, in quo post Prologum, hæc clausula legitur; *Explicit Prologus Usuardi Monachi S. Germani Parisiensis.* Martyrologio Usuardi usa est ante recentius Romana Ecclesia Ro-

ab eo edita esse pariter, existimantur.

Sed & quod præstat cæteris, eidem Carolo Magno debemus ingens opus illud, ab eodem Alcuino, sive Albino elaboratum, quo totius divinæ scripturæ tam veteris, quam novi testamenti vulgata editio emendata est. Acciderat enim, ut ipsa multiplicium librariorum exscribentium vitio, mendis obsita jam vilesceret: quod periniquo animo ferens Carolus, ut quam emendatissima ederetur, in pristinamque vendicaretur integritatem, atque splendorem, studio propensiori curavit. Cujus rei fidem facit ejus in Capitularibus intextum elogium istis verbis (a):

(a) Capit. l.6.c.227. XXIII.

Volumus (& ita Missis nostris mandavimus, & præcepimus) ut in Ecclesiis libri canonici veraces habeantur, sicut jam in alio Capitulari sæpe mandavimus. Hæc ipse, qui, ut quod omnes refugerent ob nimiam difficultatem, omnino perficeretur, opus delegavit Albino, ut absolveret. Qui in idipsum viribus totis invigilans, universam divinam scripturam e vetustioribus, ac verioribus fontibus descriptam recognitam, & emendatam, eidem Carolo Magno obtulit, ad cujus calcem, hos quos hic descriptos leges versus apposuit, per epigrammata diversa distinctos. Extat ejusmodi verus Bibliorum codex Alcuini labor, in Vallicellana nostra bibliotheca, ubi velut ingens thesaurus asservatur, utpote quod viri eruditi, qui in emendatione Vulgatæ iterum nostro tempore laborarunt, eo ut antiquiori sunt usi, cui & plurimum detulerunt. Porro primum Albini epigramma sic se habet.

Nomine Pandecten proprio vocitare memento
Hoc corpus sacrum, Lector, in ore tuo.
Quod nunc a multis constat Bibliotheca dicta,
Nomine non proprio, at lingua Pelasga docet.
* Inq. hoc *In * hoc dicta Dei conduntur mystica summi,*
(b) Psal. 118. *De quibus egregius vates in ora canit (b):*
Est mihi lex Domini dulcis super omnia mella,
Carior atque auri millia multa super.
Strenuus hanc Domini famulus custodiet arcem,
Cui merces cæli perpes in arce manet.
Codicis illius quot sint in corpore sancta
Depicta formis litterulæ variis,
Mercedes habeat, Christo donante, per ævum
Tot Carolus Rex, qui scribere jussit eum.

Aliud.

Hæc divina Dei placeat scriptura precamur
Sensibus atque oculis, Lector honeste, tuis:
Spiritus hanc cæli sanctus dictavit ab arce,
In qua vera fides fulget, & alma salus.

Aliud.

Pro me, quisque legas versus, orare memento:
Alcuin dicor ego. Tu sine fine vale.

Aliud.

Magni magna Deo portantes munera templo,
Quas laudavit ovans ore pio populus:
Parvula sed vidua Dominus duo nummula præfert
Nobilium donis famine veridico.
Nos ego parva tuis, Rector, munuscula gazis
Infero, persona sint mea parva licet.
Munera, sed Domini cœlestibus inclyta Regnis
Porto tibi plenis, optime Rex, manibus:
*Nempe nova ac veteris, * pariter pia famina legis*
*In * hoc claudantur corpore quippe sacro.* * Inq. hoc
Hæc ego porto libens ad sacra sacraria templi,
Quod tua mens noviter condidit alma Deo.
Laudibus ut præsto Christi sit semper in illo
Iste liber, resonans verba superna Dei.

Aliud.

PAGIUS

Romanum, teste Molano in Præfatione ad Martyrologium Usuardi. Imo etiamnum in variis Galliarum Ecclesiis Martyrologium Usuardi legitur.

XV. Opera Alcuini & Caroli M.

Ad num. XXII. & seq. *Alcuini* Opera auctiora quam erant Baronii tempore prodiere Parisiis anno MDCXVI. studio Andreæ Duchesnii, sed post illam editionem Mabillonius Tom. IV. Analect. publicavit Epistolas XXVI. Alcuini, & Baluzius Tom. I. Capitularium & Tom. I. Miscell. varia ejus Opuscula edidit. Denique Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. pag. 185. refert alia *Alcuini* Scripta, quorum beneficio editio magis absoluta dari poterit. Ibi ostendit Mabillonius librum *de Divinis Officiis* Alcuino a Baronio, aliisque assertum esse tantum Farraginem ex diversis ipsius *Alcuini*, aliorumque Auctorum ipso posteriorum Scriptis collectam. Quoad librum cui titulus est, *Confessio Fidei*, a Petro Francisco Chiffletio ab aliquot annis publicatum, genuinum *Alcuini* fœtum esse adversus aliquos qui id in dubium vocarunt, probat ibidem Mabillonius. Quod spectat ad Opera Caroli Magni, jam egimus de Codice Carolino, seu Epistolarum ejus ad varios Pontifices Romanos, de aliis ejus lucubrationibus legendus Oudinus in Supplemento de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Digitized by Google

Aliud

Nauta rudis pelagi sævis ereptus ab undis
In portum veniens, pectora læta tenet.
Sic scriptor fessus calamum sub calce laboris
Deponens habeat pectora læta satis.
Ille Deo dicat grates pro sospite vita;
Proque laboris agat fructibus & requie.

Aliud.

Perge libelle sacer sanctis præclarior odis
Prosper pacifice nunc, miserente Deo.
Et pete præclari præclara palatia Regis,
Ut maneas Christi semper in æde sacra.
Atque Dei famulis pacis fer munera cunctis,
Dextera quos Domini protegat, atque regat,
Quos colo corde, fide, sancto quoque semper amore
Cum lacrymis optans, ut vigeant, valeant.

Hucusque Alcuini versus ex dicto codice, cujus cum ob nimiam vetustatem pagina esset exesa, consumpta, & characteres obliterati, describi vix potuerunt.

☞ Post autem emendicata hinc inde non sine labore de Alcuino fragmenta, jamque edito Præsenti Annalium Tomo, contigit diligentia Henrici Canisii Noviomagi Canonum professoris in Academia Ingolstadiensi, de antiquitate Ecclesiastica bene merentis, una cum aliis veteribus Antiquæ lectionis (hoc enim titulo inscripti leguntur duo tomi ab eo editi) in lucem prodi ejusdem Alcuini ad diversos epistolas sexagintaseptem, ex quibus nonnihil præsens Tomus fuisset locupletandus, si ante ejus editionem, iisdem potiri licuisset. Verum in hac Appendice (ut de aliis multis fieri contigit) quæ majoris momenti esse cognovimus, hic addenda atque edenda curavimus. In primis vero illud, quod cum ejusdem Alcuini tempore in Scotia primum seminari cœpissent pessima zizania illa, quæ hoc nostro sæculo densa segete Boreales provincias occuparunt, quibus affirmaretur illud infaustum hactenus inauditum ostentum, Confessionem peccatorum non esse faciendam sacerdoti, sed Deo tantum; idem vir sanctissimus, atque doctissimus, Alcuinus una ad eos epistola scripta, easdem zizania exorta præcidit, immo convulsit illa radicitus, ut amplius visa non fuerint nec audita. Ipsa autem epistola, tamquam arma victricia, quibus primum diabolus horum auctor est superatus, hic in Christi templo suspensa resplendeat, quæ sic se habet (*a*):

(*a*) Flac. Alcuin. ep. 26.

Dilectissimis viris fratribus, & Patribus in provincia Scotorum humilis Ecclesiæ vernaculus Albinus divinam salutem.

Plurima vestræ sagacitatis, & religionis laus nostris sæpius insonuit auribus, seu propter sanctissimam monachorum vitam, seu proper laicorum religiosam conversationem, dum illi ab omni strepitu sæcularis inquietudinis soli Deo vacare desiderant, & isti inter mundanas occupationes castissimam vitam degere dicuntur. . . Isti intercessores suos præsentis vitæ solatiis sustentare gestiunt, quod quisque gratiam benedictionis sibi a Deo datam, sibi in alterutrum refundat. Unde & nos vestræ pietatis exemplis edocti, nostri navigii cursum orationibus vestræ sanctitatis ad portum quietis dirigi precamur.

Nos quoque mutuo charitatis officio vestræ sanctitati aliquantulas piæ admonitionis litterulas dirigere curavimus propter quasdam consuetudines, quæ vestris inolevisse fertur regionibus. Dicitur vero, neminem ex laicis suam velle confessionem sacerdotibus dare: quos a Deo Christo cum sanctis Apostolis (b) ligandi, solvendique potestatem accepisse credimus. Quid solvit sacerdotalis potestas, si vincula non considerat ligati? cessabunt opera medicorum, si vulnera non ostendunt ægroti. Si vulnera corporis carnalis medici manus expectant: quanto magis vulnera animæ spiritualis medici solatia deposcunt? Deo vis, o homo confiteri; quem volens, nolens, latere non poteris: Ecclesiæ Christi, in qua peccasti, satisfacere negligis? Cur ipse Christus (c) leprosum, quem mundavit, sacerdotibus se jussit ostendere? Cur Lazarum (d) quatriduanum resuscitatum alios solvere jussit? Numquid fasciamenta mortui eodem verbo solvere non potuit, quo mortuum vitæ redditum de sepulcro prodire jussit? Cur interrogavit cæcos, ad se clamantes, quid voluissent? An ignorare cordis eorum voluntatem potuit, qui optatum lumen oculis illorum reddere valuit? Forte si Deum latere, sicut hominem potuisses: nec Deo plusquam homini confiteri voluisses. Superbiæ hoc genus esse videtur, sacerdotem judicem despicere.

(*b*) Matt. 16. & 18.
(*c*) Ibid. 8.
(*d*) Joan. 11.

Si dices (e): Bonum est confiteri Domino. Sed bonum est hujus confessionis et habere testem. Licet non semper confessio pænitentiam significet, sed sæpissime laudem, ut in Evangelio ipsa Veritas dixit (f): Confiteor tibi Pater cæli & terræ: idest: Laudo te, Pater cæli & terræ. Et in Symbolo dicitur, Confiteor unum Baptisma, & cætera, quæ sequuntur ad idem respicientia verbum. Quod verbum, id est, Confiteor, in hoc loco confessionem Fidei, non peccatorum designat. Erubescis homini in salutem tuam osten-

(*e*) Psal 91.
(*f*) Matt. 11.

ascendere, quod non erubescit cum homine in perditionem tuam perpetrare? Ancillam tuam iniquitatis tuæ consciam vis habere: & sacerdotem Christi reconciliationis tuæ non vis habere adjutorem? Per inimicum corruisti: & non vis per amicum resurgere? Multum offendisti Dominum, & alium non vis habere reconciliatorem nisi teipsum? Confidis per orationes tuas salvari? spernis Apostolicum præceptum, dicentis: Orate pro invicem, ut salvemini: & iterum: Si quis peccator est, oret pro eo sacerdos, ut salvetur. Quid ad hæc dicis, quæ in hac epistola leguntur (a) Jac. 5. *(a): Confitemini alterutrum peccata vestra, ut deleantur delicta vestra? Quid est illud alterutrum? nisi homo homini, reus judici, ægrotus medico? Ipsaque Sapientia per Salomonem dixit* (b) Prov. 28. *(b) qui abscondit scelera sua, non dirigetur: id est, non dirigetur in viam salutis, qui peccata sua celare studet. Numquid Deo abscondi possunt scelera nostra, qui omnia videt, novit, & considerat? Homini possumus abscondere, quia ugimus, & non Deo. Nonne David, præsente Nathan Propheta, qui se arguebat pro suo peccato, dixit* (c) 2. Reg. 12. *(c): Peccavi Domine? Ecce tantus vir testem confessionis suæ voluit habere Prophetam, & quod non erubuit confiteri, quod impie gessit, statim audivit: Ecce Dominus transtulit peccatum tuum. Homini patefecit vulnus suum, & a Deo mox remedium accepit. Nam & in Levitico* (d) Levit. 5. 9. 12. &c. *(d) sæpissime, Domino mandante, peccator ad sacerdotem mittitur cum victima, quam offerens Deo, oret pro eo, & dimittatur ei. Quæ sunt nostræ victimæ pro peccatis, a nobis commissis, nisi confessio peccatorum nostrorum? quam pure Deo per sacerdotem afferre debemus, quatenus orationibus illius nostræ confessionis oblatio Deo acceptabilis fiat, & remissionem a Deo accipiamus, cui est sacrificium, spiritus* (e) Psal. 50. *(e) contribulatus, & cor contritum & humiliatum non spernit.*

Christus pro nostris sceleribus ab inimicis judicari in hunc mundum venit, ut nos redimeret a diaboli servitute: & nos dedignamur a sanctis Dei sacerdotibus judicari, ut liberemur a vinculis peccatorum nostrorum? Ille absque omni peccato, hominum adsistere, & hoc, impiorum judicia non renuit: & nos cum multis peccatis hominum judicia, & hæc Sanctorum subire contemnimus? Nonne in sacro Baptismate sacerdotibus Christi nostræ Fidei confessionem, & abrenuntiationem satanæ dare debemus, & sic sacerdotali ministerio, divina operante gratia, ab omnibus abluti peccatis? Cur etiam, & in secundo pœnitentiæ Baptismate per confessionem humilitatis nostræ ab omnibus post primum Baptisma peractis, eadem divina miserante gratia, sacerdotali similiter auxilio non debemus absolvi peccatis?

Si peccata sacerdotibus non sunt prodenda, quare in Sacramentario Reconciliationis orationes scriptæ sunt? Quomodo sacerdos reconciliat, quem peccare non novit? Si consiliis, juxta Salomonem, tractanda sunt bella: quali audacia sine consilio Ecclesiasticorum ducum pugnare nos adversus diabolum confidimus? Item eodem dicente, legimus: Frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma est. Quem adjuvat sacerdos Christi, dux exercitus Dei, & rector castrorum illius, si nullus ab eo suæ salutis auxilium quærere dignatur? Si nemo occulta diabolicæ fraudis vulnera illius medicinali dextera tractanda ostendit? Inaniter itaque posita sunt in Ecclesiis remedia, & synodali auctoritate litteris mandata contra omnium peccatorum nostrorum vulnera, quæ vel antiqui hostis versutia, vel negligentia mandatorum Dei spiritaliter, aut carnaliter nobis infliguntur: si non his, quæ in Ecclesia Christi statuta sunt, ad sananda putrida scelerum nostrorum vulnera, revelantur. Corde enim creditur, dicit Apostolus (f) Rom. 10. *(f) ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem: Non solum Catholicæ Fidei, sed etiam pura peccatorum confessio, cordis compunctione nobis ad salutem proficit sempiternam, dicente Scriptura* (g) Isai. 43. *(g): Dic prior iniquitates tuas, ut justificeris. Et iterum* (h) Prov. 18. *(h): Justus in principio accusator est sui: si justus, quanto magis peccator?*

Si forte dicis cum Psalmista (i) Psal. 31. *(i): Dixi confitebor adversum me injustitiam meam Domino, & ego cum eodem dicam: Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea. Et iterum cum alio Propheta* (k) Joel. 1. *(k): Computruerunt jumenta in stercore suo. Quid est jumenta in stercore suo putrescere, nisi criminosos quosque in putredine peccatorum suorum jacere? Qui peccat, jacet: qui confitetur, surgit: Qui pœnitentiam agit, revertitur ad patrem suum sicut prodigus filius in Evangelio legitur dixisse* (l) Luc. 15. *(l): Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum, & coram te. Sed semel sacerdoti in præsentia divinæ pietatis confessio facienda sufficit: Semper autem Domino cum lacrymis, & cordis contritione esse faciendam, arbitramur. Omnis, enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus: qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera ejus, quia in Deo facta. Vos igitur, viri fratres, filii lucis estis, & non tenebrarum, populus acquisitionis, & non perditionis, gens sancta, Christi sanguine acquisita: ambulate, ut filii lucis in omni bonitate, & pietate, & castitate, exuentes veterem homi-*

minem cum peccatis suis, & induentes novum, qui secundum Deum creatus est. Sit (a) Ephes. 4. *(a) conversatio vestra cælestis, & non terrena: diligite justitiam, & odio habete iniquitatem. Qui sanus est, defendat se scuto Fidei, ne clandestina antiqui hostis sagitta eum vulnerare valeat: Si quis vero propter fragilitatem carnis, vel propter negligentiam circumspectionis vulneretur: citius ad confessionis medicinam recurrat, ne per illecebram malæ consuetudinis vix eradicari valeat peccatum. Tres enim mortuos Dominum Jesum Christum Evangelica narrat historia suscitasse filiam Archisynagogi in domo, filium viduæ extra portam Civitatis, Lazarum quatriduanum de monumento ad vitam vocavit. Qui sunt hi tres mortui, nisi tria peccantium genera, quæ modo quotidie divina confitentibus suscitare solet gratia. Filiam suscitat in domo, dum consentientem in corde peccare revocat a peccati perpetratione. Filium viduæ extra portam civitatis suscitat, dum peccantem foris in opere, ad pœnitentiæ medicamenta confugere facit. Fœtentem vero in mala consuetudine peccati, dum lacrymas pœnitentiæ elicit ex corde, suscitat, & ex Ecclesiastica auctoritate solvere eum jubet, ut dignus sit communione Domini, & particeps sacri altaris efficiatur.*

Hæc cogitate, charissimi fratres, & in qualicumque horum trium mortuorum genere si quis jaceat: citius ad confessionis probatissima medicamenta confugiat, salutifero pœnitentiæ se abluat medicamine, ut non ad judicium damnationis, sed ad salutem sanctificationis communicet corpore, & sanguine Domini nostri JESU Christi, & cum gratiarum actione semper rememorate, quomodo vos divina misericordia de terra tenebrarum, & frigoris, de regione ignorantiæ, & iniquitatis transtulit in loca lucis, & lætitiæ, in tabernacula abundantiæ, & justitiæ, & elegit vos sibi in filios pietate paterna, ut per vos nomen illius annuntietur in Gentibus. Sequimini vestigia sanctorum Patrum, & nolite in Catholicæ Fidei religionem novas inducere sectas. Cavete vobis venenosum erraticæ inventionis fermentum: sed in sinceritate, & veritate mundissimos sacræ fidei panes comedite: & vinum, quod divina elicit suis miscuit Sapientia, bibite, & cantate Deo vestro in concordia pacis, & unanimitate charitatis perpetuæ canticum laudis, & cum militia cœlesti consona voce laudate Dominum, & dicite: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Divina vos præveniat gratia, & subsequatur ubique clementia, & in omni opere bono florere faciat, viri fratres dilectissimi, & sanctissimi Patres. Hucusque ad Scotos epistola Albini, sive Alcuini, qui & de eadem confessione sacramentali ad Sacerdotis aures fieri solita in aliis (a) epistolis agit. Sic in omnibus agitans novam hæresim. At de Alcuino satis. (a) Epist. 2. 23 37. 47.

XXIV. Ludovicus nascitur. Quod insuper ad anni hujus res gestas pertinet, auctus est hoc anno Carolus

PAGIUS XVI. *Duo filii Carolo hoc anno nati.* Ad num. XXIV. *Heldegardis Caroli* uxor, quam is in Aquitania gravidam reliquerat, antequam ex Hispania reverteretur, duos peperit Filios, quorum alter *Lotharius*, alter *Ludovicus* est appellatus, ut scribit Auctor Vitæ ejusdem *Ludovici*, postea Aquitaniæ Regis. De utroque Paulus Diaconus in libello de Episcopis Metensibus, ubi filios, quos *Carolus* ex Hildegarde suscepit, recenset: *Primus*, inquit, *dictus est Carolus sc. patris ac proavi vocabulo nuncupatus. Secundus item Pippinus, fratri atque avo æquivocus. Tertius Ludovicus, qui cum Lothario, qui biennis occubuit, uno partu est genitus*, hoc sc. anno.

XVII. *Carolus de duobus queritur apud Hadrianum PP.* Epistola LXV. Cod. Carol. data est hoc circiter tempore a Carolo ad Hadrianum Papam, qua questus est de venundatione mancipiorum a Romanis genti Saracenæ facta, deque libidinosa quorundam Sacerdotum Romanorum vita. Respondit Pontifex, id factum fuisse contra suam voluntatem a Langobardis, qui ea Græcis vendiderunt, *dum famis inopia eos constringebat, quia alii ex eisdem Langobardis propria virtute in navigia Græcorum ascendebant, dum nullam habebant spem vivendi. De Sacerdotibus autem nostris, quod vobis falsa & contra Deum & animam eorum suggerere ausi sunt; mentita est iniquitas sibi, & nulla est, Domino annuente, in nostris Sacerdotibus pollutio, nec talia credere debet Vestra Sublimitas*, inquit Hadrianus.

XVIII. *S. Ambrosius Authpertus* Abbas Monasterii Sancti Vincentii prope Vulturnum in Benevento, quod dicitur Monasterium Sancti Vincentii Martyris, hoc anno vitam cum morte commutavit, ut testatur Chronographus ejusdem loci. *Moritur S. Authpertus Abbas.* Authpertus Vir illustris in Gallia vixit a Carolo Majore Domus, ejusque filio a Pippino Rege plurimum dilectus, donec Stephanum II. Papam, qui ex eadem Gallia Romam redibat, comitatus est, & Vincentinorum sodalitio se se adjunxit, a quibus postea Abbas creatus est, sed invitus ac renuens. Ejus Operum Catalogum exhibet Labbeus in Dissert. de Script. Eccles. sed luculentius de iis agit Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. 2. in Vita S. Ambrosii Authperti scripta ab eodem Chronographo, qui sæculo XI. vivebat, quique eum *Sanctissimum* appellat. Producit ibidem Mabillonius fragmentum Sermonis Authperti *de Assumptione S. Mariæ*, ut inscriptum habet, in quo Authpertus ita suam sententiam moderatur, ut nihil de corporea Deiparæ Assumptione definiat: sed ut *sive in corpore, sive extra corpus assumptam super cælos credamus*. Quæ etiam sententia fuit Adamnani in lib. 1. de Locis Sanctis, & Anonymi, qui Itinerarium Sancti Willibaldi literis mandavit; quod utrumque Opusculum in eadem parte 2. a Mabillonio editum. Quare *Assumptionis* vocabulum tempore Authperti jam tum in usu Ecclesiæ fuit.

XIX. Hoc anno *Tassilo* Bajoariorum Dux Monasterium Chremsense juxta Chremsam fluvium

Digitized by Google

Magnus prole mascula: nam licet Hildegardis conjux gemellos peperisset infantes, altero decedente, alter tantum superstes fuit, quem Ludovicum ipse vocari voluit (a).

(a) *Ap. Aimon. l. 5. c. 1.*

An-

PAGIUS *Tassilo Bajoaria Dux condit Monasterium Cremisanense.*

ædificavit, cui omnia ea in territorio per ingens spatium sita prædia, sylvas, nemora, lacus, & flumina contribuit. Fundationis instrumentum refert Simon Rettenpacher Benedictinus in Annalibus Monasterii Cremisfanensis lib. I. cap. 9. In eo ita loquitur Tassilo: *Ego Tassilo Vir illuster. Dux Vuajoariorum, anno Ducatus mei tricesimo; Indictione prima, meato tractavi*, &c. Paolo post: *Anno XXX. Ducatus mei simulque dilectissimus filius meus Theodo, anno etiam Ducatus ejus primo, tradimus atque confirmamus ad prædictum Monasterium*, &c. Inter testes nominantur *Virgilius* Episcopus, *Siedperth* Episcopus, *Vualtrich* Episcopus. Primus Episcopus erat Salisburgensis, Sindperthus Ratisponensis, Waltrichus seu Waldricus sextus Episcopus Pataviensis fuit, ut liquet ea Poeis de Ordine Comprovincialium Pontificum. Ex hoc Diplomate liquet primo *Tassilonem* hoc vel superiori anno *Theodonem* filium collegam in partem Dominatus ascivisse. Secundo exordium Principatus *Tassilonis* ab anno DCCXLIII. proficisci. Fuit *Theodo* ultimus Baioariæ Dux, tertiusque hujus nominis. Porro Monasterium *Chremb-sense*, seu *Cremisfanense* in Austria superiori positum est, extantque alia *Tassilonis* Ducis monumenta.

XX. Northumbri adversus *Ethelredum* Regem rebellantes, Regem pro eo constituerunt *Alfuuoldum* Osuulsi Regis filium, Regem pium & justum; sed post decennium *Ethelredus* in Regnum restitutus est, ut Wigorniensis, Westmonasteriensis, Simeon Dunelmensis, aliique Historici Anglici tradunt.

Alfuuldus fit Rex Northumbria.

I. Caroli expeditio in Saxones.

ANnus sequitur septingentesimus septuagesimus nonus, Indictione secunda, quo Carolus Magnus, antequam parata expeditione proficisceretur in Saxones, in Villa Duria Synodum habuit ex more, sic primum quæ Dei sunt curans, quam bellica inchoaret. In ipso autem procinctu, exposcente Roberto Abbate sanctorum Vincentii atque Germani Parisiorum Episcopi confirmavit, quæ eorum monasterio pater Pipinus bona contulerat, & alia ipse adjecit. Extat ipsum quidem privilegium, quod, qui interfuit rebus, a se scriptis (ut ipse restatur a) recitat, istis præmissis, quæ de Episcopis, atque Abbatibus, vel aliis a se delectis, qui Regno diversis in locis præessent instituit, quibus hæc subiicit: *Quibus (b) rite peractis, Ligerim cum reliquis transmeavit copiis, & Lutetiam, quæ alio nomine Parisii vocantur, sese recepit. Tunc ejus adiit præsentiam venerabilis Rotbertus Abbas cœnobii sancti Vincentii, sanctique Germani, petens quatenus præceptum immunitatis ipsius Ecclesiæ, quod olim dominus Pipinus genitor ejus fecerat, ipse sua benignitate confirmaret. Quod non solum fecit, sed etiam novum sua præscriptione descriptum sigillo suæ regiæ majestatis firmavit. Est autem hujusmodi.*

(a) Ap. Aimon. l. 4. 4. c. ult. in fin.
(b) Ap. Aimon. l. 5. c. 1.

II. Privilegium a Carolo concessum Monasterio SS. Vincentii, & Germani.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, atque Patricius Romanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Comitibus, sive junioribus nostris.

Si apponenda beneficia ad loca sanctarum Ecclesiarum, vel sacerdotibus præstare non desinimus: hoc procul dubio ad æternam nobis beatitudinem retribuendum profuturum, confidimus. Igitur cognoscat magnitudo, seu utilitas vestra, qualiter venerabilis vir Rotbertus Abbas de basilica sancti Vincentii, vel domini Germani, ubi ipse pretiosus corpore requiescit, clementiam Regni nostri accessit; & præceptum domini, & genitoris nostri bonæ memoriæ Pipini Regis nobis ostendit relegendum, ubi reperimus insertum, qualiter propter nomen Domini beneficium præstitisse cognoscitur, ut annis singulis quocumque in Regno nostro negotiantes ipsius sancti loci pergere velint (sicut ipse Rotbertus Abbas mereari videretur) tam ad luminaria comparanda, quam pro reliqua necessitate discurrentes, tam extra Ligerim, quam citra, vel in Burgundia etiam, in Aquitania, vel in provincia, seu in Francia; necnon & in Austria quocumque in Regno, Christo propitio, nostro pergere voluerint, nullum teloneum vel de sarcinis, vel de caricatione, neque de navigio, vel de qualibet redhibitione exinde ad partem fisci nostri, missi Abbatis discurrentes persolvere quicquam debeant.

Præterea præsenti præcepto decernimus (quod perpetualiter mansurum esse, jubemus) ut non per ullos portus, neque per civitates tam Virodunо, quam Aurelianis, vel Ambianis, neque in Trajecto, neque in Dorstade, vel Neomago, neque per omnes pontes, vel ad S. Maxentium, sive Parisiis, sive Ambianis, neque in Burgundia, vel in pago Trecassimo, neque in Senonico, vel per omnes civitates ubicumque in nostro, propitio Christo, Regno, aut pagis, vel territoriis teloneus exigatur, nec de navali, nec de carrali, neque de saumis, sive de trava, evectione vel rotaticum, vel pontaticum, nec pulveraticum, nec salutaticum, nec cispitaticum, vel ullam redhibitionem, quam fiscus noster exinde possit sperare, nec vos aut juniores, vel successores nostri III.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCC-XVII. Anno Hegiræ CLXIII. inchoato die 17. Sept. fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6272.

☉ 4. C. ☽ 1. P. 22. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 779.

HADRIANI PAPÆ 8.

LEONIS IV. IMP. 29. & 5.

CONSTANTINI 4.

A.C. 779. I. Annus VIII. belli Saxonici.

AD num. I. & seqq. Eginhardus in Annalibus hoc anno habet: *Rex de Heristallio, ubi hyemaverat, & ubi Natalem Domini ac Sanctum Pascha celebraverat, prima veris temperie movens, Compendium venit. Et cum inde peracto propter quod venerat negotio revertisset, occurrit ei Hildebrandus Dux Spoletanus cum magnis muneribus in villa Vvirciniaco; quem & benigne suscepit, & muneribus donatum in suum Ducatum remisit. Ipse, animo ad Saxonicam expeditionem intento, Duriam venit, habitoque juxta morem generali Conventu, Rhenum in eo loco, qui Lippa vocatur, cum exercitu transiit. Cui cum Saxones in quodam loco, qui Bocholt vocatur, vana spe ducti resistere tentarent, pulsi fugatique sunt: & Rex Vvestfalaorum Regionem ingressus, omnes eos in deditionem accepit: inde ad Vvisuram veniens, castris positis in loco nomine Mudufulli, stativa per aliquot dies habuit. Ibi Angarii & Ostfalai venientes, & obsides dederunt, & sacramenta juraverunt. Quibus peractis Rex trans Rhenum in Vvormatiam Civitatem hybernatum se recepit.* Quia Carolus Rex hybernos menses egit apud Haristallium Sirmondus Tom. II. Concil. Gall. Capitulare, quod hoc anno Præfatio factum docet, *Haristalliense* vocandum esse judicavit. Sunt in illo Capitulari Sanctiones quatuor ac viginti ut videre est Tom. VI. Concil. apud Labbeum, & hæc est ejusdem Capitularis Præfatio

ab eisdem requiratis, seu exigatis: sed omnia hæc propter nomen Domini ipse Abbas, vel successores ejus, seu memorata Ecclesia S. Vincentii, vel domini Germani habeant indultum, & ad luminaria ipsius sancti loci proficiat in augmentis.

IV. *Adjungimus etiam teloneum illum, quem Gerhardus Comes apud Villam novam in curte S. Germani visus fuit recipere, quia in nostrum redit jus, ut deinceps ad partem S. Germani ipse teloneus cum omni integritate in nostra eleemosyna ad luminaria ipsius sanctæ Ecclesiæ recipiatur absque alicujus refragatione. Quam vestra auctoritate, sancti Pontifices, nostri ac proceres, perpetuis temporibus valituram manu propria signatione nostri sigilli studuimus roborare. Data sexto Kal. Aprilis, anno undecimo Regni nostri, & quinto Patriciatus nostri. Actum Aristallio in palatio: reintegratum vero Parisiis.* Hactenus privilegium.

His ex more prævia pietatis officiis adversus Saxones Carolus profectus est; quæ illi ad eos debellandum perfacilem aditum aperuere: etenim fugientibus illis, incruento bello Saxoniam, atque Westphaliam debellavit, receptisque ab iisdem obsidibus, firmatisque rebus denuo juramento in Franciam rediit. Hæc Annales Francorum pluribus, ex quibus & Regino eadem affirmat. Saxones & Vvestphali a Carolo debellati.

V. ☞ De prœliis Caroli Magni adversus Saxones sæpius iteratis agit Petrus Damiani in epistola ad Moinardum Episcopum Urbinatem; hæcque ait inter alia: *Godefredus plane clarissimus Dux, & Marchio mihi perhibuit in propria regionis, nempe Lotharingæ historia contineri, quoniam Carolus Imp. quindecim vicibus cum Rege Saxonum, qui Gentilitatis adhuc detinebatur errore, bellum commisit,* & post hæc: *Aliquando sane, dum Carolus idem excelsa, ut assolet, intronizatus sede discumberet, pauperes vero, quos alebat, solo sinus ignobiliter residerent: Rex Saxonum, qui tenebatur captivus, & remota procul ab Imperatore mensa prandebat, talia per nuntium*

PAGIUS *fatio: Anno feliciter undecimo regni Domni nostri Caroli gloriosissimi Regis in mense Martio Capitulare factum, qualiter congregatis in unum Synodali Concilio Episcopis, Abbatibus, Virisque illustribus, Comitibus, una cum piissimo Domino nostro secundum Dei voluntatem, pro causis opportunis consenserunt, &c.*

II. Carolus erga Monasteria munificus. Apud Haristallium *Carolus* emisit Preceptum pro Monasterio Sancti Germani prope Parisios sito, quod initio lib. 5. apud Continuatorem Aimoini legitur, diciturque datum *VI. Kalend. Aprilis, anno XI. Regni nostri & quinto Patriciatus nostri,* ut videre est apud Baronium, qui illud integrum recitat; sed, ut advertit Cointius hoc anno num. XXVII. in originali desunt hæ voces, *Patriciatus nostri*; & revera *Carolus* diversos annos ad diversa Regna refert, nempe annum XI. ad Regnum Franciæ, annum V. ad Regnum Italiæ seu Longobardiæ, neutrum ad Patriciatum. Ibidem *Carolus pridie Kal. Maii* pro Cabilonensi Sancti Marcelli Monasterio aliud Præceptum emisit, quod integrum extat apud San-Marthanos in Gallia Christiana. In fine ejus legitur: *Dat. pridie Kalendas Majas, anno undecimo & quinto Regnorum nostrorum. Actum Haristallio.* Ex anno illo quinto Regni Langobardici *Caroli* apparet, eum anno DCCLXXIV. post diem ultimum mensis Aprilis Regem Langobardorum dictum fuisse, alioquin hoc ultimum Præceptum non quinto Regni ejus anno, sed sexto datum fuisset. Continent duo Præcepta illa Privilegia quædam, utrique Monasterio a *Carolo* Rege concessa.

III. Moritur S. Sturmio Abbas Fuldensis primus. Saxones qui a fide Christiana defecerant, conspirarunt, *ut lectam Virorum multitudinem de exercitu ad ipsum Monasterium* (Fuldense) *mitterent, & cuncta quæ reperirent, igni comburerent, & servos Dei ferro trucidarent. Quod cum comperisset Sanctus Sturmi, statim vocatis ad se fratribus periculum quod eis imminebat, innotuit, & consilium dedit, ut Sancti Martyris* (nempe Bonifacii) *corpore adsumto in Hamelanburg properassent. Ipse vero Vir Dei Sturmi foras in Vvedereiba perrexit studium habens si quomodo posset, pravorum conspirationem cohibere. Nos autem fratres discipuli ejus adsumto Sancti Martyris corpore de sepulcro, in quo annos viginti quatuor positum fuerat a Monasterio cum universis famulis Dei profecti cœpimus,* inquit Sanctus Eigil. Abbas Fuldensis IV. in Vita *Sancti Sturmionis* Abbatis Fuldensis primi, qui subdit, Monachos cum audivissent, Saxones victos fuisse, & ad proprias aufugisse terras, sacra Sancti *Bonifacii* ossa sustulisset, eaque sepulcro, quo prius inerant, humasse, quæ anno superiori contigere, ut docet vetus Chronographus apud Lambecium, de quo mox. Eo enim anno Saxones, qui a fide defecerant, usque ad Rhenum excurrere, & ab exercitu *Caroli*, qui Autissiodori remanserat, fusi fugatique sunt, ut ibidem ostendimus. Narrat postea Eigil mortem *Sancti Sturmii*, quæ hoc anno accidit, dum Carolus rursus contra Saxones movit: *Tunc iterum Rex Carolus ad confirmationem fidei Christianæ cum exercitu ad illam terram pervenit, & venerandum Sturmen infirmum, jam senectute fessum in Heresburg ad tuendam Urbem cum sociis suis sedere jussit.* Postea ait Eigil, *altera id est, XVI. Kal. Januarii ingravescente languore* Sturmionem ad extrema deductum esse & animam Deo reddidisse, postquam infirmitas ejus per aliquod tempus durasset. Sturmionem autem hoc anno mortuum, docent Marianus Scotus, Hermannus Contractus juxta editionem Canisii, Lambertus Schafnaburgensis in Chronicis, ac vetus Annalista Fuldensis auctior Pithœana modo citatus, qui extat apud Lambecium Tom. II. Biblioth. Cæs. pag. 347. Mortuus est itaque *Sanctus Sturmio* anno vigesimo quinto ab obitu Sancti Bonifacii, ideoque is Martyrium fecit anno septuagesimo quinquagesimoquinto, non vero quinquagesimo quarto, ut pluribus Viris doctis visum, qui pro ea sententia *Sanctum Eigilem* laudant; cum tamen is contrarium plane doceat, testeturque annum Christi superiorem vigesimum quartum fuisse a morte S. Bonifacii, ut mox vidimus. Validum est autem hac in re *Eigilis* testimonium; cum anno DCCCXVIII. Abbas Fuldensis renunciatus sit,

de

tium legatu direxit: dum vester, inquit, Christus sese perbibeat in pauperibus recipi, qua fronte perfundetis nostra illi colla submitti, quem vos ita despicitis, eique nullam honoris reverentiam exhibetis? Ad quod Imperator, corde compunctus, erubuit; & ex ore gentilis hominis Evangelicam prodire sententiam, vehementer expavit. ☞ Hæc ibi Petrus.

Octo-

PAGIUS

IV.

Ex monasterio Fuldensi plures Sancti Viri illustres prodiere.

de his quæ spectant ad Sanctum Sturmionem egregie edoctus fuerit, ac ei morienti adfuerit.

Sturmius a Sancto *Bonifacio* Bojoariam ingresso, ut Christianos ab antiquis Paganorum contagiis & perversis dogmatibus cohiberet, precatu parentum ejus nobilium ac Christianorum susceptus est, traditusque *Sancto Vvigberto*, Abbati postea Fritislariensi, a quo in Sacris studiis institutus fuit. Deinde ordinatus est Presbyter, & populis Evangelium instanter prædicavit. Post annos tres probante *Sancto Bonifacio* secessit in eremum cum duobus sociis. Sed cum is vereretur, ne a Saxonibus loco illo vicinis male Sturmius haberetur, jussit illi, ut locum quæreret, in quo cum suis sociis tuto commorari posset. Hac occasione Monasterium *Fuldense* fundatum, *Bonifacio* eum illum non solum probante, sed etiam non semel invisente. Hujus *Sturmio* primus Abbas ab eo constitutus est, qui erexit ibi scholam in gratiam juventutis, in qua aliquandiu *Alcuinus* docuit, & ex qua prodiere lumina clarissima *Aimo*, *Freculfus*, *Rabanus*, *Vvalafridus Strabus*, aliique innumeri. Ex hoc etiam Monasterio plures ad infulas rapti e quorum numero novem Præsules Moguntia sibi vindicat. Viget etiam hodie celeberrimum illud Monasterium, Oppido ac Ditione propria auctum, cujus Abbas Abbatum Germaniæ Primas est, & spiritalem in subditos jurisdictionem habet, ut videre est apud Browerum in lib. de Antiquit. Fuldensibus, ubi plure refert de Sanctis & Viris illustribus, qui in eo Monasterio floruere.

JESU CHRISTI ANNUS 780.	HADRIANI PAP. ANNUS 9.	LEONIS IV. IMP. ANNUS 5.

I. Octogesimus post septingentesimum annus agitur Indictione tertia, cum Orientalis Ecclesia tum a Sarracenis, tum etiam a Leone Imperatore persecutione vexatur. Quod in primis pertinet ad Sarracenos, auctor est Theophanes, hoc anno quinto Leonis Imperii Madi Principem Sarracenorum edictum promulgasse, ut omnes, qui ex Judæis, & aliis infidelibus ad Christianam Fidem transiissent (quorum ingens erat numerus ex iis, qui servilis conditionis cum essent, religionem susceperant Christianam) desertores efficerentur, alioqui pœnis acerbissimis plecterentur. Misit ad hoc perficiendum Thesiam quemdam sævissimum hominem, qui profectus Emesam in Syria, dirissimas ibi de Christianis habuit quæstiones, adeo ut quæ scribuntur facta a Præsidibus acerbissimis persecutoribus Lysia, sive Agricolao sub Ethnicis Imperatoribus, istius excederet carnificina. Verum nec isto tempore defuerunt, qui antiquos Martyres invictu constantia fuerint imitari, sed & sexus fragilior, robustior sit inventus: siquidem Christianæ feminæ complures erexerunt de ejus crudelitate triumphos, post innumera supplicia martyrium summa gloria consummantes, ut idem, qui supra, testatur auctor.

Martyria in Syria a Sarracenis illata.

II. Addit ad hæc præterea idem Theophanes, ab eodem Sarracenorum Principe esse jussas Christianorum Ecclesias solo æquari, idque factum Emesæ, & aliis in locis Syriæ usque Damascum; idque contra pacta conventa passi sunt Christiani, utpote qui se ea conditione dederant Sarracenis, ut Christianæ religioni esset bene consultum, simulque sanctis Ecclesiis. Hæc passa est Ecclesia Syriæ, quæ si habuisset, qui singula, quæ acciderant, Christianorum martyria scriptis posteritati dedissent, equidem ingens volumen ex eis conficiendum fuisset, quæ hic perpaucis notata tantum potius, quam narrata ex eodem auctore Theophane scriptis prodimus.

Ecclesiæ Christianorum a Sarracenis dirutæ.

Constat etiam ex eodem auctore, hoc ipso anno Constantinopoli, defuncto Niceta ejus Ecclesiæ hæretico Patriarcha octavo Idus Februarii, subrogatum in locum ejus Paulum, genere Cyprium, hæreticum itidem Iconoclastam, licet sua conscientia Orthodoxum, utpote, qui probe sciret, se errore duci; quod & mortis tempore testatus est, ut suo loco dicetur. Quæ autem ad hunc annum pertinent, ita Theophanes: *Octavo Idus Februarii mortuo Niceta (de quo prædictum est) Constantinopoleos Episcopo secunda jejuniorum hebdomade, die Dominico, Paulus honorabilis, genere Cyprius, verbo, & actu coruscans, post plurimam propter hæresim, quæ tenebatur, excusationem, ut multa compellente, consecratur Patriarcha Constantinopoleos.* Sic ipse, cum revera intus crederet, quæ sunt Catholicæ Fidei; tamen ob timorem Imperatoris persequi aggredientis cultores sacrarum Imaginum, silentio rem obtegens, & communicans cum hæreticis, indignissimum se throno illo judicabat. Cum enim videret Leonem Augustum aggressum esse persequi Christianos Catholicos, timore percitus, numquam est ausus, quam corde credebat, pandere veritatem: probe sciens id haud sibi licere absque vitæ discrimine, jam pluribus Constantinopolitanis civibus dire cæsis, & aliis paulo post nobilibus viris eadem ex causa ingenti quoque ignominia affectis, de quibus hoc anno hæc ipse Theophanes:

Paulus episcopus Constantinopolitanus.

III. *Media vero hebdomada jejuniorum tentus est Jacobus Protospatharius, & Papias, & Strategius & Theophanes Cubicularii una cum aliis religiosis viris, eo quod imagines adorarent. Tunc demum occultam malitiam suam Leo persecutoris filius patefecit, & hos immisericorditer cæsos, & tonsos, & per mediam urbis vinctos ad pompam duci fecit, & includi in Prætorio mandavit. Inter quos moritur Theophanes, Confessor effectus, & coronam est Martyrii consequutus: reliqui autem omnes, post hujus obitum, probati monachi inventi sunt.* Paulo post ve-

Leo Imp. persequitur cultores Sacrarum Imaginum.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXVIII. Anno Hegiræ CLXIV. inchoata die 6. Septemb. fer. 4. A. C. 780.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6273.

☉ 5. BA. ☽ 9. P. 26. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 780.

HADRIANI PAPÆ 9.

CONSTANTINI IMP. 5. & 9. &

IRENES 1.

I. Ad Num. I. ad IV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXII. Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoato, narrat persecutionem *a Mahadi* Saracenorum Califa in Christianos excitatam, & mortem *Niceta* Patriarchæ hæretici Constantinopolitani, quæ accidit *mensis Februarii die sexto, eoque Dominico, Indictione tertia*, in cujus locum creatus est *Paulus venerabilis Lector Cyprius natione, doctrina & virtute præstans*, quæ omnia fuse a Baronio ex Anastasio Theophanis interprete relata. *Niceta* annos XV. Nicephorus in Chronico attribuit, qui utrimque incompleti fuere.

Moritur Niceta Patriarcha Constantinop.

vero, eodem anno, mense Septembris, ipse Leo mortuus est. Sed quæ proxime causa præcesserit horum aulicorum damnationis, audi (a).

(a) Cedr. in Comp. Anal.

Redarguitur Irene propter Sacras Imagines.

Idem Leo Imperator media jejuniorum septimana duas imagines reperit in pulvinari uxoris suæ Irenes, quas cum diligenter esset contemplatus, inquisitione facta, deprehendit, eas a Papia Palatino, aliisque nonnullis Primiceriorum fuisse illatas: quos & cruciatibus, suppliciisque gravissimis addixit. In uxoremque Irenem acriter invectus, eamque nauci esse dixit, quæ suo patri Imperatori horribilibus, atque intemeratis fidei mysteriis prolatis, diversum plane jurasset, constanter asseverantem, eas a se non visas repulit, neque postea rem cum ipsa habuit. Tunc accidit, ut eam, quam diximus, de aulicis quæstionem dirissimam habuerit, deque illis infama supplicium sumpserit.

IV. Sed de obitu agamus ipsius Leonis Imperatoris, qui contigit hoc eodem anno, mense Septembris. Miseratus tandem Deus Orientalis Ecclesiæ, quæ jam sub duobus nefandissimis Imperatoribus Leone Isaurico, & Constantino Copronymo ejus filio longo tempore vexata, duplicia pro peccatis suis supplicia tulit, Leunculum hunc simulac aggressus est Sanctorum sanguine cruentare, e medio sustulit. Sed quomodo id acciderit, ex Theophane ista accipe:

Moritur Leo Imp.

Eademque mense Septembri, quarta jam inchoata Indictione, mortuus est Leo filius Constantini hoc modo. Cum insaniret circa lapides pretiosos, nimis adamavit coronam magnæ Ecclesiæ. Et accipiens portavit eam. Tunc exierunt carbunculi in capite ejus, & captus valida febre, mortuus est, cum regnasset annis quinque ☞ *minus diebus sex.* ☜. Hæc Theophanes. Amans igitur carbunculos, ex sacrilegio carbunculos pariter passus est, & his coronatus, est mortuus.

V. *Tunc* (inquit Theophanes) *sexto Idus Septembris, Indictione quarta, Irene piissima cum filio suo Constantino gloriose Imperium divinitus accepit.* Mirabilis Deus prædicatur in hoc, dum per viduam fœminam, & puerum orphanum excitatam impietatem compescuit, & adversus cunctas Ecclesias motam impugnationem continuit. Quomodo vero hoc eodem anno simulac salutati sunt Imperatores, iidem conjurationem sint passi, Theophanes ista subdit: *Post quadraginta vero dies Imperii ejus, cum ejus filius esset decem annorum, consilium facientes quidam Senatorum, voluerunt educere Nicephorum Cæsarem, & Imperatorem statuere. Cum autem hæc ad ejus notitiam pervenissent: tenti sunt Gregorius Logotheta Dromi, & Bardas dudum Prætor Armeniacorum, Constantinusque Vicarius Spatharius, & Domesticus excubitarum, & Theophylactus Rangabi Drungarius duodecima insulæ, & multi alii, quos cæsos, & tonsos in diversis insulis exilio relegavit.*

Irene & Constantinus imperant.

Porro viri fratres Cæsares ac Nobilissimos tonsos sacerdotem fungi, & populo communionem in festivitate Nativitatis Christi porrigere fecit, in qua procedens Imperatorum more, publice cum puero reddidit Ecclesiæ stemma, coronam scilicet, *quod fuerat a marito sublatum, pulcherrime fabrefactum, & lapidibus pretiosis venustatum.* Hæc Theophanes, qui & subiicit hoc eodem anno victos Arabes, qui audito Imperatoris obitu, sese infuderant in Romanum Imperium, sic Deo favente Principum Orthodoxorum primordiis. Post hæc vero subiicit ista Theophanes:

VI. *Cæterum interea piissimi Principes fiducialiter agere cœperunt, & verbum Domi-*

PAGIUS II. Moritur Leo Imp.

Ad num. IV. & seq. Theophanes eodem anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXII. scribit, *Leonem* Imper. mensis Septembris *die octavo, quarta Indictione*, diem suum clausisse, additque: *Imperii demtis mensibus sex, anno quinto defunctus est*, seu ut in Græco habetur, παρὰ ϛ μῆνας ἔτη πέντε. Verum textus ille Theophanis depravatur, legendumque cum Codice Barberino & Vaticanii, ἔτη πέντε παρὰ ϛ ἡμέρας, id est, *annos quinque præter dies sex*, quam lectionem Anastasius secutus est in sua versione, ubi habet: *Mortuus est cum regnasset annis quinque, diebus sex exceptis*. Goarus in Notis hanc lectionem improbat, sed male calculos ponit. Imperium enim *Leo* iniit anno DCCLXXV. die XIII. mensis Septembris, & currenti anno diebus sex ante decimum tertium ejusdem mensis vivere desiit. Eodem die *Irene* & *Constantinus* ejus filius annum duodecimum agens Imperium suscepere, Monasteria in libertatem asseruere, & viam salutis omnibus aperuere, uti narrat Baronius ex Theophane.

III. Synodus Orthodoxorum S. Platonis tempore habita.

Ad num. VI. & seq. *Sanctus Plato*, qui fuerat Hegumenus *Symbolorum*, quod Monasterium in Bithynia non videtur fuisse dissitum, quique ea dignitate repudiata redierat ad solitudinem, ubi audivit, *Irenem* imperare, post quietem solitudinis suscepit *Prælaturam*, inquit Sanctus Theodorus Studita, ipsius ex sorore nepos atque in regimine Monasterii Successor, in ejus Vita ad diem IV. Aprilis in Actis SS. Bollandiania recitata, qui ad sororis suæ familiam universam ita accendisse Monasticæ vitæ desiderio, ut omnes ad prædium quoddam, cui a sacello *Saccudionis* nomen adhæsit, se reciperent, quod contigisse videtur an. DCCLXXXII. *Cum jam regnaret pientissima Irene*, inquit Theodorus, *& circa quæstionem de Venerandis Imaginibus in utramque partem multa jactarentur, ante multos & cum paucis libere veritatem profitetur. Pugnat quantum potest contra Iconomachos, &c. Cujus rei argumentum est, quod in ea quæ ad Sanctos Apostolos coacta est Synodo, ab eo qui tunc erat Patriarcha* (nempe Sanctus Ta-

ra-

Libertas concessa monasticæ professionis.

mini dilatare; & qui volebant salvari, sine prohibitione mundo abrenuntiare, & glorificationem Dei exaltare, atque omne bonum manifestare. Sed hæc pluribus Theodorus Studita in Platone his verbis: *Postea vero quam cœpit regnare Christi cultrix Irene, quæ pacem ipsa, ut cognomento ita & re attulit, in cujus Regno cum aliis bonis, & monasticæ vitæ adeundæ facultas, & janua patefacta est, quæ olim ab impio Imperatore clausa fuerat, quemadmodum ab iis Imperatoribus, qui Græcorum superstitionem sequebantur, Christianæ Fidei aditus præcludebatur. Ex eo, inquam, tempore, quo Irene ipsa regnare cœpit: nostra tota eorum, qui rebus terrenis renuntiaverant, familia monasticæ vitæ obedientiam profitebatur.* Et inferius post præfecturam spiritualem S. Platonis hæc ingerit de altercationibus inter Orthodoxos, atque hæreticos, ob cultum sacrarum imaginum exortis, Catholicis jam libere eum profitentibus, & contraria sentientes redarguentibus: Ait enim:

VII. *Cum jam regnaret pia illa femina Irene, multaque disceptatio de venerandarum imaginum argumento facta esset: idem pater S. Plato ante multos alios, & cum paucis quibusdam libera oratione imagines prædicabat, cumque iis, qui contra ejusmodi venerationem bellum gerebant, quantum poterat, ipse pugnabat: quandoquidem ad disputandum de dogmatibus idoneus non erat: nam simplicem quidem orationem habebat, at amplam tamen, & nomini suo congruentem, & auditoribus probabilem. Cujus rei argumentum illud fuit: quod in cathedra urbis Metropolitanæ Epiphanorum in Synodo illa, quæ in Apostolorum templo habita fuit a Præside, qui illo tempore erat, provocatus est is, qui neque antea hæreticorum militaris ordinis impetum timuit. Quo tempore ad magnum illud templum festinavit, adversus Præsidem clamans, & fallacem illum cœtum contra venerandas imagines coactum vituperans. Et paulo post cum concilium illud falsum dissolutum fuisset, tam cœtus ille veritatis propugnator, quam Regina ipsa e mediis leonibus erepta fuit. Tunc sine sanguine (ut ita dicam) Martyr apparuit noster præceptor, Pontificem ipsum sequens, neque quicquam ob ea, quæ ausus fuerat, veritus.* Hæc Theodorus, subobscure notam omnibus illius temporis hominibus rem gestam paucis perstringens, illud plane significans, Iconoclastas, qui sub duobus, vel tribus Imperatoribus ipsis faventibus altas radices fixerant in solo impietatis, haud simul ac Principes Catholici illuxere, dedisse manus, sed magnopere restitisse, refragatos esse, conciliabula convocasse, & alia id genus operatos esse, ne pietas, quæ tamdiu compressa jacuerat, aliquo pacto resurgeret.

Conciliabulum Hæreticorum.

Postremo vero, quod item ad hujus anni res gestas, pertinet, addit Theophanes admiratione dignum eventum de inscriptione inventa in refossa tunc temporis veteri sepultura. Quod cum omnes tam Græci, quam Latini historici æque as- VIII.

PAGIUS

rasius) *electus ipse sit, qui poneretur in Cathedra Metropolis omnium illustrissima; & sicut antea non timuerat minas faventium hæresi, sic neque tunc formidavit prohibitionem incursumque ordinis militaris, quando is impetum fecit in magnum illud templum, insanis clamoribus Patriarcho obstrepens, & pseudo-Synodum laudans, olim adversus Imagines habitam. Paulo post cum dissolutus esset Cœtus ille, pro veritate stabilienda collectus, evasit Imperatrix, velut e medio Leonum, facta, ut sic loquar, citra sanguinem Martyr; & Hegumenus noster Patriarcham secutus, propter ea quæ fuerant audacter designata, non fuit perterritus: neque inventus est in secundo Nicæna Synodo, quæ dissipata tunc fuit plebe illo tumultuosa & perversa.*

IV. De pseudo-Synodo Iconomachorum perperam explicata.

Hæc verba Theodori refert hoc anno Baronius ex versione Sirleti Cardinalis, quæ tamen ita depravata est, ut Papebrocius novam elucubrare coactus fuerit. Inter alios errores, qui in Sirleti versione habentur, pro Concilio anno DCCLXXXVI. Constantinopoli contra Iconomachos convocato, sed per seditiosos militea dissoluto, Sirletus nobis obtrudit Conciliabulum hæreticorum *in Theophanorum Metropoli*, quæ nulla toto imperio fuit, coactum, in quo Conciliabulo ad disputandum provocatus *Plato* ea egerit, quæ genuinus textus a Papebrocio recte in Latinum versus docet, patrata fuisse Constantinopoli adversus Patres a militibus tumultuantibus. Nam ubi Constantinopolis dicitur Μητρόπολις τῶν ἐπιφανῶν, id est, *illustrium Urbium Metropolis*, Sirletus finxit *Urbem Metropolitanam Epiphanorum*, in qua habita fuerit Synodus, de qua loquitur Theodorus, ut videre est apud Baronium, qui locum laudatum juxta versionem Sirleti recitat. Ad hæc semel sibi imaginatus pseudo-Synodum aliquam, in qua non ad dicendum e Cathedra honorifice invitatus, sed ad disputandum fuerit *Plato* insolenter provocatus, consequenter dicit, *Platonem* adversus Præsidem clamasse & vituperasse impiam Synodum; cum tamen ἀνευφημῶν, quo verbo utitur Theodorus, significet contrarium, idque dicatur de militibus laudantibus pseudo-Synodum sub *Copronymo* habitam. Quare, quæ hic narrat Baronius ex Theodoro, contigere anno DCCLXXXVI. ubi ipsemet Baronius num. I. & seqq. hanc Iconomachorum seditionem pluribus exponit ex Theophane in Chronico, & e Sancto Ignatio in Vita Sancti Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani, quibus adjungendus Theodorus, utpote qui eandem seditionem narret.

Ad num. VIII. Hoc anno *Carolus* Wormatiæ Pascha celebravit, et notant omnes Annalistæ: *Inde*, inquit Eginhardus in Annal. *cum primum temporis opportunitas arridere visa est, iterum cum magno exercitu in Saxoniam profectus est. Transiensque per Castrum Eresburgum,* ad

V. Annus IX. belli Saxonici.

affectant, nolnimus prætermittere. Theophanes igitur sui temporis prosecutus historiam, ita rem gestam paucis narrat: *Hoc etiam anno in longis Thraciæ muris quidam homo fodiens, invenit arcam lapideam, quam cum expurgasset, & revelasset, reperit virum jacentem, & conglutinatas arcæ litteras, continentes hac: Christus nascetur ex Virgine Maria. Credo in eum. Sub Constantino & Irene Imperatoribus, o sol iterum me videbis.* Increbuit sermo, Vatis alicujus ejusmodi fuisse sepulcrum, ejusdemque repertum in eo vaticinium scriptum, divinitus revelatum.

Sed ad res Occidentales transferamus orationem. Hoc eodem anno Carolus Magnus Francorum Rex, firmaturus res Saxonum in Saxoniam abiit, inque Lippiam veniens, Synodum illic habuit, propagataque fide apud Barbaros, jam Baptismate initiatos reversus est in Franciam, inito consilio proficiscendi Romam religionis causa, visitaturus sacra Apostolorum Limina, acturusque gratias sanctis Apostolis Petro, & Paulo de conversione Gentilium Saxonum ad Christianam Fidem, simulque communicaturus cum Hadriano Pontifice, quæ in Synodo in Saxonia habita statuta essent. Sic igitur ipse una cum Regina Hildegarde autumnali tempore profecti in Italiam venientes, Natalem diem Domini Ticini celebraverunt, sequenti autem anno celebraturi sacratissimum diem Paschatis Romæ. Hæc Annales Francorum.

IX. Saxonum Ecclesiæ cunabula.

Porro etsi qui statuti canones in ea Synodo, vel quæ decreta fuerint ibi, non extent, quæ docere nos possint: ex aliis tamen diversorum scriptorum assertionibus intelligere satis possumus, in eadem Synodo actum de erigendis sedibus Episcopalibus in Saxonia. hoc namque anno prima jacta esse fundamenta Eccle-

Ann. Eccl. Tom. XIII. T fiæ

PAGIUS

ad fontem Lippia venit: ubi castra metatus per aliquot dies est moratus. Inde ad Orientem itinere converso ad Ovacrum fluvium, (qui & Obacrus, & Onacra quoque appellatus) *accessit. Cui cum ibi omnes Orientalium partium Saxones, ut jusserat occurrissent, maxima eorum multitudo in loco, qui Orheim appellatur, solita simulatione baptizata est. Profectus inde ad Albiam, castrisque in eo loco, ubi Ora & Albis confluunt ad habenda stativa collocatis, tam ad res Saxonum, qui citeriorem quam ad Sclavorum, qui ulteriorem fluminis ripam incolunt componendas, operam impendit. Quibus tunc pro tempore ordinatis atque dispositis in Franciam reversus est, initoque Concilio, orandi ac vota solvendi causa Romam statuit proficisci, sumtisque secum uxore ac liberis sine mora in Italiam profectus est, celebravitque Natalem Domini Ticini, atque ibi residuum hyemis manendo complevit.* Habebat tunc quatuor filios Carolus, ex Himiltrude *Pippinum*, ex *Hildegarde Carolum*, *Carolomannum*, & *Ludovicum*, sublato nuper e vivis *Lothario*. Duos natu majores, *Pippinum & Carolum* Wormatiæ reliquit, ut testantur Annalista Moissiacensis, & Anonymus, qui Chronico Nibelungi subjicitur, *Carolomannum* autem & *Ludovicum*, nec non *Hildegardem* eorum matrem in Italiam secum proficisci voluit; & ita intelligendus Eginhardus laudatus.

VI. *Carolus Episcopos & Abbates in Saxonia relinquit.*

Quia vero *Carolus* de sincera Saxonum conversione magnam spem conceperat, Episcopos, Presbyteros & Abbates, ut populum erudirent in Saxonia reliquit: *Divisit ipsam patriam inter Episcopos, Presbyteros & Abbates, ut in ea habitarent & prædicarent*, inquit Annalista Moissiacensis, qui addit: *Nec non & Vvinidorum, seu & Fresonum Paganorum magna multitudo baptizata est.* Hic Auctor *Vvinidos* vocat, quos Eginhardus Sclavos appellat, atque Saxonibus Albi interfluente discriminari. *Carolus* ad Oræ confluentes in Albim castra ponit, magnaque non Saxonum modo cis Albim; sed etiam Sclavorum trans eumdem fluvium, nec non & Frisiorum Saxonibus finitimorum fit ad religionem Christianam accessio. Varii trans Albim populi promiscue *Sclavi*, *Vvandali*, & *Vvinidi* reperiuntur dicti. Annalista Moissiacensis recte explicatur a Cointio hoc anno n.XI. de *Abodritis* sive *Obotritis* in ea Germaniæ parte sitis, quæ Ducatum postea Megalopolitanum (vulgo de *Mechelbourg*) constituit. Manserunt enim deinceps in amicitia Francorum, adeoque dilecti sunt a Carolo, ut *Vvilsis*, a quibus lacessebantur, anno Christi DCCLXXXIX. bellum intulerit. Anno post sexto in Annalibus Petavianis *Dux in Vvinedis* appellatur *Vvitsidus*, seu *Vvilzan* Obotritorum Princeps, quem Saxones insidiis exceptum occiderunt.

VII. *Loca quædam pro Sedibus Episcopalibus designat.*

Ad num.IX. & seq. *Carolus* ad Lippiæ fontes Synodum celebravit, ut docent Annalistæ Loiselianus, Bertinianus, & Metensis, qui addunt baptizatos ultra Obacrum amnem in loco, cui nomen *Horheim*, vel *Horheim Bardongavenses* omnes, ac multos de *Nortleudis*, aut *Nordwelis*. Fuerunt *Bardongavenses* Saxonum populi Wisurgim inter & Albim. Vestigium eorumdem Bardongavensium superest in Oppido *Bardovico*, quod infra Lunæburgum est ad Ilmenonem fluvium, *Nortleudi*, quos Saxoniæ Borealis incolas vox ipsa declarat, trans Albim degebant, indeque Monachus Egolismensis in Vita *Caroli* ait, *Nortleudi trans Albiam sedentes*, &c. *Carolus*, ut illius gentis conversionem magis promoveret, inter Rhenum & Albim loca quædam pro Sedibus Episcopalibus elegit. At quia *nondum omnes Saxones fidem Christi susceperant, non erat tutum in locis prædictis Episcopos ordinare. Erexit igitur Carolus quamdam Ecclesiam in Paderborne, quam commisit Episcopo Virzeburgensi, donec de Episcopo posset eidem loco tuto providere. Et hæc Ecclesia incepta est anno Domini septingentesimo octogesimo, quo anno multi Saxones Orientales venerunt ad Carolum, & baptizati sunt*, inquit Gobelinus Persona in Cosmodromio Ætate VI. cap.38. Atque inde Cointius num.X. corrigit Krantzium, quem Baronius citat & sequitur, cum Episcopatum *Osnabargensem* currenti anno institutum dicit. Id enim melius ab aliis post annos octo refertur; cum quidquid consilii captum hoc anno sit, nullus Episcopatus ante Widikindi baptismum in Saxonia erectus sit. Ut igitur apud *Paderbornam*, sic & apud *Osnabargam* hoc anno jacta sunt Ecclesiæ fundamenta, certo vero Sedes Episcopalis utrobique constituta, ut infra videbimus.

Idem

(a) Crant. in Metrop. l. 1. c. 1. (b) Apud Sur. t. 5. die 5. Oct.

stæ Osnaburgensis, qui ejus prosequutus est res gestas Crantzius (a) profitetur: ipse vero Carolus testatur diplomate, primum a se erectam Ecclesiam Osnaburgensem in honorem sancti Petri principis Apostolorum, & sanctorum Martyrum, Crispini, & Crispiniani. Post hanc autem erexisse liquet in Episcopatum Ecclesiam Sulingensi adensem, eamque nomine S. Stephani Protomartyrs Deo optimo maximo consecrasse. Extant (b) acta sancti Meinulphi diaconi, in quibus asseritur, hoc pariter anno ab eodem Carolo Magno parvam esse contructam Ecclesiam Paderbornæ, post annos vero quindecim datum illi fuisse Episcopum, ut suo loco dicturi sumus.

X. Hæc sunt cunabula Ecclesiæ Saxonum, sæpe Evangelium profitentium, ac deserentium, ut (superius dictum est, cum Gentilium suorum Anglosaxonum sanctorum virorum perfunctos in prædicatione labores recensuimus) cum tandem armis Caroli in Christiana religione retenti sunt, penitus abdicato cultu ipsorum idoli, nomine Krodo, reddentis formam senis, super piscem stantis, atque rotam utraque manu tenentis, quem Saturnum esse

PAGIUS VIII. *Initia Ecclesiæ Paderbornensis.*

Idem Cointius incunabula Ecclesiæ Paderbornensis describit ex Monumentis Paderbornensibus ex Romanorum, Francorumatque Saxonum Historiis ab eruditissimo *Ferdinando Furstenbergio* Paderbornensi Episcopo ac Monasteriensi Coadjutore erutis. Monumento quinto n. VIII. affertur hic textus ex libro Taciti de moribus Germanorum; *nullas Germanorum populis Urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se junctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* Atque inde retin, cur Episcopales in Saxonia Sedes collocare, non esset totum; *Quin post Taciti ætatem,* subdit Furstenbergius, *ad Carolum M. nulla per Saxoniam Civitates, in quibus ex Canonum Sacrorum præscripto Episcoporum Sedes collocaret, uti ipse querebatur Carolus. Hinc illas in frequentioribus vicis & Castellis posuit. Verum in quas Urbes villa ac vici illi Christianorum cultu post excreverint, testis Brema, Osnabruga, Minda, Verda, Monasterium, Paderborna, Halberstadium, Hildesium, Hamburgum, ne quid de Madeburga dicam, & aliis Episcoporum Sedibus.* Porro Paderborna, ut nunc appellatur, ab Antiquis modo *Paderburna*, modo *Patrisbruna* dicitur a *Padera* fluvio. Uno enim a Paderborna milliari celebris est Luppia amnis, qui a lævo prædictum Paderum, infra Neuhsium accipit. Carolus hoc anno cum ad fontem Luppiæ pergeret, iter per Arcem *Eresburgum* habuit, quæ in Monumento IX. Paderbornensi dicitur sita ad Dimolum; vetus enim Eresburgum idem esse cum hodierno *Stadtberg*, & Dimolæ adsidere, censet laudatus Princeps Paderbornensis.

IX. *S. Villehadus in Saxonia fidem Christi prædicat.*

Inter Presbyteros, quos hoc anno Carolus in Saxoniam misit, ut promovendæ incolarum conversioni operam darent, unus fuit *Villehadus*, qui relicta Frisia Saxones erudire cœpit: *Gloriosissimus Francorum Rex Carolus, qui jam multoties in gente Saxonum elaboraverat, quo ad fidem Christianæ religionis converterentur: sed illi aversi semper cordibus susceptam fidem sæpius deserentes, pristinis, magis implicabantur erroribus, audita fama Viri Dei* (nempe Willehadi) *ad se eum accersire præcepit, quem ad se venientem honorifice ac reverenter suscipiens ejus confabulationi ac doctrinæ libenter animum attendebat, probatumque Sanctis moribus, ac fidei non ficta constantia, misit in partes Saxoniæ ad pagum, qui dicitur Vuigmodia, quo inibi auctoritate Regali & Ecclesias instrueret, & populis doctrinam Sanctæ prædicationis impenderet, atque viam salutis æternæ libere cunctis ibi habitantibus nunciaret. Quod ille ministerium devote susceptum officiosissime peregit, ut pertransiens cunctam in circuitu Diœcesim, multos ad fidem Christi evangelizando converteret, ita ut in secundo anno tam Saxones, quam & Fresones in circuitu commorantes omnes se pariter fieri promitterent Christianos*, inquit Sanctus Anscharius in Vita sancti Willehadi Bremensis postea Episcopi. Quod hoc anno contigisse, sequenti videbimus. *Vigmodia* nomine pagum intelligit Anscharius, cujus caput ad Visurgim *Brema*, ubi institutus est Willehadus primus Episcopus, ut loco suo ostendemus.

X. *S. Virgilius Episc. Salisburgensis Karinthia ad Christum perducenda operam navat.*

Parte alia *Virgilius* Salisburgensis Episcopus, qui superioribus annis Presbyteros, aliosque Clericos in Karinthiam variis vicibus direxerat, eamdem Provinciam suæ Diœcesi attributam visitavit: *Ad extirpandam funditus & eliminandam, si qua vigere visa est barbarica superstitionis idololatria, atque ad confortandam penitus in fide, frequenti Prædicatorum diligentia plantatam suæ Diœcesis Ecclesiam providens, ac provida circumspecti Pastoris vigilantia, per villas & Provincias Verbum Vitæ ubertim seminando, diu desiderabilitèr optatam omnibus suæ propriæ visitationis præsentiam exhibuit*, inquit Anonymus Sancti Eberhardi Episcopi itidem Saltzburgensis discipulus, qui medio sæculo XII. vixit, cujusque Vitam scripsit, quæ extat sæc. III. Benedict. part. II. Subdit Anonymus: *Vir ille sanctitatis & gratia plenus, omnibus omnia factus, ut omnes lucrifaceret, Zelo pietatis abundans Ecclesias consecravit, & per Karinthiam sensim transeunda ad fines Hunorum, ubi Dravus influit Danubium, quo etiam postea tempore Arnonis primi Archiepiscopi territorii Saltzburgensis termini, Chronicis attestantibus, extendebatur, qua tamen omnia annis sucursis peracta.*

XI. *Hadrianus PP. Caroli auxilium implorat adversus hostes suos.*

Carolo Rege cum copiis in *Saxoniam* profecto res Italiæ nonnihil turbatæ sunt. *Hadrianus* Papa cum Petro quodam a Neapolitanis misso circa Festum Resurrectionis Dominicæ diem in colloquium frustra venerat de patrimonio Beati Petri in agro Neapolitano, Neapolitani postulatis Pontificis non acquieverant, imo *Terracinam*, quam Pontifex haud pridem subegerat, juncti Græcis *præbente malignum consilium Arighis Duce Beneventano*, invaserant. Hadrianus suspicatus ex Consilio Araghisi Ducis hæc fieri, eum auctorem illorum motuum sugillavit, veritusque ne defectionem moliretur cum Beneventanis, quorum regimini cum titulo Ducis a *Carolo* præpositus fuerat, & *Adalgisa*, cujus sororem duxerat, ac Præfecto Siciliæ, se socium ad invadendam Italiam adjungeret, scriptis literis *Carolum* Regem Francorum rogavit, ut *Vuulfrenum* ad Kalendas Augusti dirigeret cum copiis, quibus non Terracina modo reciperetur; sed & *Caieta* præterea expugnaretur ac *Neapolis*, & patrimonium Beati

esse, dixere Latini. Factum vero, ut cum probe imburi Evangelio essent, pristini erroris pœnitentes, & erubescentes, quod scilicet in hæc usque tempora, universo credente orbe, ipsi adhuc perseverassent Idololatræ: in detestationem (a) pudendæ impietatis usu loquendi receptum fuerit inter eos, ut in detestationem rei nefandæ, solerent dicere, Krodo. Sed quo tardius, eo propensius quam noverunt veram religionem postea excoluere, usque ad nostra tempora, quibus ejurata Fide Catholica, proh dolor, hæretici facti sunt, ab avitis legibus, & Ecclesia Catholica alieni, a monacho desertore & impostore seducti.

(a) Crat. hist. Sax. l. 2. c. 7.

PAGIUS

ti Petri in territorio Neapolitano recuperaretur. Hæc summa Epistolæ XLVI. Cod. Carol. quam integram recitat Cointius hoc anno num. XV. *Carolus* tum illa Pontificis Epistola permotus, tum inito consilio orandi ac vota solvendi Romam iter suscepit.

XII. *Moritur Ælbertus tertius Archiep. Eboracensis.*

Hoc anno mortuus est *Ælbertus*, seu *Albertus* tertius Archiepiscopus Eboracensis, de quo in Catalogo Præsulum Eboracensium a Labbeo Tom. I. Biblioth. habetur *Porro Archiepiscopus Egbertus XXXII.* (sed legendum, *Albertus septimo*), *accepit Episcopatus anno ab Hadriano Papa acceperat Pallium, septimo anno Regni Alfredi Regis. Quo videlicet Alberto*, (qui supra errore Librarii dicitur Egbertus) *XIV. sui Præsulatus obeunte Eanbaldus ordinatur pro illo anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXX. regnante Aelfunaldo*, sed loco *Aelfunaldo* legendum, *Alfwoldo*, qui hoc tempore in Northumbria regnabat. Thomas Stubbs in Actis Eboracensium Præsulum viderat accuratum istum Catalogum, ex quo locum laudatum correximus. Postea in mentem venit legere eundem Catalogum Præsulum Eboracensium, seu verius Epistolam *Simeonis Dunelmensis ad Hugonem Decanum Eborac. de Archiepiscopis Eboraci*, ex qua ille descriptus, quam Labbeus licet aliquot ante annos a Seldeno inter Antiquos Scriptores Britanniæ publicatam non viderat, & comperi eam emendationem certam esse. Annalista Mailrosensis ad annum DCCLXXIII. ait: *Albertus Eboracensis suscepit Pallium ab Hadriano Papa sibi directum*, & tamen *Albertus* ab anno DCCLXVI. *Egberto* successerat. Citius illud accepit Eanbaldus, qui anno sequenti Romam *Alcuinum* condiscipulum suum ad Hadrianum misit, a quo Pallium ei obtinuit, ut dicitur in Vita ejusdem Alcuini, cujus verba recitavimus an. DCCLXXIII. num. I. Huntindoniensis lib. 4. pag. 343. narrata morte *Alberti*; quam hoc anno consignat, scribit: *Anno vero proximo Rex Nordumbra Alfwod misit Romam propter Pallium, & dedit Embaldo Archiepiscopo*. Poeta Anonymus ipsius Ælberti discipulus in Historia *de Pontificibus & Sanctis Ecclesiæ Eboracensis* plura de illo nos edocuit, cum nempe fuisse Monachum, cum Egberto Decessore summa familiaritate conjunctum, ac Eboracensis Scholæ Magistrum constitutum fuisse; librorum avidum Romam petiisse; omnes egregii Præsulis partes, postquam ad illam dignitatem evectus est, explevisse; ante mortem Eanbaldo discipulo suo Episcopatum reliquisse; & post annos duos ac totidem menses a dimisso Episcopatu ad Deum migrasse:

His ita dispositis complens sua tempora summus
Antistes, totus meritis maturus & annis,
Post annos binos, menses simul atque quotannos,
Ex quo cupta sacer Præsul secreta petivit.

Et paulo post;

Qui decimo & quarto summi dormivit in anno
Ordinis accepti, octavo sub sole Novembris.

Mabillonius, qui Sæc. III. Benedict. part. 2. egregium fragmentum laudatæ Historiæ publicavit, in margine priorum Versuum memoratorum, de Ælberto ait, *moritur anno post quarto*: Verum is non videtur sensus Poetæ, ut legenti patet. Abdicarat itaque *Albertus* anno DCCLXXVIII. mense circiter Septembri, & annos XIV. ei attribuit Poeta quemadmodum Historici annos XLV. *S. Wilfrido* Seniori assignant, licet toto illo tempore Ecclesiam Eboracensem non rexerit, ut in ejus morte magis explicabimus.

XIII. *Athanasius Junior succedit Cosmæ in Patriarchatum Alex.*

Cosmæ Patriarchæ Alexandrino incerto anno mortuo successit, ut videtur, *Athanasius*, quo Ecclesiam Alexandrinam regente, Beryti in Syria *imago Salvatoris*, quæ a Judæis crucifixa fuerat, copiosum emisit sanguinem, sicuti legitur in Act. IV. septimæ Synodi Generalis, ut ibidem videbimus. Meminit hujus miraculi Sigebertus in Chronico ad annum DCCLXV. atque contigisse tempore Constantini & Irenes. Unde *Cosmas* mortuus est circa an. DCCLXXV. ut ex dictis colligitur, & Athanasius initio Imperii Irenes & Constantini adhuc in vivis fuit,

I. Caroli Magni adventus Romam,

ANnus sequitur Redemptoris septingentesimus octuagesimus primus, Indictione quarta, quo Carolus Magnus Romam una cum conjuge atque filio Pipino se contulit. Qui igitur Natalem diem Domini Papiæ, ut dictum est, celebravit, magno desiderio exarsit, ut Pascha Domini Romæ ageret cum Pontifice. Festinavit enim, ut in die, quo ex Ecclesiæ præscripto solemne baptisma celebrari consuevit, Romæ esset, quo Pipinum filium eidem sancto Pontifici baptizandum offerret. Sed antequam ista omnia prosequamur: Eginhardi (a) testificationem de vehementi ejusdem Regis studio erga Romanam Ecclesiam, & basilicam sancti Petri in medium afferamus, qui ait: *Carolus colebat præ cæteris sacris & venerabilibus locis apud Romanam Ecclesiam beati Petri Apostoli, in cujus donaria magna vis pecuniæ tam auri, quam argenti, necnon & gemmarum ab illo congesta est: multa & innumera Pontificibus munera missa. Nec ille toto Regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut Urbs Roma sua opera, suoque labore veteri polleret auctoritate, & Ecclesia sancti Petri non solum per illum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus præ omnibus Ecclesiis esset ornata, ac ditata. Quam cum tanti penderet, tamen intra quadraginta septem annorum, quibus regnarat spacium, quater tantum illo, votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est.* Hæc Eginhardus, ejusdem Caroli (ut ipse testatur) Regis alumnus, qui cuncta quæ scripsit, spectasse etiam oculis potuit.

(a) Egin. in vit. Caroli.

II. Ab Hadriano Papa unguntur Pipinus & Ludovicus Reges.

Sed quæ de ejusdem Caroli hoc anno Romam adventu habeant Annales Francorum, sub Caroli filio Ludovico conscripti, in quibus singula singulis redduntur annis, videamus. *Inde anno* (inquiunt) *septingentesimo octogesimoprimo Romam veniens, honorifice ab Hadriano Papa susceptus est. Et cum ibi sanctum Pascha celebraret, batizavit idem Pontifex filium ejus Pipinum, unxitque in Regem Lodovicum fratrem ejus, quibus & coronam imposuit, quorum major Pipinus in Longobardia, minor autem in Aquitania Rex constitutus est. Rege vero Romam digresso, ac Mediolanum veniente, Thomas ejusdem civitatis Episcopus baptizavit ibi filium ejus nomine Gislam, & de sacro fonte suscepit. Quibus gestis, in Franciam reversus est. Sed cum Romæ esset, convenit inter ipsum & Hadrianum Pontificem, ut simul Legatos mitterent ad Tassilonem ducem Bajoariæ.*

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXIX An. Hegiræ CLXV. inchoato die 26. Aug. fer. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6274.

☉ 6. G. ☽ 3. P. 15. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 780.

HADRIANI PAPÆ 10.

CONSTANTINI IMP. 6. & 2.

& IRENES 2.

A. C. 781. I. *Secunda profectio Romana Caroli M.*

AD nom. I. & seq. *Carolus* qui sub finem superioris anni Ticinum venerat, Tirino Romam profectus est, ut produnt omnes Francorum Annalistæ, & Reginus his verbis: *Anno Dominicæ Incarnat.* DCCLXXXI. *Carolus iter pergens celebravit Pascha in Roma, & ibi baptizatus est filius ejus Pippinus ab Hadriano Papa, qui & ipse eum de sacro fonte suscepit, & duo filii ejus a supradicto Pontifice inuncti sunt in Reges, idem Pippinus super Italiam, Ludovicus super Aquitaniam. Inde reversus venit Mediolanum, ubi baptizata est ejus filia Gisla ab Archiepiscopo Thoma, qui & ipse eam a sacro fonte levavit. His ita peractis, reversus est in Franciam. Per idem tempus Legati Apostolici Formosus, & Damasus Episcopi, cum Missis Regis Siculfo* (legendum cum Eginhardo in Annal. Richolfo) *Capellano & Eunardo* (idem Eginhardus loco *Eunardi* Eberhardum habet) *Magistro Pincernarum, directi sunt ad Tassilonem Ducem; commonentes, & contestantes eum auctoritate Apostolica, ut recordaretur priorum sacramentorum, & non aliter faceret, nisi sicut jurejurando jamdudum promiserat Pippino Regi & filiis ejus. His admonitionibus consensit Tassilo, & sumtis obsidibus ad Regem venit Wormatiam, ubi renovavit sacramenta & dedit duodecim obsides; sed non diu præfatus Tassilo promissa conservavit. Celebravit autem Rex Natalem Domini in Carisiaco.* Pippinus ex Hildegarde Carolo natus erat anno DCCLXXVI. dictus tunc *Carolomannus*, sed mutato nomine vocatus postea Pippinus. *Ludovicus* vero an. DCCLXXVIII. in lucem prodierat, ut ibidem vidimus. Appendix ad Chronicon Nibelungi Comitis illam nominis mutationem ab Hadriano Papa factam esse his verbis nos edocet: *An.* DCCLXXXI. *perrexit Carlus Rex Romam, & baptizatus est ibi filius ejus, qui vocabatur et Carlomannus, quem Hadrianus Papa mutato nomine mutavit Pippinum, & unxit in Regem super Italiam, & fratrem ejus Hludowicum super Aquitaniam. Et ibi desponsata est Rotrud filia Regis Constantino Imperatori.* De Rotrude mox sermo fiet. Carolus dum Romæ esset, Hadriano *Papæ* & Successoribus territorium *Sabinense* integrum concessit, ut ex Epistolis Cod. Carol. de quibus anno sequenti constat. Neque enim Hadrianus postea patrimonium aliquod, ut olim in territorio Sabinensi, sed ipsum Sabinense territorium integrum sibi tradi postulavit. Sabinense territorium a Carolo Ecclesiæ Romanæ datum videtur loco Ducatus Spoletini, qui totus excepta Sabinensi Diœcesi sub potestate Francorum permansit.

Quoad

ria, qui eum commonerent de sacramento, quod Pypino Regi, ac filiis ejus, ac Francis juraverat, scilicet ut subjectus eis, ac obediens esset.

Legati Hadriani Papæ ad ducem Bavariæ. *Electi, ac directi sunt in hanc legationem de parte Pontificis Formosus, ac Damasus Episcopi, & de parte Regis Richolfus diaconus, atque Eberhartus magister Pincernarum. Qui cum (ut jussi erant) commemorato Duci loquuti fuissent, in tantum cor ejus emollitum est, ut diceret, se statim velle ad Regis properare præsentiam, si sibi tales darentur obsides, sub quibus de sua salute dubitare nulla sit necessitas. Quibus datis sine cunctatione apud Vvormatium ad Regem venit, Sacramentum, quod jubebatur, juravit: obsides duodecim, qui imperabantur, sine mora dedit, quos Sindbertus Reginensis Episcopus de Bajoaria in Carisiaco ad conspectum Regis adduxit. Sed idem Dux domum rediens, non diu in ea, quam promiserat fide, permansit. Rex autem in eadem villa hiemem transegit, & Natalem Domini, & Pascha celebravit.* Hactenus Annales. Vetus Chronicon a Pithœo editum hæc his addidit: *Eodem tempore multa signa apparuerunt, inter quæ signum Crucis in vestimentis hominum frequentissime visum est.*

Desiderantur in Francorum Annalibus, quæ hoc anno Græci reddunt, nimirum quod Theophanes his narrat verbis: *Anno secundo Constantini, & Irenes direxit Irene Constantem Sacellarium & Mamalam Primicerium ad Carolum Francorum Regem, quo filiam suam nuptui traderet Imperatori Constantino filio suo. Et facto placito, ac jurejurando ubdito inter utrosque reliquerunt Elisæum Eunuchum, atque Notarium, ad docendum illam Græcorum litteras, simul & linguam, ut erudiret eam secundum mores Romani Imperii.* Hæc de his Theophanes. III. Sponsalia inter Constantinum Imp. & Caroli filiam.

Contracta sunt igitur sponsalia per Legatos inter Constantinum, annum agentem ætatis duodecimum, & Caroli filiam, quæ retenta est in Gallia annis septem, cum Constantini Imperatoris animus erga eam propensissimus esset. Interea

PAGIUS II. *Sindbertus Episc. Ratisponensis floret.* Quoad Conventum Francorum, quem hoc anno *Vvormatiæ* celebratum fuisse diximus, & quoad obsides a Tassilone Duce datos, de istis Eginhardus in Annalibus scribit: *quos Suidbertus Reginensis Episcopus de Bojoaria in Carisiaco ad conspectum Regis adduxit.* Quare Suidbertus, seu Sindbertus quartus Episcopus Ratisponensis, seu Reginensis hoc anno illam Ecclesiam administrabat; cumque is Sedem Episcopalem, quæ prius erat in Basilica S. Emmerammi, intra Urbem transtulerit, ut prodit Arnolfus in Miraculis S. Emmerammi, & vetus Annalista *Sindberti* mortem anno septingentesimo nonagesimo primo consignet, hoc circiter tempore ea translatio facta. Brunnerus quidem, & Adlzreiterus in Hist. Rer. Boicarum obstinate defendunt, Sedis Episcopalis Ratisponensis translationem peractam esse ab *Adalwino* Sindberti Successore, innixi Diplomate Leonis III. Papæ ab Hundio in Metropoli Salisburgensi relato. Verum Cointius hoc anno num. CXXIII. demonstrat, literas illas supposititias esse, ideoque Arnolfo fides hac in re non deneganda.

III. *Rotrudis filia Caroli M. postulatur in conjugem ab Imperatore.* Ad num. III. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXIV. Kalendis Septembr. hujus Christi anni inchoato, refert Irenem Imperatricem Legatos ad Carolum Regem misisse, *filiam ejus Herythrum nomine filio suo Constantino conjugis petenda gratia*, ut refert Baronius. Verum Caroli filia Rotrudis a Francis appellata, ut patet ex Annalista, cujus verba num. I. jam retuli. Erat ea Caroli major natu filia quæ anno DCCLXXIII. in lucem prodierat, ut infra ostendemus. Non mirum autem Theophanem, qui ad an. XXXV. Leonis IV. Imp. Adalgisum Desiderii Regis Langobardorum filium *Theodotum* appellat, *Rotrudem* Herythrum vocare; vox enim ἐρυθρὸς, rubrum significat, quod vocem *Rotrudes* apud Latinos designare putavit. Loquitur de hac Legatione ad Carolum Zonaras, aitque Irenen Imperatricem *deinde ea affinitate omissa ex metu & Imperii cupiditate, ne filio opes Francorum necessitudine augerentur*, ex Oriente puellam accersivisse, eamque Constantino *invito, & ab iis nuptiis abhorrenti* despondisse, ut infra videbimus.

IV. *Pax Græcorum cum Saracenis.* Narrat ibidem Theophanes Imperatricem ingenti Classe comparata *Theodorum* Patricium in Siciliam adversus Elpidium misisse & exercitu illi his occupato *Aaronem* filium Mahadis Caliphæ cum ingenti exercitu Chrysopolim usque profectum esse, & Legatos Imperatricis cum non satis caute cum Saracenis egissent, cetentos esse, ac vi coactos pacem composuisse: *cumque se mutuis muneribus Augusta & Aaron excepissent, id maxime pacti sunt, ut in annos singulos ipsi tributum solveret.* Loquitur de hac expeditione Saracenorum Elmacinus lib. Hist. Sarac. ad annum Hegiræ CLXIV. aitque: *Eodem anno misit Mahadis filium suum Horunem in Regionem Romanorum: qui in eam penetrans, Urbem cepit dictam Mahodam. At occurrit ei Nakitas, cum quo in pugnam descendit Jezidus filius Jezidi, qui & eum, cum lapsus esset, cadendo profligavit: unde Romani in fugam versi, se receperunt ad Damascum Dominum Maliba. Haron autem cum XCV. millibus progressus est, donec pervenit ad sinum maris, qui ad Constantinopolim, cui tunc temporis imperabat mulier, qua pacem cum Harone fecit, ea lege ut illa munera ei largiretur, & qua iter facturus esset, vias sterneret, earumque directoria apponeret; & quot annis ei septuaginta aureorum millia persolveret. Atque hoc bello innumera spolia Muslimi sunt adepti.* Subdit Elmacinus durasse eam pacem cum Imperatrice tres annos.

V. *Annus X. belli Saxonici.* Annalistæ Petavianus & Masciacensis hoc anno scribunt: *Sine hoste fuit hic annus*, idest, nullum a Carolo Rege bellum gestum. Interim *Sanctus Vvillehadus* Presbyter, qui anno superiori in Saxoniam a Carolo Rege missus fuerat, suis concionibus adeo profecit, ut hoc anno, qui secundus numeratur ex quo Saxoniam

ea vero pace soluta cum Francis, dimissa Caroli Regis filia, Irene ejus mater ex Armenia conjugem quæsivit eidem filio Constantino, ea quo tempore, ut dicemus, domesticum exortum est bellum inter matrem, & filium Imperatorem. Quæ autem desponsara fuit Constantino Imperatori filia Caroli Magni, nomine dictam fuisse Rotdrudrim, eamque primogeniram natam ex Hildegarde, auctor est idem Eginhardus in vita ejusdem Caroli Regis:

Hoc pariter anno occupatus Romanus exercitus detentus est bello civili in Sicilia, cum rebellasset Helpidius missus Insulæ Prætor, in quem sub Theodoro Patricio Imperator classem ornavit. Quo etiam anno Madi Principe Sarracenorum misit filium suum minorem nata, Aaron nomine (major enim Moyses vocabatur) ad infestandum Orientales partes Imperii: cum Irene Augusta, ut pacem Orientis redimeret, præter plurima ad eum missa munera, vectigale illi constituit Romanum Imperium, statuto annuo censu, quem Imperator singulis annis Principi Sarracenorum persolveret. Sicque inter Romanos, & Sarracenos pax composita hoc anno fuit. Cum autem Helpidius tyrannus urgeretur a Theodoro, sumpto secum thesauro, fugiens navigavit in Africam, accepta ab eo securitate, ubi degens, Sarraceni eumdem, ut Romanorum Imperatorem colebant. Hæc Theophanes. Sic igitur belli Siculi adversus tyrannum suscepti causa, necesse fuit Constantino, & Irenæ eam de censu annuo solvendo Sarracenis iniquam conditionem subire. Bellum Siculum confectum.

Re-

PAGIUS niam adiit, in circuitu pagi, cui nomen *Vuigmodia*, Saxones, Frisiique Christianam se fidem amplexuros ultro promiserint: *Multos*, inquit Anscharius in ejus Vita, *ad fidem Christi evangelizando convertit, ita ut in secundo anno tam Saxones, quam & Frisones in circuitu commorantes omnes se pariter fieri promitterent Christianos. Hoc itaque factum est anno Incarnationis Domini DCCLXXXI. Regni vero memorati Principes Caroli XIV. qui tamen Imperiali necdum fuerat apice sublimatus, quem postea per manus Reverendissimi Leonis Apostolici Imperatorem Romæ consecratum, anno Regni ejus XXXIV. Catholica Europa consistens Christi venerata pariter & gratulabunda suscepit Ecclesia.* Observat Cointius hoc anno num. CXXVII. Anscharium annos incompletos instar completorum ubique numerare: *Vuillehadus* successu tam prospero vehementer inflammatus, *per Vuigmodiam Ecclesias cœpit construere, ac Presbyteros super eas ordinare, qui libere populis Salutis ac Baptismatis conferrent gratiam*, subjungit Anscharius.

I. Bellum adversus Sclavos prospere confectum.

REdemptoris annus septingentesimus octogesimussecundus, Indict. quinta notatus habetur, quo ab Augustis per Stauratium confectum est in Græcia bellum adversus Sclavos barbaros, cum illi eam provinciam occupassent, una cum Peloponueso, quibus Romano Imperio vendicatis, & iisdem barbaris tributariis constitutis, cum captivis, ac spoliis onusto exercitu, idem Stauratius ovans, sequenti anno est reversus Constantinopolim. Hæc Theophanes hoc anno, & sequenti. Erat tunc in expeditione ista inter Excubitores Joanicius miles, ob egregia facta spectarus ipse quidem, qui Iconoclasta cum esset, apud montem Olympum magno Dei beneficio divinitus admonitus, hæresi abdicata, ad Catholicam Ecclesiam transiis, & mirifica claruit sanctitudine. Agebat ipse, hoc tempore, suæ ætatis annos quinquagintatres, utpote qui natus asseritur anno decimoquarto Leonis Imperatoris, qui est annus Domini septingentesimus undetrigesimus. Extans res ab eo præclare gestæ ab auctore ejus temporis scriptis editæ, ex quibus quæ ad præsentem annum pertinent de ejus divina vocatione, Annalibus digna hic describamus; ac primum, quæ de statu Ecclesiæ Orientalis hujus temporis idem auctor præmittit his verbis:

II. *Postquam autem hujus sceleris operatores impietate miserabili perierunt, Romanorum Imperium transiit ad conjugem ejus Irenem, quæ res Christianorum tuebatur & habebat in honore etiam si propter metum mariti non poterat, eo superstite, libere loqui veram religionem. Cum vero in Imperio fuisset constituta: tum ipse quoque Christus, qui propter nos carnem induit, rursus honorabatur figuris, & exceptata Sanctorum imagines in Ecclesiis, in foro, in populo cernebantur. Sed neque sic quidem multi hujus Iconomachorum hæresis acerbitatem eluerunt ex animis, sed cum temporis diuturnitate ad malum habitum pervenissent, ægre ferebant, se ab eo liberari. Quorum unus erat hic quoque præclarus Joannicius, qui non erat promptus, & velox ad mutationem; neque enim omni vento convertebatur, aut circumferebatur, sed morum ostendens gravitatem etsi in re non laudabili, permanebat in eo, quæ sibi recte opinari videbatur, & divinis imaginibus nullum cultum tribuebat.*

Deinde quid fit? cum venatur egregius agricola, qui novit terram animi uniuscujusque, & ei injecit semina fidei Orthodoxæ. Quomodo autem? Mittitur ab Imperatore ad Occidentem cum toto exercitu. Illinc autem revertens per quamdam partem Olympi ex nutu divino iter fecit prope quemdam ex monachis, qui in eo monte exercebatur. Deinde ille sanctus anachoreta apparens ex silva: O fili, inquit, Joannes: si magnum tibi est Christianum esse, & nominari: cur Christi imaginem despiciens, efficis, ut labor virtutis a te frustra suscipiatur? Hæc audivit vir divinus, & miratus est, quod ei evidentissime dixisset de omnibus. Humi itaque cadens, petiit veniam, quod ille ignorans, fuisset ingratus in Dominum. Et affirmavit, se deinceps Christi imaginem, & omnium, qui ei placuerunt honoraturum cum omni proposita: ab illo ergo tempore beatus ille satellitis officio fungens in vestibulo Regiæ, accubabat in nuda solo, eratque orationi intentus, & jejunio. Nam etsi convivia inibat cum aliis

III. Joannicius excubitor Iconoclasta a viro sancto monetur.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXX. Anno Hegiræ CLXIV. inchoato die 15. Aug. feria 3. A. C. 782.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6275.

☉ 7. F. ☽ 4. P. 7. Apr. Indict. 5.

JESU CHRISTI 782.

HADRIANI PAP. II.

CONSTANTINI IMP. 7. & 3. &

IRENES 3.

I. Bellum Sclavinicum.

ANNum. I. ad IV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXV. qui Kalend. Septemb. præsentis Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno Irene pace cum Arabibus confecta, a bellorum cura vacans, Stauracium Patricium & celeris cursus Logothetam cum numeroso exercitu adversus Sclavinorum nationes misit: qui cum Thessalonicam & Græciam adiisset, Regionem omnem Imperio subjecit, & tributum pendere coegit. Quin etiam Peloponesum penetrans captivorum ingentem turbam & spolia in Romanam Ditionem retulit.* Tum anno Incarnat. DCCXXXV. ait: *Hoc anno mensis Januario septimo Stauracius, quem memoravi ex Sclavina expeditione regressus, victoria solemnia, ducto per Circum triumpho, peregit.* Bellum itaque illud anno tantum sequenti gestum; cum Stauracius mense Januario anni DCCLXXXIV. triumphi his temporibus usitati genere cohonestatus fuerit. Recte notat Baronius *Sanctum Joannicium* postea Abbatem huic expeditioni inter Excubitores interfuisse; quod Auctor ejus Vitæ recitatæ a Surio ad diem IV. mensis Novembris, dicat, Joannicium missum *ab Imperatore ad Occidentem cum toto exercitu*. Erat tunc *Joannicius* Iconomachorum hæresi infectus, qui rediens cum suo exercitu, ope cujusdam Monachi, quem obviam habuit, ab errore resipuit. Auctor ejus Vitæ ait, *totis quinquaginta septem annis* hæresim illam tunc durasse. Ceperat ea

aliis, cibum tamen non sumebat usque ad satietatem; sed cavens ne illis quidem non videretur jejunare, corpus tamen ei consisteret, & ad pernoctem illam inserviret stationem. Hactenus de ejus conversione; erit autem ut in posterum certis temporibus, sæpe eum convenire contingat.

IV. Res Saxonum quem tandem exitum habuerint. Quo pariter anno a Carolo Magno habita est Synodus Coloniensis, cui cum interesset, excepit illic Legatos diversarum gentium; cum interea Widichindo urgente, Saxones rebellassent, iterumque a Carolo sunt victi. Plane accidit (ut Eginhardus affirmat) per triginta tres annos bellum Saxonicum perdurasse. Quod igitur jam fastidium Lectori afferet ista singulis ferme annis de Saxonum fide varia erga Deum, & Carolum Magnum interrupta narratio: hic recitemus, quæ idem Eginhardus una simul usque finem belli cuncta perstringens, habet his verbis: *Susceptum est*, inquit, *contra Saxones bellum, quod magna utrimque animositate, tamen majore Saxonum, quam Francorum damno per continuos triginta tres annos gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu est, quoties superati, ac supplices Regi se dederint, imperata facturos polliciti sint, obsides, qui imperabantur, absque dilatione dederint, Legatos, qui mittebantur, susceperint.*

V. *Aliquoties ita domiti, & emolliti, ut & cultum dæmonum dimittere, & Christianæ religioni se subdere velle promitterent. Sed sicut ad hæc facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuere præcipites: ut non facile existimare possis, ad utrum horum faciliores verius dici possent; quippe cum, post inchoatum cum eis bellum vix annus unus exactus sit, quo non ab eis hujuscemodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua tam in adversis, quam prosperis mentis constantia, nulla eorum mobilitate vel vinci poterat, aut ab iis* qua

PAGIUS ex anno DCCXXVI. ideoque quæ de bello Sclavinorum, & de conversione *Joannicii* narrat hoc anno Baronius, ad sequentem pertinent. Vita S. *Joannicii* Metaphrasti tribuitur a Surio; sed Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag.77. eam numerat inter eas, quæ ei falso adscribuntur. De *Joannicio* pluribus *infra*.

II. *Annus XI. belli Saxonici* Ad num. IV. & seqq. Est hic annus undecimus belli Saxonici, de quo Annalista Metensis hæc habet: *Carolus Rex Cumam* (legendam, *Coloniam* cum Eginhardo in Annal. & aliis) *veniens, Rhenum transiit, & Synodum tenuit, ubi Lippia consurgit, ubi omnes Saxones convenerunt, excepto rebello Vuidichindo. Illic etiam venerunt Legati Godefridi Regis Nortmannorum* (idest, Danorum) *Aldem & Hosmundus: nec non etiam Legati Avarorum missi a Cagano & Jugurro. Peracto Placito, reversus est Rex in Franciam. Saxones iterum fidem violant, arma corripiunt, suadente Vuitichindo. Rex autem eo tempore miserat Nuncios suos Adelgisum & Geilonem, atque Conradum, Viros potentes, ut ducerent exercitum Francorum & Saxonum super paucos Sclavos, qui adhuc rebellabant. Supradicti vero Principes, cum jam in itinere essent, audientes quod Saxones rebellarent, super eos arma verterunt, & commisso prælio multos ex eis interfecerant. In qua pugna duo Duces ceciderunt, Adelgisus scilicet & Geilo, in monte qui dicitur Suntdal. Hoc audiens Rex, cum Francis, quos citò congregare potuit, illuc pervenit, & pervenit usque ad locum, ubi Alara confluit in Vuisuram. Tunc omnes Saxones iterum convenientes subdiderunt se Domno Carolo Regi & reddiderunt seditiosos, qui illam fecerant rebellionem, ut occiderentur, quatuor millia & quingentos Viros. Vuidichindus vero partibus Nortmanniæ aufugit. Interfectis itaque seditiosis, exilioque damnatis, Rex in Franciam reversus est, & celebravit Natalem Domini in Theodonis villa.* Idem fusius narrat Eginhardus in Annal. qui refert etiam Carolum in villa Carisiaco Pascha celebrasse, & *æstatis initio* generalem Conventum habuisse. Dicit etiam Eginhardus, Caganum & Jugurram, qui Legatos velut *pacis causa* ad Carolum misere, fuisse Principes Hunnorum.

Bellum istud Saxonicum attigit Anscharius in Vita Sancti Willehadi, ubi quæ ab hoc Sancto anno superiori gesta fuerant, enarratis, refert Windichindi rebellionem, & persecutionem ab eo in Christianos excitatam: *Sequenti anno, instigante diabolo totius boni invido, quidam extitit perversioris consilii Vuidichindus, qui rebellare contra Regem visus Carolum, multam secum Saxonum multitudinem aggregavit, qui etiam unanimiter eos, qui in fide Christi stabiles videbantur, persequi ac punire, servos quoque Dei per loca quoque vagantes dispergere, atque a finibus suis effugare cœperunt. Qua persecutione commota servum Dei* (nempe Willehadum) *contigit, secundum mandatum Domini præcipientis, si vos persecuti fuerint in una Civitate, fugite in aliam, de Vuigmodia transire in Utriustri, ibique conscendens navim mare circa Fresiam transfretavit, sicque opitulante Christi gratia persecutionem eorum evasit. Porro Saxones crudelitatem, quam circa Magistrum nequiverant, in discipulos ipsius exardescente ira ferventius exercuerunt. Siquidem Folcardum Presbyterum cum Emmingo Comite in pago denominato Leri, Benjamin, &c. odio nominis Christiani, gladio peremerunt. Et ipsis quidem ita ad Regna Cœlestia effusione proprii sanguinis feliciter evocatis, persecutionis tamen procella diutius postmodum desævit Saxonibus. Quo facto Vir Dei cognoscens nullam sibi tunc temporis prædicandi opportunitatem inesse, arrepto itinere Pippinum Langobardorum Regem adiit, sicque prospero cursu Romam pervenit, ubi consistens multis lachrymis & precibus ad Sedem Sacratissimam Beatissimi Petri Apostolorum Principis se cunctamque fidelium turmam sedulus ac devotus Divinæ commendabat clementiæ, illos præcipue quorum cura maxime cordi erat, ne forsan suscepta in partibus Saxoniæ Christianitas machinatione diabolica penitus adnullaretur. Inde autem discedens, & consolatione Venerabilis Papæ Hadriani non modice corroboratus servus Dei gaudens repedabat in Franciam.* Cis Alpes reversus in Epternacensi Monasterio degit; subjungit enim Anscharius: *Ab itinere concepto reversus, transivit ad locum, qui dicitur Afternacha, ibique* dis-

III. *S. Villehadus & Christiani a Saxonibus vexati.*

quæ agere cœperut, defatigari. Nam nunquam eos hujuscemodi aliquid perpetrantes impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto, aut per Comites suos misso exercitu, perfidiam ulcisceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret, donec omnibus, qui resistere solebant profligatis, & in suam potestatem redactis, decem hominum millia ex iis, qui ultra ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus, & liberis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam, & Germaniam multimoda divisione distribuit, eaque conditione a Rege proposita, & ab illis suscepta tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abiecto dæmonum cultu, & relictis patriis cæremoniis Christianæ fidei atque religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati, unus cum eis populus efficerentur. Hæc Eginhardus.

Cæterum hic opportune ingerendum est, quod testatur Gregorius Papa septimus in epistola ad Petrum Episcopum Albanensem, & G. Principem Salernitanum, ab eo Legatos in Galliam missos, nempe ipsum Carolum Magnum conscium, se ope Apostoli Petri tandem indomitos domuisse Saxones, obtulisse eamdem provinciam beato Petro, insuper & nummum unum, per singulas domos Gal- VI. *Saxonia oblata S. Petro.*

Ann. Eccl. Tom. XIII. V lia-

PAGIUS *scipuli ejus, qui propter metum persecutionis passim dispersi fuerant, ad eum sunt denuo copulati. Quos ille benigna consolatione refocillans, ut pro fide Christi constanter in omnibus se agerent, pie admonere studuit. Quique in eodem loco duobus fere annis demoratus*, idest, ad annum usque DCCLXXXIV. quo aliud vitæ genus elegit.

IV. *Hadrianus PP. territorium Sabinense sibi integrum a Carolo tradi postulat.* Hadrianus Papa quatuor Epistolas ad Carolum scripsit pro Sabinensi territorio, quod Apostolicæ Sedi, prout ab eo Rege nuperrime concessum fuerat, integrum tradi poscebat. Refert eas integras Cointius hoc anno ex Codice Carolino, ubi prior est numero LXIX. secunda num. LXXVI. tertia num. LXXVIII. quarta numero LVI. Ex priori constat, plenaque bona in territorio Sabinensi olim ab Imperatoribus Ecclesiæ Romanæ data, nec a *Desiderio* Langobardorum Rege occupata, quantumvis hoste Romanorum Pontificum: ipsum vero territorium *Sabinense* Apostolicæ Sedi a Carolo Francorum Rege integrum *noviter*, hoc est, anno præterito, sicut antiquitus totum ab Ecclesia Rom. possessum est, traditum fuisse. Altera Pontifex asserit, velle se stare judicio *Itherii & Maginarii* Regiorum Oratorum, Deumque testem invocat, quia *nullorum fines irrationabiliter* appetit, & totum id territorium illud ad Ecclesiam Rom. pertinet. In secunda Epistola Hadrianus occasione libelli sibi oblati atque inter apocryphos amandandi, nempe *pseudo Pyttacii a Paulino pro Theodosio quondam* interpretati, habentis insuper adscriptum Breviarium Chalcedonensis Concilii *a quodam Verecundo Episcopo editi*, Theodosium Juniorem Augustum vindicat a calumnia; pseudo-Synodum Ephesinam damnat, rejectoque sibi porrecto Breviario illo Chalcedonensis Concilii, totum illud Concilium amplectitur; idque jure merito; anno enim CCCCXXXI. Ephesinum Concilium Generale III. adversus hæresim Nestorianam celebratum est. Anno CCCCXLIX. habitum pseudo-Concilium Ephesinum, in quo Eutyches est absolutus. Obiit anno sequenti Theodosius Augustus, quem in Orthodoxa pietate permansisse vel ex eo patet, quod ejus fidem Leo Pontifex, etiam post prædatorium Concilium Ephesinum commendavit. Eodem Leone Papa Chalcedonense Concilium Generale IV. adversus Eutychianos celebratum anno CCCCLI. Harum epistolarum meminit Baronius an. DCCXCV. n.III. & seqq.

V. Epistola XCVI. Cod. Carolini inscripta est *Egila Episcopo*, quem Hadrianus Papa hortatur, ut Orthodoxam fidem teneat. Ordinatus fuerat *Egila* a Wichario seu Wilichario Archiepiscopo Senonensi, ut in Hispania concionaretur, quod tradit idem Hadrianus in Epistola XCVII. ejusdem Codicis Carolini, quam *omnibus Orthodoxis Episcopis per universam Spaniam commorantibus* inscripsit: *Nos prædicti Vulcharii Archiepiscopi petitioni credentes consuetam illi licentiam tribuimus, ut canonice eum examinaret, quatenus si post discussionem & veram examinationem, rectum & Catholicum eum invenisset, Episcopum ordinaret, & nullam quamlibet alienam Sedem ambiret vel usurparet, sed solummodo animarum lucra Deo offerret, qui una cum Joanne Presbytero in partibus vestris veniens*, &c. Utrique idem Hadrianus Epistolam XCVI. laudatam inscripsit, eosque laudavit ob bonum Wilicharii Senonensis Archiepiscopi testimonium, & in ea multos notavit errores, qui contra fidem Catholicam in Hispaniæ partibus orti fuerant, nulla Felicianæ hæreseos mentione facta, quæ ideo hoc tempore, seu quando ea Epistola scripta, nondum eruperat. Fuit *Egila* Episcopus Illiberitanorum, ut docet Tamayus ad diem XVII. mensis Augusti, mortuusque est anno DCCLXXXV. ut habent Catalogi illius Episcopatus. Laudat *Egilam* Hadrianus, quod solicite Dominici gregi devotionem officii Pastoralis impendat, & antiquæ fidei communionisque sinceris traditionibus inhæreat. Refert, in ejus apicibus contineri, quod multi in partibus illis ejus relationis atque admonitionis seriem, *secundum venerandi Nicæni Concilii institutionem de Paschali festivitate editum, contemnere audent*. Narrat etiam *Egilam* sibi significasse quosdam prædicare, *ut qui non ederit pecudum aut suillum sanguinem, & suffocatum, rudis est aut ineruditus*. Ad hæc quod *alii ex ipsis dicunt, quod prædestinatio ad vitam, sive ad mortem in Dei sit potestate*. Alii *iterum dicunt, ut quid rogamus Deum, ne vincamur tentatione, quod in nostra est potestate quasi libertate arbitrii*. Meminit & aliorum errorum, de quibus ad eum scripserat Egila. Exhibet hujus Epistolæ argumentum Baronius anno DCCXCV. num.IX. ubi uno tenore recimi etiam argumentum Epistolæ XCV. Cod. Carol. datæ ab Hadriano ad eumdem Egilam Episcopum in partibus Hispaniæ, *Pro fide Orthodoxa tenenda, & pro jejunio VI. feria & Sabbato celebrando*. Adhæc; *Illos procaces ac hæreticos homines, qui tuam subvertere nituntur Orthodoxam fidem, & undique te coarctantes angustias, & varias tempestates seminant, Apostolico indutus præcepto, simulque Apostolicis imbutus disciplinis, seu saluberrimis Orthodoxæ fidei Sanctorum Patrum repletus institutis, eos, qui tuas noluerint amplecti recta fidei prædicationes, post unam & secun-* *Egila Episcopus Illiberitanorum constans est in fide adversus hæreticos.*

llarum omniom provinciarum persolvendum Romanæ Ecclesiæ indixisse. Sed reddamus hic ipsius Gregorii epistolam, ut hæc fiant omnibus notiora; sic enim se habet (a):

(a) Greg. VII. l. 8. epist. ult. nu. 23. Galliæ vectigales S. Petro.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nostris P. Albanensi Episcopo, & G. ... Principi Salernitano Legatis nostræ Apostolicæ Sedis in Gallias salutem, & Apostolicam benedictionem.

Vobis commissa negotia non latent: etiam vos, ita ac si nostra, immo qui nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta degat peragite. Dicendum est autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquaque domus saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro (si eum recognoscunt patrem, & pastorem suum) more antiquo. Nam Carolus Imperator (sicut legitur in tomo ejus qui in Archivo Ecclesiæ beati Petri habetur) in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad servitium Apostolicæ Sedis, id est, Aquisgrani apud Podium sanctæ Mariæ, & apud S. Ægidium, excepto hoc, quod unusquisque propria devotione offerebat. Idem vero Magnus Imperator Saxoniam obtulit B. Petro, cujus eam devicit adjutorio. Et posuit signum devotionis, & libertatis, sicut ipsi Saxones habent scriptam, & pru-

PAGIUS

eundem admonitionem seu increpationem, tanquam Ethnicos & Publicanos detestans, habeto pro nihilo eorum infrunitas insidias. Declinavit tamen postea *Egila* a Catholica disciplina, ut infra videbimus. Epistola porro XCV. ante Epistolam XCVI. data, ut utramque conferenti patebit.

VI. *Primus Alcuini in Franciam accessus.*

Hoc vel superiori anno *Alcuinus* e Britannia in Franciam transfretavit, illuc vocatus a *Carolo*, qui eo ad litteras in Galliis restituendas, uti cupiebat. Duplicem Alcuini in Franciam adventum recte distinxit Anonymus in ejus Vita cap. 6. & ex eo Mabillonius Sæc. IV. Benedict. in Elogio Historico Alcuini c. 2. n. XXVII. Hæc Anonymi de Alcuino loquentis verba: *Jussus ab Eanbaldo Archiepiscopo* (sc. Eboracensi) *Successore Elberti, ut sibi Pallium impetraret ab Apostolico, venit Romam. Cumque reverteretur, accepto Pallio, habuit Regem Carolum Parmæ Civitate obvium* (anno sc. DCCLXXXI.) *Quem magnus Rex alloquens suasionibus & precibus postulavit, ut ad se post expletionem Missatici in Franciam reverteretur* (ex Urbe sc. Eboracensi) *Noverat enim eum, quia olim a Magistro suo ad ipsum directus fuerat. Fecit autem Alcuinus, aliorum deservire cupiens profectui, ut sibi rogaret eum auctoritate Regis sui proprii & Archiepiscopi, eo tantum jure, ut iterum ad eos reverteretur; pervenitque, Christo Ducatum præbente, ad regem Carolum: quem tenebat Rex loco patris amplectitur, a quo artes introductus in liberales, refregerat paululum noverat, sed exsaturari ob fervorem satis nimium nequibat, &c. At denique Albinus nolens sine auctoritate Regis sui & Episcopi proprium deserere locum, &c. Postulavit Magnum Regem, ut daret ei licentiam remeandi in patriam &c. Tandem igitur ratione victus* (nempe Carolus) *consensit, ut iret; requiem non dans animæ, iam secundo ad eum reverso firmiter emptitavit, secum perpetuo ut duraret.*

VII. *Artes liberales Carolum M. docuit.*

Natus erat hoc tempore *Carolus* annos quadraginta, egregieque callebat Scripturam Sacram, ac Sanctorum Patrum doctrinam, sed in artibus liberalibus versatus non erat, quas ideo ab Alcuino discere voluit, *apud quem Rhetorica & Dialectica, præcipue tamen Astronomiæ addiscendæ, plurimum & temporis & laboris impertivit*, inquit Eginhardus in Vita Caroli. Extant inter Alcuini Opera Dialogi duo, alter de *Rhetorica*, alter de *Dialectica*, interlocutoribus Carolo M. & Alcuino, in quibus Carolus hunc semper Præceptorem & Magistrum appellat, cum tamen in Dialogo de *Grammatica*, alii interlocutores non inducantur quam *discipuli & Magister*, quia sc. Grammaticam *Alcuinus* Carolum non docuit. Caroli in Dialectica Præceptorem fuisse, testatur ipsemet Alcuinus in Epistola, qua ei suos de Fide Trinitatis libros dicat: *Neque enim*, inquit, *quemquam magis decet, vel meliora nosse vel plura, quam Imperatorem, cujus doctrina omnibus prodesse debet subjectis. Non quo, Imperator invicte & sapientissime ac refulgens Rector aliquid scientiæ vestræ fidei Catholicæ incognitum esse, vel minus exploratum, cogitarem; sed ut mei nominis, quo a quibusdam Magister (licet non merito vocor) officium ostenderem: ore non ut convincerem eos, qui minus utile existimabant, vestram nobilissimam intentionem Dialecticæ disciplinæ discere velle rationes, quas Pater Augustinus in libris de Sancta Trinitate apprime necessarias esse putavit, dum profundissimas de Sancta Trinitate quæstiones, non nisi Categoriarum subtilitate explanari posse probavit.* Denique Alcuinus in Epistola VI. ad Carolum data asserit sibi in hæc verba a Carolo scriptum esse: *Cognoscat igitur industria tua, carissime in Christo præceptor, propositam nobis a quodam non Clerico, sed laico, de Evangelio quæstionem: cui tunc tamen a nobis usque præsens est dilata responsio.*

Tanta discendi studio ferebatur *Carolus*, ut illud in ejus senectute non deferbuerit. Eginhardus enim in ejus Vita ait: *Tentabat & scribere, tabulasque & codicillos ad hoc in lectulo sub cervicalibus circumferre solebat, ut cum vacuum tempus esset, manum effingendis literis adsuesceret: sed parum successit labor præposterus, ac sero inchoatus.* Ubi per literas, quibus effingendis Carolus irrito conatu manum tentavit adsuescere, intelliguntur elegantiores illæ majusculæ, quæ ad calligraphiam pertinent, & ornatus causa pinguntur potius quam scribuntur. Ideoque Eginhardus hic apposite utitur verbo *effingere*, quoniam proprie dicitur effingi, quod ad propositi alicujus archetypi imitationem artificiose elaboratur, ut locum illum exponit Lambecius in lib. 2. Biblioth. Cæs. pag. 264. qui etiam notat pro *effingendis litteris*, vulgo in impressis editionibus perperam legi, *effigiendis*, secus ac in MS. Cæsareo habetur. Quo vero anno Alcuinus in Angliam redierit, incertum. Illud tantum constat, eum ex Anglia in Franciam rediisse exeunte an. DCCXCII. aut sequentis initio, ut infra videbimus. Sed cum Baronius & Bulæus anno DCCLXXVIII. un-

VIII. *Aliquid novi semper discere volebat Carolus.*

Digitized by Google

& prudentes illorum satis sciunt. Hæc Gregorius; quæ cum facta dicat a Ca-

rolo jam Imperatore, nonnisi ad finem belli Saxonici ea contigisse putamus. An-

PAGIUS num.XIIII. a nobis citati, aliique passim hanc ultimam tantum *Alcuini* in Franciam profectionem agnoverint, an & quid Alcuinus *Carolum* docuerit, explicare non potuere.

NOTÆ [5] HOc anno *Hildeprandus* Dux Spoletinus multa donavit monasterio Casinensi, ut patet ex ejus donatione apud Erasmum Gattulam in Accessionibus Historiæ Casinensis P. I. pag. 28. Donationis exordium est: *In nomine Domini Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, regnante Domno nostro Karolo viro excellentissimo, anno regni ejus in Italia Deo propiriante nono*. Donat autem *Hildeprandus* monasterio S. Benedicti, *quod situm est in loco, qui dicitur Casinum, territorio Beneventano curtem in territorio civitatis nostræ Pennense, loco qui dicitur Castriniano*. Concedit olivas in Trento. Concedit *in finibus civitatis nostræ Marsorum ex curte nostra, qua dicitur Paternu, terram uvatoriam; casas numero septem in pradicto territorio Marsicano, loco qui Valle appellatur: in finibus civitatis nostra Reatina in locum, qui dicitur Cumulum, casas duas*. Donatio: *Data est Spoleti in palatio anno Ducatui nostro in Dei nomine nono, mense Aprilis per indictione quinta*. Hildeprandus, seu *Hildebrandus* creatus est Dux anno DCCLXXIV. ut habet Indiculus Ducum Spoletinorum, & Abbatum Farfensium apud Mabillonium Musæi Italici tom. I. P. II. pag. 66. quare hoc anno 782. quo *Indictio quinta* in cursu erat *nonus annus* Ducatus *Hildebrandi* decurrebat. GEORGIUS

I. ANnus sequitur Redempeoris septingentesimus octogesimustertius, Indictione sexta, quo pridie Kalendas Maii moritur Hildegardis Regina, uxor Caroli Magni, & quinto Idus Julii moritur ejusdem Caroli mater feminæ ambæ pietatæ iosignes. Quo pariter aono contigit Carolum juoiorem, ita dictum filium Caroli Magni majorem natu, Vvelsphalos rebellantes suo exercitu profligare, quo io prœlio quid mirandum accidenit Brunoni militi narrat Sanctus Ludgerus his verbis (a).

(a) Extat in append. ad Act. S. Suviber. apud Sur. die 2. Martii.

Carolus junior vincit Vvesphalos.

Anno Dominicæ Incarnationis septingentesimo octogesimotertio, Indictione sexta, cum victoriosissimus Carolus Francorum Rex præsidia & propugnacula rebellium Saxonum, & Vestphalorum vastaret, venissetque in Vvestphaliam ad firmam munitionem Drom dictam, & illam expugnans destruxisset, commisissetque eamdem munitionem inclyto filio suo Carolo, eo quod idem Rex Carolus ad interiora Saxoniæ divertisset: ecce illo absente, occurrerunt præfato Principi Carolo infestissimis animis Uvestphali cum grandi turba armatorum, ad expellendum ipsum potenter cum Francigenis extra regionem ipsorum, & patriam, aut formidolosum cum illo prælium committendum. Quos conserto prælio, congressuque inter eos facto juxta munitionem Drom serenissimus Princeps Carolus filius Caroli Magni Regis statim vicit equitatu suo, trucidans multos, inter quos erat quidam bonus Christianus Vvestphalus, qui coactus per suum Satrapam interfuit bello, in paganismo dictus Eldack, sed Christiano nomine Bruno, vir dives, & potens, fortis viribus, audax animo, & armis strenuus. Hic Bruno postquam viderat, & perpenderat mente sæpe revolvens nefandum Ogellum de Paderborne conterraneum suum male periisse, se præsente, qui sancti Suviberti Ecclesiam incenderat, & Occonem, & Neibelinum Satrapas ipsorum a Deo percussos, iterum meritis sancti Suviberti sanitati pristinæ restitutos, honoravit deinceps sanctum Suvibertum, atque dolens de commissis in Vverda in prædicta Saxonum expeditione: omni die devote legit ad honorem ipsius Sancti unam orationem Dominicam, & Angelicam salutationem, efflagitans devoto corde, ut im-

PAGIUS SÆC. VIII Anno Eræ Hispan. DCCCXXI. Anno Hegiræ CLXVII. inchoato die 5. Aug. fer. 5.

ANNI PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6276.

☉ 8. F. ☽ 5. P. 23. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 783.

HADRIANI PAPÆ 12.

CONSTANTINI IMP. 8. & 4.

IRENES 4.

A. C. 783. I. ANnum. I. ad V. Carolus Pascha in Theodonis villa celebravit, ut Eginhardus in Annal. & Annalista Metensis tradunt, qui postea gesta anno XII. belli Saxonici eodem fere modo narrant. Hæc Annalistæ Metensis verba: *Obiit beatæ memoriæ Hildegardis Regina II. Kal. Maii, quod evenit tunc in Vigilia Ascensionis Domini, & sepulta est juxta Urbem Metensem in Basilica Apostolorum & Beati Arnulfi. Eodem anno iterum Saxones rebelles extiterunt, & Rex cum paucis Francis ad locum, qui dicitur Theutmalli, venit. Ibi Saxones paraverunt pugnam in campo viriliter. Tunc Rex cum Francis super eos irruit, & magnam stragem ex eis fecit, ita ut perpauci fuga elaberentur. Post peractam victoriam venit Rex ad Paderbrunna, ubi coadunato exercitu, iterum super Saxones irruit, qui convenerant super fluvium, cujus vocabulum est Hasa. Ibi itera in pugna tanta, non minor numerus Saxonum cecidit, quam in superiori prælio ceciderat. Tunc Rex Vvisaram transiit, & ad Albiam usque pervenit. Post hæc in Franciam revertitur. Eodem anno obiit Berta Regina IV. Idus Julii, & sepulta est in Cauciaco. Sed inde translata Parisius, sepulta est juxta Vicum suum in Ecclesia Sancti Dionysii Martyris. Et cum Vvarmatiam pervenisset Rex, sociavit sibi in matrimonium Fastradam Reginam, celebravitque Natalem Domini in Heristallio.* Utcumque Francorum victoriam Eginhardus in Vita Caroli commemorat, & eumdem Carolum, quandiu bellum Saxonicum duravit, duabus hisce duntaxat vicibus acie seu pugna in campo præparata cum Saxonibus decertasse his verbis refert: *Hoc bellum, licet per multum temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit; semel juxta montem, qui Osneggi dicitur, in loco Theotmelli nominato, & iterum apud Hasam fluvium, & hoc, uno mense paucis quoque interpositis diebus. His duobus præliis hostes adeo profligati ac devicti sunt, ut ulterius Regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent.* Hasa fluvius Osnaburgum alluit, Theutomellum vero idem est cum Theutoburgio, ut docet Cluverius lib. 3. Antiquæ Germaniæ capit. 29. & utrumque posterioribus sæculis deflexum est in *Dethmoldiam*.

Annal. XII belli Saxonici.

II. Quoad mortem *Hildegardis* Reginæ, eam pridie Kalendas Maii in Vigilia Ascensionis, ideoque hoc Christi anno, quo Festum istud in diem primum Maii incidit, contigisse, inter veteres Francorum Annalistas convenit. Quare Baronius in Appendice ad annum DCCLXXXVI. eam mortem, quam recte hoc anno collocarat, perperam ad illum revocat. Mabillonius lib. 2. Re Diplom. cap. 26. asserit, se diligenter inspexisse Diploma autographum Caroli Magni pro Metensi Sancti Arnulphi Cœnobio, quod hoc modo concluditur: *Data Kal. Maias anno XV. & IX. Regni nostri, ab Incarnatione autem Domini Nostri I. anno septingentesimo octogesimo tertio*

Moritur Hildegardis Regina.

imminente extremæ suæ necessitatis articulo, dignaretur ipsi & auxiliari, & adesse, & Deo suis patrociniis ipsum reconciliare; elegitque ipsum in specialem patronum.

II. De Brunone milite curato miraculum.

Igitur hic Bruno cum staret in prima terribili acie, strenue bellans, tandem oppressus grandi equitatu partis adversæ, & inter cætera vulnera grandi lancea impetitus, & in pectore hasta confixus, & prostratus, & corruens in terram pedibus equorum cum multis aliis miserabiliter conculcatur, ita ut de sua desperaret vita. Cumque sic volutatus in proprio sanguine pene deficeret, & in extremis fere laboraret, devotione qua potuit, invocavit mœsto, & contrito corde S. Suibertum, petens ut sibi, utpote famulo suo, jam in necessitate tanta, & periculo constituto adesse, & Deo suis precibus commendare se dignaretur, vovens, quod si ex inflictis vulneribus convalesceret, & sanaretur, devote visitaret ipsum in Vuerda, spretisque sæculi curis, se ipsum servitio suo, quamdiu superstes esset, mancipaturum.

Quo expleto promisso, facto illo in extasi, apparuit cum magna claritate S. Suibertus ornamentis Pontificalibus indutus, tangensque ipsum baculo pastorali, dixit: Ecce Bruno confortare, & gaude, hac vice hic non morieris, quia precibus meis impetravi ab omnipotente Deo vitam tibi, eo quod devote in hac præsenti anxietate auxilium implorasti a me, ut tibi adessem. Sed postquam per gratiam Dei convalueris ab his plagis, non negligas visitare sepulcrum meum in Vuerda, ut spo-

PAGIUS

tio in die Ascensionis Dominica, in cujus Vigiliis ipsa dulcissima conjux nostra obiit in annum XII. conjunctionis nostræ. Actum Theodone villa Palatio nostro in Dei nomine feliciter, Indict. VI. Observat Mabillonius huic Diplomati sigillum nullum appositum esse; quod Carolus propter memoriam uxoris *Hildegardis* solemnes aliorum Diplomatum conditiones prætergressus sit; cum præter hoc nulla genuina, aut certe paucissima Regum Francorum Diplomata communia, annis Incarnationis prædita occurrant ante Carolum Crassum, & pauca etiam post ipsum usque ad Principatum Hugonis Capeti, Baronius loco laudato refert Epitaphium sepulchro *Hildegardis* Reginæ tunc inscriptum, suspicaturque illud ab Alcuino conditum esse. Verum ejus Auctor Paulus Diaconus fuit, quia in Libello suo *de Episcopis Metensibus* testatur, se jussu Caroli Regis duarum Regi, Pipoini filiarum, *Rodthaid & Adelaid*, & duarum Caroli Magni natarum, *Adelaid & Hildigard*, & præfatæ *Hildegardis* Reginæ Epitaphia composuisse. In Epitaphio Hildegardis Reginæ dicit Paulus.

Alter ab undecimo rursum te sustulit annus.

Cum itaque annus *alter ab undecimo* sit annus decimus tertius, ut vox *rursum* hic decimumtertium intelligendum ostendat, ut supra jam diximus, mortua est Hildegardis anno ætatis suæ vigesimo sexto. Vixit cum marito per annos XII. *ut* liquet ex laudata clausula, non vero *per decennium*, ut perperam Cointius anno DCCLXXIII. numer. VI. scribit, qui illam non legerat. Is tamen relatum versum de iterato anno XIII. recte interpretatur, sed matrimonium *Hildegardis* cum *Carolo* eo Christi anno male alligat; peractum enim medio circiter anno DCCLXXI. ut suo loco ostendi.

III. Hildegardis Regina novem liberorum mater.

Hildegardis Carolo novem peperit liberos, ex quibus duo, *Lotharius* videlicet & *Adelais* ante matrem extincti, & Hildegardis vix dies quadraginta matri superfuit, ut testatur Paulus Diaconus in ejus Epitaphio. De Hildegarde Regina, inquit Eginhardus, *tres filios, Carolum videlicet, Pippinum, & Hludovicum, totidemque filias Rotdrudim, Bertam, & Gislam genuit*. Carolus major natu filius natus est anno septingentesimo septuagesimo secundo circa mensem Martium; cum anno septingentesimo octogesimo quarto, ut mox ostendemus, Saxones vicerit, ideoque jam arma ferre potuerit. *Rotrudis* inter filias primogenita in lucem prodiit anno septingentesimo septuagesimo tertio circa mensem Februarii; anno enim DCCLXXXI. promissa fuit *Constantino Imperatori*, & post sex annos eidem desponsata, ut suo loco videbitur. Quare an. DCCLXXXVII. jam nubilis erat. *Adelais* nata est in castris ad Papiam Urbem, ut tradit Paulus Diaconus in lib. de Episc. Metens. ideoque anno septingentesimo septuagesimo quarto. *Bertam* natam esse anno insequenti septingentesimo septuagesimo quinto, ostendit ejus matrimonium cum *Angilberto* anno septingentesimo octogesimo septimo peractum; cum *Angilbertus* anno circiter septingentesimo nonagesimo in Monasterium Centulense secesserit, ibique Monachum induerit, quod qui non animadverterunt, Bertæ & Angilberti copulam illicitam fuisse perperam scripsere. *Carolomanni* postea *Pippini* appellati nativitas pertinet ad annum septingentesimum septuagesimum sextum; Hadrianus enim in Epistola XLIX. Cod. Carol. eo anno ad Carolum Magnum data ait: *dignati estis nobis repromittere, ut in Sanctam diem Pascha ad limina Beati Apostolorum Principis Petri, una cum spiritali filia nostra Regina, Domino auxiliante, properare debuissetis, ut filium, qui* NUNC *vobis procreatus est, a sacro Baptismate in ulnis nostris susciperemus.* Cointius eo anno numer. III. arbitratur, Caroli filium, de quo loquitur Hadrianus, non alium esse a Carolo filiorum, quos is ex Hildegarde Regina susceperit, natu maximo. Verum cum Carolus Caroli Regis filius anno DCCLXXXIV. adversus Saxones pugnaverit, ut paulo post ostendetur, primo matrimonii patris cum Hildegarde anno in lucem venerat, ut jam statuimus. Quare Carolus Rex, qui anno septingentesimo octogesimo, cum iterum Romam profectus est, in Galliis reliquit Carolum primogenitum, & Pippinum ex Himiltrude concubina susceptum, anno septingentesimo septuagesimo tertio, quo Papiam obsidione cinxit, *dirigens continuo in Franciam ibidem apud se Papiam adduci fecit suam conjugem excellentissimam Hildegardem Reginam, &* NOBILISSIMOS FILIOS, inquit Anastasius in Vita Hadriani Papæ, ubi sine dubio loquitur de Pippino ex Himiltrude, & Ca-

spopondisti cum condignis oblationibus, ne æterna morte involvaris. His dictis, signans eum signo sanctæ Crucis disparuit, & claritas evanuit. Hæc facta fuerunt, finito bello. Victores vero cum viderent illam claritatem super corpora occisorum, quidam ex eis Deum timentes, accurrunt ad eumdem locum, in quo illam perspexerant claritatem, suspicantes ibidem quemdam sanctum virum occisum, vel agonizantem, cujus merita Deus per illam claritatem ipsis declararet.

III. *Bruno autem inter occisorum cadavera similis mortuo, fere exanguis aliquo tempore jacens, meritis S. Suiberti parum se erigens, cum vidisset viros hostilis exercitus, arbitrans eos amicos, qui ipsum liberarent, & curam sui agerent, cœpit flebili voce, prout potuit implorare auxilium ab eis, ut sui misererentur. Milites vero videntes, ipsum tam horribilibus vulneribus gravatum, & præcipue grandi hasta confixum, vivere adhuc potuisse, mirabantur valde: Qui postquam eis inter multa enarrasset, qualiter ibidem in tam horrido instantis mortis periculo sanctum invocasset Suibertum gloriosum Episcopum, quem omni die speciali oratione devote honorare consuevisset, & ab eo ipsi apparente servatus esset, addidit quod coactus per suum Satrapam, eidem bello interfuerit, quia urgente, & stimulante conscientia contra Christianos bellare sibi grave fuisset.*

IV. *Victores ergo hoc audientes, memores claritatis ab eis visæ, pietate moti, liberaverunt ipsum: arma sanguine madidis exuunt, adhibentes ei diligentem curam, ut convalesceret: ponebant ipsum insuper in quodam excelso loco, postquam ligaverunt vulnera ejus, ita vulneratum ad honorem S. Suiberti Episcopi, quem multi in exercitu Francorum honorabant, ut omnes animadverterent, eum temporariam mortem non evasurum, nisi meritis S. Suiberti id fieret. Serenissimus vero Rex Carolus Magnus, tunc in Saxonia apud locum dictum Stoninge positus, hæc audiens, & ut Pippinus Rex genitor suus in maximum honorem S. Suibertum habuerat propter victoriam, meritis ipsius contra Saxones prope Werdam habitam, admirans præcepit, præfatum Brunonem, quam cito posset, migrare de loco ad locum, & sibi adduci, & præsentari. Quò cum ei præsentatus esset, & cuncta vulnera vidisset, audissetque ab eo, qualiter S. Suibertus patronus suus sibi apparens, consolatus eum fuisset: laxavit ipsum a captivitate, restituens ipsum pristi-* — Carolus Magnus studiosus ergo S. Suibertum.

PAGIUS IV. *Anni Natales Caroli, Pippini & Bertæ in controversia positi.* — Carolo ex Hildegarde Carolo Regi natis.

Respondet tamen Cointius anno DCCLXXIII. num. XVIII. Anastasium iter in Longobardiam eo anno ab Hildegarde susceptum perperam confundere cum altero in Italiam *Hildegardis* profectione, de quo anno septingentesimo octogesimo egimus. Verum id gratis asseritur; anno enim DCCLXXX. ut ibidem vidimus *Carolomannum* postea Pippinum appellatum, & Ludovicum filios secum Romam duxit Carolus, & Wormatiæ Carolum primogenitum & Pippinum ex Himiltrude genitum reliquit, ut ibidem ostensum; nec enim ex tot Annalistis, qui res gestas a Carolo Rege memorarunt, ullus est qui referat eum Legatos ex Italia in Franciam direxisse, qui eosdem Carolum & Pippinum Wormatiæ relictos Romam deducerent. Ad hæc Caroli Regis in Italia mansio, an. DCCLXXXI. haud diuturna fuit, ut ex iis, quæ eo anno in medium attulimus, liquet. Cum itaque eo Christi anno *Hadrianus* Carolomanni, cui in baptismo *Pippini* nomen indidit, patrinus fuerit, apparet filium Carolo Regi an. DCCLXXVI. natum, quem tunc Hadrianus de sacro fonte levare postulavit, alium non esse quam *Carolomannum* seu, *Pippinum*, & quod tunc Hadrianus optaverat, anno DCCLXXXI. adimpletum fuisse. Annos natales aliorum Caroli Regis liberorum suis locis memoravimus, neque ab annis, quo hi postremi in lucem venere, aliquæ difficultates pendent, uti ab annis natalibus eorum, de quibus hic agimus.

V. *B. Hildegardis Reginæ miraculis clara.* — *Hildegardis* Regina, quæ hoc anno sepulta fuit *juxta Urbem Metensem in Basilica Apostolorum & Beati Arnulfi*, anno incerto cum Ludovico Pio filio translata fuit in Monasterium Campidonense, *Kampten* vulgo dictum, situmque in Imperiali Oppido *Campidona* vocato, in confinio Bavariæ & Sueciæ, ubi ad Beatæ Hildegardæ invocationem complurima miracula patrata sunt, ut videre est in ejus Vita a Monacho Campidonensi sæculo XV. collecta, & a Papebrocio ad diem XXX. mensis Aprilis Commentario prævio explicata. Bruschius in Chronologia Monasteriorum Germaniæ pag. 89. refert, *Campidonense* Monasterium ab Hildegarde Regina anno DCCLXXVII. fundatum fuisse, ibique in ejus memoriam singulis septimanis bis diebus videlicet Lunæ & Veneris, ducentos homines pauperes distributis panibus cibari ac refocillari solitos esse. Ea quidem Vita pluribus anachronismis fœdata, sed miracula quæ ibidem referuntur a testibus fide dignis narrata. Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæs. pag. 295. refert, in ea asservari insignem Codicem MS. cura & studio Caroli Magni literis aureis exaratum, illuc adductum ex Archiepiscopali Ecclesia Bremensi ubi per integra octo sæcula & amplius, ante defectionem ejus Urbis & Archiepiscopatus a Catholica fide ad Lutheranismum & Calvinianismum, quotannis populo cum aliis Sanctis Reliquiis debita veneratione ostendebatur. Præterea extare antiquissimas membranas, quæ continent designationem omnium Reliquiarum in ea Ecclesia asservatarum, in iisque legi *Sanctum Carolum* magnum Imperatorem, comperta Sanctitate Beati *Villehadi*, Ecclesiam Bremensem Regia munificentia fundasse, ac eidem inter alia Regiæ suæ Majestatis exenia insignia dedisse *Psalterium, dono ipsius conjugis, literis aureis bene & subtiliter conscriptum*, ut in iis membranis habetur. Lambecius tamen dicit hanc traditionem falsam esse quod ipsemet Carolus Versus composuerit instar Epistolæ dedicatoriæ, qui primo ejusdem Codicis folio literis itidem aureis scri-

stinæ libertati, ad honorem S. Suiberti. Et deinceps idem Rex Carolus Magnus semper in honore habuit Sanctum Suibertum, omnibus diebus vitæ suæ, & subjugatis Saxonibus, & Angariis cum Vuestphalibus, in gratiarum actionem, statim fratres conventus sancti Suiberti, in diversis tutis locis dispersos revocavit, Ecclesiam sancti Suiberti diversis pretiosis ornamentis decoravit, ablata restituens, & recuperans, multa dona, & prædia ex regali Fisco hilariter adjecit devotis fratribus conventus S. Suiberti. Bruno tamden conclusit, & ut vovit, ipsum peregre devote in Vuerdam cum condignis oblationibus visitavit, & ibidem Deo, & S. Suiberto, quamdiu vixit, servivit. Qua miraculo cognita, multi Saxones, & Vuestphali devote ipsum in specialem patronum eligentes, humiliter coluerunt, & honoraverunt. Hucusque Ludgerus. Porro ista hoc anno cœpta, in sequentem sunt propagata. Etenim Annales Francorum pervetusti istiusmodi bellum a Carolo juniore, anno sequenti, confectum tradunt.

V. *Silonis Regis Gallæciæ obitus.* Hoc item anno Silo Rex Gallæciæ in Hispania ex hac vita migravit, anno nimirum octavo sui Regni, sepultusque est in Ecclesia sancti Joannis Evangelistæ, quam ipse construxit, jamque solus regnare cœpit Alfonsus, sive Adelfonsus cognomento Castus, quem vivens in collegam assumpserat. Huic primum pugnandum fuit civili bello adversus Maurogatum ejus patruum, qui potens, Maurorum auxilio eum e Regno expulit. Conciliaverat enim ipse illos fœdo tributo pacto, pendendi illis per annos singulos centum virgines quinquaginta ex nobilibus & ex plebe totidem.

Adosindæ Reginæ laudata prudentia. Adosinda Regina viro Silone Rege viduata, non amplius secunda vota expetiit, sed remittens nuntium sæculo, monasticam vitam professa est. Sed quid accidit? Insusurravit serpens in aures ejus, ut olim in totius humani generis cladem tentavit Evam; sed eo periculosius aggressus est certamen diabolus adversus eam, quod usus est ad ruinam viro, qui minister salutis a Deo fuerat constitu-

tus

PAGIUS scripti sunt, quibus Psalterium illud Hadriano Papæ offert. Addit Lambecius ex illis Versibus patere *Hadrianum* eundem illum Codicem Psalterii, quem a Carolo Magno acceperat, donasse *Sancto Villebado*, ut is in novo Episcopatu suo frueretur usu sacri istius muneris. Verum nihil affert Vir doctissimus quod probet *Villebadum* ab Hadriano dono illo affectum fuisse. Nec verosimile videtur, Pontificem munus a tanto Rege sibi transmissum, in aliquem postea ejus subditum contulisse. Existimo itaque Hadrianum Psalterium illud Hildegardi Reginæ, quando Romæ fuit abtulisse, post cujus mortem Carolus, in sui ac suæ conjugis memoriam inter cætera cimelia Ecclesiæ Bremensi anno DCCLXXXVI. donavit. Certe ipsemet Lambecius pag. 496. refert Testimonium ex antiquissimis membran. ejusdem Ecclesiæ idiomate Saxonico antiquo scriptis, quod ipsemet ita Latine vertit: *In Sancta hac Bremensi Ecclesia adservatur etiam ipsius conjugis Psalterium aureis literis conscriptum*. Quare ea traditio non videtur in dubium revocanda.

VI. *Carolus summe coluit Hadrianum PP.* Ut autem magis pateat, quanta veneratione *Hadrianum* Papam prosecutus sit Carolus, eumque artem Poeticam calluisse, hic repræsento eosdem Versus secundum Orthographiam nostri ævi, quos cum antiqua inter pungendi ratione Lambecius pag. 461. etiam exhibet:

Hadriano summo Papa Patrique beato
Rex Carolus salve mando valeque Pater.
Præsul Apostolicæ munus hoc sume Cathedræ.
Vile foris visu, stemma sed intus habens.
Organa Davidico gestat modulantia plectro,
Continet & Lyricos suavi sonosque melos.
Hæc tua, Christe, chelis miracula concinit almum,
Qui clavem David, sceptra domumque tenet.
Mystica septeno fuerant hæc clausa sigillo
Carmina, ni Christus panderet ipse Deus.
Hoc vobis ideo munus pie dedo Sacerdos,
Filius, ut mentem Patris adire queam;
Ac memorere mei precibus sanctisque piisque,
Hoc donum exiguum sæpe tenenda manu.
Et quamquam modico niteat splendore Libellus,
Davidis placeat ipsa Camœna tibi.
Rivulus iste meus irrigatur flumine vestro,
Floriferumque nemus flosculo nostra petant.
Incolumis vigens Rector per tempora longa,
Ecclesiamque Dei dogmatis arte regat.

VII. *Victoria Caroli Jun. de Saxonibus.* Victoria Caroli Junioris de *Saxonibus* hoc anno recitata a Baronio ex Epistola de Canonizatione Sancti *Suiberti*, ad annum sequentem pertinet de qua ideo ibi commodius agetur. Non opus est hic iterare quod sæpius inculcavimus, Epistolam illam supposititiam esse, fabulisque ac falsis narrationibus refertam; cum de ejus suppositione nunc fere inter omnes constet.

VIII. *Moritur Silo Legionis & Asturiarum Rex.* Ad num. V. & seqq. *Silo*, postquam annis octo in Legione & Asturiis nomine *Adosindæ* uxoris Alphonsi Catholici filiæ regnasset, mortuus est hoc anno, & *Alphonsus Castus* Froilæ Regis filius communi omnium Magnatum suffragio Regnum suscepit, ut habet Vasæus in Chronico ex Luca Tudensi. Unus *Maurogatus* Alphonsi patruus, fratrum exemplo, qui deinceps regnarant, questus est, eum sibi præferri, & ad Mauros ac Abderamen eorum Regem confugit. Comparatis Saracenorum auxiliis *Alphonsum Castum* in Cantabriæ partem se se recipere compulit, regnavitque annis quinque & mensibus sex, solvens ignominiosum, quod antea promiserat Saracenis, tributum annuum quinquaginta nobilium Virginum & totidem plebeiarum.

IX. *Initium hæresis Felicianæ.* Ad calamitates Christianorum Hispanorum accessit *hæresis Feliciana*, de qua pluribus Baronius. *Elipandus* Ecclesiæ Toletanæ Archiepiscopus Felicem Urgelitanæ Sedis Episcopum, Præceptorem quondam suum consuluit, quo pacto Christum Dei filium agnosceret, naturalem, an adoptivum? *Felix* libris suis professus est, Christum secundum naturam assumtam non naturalem, sed nuncupativam, adoptivam-

que

Google

tus, nempe Archiepiscopo, eodemque Hispaniarum Primare Elipando Toletano, Nestorianæ instaurandæ hæresis auctore: Hanc igitur cum ad errorem, suamque pravam sententiam conaretur pellicere Elipandus: præstitit ipsa, quod est prudentissimæ feminæ, specimen edens mulieris fortis, quæ non circumduceretur omni vento doctrinæ; sed quæ non haberet, quem domi interrogaret, ex monitu Pauli, virum suum, rem detulit ad Episcopos, & sacerdotes, sciens ab eodem Apostolo (a) impositum esse jure silentium feminis, ut taceant in Ecclesia. Inter alios autem, quos consuluit Adosinda femina maxime pia, fuit presbyter quidam, quem sciret valde sanctum, atque doctissimum, nomine, reque Beatum, necnon ejus familiarem Etherium Uxamensem Episcopum.

(a) 1. Cor. 14.

VI. Error Elipandi Episcop. Toletani cognitus.

Error erat Elipandi perditissimi hominis non tolerandus, quem sacrosancta Ephesina Catholica Synodus in Nestorio condemnarat. Iste siquidem asserens Christum Dei Filium, quod ad humanitatem spectat, dicendum esse adoptivum, & non proprium, ac naturalem, in necessariam consequentiam deducebat, ut duas constitueret in Christo personas, atque assereret duos filios naturalem alterum, atque alterum adoptivum, sicque horrendum dictu, damnata olim in Oriente Nestorii hæresis, nunc opera miseri Elipandi reviviscerer in Hispania. Addebantur hæc ad cumulum omnium calamitatum, quas infelix Hispania, sub jugo gemens Sarracenorum, & bello civili exagitata his temporibus perditissimis, pati etiam a sacerdotibus cogebatur; cum Primate Antistite totius provinciæ e cardine Catholicæ Fidei diaboli arte convulso, in discrimen omnes fideles inducerentur, ut sequentes pastorem primarium, omnes simul cum eo in Nestorii hæresim præcipites agerentur; jam jamque omnes idem sentirent de Christo quod Mehumetanica doceret impietas.

VII. Etherius Episc. & Beatus presbyt. contra Hæresim insurgunt.

At Deus omnipotens, in tanto periculo positos, fideles suos non dereliquit: excitavit siquidem, qui resisterent, eosdem, quos diximus sanctos, doctosque viros, Beatum, qui præstabat scientia, & Etherium, qui anteibat (quod esset Episcopus) dignitate. Jure dixisses hos duos fulmina belli, si vidisses quanta animositate tantæ potentiæ restiterunt, primumque illud efficientes (quod maximi erat momenti) ut detegeretur error, & hæresis, quæ velamine pietatis, & decora prodibat nomina veritatis, & quam turpis esset, atque nefanda, & execrabilis pariter omnibus innotesceret; sicque egerint, ut si eam penitus extinguere, tanta contradicente auctoritate, non da-

re-

PAGIUS

que filium esse. Responso accepto *Elipandus* (qui ea doctrina nova imbutus fuisse videtur) hoc pestiferum dogma tam per Asturias, quam per Galliciam disseminavit: Felix vero per Septimaniam, ut de Felice testatur Jonas Aurelianensis Episcopus initio libri primi de *Cultu Imaginum*. Inter eos, quos *Elipandus* ad partes suas pertraxit, fuere *Ascarius* Bracarensis Episcopus, & *Fidelis* Abbas, cui primo sectæ suæ arcana revelavit, scripta ad eum Epistola mense Octobri Era DCCCXXIII. seu anno Christi DCCLXXXV. ut docet *Beatus* Abbas initio libri primi adversus Elipandum, non vero currenti anno, ut habet, Baronius num. VIII. *Beatus* enim citatus scribit, datam fuisse mense Octobri in Era DCCCXXIII. Accessere etiam ad eam sectam Cordubenses nonnulli, ut liquet ex Elipando in Epistola ad Felicem nuper conversum, & Alcuino. Isti asserebant, Christum qua parte homo est, filium Dei esse adoptione, non natura. Unde licet unam personam in Christo confiterentur, per consequentiam tamen quamdam recidebant in *Nestorii* hæresim. Natura enim & adoptione unius patris filius unus esse non potest, nisi gemina persona admittatur: quod erat Nestorii delirium. Hanc hæresim Elipandus & Felix hauserunt ex male intellectis Missæ S. Isidori orationibus. Hoc ubi rescivit Hadrianus Papa ad universos Hispaniarum Episcopos Epistolam scripsit, quæ est XCVII. Cod. Carol. eosque monuit, ut *Migentii* cujusdam, ejusque discipuli *Ægila* Episcopi Illiberitani errores caverent. Hujus Epistolæ meminit Baronius anno DCCXCV. num. XI. qui hoc argumentum in Codice Carolino præfigitur: *exemplar Epistola Hadriani Papa directa omnibus Episcopis per universam Spaniam commorantibus, maxime tamen Eliphando vel Ascarico seu eorum consentaneis, pro hæresi vel blasphemia, quod filium Dei adoptivum nominant, cum multis capitulis Sanctorum Patrum eos reprehendens. Necnon & de Paschali festivitate, seu & de sanguine pecudum, & suillo, & sanguine suffocato, quem in errore prædicantes dicunt. Ut qui ea non ederit, rudis & ineruditus est, quos sub anathematis vinculo obligatos, & ab Ecclesia extraneos dicit. Similiter & de prædestinatione Dei, quod si quis ad bonum prædestinatum esset, contra malum resistere, necesse illi non erat; si vero ad malum notus* (legendum, natus) *bonum illi exercere nihil proderit. Pro quo capitulo Apostolicis adhortationibus eos castigans, necnon & de hoc quia communem vitam cum Judæis, & non baptizatis paganis, tam in escis, quam in potu, seu & in diversis erroribus* (videtur deesse, *agunt* vel *ducunt*) *nihil pollui se inquiunt, nec non & de filiabus eorum, quas populo gentili tradunt, vel de sacrationibus eorum, seu & de mulieribus, quæ vivente viro sibi maritum sortiuntur, simulque & de Libertate Arbitrii, vel aliis multis, quæ enumerare longum est, eos castigans cum Sanctorum Patrum Traditionibus*.

X. *Elipandus hæresim suam disseminare non desistit.*

Convocato Episcoporum provincialium Cœtu, *Elipandus* Migetianos circa diem Paschatis aberrantes, ut ipse in Epistola ad Fidelem Abbatem gloriatur, incunctanter repressit: proprium tamen errorem, quem a *Felice* acceperat, publicare non destitit. Glisceriti hæresi oc-

cur-

retur, saltem ne alterius incognita in ruinam totius Ecclesiæ grassaretur, obstiterint, donec conventu publico congregato, majore auctoritate accedente Romani Pontificis (quod postea factum est) telis omnium Orthodoxorum confossum monstrum penitus interiret. Non latuerunt Elipandum Beati, atque Etherii pro Fide Catholica defendenda conatus, & ad impugnandos a se promulgatos errores studia comparata. Quamobrem qui se a presbytero ano impugnari, & ab Episcopo minoris diœcesis urgeri persensit: indignatione haud levi commotus, quæ enim terrena, animalis, & diabolica sapientia (a) zelum amarum parit, & contentiones: adversus eos exerit stylum, scribens epistolam ad Fidelem quemdam Abbatem in Asturia degentem. Extat ipsa quidem, dataque habetur Toleti hoc ipso anno Redemptoris septingentesimo octogesimotertio, mense Octobris, quam si nacti essemus, utique hic, ex more, descripsissemus, sed dumtaxat legimus ejusdem epistolæ argumentum, quod sic se habet.

(a) Jac. 3.

VIII. De Elipandi epistola ad Fidelem.

Ipso ejus exordio magnopere queritur de Beato atque Etherio, rixas (ut dicebat ipse) miscentibus, quodque cum ipse sit Archiepiscopus Toletanus, ad ipsum caput non referrent, quæ de Fide ortæ sunt quæstiones, ipsum non consulerent, & expeterent ab ipso responsa, cum iidem essent homines origine viles, ipse autem primarius ab omnibus coleretur Hispaniarum Antistes, ac proinde ipsos ista conantes, superbiæ, & arrogantiæ nomine condemnandos. Contra vero laudat humilitatem cujusdam Episcopi, Ascarici nomine, qui audiens, quæ ipsi Etherius, Beatusque docerent, quid de quæstione illa sentiendum esset: statim ipsum Archiepiscopum Toletanum consuluisset. Subiicit, his, quod sicut una cum aliis Episcopis haud pridem correxisset errores illorum, qui in die Paschatis computatione tunc errassent: ita fore, ut tolleret ab Asturiis hæresim Beatianam (ita sententiam Catholicam Beati presbyteri nominans) excusans enim aliqua ex parte eumdem Etherium Episcopum, omnem reiicit culpam in ipsum Beatum presbyterum, qui tamquam au-

PAGIUS

currerunt imprimis *Beatus* Abbas Hispanus & *Ætherius* Episcopus Uxamensis ejus discipulus, quibus præter *Sanctum Paulinum* Aquilejensem Patriarcham accessit Alcuinus, de utroque ita scribens in libro primo adversus Felicem: *Quod quemdam Beatum Abbatem & discipulum ejus Ætherium dicitis huic vestræ sectæ primum contraire, laudamus eos in eo quod veritatem defendere conati sunt. Sed si verum est quod dixistis, eos duas naturas Christi in unum confundere, sicut vinum & aquam, hoc nullatenus consentimus.* Falsa erat hæc criminatio, ab adversariis ex ipsorum sententia perperam deducta; quasi inde consequeretur, si Christus censeretur filius Dei naturalis, quia homo est, ut natura humana cum Divina confundi deberet. Ubi *Felicis* Epistola in Alcuini manus pervenit, auctorem ab errore, amica admonitione retrahere conatus est: cui *Felix* literas remisit amarulentis aculeatisque verbis plenas. Quid Felici *Alcuinus* responderit, suo loco dicetur.

XI. Laudatur Sanctus Beatus.

Mabillonius in Appendice Sæculi IV. Benedictini refert Vitam *Sancti Beati* a Scriptore Hispano, recentioris, ut videtur, ætatis, scriptam, & in Observationibus præviis ostendit, eum fuisse Monachum, & quidem Benedictinum, & insignem fuisse ejus eruditionem pro funesta illa Maurorum tempestate. Extant ejus libri duo adversus *Elipandum*, ejus & Ætherii discipuli nomine scripti, sed Commentarius ejus in Apocalypsim, quem se vidisse Morales testantur, hactenus ineditus. Eum colunt Hispani, præcipue Asturicenses, eumque vulgo S. *Bieto* appellant: *Sedato*, inquit Auctor ejus Vitæ, *Feliciana pravitatis jurgio, Sanctus Vir Beatus Adosinda Regis Silonis uxore, qua propter Mauregati tyrannidem sacram erat vestem induta, continuus pro animæ suæ remedio extitit pedagogus; donec apud Vallem Cavam* (Hispanis *Valcabado*, haud procul a Saldana, Oppido Diœcesis Legionensis) *secederet, orationibus, & jejuniis & Sacræ Scripturæ studiis insi-stens super Apocalypsis mysteria Librum miro ordine scriptitavit. Demum miraculis celebris, Domino, cui servierat, Spiritum placida dormitatione commendavit XI. Kal. Martii anno Domini DCCXCVIII.*

XII. Ex hæresis citius non cœpit.

Cæterum ante præsentem annum Felicianam hæresim auditam non esse indicat Epistola XCV. Cod. Carol. Ægilæ Episcopo inscripta, de qua anno superiori egimus. In ea enim *Hadrianus* Papa *Ægilam* hortatur, ut Orthodoxam fidem teneat, & jejunium sexta feria, Sabbatoque celebret. Hanc Epistolam præcedenti anno datam esse, Cointius ibidem num. XXI. ex eo probat, quod Carolus Rex Hadriani *compater* in ea appelletur, mentioque fiat Petri Ticinensis Episcopi qui currenti anno mortuus est; ideoque inter annum DCCLXXXI. quo *Carolus* Hadriani compater factus, ac præsentem, quo Petrus mortuus, literæ illæ datæ. Præterea in Epistola XCVI. Cod. Carol. Ægilæ scripta *Hadrianus* multos carpit errores in Hispaniæ partibus ortos, nulla hæreseos Felicianæ mentione facta; ut anno superiori vidimus; quod silentium eam tardius audiri cœptam indicat. Ex quibus consequens est, Epistolam XCVII. Cod. Carol. in qua ea hæresis reiicitur, ad præsentem annum pertinere.

XIII. Var. ac ad Carolum Literas scribit Hadrianus.

Extant & in eodem Codice Carolino aliquæ aliæ Epistolæ, in quibus Hadrianus *Carolum* nulla Hildegardis Reginæ mentione facta, *compatrem* vocat, quæ hoc anno datæ videntur, postquam Hildegardis obitum Hadrianus jam rescivit, nec adhuc quidquam audivit de *Fastrada* conjugio. Epistola LXVIII. testatur Pontifex *Itherium & Maginarium* Regios Oratores, quorum alterum Abbatem, alterum Capellanum dicit, in Franciam reversos esse; cum strenue prius allaborassent, ut integrum *Sabinense territorium* Apostolicæ Sedi restitueretur, prout in mandatis habebant. Addit directum quoque in Franciam a se Stephanum Sacellarium, cum quo alterum e prædictis Ithe-

Digitized by Google

ctor erroris, illo imbuisset Etherium. Demum vero monet eumdem, ad quem scribit, Fidelem Abbatem, ut ipsum Beatum presbyterum accersat, admoneat, reprehendat, & si possibile sit, corrigat, atque ad sentiendum una secum perducat.

IX. Cum autem eas litteras accepisset Fidelis Abbas, neglexit accersire Beatum, vel Etherium, neque curavit ipsas ad eos mittere, sed casu inveniens eos, illis easdem ostendit, die vigesimasexta Novembris ejusdem anni. Qui his acceptis litteris, cognitisque iis, quæ ab Elipando scripta fuissent, intelligentes, ipsum eidem errori firmiter inhærescere, nec pati Catholicam doctrinam adversus ejus sententiam fidelibus prædicari: haud amplius differendum existimantes, amplo satis scripto volumine adversus hæresim illam, duobus libris distincto, ipsum urgere magis, magisque exagitare cœperunt. Extant hactenus ejusmodi sanctorum virorum aureæ lucubrationes, servatæ in Archivio Ecclesiæ Toletanæ, ut fidem facit, qui eos charactere Gothico exaratos legit Ambrosius Morales regius Historicus de antiquitatibus Ecclesiasticis, ejus provinciæ optime meritus; qui & testatur, eos, ut veritatis defensores, divina imbutos sapientia (quæ primum (a) pudica, deinde pacifica, & modesta est), egisse cum eo humilitate plurima, ipsum ut Archiepiscopum, etsi hæreticum, nondum tamen damnatum, honore debito, ac reverentia prosequentes, errorem tantum argumentorum peracutis cuspidibus proscindentes: qui enim inscriptus in liminari pagina titulus legitur, id in primis ostendit, qui sic se habet:

De Scriptis Libris adversus Elipandum Archiepisc. Toletan.

(a) Jac. 3.

X. *Eminentissimo nobis, & Deo amabili Elipando Toletanæ Sedis Archiepisc. Etherius, & Beatus in Domino salutem.*

At quod dolendum est, nequaquam his ille monitus correxit errorem, sed certum est in eo perseverasse: post enim decem annos, ea de causa adversum eum atque Felicem Urgelitanum contigit Concilium celebrari, de quo suo loco dicendum. De Beato autem idem, qui supra tradit auctor, ipsum, ut vere beatum, in Hispania coli sanctum ejusque sacras reliquias in honore servari. Hujus, & testatur extare commentarium egregium in Apocalypsim, ad ipsius socium in certamine sanctum Etherium inscriptum. Eluxerunt ambo hi in tot errorum tenebris faces, divinitus accensæ. Sed de his satis.

Sep-

PAGIUS. rio ac Maginario Romam denuo mitti postulat. Epistola LXXX. Saxones, de quibus in Paganismum relapsis quid agendum esset iidem Oratores Itherius & Maginarius interrogabant, respondet Hadrianus: *Hoc Prædecessorum nostrorum Sanctorum Pontificum dudum decretum est, quod qui resipiscentes & rursus suas cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt, ut iterum pœnitentia satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine quam cordis compunctione pensanda sunt.* Epistola LXXV. Carolum hortatur, ut in ea, quam pollicitus est, fide ac dilectione erga Principem Apostolorum permaneat, eaque tradi Romanæ Sedi, quæ vel ab ipso vel ab ejus patre Pippino fuerunt olim oblata, & a facie sua proiiciat Eleutherium & Gregorium, qui Ravennæ inopes atque pusillos oppressere & nefandas neces perpetravere. Harum Epistolarum meminit Baronius anno DCCXCV. num. III. & seqq.

XIV. Moritur Eneco Garsianis primus Navarræ Rex. Hoc vel superiori anno e vivis excessit Eneco Garsianis, dictus etiam Inigo Garceis Aristha, primus Navarrorum Rex, qui annos viginti quinque regnavit. *Postea*, inquit Auctor Regulæ Legerensis, *regnavit pro eo filius ejus Eximinus Eneconis. Uxor cujus fuit Munima.* Moretus in Annalibus Navarricis post Inigonem Aristham ante Eximinum Eneconis duos alios Reges, *Fortunium* nempe & *Sanctium* posuit; sed hac in re Vir de Historia Navarrica bene meritus valde peccavit. Innititur Diplomate Regis D. Caroli Nobilis, quo anno MCCCCXII. confirmantur Privilegia incolarum Roncalensis vallis. Autographa autem Privilegiorum, & eorum authentica exemplaria ad nos non pervenere, & tamen Moretus contendit quod in præfato Diplomate legitur extractum fuisse a Cancellario ex iis quæ in Privilegiis illis legerat. Verum falsæ quæ in eo narrantur genealogiæ, quam parum in Historia Navarrica Cancellarius ille versatus fuerit, ostendunt; qua in re excusationem habet; cum eo tempore, sicut & posterioribus, Regum Pampelonensium seriem & originem Viri doctissimi ignorarint. Certum autem est *Fortunium* a Roncalensibus in prælio Olohasti habito adjutum, esse *Fortunium Monachum*, qui anno octingentesimo nonagesimo regnabat, & Sanctium in prælio Ochareno victorem, fuisse Fortunii fratrem, ac filium Garsiæ hujus nominis Primi, qui inde dictus Sanctius Garsianis, idest filius Garsiæ, non vero Fortunii filius, ut Cancellarius Navarreus pessime interpretatus est. Alterum Moreti fundamentum anno DCCCXLIX. vanum esse ostendemus, & suis locis de Fortunio & Sanctio agemus.

I. *Pauli episcopi Const. obitus.* SEptingentesimus octogesimus quartus annus agitur, septima Indictione signatus, quo moritur Paulus Patriarcha Constantinopolitanus Kalendis Septembris, qui licet foris habitus sit hæreticus Iconoclasta, tamen intus bene conscius veritatis, abdicans se in monasterium, ad pœnitentiam secessit, ubi Fidem Catholicam professus, reddidit Deo spiritum. Cujus confessio magnum attulit ad profligandam hæresim adjumentum, utpote hominis, qui omnium sapientissimus sine controversia ab omnibus habe[a]retur. Hæc autem quomodo se habuerint, ex Theophane ita accipe:

Primo die Kalendarum Septembrium, ejusdem septima Indictione Paulus almifsius Patriarcha sanctissimus infirmatus, thronum reliquit, & descendens ad monasterium Flori, monasticum suscepit habitum, Imperatrice ignorante. Cum autem Imperatrix hoc didicisset, venit cum filio tristis, & clamans: Cur (inquit) hoc

Confessio Pauli in obitu. *fecisti? At ille cum lamentis ait ad eam: Utinam ne umquam in sacerdotii throno sedissem, Ecclesia Dei tyrannidem patiente, præsertim cum scissa sit a reliquis universalibus sedibus, & anathematizata. Quæ demum adscitos Patritios, & Senatus primores misit ad eum audire, quæ ab ipso dicebantur. Qui dixit ad illos: Nisi Synodus universalis fiat, & error, qui est in medio vestri, corrigatur, salutem non habebitis. At illi dixerunt: Quare subscripsisti, cum consecrareris Iconoclastia? At ille: Idcirco lamentis afficior, & cucurri ad pœnitentiam, deprecaturus Deum, ne me sicut sacerdotem judicet, & cruciet, qui tacuerim usque nunc, & præ timore favoris vestri non prædicaverim veritatem. Et in his dormivit in pace, derelicto lamento multo tam piis, quam impiis, & religiosis viris Reipublicæ. Colendus enim vir erat, & supra mensuram misericors, & omni reverentia dignus, multamque fidem habebat tam Respublica, quam Imperium erga illum. Ex tunc ergo cœpit dici, & disputari de sanctis imaginibus.* Hæc Theophanes. Eadem habet & Ignatius in Tarasii rebus præclare gestis.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

II. *Licentia disputandi adversus hæresim.* Hactenus enim imagines colentibus minime disputare palam licebat adversus hæreticos Iconoclastas, prohibentibus magistratibus: etenim tam palatinæ, quam castrensis militiæ primores, quin & ipse Senatus his erant irretiti laqueis impietatis. Ex hoc igitur tempore (quod ait Theophanes) cœpit absque periculo dici, ac disputari de sanctis imaginibus, tali aperta, ad disserendum de iis a Paulo, adhuc superstite, ultimo illo elogio via: quam postea licentiam firmarunt imperatoris litteris suis, quibus & Pauli egregium facinus sunt laudibus prosequuti, ita scribentes (a): *Damus quoque unicuique libertatem, ut sine omni formidine ea loquatur, quæ secum animo deliberaverint, quo veritas magis magisque elucescat, & intrepida voce audiantur, simulque etiam ut ex multis Ecclesiis dissidium auferatur, pacisque copulatio, & constantia in omnibus connectatur.* Istis præmissis, iidem Imperatores de Paulo mox ista subjiciunt, quæ aliqua ex parte in Theophane desiderantur.

(a) *Apud Nicæn. Syn 2. Act. 1.*

III. *Et simulatque Paulus sanctissimus Patriarcha, juxta divinam voluntatem carnem præsentem commutaturus erat, præsensque habitaculum derelicturus, & ad superiores sedes commigraturus, immo vero ad Dominum nostrum Christum, judicandus scilicet, Episcopatui renuntiavit, monachicam eligens vitam. Nobis vero interrogantibus illum, qua de causa hoc fecisset: Respondit quod si morte occupatus & præventus in Episcopatu hu-*

X 2 — *jus*

PAGIUS SÆC VIII. Anno Æræ Hispan. DCCCXXII. Anno Hegiræ CLXVIII, inchoatæ die 24. Julii fer. 7. A. C. 784. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6277.

☉ 9. D. C. ☽ 6. P. 12. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 784.

HADRIANI PAPÆ 13.

CONSTANTINI IMP. 9. & 5.

IRENES 5.

ANum. I. ad XVI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXVI. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato refert, *mensis Augusti die tricesimo primo, Indictione septima* Paulum Virum religiosum & Patriarcham Sanctissimum Ecclesiæ Constantinopolitanæ, *cum in morbum incidisset, monasticum habitum assumsisse, & non multo post ad Deum migrasse.* Quare cum anno DCCLXXX ad Thronum Constantinopolitanum evectus fuerit, sedit annos quinque utrimque incompletos, non vero annos quinque & menses octo ut habet Nicephorus in Chronico. Loco itaque *annos V.* legendum, *annos quatuor*. A sexto enim die Februarii anni DCCLXXX. quo ejus Decessor vivere desiit, ad mensem Septembrem præsentis Christi anni, elapsi sunt anni, quatuor, & menses octo, utrimque incompleti.

Moritur Paulus Episc. Constantinop.

II. *Ei succedit S. Tarasius.* Subdit Theophanes: *Mensis Decembris die quinto supra vicesimum & Indictione octava, religiosus pater noster Tarasius Constantinop. Patriarcha renunciatus: missisque confestim Synodicis suis literis & libello fidei sua secto, ab Hadriano Papa in Ecclesiæ communionem admis-*

sus

jus piæ, & regiæ civitatis fuisset, etiam, in novissimo die *extra omnem Ecclesiam Catholicam resurgere cogeretur: quod ipsum in tenebras exteriores, quæ diabolo & Angelis ejus paratæ sunt, adducit.*

Dolebat enim Synodum quamdam hic indictam, quæ subvertere contendebat imaginum picturas, quas sancta Ecclesia Catholica servat, atque amplectitur, & ad memoriam præfiguratorum suscipit. Idipsum (inquiebat) est, quod animum meum commovet, quod meam conscientiam, urget: quomodo judicium Dei effugere queam. At quæ causa est, quamobrem cum hujuscemodi viris commorari debeam, aut simul cum illis versari? Hæc vero, & alia plura Ducibus quoque nostris gloriosissimis loquutus est, vitamque finivit.

IV. Perculsi animi Imp. verbis Pauli morientis.

At quomodo, his auditis, ipsi Imperatores commoti sint, iidem ipsi professi suot verbis istis: *Hanc igitur responsionem nostra regia majestas animadvertens horrebat, præsertim cum & ab aliis antea audieramus hæreticam esse horum hominum cogitationem: animo nostro deliberavimus, quidnam hac in re utile esset, & facta opus, ut repræsentato noviter electo Patriarcha, finis contentionibus per illum imponeretur, &c.* Sicque factum est ex his, ut Pauli successor deligeretur Orthodoxus. Fuit iste Tarasius, qui laicus existens erat Imperatoribus a secretis. Defuncto enim Paulo, per quem Fides Catholica diu obruta publica testificatione in lucem emersit, in eo magnopere evigilavit studium Imperatorum, ut eidem non imparem subrogarent Episcopum; Quod autem haud facile inveniretur, qui simul Catholicæ Fidei zelo, & auctoritate præstaret, ardentique animo perarduum posset opus aggredi, ipsam Fidem Catholicam celebratione Oecumenici Concilii in locum pristinum vendicare, necessitas coegit in laicum hominem, ad hæc omnia exhibenda optime comparatum, post multum temporis in deliberando consumptum, converti animos Imperatorum, & vota Orthodoxorum civium conspirare, ipso uno dumtaxat Tarasio refragante, prout Theophanes, & Ignatius monachus, & alii ejusdem temporis Græci auctores rem gestam prosequuti, testantur, quorum

Tarasius Episc. Constantinop.

Theophanes his verbis, dignum memoria factum, enarrat ex Actis publicis, cum eorum populo ab Imperatoribus exhibitus Tarasius, fuit ab omnibus expetitus, licet ille refragatus, omnino consensum præstare negarit, quousque promissionem accepisset ab omnibus de celebrando Concilio Oecumenico, per quod hæresis damnaretur, & anathemate ipsa Constantinopolitana Ecclesia solveretur. Sed ipsa Acta publica audiamus.

Hoc quoque anno quinto scilicet Irenes & Constantini Imperatorum, collecto omni populo apud Magnauram, ipsa Irena dixit ad eos: Scitis, fratres, quid fecerit Paulus Patriarcha. Et si quidem vixisset, non hunc utique pateremur dimittere sacerdotii thronum, licet monasticum induerit habitum. Quia vero, sicut Deo placuit, de hac vita migravit, quæ possit pascere nos; provideamus hominem, qui Ecclesiam Dei didascalis possit servare sermonibus. Qui universaliter dixerunt: Non fore alium, nisi Tarasium a secretis. At illa: Et nos (inquit) ipsum elegimus, sed resultat, & dicit pro sua causa, non suscipit electionem Imperii, & totius plebis. V.

At ille nempe Tarasius respondit populo, dicens: Immaculatæ fidei nostræ Christianorum custodes, & eorum, qui in gloria Dei sunt æmulatores fideles Imperatores nostri, & in commodum nostrum curam facientes, & maxime nunc Ecclesiastica negocia diligenter considerantes, quo summus sacerdos in hac urbe Regia constitueretur, in suæ pietatis animum me assumere, & ut manifeste mihi diceretur, quod consiliati sunt, præceperunt. Cumque ad hoc me indignum esse, pronuntiarem, & nullum consensum afferrem, utpote qui jugum hujus sarcinæ portare, vel sufferre non possem: jusserunt, me adduci ante faciem vestram, pro eo quod hujus consilii unanimes, & comprobatores effecti sitis. Et nunc, o viri, qui Deum timetis, & semper hunc in cordibus habetis, quique Christi invocatione nominamini, viri Dei nostri, Christiani, audite brevissimum ab exiguitate mea, & humilitate sermonem.

Quibus ex causis Tarasius sit adeo refragatus.

Ego enim quicquid piis Imperatoribus nostris, & per omnia Orthodoxis respon- VI.

de-

PAGIUS *sus. Imperatrix etiam ad eumdem Papam misit, qui suo nomine ab eo peterent, ut datis literis homines, qui Concilio adessent &c. Alexandriæ quoque & Antiochiæ Præsules, Imperatrix & Patriarcha Nunciis suis advocavere; nondum enim pax cum Arabibus olim expiraverat. Et Antiochiæ quidem Joannem illum Magnum, virtute & doctrina celebrem, non levibus Sanctitatis indiciis fulgentem, Patriarchæ Antiocheni quondam Syncellum: & Thomam Alexandrinum, Virum religiosum & pietate insignem, qui prius in Illyrico magnæ Civitatis Thessalonicæ Archiepiscopus claruerat, ex illis locis adduxerunt.* Sancti Tarasii Vitam ab Henschenio ad diem XXV. mensis Februarii recitatam, scripsit Ignatius ejus discipulus, qui ei morienti adfuit, indicatque etiam alias Sedes Patriarchales *Tarasio* adhæsisse contra Iconoclastas. Verum Imperatrix cum Constantino filio non nisi anno sequenti ad Hadrianum Papam scripsit, & male Theophanis interpres in ejus textum inseruit hanc vocem, *confestim*; cum nulla in Græco ei respondeat,

Digitized by Google

derim, etiam in conspectu vestro orationis meæ apologia respondebo. Timore deprimor ad consentiendum huic electioni, & vereor a facie Dei currere taliter, & quoquomodo incircumspectus, ut cum terribili damnatione succumbam. Si enim divinus Paulus Apostolus, qui Dei vocem audivit, cælumque habuit erudiens se, & paradisi inspector effectus est, audivitque arcana verba, & portavit nomen Dei coram Gentibus, & Regibus, dixit:

(a) 1. Cor. 9.

(a) Ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar: Quomodo ergo ego, qui in mundo conversatus, & cum laicis connumeratus, in Imperii administrationibus militavi, sic absque judicatione, atque circumspectione possum insilire in sacerdotii magnitudinem? horrendum conamen ad exiguitatem meam, & temerarium studium.

Causa vero timoris mei hæc est: Aspicio enim, & video Ecclesiam, quæ supra petram, Christum Deum ædificata est & fundata, scissam nunc, & divisam, & nos aliu atque aliter loquentes, & aliter eos Christianos, qui in Oriente sunt nobiscum fidei, sed & his concordantes Occidentales, nos ab omnibus illis alienatos, & a se per singulos dies anathematizatos. Dira pœna est anathema, procul a Regno cælorum expellit, & a Deo emitti ducendum in tenebras exteriores. Nescit lex Ecclesiæ vel terminum hæresim, sive contentionem, sed sicut novit confiteri unum Baptisma, unam Fidem, ita concordiam unam in omni Ecclesiastico negocio. Nihil enim est in conspectu Dei tam acceptum atque placabile, quam ut unum simus, & una efficiatur Ecclesia Catholica, quemadmodum in sincera Fidei nostro symbola confitemur.

VII. Qua conditione Tarasius passus sit Episc. ordinari.

Expetimus nos fratres (ut reor) & vos, quoniam scio, timorem Dei vos habere, a piissimis Imperatoribus nostris, & Orthodoxis Synodum universalem colligi, ut efficiamur nos, qui unius Dei sumus, & unum. Et qui Trinitatis cultores existimus, unici, & unanimes collegæ: & qui capitis Christi sumus, efficiamur corpus unum compactum atque connexum: Et qui sancti Spiritus sumus, efficiamur non contra invicem, sed pro invicem: Et qui veritatis existimus, efficiamur sapientes, verum atque dicentes, & non sit in nobis certamen, neque dissensio, ut pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, muniat nos omnes. Et si quidem jusserint Orthodoxi & propugnatores Imperatores scilicet vestræ postulationi, & meæ annuere: consentio ego; sin autem impossibile est mihi, & hæc facere, ne subiiciar anathemati, & inveniar condemnatus in die Domini nostri & justi Judicis, ubi neque Imperator, neque sacerdos, neque Principes, neque hominum multitudo poterit eripere me. Et quicquid placuerit vobis, fratres, data apologia mea, immo vero assertione vestræ, & reddita petitioni meæ responsum. Et libenter audierunt omnes quæ dicta sunt, assensum præbentes, ut Synodus fieret.

VIII.

At vero Tarasius rursum disputans, ad populum ait: Leo Imperator subvertit imagines. Et quando facta est Synodus, subversas invenit. Et propterea quod Imperatoria manu subversæ sunt, iterum quæstionem habet idem capitulum: quomodo antiquam consuetudinem in Ecclesiis, traditam præsumpserunt, sicut eis libitum fuit, exterminare. Sed veritas Dei (ut Apostolice dicamus) non est alligata. Hucusque ex Actis publicis Theophanes. (b) Ex quibus plane illud exploratum haberet, nullo pacto adduci potuisse Tarasium se electioni consensum dare, nisi sicut Imperatorum, ita totius populi pollicitatione securus redditus esset de Synodo Oecumenica celebranda, per quam ipsa Constantinopolitana Ecclesia, abiecto procul errore, compagine Catholicæ communionis, Catholicæ Ecclesiæ, a qua tamdiu fuerat excommunicatione divisa conjungeretur. Scitum sane, prudensque consilium, ante suam ordinationem habere ordinationem ejus Ecclesiæ oppignoratam omnium sponsione. Quomodo autem ubi fuit certus redditus de Oecumenica Synodo celebranda, ordinari denique passus est, subiicit ista Theophanes:

(b) Habet eandem Apologiam Anastasius Bibliothecarius & in preambulis septima Synodi a se translata. De cogendo Concil. Oecumenico facta Professio.

IX.

Itaque octavo Kalendas Januarii ipsius octavæ Indictionis consecratus est almus pater noster Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus. Quod autem subiicit idem Theophanes, mox ut consecratus est Tarasius, misisse Catholicæ Fidei professionem ad Hadrianum Romanum Pontificem, agemus de ea anno sequenti opportuniori loco. Porro hæc eadem, quæ dicta sunt, ipsi publicis litteris Imperatores testati sunt Patribus ad Nicænum Concilium postea convocatis, quibus omnem a se adhibitum conatum pro constituendo Episcopo regiæ urbis Tarasio, iisdem compertum esse voluerunt, ne scandalum paterentur quod laicus electus esset: post enim enarrata, quæ contigerunt, cum Paulus se a throno sponte professus monasticum ordinem, abdicavit, hæc habent (c): *Consilium nostrum in medium proposuimus, ut repræsentato electo noviter Patriarcha, finis contentionum per illum imponeretur. Advocantes igitur viros negociorum Ecclesiasticorum haud imperitos, Christum vero verum Deum nostrum invocantes, & cum eis consilium capientes, quem ex omnibus dignissimum haberent, cui primas partes in hanc sacratissimam divinorum observantissimam & Regiæ civitatis nostræ*

(c) Conc. Nicæn. 2. Act. 1. in princ. Imo. Testificatio de electione Tarasii.

cathe-

cathedram deferremus: uno animo, concordique sententia Tarasium, qui nunc in sacrosancta dignitate nobis præsidet; dignus declaratus est.

X. *Hunc igitur ad nos vocantes, testimonium de illo, & suffragia data exposuimus. Verum is nulla ratione acquiescere his volens, reliquorum electioni assentiri respuit. Nobis vero perquirentibus qua tandem causa obedire nollet: principio quidem occasionem hanc attulit; majus esse summi sacerdotii cathedræ jugum, quam possit illius humeris sustineri. Nos autem considerantes, quod occasionem quæreret, nec auscultare nobis vellet: non destitimus virum sollicitare; omnibus viribus in eo perseveravimus, donec assensum nobis præberet, ut summi sacerdotii dignitatem assumeret. Contemplatus itaque nostram instantem, & urgentem sedulitatem, causam recusationis nobis denuntiavit: Quandoquidem, inquit, video, & considero supra petram Christam &c.* Quæ ex iisdem Actis sunt nuper allata, de petitione ab eo facta, de convocando Concilio Oecumenico. Quibus ista subiiciunt: *Huic igitur petitioni annuere tum visum est: meoque nutu jussi convenire.*

XI. Tarasius auctor abolendæ hæresis. Debetur igitur tantæ rei palma Tarasio, vel potius Hadriano Papæ, qui hoc exegit ab eo, ut ab Imperatoribus progenitam, propagatam, corroboratamque hæresim, apposita ad radices ejus, quas alte fixerat securi Apostolica, per Concilium omnino præcideret, etsi sacris canonibus atque Ecclesiasticæ disciplinæ in electione laici hominis inflictum est vulnus: quod modo honestum dixerim, & non deforme, salubre, & non lethale vulnus, per quod salus universo corpori fuit feliciter comparata, & pristina gloria in communicatione Catholica reparata. Cæterum etsi ex laico fuit Tarasius promotus ad sacerdotium, ex sacerdotalibus tamen moribus, dignis Episcopo, in Episcopatum assumptus est, cui ex cognita nobilitate fulgor accessit. Etenim (ut Ignatius auctor est) ex patricio ortus est genere, patre Georgio præfecturam urbanam magna gloria administrante, matre vero Eucratia dicta, æque pietate conspicua: ipse vero Tarasius auctus Consulari dignitate, & ob eruditionem insignem, morumque egregiam laudem, ad secreta curanda, adscitus fuerat ab Imperatore.

XII. Tarasii genus & vitæ institutio. *Cum vero idem*, inquit, *Ignatius per nova dignitates gradum laudem assecutus, totum se Deo dicasset per pietatem, & puram conscientiam, venit ad habitum spiritalis perfectionis, & mundi munera obiens, in mundano habita, se & a mundana removit ambitione, & spiritui adaptans animam, vas sacrum efficitur electione melioris etiam ante sacerdotium, & pastor pecudum rationis compotum, qui pascebatur adhuc, prænuntiabatur fore, ut susciperet universam omnium præfecturam; ut lucida lucerna jam accensa, igne virtutum mundum illustrans universum, & omnem hæreticam dispellens caliginem, & lucem procurans rectæ fidei.* Cæterum etsi Imperatores, atque sacer Senatus ejus electioni favebant, non tamen defuerunt, qui eidem e contrario adversarentur, illi nimirum qui propugnatores erant execrabilis hæresis. De quibus omnibus ista Ignatius:

Imperatoribus assentiebatur quicquid erat optimum, & præstantissimum in sacro Senatu divinus plane cætus, at qui omnino scirent, virum in omnibus præfulgere, & dignum, cui commendaretur dignitas pastoralis. Quicquid autem erat promiscuum, & circumforaneum, & lucernam redolebat hæreticam, patris sanctitatem, etiam ante sacram ab eo acceptam vestem, ut ad arguendum vehementissimam, & acutissimam suspectam habens securim, nolebat consentire communibus suffragiis, non volens ab antiqua sua resipiscere sententia, & malebat involvi cœno limi hæreseos, quam portari vivifico fluento puri, & imperturbati fontis doctrinæ Tarasii. Sed id vicit, quod justum erat, &c. Fuisse autem milites, qui adversati sunt Tarasio, inferius auctor aperte significat, eo quod essent hæresi addicti: nam ait: *Hoc caput rectæ fidei ægre ferebat turba militaris, ut cui non videretur, esse admittendas, & adorandas & venerandas imagines.* Porro ejus electionem, licet per homines, haud tamen ab hominibus, sed a Deo fuisse, signa Apostolatus, quæ postea in eo eluxerunt, significarunt, atque in primis quæ in ipso vita enituit Apostolica, tam in his, quæ pertinent ad corporis cultum, quam animæ. Nam audi Ignatium: Milites hæretici Tarasio infesti.

XIII. Tarasii vitæ institutio. *Vitæ autem suæ habenas ita moderabatur, & animi perturbationum tumultus ita reprimebat, ut esset omnibus divinissimum exemplar propositum, cui numquam persuaderi poterat, ut moveretur ad appetitum voluptatis. Cum autem ad divinarum scripturarum meditationem sibi domesticam adscivisset vigiliam, somnum membra solventem, ut inutile amandabat mancipium, & cum usus exigeret, rursum jubebat adesse. Quis enim eum in lecto recumbentem, aut mollibus strangulis umquam vidit involutum? Quis tunicam, & zonam super cubile dimittentem umquam accepit, & præparavit, ut esset elegantior, & concinnior? Quis ex ejus pedibus umquam detraxit calceos, & alligata spongia (ut mos est) lævigavit, & polivit? Sed ipse erat sibi (ut dicitur) balneator, & inserviebat sibi ad usum corporis, in hoc quoque Christum magistrum*

strum divino zelo imitatus, qui dixit: (a) Mat. 20. *(a) Non veni, ut mihi ministraretur, sed ut ministrarem.*

XIV. *Habebat autem precationem, quæ mentem sublimem ad cœlos evehebat, & soli Deo reddebat familiarem, & conjungebat incorporeis, & expellebat omnem tentationem convenienter Domini elogio.* Vestium luxum corrigit in clericis Tarasius. *Nullum erat tempus, quo non habebat solum eum genu flectentem, & surgentem, & manus ad cœlos extollentem, & superne a Deo accipientem illuminationem. Humilitatem vero, ut quæ ei a puero fuerat familiaris, ita est complexus, ut non solum ea in ipso conspiceretur, & ex ea laudem assequeretur, sed etiam transiret ad alios, qui exemplo suo informabantur. Multis enim ex iis, qui erant relati in numerum clericorum, qui suos lumbos zonis cingebant aureis, & ornati erant variis, & pretiosis vestibus sericeis, aurum quidem ademit: fecit autem succingere lumbos cingulis, contextis ex pilis caprarum. His vero, qui toti corpori ex iisdem filis purpureas vestes habebant contextas, excogitat tunicas remotas a curiositate nimia, & deliciis, & quæ essent vestitus honesti, & convenirent iis, qui Deo servire statuerunt, & profitentur humilitatem.* Hæc de his Ignatius, qui ea, quæ oculis vidit magna ex parte (ut præfatur) conscripsit. Addit ad hæc de egregia viri castitate, & erga pauperes misericordia, quorum catalogum scriptis mandari curavit, quo non cibo tantum, sed indumentis æque eorumdem egestati consuleret.

XV. Ministrat Tarasius mensæ pauperum. Sed quid die solemni Paschali facere aggressus sit, post multa de effusa erga pauperes largitate, sic subdit: *In salutari autem prius dicto die veneranda Christi resurrectionis, post divinæ synaxis, & communionis peractum mysterium, adhuc fuerit vestibus candidatas ad veteris basilicæ jam dirutum locum, qui vocatur, Estin, veniebat. Illic enim parabat egentibus maximum, quo acciperentur, epulum. Quos cum fecisset recumbere, incipiebat ipse ministrare, vinum effundens ex cratere, & potum eis distribuens. Deinde cum hoc munus obiisset, ibat in domum suam patriarchicam, non aliquorum hinnulorum (ut dicit fabula) medullis se nutriens, neque mensa Sybaritica excipiens, neque quæ ventrem titillant, & impinguant belluriis, sed frugalibus obsoniis, & quæ non spectabant ad delicias, se reficiens.* Hæc rerum cunctarum inspector Ignatius, reliqua tu consulas. Hæc enim satis ad institutum, quibus habetur testatum, a Deo electum virum, pietatis cultorem egregium.

Hoc eodem anno Hadrianus Papa ea, quæ spectant ad sacros ritus, quam diligentissime curans, librum scripsit, cujus titulus fuit: *Responsoriale de circulo anni*, quæ videlicet Responsoria in singulis essent sacris officiis dicenda. Non extat ipsum quidem; meminit tamen ipsius Amalarius Fortunatus, qui pergens Romam sub Ludovico Caroli filio Imperatore, eum se legisse, testatur: ipse enim notatum exordium, & finem ejusdem suis scriptis testatum reliquit: In prologo enim libri, quem scripsit de ordine Antiphonarii habet ista: *Hic inserimus, quomodo invenimus scriptum de auctoritate Hadriani Apostolici: In nomine Domini nostri Jesu Christi, Incipit Responsoriale de circulo anni, temporibus ter beatissimi & Apostolici Domini Hadriani Papæ per septimam Indictionem.* Item in fine. *Hoc opus summus reperit Pontifex dominus Hadrianus sibi memoriale per secla.* Hæc ex ipso Amalarius.

Sed quod rursus ad res spectat Orientalis Ecclesiæ mortuo hoc anno Moyse Rege Sarracenorum, qui anno superiori Ma- XVI.

PAGIUS III. *Obitus duorum Calipharum.* Ad num. XVI. & seq. Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. refert, *Mahadem* vigesimum quartum Calipham obiisse *anno Arabico CLXIX. vigesimo secundo Moharrami*, ideoque sequenti Christi anno, die *tertia* mensis Augusti. Subdit Elmacinus, Chronologum suum scribere, tempus Imperii Mahadis duravisse *annos decem, & XLV. dies, quorum primus fuit Solis, & ultimus Mercurii; elapsis annis Hegiræ DLXVIII. & diebus XXII. annis autem Solaribus mundi 6276. mensibus 2. & diebus 20.* Quæ omnia vera sunt. Primus enim dies Imperii ejus, is nempe qui post mortem Almansoris Decessoris ejus illuxit, Dominica fuit, & ultimus feria quarta. Dies autem tertius augusti anno sequenti in diem Mercurii incidit. Mahadi successit *Musa Alhadis* filius Mahadis, a Baronio & Theophane *Moses* appellatus, qui anno DCCLXXXVI. mortuus est, anno nempe Arabico CLXX. *die Veneris decimo quarto Rabii posterioris*, postquam imperasset annum unum, menses duos, & dies XXII. Obiit itaque *Musa Alhadi* anno Christi DCCLXXXVI. die XIII. mensis octobris; licet verosimile sit errorem in mensem Arabicum irrepsisse. Alhadi successit *Haron Raschid seu Rasidus*, frater Alhadis, qui fuit vicesimus sextus Calipha. Ex quibus corrigenda quæ habet Baronius de istis Caliphis ex Anastasio seu Theophane & Auctore Miscellæ. Hi enim de rebus apud Arabes gestis pleromque male edocti. De Sepulcro Domini ab Harone Calipha Caroli Regi concesso, & Legatis ad eum missis, de quibus hoc anno Baronius, suo loco agetur.

Hoc anno, ut Annalistæ Petavianos & Masciacensis habent: *Iterum Domnus Carolus venit Saxoniam, terram illam vastantes & destruentes omnia. Et eodem anno veras temporis obsedit Rex Carolus Heritburge & Franci sederunt in gyrum per borderes*, ubi *borderam* voce idem intelligere videntur hi Annalistæ ac alii Scriptores per *bordariam*, quæ vox prædium rusticum significat, ut scribit Ducangius in Glossario. Hæc fusius Annalista Loiselianus his verbia IV. *Annus XIII. belli Saxonici.*

Madi successerat, substitutus est in locum ejus Aaron nomine, Sarracenus bellicosissimus, qui tenuit Imperium annos viginitres, semper infestissimus Christianis. Ita hoc annos Theophanes. Unde illud summa admiratione dignum, quod cum acerbissimus hostis Christianorum esset: nihilominus propensissimo studio coleret Carolum Magnum Francorum Regem: virtutis est ista potentia, quæ & hostes, licet barbaros, atque impios, reddat obsequentes, atque cultores, insuper & laudatores. Sed audi quæ de his habeat Eginhardus ejusdem Caroli rerum gestarum inspector, & scriptor. In vita enim ipsius hæc scribit: *Cum Aaron Rege Persarum, qui, excepta India, totum pene tenebat Orientem, Carolus talem habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium, qui toto orbe terrarum erant Regum, ac Principum amicitiæ præponeret, solumque illum honore ac munificentia sibi colendum, judicaret. Ac proinde cum Legati ejus, quos cum donariis ad sacratissimum Dei ac Salvatoris nostri sepulcrum, locumque Resurrectionis miserat, ad eum venissent, & domini sui voluntatem indicassent: non solum quæ petebantur, fieri permisit, sed etiam sacrum illum, & salutarem locum, ut illius potestati adscriberetur, concessit. Et revertentibus Legatis suos adjungens, inter vestes, & aromata, & ceteras Orientalium rerum opes ingentia illi dona transmisit, cum ei paucos ante annos, quem tunc solum habebat, roganti misteret elephantem.* Hæc Eginhardus. Sic igitur Rex Christianissimus, primus inter Reges Occidentales, legitimus dominus factus est sacrosancti nostri Redemptoris sepulcri, pro quo ab impiis iterum vendicando, summa gloria ejus posteri rivos sanguinis profudere. Sed de his suis locis dicendum.

S. Christi Sepulcrum Carolo Magno donatum.

Sed

PAGIUS

bis: *Rebellati sunt iterum Saxones solito more, & cum eis pars aliqua Frisonum. Tunc deinde Domnus Carolus Rex iter peragens, Rhenum transiit ad Lippiam, & ingressus est Saxoniam circuiendo & vastando, usque dum pervenit Haculin. Ibi consilio inito, eo quod nimium inundationes aquarum fuissent, ut per Thoringiam de Orientale parte introisset super Ostfalaos, & filium suum Domnum Carolum dimisisset una cum scara contra Vuestfalaos. Quod ita factum est. Domnus Rex Carolus perrexit per Thoringiam usque ad fluvium Albiam, & inde ad Stangfurd, & inde ad Seningi. Ibique conventione facta, reversus est in Franciam supradictus gloriosus Rex. Vuestfalai vero voluerunt se congregare ad Lippiam. Quo audito supradictus filius Domni Caroli Regis obviam eis accessit una cum scara, qua cum eo dimissa fuit in pago, qui dicitur Dragini, & inierunt bellum. Auxiliante Domino, Domnus Carolus filius Magni Regis Caroli Victor extitit una cum Francis, multis Saxonibus interfectis. Volente Deo salvus remeavit ad genitorem suum in Vuarmatiam Civitatem, ibique inito consilio cum Francis, ut iterum hyemis tempore iter faceret supradictus Domnus Rex in Saxoniam. Quod ita & factum est. Et celebravit Natalem Domini juxta Skidrieburg in pago Vuausanaga, super fluvium Ambra, in villa Lude.* Huic Annalistæ suffragantur Bertinianus, ac Metensis cum Eginhardo.

V. *Annus Natalis Caroli Jun. ex ejus victoria eruendus.* Franci itaque hoc anno in Saxoniam tee irrupere, semel Duce Carolo Caroli Regis filio, bis Duce ipsomet Carolo patre. Cointius hoc anno num. II. dicit Carolum Juniorem, cum de Westphalis triumphavit, octo duntaxat annorum puerum fuisse, quia scilicet ejus nativitatem in annum DCCLXXVI. confert. Verum ex hac Caroli filii victoria liquet, hunc ætate provectiorem fuisse, & anno DCCLXXII. in lucem prodiisse. Licet enim certum sit anno DCCLXXVI. Carolo Regi filium natum esse, is tamen non Carolus Caroli Regis primogenitus sed Carolomannus, postea Pippinus appellatus extitit; alioquin Carolus Junior hoc anno armis tractandis par non fuisset.

VI. Ex Appendice ad Nibelungi Chronicon, & ex Altfrido in Vita Sancti Ludgeri, si simul conferuntur, tria hæc certissima sunt & hoc anno consignanda, uti recte a Cointio factum, *VVidechindi* persecutio ad Flevum usque fluvium, qui limes utriusque Frisiæ fuit, *Ludgeri Presbyteri* secessus in Italiam, & obitus *Albrici* Trajectensis Episcopi. Albricus septimo anno postquam Ludgerum in Ostergoam miserat, vitam clausit. Nam ut addit Altfridus: *Consurrexit radix sceleris VViduking Dux Saxonum, eatenus Gentilium, qui avertit Fresones a via Dei, combussitque Ecclesias, & expulit Dei famulos, & usque ad Fleo fluvium fecit Fresones Christi fidem relinquere, & immolare idolis juxta morem errores pristini. Sed & Albricus Episcopus in ipsa perversa commotione de hac luce migravit.* Hic est itaque annus septimus, ex quo Ludgerus in Ostergoam ab Albrico directus est: *Vuitechindus* enim anno sequenti idolis nuncium remisit. *Moritur Albricus Episc. Ultrajecti.*

VII. *Sæviente in Frisia persecutione Ludgerus & VVillehadus a Frisia recedunt.* Sæviente autem *Vuitechindi* persecutione, Basilicisque Citerioris Frisiæ combustis, *Ludgerus* Romam secessit, atque inde in Ducatum Beneventanum, ubi Casinense Monasterium, in quo Regulam Sancti Benedicti didicit, teste Altfrido citato. Ludgero in Italiam abeunti *Vuillehadus* Presbyter socius peregrinationis ab Adamo tribuitur, libro primo cap. IX qui postea cap. undecimo dicit, Vitam ejus ab Ansgario seu Anschario scriptam fuisse. Ea publicata est anno MDCXLII. ac postea a Mabillonio Sæc. III. Benedict. part. II. Sed hæc in aliquibus capitibus differt ab Actis ab Adamo laudatis.

VIII. *Obitus S. Fulradi Abbatis Dionysiani.* Obiit hoc anno *Sanctus Fulradus* Abbas San-Dionysianus rebus pro Ecclesia gestis, & vitæ Sanctitate clarissimus. Hoc enim anno mors ejus consignatur, tam in Chronico Moyssiacensi, quam in Appendice ad Nibelungi Chronicon. Multa Monasteria Cellasque, cum in Alsatia, tum in Alamannia, & in Diœcesi Metensi construxit, variaque in favorem eorum & Monasterii Dionysiani, a quo pendebant, a Pontificibus Romanis, apud quos diversas Legationes obivit, ut suis locis diximus, Privilegia obtinuit. Quantum apud Pippinum Regem valeret *Fulradi* auctoritas, discimus ex S. Bonifacii Episcopi Moguntini Epistola XCII. eidem inscripta, & ex variis literis, in quibus nuncupatur Pippini *Consiliarius*, *Capellanus Palatii*, *Franciæ Archipresbyter*, *Pastor Sacræ Ca-*

pel-

Digitized by Google

XVII. Sed licet observaverit Aaron Carolum, haud tamen remisit odium in Christianos, de quo inter alios ab eo neci traditos, hoc tempore Irenæ, & Constantini Impp. occidisse Bacchum, Juniorem appellatum Martyrem, respectu senioris illius, qui cum Sergio passus est, testantur Græcorum sacræ tabulæ: siquidem in Menologio Basilii Cæsaris hæc de ipso notata leguntur die decimaseptima mensis Decembris: *S. Bacchi junioris corona. E Palæstina fuit hic Bacchus sub Irena, & Constantini principatu. Ipsius parentes Christiani quidem fuerunt a primogenitoribus; sed pater, a dæmonibus seductus, transiit ad perfidiam Sarracenorum, & magarizavit. Filios vero septem habuit, & eos in simili perversitate educabat. Ipsorum autem unus, nomine Gelasius Hierusalem petiit, & inde ad S. Sabæ se contulit monasterium, & monachus efficitur, & Bacchus nominatur. Bene vero conversatus, imminente persecutione, a prælato jussus est fugere, ne sciretur, quod ipsa Sarracenum baptizasset. Domum itaque reversus, quinque fratres baptizavit: unus vero non baptizatus Bacchum fratrem apud Præsidem accusavit. Qui sanctum obtruncans consummavit.* Hæc ibi. Sic igitur hujuscemodi, & his similibus captatis occasionibus Regnum Aaron funestum Christianis in Oriente fuit.

Bacchus Junior martyr.

PAGIUS *pella*, idest, Summus Palatii Capellanus. Jam Abbas erat Dionysianus anno DCCL. ut demonstrat Mabillonius lib. 6. de Re Diplom. pag. 618. pluribus Chartis in medium adductis. Id quidem negavit Cointius ad annum DCCXLIX. ubi eum ante septimum Pippini Regis annum Abbatem quidem fuisse multorum Monasteriorum a se fundatorum fatetur, sed tunc tantum Monasterio Dionysiano præfectum esse contendit. At Mabillonius loco laudato ejus rationibus ita solide satisfacit, ut res hæc amplius in dubium revocanda esse non videatur. Plura de Fulrado Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. & Henschenius ad diem XVII. mensis Februarii, qui in Monasterio Lebrahæ in Alsatia, vulgo *Lebraw*, colitur.

IX. *Archicapellani dignitas explicatur.*

Quia Fulradus *Archicapellanus* fuit cum Pippini tum Caroli, de dignitate Archicapellani, quæ tanta erat, ut Principem ubique obtineret locum super Archiepiscopos & Episcopos, etiam in Synodis, aliquid hic ex Marca lib. 4. de Concordia cap. 7. ad Annales Ecclesiasticos illustrandos, dicendum. Rebus Ecclesiasticis disceptandis imminebat Summus Capellanus, qui in Palatio huic ministerio præfectus erat, ut docet Adalardus apud Hincmarum Epist. XIV. cap. XIX. Refert enim Auctor ille potiores in Palatio fuisse duos Regios ministros, Capellanum & Comitem Palatii: *e quibus præcipue duo, idest, Apocrisiarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatii Custos, de omnibus negotiis Ecclesiasticis vel ministris Ecclesiæ, & Comes Palatii de omnibus sæcularibus causis vel judiciis suscipiendi curam instanter habebant; ut nec Ecclesiastici, nec sæculares, prius Dominum Regem absque eorum consultu inquietare necesse haberent, quousque illi prævidissent, si necessitas esset, ut causa ante Regem merito venire deberet.* Deinde Summi Capellani munus in iis versari docet quæ pertinet ad Officia Ecclesiastica & cætera spiritualia in Palatio procuranda. Hæc addit de judiciis Ecclesiasticis: *Apocrisiarius quidem de omni Ecclesiastica religione vel ordine, nec non etiam canonica vel monastica altercatione, seu quæcumque Palatium adibant pro Ecclesiasticis necessitatibus, sollicitudinem haberet, & ea tantummodo de externis Regem adirent, quæ sine illo plenius definiri non potuissent.*

Fulradus ut Pippini ac Caroli Regum sic & Stephani Papæ III. Successorumque sibi amicitiam conciliavit, & in gravissimis negotiis utilitatem Sedis Apostolicæ procurandam semper suscepit, unde contigit, ut & Regis Archicapellanus & Apocrisiarius Papæ fieret. *Apocrisarii* autem Romanæ Sedis in Francia visi non sunt ante Gregorii III. Pontificatum, qui per Nuncios seu Legatos aut Apocrisarios apud Carolum Majorum-Domus, penes quem Franciæ tunc omnis administratio erat, bis egit anno DCCXLI. ut rejecto Longobardorum fœdere partes Imperatoris amplecteretur, & auxilio consilioque Romanis esset. Qui Romanum Pontificatum post Gregorium III. gesserunt, ii frequentius Nuncios direxerant in Franciam, resque eo devenit, ut præter Legatos, qui pro novis causis emergentibus Roma mittebantur, Apocrisarius Apostolicæ Sedis in Comitatu Regis assidue maneret, nec raro id muneris a Romano Pontifice collatum est ei, quem Rex Archicapellanum Palatii sui constituerat, inquit Cointius hoc anno num. VII. ubi plura de Archicapellanis habet.

X. *Idem fuit Archicapellanus & Apocrisarius Papæ erat.*

JESU CHRISTI ANNUS 785.	HADRIANI PAP. ANNUS 14.	CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 6.

I. QUi sequitur annus Redemptoris septingentesimus octuagesimus quintus, octava Indictione exorditur, quo Imperatores Constantinus, & Irene, de creatione & consecratione Tarasii, quæ contigit in fine anni superioris, ut tradit Theophanes, octavo Kalend. Januarii, eadem Indictione octava inchoata, scripserunt litteras atque miserunt Legatos ad Hadrianum Romanum Pontificem; quod & præstitit Tarasius ipse. ☞ Extant literæ tantum Imperatorum, sed ut apparet datæ anno superiori, & ante creationem Tarasii ☜. Recitat eas Anastasius in præambulis Nicæni Concilii, quas licet mendis aspersas, hic tibi reddendas, existimavimus. Vertit ipse in Latinum, qui & eamdem Synodum pariter Latinitate donavit. Primo autem loco ponemus Imperatorum epistolam, quæ sic se habet:

II. Legatio & epist. Impp. ad Hadrianum Pap.

Divalis sacra a Constantino, & Irene AA. ad sanctissimum, & beatissimum Hadrianum Papam senioris Romæ.

*Qui a Domino nostro Jesu Christo vero Deo nostro suscipiunt sive Imperii dignitatem, sive principalis sacerdotii honorem, debent, quæ illi placita sunt & cogitare, & curare, & creditos sibi ab illo populo secundum ejus voluntatem regere, & gubernare. Ergo debitum nobis & vobis, o sanctissimum caput, hoc est, ut irreprehensibiliter, quæ ejus sunt sapiamus, & in suis versemur, utpote ab ipso nos quidem Imperium, vos vero principalis sacerdotii dignitatem suscipientes. Incipimus ergo hinc sermonem. Scit vestra beatitudo, quæ pridem facta sunt in hac nostra regia civitate propter venerabiles imagines, qualiter qui ante nos regnaverunt, eas destruxerunt & in * dehonestitatem, atque injuriam posuerunt. Utinam illis non imputetur: melius enim fuerat non mittere manus suas in Ecclesiam: Et omnem populum, qui hic est, immo Orientalem, eodem modo seduxerunt, & in propriam voluntatem retraxerunt, usquequo Deus suscitavit nos regnare in his, quæ in veritate gloriam ejus . . . & tenere quæ tradita sunt ab Apostolis suis, & omnibus simul doctoribus.*

* dehonestatem

III. Rogant Impp. Pontificem venire Constantinop.

Unde nunc constanter cum mundo corde, & vero cultu, quæ ad Deum pertinent, una cum omnibus subditis nostris, & his sacerdotibus doctissimis locuti sumus, & cum consilio decrevimus, ut fieret universale Concilium. Et rogamus vestram Paternam beatitudinem, immo vero Dominus rogat, qui vult omnes salvos fieri, & in agnitione veritatis venire, ut det seipsum, nec tarditatem faciat, & ascendat huc in stabilitatem, & firmitatem antiquæ traditionis super venerabilibus imaginibus; debitum enim illi est hoc facere. Agnoscit vero quia scriptum est (a): Consolamini Consolamini popule meus, dicit Dominus. Et: (b) Labia sacerdotis custodient scientiam. Et de ore ejus egredietur lex, quoniam Angelus Domini exercituum est. Et iterum divinus, & veritatis prædicator Apostolus (c) qui ab Hierusalem in circuitu usque in Illyricum prædicavit Evangelium, sic mandavit: Pascite gregem Dominicum disciplina, quem Jesus acquisivit proprio sanguine.

(a) Isai. 40.
(b) Malac. 2.
(c) Rom. 15.

Et tamquam verus primus sacerdos, & is, qui in loco, & Sede sancti, & superlaudabilis Apostoli Petri præsidet (sicut dictum est) ascendat, & simul cum omnibus sacerdotibus, qui hic sunt, inveniatur, & voluntas Dei fiat: (d) Ubi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo (sicut Evangelice didicimus) ibi sum in medio eorum. Certificetur enim, & confirmetur a magno Deo, & Rege omniumque Domino nostro Jesu Christo, & a nobis servis ejus, qui ascendentem vestram Paternam & sacram beatitudinem hac cum honore, & glo-

(d) Matt. 18.

De legatis saltem mittendis.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXIII. Anno Hegiræ CLXIX. inchoato die 13. Julii fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6278.

☉ 10. B. ☽ 7. P. 5. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 785.

HADRIANI PAPÆ 14.

CONSTANTINI IMP. 10. & 6.

IRENES 6.

A. C. 785. I.

ANum. I. ad XL. Refert Baronius, num. II. & seqq. litteras ad Hadrianum Papam datas a Constatino Imp. & Irene Augusta IV. Kalendas Septemb. Indict. VII. quibus eum rogant, ut Constantinopolim veniat, quo Synodice antiqua Sanctorum Patrum traditio confirmetur. Quod si Constantinopolim venire non possit, Legatos ab eo mittendos postulant. Verum loco, *Indictione septima*, legendum, *Indictione VIII.* qua currente *Paulus* Epist. Constantinop. mortuus est, & post ejus mortem de Concilio celebrando actum, ut ex responso Hadriani demonstro. Datum enim illud *VII. Kalendas Novemb. Indict. IX.* ut videre est apud Baronium num. XXXIII. idest, currenti anno, & menses duos post literas Impp. Tum n. XIV. & seqq. recitat Baronius responsum illud Hadriani ad Imperatores, in quo plura in Sacrarum Imaginum defensionem in medium adducit. In iis literis num. XXX. Hadrianus ait o-

Imperatores scribunt ad Hadrianum PP. de Concilio celebrando.

mi-

Digitized by Google

*& gloria habemus & suscipere, & quæ opportuna sunt impertiri. Et iterum expleto Capitulo, quod beneplacito Dei Christi speramus fieri, cum honore, & magnitudine gloriæ præter illam * sinemus ad remeandum ad propria. Si enim non potuerit ascendere huc (quod putamus non fieri, scimus enim studiosum esse circa divina) eligat viros honorabiles, habentes scientiam, & dirigat una cum syllabis, ut inveniantur ex persona sacra & Paterna vestra beatitudinis hic.*

* habemus.

IV. *Veruntamen convenientibus ipsis, cum omnibus sacerdotibus, qui hic sunt, synodice confirmetur antiqua traditio sanctorum Patrum nostrorum, & confundatur omne zizanium male plantatum, & Domini nostri Salvatoris Jesu Christi verbum impleatur (a): Quoniam portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et ex hoc non fit schisma, & separatio in una sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia, cujus est caput Christus verus Deus noster. Constantinum præterea sanctissimum Episcopum Leontinum Christo amabile Siciliæ nostræ insulæ, quem melius noscit Paterna vestra beatitudo, adduximus ad nos, & facie ad faciem loquentes, direximus eum præsenti nostra venerabili jussione ad vos. Qui cum venerit ad vos, continuo absolve eum, ut remeet ad nos, scribens nobis per ipsum adventum tuum, quibus diebus habet moveri illinc, & proficisci ad nos. Porro sanctissimum Episcopum Neapolitanum omnino tenere debet, ut cum ipso ascendat huc: etenim iter vestrum per Neapolim, & Siciliam habet fieri, & super hoc Stratego Siciliæ jussimus, ut omnie requies, & honoris vestri curam habeat, quo veniat vestra paterna beatitudo ad nos* (Legimus) *Data quarto Kalendas Septembris, Indictione septima a regia urbe.*

(a) Mat. 16.

Qui missi Legati.

V. Quid autem ad ista rescripserit Hadrianus, nescitur, exciderunt ipsæ ad hæc redditæ ejus litteræ: quæ enim ipsius Pontificis ad Imperatores datæ habentur, cum nihil ad excusationem suam habeant de non proficiscendo Constantinopolim, postea scriptæ esse noscuntur per Legatos suos, quos misit non per Legatum Imperatoris Episcopum Leontinum, reddemus eas suo loco.

Porro non Imperatores tantum, ut dictum est, sed & ipse Tarasius mox ut ordinatus est Constantinopolitanus Episcopus, litteras scripsit ad eumdem Hadrianum Romanum Pontificem: sed non extant; alias insuper seorsum ad Orientalium sedium Patriarchas Alexandrinum videlicet Antiochenum, & Hierosolymitanum litteras dedit, quæ extant (b) ejusmodi inscriptione notatæ: (b) Act. 3. Nican. 2. Conc. version. Anast. Biblioth.

Exemplar litterarum, quæ missæ sunt ad summos sacerdotes Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ civitatis a Tarasio sanctissimo, & beatissimo Patriarcha Constantinopolitano.

*Multa & magna providentia Dominus Deus hominum vitas regens, & protrahens, atque proventum vitæ uniuscujusque consulte deducens (sine ipso namque factum est nihil) qua & capilli capitis nostri numerati sunt ei: Et me in laicorum ordine usque nunc connumeratum, & Imperialibus ministeriis deputatum nescio quibus * indiciis (ipse scit) in cathedram Pontificalem evexit hortatu valido a veritatis propugnatoribus piissimis, ac Orthodoxis Imperatoribus, & sanctissimis Episcopis, seu clericis, in me violenter affectis, quibus succumbens annui, & obedientiæ fructum hic carpendum, commisi.*

Epist. Tarasii ad Patriarchas.

* judiciis

Et rogo vos sacratissimos, ut tamquam patres me pusillanimem baculo potentiæ, id est, paternis vestris magisteriis fulciatis, & veluti fratres puris orationibus vestris nos cum armatura Dei contra versutias adversarii hostis adjuvetis atque fluctibus invitem surgentibus, vacillantem gubernetis, qualiter pertingam ad portum voluntatis Christi Domini nostri: est enim prorsus apud nos quoddam prælium sine ferro, dum sermones jaciunt, & jaciantur, sed triumphale habemus trophæum veritatem, quæ non vincitur. Deinde quoque & procellis vehementibus inspirantibus, in auxilium vobis assumptis, harum pusillum quid sufferentes æstum, Christum hæc increpantem inveniamus, & vitam tranquillam per omnia transigamus. VI.

Et hæc quidem sufficienter in præfatione nostra præmissis, in cæteris evidenter horum cognitio denuntiabitur. Nunc autem, ad aliam intentionem dicendo, progredior. Quia enim prisca quædam, & (ut verius fateamur) Apostolica traditio in omnibus Ecclesiis inolevit, ut qui ad Pontificium provehuntur, præcedentibus

PAGIUS *Mirati sumus, quod in vestris Imperialibus jussis pro Patriarcha Regiæ Urbis, scilicet Tarasio directis,* UNIVERSALEM, *ibi reperimus exaratum; sed utrum per imperitiam, aut schisma, vel hæresim iniquorum scriptum est, ignoramus,* &c. factum id fuit juxta Orientalium consuetudinem. Hac de re audiendus Anastasius in præfatione ad septimam Synodum Joanni VIII. Papæ dicata: *In eo sane,* inquit, *quo frequenter universalem Græci Patriarcham suum inconvenienter appellant, Apostolatus vester adulationi veniam det, sive Prælatis suis non sine reprehensione placere studentium. Verum cum apud Constantinopolim positus, frequenter Græcos super hoc vocabulo reprehenderem & fastus vel arrogantia redarguerem; asserebant, quod non ideo* Or-

bus se in eodem ordine, qualiter se habeant, quæ Fidei sunt exponendo, commendent: visum est mihi, hoc sectanti, me vobis inclinare, & liquido confessionem pronuntiare, quemadmodum a tubis sancti Spiritus (quarum sonus in omnem terram exivit, & in fines orbis terræ verba eorum) & ab eorum alumnis, & a sæculis sacratissimis videlicet Patribus nostris educatus, ex istis mollibus ungulis didici.

Tarasii fidei professio. *Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, & Deum nostrum, natum ex Patre sine tempore, coæternum. Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, ex Patre per Filium procedentem. Et eumdem Deum esse, & cognosci, Trinitatem unius substantiæ, unius honoris, & sedis, sempiternam, & increatam, omnium creaturarum conditricem, unum principium, unam deitatem, & dominationem, unum imperium, potentiam, & potestatem in tribus subsistentiis, individue quidem * divisam, & divise unitam, non ex imperfectis tribus unum aliquid perfectum, sed ex tribus perfectis unum superperfectum, uti magnus locutus est Dionysius. Itaque secundum proprietatem personarum tria quidem adoranda, at vero secundum communem naturæ rationem unus Deus, omnium factor, visibilium, & invisibilium, omnium provisor.*

* distinctam & distincte

VII. *Confiteor autem factam propter salutem nostram in novissimis diebus secundum carnem nativitatem unius sanctæ Trinitatis Filii scilicet Dei, & Dei ac Domini nostri Jesu Christi ex veraciter sancta Dei Genitrice semperque Virgine Maria, consubstantialiter quidem factum nobis modis omnibus absque peccato, non autem desinentem quod erat, sed duabus naturis inconfuse manentibus, una cum consistentibus in se duabus voluntatibus, & operationibus, crucifixum pro nobis carne, & sepultum, & resurrexisse, in cœlosque ascendisse, & venturum judicare vivos, & mortuos. Insuper spero resurrectionem mortuorum. Et credo in singulorum gestorum redditionem bonorum scilicet, & his contrariorum.*

*Expetens etiam intercessiones sanctissimæ, ac intemeratæ Dominæ nostræ Dei Genitricis & semper Virginis Mariæ, sanctorumque Angelorum, & sanctorum gloriosissimorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, Confessorum, & magistrorum: Salutans & venerandas iconas eorum: Et omnem hæreticam abominans * contentionem, necnon & eorum ductores, & primores, Simonem videlicet, Marcionem, Manem, Paulum quoque Samosatenum, & Sabellium Libium, eorumque dogmata nefaria, pariter & doctrinas. Recipio etiam sanctas, & venerabiles sex Synodos, & eorum divina dogmata, tamquam quæ divina inspiratione nobis tradita fuerint. Et cum prima quidem homousion, & una cum Patre sine initio Filium esse credens. Anathematizo impium Arium, & Aetium, Eunomium, Eudoxium, & Demophilum: post hos quoque, qui jure dicuntur dissimiles, & Semiarianis, & omnem coinquinatam eorum catervam.*

* contagionem

Cum secunda vero Synodo Oecumenica scilicet Deum esse Spiritum sanctum, & vivificatorem confitens, abjicio Macedonium, & omnes, qui cum illo ejusdem sunt sensus. Cum his autem & Deo perosum Apollinarium. Cum tertia autem in unum Dominum Jesum Christum, verum Deum nostrum, ex Patre genitum, eumdemque in novissimis diebus propter salutem nostram incarnatum ex sancta Dei Genitrice semperque Virgine Maria, abdicans hominis cultorem Nestorium, & bigam, quæ circa ipsum est (Diodorum ajo, & Theodorum) necnon & eorum prodigiosam fabulam, prædicantes, & in Christo personaliter dualitatem informantes, procul a confessione mea repello. Præterea cum quarta ex duabus naturis & in duabus naturis unum sanctæ Trinitatis Christum Dominum nostrum carne venisse sentiens, anathematizo Eutychetem, Dioscorum, & eorum sine capite multitudinem una cum divinitus fulminando Severo, Juliano Halicarnasseo, qui fabulasse Dominum nostrum incorruptum corpus suscepisse, perhibetur. VIII.

Denique quintam Synodum, quæ sicut machæra spiritus in superficie quodammodo ex prioribus temporibus navigantes iniquas resedit hæreses & inventores patefecit earum, Origenem videlicet, & Didymum, & Evagrium. Ita & ego utpote portentosas ipsorum hæreticorum fabulationes repello.

Porro per sextam, sicut ex duabus naturis Christum, ex quibus, & in quibus est, olim esse didiceram: ita & duas naturales voluntates, & operationes, ejus in utraque natura credidi, humana scilicet IX.

PAGIUS *Oecumenicum, quem multi Universalem interpretati sunt, dicerent Patriarcham, quod universi Orbis teneat Præsulatum, sed quod cuidam parti præsit Orbis, quæ a Christianis inhabitatur. Nam quod Græci Oecumenem vocant, a Latinis non solum Orbis, a cujus universitate Universalis appellatur; verum etiam habitatio vel locus habitabilis nuncupatur*, At hæc ratio etiam pro aliis Patriarchis militat, qui tamen se numquam Patriarches Universales appellarunt.

II. Allatius Lib. I. de Ecclesiæ Occid. & Orient. Consensione cap. 19. num. 7. ostendit, omnes Constantinopolitanorum Patriarcharum conatus repressos fuisse a Romanis Pontificibus, quando „ illi Universalis titulum usurpare cœpere, ad„ ditque: Universalis porro titulum post Ne„ stu-

tet, & divina, & submitto anathemati Cyrum, Sergium, Honorium, *Pyrrhum, Paulum, ut Sodomiticam vitem, & Gomorrheticam propaginem, amaritudines botrionem habentem, odi. Ipsius autem sanctæ sextæ* (a) *Synodicum omnibus dogmatibus, quæ legaliter, & divinitus ab ea promulgata sunt, etiam depromptos canones recipio, in quibus refertur* quod sequitur.

(a) De consecrat. dist. 3. cap. Sextum sanctum,

In quibusdam venerabilium imaginum picturis Agnus digito præcursoris exaratur, ostensus, qui in figuram præcessit gratiæ verum nobis per legem demonstrans agnum, Christum videlicet Dominum nostrum. Veteres ergo figuras, & umbras, utpote veritatis indicia, & præcedentes characteres Ecclesiæ traditos, salutantes gratiam honore præferimus, & veritatem, hanc, ut legis plenitudinem, admittentes. Ut ergo perfectio etiam per colorum operationes in omnium vultibus depingatur, characterem Agni Dei nostri Christi, qui tollit peccata mundi secundum humanitatem etiam in iconis ex hoc pro vetere agno desinimus depingi, per eum videlicet celsitudinem humanitatis Dei verbi considerantes, & ad memoriam conversationis, quam in carne gessit, passionis quoque, ac salutaris mortis ejus adducti, ac redemptionis, quæ hinc est mundo effecta.

Superfluas altercationes, & garrulitates posthac inconsulte promulgatas, & apud nos minime receptas, neque per divinam gratiam dictas, irritas æstimamus (nec Aun dicentes) * *fugacesque factura, accingimur lumbos mentis nostræ in veritate. Et suscetamur ung cum piis, & fidelibus Imperatoribus nostris, propugnatoribus videlicet veritatis ad unitatem sanctæ Dei Ecclesiæ: a quibus & Synodum universalem petivimus in præsentia totius eorum Deo amabilis populi. Et postulationi nostræ pie annuerant.*

* nugacis

Vos, qui superædificati estis super fundamentum Apostolorum, & Prophetarum, ipsum videlicet summum, & angularem lapidem Christum Jesum (quemadmodum de præcedentibus dictum est) consertatores, & consectatores, accurrite confidentes. Præsumentes, confidentiam talem habemus (non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis, quasi a nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est) quia disrupta membra, & discissa in unum corpus compactum, & connexum crescere faciet, in quibus caput est Christus, ut ultra jam non dispersa sint.

X. *De cætero rogamus sanctitatem vestram, usque ad duos loci servatores mittere ad nos cum Deiloqua epistola sua, & quicquid fuerit divinitus super hoc negocio revelatum, nobis facere manifestum, sed secundum quod debitum est, tam loci servatores, quam litteræ vestræ Synodicæ, sive ad loquendum, sive ad legendum in omnibus inveniantur; quatenus per hæc quæ scissa sunt, uniantur. Idipsum enim & a Præsule senioris Romæ petivimus. Et rogo vos fraterne, Apostolicam vobis vocem pronuntians tamquam Deo exhortante per nos, omnia perscrutantes secundum consilium vestrum, quod in Deo patefecit nobis. Scriptum est enim* (b): *Labia sacerdotum custodient scientiam, & legem exquirent ex ore eorum: certi enim sumus, quod semina veritatis in vobis salva custoditis. Sed & pii Imperatores nostri per cuncta Orthodoxæ veritatis firmitatem sectantur & Domino Deo supplicare non cessant, secundum Gregorium, qui a Theologia nomen sortitus est, ut efficiamur nos, qui unius Dei existimus, unum, & qui sumus Trinitati uniti & honore pares, atque unanimes in cunctis inveniamur: & qui sumus sancti Spiritus, non contra invicem, sed pro invicem simus: & qui sumus veritatis, idipsum sapientes, atque dicentes exhibeamur, & non sit contentio, vel dissentio in nobis; sed sicut habemus unum Baptisma, unam Fidem, ita & consonantiam unam in omni Ecclesiastico negotio. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, in unum nos conducat & divisa uniat, atque diuturnum vulnus sanet, & in incolumitate Fidei integros servet, & in vera confessione, & concordia stabiliat omnes, unitatque sanctam Ecclesiam suam, & compescat scandala, quæ superjacent ei, intercessionibus intemerata Dominæ nostræ Dei Genitricis, & omnium Sanctorum. Fiat Amen.* Hactenus ad tres Patriarchas Tarasii Epistola. Quem & scripsisse etiam ad Hadrianum Papam, testatur Theophanes, ubi ait: *Octavo Kal. Januarii ipsius octava Indictionis consecratus est almus pater noster Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus: Qui missis Syno-*

(b) Malac. 2.

PAGIUS *Patriarcha Constantinop. titulum Universalis male assumunt,*

„ sticam (id est Joannem Jejunatorem) Pa-
„ triarchæ adeo obstinate sibi retinuerunt, ut
„ nullis neque minis neque admonitionibus ad
„ illum obliterandum adduci potuerint: & nunc
„ etiam in calamitosissima Græciæ desolatione
„ sub tyrannide Barbarorum pessime eu se so
„ cohonestant, quibus cum Romana Ecclesia
„ non ita bene convenit, quique eam religio-
„ sissime observant. Eo usus fuisse videtur ex
„ intimis illius Ecclesiæ *Bessarion* Cardinalis,
„ Patriarcha Constantinpolit. Epist. ad omnes
„ Ecclesiæ Constantinopolitanæ subjectos &c.
„ plura de his Allatius laudatos. Porro quam
procul a vana titulorum ambitione abfuerit *Tarasius*, ostendit ejus subscriptio, quæ legitur Actione IV. septimæ Synodi, facta post Hadria-

nodices Romam veris, & libello Fidei suæ, receptus est ab Hadriano Papa. Non extant hujusmodi litteræ Tarasii, nisi diximus, easdem ad eum missas esse, quas nuper recitavimus datas ad tres Orientales Patriarchas. Scripsere tunc pariter Imperatores ad Hadrianum, ut tradit idem Theophanes, ubi ait: *Mittens autem & Imperatrix, petiit ab Hadriano Papa, ut mitteret litteras suas, & homines claros, qui invenirentur in Synodo.* Hæc Theophanes.

XI. Porro de veritate harum litterarum plura sunt testimonia, ut de his nullus dubitare possit. Siquidem de litteris ab Irena missis ad ipsum Hadrianum, testis est etiam Nicolaus Papa, scribens ad Michaelem Imperatorem ea quibus etiam fragmentum recitat, quo declaratur, Imperatores rogasse ipsum Hadrianum, ut se Constantinopolim conferret, judicantes primæ Sedis Pontificis necessariam esse præsentiam, ad comprimendam hæresim, quæ opera antecessorum Imperatorum adeo invaluisset. Sunt hæc enim Nicolai verba (*a*) ad Michaelem, dum commendat modestiam Orthodoxorum Imperatorum: *Non hoc alius Constantinus, & Irena Augusti dicunt, qui ad Hadrianum Papam scribentes, ajunt: Rogamus vestram Paternam beatitudinem, magis quidem Dominus rogat (b), qui vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, ut det seipsum, & nullam tarditatem faciat, & ascendat huc.* Et paulo post: *Si non potuerit (inquiunt) ascendere huc: eligat viros pretiosissimos, & dirigat una cum syllabis, &c.* Hæc Nicolaus de litteris Imperatorum ad Hadrianum.

(a) Nicol. ep. 8.

(b) 1. Tim. 2.

XII. Hadrianus qua conditione recipit ordinationem Tarasii.

Cum autem ipse Romanus Pontifex, acceptis Orientalibus litteris a novo electo Patriarcha Tarasio, atque ab Imperatoribus, manifeste cognovit, ipsum Tarasium ex laico esse provectum in Patriarchatum: factum hujuscemodi exhorruit tamquam monstrum, in memoriam revocans, qualia, quantaque passa fuerit Romana Ecclesia, cum haud pridem intrusus fuerit in eam homo laicus Constantinus, & quomodo oportuerit Synodalibus occurrere decretis, quibus caveretur, ne umquam laicus quisquam in sedem Pontificiam prosiliret. Quod igitur vetitum est tum in Romana Ecclesia, tum etiam in aliis cunctis Occidentis, & Orientis Ecclesiis, prohibentibus id antiquis atque recentioribus Conciliorum canonibus: non potuit Hadrianus non vituperasse, quod factum modo esset Constantinopoli. Quamobrem veluti electionem ejus perperam factam detestatus, non recipiendam esse, rescripsit, nisi ipse omnem penitus hæresim aboleret, atque hæreticos profligaret. Testatur id quidem de litteris Hadriani Nicolaus, ad Photium scribens, qui cum itidem ex laico provectus esset in thronum, & excusaret exemplo Tarasii, ad eum idem Pontifex Nicolaus rescripsit his verbis (*c*):

(c) Nicol. ep. 6.

XIII. *De Tarasii siquidem promotione, qui similiter ex laicali cœtu ad Patriarchatus extemplo culmen promotus est: quam & vos, quasi in auctoritatem vestra defensionis assumere vultis: Si sanctam quæ apud vos, tempore sanctissimi viri Hadriani Papæ, celebrata est, Synodum diligentius scrutati fueritis, atque attentius intenderitis, invenietis quid in ea idem sanctissimus vir consultus, decreverit: & quod dum ejus consecrationis penderet actus, & mærorem se pro tam præsumptiva * factione nimium sustinere profiteretur: dicit * etiam: Quod nisi in erigendis imaginibus ferventius contra illarum depositores, atque illarum conculcatores, ut verus miles Christi resisteres: nequaquam vestræ consecrationi assensum præberemus, aut in ordine Patriarchatus vestram dilectionem susciperemus.* Hæc apud Nicolaum Pontificem. Sed præstat ipsam hic integram epistolam datam primum ad Imperatores describere, ob multiplicium rerum gestarum, quæ continet, argumenta. Epistola igitur reddita ab Hadriano ad Imperatores, sic se habet scripta hoc anno, mense Octobris, nona jam Indictione inchoata:

* præsumpta actione. * etiam

XIV. *Hadrianus Episcopus servus servorum Dei dominis piissimis, ac beatissimis victoribus Imperatoribus, ac triumphatoribus filiis diligendis in Deo Domino nostro Jesu Christo Constantino, & Irene Augustis (d).*

Deus, qui dixit (e) de tenebris lucem splendescere, qui eripuit nos de potestate tenebrarum per filii sui vere scilicet luminis incarnationem, in quo complacuit, omnem plenitudinem deitatis habitare, & per eum renovare omnia, & in ipso pacificans per sanguinem Crucis ejus, sive

(d) Conc. Nic. 2. Act. 2. ex vers. Anast.

(e) 2. Cor. 4.

Hadriani epistola ad Imperatores.

PAGIUS driani Papæ Vicarios, licet Episcopi non essent: *Tarasius misericordia Dei Episcopus Constantinopoleos nova Roma confirmans sic se habere veritatem, omnia quæ superius efferuntur, libenter admittens, his subscripsi.*

III. Sed Imperatorum ad Hadrianum Papam, hujusque ad Imperatores Epistolæ, quas mox diximus præsenti anno datas esse, magis hic explicandæ, quia mendosa Indictio, quæ prior notata reperitur, Lupum in Differt. de septima Synodo Generali cap. 11. decepit, induxitque, ut scriberet Imperatores *anno DCCLXXXIV. Indictione septima, mense Augusto* literas ad Hadrianum dedisse, sed responsa Hadriani ad eas periisse, aut adhuc latere; rursumque Imperatores alteram Legationem ad Pontificem misisse

Hadrianus unas tantum literas ad Imperatores dedit.

sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt: per multiplices divitias bonitatis suæ in faciem Ecclesiæ suæ respiciens, vestram præscitam, & destinatam serenissimam, & Imperialem clementiam ad fidei tunc integritatem vocare dignatus est, ita ut omni falsitatis nubilo procul exploso, per vos victricem faciat veritatem.

Quantum enim relationibus vestræ piissimæ tranquillitatis ad nos venientium didicimus: etiam ipso auditu animus noster exultans relevatus est animus, & totum jucunditatis gaudium in cor nostrum ascendit, ut lingua humana explicare nullus sufficiat sermo: quia nimirum magis nobis lætitia de vestris jussionibus nunc orta est, quam dudum pro schismaticorum hæresi mæror affecerat. De his quippe in his venerandis jussionibus vestris referebatur, quæ pridem facta sunt in vestra regali civitate propter venerabiles imagines, quas, qui ante vos regnaverunt, destruxerint, & in inhonestate, atque injuria posuerint. Utinam illis non imputetur: melius enim fuisset non mittere manus in Ecclesiam eorum.

XV. *Et quia omnis populus, qui ibidem est, immo in Oriente modo erraverunt, & sua voluntate usi sunt illis, usquequo Deus erexit vos regnare, qui in veritate quæritis gloriam ejus, & quæ tradita sunt a sanctorum Apostolorum, & omnium simul magisterio tenere, quibus reservantes, & venerabiles imagines ad vestrum piissimum Imperium laudabiliter exaratas, reperientes, atque hæreticorum abjicientes vesaniam, seu in divinæ examinationis judicio Principum, qui manus miserunt in Ecclesiam, piaculum deputantes, vestram a Deo promotam in triumphis Imperialem potentiam insontem esse ab eorum sævitia prorsus credidimus. Unde omnipotentis Dei clementiam exorantes, referemus grates sine fine tenentesque ea, quæ vestra sanxit, & cœpit serenitas, * constantia estote.*

* constantes.

Quod si perseverantes permanseritis in ea, quam cœpistis, Orthodoxa Fide, & per vos partibus illis in pristino statu erectæ fuerint sacræ, & venerabiles imagines: sicut piæ memoriæ dominum Constantinum, & beatam Helenam, qui Fidem Orthodoxam promulgarunt, atque sanctam Catholicam, & Apostolicam spiritualem matrem vestram Romanam Ecclesiam exaltaverunt, & cum cæteris Orthodoxis Imperatoribus, utpote caput omnium Ecclesiarum, venerati sunt: Ita vestrum a Deo protectum clementissimum nomen, novum Constantinum, & novam Helenam habentes, per quos in primordiis sancta Catholica & Apostolica Ecclesia robur Fidei sumpsit, ad quorum instar vibratissime, ac in toto orbe terrarum vestra optatissima in triumphis Imperialis fama laudabiliter divulgatur. Magis autem si Orthodoxæ Fidei sequentes traditiones, Ecclesiæ beati Petri Apostolorum principis amplexi fueritis censuram; & sicut antiquitus vestri prædecessores sancti Imperatores egerunt, ita & vos eam honorifice venerantes ejus Vicarium ex intimo dilexeritis corde, postquam vestrum a Deo concessum Imperium eorum secutum fuerit Orthodoxam, secundam sanctam Romanam nostram Ecclesiam, Fidem, ipse princeps Apostolorum, cui a Deo ligandi, solvendique peccata in cœlo & in terra potestas data est; crebro vobis protector existens, omnesque barbaras nationes sub vestris prosternens pedibus, ubique vos victores ostendet.

Etenim ejus insignia dignitatis sacra pandit auctoritas, quantaque veneratio ejus summæ Sedi exhibenda sit a fidelibus cunctis per orbem: Dominus enim eumdem clavigerum Regni cœlorum cunctis præposuit principem, & hoc ab ipso honoratur privilegio, quo ei claves collatæ sunt Regni cælorum. Isto igitur tam præcelso prælatus honore, promeruit confiteri fidem, supra quam fundatur Ecclesia Christi: beatam confessionem beatitado sequuta est præmiorum, cujus prædicatione sancta venerabilis illustrata est Ecclesia, & ex ea cæteræ Dei Ecclesiæ fidei documenta sumpserunt. Nam ipse princeps Apostolorum beatus Petrus, qui Apostolicæ Sedi primitus præsedit, Apostolatus principatum, ac principalis curæ successoribus suis, qui in ejus sacratissima Sede perenniter sessuri sunt, dereliquit, quibus & auctoritatis potestatem quemadmodum a Salvatore nostro Domino Deo ei concessa est, & ipse quoque suis contulit, ac tradidit divino jussu successoribus Pontificibus. XVI. De primatu Petri.

Quorum traditione Christi sacram effigiem, sanctæque ejus Genitricis, Apostolorumque vel omnium Sanctorum veneramur imagines; ex eo enim quod Christi Dei nostri Ecclesiæ tempore quietis & pacis

PAGIUS fisse *Indictione octava, in fine Decembris*, anno scilicet DCCLXXXIV. quæ postquam Romam pervenit, Pontifex sua ad Synodum vice legaverit Petrum Romanæ Ecclesiæ Archipresbyterum, & Petrum Monachum variis mandatis instructos. Quo pacto cum responsum Hadriani ad Imperatores, quod in secunda Actione Concilii Nicæni legitur, & hoc anno a Baronio recitatur, datum sit *septimo Kalendas Novembris, Indictione IX.* hoc scilicet anno, sequeretur *Hadrianum* ad secundas Imperatorum literas non nisi post menses decem respondisse, quod nullus sibi facile persuaserit; cum de Concilio Generali indicendo, & de Sacrarum Imaginum restitutione, ab omnibus Orthodoxis præsertimque ab Hadriano adeo exoptata age-

cis aperta sunt fores, hactenusque depictæ Ecclesiæ imaginibus sunt ornatæ, beato atque beatissimo Papa Silvestro testante. In ipsis enim exordiis Christianorum, cum ad fidem converteretur pius Imperator Constantinus, sic legitur:

XVII. *Transactu die, nocturno Regi facto silentio, somni tempus advenit: & ecce adsunt sancti Apostoli Petrus & Paulus dicentes: Quoniam flagitiis tuis posuisti terminum, & effusionem innocentum sanguinis horruisti, missi sumus a Christo Jesu Domino dare tibi sanitatis recuperandæ consilium. Audi ergo monita nostra, & fac omnia quæcumque indicabimus tibi. Silvester Episcopus civitatis Romæ ad montem Soractem persecutiones tuas fugiens in cavernis petrarum cum suis clericis latebras fovet. Hunc cum ad te adduxeris, ipse tibi piscinam ostendet, in quam dum tertio merseris, omnis valetudo deseret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc vicissitudinem Salvatori tuo compensa, ut omnes jussu tuo per orbem totum Romanum Ecclesiæ restaurentur. Te autem in hac parte purifica te, ut relicta omni superstitione idolorum, Deum unum, qui verus & solus est, adores & excolas, & ad ejus voluntatem attingas.*

Exorgens itaque a somno, statim convocent eos, qui observabant palatium, & secundum tenorem somni sui misit ad montem Soractem, ubi sanctus Silvester cum suis clericis receptus lectionibus & orationibus insistebat. At ubi a militibus se conventum vidit, credidit, se ad martyrii coronam evocari, & conversus ad clerum omnem, qui cum eo erat, dixit. Ecce nunc tempus acceptabile. Ecce nunc dies salutis. Profectus itaque ut dictum erat, pervenit ad Regem, qui nuntiatus, cum tribus presbyteris & duobus diaconis introivit. Ingressus dixit: Pax tibi, & victoria de cælo ministrentur. Quem cum Rex alacri animo, & vultu placidissime suscepisset: omnia illa, quæ facta, quæ dicta sunt, quæ etiam revelata sunt, secundum textum superius comprehensum exposuit. Post finem vero narrationis suæ percunctabatur, qui essent dii Petrus & Paulus, qui illum visitassent ob eam causam suæ salutis, & ejus latebras detexissent.

XVIII. *Silvester respondit: Hi quidem dii non sunt, sed idonei servi Christi, & Apostoli electi ab eo, & missi ad invitationem Gentium, ut credentes salutem consequantur. Cumque hæc, & his similia Augusto diceret Papa, interrogare cœpit Augustus; utrumnam istos Apostolos haberet aliqua imago expressos, ut ex pictura disceret, quos relatio docuerat. Tunc sanctus Silvester misso diacone, imagines Apostolorum sibi exhiberi præcepit, quas Imperator aspiciens, ingenti clamore cœpit dicere, ipsos esse, quos viderat, nec debere jam differre factam per Spiritum sanctum ostensionem piscinæ, quam ipsos promisisse suæ saluti memorabat.*

Ecce (ut præmissum est) Sanctorum figura ab ipsis sanctis fidei nostræ rudimentis apud omnes fuerunt Christianos, atque in Ecclesiis Sanctorum sacra figura expressæ, atque depictæ hactenus fuerunt, quatenus Gentilitas Paganorum conspectu divinæ scripturæ depicta historia ab idolorum cultura, & dæmonum simulacris ad verum Christianitatis lumen, atque amoris Dei culturam verti deberet. Sicut & præcipuus Pater, atque idoneus prædicator beatus Gregorius hujus Apostolicæ Sedis Præsul ait, ut hi qui litteras nesciunt, saltem in parietibus videndo legant, quæ legere in codicibus non valent. Ob hoc quippe sancti probatissimi Patres ipsas imagines, atque picturas divinæ scripturæ, & gesta Sanctorum in Ecclesiis depingi statuerunt, & cuncti Orthodoxi, atque Christianissimi Imperatores, & omnes sacerdotes ac religiosi Dei famuli, atque universus Christianorum cœtus, sicut a principio traditionem a sanctis Patribus susceperunt, easdem imagines, atque picturas, ob memoriam piæ compunctionis venerantes, observaverunt, & in partibus illis usque ad tempora proavi serenitatis vestræ Orthodoxa coluerunt. Sed ipse vester proavus per quorumdam impiorum immissiones easdem deposuit sacras imagines; & ex hoc error magnus in ipsius Græciæ partibus accrevit, & ingens scandalum in universum mundum devenit, sicut ipsa veritas testatur (a). (a) Matt. 18.

XIX. *Unde magno dolore constricti domnus Gregorius, atque alius item Gregorius beatissimi Pontifices, qui illo tempore existebant, eumdem vestræ tranquillissimæ pietatis proavum, suis Apostolicis exhortationis apicibus deprecati sunt, ut ab eadem nova præsumptionis temeritate resipisceret, easdemque imagines in primo sta-*

PAGIUS egeretur. Præterquamquod in Concilio Generali utraque epistola lecta fuisset; & tamen unius tantum in eo mentio est. Et revera unicam tantum scripsit Hadrianus, frustraque alia quæritur.

IV. Res ita se habuit. *Tarasio* die Nativitatis Christi superioris anni, Patriarcha Constantinopolitano ordinato, actum est de Synodo Oecumenica convocanda, quia Tarasius eam dignitatem admittere noluit, nisi postquam Imperatores ejus indictionem promisere, ut refert Ignatius in ejus Vita. Quare Imperatores *IV. Kalend. Septem. Indictione VIII.* non vero Indict. VII. ut mendose legitur in omnibus exemplaribus, scripsere ad Hadrianum Papam, ad eumque misere Constantinum Episcopum Leontinum in Sici- *Ante electionem Tarasii actum non est de VII. Synodo indicenda.*

flatu restitueret. Sed nullo modo eorum saluberrimis deprecationibus inclinatus est. Et postmodum domnus Zacharias, & Stephanus, atque Paulus, & alius item Stephanus prædecessores nostri sancti Pontifices sæpius avum, seu genitorem vestræ serenissimæ tranquillitatis pro statuendis ipsis imaginibus sacris deprecati sunt: Simulque & nostra pusillitas cum magna humilitate vestram studuit clementissimam Imperialem potentiam constanter postulare. Et demum subnixius quæsivimus, ut sicut a sanctis Patribus, & prædecessoribus nostris probatissimis Pontificibus suscepimus, divinæ historiæ scripturam in Evangeliis pro memoria piæ operationis, & doctrina imperitorum depingimus, & sacram imaginem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi secundum incarnatam ejus humanam formam in aula Dei constituimus, simulque & sanctæ ejus Genitricis, atque beatorum Apostolorum, Prophetarum, Martyrum, & Confessorum, ob horum amorem designantes, veneremur: Ita & vestra clementissima Imperialis potentia partibus ejusdem Græciæ faciat vestra Orthodoxa fidei consignari, ut sicut scriptum est (a): Fiat unus grex, & unum ovile: quia in universo mundo, ubi Christianitas est, ipsæ sacræ imagines permanentes ab omnibus fidelibus honorantur, ut per visibilem vultum ad invisibilem divinitatis Majestatem mens nostra rapiatur speciali affectu per contemplationem figuratæ imaginis secundum carnem, quam Filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est, eumdem Redemptorem nostrum, qui in cœlis est, adoramus.

(a) Joan. 10.

XX. *Nam absit a nobis, ut ipsas imagines (sicut quidam garriunt) deificemus, sed affectum, & dilectionem nostram, quam in Dei amorem, & Sanctorum ejus habemus, omnimodo præferimus: & sicut divinæ scripturæ libros, ipsas imagines ob memoriam venerationis habemus, nostræ fidei puritatem servantes. Nam Creator noster Dominus Deus (b), dum ad imaginem, & similitudinem suam de limo terræ plasmasset hominem, sagacitatis industria illustrans, in proprio considerationis arbitrio eum constituit. Et ipse primus homo ex proprio arbitrio divina inspiratione cuncta animantia, & volatilia cœli, & omnes bestias terræ propriis nominibus appellavit, & in ipsa appellatione permisit, animantia permanere. Etiam (c) & Abel divino ignitus spiritu, de primogenitis gregis sui munera ex proprio considerationis arbitrio Domino obtulit: pro quo legimus, quod respexisset Deus ad Abel, & ad munera ejus. Porro post Noe (d) & diluvii inundationem, & ipse superna inspiratione suo arbitrio propriæ adinventionis consideratione altare Domino ædificavit, & de cunctis pecoribus, & volucribus mundis holocausta super eodem altare Domino obtulit. Similiter etiam Abraham (sicut scriptum est) suo arbitrio altare ædificavit, ad honorem, & gloriam Dei, qui apparuit ei. Sic Jacob fugiens (e) Esau fratrem suum, dum in somnis Angelos Dei ascendentes in cælum, & descendentes per scalam, atque innixum ipsi scalæ loquentem sibi Dominum aspiceret, surgens protinus suo arbitrio tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, erexitque in titulum, fundens oleum desuper, appellavitque locum illum Bethel, dicens: non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Porro nequaquam omnipotens Deus iratus est, quod lapidem illum erexit in titulum, suo arbitrio, & consideratione: unde post paululum in eadem historia Geneseos fertur, dictum illi fuisse: Ego sum Deus Bethel, ubi unxisti lapidem, & votum vovisti mihi. Ob quam sane causam non legimus illi iratum Deum: non enim illi exprobravit, quod sua voluntate lapidem erexisset.*

(b) Genes. 9. (c) Genes. 4. (d) Genes. 8. (e) Genes. 28.

Ecce serenissimi domini filii, magni Principes, omnia, quæ humana consideratione ad laudem Dei parantur, non sunt prohibenda; potius autem omnino Creatori nostro Domino constat esse placabilia. Nam idem ipse (f) Jacob proprio demum arbitrio summitatem virgæ filii sui Joseph deosculatus est, fidei dilectione hoc agens, sicut beatus Paulus in epistola ad Hebræos (g) testatur: Non virgæ, sed tenenti eam honoris, & dilectionis tribuit affectum. Sic & nos pro amore, & dilectione, quam apud Dominum, & Sanctos ejus habemus, honorabiles eorum effigies, imaginibus depingentes, non tabulis, & coloribus honorem exhibemus, sed illis, pro quorum honore consistunt. XXI.

(f) Genes. 29. (g) Hebr. 11.

Rursumque legimus, præceptum fuisse (h) Moysi a Domino Deo nostro, cum dicitur: Facies & Propitiatorium de auro mundissimo duorum cubitorum, & dimi-

(h) Exod. 37.

PAGIUS cilia & *Dorotheum* Episcopum Neapolitanum in Campania, rogaruntque, ut Constantinopolim veniret ad celebrandam Synodum Oecumenicam; quod si non posset, mitteret qui locum suum in ea tenerent, addentes se eumdem Leontinum direxisse, *cum præsenti nostra venerabili jussione ad vos*, & Stratego Siciliæ jussisse, *ut omnis requiei & honoris vestri curam habeas*. Ad hæc Tarasius Patriarcha Leonem Presbyterum suum cum literis ad Hadrianum direxit. Hæ quidem non extant, sed Hadrianus in suo responso a Baronio num. XXXIV. & seqq. relato id diserte asserit, additque: *post confessionem fidei vestra notum factum est nobis, quod vestra Venerabilis Sanctitas postulaverit ab Orthodoxis & Propugnatoribus veritatis, piissimi-*

Digitized by Google

dimidium erit longitudo ejus, & semis cubitus altitudo: duos quoque Cherubim aureos, & productiles facies ex utraque parte
(a) Exod. 38. 39. 40. *oraculi*. Et post paululum (a): *Ad cooperiendam Arcam, in qua pones testimonium, quod dabo tibi: inde præcipiam, & loquar ad te super Propitiatorium. Sed & medios Cherubim, qui erant super Arcam testimonii: sed & in cortinis, atque opertoria tabernaculi Cherubim in textrino opere diversis coloribus fieri præceptum est. Considerandum quippe est, tranquillissimi domini filii, magni Principes, quod omnipotens Dominus Deus noster, inter eos Cherubim manufactos existentes, ob salutem populi sui loqui dignatus est. Porro dubium non est, quod omnia, quæ in Ecclesiis Dei ad laudem, & decorem ipsius constituta sunt, sancta, ac veneranda esse noscuntur.*

XXII. *Et in hoc, serenissimi filii, addendum est ad incredulorum satisfactionem, & directionem errantium, quod Deus famulo*
(b) Num. 21. *suo (b) Moysi præcepit, dicens (in libro enim Numeri ita legitur præceptum contra pestem, quæ in eos irruerat.) Fac serpentem, & pone eum pro signo: qui percussus aspexerit eum, vivet. Fecit ergo Moyses serpentem æneum, & posuit pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. O insania frementium contra fidem, & religionem Christianam, ut asserant, non colere, aut venerari debere imagines, in quibus figuratæ sunt Salvatoris effigies, & ejus Genitricis, vel Sanctorum, quorum virtute subsistit orbis, atque potitur humanum genus salute! Æreі serpentis inspectione credimus, Israeliticum populum a calamitate injecta liberari, & Christi Domini nostri, & Sanctorum effigies aspicientes, atque venerantes dubitamus salvari? Absit tali nefariæ temeritati cedere assensum. Patrum priscas sequamur traditiones, & ab eorum doctrina nulla declinemus ra-*
(c) 3. Reg. 6. *tione. At vero & Salomon (c) Rex in templo, quod ædificavit, Cherubim ad gloriam Dei fecisse, legimus, etiam diversis coloribus idem adornavit templum: ob hoc quippe nos, & omnes Orthodoxi, ob confessionem fidei nostræ, ad pulchritudinem domus Dei varietatem colorum, atque ornamenti picturam exibemus, quemadmodum Isaias propheta vaticinatus ait:*
(d) Isai. 19. *(d) In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus: eritque in signum, & in testimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis: & mittet eis Salvatorem & propugnatorem, qui liberet eos.*

Sicut eximius Prophetarum beatus David cecinit, dicens (e): Confessio, & (e) Psal. 95.
pulchritudo in conspectu ejus. Et idem ipse: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ. Et iterum adventum redemptionis nostræ, atque incarnationem ipsius Filii Dei annuntians, magnopere vultum ejus secundum humanitatis ipsius dispensationem adorari, præmonuit, inquiens (f): Vultum tuum Domi- (f) Psal. 25.
ne requiram. Et post: Vultum tuum deprecabuntur omnes divites plebis. Et rursum (g): Signatum est super nos lumen (g) Psal. 4.
vultus tui Domine. Hinc & beatus Augustinus præcipuus Pater & optimus doctor in suis admonitionum sermonibus ait: Quid est imago Dei, nisi vultus Dei, in quo signatus est populus Dei?

Præterea & B. Gregorius Nyssenus Episcopus inter plura, quæ in sermone habet, XXIII.
quem de Abraham instituit, ita dixit: Vidi multoties conscriptionem imaginis passionis, & non sine lacrymis visionem præteriri, opere artis ad faciem afferentis historiam, & cætera. De interpretatione ejus in Cantica Canticorum: Sicut scripta doctrina (dicit) materia quædam est omnino in diversis tincturis, quæ complet animæ imitationem: ita qui ad imagines conspicit, ex eadem arte per colores completam tabulam, non tincturis præfert contemplationem, sed ad visionem depictam conspicit tantummodo, quam per colores magister demonstravit.

Et in epistola Basilii ad Julianum transgressorem missa, refertur: Secundum id, quod a Deo hæreditate possidemus, nostram immaculatam Fidem Christianorum confiteor, & sequor, & credo in unum Deum Patrem omnipotentem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, unum Deum, hæc tria adoro, & glorifico. Confiteor autem & Filii incarnatam dispensationem, & Dei Genitricem, quæ secundum carnem eum genuit, sanctam Mariam. Suscipio vero & sanctos Apostolos, Prophetas, Martyres, qui ad Deum deprecationem faciunt, quia per eorum interventionem propitiator mihi efficitur misericordissimus Dominus, & remissionem mi-

PAGIUS *videlicet Imperatoribus nostris, qui ad gloriam Dei facti sunt, quo fieret Venerabilis Synodus*, &c. Ex quibus patet, ante electionem Tarasii actum non esse de alicujus Synodi Generalis convocatione; Imperatores de ea ad Hadrianum literas non dedisse; nec Legatos ad eum misisse, antequam Tarasius in suam electionem consensisset, deceptumque esse Lupum laudatum, qui arbitratus est Imperatores & scripsisse, & Legatos destinasse ad Hadrianum mense Augusto præcedentis Christi anni, rursumque eodem anno sub finem Decembris alios direxisse, aliosque ad eum literas dedisse, ad quas responderit Hadrianus literis in VII. Synodo Act. 2. lectis, non advertens in his Hadriani literis mentionem fieri jussionis ab Imperatori-

mihi facinorum donat, pro quo & figuras imaginum eorum honoro, & adoro, & veneror specialiter: hoc enim traditum est a sanctis Apostolis: nec est prohibendum; ac ideo in omnibus Ecclesiis nostris eorum designamus historiam.

XXIV. *Item ejusdem de sermone in sanctos Quadraginta Martyres: Nam & bellorum triumphos, ac victorias, & sermonum conscriptores multoties, & pictores significant, quidam quidem verbis adornantes, quidam vero tabulis præsignantes: & multos utrique ad virilitatem excitaverunt. Quæ enim sermo historiæ per auditum depinxit, hæc conscripta silens admonitio per imitationem demonstrat.*

Item beati Joannis Archiepiscopi Constantinopolitani, qui & Chrysostomi, de parabola sementis: Indumentum Imperiale si contumeliis affeceris, nonne ei, qui induitur, contumelias irrogas? Nescis, quia si quis imagini Imperatoris injuriam infert, in ipsum Imperatorem, id est in id ipsum principalem & ad ejus dignitatem refert injuriam? Nescis, quod si quis imagini quæ ex ligno, & coloribus est, maledixit: non judicetur, veluti si contra inanimatum quiddam præsumptiose gesserit, sed tamquam is, qui contra Imperatorem egerit? Dupliciter enim in Imperatorem contumeliam infert. Et iterum de sermone ejusdem patris habita in quinta feria Paschæ: Omnia nostra facta sunt propter gloriam Dei, & usum nostrum: nubes ad imbrium ministerium; terra ad fructuum abundantiam; mare navigantibus absque invidia est: omnia famulantur homini, magis autem imagini Dei: Neque enim quando Imperiales vultus, & imagines in civitates introducuntur, & obviant judices, & plebes cum laudibus, tabulam honorant, vel superfusam cera scripturam, sed figuram Imperatoris. Sic & creatura non terrenam speciem honorat, sed cælestem ipsam figuram reveretur.

XXV. *Similiter & beati Cyrilli, ex interpretatione sancti Evangelii secundum Matthæum, sermonem proferimus: Depinxit enim fides, quod in forma Dei exstitit Verbum, sicut & nostra vita redemptio oblata est. Deus secundum nos carne induens, & factus homo. Idem ipse post pauca: Imaginum nobis explent opus parabolæ, significantes virtutem, ac si oculorum adhibitione, & palpatu manus sug-*

gerant etiam ea, quæ in exilibus cogitationibus invisibiliter habent contemplationem.

Item sancti Athanasii Episcopi Alexandrini de humanatione Domini, cujus initium est: Sufficienter quidem de multis pauca sumentes intimavimus: Et post: Et ipsa, quæ scribuntur in lignis abolita forma per exteriores sordes & iterum necesse est, id ipsum in omnibus sumere, & unire ei, cujus est forma, ut revocari possit imago in eadem materia, & elemento: per eamdem enim formam, atque materiam ubi & conscribitur, & non dejicitur, sed in ea ipsa configuratur &c. Totum id significans, quod est in imagine, esse referendum ad imaginatum.

Item beati Ambrosii ad Gratianum Imp. ex libro tertio capitulo nono: Numquid ne quando & deitatem, & carnem adoramus, dividimus Christum? aut quando in ipso & Dei imaginem, & crucem adoramus, dividimus eum? Absit.

Item sancti Epiphanii Constantiæ Cypri: Numquid enim & Imperator pro eo, quod habet imaginem, duo sunt Imperatores? non sane: sed Imperator unus est etiam cum imagine.

Item sancti Episcopi Stephani Bostrorum de imagine Sanctorum: De imaginibus vero Sanctorum confitemur: quoniam omne opus, quod fit in Dei nomine, bonum est & sanctum: aliud est enim imago, & aliud simulacrum, id est, parva statua. Quando enim Deus Adam plasmavit, id est condidit dicebat: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & fecit hominem ad imaginem Dei: Numquid enim quia imago Dei est homo, ideo simulacrum, id est, idolorum cultus est, & impietas? nequaquam fiat. Si enim Adam imago dæmonum esset, abjectus utique & inacceptabilis est. Omnis enim imago in nomine Domini, aut Angelorum & Prophetarum aut Apostolorum, aut Martyrum, aut justorum facta, sancta est. Non enim lignum adoratur, sed id, quod in ligno conspicitur, & memoratur, honorificatur. Omnes enim nos adoramus Principes, & salutamus, licet & peccatores sint: cur ergo non debemus adorare sanctos Dei servos, & in memoriam eorum constituere, & erigere imagines eorum, ne oblivioni tradantur? Sed dicis, quia ipse Deus interdixit adorare manufacta. Dic itaque o Judæe, quid XXVI.

PAGIUS ribus missæ cum literis IV. Kal. Septemb. datis, in quibus se eam ad eum dirigere affirmant.

V. Leo Presbyter, ubi in Siciliam pervenit, jussionem Imperatorum a Stratego, seu Præfecto Siciliæ accepit, qua sibi injungebatur, ut cum Theodoro Catanæ in Sicilia Episcopo & Epiphanio Legato Archiepiscopi Sardiniæ ad Hadrianum proficisceretur, & jussionem eorumdem Imperatorem deferret; quod & diligenter a Leone præstitum. Hadrianus Leone, Theodoro & Epiphanio auditis valde Imperatores laudavit, ad eosque rescripsit Epistolam a Baronio recitatam, & Legatos suos, qui Synodo Generali præessent nominavit. His laudatas suas literas consignavit, datas *septimo Kalen-*

Imperatores revocarunt priores suos ad Hadrianum Legatos, & alios nominarunt.

*est super terram, quod non sit manufactum, cum a Deo sit factum? Numquid Arca Dei, quæ ex lignis Setim fabricata, atque constructa fuit, manufacta non est? Altare, & propitiatorium, & urna, in qua erat manna, & mensa, & candelabrum, & tabernaculum interius, & exterius, non fuerunt ex hominum operibus manuum, quæ Salomon fecit? Et aut sancta sanctorum vocantur manufacta existentia? Numquid Cherubim, & senarum alarum animalium, quæ in circuitu altaris erant, non fuerunt imagines Angelorum, opus manuum Domini. Et quomodo non abscindimus? Quia vero per præceptum Dei imagines facta sunt Angelorum, sanctæ sunt, & hæc animalia erant: etenim idola Gentium, quia imagines fuerunt dæmonum, Deus deposuit, & condemnavit ea. Nos autem, ad memoriam Sanctorum, imagines facimus, Abrahæ videlicet, Moysi, Heliæ, Esajæ, Zachariæ & reliquorum Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum sanctorum, qui propter Deum interempti sunt: ut omnes qui vident eos in imagine, memorentur eorum & glorificent Dominum, qui glorificavit eos. Decet enim eos honor, & adoratio, & commendatio secundum justitiam eorum, ut omnes, qui vident eos, festinent & ipsi imitatores effici actionis eorum. Qualis enim est adorationis honoratio, nisi tantum quemadmodum & nos peccatores adoramus & veneramur alterutrum per honorem & dilectionem? Ita & imaginem Domini nostri non aliter adoramus, & glorificamus, & contremiscimus, quia imago est similitudinis ejus, & in ea ipse depictus est. Ergo quicumque pii sunt, & bonum quidem agunt, & Sanctorum memores sunt, nec prohibent bene facientes, nec scandalizant eos, qui honorant Sanctos, & servos Dei: quinimmo potius memorantur eorum, mercedem bonam ex bona operatione percipient; impii vero secundum quod cogitaverunt, habebunt * consolationem inhonorationis, pro eo quod illud, quod erat justum, neglexerint, & a Deo recesserint. Propter memoriam etiam Sanctorum etiam imagines pinguntur, adorantur, & honorantur, sicut servorum Dei, & pro nobis divinitatem deprecantium. Dignum est enim commemorari propositorum nostrorum, & gratias referre Deo nostro.*

* confusionem.

XXVII. *De sermone beati Hieronymi presbyteri Hierosolymitani. Etenim sicut permisit Deus, adorare omnem gentem manufacta, Judæos autem tabulas, quas dolavit Moyses, & duos Cherubim aureos: & sic nobis Christianis donavit Crucem, & bonarum operationum imagines pingere, & adorare, & venerari, & demonstrare opus nostrum.*

Itaque hæc ipsa, piissimi ac tranquillissimi domini filii, prædicta testimonia sanctorum Patrum transivimus breviter, sed & divinæ scripturæ utriusque Testamenti testatur historia de divini cultus observatione; quod ad laudem Dei in Ecclesiis, in memoriam piæ operationis Dei nutu constituta sunt, secundum traditionem sanctorum Patrum. Sed & de statu sacrarum imaginum etiam a divina scripturæ historia satis promulgata sunt, quemadmodum in hujus Apostolicæ suggestionis serie, a Deo corroboratæ serenitatis vestræ potentiæ, cum omni humilitate, & sinceritate cordis studuimus intimare: unde & quod in diversis, & probabilibus Patrum testimoniis, qui ipsas sacras imagines statuerunt, subtiliter videri potest, sicut in eorum libris reperimus, vestræ clementissimæ potentiæ fore studuimus intimandum, deprecantes cum magna cordis dilectione mansuetissimam vestram clementiam, & tamquam præsentialiter humo stratus, vestris vestigiis provolutus, quæso, & coram Deo deposco, & adjuro, ut easdem sacratissimas imagines in ipsa, a Deo conservata regia urbe, & cæteris Græciæ partibus, in pristinum statum restituere, & confirmare jubeatis, observantes traditione hujus sacrosanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ, abstinentes, & respuentes antiquorum hæreticorum calliditatem, ut in hujus nostræ sancta Catholica & Apostolica, ac irreprehensibilis Romana Ecclesia ulnis suscipiamini. Hactenus quæ recitata sunt in Actione secunda Nicæni Concilii, cum alioqui ipsa epistola sit prolixior, pluraque habeat de ordinatione Tarasii præsumpta (ut videbatur) contra sacros canones. Omissa sunt ea referri in S. Synodo, quod ad rem non pertinerent, & potuissent præsentes Episcopos contra eumdem Tarasium concitare, quod inopportunum satis esse tunc videretur.

Anastasius igitur, qui ipsam integram epistolam, ex antiquo codice restitutam, recitat, ista subiicit: *Ab hinc usque ad* XXVIII.

finem

PAGIUS *kalendas Novembris Indictione nona*, hoc scilicet anno, & duos circiter menses post scriptas ad se ab Imperatoribus literas. Constant hæc ex Actione II Septimæ Synodi, in qua pag. 119. legitur: *Joannes magnificentissimus Logotheta dixit: Hæc noverunt & honorabilissimi Siculi, Deo amabilis Theodorus Catanensium Episcopus, & qui cum eo est Reverendissimus Diaconus Epiphanius, qui locum tenet Archiepiscopi Sardiniæ. Ambo enim per jussionem piorum Imperatorum nostrorum profecti sunt Romam cum Reverendissimo Apocrisario Sanctissimi Patriarchæ nostri. Theodorus Deo amabilis Episcopus Catanæ dixit: pio Imperio jubente per honorabiles jussiones suas, mittere Leonem Dei cultorem presbyterum, qui una mecum est servus vestræ Sanctitatis* (nempe

Ta-

finem hujus epistolæ codex Græcus non habet: Græci namque, quia eodem tempore ex laicis Constantinopolitanus fuerat Patriarcha factus, ne publice ab Apostolica Sede argui videretur, & adversus eum, tamquam reprehensione dignum hæreticæ repugnandi occasio præberetur, ac per hoc Synodi, sui intererat, utilitas excluderetur: quæ sive de non facienda laicorum promotione, sive de ceterarum præsumptionum redargutionibus, in Synodo nec recitari, nec Actis inseri passi sunt. Hucusque Anastasius. Pergit vero Hadrianus sua epistola hæc, quæ sequuntur:

Si vero impossibile est hæreticorum vesania præ incredulitate ipsorum ipsas sacras ac venerandas imagines, sine Synodi actione in pristino erigere, ac confirmare statu, & nostros sacerdotes pro hujuscemodi pia operatione, vestra serenissima Imperialis potentia accersiro, sicut in vestris fertur Imperialibus jussionibus: In primis pseudosyllogum illud, quod sine Apostolica Sede enormiter, & irrationabiliter, nequiterque contra sanctorum venerabilium Patrum traditiones de sacris imaginibus actum est, anathematizetur, præsentibus Missis nostris: & tunc sicut antiquitus mos exstitit, jurejurando vestra piissima atque tranquillissima potestas una cum domina Augusta, piissimi Imperii vestri genitrice, seu ejusdem regiæ urbis Patriarcha, necnon & cuncto Senatu corporale tribuentes sacramentum, verbum commonitorium sicut antiquitus, pro sacra nobis dirigere vestra dignetur Imperialis potestas: quia non est apud vos partis cujuslibet favor, aut defensio, sed æqualitatem utrisque partibus conservabitis, nullatenus necessitatem facientes in quocumque capitulo eis, qui a nobis diriguntur quoquomodo, sed omni honore, cum honorificentia competenti, & susceptione dignos eos habebitis. Et siquidem utrimque convenerit, iterum cum omni humanitate eos ad nos dirigere, satagetis: quia dudum ibidem pro zelo fidei, ac sanctarum imaginum religiosi viri, ac Dei famuli directi in exilio missi sunt, & bonæ confessionis hujusmodi finierunt vitam.

XXIX. *Porro & hoc vestrum a Deo coronatum piissimum Imperium poscimus, ut si verum, & Orthodoxam sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ nitimini amplecti fidem: sicut antiquitus quæ ab Orthodoxis Imperatoribus, seu a ceteris Christianis fidelibus oblata, atque concessa sunt, patrimonia beati Petri Apostolorum principis fautoris nostri, in integrum nobis restituere dignemini pro luminariorum concinnationibus eidem Dei Ecclesiæ, atque alimoniis pauperum. Immo & consecrationes Episcoporum, sive Archiepiscoporum (sicut [a] olitana constat traditio) nostræ diœcesis existentes, penitus canonice sanctæ Romanæ nostræ restituantur Ecclesiæ. Ut nequaquam schisma inter concordiam perseverare valeat sacerdotum, sed sicut in vestra serenissima jussione exaratum est, confundatur omne zizanium, male plantatum, & Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi verbum impleatur (a): Quoniam portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et rursum: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves Regni cælorum, & quodcumque ligaveris super terram erit ligatum & in cælis. Cujus sedes in toto orbe terrarum primatu fulgens, caput omnium Dei Ecclesiarum constituta est. Et quamvis B. Petrus Apostolus per Domini præceptum rexit Ecclesiam; nihilominus subsequens* hoc est successor, *& tenuit semper, & tenet principatum. Quod præceptum universalis Ecclesia nullam magis oportet exequi sedem, quam primam, quæ & unamquamque Synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit.* Petit restitui Romanæ Eccles. sublata ab hæreticis. [a] usurpatur olitana pro antiqua (a) Matt. 16.

Et unde mirati sumus, quod in vestris Imperialibus jussis pro Patriarcha regiæ urbis, scilicet Tarasio directis, universalem, ibi reperimus exaratum; sed utrum per imperitiam, aut schisma, vel hæresim iniquorum scriptum est, ignoramus. Sed deinceps suademus vestræ clementissimæ, Imperialique potentiæ, ut minime in suarum exarationum serie, Universalis, describatur, quia contra sanctorum canonum instituta, seu sanctorum Patrum traditionem decreta esse videtur. In secundo enim ordine, si non per sanctæ nostræ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ auctoritatem (sicut in omnibus patet) numquam valuit nomen habere: quod nimirum si universalis super prælatam sibi Romanam Ecclesiam, quæ est caput omnium Ecclesiarum describatur, tamquam sanctarum Synodorum rebellem, atque hæreticum manifestat. XXX. Nomen universalis impugnat.

PAGIUS Tarasii quem alloquitur Theodorus) *simul cum pretiosa Epistola Sacratissimi Domini mei, ille qui colit Sanctitatem vestram, Siculorum scilicet meæ Provinciæ Strategus misit me Romam cum pia jussione Orthodoxorum Imperatorum nostrorum. Qui abeuntes, piis Imperii eorum fidem & Orthodoxiam, denunciavimus. Et Beatissimus Papa audiens dixit: Quia si in diebus Imperii eorum factum fuerit hoc, magnificare habet Deus pium Imperium eorum super priora Regna. Hinc & suggestionem, quæ lecta est* (Epistolam nempe Hadriani Papæ datam VII. Kalend. Novemb. Indictione IX.) *transmisit ad pios Imperatores nostros una cum literis ad Sanctitatem vestram*, (recitatis a Baronio num. XXXIV. & seqq. ut mox diximus), *& Vicariis suis, qui hic præsiden-*

nifestare se, certum est. Quod si universalis est, etiam Ecclesia nostra sedis primatum habere dignoscitur: quod ridiculum omnibus fidelibus Christianis apparet: quia in toto orbe terrarum ab ipso Redemptore mundi beato Petro Apostolo principatus, & potestas data est, & per eumdem Apostolum, cujus vel immeriti vices gerimus, sancta Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia usque hactenus, & in ævum tenet principatum, ac potestatis auctoritatem: quatenus (quod non credimus) si quispiam eum Universalem nuncupaverit, vel assensum tribuerit, sciat, se Orthodoxæ Fidei esse alienum, & nostræ sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ rebellem.

XXXI. Ipse enim Tarasius regiæ urbis Patriarcha misit nobis Synodicum, priscam implens consuetudinem: quam suscipientes, & liquidius indagantes, & de confessione tam rectæ fidei ejus, quam dogmatum sanctarum sex Synodorum, & venerandarum imaginum ovantes, nimis iterum turbati, ac conturbati sumus, quia ex laicorum ordine, & Imperialibus obsequiis deputatus, repente in Patriarchatus culmen electus est, & apocolligus contra sanctorum canonum censuram factus est Patriarcha. Et quod dicere pudet, & tacere grave est, qui regendi adhuc, & docendi sunt, doctores non erubescunt videri, nec metuunt ducatum animarum imprudenter assumere, quum via in omnibus ignota doctoris est, & quo vel ipsi gradiantur, ignari sunt. Quod quam pravum, quamve temerarium sit, sæculi ordine & disciplina monstratur. Nam dum Dux exercitus nonnisi labore, & solicitudine expertus eligatur: quales animarum duces esse possint, qui in Episcopatus culmen immatura cupiunt festinatione conscendere? Hujus saltem rei comparatione considerent, & aggredi repente inexpertos labores abstineant: quippe qui non didicerint quod docent.

Unde canonica instituit censura, nequaquam ex laico ad sacerdotium repente transire, nisi per ejus fidelem concursum pro sanctarum imaginum erectione, in ejus consecrationem assensum omnimodo tribuere nequivimus. Et ideo domini rerum a Deo coronati magni Principes, & serenissime Imperatores petimus, & obnixe eorum deprecamur a Deo illustratam clementiam vestram, & omnipotentem Deum, qui vos regnare præcepit, & Imperialis culminis apicem vobis conscendere jussit, pietatem vestram (ut dictum est) conjuramus, ut pio intuitu vestras clementissimas aures nostræ humillime deprecationi inclinare jubeatis, ipsasque sacratissimas imagines in pristino statu constituere, ut omnes Christiani in universo mundo exultent, & magno lætentur gaudio.

Nam cum talis iniquum errore scandalum, quod in ipsis Græciæ partibus irrepsit, abolitum fuerit, & Deo annuente, ipsæ venerandæ imagines restitutæ: erit magna lætitia dilatata per universum terrarum orbem, & nunc super omnes barbaras nationes, beato Petro principe Apostolorum vobiscum comitante, eritis in triumphis victores, sicuti filius, & spiritualis compater noster dominus (a) Carolus Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum nostris obtemperans monitis, atque adimplens in omnibus voluntates omnes Hesperiæ, Occiduæque partis barbaras nationes sub suis prosternens conculcavit pedibus, omnipotentatum illarum domans, & suo subiciens Regno adunavit. Unde per sua laboriosa certamina eidem Dei Apostolicæ Ecclesiæ, ob nimium amorem plura dona perpetuo contulit possidenda, tam provincias, quam civitates, seu castra, & cætera territoria. Immo & patrimonia, quæ a perfida Longobardorum gente detinebantur, brachio forti eidem Dei Ecclesiæ restituit, cujus & jure esse dignoscebantur. Sed & aurum, & argentum quotidie pro luminariorum concinnatione, seu alimoniis pauperum non desinit offerendo: quatenus ejus regalis memoria non derelinquatur in sæculum sæculi. XXXII.

(a) Recitat hæc Ansel. Lucens. tit. de potest. & primat. Rom. Eccl. c. 86.

Idcirco nimium diligentes, ac venerantes vestrum a Deo concessum Imperium, magnopere suggerentes, quæsumus, ut præsentium transvectores, videlicet Petrum dilectissimum nostrum Archipresbyterum, seu Petrum Abbatem, atque presbyterum venerabilis monasterii sancti Sabæ hilari mente ac vultu placidissimo suscipiens, sospites iterum ad nos remeare disponere jubeat vestra serenissima Imperialis clementia, ut dum de vestra Orthodoxa Fide, quam cepistis, nos reddiderint certiores, nos- XXXIII.

PAGIUS fidenter adsunt. Ex his etiam colligimus Dorotheum Neapolitanum, & Constantinum Leontinum Episcopos, ubi Siciliam attigere, jussos esse a Stratego, seu a Præfecto illius Provinciæ, Constantinopolim redire, & in utriusque locum de Imperatorum mandato Romam destinatos esse *Theodorum* Cataneæ Episcopum, & *Epiphanium* Legatum Archiepiscopi Sardiniæ, qui Hadrianum de Imperatorum Orthodoxia certiorem fecere, eorumque jussionem, quamprimum Dorotheo & Constantino Episcopis tradiderant, & postea eisdem Theodoro & Epiphanio consignari mandarant, Hadriano remisere. Unica itaque Legatio ab Imperatoribus missa, sed prioribus Legatis revocatis, alii in eorum locum subrogati, & unica Epistola ab Imperatoribus ad Hadrianum, hujusque ad Imperatores data. Quæ quidem utraque extat, & in septima Synodo lecta est. Literarum Imperatorum partem Nicolaus Primus literis suis ad Michaelem Augustum ab avita in Sedem Apostolicam veneratione devium inseruit.

nosque en hoc de vestro proposito lætos efficientes, altissimas Domino Deo nostro referre studeamus laudes, divinam pro impensa piissimæ serenitatis vestræ lætitia exorantes clementiam, atque consona cum
(a) Psal. 19. *Propheta inquientes (a): Domine salvos fac invictissimos nostros Principes & magnos Imperatores, & exaudi nos in quacumque die te deprecantes, pro eis invocaverimus.*

Ipse enim rerum opifex, & arbiter Dominus Deus noster, in cujus manu omnia
(b) Prov. 8. *Regna consistunt mundi, per (b) quem etiam Reges regnant, & principes imperant, & potentes quæ pietatis sunt clementer cuncta morigerando disponunt, vestrea piæ serenitatis mellifluis cordibus inspirare dignetur, ad exaudiendas nostras humillimas preces, & restituendum in pristino statu sacras imagines; tribuatque vobis, intercedentibus beatissimis Apostolorum principibus Petro & Paulo, longæva, ac prospera, & felicia tempora, & cum maxima corporis sanitate, atque animæ salute Imperialis potentiæ sceptris vos perfrui faciat: & sicut terræ summa potentiæ gloriam vobis concessit, & cælorum quoque Regna vobis per infinita sæcula largiri possidenda dignetur. Data septimo Kalendas Novembris Indictione nona.*

Sed quas ad Tarasium Patriarcham iisdem Legatis Hadrianus Pontifex litteras dederit, videamus. Habet eas idem, qui supra Anastasius Bibliothecarius istis verbis:

Dilecto fratri Tarasio Patriarchæ Hadrianus Episcopus servus servorum Dei.

XXXIV. Hadriani Papæ ep. ad Tarasium. *Pastoralibus curis, quibus convenit, nos pascere populum Dei, & subtilissimis cogitationibus perpendentes, quemadmodum prædicationis vox sana a pracone in omni tempore debeat prædicari, & qualis pastor in compassione, & qualis in conversatione debeat esse, ut omnibus proximus in compassione fiat, & cunctis conversatione insignis: quatenus & piam miserationem ad se omnium infirmitatum transferat & ipse per summum respectum sui ad divina transcendat: consideravimus vestræ dilectæ sanctitati sacra affari concordia, & subtiliter verbum manifestare in Synodicis confessionis vestræ fidei, quæ Apostolicæ Sedi nostræ directa sunt per Leonem reverendissimum presbyterum vestrum.*

Invenimus in eis in initio primæ paginæ reverentiam vestram ex laico ordine, & Imperatoria administratione ad sacri gradus sublimatam esse fastigium, & vehementer in his anima nostra mirata est; & nisi vestram sinceram, & Orthodoxam fidem in prædictis Synodicis sacri Symboli secundum ritum sanctarum sex universalium Synodorum, & de venerabilibus imaginibus bene si invenissemus habere, nullatenus auderemus hujuscemodi obaudire Synodica. Hæc & alia, quæ sequuntur. At quoniam in Actione secunda Nicænæ posterioris Synodi aliter posita, vel integra scripta, & decurtata inveniuntur: ipse idem pie monet Lectorem Anastasius, dicens hæc interloquendo: *Ita in Græco, scilicet a Papa in his est verbis transmissum.* Quod & ex eadem epistola ipse recitare pergit his verbis:

*Sed quantum cor nostrum mœrore consumptum est de illicita vestra ordinatione, & quantum cor nostrum tribulatur de * inepta vetere ex vobis distantia, tanto confessionem, & rectam fidem vestram anima nostra inveniens lætata est. Invenimus autem in prædicta Synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri Symboli, & omnium sanctarum sex Synodorum, & de sacris ac venerabilibus characteribus, miraculum laude, ac veneratione dignissimum contueri.* XXXV. *

Quin & ea, quæ sunt ejusdem sanctæ sextæ Synodi, suscipio cum omnibus regulis, quæ jure, ac divinitus ab ipsa promulgatæ sunt, inter quas continetur in quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus, digito præcursoris exaratus, ostensus, qui in figuram præteriit gratiæ, verum nobis per legem præostendens Agnum Christum Dominum nostrum: Ergo veteres figuras, & umbras, ut veritatis indicia, & præsagia, Ecclesiæ traditas, amplectentes gratiam præferimus, & veritatem, hanc ut plenitudinem legis suscipientes (c). Ut ergo perfectio etiam per colorum operationes in (c) Joan. 1. *cunctorum voltibus depingatur agni Christi, qui tollit peccata mundi, secundum humanitatem, characterem, & imaginem pro veteri agno depingi definimus, per ipsum Dei Verbum humilitatis celsitudinem considerantes, & ad memoriam in carne conversationem tam scilicet passionum ejus quam salutarem mortem, atque redemptionem, quæ hinc est mundo effecta, manu quodammodo reducentes.*

Hoc testimonio Orthodoxæ fidei malignorum curiositatem, & hæreticorum garrulitatem vestrum repulit fraternum sacerdotium, quemadmodum & eorum magna sollicitudo non est a nobis, neque in gratia divina recepta, sed instabilis in hujusmodi reputata.

Siquidem nobis succinctis lumbos mentis nostræ confitetur etiam nostra Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia, consonans, & concordans adversus hæreticorum amentiam, a quibus omnino repugnat, taliter disposuisse ostenditur. Quia ergo sanctas imagines Christi Dei nostri, qui secundum nos, & pro nobis, & propter nos incarnatus est juxta humanum chara- XXXVI.

cte-

ctorem, atque sanctæ intemeratæ, & revera Dei Genitricis, nec non & Sanctorum eius imagines vestra dilecta sanctitas colere, atque adorare pollicita est: idcirco eius Orthodoxum propositum (si quemadmodum cœpit, perseveraverit) modis omnibus collaudamus, & ut pastoralis curæ solicitudinem habentes, consilium damus, ut Orthodoxam fidem, quam semel confessa est, immutabiliter servet, prædicando pariter, & docendo (a): Fundamentum enim aliud potest ponere nemo, præter id, quod positum est, quod est Dominus Jesus. Ergo quisquis dilectionis Dei, & proximi, vel fidei, quæ in ipso est firmamentum tenet eumdem Jesum Christum Dei, & hominis Filium apud se posuit fundamentum. Confitendum est enim, quia ubi Christus fundamentum est, bonorum etiam operum sequatur ædificium. Ipsa vero per se Veritas dicit (b): Qui non intrat per ostium in ovile, sed intrat aliunde, ille fur est, & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ovium. Unde rursum idem Salvator ait: Ego sum ostium. Ille ergo ad ovile intrat per ostium, qui intrat per Christum: ipse autem per Christum intrat, qui de eodem conditore, ac liberatore humani generis veritatem intelligens, prædicat, & custodit, culmen regiminis ad officia portandi oneris suscepit, non ad appetitum gloriæ transitoriis honoris, curæ quoque suscepti ovilis diligenter invigilat, ne oves Dei, aut perversi homines, prava loquentes, dilanient, aut maligni spiritus oblectamenta vitiorum suadentes devastent.

(a) 1. Cor. 3.

(b) Joan. 10.

Pastoralis functio qualis.

XXXVII. Certe beatum Jacob (c), qui pro uxoribus diu deservierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum, & oves tuæ, & capræ steriles non fuerunt; arietes gregis tui non comedi, nec captum a bestia ostendi tibi: ego damnum omne reddebam; quicquid furto perierat, a me exigebas, die noctuque æstu urebar, & gelu, fugiebat somnus ab oculis meis. Si igitur sic laborat, & vigilat qui pascit oves Laban: quanto labore, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oves Dei? Sed in his omnibus ipse vos instruat, qui propter nos homo factus est, & qui dignatus est fieri, quod ipse fecit, & charitatem sancti Spiritus sui ac amorem infundat in vos, & omni cura conservet, & oculos vestræ mentis aperiat, ut per cursum, & agonem, atque solicitudinem vestræ dilectionis, Apostolicam nostram imitantes priscæ, & Orthodoxæ fidei traditionem. Verba Anastasii quæ sequuntur, sunt: Ab hinc quoque apud Græcos multa subtracta sunt, quæ tamen sicut missæ sunt litteræ, in Archivo Romanæ reperiuntur Ecclesiæ.

(c) Genes. 31.

In partibus piorum Imperatorum nostrorum sacræ, & venerabiles iconæ secundum antiquum ordinem sistant, quatenus vestrum per hoc stabile permaneat sacerdotium. Porro post confessionem fidei vestræ notum factum est nobis, quod vestra venerabilis sanctitas postulaverit ab Orthodoxis, & propugnatoribus veritatis piissimis videlicet Imperatoribus nostris, qui ad gloriam Dei facti sunt, quo fieret venerabilis Synodus, & repromiserint coram omni Christiano populo suo, supplicationi vestræ piæ annuentes, Synodumque in regia urbe fieri definientes: Nos autem quemadmodum, & in ipsorum divina jussione continebatur, dilectos nobis & approbatos, atque prudentes sacerdotes pro statu sacrarum imaginum, ut prisco illis in partibus ordine constituantur, cum magno desiderio, & maximo gaudio destinavimus.

Sed vestra sanctitas iisdem piissimis Imperatoribus, & triumphatoribus alacriter suggerat, ut in primis pseudosyllogus (id est, falsum collegium) ille qui sine Apostolica Sede inordinate, & insyllogistice factus est adversus venerabilium Patrum traditionem contra divinas imagines, anathematizetur, præsentibus Apocrysariis nostris, & omne zizanium eradicetur ab Ecclesia, & Domini nostri Jesu Christi sermo compleatur (d): Quia portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Ac rursus: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & tibi dabo claves Regni cælorum, & quæcumque ligaveris super terram erunt ligata & in cælis: cujus sedes in omnem terrarum orbem primatum tenens refulget, & caput omnium Ecclesiarum consistit. Unde idem beatus Petrus Apostolus Domini præcepto pascens Ecclesiam, nihil dissolutum dimisit, sed tenuit semper, & retinet principatum.

Romanæ Ecclesiæ primatus.

(d) Matt. 16.

Cui si adhærere cupit vestra sanctitas & nostræ Apostolicæ Sedi (quæ est caput omnium Ecclesiarum Dei) sacram, & Orthodoxam formam incorrupte, & incontaminate ex profundo cordis, & sinceritate mentis custodire studeat, ut revera Orthodoxa, & Dei cultrix consistens hoc primum omnipotenti Deo offerat, ut ex persona nostræ prædictorum piissimorum, ac a Deo coronatorum magnorum Imperatorum * sublimia obsecret, & ut in conspectu Dei per terribile illos adjuret judicium, ut sacras imagines in ipsa Deo conservanda, & regia urbe, & in omni loco in antiquum restituere, & stabilire jubeant, conservantes traditionem hujus sacræ, & sanctissimæ nostræ Romanæ Ecclesiæ, & persequentes, ac abominantes malignorum hæreticorum errorem per certamen vestrum, & fidelem solicitudinem. XXXVIII.

* similia

Si

Digitized by Google

Si autem sacras ac venerabiles imagines illis in partibus non restitueris; consecrationem vestram modis omnibus recipere non audemus, & maxime si sectatas fueris eos qui non credunt veritati. Quapropter cum summo labore, & amore fidei atque agone in his omnibus indubitanter vestram venerabilissimam sanctitatem convenit, sacrosanctas imagines Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctæ ipsius Genitricis semperque Virginis Mariæ, seu sanctorum Apostolorum, & omnium sanctorum Prophetarum, atque Martyrum, simul & Confessorum illis in partibus in antiquo erigere statu: quatenus uno consensu digne propheticum canamus
(a) Psal. 19. *canticum dicentes (a): Domine salvos fac piissimos Reges, & exaudi nos in*
(b) Psal. 25. *die, qua invocaverimus te (b): quia dilexerunt decorem domus tuæ, & locum tabernaculi gloriæ tuæ.*

XL. *Dilectos autem nostros Petrum fidelem Archipresbyterum sanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ, & Petrum monachum, & presbyterum, atque Abbatem, qui missi sunt a nobis ad vestigia tranquillissimorum, ac piorum Imperatorum, rogamus propter amorem sancti Petri Apostolorum principis, & propter nos, omni benigna susceptione, ac humanitate dignos, apud vos judicandos pariter & habendos, quatenus & in hoc magnas referre gratias valeamus. Deus omnipotens dilectionem vestrum, si stabiliter permanserit, conservare nunnuit, & fructum, qui tibi creditus est, super mensuram abundantiæ faciat abundare, atque in sempiterna transire gaudia jubeat, Deus te incolumem conservet, dilectissime frater.* Hactenus Hadriani ad Tarasium epistola, qua ejus electionis approbationem ea conditione (ut audisti) suspendit, si hæresim Iconoclastarum profligando, sacrarum imaginum cultum restitueret in Ecclesiis. Quod ille facere jam aggressus hisce calcaribus, velocissime currens, minime indigebat, quippe qui ad hoc agendum sibi oppignoraverat fidem Imperatoris, dum suæ se electioni minime consensurum, publice fuerat contestatus, nisi ejusdem erroris abolitionem polliciti iidem fuissent Imperatores. Sic igitur secundum illud propheticum (c): *Deus dixit* (c) Psal.
eructat verbum. Accidisse videmus, dum 18.
hoc Tarasio sub ea pœna jusserit Hadrianus, quod sub eadem pœna ipse Tarasius Imperatoribus imperarat.

Non sic autem fuit facultas tribus Patriarchis Orientalibus ad Tarasium rescribendi: neque etiam Legatis missis, ab ipso facultas data fuit eosdem conveniendi, cum regnaret, de quo diximus, Aaron Princeps Sarracenorum acerbissimus tyrannus, in Christianos infensissimus. Cum autem duo, qui missi fuerant ad eos Legati Constantinopoli, pervenissent in Palæstinam, audientes Theodorum patriarcham Hierosolymorum exulem jam defunctum: diverterunt ad monachos vita sanctissimos, a quibus acerbissimam, quam paterentur Christiani Orientales servitutem, intellexerunt, quamque periculosissimum esset, adire sive Antiochenum, sive Alexandrinum Patriarcham, nimirum si detecti essent, fore, ut non ipsi tantum Legati extremum subirent periculum, sed in illud ipsum omnes Orientis fideles conjicerent. Quamobrem eos a proposito revocarunt illuc proficiscendi.

Cæterum de illorum Fide Catholica firma, atque secura fidem sanctissimi monachi, quos penes se ipsorum libellos habebant, ostenderunt, literas videlicet eo argumento conscriptas ad Theodorum Hierosolymorum Episcopum, cum ab eo recens creato, ex more de Fidei Catholicæ professione Synodalem epistolam accepissent. Sic igitur cum Legatis eo modo interclusa videretur esse omni- XLI.

PAGIUS VI. *Tarasius tres alios Patriarchas de indictione VII. Synodi monet.*

A num. XL. ad XLIX. *Mahadis* Saracenorum Calipha, qui anno DCCLXXV. dignitatem illam obtinuit, vixit usque ad diem tertium mensis Augusti anni currentis, eique successit *Musa Alhadis*, Moses a Baronio & Theophane vocatus, cujus mors contigit sequenti Christi anno, die XIII. mensis Octobris. Hunc excepit *Haron Rascbid* Alhadis frater, ut uno tenore anno superiori num. III. accurate exposuimus. Quare quando Imperatores Synodum septimam indixere, non *Haron*, uti existimavit Baronius, sed *Musa* seu *Moses* Saracenis imperabat, adhuc pax inter Imperatores & Saracenos durabat. Facilis tamen accessus non erat ad Regiones Saracenis subditas. *Tarasius* duos Legatos ad Patriarchas Antiochenum, Hierosolymitanum, & Alexandrinum, qui eis septimæ Synodi Indictionem significarent, eosque ut ad eam venirent, hortarentur, misit. Legati per omnem Ægyptum & Orientem inter mille pericula iter fecere; cumque Hierosolymam pervenissent, invenerunt *Theodorum* Patriarcham Hierosolymitanum mortuum esse, & *Eliam*, cujus ille Sedem occuparat, in exilium a Protasymbolo Caliphæ missum. Traditum tamen eis fuit exemplar Synodicorum a Theodoro ad reliquos Patriarchas scriptorum, quando ordinatus est Patriarcha Hierosolymitanus. Diverterunt enim apud Monachos vitæ Sanctitate illustres, ex quibus, duo inventi, quorum alter Patriarchæ Antiocheni, alter Alexandrini Syncellus fuerat, alter Joannes, alter Thomas, appellatus, quos loco Politiani Alexandriæ & Theodoreti Antiochiæ Patriarcharum ad Synodum Monachi delegarunt. Constant hæc ex literis eorumdem Patriarcharum ad Tarasium datarum, quæ a Baronio integræ recitantur. Ex illis sequentia colligere est. Primum, Elias Patriarcha Hierosolymitanus adhuc exul erat; *Nosti enim*, inquiunt Patriarchæ, *qualiter per pusillam occasionem exul factus sit a his millibus signorum ille, qui*

mnino via Patriarchas trium sedium conveniendi, ne eos vacuos redire penitus finerent monachi illi, synaxim habuerunt, deque his mutuo agentes, una omnium sententia illud decretum est, ut pro excusatione Legatorum apologeticas ad Tarasium litteras redderent, quibus pariter de Fide Catholica trium illorum Patriarcharum eumdem redderent certiorem.

Ad hæc omnia confirmanda, & ut quomodocumque liceret, satisfacerent Tarasii atque Imperatorum petitioni: decernunt iidem monachi Palæstinæ Legatos Constantinopolim ad Patriarcham & Imperatores, qui pariter interesse deberent Synodo celebrandæ. Cum autem in hac decernenda legatione, consultatio haberetur de iis, qui eo munere functuri essent, delecti ad opus sunt duo ibi inventi sanctissimi monachi, quorum alter Patriarchæ Antiocheni, Alexandrini alter Syncellus fuisset. Fuit nomen uni ipsorum Thomas, alii vero Joannes, egregia virtute præditi, qui etsi idonei satis ad provinciam tantam subeundam videri possent: magna tamen animi dimissione, ut qui se longe impares oneri firmiter affirmarent, se excusabant. Verum urgentibus illis, qui præfecturam gerebant, omni contradicendi nudati facultate acquieverunt. Sicque dimissi sunt una cum duobus illis Legatis, qui venerant Constantinopoli.

XLII. Audisti jam totius rei gestæ historiam, at eam non aliunde melius, quam ab ipsorum litteris ad Tarasium datis, petere licet non tamen ab illis, quæ mutilatæ magna ex parte descriptæ habentur in tertia Actione Nicæni posterioris Concilii, sed in illis, quæ leguntur sincerissime scriptæ in editione Anastasii Bibliothecarii, quas ob exactam, probatamque rerum gestarum cognitionem hic reddituri sumus, ut & ex iis pariter videas quam miserrimus esset status Orientalis Ecclesiæ eorum, qui sub duro jugo Saracenorum jugiter affligerentur. Epistola igitur sic se habet:

Sanctissimo, & beatissimo domino Tarasio Archiepiscopo Constantinopoleos, & universali Patriarchæ Orientis summi sacerdotes, & alii sacerdotes in Domino salutem.

Sacratissimis ex divina Deitatis inspiratione libellis, Apostolicæ, & paternæ sanctitatis vestræ perlectis, Beatissime, nos humiles, & eorum, qui desertum incolere gestiunt ultimi, tremore pariter, & gaudio sumus detenti: tremore quidem propter timorem eorum quibus ob peccata nostra servire decreti sumus, quique vere sunt impii, & in circuitu (secundum quod scriptum est) impii ambulant, ac per singulos pene dies occasiones exquirunt, ut nos morti tradant: gaudio vero propter veritatem Orthodoxæ Fidei, quæ fulget in eis solarium more radiorum, & luculentissimam explanationem Apostolicorum dogmatum, & paternorum, de quibus ipsi genitorem Vocis Verbi, id est, Zachariam Prophetam ad memoriam reducentes, magna voce clamamus (a): *Visitavit nos Oriens splendidus ex alto, Theoretica, & divinæ providentiæ illustratæ mentis, in tenebris, & in umbra mortis maligni erroris, id est, Arabicæ impietatis sedentes, ad dirigendos intelligibiles pedes nostros in viam, & semitas pacificæ constitutionis.*

Epist. Patriarcharum ad Tarasium.

(a) Luc. 2.

XLIII. *Quis loquetur potentias Domini? (nobiscum psallat* (b) *David pater Dei) aut auditas faciet omnes laudes ejus? quoniam misertus est Deus desperati populi sui, & distantia ad unam fidei collegit harmoniam. Et erexit cornu salutis nobis & directionis in domo* * *David, recipiente templo unigeniti Filii sui Domini videlicet Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, quod estis vos sanctissimi, atque hi, qui portant secundas, per legem, & ordinem Ecclesiæ nostræ, triumphatores scilicet, ac divinitus redimiti sua decreti Principes nostri, & domini terrarum orbis.* † *Sacerdotium enim Imperii sanctificatio est, & constitutio, & Im-*

(b) Psal. 105.

* Domini

† Anastasius addit Secundas Ecclesiæ portant Imperatores, nam primum in Ecclesia locum sacerdotes possident.

PAGIUS *ad regendum thronum fratris Domini sortitus est Jacobi*. Sanctus Stephanus Sancti Joannis Damasceni nepos & Thaumaturgus appellatus, vulgoque dictus S. *Stephanus Sabaita*, a Laura Sancti Sabæ duodecimo ab Urbe Hierosolymitana milliario dissita, in qua vixit, Eliæ restitutionem in Episcopatum prædixit, ut testatur Theoctistus ejus discipulus in Vita Stephani Sabaitæ anno DCCXCV. demortui. Ait enim Theoctistus: *Superbus ille atque arrogans Theodorus* (qui Eliam relegandum a Protosymbolo Saracenorum obtinuerat, ut in ejus locum substitueretur) *suo jam voto potitus, seipsum in profundum peccatorum barathrum voluntaria præcipitatione dejecit; dirisque & execrationibus, quas meruerat obnoxius, in Perside male vitam finivit*, anno nobis incomperto.

De Eliæ in Sedem Hierosolymitanam restitutione in morte ejus agemus. Baronius, qui Vitam illam Sancti Stephani Sabaitæ non viderat, num. XL. autumavit Patriarcham Hierosolymitanum, de cujus exilio mentio est in litteris Patriarcharum Orientalium ad Tarasium, esse Theodorum; sed hunc quando eæ literæ datæ jam demortuum fuisse in fine earumdem dicitur.

VII. Secundo ex iisdem literis intelligimus quam male habiti sint Christiani in Syria Saracenis in ea dominantibus, etiam quando pax inter eos & Imperatores vigeret: *Libellis*, inquiunt initio Epistolæ suæ, *Apostolicæ & Paternæ Sanctitatis vestræ perlectis, Beatissime, nos humiles, & eorum qui desertum incolere gestiunt ultimi, tremore pariter & gaudio sumus detenti; tremore*

Christiani a Saracenis etiam pacis tempore male habiti.

Digitized by Google

Imperium sacerdotii fortitudo, & firmamentum: de quibus sapiens quidam Princeps, & in sanctis Regibus beatissimus ait: Maximum donum Deus hominibus præstitit, sacerdotium, & Imperium: illud quidem adornans, & regens cœlestia, hoc vero gubernans ista terrestria.

Nunc velociter medius maceriæ paries solutus est, & concordia discordiæ principatur, & incurvatur virtuti divisio, & fuga capta disperiit dissonantia, & pax Dei quæ exuperat omnem sensum, jucundo vultu triumphat, & fiducialiter conversatur. Nunc nos quidem facti fueramus (a) opprobrium vicinis nostris, & affinibus, subsannatio, & derisio iis, qui in circuitu nostro sunt: & per hoc ad terram præ confusione prospicientes, & ad cœlos unanimi alacritate suspicimus, & psallentes in exultatione proclamamus: in hoc (b) cognovi quoniam voluisti me, quia non gaudebit inimicus meus super me; me autem propter innocentiam & simplicitatem cordis titubantem suscepisti, & salvum me faciens erexisti, & super petram Apostolicæ Fidei claudicantes pedes meos infixisti.

(a) Psal. 78.

(b) Psalm. 40.

XLIV. Hæc, & his consentientia scribere nos fecerunt divinitus exarata volumina vestra, quæ, canonica more lege, & paternæ traditionis disciplina, addentes his, qui Apostolicarum Sedium moderamen sortiti sunt per reverendam, & Deo dilectam bigam, duos scilicet Legatos misistis: qui pervenientes & per Dei voluntatem, ac nutum occurrentes Dei cultoribus fratribus nostris viris sanctis, qui dederunt animas suas pro Ecclesiarum correctione, & recogniti, & vera, & antiqua conversatione, valde gavisi sunt, & maxime reperientes ambos, in uno loco degentes, & modum Deo placitum prosequentes, & sese revelantes ostenderunt eis Orthodoxiæ vestræ Deo decentes, & dignos admiratione libellos, referentes per ordinem Deo placitæ sanctitatis tuæ mentis, & pium Deo conservatorum dominorum nostrorum consilium, ut communis omnium salutis expectationem, & circa Deum sine confusione spem.

At illi quasi unam animam in duobus corporibus habentes, & unum secundum Apostolum (c) sapientes, ac divino agitati spiritu, secreto pariter & intelligenter fratres contegentes, & occultantes propter formidinem inimicorum Crucis, quæ hinc inde disposita est, non sunt ausi, licet essent sapientes, vel credere visionem ipsam, vel causæ operari decursum, præsertim cum in timore res haberetur, & quam maxime crebrescens consilium, & diligens circumspiciendi tractatus exigeretur. Consilium enim bonum custodiet, (inquit d) te, cogitatio vero bona servabit te. Et ecce dum laterent eos, qui se sub tuitione custodiæ posuerant, occurrerunt usque ad nos, & in idipsum congregati silenter, humilitatem nostram primo quidem adjuramento horribili vincientes, nos servare secreto, ac sine propalatione, quæ ab eis erant dicenda: & in hunc modum quicquid ad cautelam pertinet, exaggerantes, revelaverunt nobis omnem rei, quæ sibi acciderat, circumstantiam.

(c) Phil. 2. 4.

(d) Prov. 2.

Stupefacti, & compuncti corde, lacrymisque perfusi ferventibus super hujusmodi narrationis miraculo, & gloria tantæ rerum mutationis, stetimus ad orationem, veluti peccatores, cum timore, & tremore, & ei qui facit omnia & transfert ad id, quod melius est, decentem laudem referentes, petivimus obnixe benignitatem ejus, quo in minimis nobis fieret medius, & per Spiritum sanctum illucesceret lux sapientiæ in cordibus nostris, atque communis utilitatis consilii donaret virtutem, cogitationesque bonas ad determinationem optimi vestri propositi: quod fecit, cum esset benignus, & misericors.

Consideravimus igitur, sanctissime, contaminatæ nationis cognoscentes contra nos infestationem remittere hos, qui missi sunt, & prohibere appropiare eis, ad quos destinati sunt, ducentes hos in medium nostrum, & admonentes plurimum, ne inducerent turbationem, immo (ut specialius dicamus) exitium quiescentibus, & Dei XLV.

PAGIUS re quidem propter timorem eorum quibus ob peccata nostra servire decreti sumus, quique vere sunt impii, & in circuitu (secundum quod scriptum est) impii ambulant, ut per singulos pene dies occasiones exquirunt, ut nos morti tradant: gaudeo vero propter veritatem Orthodoxæ Fidei, qua fulget in eis, &c. Visitavit nos Oriens splendidus ex alto, Theoretica & Divina Providentia illustrata mentis, in tenebris & in umbra mortis maligni erroris, idest Arabica impietatis sedentes, & ad dirigendos intelligibiles pedes nostros in viam & semitas pacifica constitutionis. Vides ipsos Patriarchas persecutionis metu se in deserta abdere coactos fuisse. Intelligimus tertio hoc anno vel sequentis initio, quo eæ litteræ a Patriarchis exaratæ, pacem in Syria extitisse: Consideramus igitur, Sanctissime, subdunt Patriarchæ apud Baronium num. XLV. contaminatæ nationis cognoscentes contra nos infestationem, remittere hos, qui missi sunt (duos nempe Legatos Tarasii), & prohibere appropiare iis ad quos destinati sunt, ducentes hos in medium nostrum, & admonentes plurimum, ne inducerent turbationem, imo (ut specialius dicamus) exitium quiescentibus, & Dei gratia PACIFICATIS ECCLESIIS, vel populo miserabiliter jugo servitutis afflicto, & importabilium illatione tributorum oppresso. Ad hæc Elmacinus lib.2. Hist. Sarac. de Musa Calipha scribit: Fuit ejus tempore Ecclesia in quiete & pace.

gratia pacificatis Ecclesiis, vel populo miserabiliter jugo servitutis afflicto, & importabilium illatione tributorum oppresso. At illi hoc moleste ferentes dicebant, quia in hoc destinati sumus, ut tradamus nostras in mortem animas pro Ecclesia, & propositum sanctissimi Patriarchæ, & piissimorum Imperatorum perducamus ad finem. Sed si in vestras tantummodo animas diximus ad eos) coarctaretur periculum, haberet fortasse sermo vester aliquam firmitatem. At vero qui contra commune corpus procedit Ecclesiæ, qualis erit profectus? immo qualis erit læsio ædificium construere super putredinem & firmo fundamento privatum? Vel quomodo (inquiunt) vel qua facie ad eos, qui nos miserunt, redibimus, nihil horum, quæ secundum votum suum sperabant, omnino ferentes.

*Ad hæc deficientes nos scientesque Deo amabiles fratres nostros, Joannem scilicet, & Thomam zelo divinæ Orthodoxæ Fidei adornatos, atque duorum sanctorum, & magnorum Patriarcharum Syncellos, quia & sanctifici silentii amatores, diximus ad eos (a): Ecce tempus, fratres, acceptum salutis, & silentio excellentius: Ite cum viris istis, & pro eis Apologiam assumite, & enarrate una voce quæ per litteras in timore domini nostris super vires esse convicimus. Noster enim qualiter per pusillam accusationem exul factus sit a nobis * multi signorum ille, qui ad regendum thronum fratris Domini sortitus est Jacobi. Cum autem opus Dei adimpleveritis, & Apostolicam traditionem, quæ tenetur in Ecclesiis per Ægyptum & Syriam, dominis nostris cognitam feceritis: tum quod a nobis desideratur,* silentium scilicet, *amplectimini.*

(a) 2. Cor. 6.

XLVI. *Et quomodo nos, responderunt, idiotæ cum simus inexpertes, ad tantam causam infirmi, & indocti præsumemus arripere negotium, quod virtutem nostram exuperat. Sed Christus Deus noster qui, per vilissimos & idiotas (e vestigio diximus) cooperatus est sanctis Apostolis, & per eos orbem terrarum captavit ad obedientiam verbi dispensationis suæ, potens est dare vobis sermonem in apertione oris vestri, ad supplendum intentionem, & sensum eorum, qui neque litteras quiverunt suscipere, neque ausi sunt resistere, vel super talibus quolibet modo mutire. Qui cum Dei essent amatores, obedientiæ filii apparentes, obedierunt verbo nostro, & acquieverunt hortationi: quos cum prolixa prosecuti oratione, & gaudium non qualemcumque his, qui missi conciliantes, taliter divulsi sumus ab invicem cum multa lacrymarum effusione.*

Verum, o sanctissimi, & beatissimi (ut decet paternam dominationem vestram) benigne fratres nostros suscipite, & dominis orbis absque subtractione, vel timore humano præsentate. Habebitis enim eos scientes liquido trium Apostolicarum Sedium concinnantem & concordantem Orthodoxiam. Qui sanctas, ac venerabiles sex Synodos voce consona prædicant. Aliam ad has, quam & septimam quidam susurrando nuncupant, nullatenus admittentes; immo modis omnibus respuentes, nimirum ut dudum in Apostolicarum, & magistralium traditionum depositionem, & sacrarum, ac venerabilium imaginum interemptionem, collectam.

Quæ septima non admittatur Synodus.

XLVII. *Vos vero, sanctissimi, divino illustrati zelo, consentaneos quoque habentes divinitus conservandos dominos, qui justo decreto Dei in vobis imperare præordinati sunt, simul etiam & a Deo protegendum, & muniendum Senatum, prævalete, & viriliter agite & confortetur cor vestrum, omnem inobedientiam Apostolicæ ulciscentes, & ad Christi obedientiam coaptantes. Illud autem tamquam necessarium penes pontificalem apicem vestrum commonendum, ducimus, ut si beneplacito cunctorum, Regis Christi videlicet Dei nostri, & eorum, qui cum eo regnare meruerunt, Dei scilicet amicorum, & triumphatorum dominorum nostrorum volueritis celebrare Synodum: ne molesta vobis appareat trium Apostolicarum sedium almorum Patriarcharum, & sanctissimorum Episcoporum, qui sub ipsis degunt, absentia, non ex proprio eorum accidens proposito, sed ex tenentium, seu dominantium illis terribilibus nimis, & mortiferis pœnis.*

Hos autem subtilius est considerandum etiam ab ipsa sacra, ac venerabili sexta Synodo, in qua nullus eorum, qui per idem tempus in his partibus Episcopi erant, convenisse repertus est propter nefariorum hominum dominatum: sed nullum ex hoc sanctæ adhæsit Synodo præjudicium, neque sequuta est prohibitio aliqua statuendi, & manifesta faciendi recta dogmata pietatis, præcipue cum sanctissimus Apostolicus Papa Romanus concordaverit, & in ea inventus sit per Apocrysarios suos, & nunc sanctissimi, hoc cum auxilio Dei similiter fiet. Nam sicut tunc illius fides in orbis terræ personuit fines, ita & Synodi, quæ nunc per gratiam Dei congreganda est, per interventionem vestram, & ejus qui moderatur Apostolorum principis Sedem, prædicabitur in omni loco, quæ sub sole est fides, videlicet quæ tyrannice destructa sunt erigens, & in antiquam, & Apostolicam reformans traditionem.

XLVIII. *Porro ad munitionem generalium litterarum nostrarum, satisfactionemque beatitudinis dominationis vestræ, atque victorum, & triumphatorum Imperatorum nostrorum conspeximus, atque exemplar Synodicorum Theodori sanctæ memoriæ Patris nostri, & Patriarchæ Hierosolymorum*

Digitized by Google

rum subicimus iis, quæ dicta sunt a nobis. Hunc autem libellum, secundum solitum Ecclesiæ morem, idem sanctæ recordationis scripsit beatis, & almis * *termini sanctissimis Patriarchis Cosmæ scilicet Alexandriæ, & Theodoro Antiochiæ Theopoleos: quis & reciproca Synodica eorum, dum adhuc viveret, recepisse dignoscitur. Incolumes vos pro nobis orantes Dominus conservet sanctissimi, & divinitus honorati.* Hactenus Orientalium epistola. Cui mox subnectitur dicta Theodori confessio, isto titulo: *Exemplar Synodicorum Theodori sanctissimi Patriarchæ Hierosolymorum, &c.* Recitantur ipsæ in Actione secunda septimæ Synodi.

* terque

Hoc ipso anno contigit, quod narratur a Constantino Episcopo Constantiæ Cypri in Actione quarta Nicæni posterioris Concilii, his verbis (a): *Ante biennium navigaverunt viri Cyprii in duabus navibus in civitatem Syriæ, quæ vocatur Gabula. Cum autem esset Gabalæ secundum consuetudinem sagittarii Agarenorum, descenderunt ad maritima, & venientes quidam eorum Gabalam, divertunt in quoddam templum civitatis. Porro unus ex Agarenis, videns imaginem in pariete de calculis, interrogavit quemdam Christianum, qui aderat: Quid prodest imago hæc? Ad quem Christianus ait, Quia iis quidem, qui eam honorant, prodest; his autem, qui eam inhonorant, nocet. Et Sarracenus: Ecce ego, inquit, effodiam oculum ejus, & videbo, quid mihi noceat. Hæc dixit, & extendens contum suum, imaginis oculum dextrum effodit. Protinus ergo & suus dexter oculus in terram exiliit; idemque igneo est febre detentus. Hi autem, qui simul cum illo aderant, acute eum ægrotantem videntes, tulerunt, & ad civitatem ipsius reduxerunt. Hæc nobis retulerunt viri, qui remearunt ad Cyprum numero triginta duo.* Hæc in plena Synodo Constantinus Episcopus. Sed ad res Occidentalis Ecclesiæ stylum convertamus.

(a) Conc. Nic. 2. Act. 4. version. Anast.

Hoc eodem anno Carolus Magnus Rex in Saxonia Synodum habuit Paderburnensem, in qua inter alia status Ecclesiæ Saxo- XLIX.

PAGIUS VIII. Annus XIV. belli Saxonici.

Ad num. XLIX. & seqq. Carolus Rex insignem hoc anno de Saxonum idololatria & perfidia triomphum egit, a variis Francorum Analistis narratum, quem hic ex Annalista Metensi referam: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXXV. Rex usque ad Reie pervenit super fluvium Vuisaram, ubi confluit Vuaharna, & propter nimiam inundationem aquarum, inde reversus est ad Eresburch Castrum, ubi uxorem suam Fastradam cum filiis & filiabus venire jussit; ibique per totam hyemem mansit. Ubi etiam Pascha celebravit. Et multis vicibus exercitum super Saxones misit, & eorum Castra destruxit, & in Majo Synodum apud Padesbronnum habuit: & inde iterum pergens, nullo contradicente, totam Saxoniam circuivit. Et cum pervenisset in Bardengavvi, misit inde post Vvidichindum & Abbionem, & utrosque ad se fecit venire. Quos sacramento constrinxit, ut in Franciam ad eum venirent. Qui acceptis obsidibus, ad Regem in villa Attiniaco venerunt, ibique baptizati sunt: & sic tota Saxonia subjugata est Francis. Et in eadem villa celebravit Rex Natalem Domini.* Bardengavvi, seu ut alii scribunt Barduicum sive Bardovicum positum est ad Ilmenovium amnem infra Lunæburgum, quod ex ejus ruinis crevit.

IX. Episcopatus Mindensis & Verdensis instituti.

Saxonia itaque, quæ a tot annis bello flagraverat, pace gaudere cœpit, postquam a Carolo in Provinciam redacta est. Præterea Witichindus *tot malorum auctor ac perfidiæ inventor venit cum sociis suis ad Attiniace Palatio, & ibidem baptizatus est, & Rex suscepit eum a fonte* inquit Chronographus Moissiacensis. Cointius hoc anno num. IX. varios alios Annalistas citat, qui Witichindum Attiniaci sacro fonte levatum esse tradunt, & ex illis refellit eos qui apud Bollandum ad diem VII. mensis Januarii in Encomio Witichindi, fingunt, hunc vel *Bardeviri* vel *Mittebachii*, vel in villa *Belthem* Diœceseos Osnaburgensis baptizatum fuisse. *Deinceps Vvitichindus pacatus in sua sedit Provincia, Vvestphaliam solam gubernans*, inquit Krantzius lib. 2. Saxoniæ cap. 24. Carolus nonnullas ei restituit Arces, alias præsidiis firmavit. Ubi vero *Vvitichindus* agnovit Carolum de confirmendis Ecclesiis sollicitum, idoneum obtulit locum, quem suo jure servabat ad ripam Wisurgis, ubi *Mindensis* Episcopatus fundatus est & primus Episcopus ordinatus *Herimbertus*, Vir præcipua religione, inquit Krantzius. Præter hunc Episcopatum erectus *Verdensis* in Saxonia, ut ostendit Henschenius ad diem primum Martii in Vita Sancti Suiberti Episcopi & Frisonum Apostoli. Sedes Episcopi, non *Verda* primum, sed alio in loco fixa, indeque postea ad Verdense Oppidum tanquam nobilius & clarius translata. Primus autem illius Episcopus fuit *Suibertus* Caroli Regis jussu statutus, Vir Sanctus natione Anglus, qui colitur die XXX. mensis Aprilis. Legendus Henschenius citatus in Commentario prævio ad Vitam Sancti Suiberti Episcopi Frisonum paragrapho 8. num. 62. & seq. & ad diem XXX. Aprilis in Vita Sancti Suiberti Episcopi Verdensis in Saxonia Inferiori, qui cum Suiberto Seniori confundendus non est; cum illius initia ab istius obitu integro fere sæculo distent. Porro natalem Witichindi ad diem VII. Id. Januarii celebrant Carthusiani Colonienses in Addit. ad Usuardum & Martyrologium Germanicum a Petro Canisio recognitum; sed Bollandus citatus ait, se haud comperisse an publica Romanæ Ecclesiæ auctoritate Witichindus inter Divos habitus fuerit.

Nuncium de rebus a Carolo feliciter gestis, & de Saxonibus ad fidem conversis Romam per Andream Abbatem cito delatum est, ut liquet ex literis Hadriani Papæ, de quibus anno sequenti agemus. *Vvillebadus*, qui solitariam vitam ab anno superiori ducebat, Carolum apud Eresburgum commorantem adiit, & ab eo rursum in Saxoniam missus est hoc anno, ut colligitur ex Anschario in Sancti Willehadi Vita: *Venerandus Domini Sacerdos Regem adiit Carolum, qui tunc forte in Castello consederat Saxoniæ Eresbur, proponens voluntatis suæ devotissimam in prædicatione Evangelii* pa- X.

X. S. Villebadus in Saxonia Evangelium prædicat.

Digitized by Google

Concilium Paderburnense. (a) Crant. Metrop. Sax. l. 1. c. 9. & hist. Saxon. l. 2. c. 23. Widichindi, & Albionis Principum Saxonum conversio ad fidem.

xonum dispositus est: baptizatis enim hoc anno iis, qui rebellare consueverant, Vvidichindo, atque Albione Principibus Saxonum, res Saxonum in tuto quodammodo videri poterant, collocatæ. Jacta etiam feruntur hoc anno fundamenta Mindensis Ecclesiæ in Saxonia, cui primus præfectus est Episcopus Herimbertus. Quomodo autem hæc se habuerint, ex Annalibus Saxonum ista (a) narrantur:

Vicina erat Paschalis solemnitas, & Rex cum universo milite pro Christiana pietate se jam sacris imminentibus apparabat commemoratione Dominicæ passionis, & expurgatione criminum in purgatione conscientiæ. Vvidichindus mendici habitu per fluvium in navicula allabitur: & quo minus nosceretur, mendicus cum mendicis ad stipem sedebat: ingens quippe pauperum multitudo quotidie affectabatur. Rex illis largam stipem jussit erogari. Vvidichindus, ubi ad eum perventum est, dextram & ipse protendit. Attendit, qui distribuit incurvum in manu digitum, qualem sciebat habere Vvidichindum, vultum ejus diligenter intuetur agnoscit arridens, qui largiebatur. Quid ita mendicas inter mendicos sederet Princeps ditissimus, percontatur. Ille nihil ad hæc, sed ad Regem se jubet introduci.

Erat tum sanctissimus Paschæ dies. Rex hilariter excepit venientem: percontatus, quid sibi vellet indignus Principe habitus. Ille sub hæc: Volui serenissime Rex, hoc habitu incognitus (ut sperabam) lustrare secreta gestorum, quæ cognitus non tam fideliter aspicerem. Curiositas induxit, ut latibulum quærerem, qui inter tuos nunc in gratiam susceptus, propalam possem percontari, quæ vellem. Quid igitur (inquit Rex) vidisti, quod te vidisse delectat? Ille, ut erat adhuc re- L.

rum

PAGIUS

pacis effectionem, atque ipsius in hoc æquissimam requirens præceptionem. Qui pro consolatione laboris ac præsidio subsequentium ejus, dedit ei in beneficium quandam Cellam in Francia, quæ appellatur Justina, præcepitque ei, ut iterum pro nomine Christi ruptam repeteret Parochiam. Quod ille gratanter ac religiose suscipiens, rursus venit Vvigmodiam & fidem Domini publice ac strenue gentibus prædicabat. Ecclesias quoque destructas restauravit, probatasque personas, qui populis monita salutis darent, singulis quibusque locis præesse disposuit. Sicque ipso anno, Divino ordinante instinctu, gens Saxonum fidem Christianitatis, quam amiserat denuo recepit. Sed & totius mali auctor inventorque perfidiæ Vvidichindus eodem anno, Regi se subdens Carolo, Baptismi est gratiam consecutus; sicque ad tempus sedata sunt mala, quæ illius fuerant ingesta pernicie.

XI. *Moritur S. Virgilius Episc. Salisburgensis.*

Mortuus est hoc anno Sanctus *Virgilius* quintus Ecclesiæ Salisburgensis Episcopus. In brevibus enim Annalibus Ratisponensibus a Mabillonio Tom. IV. Analect. publicatis, ad annum DCCLXXXV. habetur: *Virgilius Episcopus & Oppertunus Abbas obierunt.* Tum ad annum sequentem: *Arn. Episc. ordinatus est*, nempe *Arno*, qui primus Archiepiscopus Salisburgensis fuit, ut anno DCCXCVIII. quo Archiepiscopalem dignitatem consecutus est, exponemus. Nec dubium, quin *Sancti Virgilii* mors accurate in iis Annalibus consignetur; cum in libro Miraculorum Sancti Virgilii ex Tomo VI. Canisii a Mabillonio sæculo III. Benedict. part. II. relato legatur, alias detectam fuisse tumbam & depictam imaginem supra eam cum inscriptione, quæ docet Virgilium illud Templum construxisse, & prætetea dies obitus ejus *V. Kalend. Decemb.* ibidem notatur. Unde cum Virgilius exeunte anno spiritum Deo reddiderit, ejus Successoris Ordinatio anno sequenti peracta est. Chronographus itaque Reichersbergensis, qui hanc mortem in Annum superiorem diemque *V. Kal. Decemb.* contulit, in anno tantum peccavit. Adhæc Poeta Anonymus, qui Versus *de Ordine Comprovincialium Pontificum* composuit, Epitaphium Virgilii his Versibus inchoat:

Hic Pater & Pastor, humilis doctusque Sacerdos,
Corpore Virgilius pausat, quam Hibernica tellus
Disponente Deo partes direxit in istas,
Quique regebat ovans præsentis culmina Sedis
Ferme QUATER DENOS *caris cum fratribus* ANNOS.

Quare cum *Virgilius* annos ferme XL. Salisburgensium Episcopus fuerit, mors ejus citius contingere non potuit. Auctor quidem Anonymus ejus Vitæ, Sancti Eberhardi itidem Episcopi Salisburgensis discipulus, qui modo sæculo XII. eam in literas mandavit, juxta editionem Mabillonii loco citato scribit: *Celebrato Divini Sacramenti Mysterio, levi morbo correptus, anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXX. 4. Kalend. Decembris obdormivit in Domino.* Verum apud Hundium in Metropoli Salisburgensi aliqui legunt, *anno* DCCLXXXIIII. vel DCCLXXXV. qui ideo recte censuere locum illum corruptum esse, licet in priori editione ejusdem Vitæ habeatur etiam annus DCCLXXX. Cointius, qui anno DCCLXXX. num. XI. *Virgilium* mortuum contendit, ait, lectionem illam Hundii vitiosam esse, & errorem ex eo videri emanasse, quod cum olim annum, quo Virgilius ex hac vita migravit, omnes constantissime notarint DCCLXX. mota de die controversia, diem alii IIII. scripserint, alii V. ante Kalendas Decembres, & reperti sint e Recentioribus, qui duobus numeris, quorum alter annum, diem alter designabat, in unum coactis, asseruerint *Virgilium* mortuum anno Christi, vel DCCLXXXIIII. vel DCCLXXXV. Sed sive Anonymus scripserit *anno DCCLXXX.* ut etiam legitur in libro Miraculorum Sancti Virgilii citato, sive currentem Christi annum signaverit, mors Sancti Præsulis a præsenti anno amoveri non potest; cum, teste Poeta in ejus Epitaphio, *Virgilius* annos fere XL. Ecclesiam Salisburgensem rexerit, isque Epitaphium illud anno DCCCXL. aut circiter composuerit, qui ideo durationem Sedis Virgilii melius callere potuit, quam Anonymus, qui Sancti Antistitis Vitam pluribus a morte ejus sæculis elucubravit. Quod si Hundius, Cointius, aliique Viri doctissimi Versus laudati Poetæ videre potuissent, in describendis *Virgilii* ejusque Decessorum annis, & initio ac fine illorum Se-

dis

rum Christianarum rudis, subintulit: Vidi, quod mirabar, ante biduum te demisso vultu tristem, incertus, quid contigisset, quod tantum Regem contristaret (commemoratio fuit Dominicæ passionis, qua die Parasceves regum vultum obscurasset) rursum, inquit, vidi hodierna te die primum solicitum, & ad rem attentissimum: postquam vero mensam adieras in templo mediam, ita hilari mihi conspectus es vultu, ut repentinæ in te mutationis me caperet miraculum.

Stupor autem erat videre, quod de manu purpurati sacerdotis singuli pulchellum puerum in os susciperent, quem quibusdam ludibundum arridere, ultro properare, aliis vero abhorrentem, avertesse multum, & tamen in ora demissum, nec redeuntem inspexi. Hoc quid sit, necdum accipio. Tum Rex: Bene, inquit, profecisti: plus tibi aliquid, quam cunctis sacerdotibus, & omnibus nobis est ostensum. Inde mutata veste, manu secum abstractum docuit grande pietatis mysterium in altaris sacramento. Qua re cognita, exhilaratum Ducem orasse, ut proprium illi sacerdotem permitteret, qui divinæ rei curam haberet, crebriusque in conspectu perageret altaris sacratum mysterium. Rex etiam Pontificem illi daturum promittit, modo ille habitationem Episcopo dignam, provideret. Ducem vero arcem suam ad Visuram utriusque capacem ostendisse: deditque in ejusdem urcis non exiguo circo locum ædificandæ Ecclesiæ. Ferunt proinde nomen Ecclesiæ provenisse quod meum & tuum, quasi communis duorum possessio, sonat in lingua Saxonum vernacula Min, din.

Erat vir præcipua religione Herimbertus, qui cum Carolum latere non posset, dignus est habitus, quem præficeret eidem Ecclesiæ Mindensi Episcopum: adiecit illi ministeriales non paucos, nec parvos, ut haberet Ecclesia defensores suos. Illi vero, quia ex imo gradu in nobilitatem excreverant, ut partim Comites, partim Duces fierent sprevisse matrem videntur. LI.

Or-

PAGIUS dis, in tot errores ab anterioribus Scriptoribus inductos abrepti non fuissent.

XII. *Obitus Opportuni Abbatis primi Mansea.* Eodem quo *Virgilius* anno vitam cum morte commutavit *Opportunus*, ut mox diximus ex Annalibus Ratisponensibus. Fuit *Opportunus* primus Abbas Cœnobii, cui nomen inditum Mansee, quod *Odilo* Dux Bajoariæ in Episcopatu Salisburgensi prope Menem lacum Noricorum *Sancti Pyrminii* suasu construxit, ut videre est, apud Cointium anno DCCXXXIX. n. XLVI. qui ejus fundationem collocat, sed qui mortem *Opportuni* in annum DCCLXXXI. Hundium in Metropoli Salisburgensi secutus perperam confert. *Opportuno* successit *Henricus* de quo infra.

XIII. *Saraceni in Urbe Gerundensi a Carolo expulsi.* In Chronico Moyssiacensi ad annum DCCLXXXV. legitur: *Gerundenses homines Gerundam Civitatem Carolo Regi tradiderunt*, quod & legitur in Annalibus Anianensibus, & his verbis observavit Surita: *Mauri qui Gerunda Ausetanorum Urbis potiuntur, sub Caroli imperium ditionemque deveniunt.* Quod tamen contigit, ut observat Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 6. num. 9. postquam certatum fuit cum Machomete Mauro Comite, & post longam Urbis obsidionem. Cujus rei memoriam conservavit vetus Chronicon Monasterii Rivipullensis, in quo dicitur: *Hic Carolus dictus Magnus an. Domini DCCLXXXVI. cepit Civitatem Gerunda vicens in prælio Machometum Regem ipsius Civitatis. Et dum cepit ipsam Civitatem, multi viderunt sanguinem pluere, & apparuerunt acies in cælo, in vestimentis hominum & signa Crucis. Et apparuit Crux ignea in aere supra locum ubi nunc est altare Beatæ Virginis. Et propter hoc mutavit Sedem, qua tunc erat in Ecclesia Sancti Felicis, in loco ubi nunc est.* Meminere eorumdem prodigiorum ad annum sequentem & Chronicon Moissiacense, & Annales Anianenses: *Eo anno mense Decembris apparuerunt acies terribiles in cælo, quales nunquam nostris temporibus antea apparuerant. Nec non & signa Crucis apparuerunt in vestimentis hominum & nonnulli sanguinem dixerunt se videre pluere.*

XIV. Tam ingens beneficium adeptæ per *Carolum* libertatis rependere voluit *Arnaldus* de Monterotondo Gerundensis Episcopus, institutis solemnibus Missarum & Horarum Canonicarum Officiis in honorem *Caroli Regis*, edita constitutione anno MCCCCXLV. qua lectiones in ea Festivitate recitandas ordinavit juxta rei gestæ tunc receptam fidem: unde major auctoritas huic narrationi conciliata. Earum lectionum usus *in* Ecclesia Gerundensi viguit usque ad tempora Concilii Tridentini, ex cujus Decretis factum, ut cesset Officiorum istiusmodi recitatio. Sed non desivit apud Gerundenses festæ diei cultus *Sancto Carolo* dicatæ, quem Orationes quoque Panegyricæ inter missarum solemnia prosequuntur, ut notavit ibidem Marca. Carolus anno DCCLXXVIII. ut ibidem ostendimus, totum Pyrenæi montis jugum perdomuerat, & usque ad Iberum amnem Ditiones suas extenderat. Verum Præfectus Saracenus, quem Gerundæ imposuerat, ejus iram hoc anno provocavit, indeque Gerundenses hoc vel sequenti anno ad deditionem coegit. *Gerundenses Carolum Regem Liberatorem suum agnoscunt.*

XV. *Comites instituti in Marca Hispanica.* Post captam Gerundam *Carolus* reliquam Provinciam ordinavit prout Reipublicæ utilitas & ratio temporum ferebat. Unum autem, inquit Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 7. num. 3. innovasse videtur. Cum enim Veteres Principes suum unicuique Civitati Comitem præficere soliti essent, ille Comitis Hispanici custodiam in plures partitus, tres Comitatus instituit in pagis singularum Civitatum: quod valuit etiam sub Ludovico Pio & sequentibus postea Regibus. Divisionem illam collegit Marca ex Præceptis Regum: Diœcesis Helenensis quæ sola angulum Gallicum Narbonensis Provinciæ occupat, in tres Comitatus dissipata est, Ruscinonensem videlicet, Confluentium, & Vallaspirensem; Gerundensis, cui jam tum adjuncta erat Emporitana, in quatuor Comitatus secta est, Gerundensem, Emporitanum, Petralatensem, & Bisuldunensem. Tres instituti in Diœcesi Ausonensi, Ausonensis primum, tum Matesensis, & Bergitanus. In Urgellensi itidem tres, Urgellensis, Ceretanus, sive Cerdaniensis, & Pallarensis. In Barcinonensi quoque admissa est sectio, intra cujus limites surrexit etiam Comi-

*Ornata eſt autem Eccleſia jam tum ab initio multis Sanctorum reliquiis, Feliciani Fulginatis Epiſcopi & Martyris, Theodori Epiſcopi, Carpophori & * Abundæ Martyrum. Profecit autem Eccleſia tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſub hoc Pontifice, agente novitio fervore in populo recens converſo, inſtante nihilominus bono Pontifice, qui frugem divini verbi curavit in populo multiplicare.* Hactenus de his auctor in Metropoli Saxonum: quæ totidem verbis reddidiſſe voluimus, ne quid additum putetur ad ea quæ ex Annalibus Saxonum prodita auctor refert. Qui & addit, hoc anno jam Vvidichindo ad religionem Chriſtianam converſo, cœptas a Carolo Magno alias Cathedrales Eccleſias erigi in Saxonia, eiſdemque qui eas curarent, eſſe poſtea datos ſanctos Epiſcopos, de quibus inferius dicendum erit. Hæc modo ſatis.

* Abundii

Chri-

PAGIUS

mitatus Penitenſis. Jaccenſis etiam Urbs ſuos habuit Comites, qui Aragonenſes dicti ſunt ab ea, anguſta licet, Regione quam duo fluvii Aragonii cingunt. Hæc *Carolus* ſtudio rei militaris adverſus Saracenos accurate conſtituendæ.

XVI. Cum *Kenulfus* Occidentalium Saxonum Rex triginta regnaſſet annos, & alterum inchoaſſet, a ſubditis occiſus eſt, ut Malmesburienſis lib. 1. de Reg. cap. 2. aliique Hiſtorici Angli ſaſe narrant, quod hoc anno contigiſſe docet Annaliſta Mailroſenſis. Ei ſucceſſit *Brithricus*, qui erat e Regia familia.

Moritur Kenulfus Rex Occidentalium Saxonum.

I. CHristi Redemptoris annus adest septingentesimus octogesimussextus, Indictione nona, quo septimo Idus Augusti cum Oecumenica Synodus in basilica sanctorum Apostolorum collecta esset, manu militari Iconoclastarum haereticorum exturbatur. Quamobrem Imperatorum prudentia in tempus magis opportunum differri jubetur. At quomodo ista se habuerint, ex ejusdem temporis scriptoribus accipe, atque primum ex Theophane, qui haec ait: *Anno sexto, nempe superiori, Imperii sui, mittentes Imperatores convocaverunt omnes, qui sub eorum erant potestate Antistites, pervenientibus quoque a Roma transmissis ab Hadriano litteris, & hominibus ut praediximus, & ab Antiochia, & Alexandria, & septimo Idus Augusti nona Indictione,* hoc nempe anno septimo eorumdem Augustorum, *praesidentes in templo sanctorum Apostolorum apud regiam urbem, coeperunt sanctas scripturas relegere, & obiicere invicem, Imperatoribus & * catechumenis inspicientibus. Ast populi scholariorum, & excubitorum, atque ordinum caeterorum* militarium *adunati a suis Principibus, cum haberent etiam ipsi magistrum* Constantinum *Deo odibilem ducem Imperatorem, irruerunt in eos nudatis gladiis, minitantes morte afficere tam summum sacerdotem, quam Orthodoxos Episcopos, & Abbates. Imperio vero per astantes sibi familiares homines hos sedare nitentes, non acquieverunt, quin potius exprobraverunt. Cum autem surrexisset Patriarcha, & tribunal cum Episcopis & monachis esset ingressus, hi qui maligni sensus erant eorum Episcopi, exierunt ad eos clamantes, & dicentes: Vicimus. Et gratia Dei nemini nocuerunt furiosi illi, & inhumani; & taliter dis-*

Concilium Oecumenicum exturbatur. * Hegumenis.

soluta Synodo, unusquisque rediit ad propria. Haec de his summatim Theophanes, qui quod ait Tarasium esse tunc ingressum tribunal, ut haec intelligas ex Ignatio, qui ejusdem viri sanctissimi res gestas est prosequutus, dilucidius enarrante, & ex ipsius Tarasii litteris ut accipias, necesse est. Qui igitur praesens fuit iis, quae scriptis mandavit Ignatius, haec habet (*a*):

(*a*) *Ignat. in Taras. apud Sur. t. 2. die 25. Febr* II.

Tarasius animum adhibebat iis, quae ad rectam fidem pertinent, ut quae, Deo volente, visa fuerant, & ab imperatoribus promissa erant, ad effectum venirent, contendebat. Hoc autem erat, ut Oecumenica procederet Synodus, & ab eo, quod justum est, minime aberraret Ecclesia. Jussu ergo Imperatorum omnes Pontifices ex unaquaque regione, & civitate proficiscuntur in regiam civitatem. Et jam edicto convento in inclyto templo divinorum Apostolorum, & jam sedentibus Episcopis in sedibus propositis: ecce quoddam examen vesparum virorum inquam, qui erant animis leoninis ex exercitu Constantini, qui olim Imperii sceptra non pie administrabat, exurgens, veluti ex quibusdam alveis malae opinionis, accedit ad dictam aedem sacram, bellicis armis eam obstructurum. Qui cum veneranda aedis atriis appropinquassent, inconditu voce locum repleverunt, dicentes, non esse ferendum infirmari, & transgredi ea, quae olim visa fuerunt Constantino. Nam non permittemus (ajebant) illius abrogari dogmata, & praedicari, esse statuendas imagines. Quod si quis hoc inceperit, & ante nostros oculos viderimus abrogari Synodum, quae fuit ab ipso congregata: sanguine sacerdotum terram reddemus purpuream.

III. *Haec dicebant, & in portas irrumpentes,*

PAGIUS SAEC. VIII. Anno Erae Hisp. DCCCXXIV. Anno Hegirae CLXX. inchoato die 3. Julii fer. 2. A. C. 786.

ANNO PERIODI GRAECO-ROMANAE 6279.

☉ 11. A. ☽ 8. P. 23. Apr. Indict. 9.

JESU CHRISTI 786.

HADRIANI PAPAE 15.

CONSTANTINI IMP. 11. & 7.

IRENES 7.

I. *Septima Synodus inchoata & dissoluta.*

AD Num. I. ad VI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXVIII. qui Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoatur, refert Imperatores misisse, qui universos suae Ditionis Episcopos in unum convocarent, & *mensis Augusti die decimo septimo, nona Indictione* coeptam esse Synodum Constantinopoli, sed Scholariorum & Excubitorum copias a propriis Rectoribus Iconomachorum haeresi infectis incitatas, nudatis gladiis impetum in Patriarcham aliosque fecisse, & Synodum solutam esse. Tum anno insequenti, Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoato, ait: *mense Septembri ineunte Indictione X.* Imperatricem transfretana Themata Constantinopolim evocasse, & eorum opera copias tumultuantes expulisse: Tum vero eos arma deponere jussisse, singulosque in suas Provincias se recipere jussisse, ut fusius narrat Baronius num. IV. & seq. Tumultum seditiosorum magnum fuisse, ostendit Ignatius Metropolita Nicaenus, qui tradit eos Basilicam, ubi erant Episcopi congregati obsedisse, *clamantes non esse ferendum infirmare & transgredi ea, quae olim visa fuerant Constantino* (nempe Copronymo). *Non enim permittimus*, aiebant, *illius abrogari dogmata, & praedicari esse statuendas imagines. Quod si quis hoc inceperit, sanguine Sacerdotum terram reddemus purpuream.*

Ad-

tes, volebant eos, qui erant intus, interficere. Tunc nutu Imperatoriæ potestatis, Sessionem relinquunt Pontifices. Imperatores autem in eos, qui res novaverant cum ira ferventes, cito venerunt in suum palatium, eorum insolentiam, & insurrectionem, & eversionem universi reputantes. Tarasius vero ad sacram aram accedens, timoris nullum signum præferens, incruentum incipit sacrificium, & mystica communione peracta, domum revertitur, ubi vacabat prioribus laboribus, nempe in sacra scriptura, & in demonstrationibus faciendis ex Patrum eloquiis. Provide sane cedendum existimaverunt in præsentiarum Imperatores, secundum illud Ecclesiastici (a): *Ne coneris contra ictum fluvii.* Porro Tarasius ipse testatur, se ab ejusmodi Iconoclastis prohibitum esse cathedra. Etenim meminit harum turbarum ipse in epistola ad Hadrianum Romanum Pontificem, ubi ait: *Verum nos ante annum Sessionem colligere Synodi statueramus: cum improbi aliquot homines, & quorum mentes insania tumultuabantur, turbam in nobis cientes, cathedram prohibuerunt: quamobrem coacti sumus integrum annum a proposito nostro desistere, ubique, quod ad eam rem attinebat, tentare.* Hæc Tarasius, qui postea præfatus in prima Actione Nicænæ Synodi, id hoc anno factum, ipsis Kalendis Augusti, affirmat, operaque Iconoclastarum Episcoporum. Cæterum cum reliqui omnes Episcopi ad proprias Ecclesias dimissi fuerint: ipsi tamen Apostolicæ Sedis Legati Constantinopoli recedentes, cum in Siciliam pervenissent, Romam reversuri, illic jussi sunt consistere, tempus opportunum expectantes colligendi iterum Concilii Oecumenici. Quod & accidit ex sententia, ut suo loco dicemus. Testatur id quidem Hadrianus Papa in epistola ad Carolum Magnum. Anastasius Bibliothecarius in præfatione ad septimam Synodum ad Joannem Papam, de his agens, his addit, milites ab Episcopis Iconoclastis fuisse instigatos ad contradicendum.

Tarasius intrepidus sacrificat.

(a) Eccl. 4.

Sedere prohibitus ab hæreticis Tarasius.

IV. Quomodo autem in hæreticos, factiososque milites Synodi sacræ perturbatores ulti sint Catholici Imperatores, ab eo, de quo supra, Theophane ita accipe: *Anno septimo Imperii sui, missu Irenæ Stauratio Patricio, & Logotheta in Thraciam mense Septembri, & initio decimæ Indictionis ad ulteriora themata (ita appellator ordines militares) persuasit eos sibi cooperatores fieri, & depellere ab urbe impium populum* (milites illos videlicet Concilii turbatores) *quem Constantinus,* cognomento Copronymus *instruxerat. Et cum fingeret, totum exercitum motum esse in Orientales partes eo quod eas Arabes fuissent aggressi: exiit omnis regius apparatus, atque suppellex usque ad Malagana: & sic introeuntes hi, qui exteriorum thematum erant, tenuerunt urbem. Mittens autem ad illos, significavit eis dicens: Mittite mihi arma vestra: opus enim non habeo vobis. At illi, stulti divinitus facti, dederunt arma. Tunc missis familiis eorum in naves, exules missi ab urbe in propriam regionem unumquemque jubens abire, in qua genitus esset. Et cum fecisset proprium exercitum, & Principes sibi obtemperantes, ipse iterum mense Majo anni sequentis, mittens per omnem locum, congregavit omnes Episcopos, &c.* Dicentur hæc inferius de facta iterum convocatione Concilii Oecumenici. Ignatius eadem habet in Tarasio.

Milites seditiosi male mulctati.

V. Erant hi (ut apparet) milites Prætoriani; qui medullitus imbibissent Iconoclastarum hæresim, propinatore illis facto Constantino Copronymo, quibus addebant calcaria plures Episcopi Iconoclastæ, ad hoc convenientes, ut quæ parabantur, exturbarent: erant hi ex illis, qui sub eodem Copronymo septimam, quam dicebant Oecumenicam Synodum habuerunt: de quibus eodem loco meminit Anastasius, hos nimirum conatos primum esse, ne Synodus cogeretur: quod cum obtinere minime potuissent, illud nisos, ut eamdem coactam jam exturbarent, exturbataque, eosdem septimam pseudosynodum acclamasse: nam audi Anastasium: *Porro Patriarcha delata causa Imperatoribus, nequaquam prohibitus est quominus fieret Episcoporum conventus in prædicto venerabili templo. Factisque quibusdam allocutionibus tum a sancto Patriarcha, quam a Deo amabilibus Antistitibus, & lectis quibusdam Synodicis conscriptis, quæ prohibent non oportere aliquando Synodum universalem fieri præter consensum cæterorum sanctissimorum Patriarcharum. Cumque legeren-*

PAGIUS Addit Sanctus Tarasius Act. prima: *Habebant in auxilium quosdam Episcopos, qui facile numerari possunt, quorum nomina voluntarie præterimus, quoniam omnibus nota sunt.* Postquam seditio sopita est, remanserunt omnes Episcopi Constantinopoli, exceptis Legatis Apostolicis, de quibus Hadrianus Papa in Responso ad Dubia Francorum: *In Siciliam reversi sunt, & demum Imperatores post eos mittentes, iterum Constantinopolim adscendere fecerunt.*

II. Erat tunc Constantinopoli *Sanctus Plato* Hegumenus Sacundionis, qui sicut non timuerat minas incursumque militum, sic Patriarcham *Tarasium* secutus est, & anno sequenti interfuit Concilio secundo Nicæno. Quæ tunc egerit *Sanctus Plato*, exposuimus anno DCCLXXX. numer. III. & seq. ideoque quæ ibi retulimus, huc revocanda.

Ei interfuit S. Plato Hegumenus.

Ad

ventur hæc, facta est turba militum: & ante januas venerandi templi simultatem, & clamorem faciebant ex immixtione quorumdam Episcoporum, qui ad hoc moti, in Synodo male sentientes reperti sunt esse.

Quibus peractis, Imperator per Cubicularium omni Synodo jussit interim dicere; Abscedite, ut populi inordinatum impetum evadamus: & post hæc voluntas Domini fiat. Taliterque Antistitibus e templo egredientibus, quidam eorum veritati resistentes, cum turba concinnaverunt, & impie declamationem faciebant pseudosyllogi, septimam Synodum collaudantes, atque Oecumenicam nominantes. Sed Catholicus scriptor, hæreticorum conciliabulum, quod ante hanc Synodum factum est, quod septimam Synodum appellabant, pseudosyllogum, falsum collegium nuncupat. Cum ergo taliter malignum concilium clamorem emisisset, & hora esset quasi sexta: domum jam esurientes abibant, & ita commotio seditionis sopita est. Hactenus Anastasius. Ex quibus intelligas conatum hæreticorum Episcoporum vi militari pollentium, nimirum exturbatis Orthodoxis Episcopis; ipsos ibi remansisse, acclamationibus confirmantes septimam pseudosynodum.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

VI. Collectio Can. Hadriani Pap.

Quod ad res pertinet Occidentales, hoc eodem anno Hadrianus Pontifex collectionem canonum octoginta, *a* se elaboratam dedit Ingilramno Episcopo Mediomatricis civitatis, tunc Romæ degenti, ut causam suam adversus falsos accusatores defenderet. Quem absolutum hisce canonibus, communitum remisit ad suos. Postulabat id causa, ut colligeret idem Pontifex canones, spectantes ad accusationem Episcoporum, & ad jura Romanæ Ecclesiæ pertinentes, ex qua adversus oppressiones, illatas Episcopis a Principibus, defensio prodire solet, ea vero oppressa, omnes cum ipsa Ecclesias opprimi sit necesse. Porro eidem collectioni reperitur ejusmodi præposita inscriptio (*a*).

(*a*) Extat. t. 5. Conc. edit. Venet.

E Græcis, & Latinis canonibus, & Synodis Romanis, atque decretis Præsulum ac Principum Romanorum hæc capitula sparsim collecta sunt, & Ingelramno Mediomatricæ urbis Episcopo, Romæ a beato Papa Hadriano, data sub die decimotertio Kalend. Octobris, Indictione nona quando sui negotii causa agebatur. Ita inscriptio, cui canones subjiciuntur. Ex more tunc celebratam esse Synodum, existimamus, in qua de jurisdictione Romanæ Ecclesiæ inspici canones opus fu-

Bb 2 isse

PAGIUS III. *Collectio LXXX. Capitulorum Hadriano PP. & Ingelramno attributa.*

Ad num. VI. In Editione Veneta Conciliorum LXXX. Canones Hadriani Papæ cum hoc titulo repræsentantur: *E Græcis & Latinis Canonibus & Synodis Romanis, atque Decretis Præsulum ac Principum Romanorum, hæc Capitula sparsim collecta sunt & Ingilramno Mediomatricæ Urbis Episcopo, Romæ a Beato Papa Hadriano tradita sub die XIII. Kalend. Octobr. Indict. XI. quando pro sui negotii causa agebatur.* Idem habetur in posterioribus editionibus Concil. nisi quod loco *Indict. XI.* legitur *Indict. IX.* quam retinuit Baronius, qui ideo perperam de iis correnti anno egit; cum mense Septembri decima Indictio initium sumserit. Capitula ista Hadriano Papæ ævo Hincmari Rhemensis Archiepiscopi jam tribuebantur, ut liquet ex Opusculo adversus Hincmarum Laudunensem Episcopum cap. 24. Quia tamen vetusti aliqui Codices MSS. prædicta Capitula non ab Hadriano Papa, sed ab ipsomet *Ingilramno* vel *Angilramno* Metensi Episcopo collecta, & Hadriano Papæ oblata tradunt, hinc hodie aliqui ea Hadriano, aliqui Angelramno adscribunt. Sed quemcumque Auctorem nacta sit hæc capitulorum Collectio, Marca lib. 7. de Concordia cap. 20. vetustiorem illam censet Isidoro, quem iisdem Capitulis usum dicit *in adornanda Collectione Epistolarum apocrypharum*. Is Auctor Hispanum se prodit hac periodo: *In principio voluminis hujus, qualiter Concilium apud nos celebretur, posuimus, ut qui nostrum ordinem sequi voluerint, sciant qualiter hoc agere debeant.* Celebrandi enim Concilii totum ordinem a quarto Concilio Toletano desumit, ut patet ex ipsius ordinis titulo, qui primo Conciliorum Tom. sic exhibetur: *Ordo celebrandi Concilii, descriptus ab Isidoro Mercatore ex quarto Concilio Toletano cap. 4. & Garsya Loaysa Hispanicorum Conciliorum editoris diligentia emendatus.* Isidori Mercatoris librum ex Hispaniis in Gallias allatum primus Gallorum accepit ac publicavit *Riculfus*, qui Lullo in Archiepiscopatum Moguntiacensem anno sequenti postea successit. Hincmaro enim Laudunensi Episcopo Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus Opusc. 55. cap. 24. ita rescribit: *forte putasti neminem alium easdem sententias* (Hadriani vel Ingelramni), *vel ipsas Epistolas* (ab Isidoro collectas), *præter te habere, ideirco talia libere te existimasti posse colligere: nec mirum est, cum de ipsis sententiis plena sit ista terra, sicut & de libro collectarum Epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Moguntinus Episcopus in hujusmodi, sicut & in Capitulis Regiis, studiosus obtinuit, & istas Regiones ex illo repleri fecit.*

IV. *Ea excerpta vel ex falsis vel ex veris Epistolis Pontificum Rom.*

Collectio illa descripta est ex Epistolis Anacleti, Evaristi & aliorum antiquorum Pontificum Romanorum, si fides hac in re adhibenda sit Antonio Augustino Dialogo XV. de emendatione Gratiani, ubi hæc capitula Hadriano Primo abjudicat, vel, ut existimat Marca laudatus excerpta est ex antiquis Canonibus & genuinis Pontificum Romanorum Epistolis, cum etiam ex legibus Codice Theodosiano comprehensis, vel potius ex illarum legum Breviario. In his autem capitulis interdum nonnihil additur antiquis Canonibus, interdum vero verba aliqua detrahuntur, tantaque horum Capitulorum dignitas fuit, ut etiam frequenter descripta fuerint in Regum Francorum Capitularibus, ut tam Antonius Augustinus, quam Marca communi consensu scribunt. Cæterum priorum Pontificum Romanorum Epistolas supposititias esse non tantum Marca & Antonius Augustinus; sed etiam Baronius anno DCCCLXV. passimque alii Viri docti fatentur. Vide quæ

de

isse adversus oppressiones Episcoporum, quorum judicia eidem primariæ Ecclesiæ fiat reservata. Vetus ista in Ecclesia persecutio secundum Paulum (a), ut qui secundum carnem nati, eos affligant, qui secundum spiritum generati sunt.

(a) Gal. 4.

VII. *Caroli Magni adventus in Italiam.*

Hoc pariter anno Carolus Magnus, jam rebus Saxonum compositis, orationis causa Romam parat adventum, importuno licet hiemis tempore. In itinere enim constitutus, celebravit Natalem Redemptoris solemnem diem Florentiæ in Tuscia. Ita Chronica quæque vetera, & Annales Francorum. Porro ejus Romam adventus contigit anno sequenti. Dicemus de ipso suo loco. Quid Rex Christianissimus in animo haberet, exitus declaravit nimirum expugnare Ducatum Beneventanum, qui possidebatur a Longobardis, ne quid amplius jurium esset Longobardorum in Italia. Sed quæ inter ipsum Regem, & Ducem transacta sint, pro temporis ratione anno sequenti Annalibus inserentur.

Ante autem ejus in Italiam adventum constat domuisse hoc anno Britones, qui (inquit Eginhardus) *ad Occidentem in extrema quadam parte Galliæ super littus Oceani residentes dicto audientes non erant: missa enim in eos expeditione, qua & dare obsides, & quæ imperarentur, se facturos polliceri coacti sunt.* Hæc Eginhardus. Ita quidem (ut anno superiori vidimus ex litteris Hadriani Papæ ad Orientis Imperatores) cuncta Carolo dextere accidere, eo quod in primis, ut profitetur, Petri Apostoli auxilio niteretur. Qui igitur hoc anno mente conceperat Limina Apostolorum, ut illa adire posset, perdifficile bellum Brittanicum, nullo ferme negocio, quam citissime feliciter hac æstate confecit.

Hoc eodem anno moritur Hildegardis Regina, uxor Caroli Magni, cum vixisset cum ipso annos duodecim, ut ejus sepulturæ epitaphium scriptum docet, quod ex ruinis monasterii S. Arnulphi Metensis erutum ad nos missum una cum aliis Caroli ipsius filiorum inscriptionibus, hic tibi, ut piæ valde feminæ, & sæculi hujus omnium clarissimæ describendum, curavimus. Sic se habet:

Au-

PAGIUS

de iis Epistolis diximus anno Christi C. numer. IV. & seqq.

V. *Tertia profectio Romana Caroli, & ejus de Britonibus victoria.*

Ad ann. VII. Britones Britanniam Cismarinam incolentes, quo alias Clodoveus Magnus subegerat, cum Carolum difficili bello Saxonico occupatum viderent, adversus eum rebellarunt, ut notarunt Eginhardus in Vita Caroli M. & varii Annalistæ, inter quos Metensis scribit: *Carolus Rex misit exercitum suum in partibus Britanniæ, cui præfecit Audulfum Virum illustrem. Qui victis Britonibus totam illam Regionem Francorum Ditionibus subegerunt. Principesque Britonum secum adducentes, apud Vuormatiam Regis obtutibus præsentarunt. Tunc Rex videns se ex omni parte pacem habere, Romam pergit causa orationis, & ut ibi cum Missis Imperatoris loqueretur. Celebravitque Natalem Domini in Florentia Civitate.* Pascha autem celebraverat in Attiniaco villa, ut Eginhardus in Annal. aliique prodidere.

VI. *Prima conjuratio adversus Carolum.*

Eginhardus in Vita Caroli M. memorata conjuratione in Carolum an. DCCXCII. facta, hæc scribit: *Facta est alia prius contra eum in Germania valida conjuratio, cujus auctores partim luminibus orbati, partim membris incolumes, omnes tamen in exilium acti sunt, neque ullus ex eis interfectus est, nisi tres tantum, qui cum se, ne comprehenderentur strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen conjurationum Fastrada Regina crudelitas causa & origo extitisse creditur. Et idcirco in ambabus contra Regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens, a sua naturæ benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse videbatur.* In Annalibus tam Fuldensibus quam in Auctore Chronici Moissiacensis, ac in Annalibus Eginhardo attributis hæc conjuratio in annum superiorem, in Annal. vero Nazarianis in annum præsentem confertur; quod forte nunc detecta fuerit, & hoc anno extincta.

VII. *Pœna de ejus auctoribus sumpta.*

In Appendice ad Chronicon jussu *Nibelungi* Comitis conscriptum, hæc de *Carolo* leguntur: *procedente autem tempore in mense Augusto apud Vuormatiam Synodum Episcoporum ac Conventum magnificum coire fecit. Ubi decernens quod hi, qui potissime in hac conjuratione devicti sunt, honore simul ac luminibus privarentur, atque exilio damnarentur. Eos vero qui innoxie in hac conjuratione seducti sunt, clementer absolvit.* In Chronico Moissiacensi *Augusti* loco, *Aprilis* per errorem legitur. Cum enim, ut Reginon tradit, *Carolus* præfecerit *Audulfum* exercitui in Britanniam misso, isque Britonum Principes apud Wormatiam Regis obtutibus præsentarit, Synodus Wormatiensis mense Aprili habita non est, quia *Carolus* non nisi Pascha jam celebrato Britones lacessendos jussit. Quid præterea actum sit in hac Synodo incertum.

VIII. *Hadrianus PP. gratulatur Carolo de victoria Saxonica.*

Cum nuncium de rebus a *Carolo* feliciter gestis, & de Saxonibus ad fidem conversis Romam per *Andream* Abbatem Luxoviensem delatum esset, *Hadrianus* Papa Epistolam XCI. Cod. Carol. ad eumdem Regem scripsit, & quia *Carolus* ab eo petierat, *ut in uno mense, vel in una die, pro hujuscemodi operibus, & una vel duabus feriis* Letaniæ peragerentur, respondit Pontifex: *Decrevimus in omnibus nostris partibus, quæ sub Ditione spiritalis Matris vestræ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ existunt illico celebrari, easdem una nobiscum disponentes amisimus Domino protegente, videlicet XXIII. die, & XXVI. atque XXVIII. hujus advenientis Junii mensis quæ sunt imprimis Vigilia Beati Joannis Baptistæ, & Natalis Sanctorum Joannis & Pauli, nec non & Vigilia Beati Petri Apostoli, &c. Nos quippe non solum unam vel duas, ut nobis insinuastis celebrandas Letanias prævidimus; sed etiam pro vestra, ut soliti sumus indesinenter erga Excellentia capientes decrevimus perficere, & Redemptoris mundi canere laudes, ut ipsæ gentes quæ per vestrum Regale certamen ad Christianam perductæ sunt fidem, usque in ævum*

per

Digitized by Google

Hildegardis Uxoris Caroli M. epitaphium.

Aurea, qua fulvis rutilant elementa figuris,
Quam clara extiterint membra sepulta docent.
Hic Regina jacet Regi præcelsa potenti
Hildegard Karolo quæ bene nupta fuit.
Quæ tantum clara transcendit stirpis alumnos,
Quantum quæ genita est Indica gemma, solum.
Huic tam clara fuit florentis gratia formæ,
Qua non occiduo pulchrior ulla foret.
Cujus haud tenerum possunt æquare decorem
Sardonix Pario, lilia mixta rosis.
Attamen hanc speciem superabant lumina cordis,
Simplicitasque animæ, interiorque decor.
Tu mitis, sapiens, solers, jucunda fuisti,
Dapsilis, & cunctis condecorata bonis.
Sed quid plura feram, cum non sit grandior ulla
Laus tibi, quam tanto complacuisse viro?
Cumque vir armipotens sceptris junxisset avitis
Liniferumque Padum, Romuleumque Tybrim:
Tu sola inventa es, fueris quæ digna tenere
Multiplicis regni aurea sceptra manu.
Alter ab undecimo rursum te sustulit annus,
Heu genitrix Regum! Heu decus, atque dolor!
Te Francus, Suevus, Germanus, & ipse Britannus,
Cumque Getis duris plangit Ibera cohors.
Accola te Ligeris, te deflet & Itala tellus,
Ipsaque morte tua anxia Roma gemit.
Movisti ad fletus & fortia corda virorum,
En lacrymæ clypeos inter & arma cadunt.
Heu quantum sapiens, & firmum robore semper
Ussisti flammis pectus herile viri.
Solatur cunctos spes hæc sed certa dolentes,
Pro dignis factis quod sacra regna tenes.

Hucusque Hildegardis Reginæ epitaphium.

Sed & ejus filiæ in cunis defunctæ, quæ

PAGIUS

per vestrum maneant adminiculum, &c. Harum literarum meminit Baronius anno DCCXCV. num. IX.

IX. *Legatos in Britanniam mittit.* Annalista Mailrosensis hoc anno habet: *Hadrianus Papa Legatos in Britanniam direxit ut fidem Catholicam innovarent, & confirmarent, qui honorifice recepti sunt & remissi.* De Synodo, quam illic congregarunt anno sequenti agemus.

X. *Mors Calipha.* Mortuus est hoc anno *Musa Alhadi* Calipha Saracenorum, cui successit *Haron Raschid*, ut anno DCCLXXXIV. numer. III. demonstravi.

XI. *Moritur S. Lullus Archiep. Moguntia.* Ad hunc annum referenda mors *Sancti Lulli*, de quo Auctor incertus Annalium Francorum ab anno Incarnationis DCCXIV. usque ad annum Ludovici Pii quartum, Christi vero DCCCXVII. continuatorum, publicatus a Lambecio lib. 2. Biblioth. Cæs. pag. 366. scribit: *Bonifacius Archiepiscopus evangelizans genti Fresonum Verbum Dei Martyrio coronatur anno DCCLV. qui sedit in Episcopatu annos XIII. post quem Lullus Episcopus annos XXXII.* Unde annos illos XIII. Sedis Bonifacii Anonymus ille deducat, nondum detegere potui, sed certum est annorum illorum XXXII. ultimum currenti inchoari, & Annales vetustissimos Francorum ab an. DCCLXIX. ad DCCCVI. apud Duchesnium Tom. II. Annales Fuldenses, Lambertum Schafnaburgensem, Auctorem Chronici Wirziburgensis a Baluzio lib. 1. Miscell. editi, & Hermannum Contractum in editione Canisii Lulli mortem hoc anno collocare, ideoque annos illos XXXII. incompletos fuisse. Cointius quidem an. DCCLXXXVII. num. XXXIX. Serarius lib. 4. Rer. Mogunt. & Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. in Elogio Historico Sancti hujus Præsulis n. XVIII. mortem ejus in annum sequentem differunt, existimantque Cointius & Mabillonius controversiam hanc dirimere Regium Diploma, in quo Carolus anno DCCLXXXVIII. de prima Bremensis Episcopatus erectione sic loquitur: *Summi Pontificis & Universalis Papæ Hadriani præcepta, nec non & Moguntiacensis Episcopi Lullonis, omniumque qui adfuerunt Concilio, eamdem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Willehado probabilis vitæ Viro coram Deo & Sanctis ejus commisimus; quem etiam primum ejusdem Ecclesiæ III. Idus Julii consecrari fecimus Episcopum.* Videtur enim Carolus innuere Lullum subscripsisse promotioni S. Willehadi mense Julio anni DCCLXXXVII. Episcopi Bremensis consecrati. Verum hæc controversia ex illo Diplomate dirimi non potest; cum Carolus duabus de rebus loquatur, quæ diversis temporibus de more fiunt. Unde cum Serarius & Surius ad diem XVI. mensis Octobris testentur, MSS. Codices docere Lullum decessisse *decimo septimo Kalendas Novembris*, apparet Carolum ante diem illum fundasse Ecclesiam Bremensem, eamque commisisse Sancto Willehado, qui mense Julio sequentis Christi anni ordinatus est Bremensis Episcopus, ut inter omnes convenit. Lullum enim hoc anno mortuum esse confirmat Marianus in Chronico, ubi anno DCCLXXXVII. uno tenore Lulli mortem, diem ordinationis ejus Successoris, & locum in quo ea peracta, his verbis narrat: *Lullus Archiepiscopus Moguntinus moritur. Richolphus ordinatur in Episcopum Moguntiæ IV. Non. Mart. apud Fritislar*, anno autem sequenti littera Dominicali G. insignito dies quartus mensis Mar-

Filiæ Caroli M. Epitaph.

quæ ibidem inventa est, accipe sepulcro inditam inscriptionem:

Hildegard rapuit subito te funus acerbum,
Ceu raptat Boreas vere ligustra novo.
Explevit nec dum vita tibi circulus annum,
Annua nec venit lux geminata tibi.
Parvula non parvum linquis virguncula luctum;
Confodiens jaculo regia corda patris.
Matris habes nomen, renovas de morte dolorem,
Postquam vixisti vix quadraginta dies.
Pectore nos mæsto lacrymarum fundimus amnes
Tu nimium felix gaudia longa petis.

Hæc ibi, quorum si quis me rogaret auctorem, responderem (quod opinor ex musa consimili) Albinum Flaccum, dictum aliter Alcuinum, sicut & sequentis quod scriptum, cum primogenita filia ejusdem, eodem ferme tempore obiit, sic ut ejus epitaphium ibidem inventum habet versibus istis:

Hoc tumulata jacet pusilla puellula busto
Adeleid nomen sacro quæ vocitata fuit.
Huic sator est Karolus, gemino diademate pollens;
Nobilis ingenio, fortis ad arma satis.
Sumpserat hæc ortum prope mœnia celsa Papia;
Cum caperet genitor Itala regna potens.
Sed Rhodanum properans rapta de lumine vita;
Ictaque sunt matris corda dolore procul.
Excessit patrios non conspectura triumphos;
Nunc Patris æterni regna beata tenet.

Duxit autem post obitum Hildegardis Luitgardem & alias, decedentibus ipsis, idem Carolus Magnus, in hoc plane seipso minor inventus, cum nec his contentus, introduxerit concubinas ☞.

Sep-

PAGIUS

Martii in diem Dominicam, qua Episcoporum ordinationes de more factæ, incidit. Hinc etiam habemus Lullum ante Willehadi consecrationem spiritum Deo reddidisse, perperamque Cointium & Mabillonium ex laudatis Caroli Regis verbis inferre Lullum post Willehadi ordinationem vitam cum morte commutasse. Quare non videtur dubitandum, quin Carolus in Diplomate citato res duobus diversis annis gestas una serie referat. Unus inter Antiquos Hermannus Contractus in suo Chronico Lulli obitum cum sequenti Christi anno alligat, sed ejus auctoritas contra tot Auctores infirma.

XII. *Anni Episcoporum post abdicationem superstitum modo eis modo Successori attributi.*

Porro licet Lullus anno DCCLIII. Moguntiacensis Archiepiscopus renunciatus fuerit, eodemque anno Bonifacius eum Archiepiscopatum abdicarit, *Lullo* tamen anni tantum XXXII. attribuuntur tam in Annalista laudato quam in Breviario Moguntinensi apud Serarium, quia Antiqui si contingeret aliquem Episcopum dignitati renunciare, modo annos quibus superstes erat, eidem, modo Successori ejus adscribebant. Sic Elbertus seu Albertus Archiepiscopus Eboracensis qui biennio ante mortem in solitudinem secessit, dicitur Ecclesiam illam rexisse annos XIV. licet annos tantum XII. in Præsulatu vixerit. Sic Eambaldus ejus Successor dicitur annos XVI. sedisse, licet diutius in Episcopato vixerit, quia priores Sedis ejus anni tribuuntur Alberto Decessori, quod post dimissum Præsulatum per biennium adhuc in vivis fuerit, ut suis locis visum est. Loquentes etiam de Sancto Joanne Beverlacensi vidimus Bedam ei assignare annos XXXIII. cum tamen anno DCLXXXVI. Episcopus Agustaldensis creatus fuerit, indeque ad Eboracensem Sedem translatus, anno quidem DCCXVIII. in solitudinem secesserit, & Sedem vacuam *Wilfrido Juniori* reliquerit, suæ abdicationi triennio superstes, qui ideo annos XXXVI. sedisse dicendus esset, si anni quibus suæ demissioni supervixit ei assignarentur. Unde Historici Anglici Wilfrido Juniori, anno DCCXXXII. demortuo, annos XV. tribuunt, quamvis tribus prioribus Episcopatus ejus annis Joannes Beverlacensis ejus Decessor, qui abdicarat adhuc superesset. Quod hic observare operæ pretium duxi, quia vidi diversum hunc annos Episcoporum numerandi modum a Veteribus usurpatum Viros doctissimos non raro in errorem inducere. Colitur *Sanctus Lullus*, de quo pluribus in locis locuti sumus, die XVI. mensis Octoris. De *Riculpho* ejus Successore jam supra numer. III. mentionem fecimus.

I. Concilium Oecumenicum iterum indicitur.

SEptingentesimus octogesimus septimus annus Redemptoris Indictione decima consignatur, quo sacrosanctum Concilium Occumenicum in Nicæa Bithyniæ celebratum est. *Etenim* (inquit Theophanes) *mense Majo hujus decimæ Indictionis, mittens Irene Augusta convocavit omnes Episcopos, qui convenerent in Nicænsium civitatem, ad celebrandum illic Concilium. Et per totum tempus æstivum congregati sunt omnes apud Nicæam: siquidem eos, qui ex Romanæ Sedis, & Orientalium Patriarcharum persona venere, omnino non dimiserat, sed retentos secum habebat. Et octavo anno Imperii Irenæ, & Constantini exivit Tarasius Archiepiscopus Constantinopoleos in Nicænsium civitatem.* Hæc de loco, & tempore magnæ Synodi. Ignatius item in Tarasio de his agens, tradit, nonnisi postquam se cæteri Episcopi in Nicæam contulissent, Tarasium cum Legatis Patriarcharum illuc esse profectum. Sed quinam isti fuerint, & alii, quos secum duxit, sic narrat:

II. Tarasii adventus Nicæam.

*Cum sanctissima classis dicta citius in dictam venisset civitatem, Tarasius quoque venit ex urbe regia, ex Apostolicis Sedibus secum assumens eximios quoslibet, & præstantissimos, nempe ab Hadriano quidem Papa Romano Petrum primum presbyterum, & Petrum monachum, & præfectum; ab Apostolica autem diœcesi, a Politiano inquam sacratissimo Papa Alexandrino Thomam monachum & presbyterum, & a * Theodoreto Patriarcha Antiocheno, & ab Elia principe pastorum Æliæ Joannem monachum presbyterum, & Syncellum, adducens etiam secum quosdam ex iis, qui gerebant magistratus, pietate claros, & gratia doctrinæ, & facundia, inter quos fuit etiam Nicephorus, qui erat a secretis Imperatoris, qui cum vixisset in sanctitate, & esset ornatus divinis virtutibus, & doctrina, ac dicendi scientia, Byzantii sedis Patriarchalis suscepit honorem, post Tarasii sanctam consummationem: & quicumque erant venerandi, & eximii monachi, qui movebantur zelo disciplinæ, & regulæ Ecclesiasticæ, & contendebant semper sequi Synodalem accurationem, profecti sunt Nicæam.* Hæc Ignatius, earumdem rerum inspector.

* Theodoro.

III. Sancti, qui interfuerunt Conc.

Inter hos venerabiles monachos, interfuisse sanctum Platonem, de quo plura superius, auctor est Theodorus Studita in Actis vitæ ipsius, similiter magnus quoque ille Theophanes Confessor, qui ex Patricio genere amplexus erat (ut diximus) monasticam vitam, eidem pariter interfuisse conventui vocatus traditur; de eo enim hæc in vita ipsius auctor, ejusdem temporis scriptor: Pulcherrimum illius, inquit, factum me pene præteriit: *Cum enim Nicææ Synodus secunda coacta esset, ad eam ipse quoque cum aliis Patribus vocatus est. Cumque omnes equis præstantibus, & splendidis vestimentis ornati, venirent, ipse veste solita indutus lacera, & asino insidens, læto animo iter suscepit. Sed cum omnes viderent eum, qui prius omnium divitiarum copiis abundaverat, sic indutum, majorem ex illo, quam ex reliquis utilitatem acceperunt, & ingenti tranquillitate animi repleti sunt: Ipse vera veritatem amplexus, & errores aspernatus, maxima virtutum opinione insignis rediit.* Hæc de Theophane Confessore, de quo rursum dicendum erit inferius. Interfuit eidem Concilio S. Euthymius, Sardicensis Episcopus, Confessor illustris, cujus dies natalis tam Græcis, quam Latinis tabulis consignatus habetur undecima mensis Martii. Interfuerunt pariter & alii

---

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXXV. Anno Hegiræ CLXXI. inchoato die 22. Junii fer. 6.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6280.

☉ 12. G. ☽ 9. P. 8. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 787.

HADRIANI PAPÆ 16.

CONSTANTINI IMP. 12. & 8.

IRENES 8.

A. C. 787. I.

ANum. I. ad IV. Theophanes in Chronico scribit, mense Maio decimæ Indictionis *Irenem* Augustam convocasse omnes Episcopos apud Nicæam, ubi hoc anno Synodum Generalem VII. celebrarunt. *Ignatius* vero Diaconus in Vita Sancti Tarasii Patriarchæ Constantinop. tradit, illuc ab *Hadriano* Papa Legatos missos esse *Petrum* Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archipresbyterum, & *Petrum* Monachum Presbyterum atque Abbatem: a *Politiano* Patriarcha Alexandrino, *Thomam* Monachum & Presbyterum; a *Theodoreto* Patriarcha Antiocheno, & ab *Elia* Patriarcha Hierosolymitano *Joannem* Monachum Presbyterum & Syncellum. Hos vero trium Patriarcharum in solidum legatos fuisse, ipsimet ostendunt Synodo in hanc formam subscribentes: *locum retinens trium Apostolicarum Sedium Alexandrinæ, Antiochenæ, & Hierosolymitanæ.* Addit Theophanes, *Thomam* fuisse Virum pietate insignem, & antea extitisse Archiepiscopum Thessalonicensem. Baronius numer. II. integrum Ignatii locum recitat, & in margine loco *Theodoreti* Patriarchæ Antiocheni reponit, *Theodorum*, qui ante aliquot annos Patriarchatum illum rexerat. Verum Theodoretum septimæ Synodi Generalis tempore Antiochenum

Septima Synodus Generalis Nicææ celebratur.

Digitized by Google

alii præclarissimi Confessores, qui tempore Constantini Copronymi vincula, & exilia, sediumque privationem passi fuerant: qui omnes postliminio restituti, ardentibus animis ad sanctum Concilium, tamquam apes ad alvearium, convolarunt. Porro numerum omnium, qui Synodo interfuerunt, fuisse trecentorum, & quinquaginta Episcoporum est communis assertio; nam & Psellus de singulis agens Synodi, ubi de hac meminit, istos habet jambicos versus:

Numerus Episcoporum Synodi Nicænæ.

Postrema septima rursum facta est in Nicæa
Quinquaginta convenerunt supra trecentos.

Photius autem trecentos septuaginta septem numerat. In Menologio autem Basilii Imper. numerantur Episcopi trecenti sexaginta septem.

IV. Antequam autem ipsa ingrediamur Acta Concilii, hic præmittenda sunt, quæ Anastasius Bibliothecarius in nuncupatoria epistola, ad Joannem Papam octavum, de translatione a se facta ejusdem septimæ Synodi Oecumenicæ, prudenter admonuit, ne cui pateat occasio ullius scandali. Ait enim: *Sane notandum est, quædam in hac Synodo ex Apostolorum, & sextæ universalis Synodi canonibus, & sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur, nec admittuntur. Et certe de Apostolorum canonibus liquido novimus, quoniam iis quidam facile non præbuerunt consensum. Sed & prædecessor vester beatissimus Papa Stephanus non ex iis plusquam quinquaginta recipiendos, synodice promulgavit, cum quædam constituta Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur: Unde Apostolatu vestro decernente, non solum illos solos quinquaginta canones Ecclesia recipit, sed omnes eorum, utpote Spiritus sancti turbarum; * quoniam & omnium omnino probabilium Patrum, & sanctorum Conciliorum regulas, & institutiones admittit illas dumtaxat, quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant; sed nec Sedis Romanæ decretis * admodum quid resultant, quin potius adversarios, id est, hæreticos potenter impugnent.* Sic igitur si qui veteribus Romanæ Ecclesiæ institutis, & regulis contradicere reperiuntur, iidem canones exploduntur, utpote non Apostolorum, sed ut adulterini partus ipsorum nomine suppositi. Pergit vero dicere de canonibus sextæ Synodi, quorum mentio in hujus Actis septimæ frequens reperiatur.

De citatis in Synodo canonibus Apostolicis.

* quin

* ad modicum

V. *Ergo & regulas, quas Græci a sexta Synodo perhibent additas; ita in hoc Synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex iis illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum Sedis hujus Pontificum, aut certo bonis moribus inveniuntur adversæ. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ, sed nec in cæterarum Patriarchalium sedium (licet Græca utantur lingua) reperiantur Archivis, nimirum quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est, quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta Synodo sunt inventi: sed hoc nullis probare certis possunt indiciis.* Hactenus de sextæ Synodi canonibus Anastasius occasione eorumdem canonum, qui in hac eadem Synodo citati reperiuntur.

De citatis in Synodo canonibus sextæ Synodi admonitio.

VI. Monet & illud, quod haud minoris momenti esse videtur, sic dicens: *In eo sane quod frequenter Universalem in hac Synodo Græci Patriarcham suum inconvenienter appellant: Apostolatus vester Græcorum adulationi veniam det, prælatis suis, non sine reprehensione placere studentium. Verum cum apud Constantinopolim positus, frequenter Græcos super hoc vocabulo reprehenderem, & fastus, vel arrogantiam redarguerem: asserebant, quod non idea Oecumenicum, quem multi Universalem interpretati sunt, dicerent Patriarcham, quod universi orbis teneat Præsulatum, sed quod cuidam parti præsit orbis, qui a Christianis inhabitatur: nam quod Græci οἰκουμένην vocant, a Latinis non solum orbis, a cujus universitate, Universalis appellatur, verum etiam*

De titulo Oecumenici admonitio.

PAGIUS

num Patriarchatum gessisse, non tantum Ignatius; sed etiam Photius in Libello de Synodis, & Nilus Rhodiorum Metropolita agens de Synodo VII. testantur. Successerat itaque *Theodoretus* Theodoro, qui anno DCCLXIX. adhuc Ecclesiam Antiochenam gubernabat, ut liquet ex dictis eo anno num. I. Meminit ibidem Nilus *Politiani*, sed Photius citatus Patriarcham Alexandrinum *Apollinarium* appellat, quia forsan binominis erat. De *Elia* Patriarcha Hierosolymitano hoc tempore exule anno superiori locuti sumus.

II. Joannes & Thomas a Patriarchis Orientis deputati vocantur in literis ad Tarasium anno superiori a Baronio num. XLV. recitatis, *sanctifici silentii*, seu Monasticæ professionis, *amatores* ac Orthodoxæ fidei zelo accensi. Interfuere & alii Monachi Sanctitate illustres septimæ Synodo, *Plato* Hegomenus Sacundionis, *Sanctus Theophanes* Auctor Chronographiæ toties a nobis citatæ, ut in utriusque Vita dicitur, ac etiam *Nicephorus*, qui erat a Secretis Imperatoris, quique *Byzantii Sedis Patriarchalis suscepit honorem post Tarasii sanctam consummationem*, inquit Ignatius in Vita S. Tarasii. Interfuit & *Sanctus Euthymius* Sardium in Lydia Metropolita, qui die XI. mensis Martii colitur. Is sub *Nicephori* Imperatoris primis

Plures Sancti Monachi Synodo VII. interfuere.

Digitized by Google

etiam habitatio, vel locus habitabilis nuncupatur. Ita tunc Græci frigide admodum excusantes errorem, atque absurde nimis. Etenim hac ratione, qua Oecumenicum dici posse suum ipsorum Patriarcham professi sunt, quod etsi non orbi, loco tamen, & habitationi ejusdem præesset: cæteri omnes Episcopi Oecumenici pariter dici possent, quod quilibet eorum habitabili orbis loco præsit.

VII. Cæterum si ea divinis scripturis ejus nominis petatur interpretatio: quod apud Septuaginta, qui Græce eloquia divina scripsere, οἰκουμένη sæpe habetur, Latini interpretes (ut est frequenter videre in psalmis) orbem terræ, sive orbem terrarum transtulere ea ejus vocis proprietate, quam Græci secundum Græcos interpretes quotidie psallentes, ignorasse minime potuerunt, qui tam inepte redargutionem Anastasii eluserunt. At de voce hac plenius actum est superius in Gregorio Papa ejus nominis primo.

Græci emendantes errorem.

Quod igitur isti Græci, qui cum Anastasio de ea voce controversiam habuere, dissimularunt, se ejus proprietatem nosse, eo modo insulse respondentes potius, quam errorem fatentes: posteriores Græci hæc considerantes, & erubescentes, tantum abest, ut eo usi sint nomine, ut etiam in ipso, qui vere est, & dici potest Universalis, detestati sint Romano Pontifice, ut Joannis Constantinopolitani Patriarchæ, atque Innocentii Papæ tertii epistolæ indicant. Nam ipse Joannes obiiciens, & exprobrans, hæc scripsit de Romana Ecclesia (*a*).

(*a*) *Apud Innoc. III. l. 2. ep. 197.*

VIII. Quando Græci detestati sint nomen Oecumenici.

Quod autem mihi in tuæ sanctitatis scripto non modicam superinduxit ambiguitatem, non abscondam: Nam & pro miro habeo, quomodo unam, & Universalem Romanorum vocasti Ecclesiam, ut quasi divisam in species quasdam specialissimas, & hoc uno existente grege, ovilium Christi nobis quodammodo pastoribus, sub eo constitutis pastorum principe, communi atque doctore. Ad hæc Innocentius (*b*) *Nos autem, inquit, inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod Ecclesia duabus de causis Universalis vocatur (intelligentia namque dictorum ex causis est assumenda dicendi, cum non res sermoni, sed rei sit sermo subjectus) dicitur Universalis Ecclesia illa una, quæ de universis constat Ecclesiis, quæ Græco vocabulo Catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli Ecclesia Romana non est Universalis Ecclesia, sed pars Universalis Ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua, veluti caput in corpore: quoniam in ea plenitudo potestatis existit; ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis derivatur. Et dicitur Universalis Ecclesia illa una, quæ sub se continet Ecclesias universas; & secundum hanc nominis rationem Romana tantum Ecclesia Universalis nuncupatur, quoniam ipsa sola singularis privilegio dignitatis cæteris est prælata. Sed & Deus universalis Dominus apellatur, non quasi divisus in species, aut specialissimas, aut subalternas, sed quoniam universa sub ejus dominio continentur. Est enim una generalis Ecclesia, de qua Veritas inquit ad Petrum: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et sunt multæ particulares Ecclesiæ, de quibus Apostolus ait: Instantia mea quotidiana sollicitudo omnium Ecclesiarum. Ex omnibus una consistit, tamquam ex particularibus generalis: & una præeminet omnibus: quoniam cum sit unum corpus Ecclesiæ; de quo dicit Apostolus: Omnes enim unum corpus sumus in Christo, illo velut caput cæteris membris excellit.*

(*b*) *Innocent. l. 2. ep. 298.*

Hæc Innocentius, non ad aliud insinuandum a nobis inducta, quam ut intelligatur, Græcos aliquando amentiam ejus tituli non solum in se execratos esse, sed & in ipsa Romana Ecclesia admiratos. Verum posteriores, qui extiterunt, Constantinopolitani Episcopi, majori quam prædecessores levitate nomen illud sibi rursus vendicaverunt, quod tamen licet numquam probatum, toleratum tamen a Latinis fuit. Sed accidit miseris, ut dum inani gloriantur nomine, rerum etiam, quæ legitime possiderent, facerent sub Turca diro Tyranno jacturam.

IX. De triplici versione Septimæ Synodi.

Rursum quod ad hanc pertinet Synodum, admonendum adhuc putamus, ejusdem e Græco in Latinum triplicem diversis temporibus factam esse versionem: Primam quidem e verbo ad verbum adeo inconcinnam, atque ineptam, ut nec eam librarii eacribere dignarentur; quæ cum contemptui penitus haberetur, Anastasius Bibliothecarius opportunus interpres occurrit, atque eam in Latinum vertit, sensa sensibus quam diligentissime

PAGIUS

mis sanir in exilium missus est; cumque *Leo Armenus* Sacrarum Imaginum excidium rursus concepisset, Euthymius cum aliis quibusdam Episcopis ad eum accessit, & liberiori usus oratione Sacras Imagines defendit. Leo Armenus in furorem actus omnes ad unum Regia expellit, & singulis locum exilii sancit, ut legitur in Vita Sancti Nicolai Studitæ. Leone Armeno interfecto *Michael Balbus* imperavit, sub quo exulibus licitum quidem fuit redire, sed postea in Monachos sæviit, & *beatum Euthymium opera proprii filii Theophili crudis bovum nervis acriter verberatum necavit*, inquit Cedrenus, quod contigit circa annum DCCCXL. *Theophylus* enim anno antecedenti regnare cœperat. De Sancto Euthymio plura Bollandus ad diem ejus natalem memoratum.

me reddens, eamque inter alia e Græco in Latinum translata Concilia Oecumenica in S. R. E. Archivo recondidit. Postremo qui Anastasii versionem ignoravit, exosus primam, aliam elaboravit: hæc ipsa est, quæ cum aliis Conciliis in Conciliorum tomis ensa habetur, communi usui exposita. Cui quantum præstet, quæ Anastasii est, invenietur Lector si legat, simulque conferat, cum plura apud Anastasium inveniet, quæ inedita desiderantur, & ea quidem haud parvi momenti, prout noster Petrus Morinus, qui contulit, diligentissime adnotavit; quæ brevitatis causa prætermittimus, cum præsertim eam sis accepturas in editione, quæ Romæ elaboratur Oecumenicorum Conciliorum.

Explosa prima, secunda ab Anastasio elaboratur.

Sed de prima versione, quæ ad Joannem Papam scribens Anastasius habet, ex verbis ipsius videamus: ait enim in ipso ferme exordio epistolæ nuncupatoriæ: *Indecorum, & inconveniens arbitratus sum, septima universalem Synodum, quæ, præsidente in ordinis sue beatæ recordationis prædecessore vestra Hadriano, apud Nicæam secundo conveniens sub Irena seu Constantino Imperatoribus celebrata est, non habere Latinos: Nam nulla ratione octava dici, vel teneri poterit, ubi septima non habetur: non quod ante nos minime fuerit interpretata, sed quod interpres pene per singula, relicta utriusque linguæ idiomate, adeo fuerit verbum e verbo sequutus, ut quid in eadem editione intelligatur, aut vix, aut numquam possit adverti, in fastidiumque versa legentium, pene ab omnibus hoc pro causa contemnatur, unde a quibusdam nec ipsa lectione, non dicam transcriptione digna penitus judicatur. Quod ipse intuens, nec proprio infirmo corpori parcens, auxiliante Domino, hanc nisus sum interpretari. Latinis: indecens, incongruum censens, vestram maxime omnium magistram, Romanam videlicet Ecclesiam eadem Synodo defraudari.* Hæc Anastasius, cum ab eodem Joanne Papa præfectus est bibliothecæ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quem in eadem editione sequemur. Sed ad ejusdem Acta jam veniamus.

X. Quando autem ejusdem sacrosanctæ Synodi contigerit prima Sessio, ipsa Acta verbis istis significant, ita Patribus exordientibus: *In nomine Domini, & Dominatoris Jesu Christi veri Dei nostri, Imperii piissimorum, & amicorum Christi dominorum nostrorum Constantini, & Irenæ matris ejus, octavo anno Consulatus eorum, octavo Kalendas Octobris Indictione undecima.* Ab ipso mense Septembris tunc inchoata. *Conveniente sancta, & universali Synodo &c.* Hæc quo ad tempus pertinent. Quod vero ad locum spectat, Nicææ convenit in basilica primaria ejus civitatis, titulo sanctæ Sophiæ nuncupata. Ubi recensitis primum Legatis Apostolicæ Sedis, duobus Petris videlicet, aliisque duobus Legatis, Joanne & Thoma, trium sedium Patriarchalium nomine, legatione fungentibus, & aliis singulis qui interfuerunt Episcopis, & magistratibus Imperatoris, rogantibus Siciliæ Episcopis, Tarasius Constantinopolitanus Episcopus causam cogendæ Synodi præloquutus, ostendit, sic exordiens: *Opportunum est nunc dicere propheticam (a) illam vocem, quam sæpe audivimus per Evangelium prædicari: Erunt prava in directa, & aspera in vias planas &c.* Redditaque de omnibus causa ratione, & exhortatione adhibita, ut adversus exortam hæresim strenue agerent, verbis Domini fisi, quibus dixit: (b) *Portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ex suggestione Constantini Episcopi Constantiæ Cypri, primum omnium jussi sunt adesse Episcopi, ejus hæresis accusati, qui intromissi sunt.

Synodi congregatæ tempus.

(a) *Isai. 40. Luc. 3.*

Prima Actio.

(b) *Mat. 7.*

XI. Suggesserunt interea magistratus, qui aderant, allatas sacras litteras imperatorum ad Synodum, quæ legendæ essent quæ jussu Synodi lectæ sunt. Inde Imperatores animi sui consilium aperientes, manifeste testati sunt, se admodum perculsos animo Pauli Patriarchæ confessione, detestantis errorem, atque ob eam causam ad revocandam Catholicam Fidem exulem, esse mirum in modam excitatos; cœpisse vero tantæ molis ædificii sternere fundamentum, a creatione Catholici Antistitis Tarasii, qui convocandæ Synodi ipsis Imperatoribus auctor fuisset. Porro inter alia exhortationis verba ad Synodum habita, hæc, quæ obscura absque germano sensu leguntur in vul-

Lectæ literæ Imperatorum.

PAGIUS III. *Prima Actio.*

A num. X. ad XIX. *Prima Actio* Septimæ Synodi dicitur habita *Imperio piissimorum & amicorum Christi Dominorum nostrorum Constantini & Irenes matris ejus, octavo anno Consulatus eorum, octavo Kalendas Octobrias, Indictione XI.* ut initio ejusdem Actionis legitur, ideoque die XXIV. mensis Septemb. Synodus inchoata. Theophanes tamen, qui tunc Nicææ erat, dicit Consessum habitum fuisse *mensis Octobris die undecimo.* Quare error vel in numeros a Theophane, vel in numeros in Actis expressos irrepsit. Lectæ sunt in hac Sessione literæ Constantini & Irenes ad Synodum datæ, quibus inter alia decernebant, ut literæ ab Hadriano Papa missæ, *secundum jus Canonicum* legerentur, quia scilicet Romanorum Pontificum literis Synodi Oecumenicæ dirigebantur. Præterea varii Episcopi, qui lapsi erant, cum sinceram pœnitentiam exhibuissent, in Sacrum Consessum admissi sunt; sed quorum mora in hæresi diuturnior fuerat, restitutio in aliam Sessionem dilata est.

vulgata, apud Anastasium ita redduntur:

Exhortatio Impp. ad Synodum. *Igitur quoniam a toto terrarum orbe collegit vos Deus, consilium suum statuere volens: ecce propositis sanctis Evangeliis, & intelligibiliter clamantibus: JUSTE JUDICATE: state stabiles pietatis propagatores, & omnem novitatem vocum, & noviter apparentem seditionem recidere procurate, quemadmodum & Petrus primus princeps collegii Apostolici, qui servilis deceptionis amentia percussa, Judaica auditionis sensum gladio abstulit: extendite securim spiritus, & omnem arborem germinantem fructum contentionis, & introductæ novitatis aut magistralibus vocibus transplantate, aut canonicis increpationibus concidite, & in ignem futuræ gehennæ transmittite &c.* Subdit de litteris, quas acceperat ad id ipsum præstandum ab Hadriano Romano Pontifice per missos ab ipso Legatos, quas legi jubet in Synodo: simul & quaterniones a tribus Orientalibus Patriarchis ad Synodum per legatos itidem missos. Audisti Lector, nihil magis admonitam sanctam Synodum a piis Imperatoribus, quam explodere novitatem? qua scitu digna Orthodoxorum Imperatorum sententia ex nomine ipso infamatos omnes simul condemnes, necesse est Novatores: sed prosequamur Acta.

XII. Agitur de lapsorum pœnitentia. His auditis, sancta Synodus bene precata Imperatoribus, adeo de Catholica Fide bene merentibus, ad cognitionem lapsorum Episcoporum conversa est. Fuerunt hi primi in medio producti Basilius Ancyræ, Theodorus Myrensis, atque Theodosius Amorii. Stantes ii omnes ante sacrum Patrum consessum, sponte ex hæresi ad Catholicam Fidem reversi, recipi in Ecclesiam petierunt, offerentes Orthodoxæ Fidei confessionem in his præsertim, quæ spectare videbantur ad condemnationem hæresis, & hæreticorum, quibus adhæserant. In ea igitur, quam obtulit Basilius Ancyranus Episcopus, post confessionem sanctissimæ Trinitatis, ista leguntur:

Basilii Ancirani Episcopi Catholic. Fidei professio. *Ipse expetens etiam & intercessiones intemeratæ Dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis Mariæ, sanctorumque, & cœlestium Virtutum, & omnium Sanctorum, atque sancta, & pretiosa lipsana,* venerandas videlicet reliquias *eorum cum omni honore suscipiens, saluto & honorabiliter honoro, fidem habens illorum participes fieri sanctimoniæ. Similiter & venerabiles imagines tum dispensationis Domini nostri Jesu Christi secundum quod homo factus est propter salutem nostram & intemeratæ dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis, atque sanctorum Apostolorum Prophetarum, Martyrum, & omnium simul Sanctorum, salutans pariter, & amplectens, atque admonitionem, quæ pertinet ad honorem, impendens; projiciens nihilominus, & anathematizans ex tota anima, & ex tota mente Synodum, quæ ex stoliditate & dementia congregata, & septima Synodus nominata est; ab his vero, qui recte sapiunt, Pseudosyllogus legaliter, & regulariter appellatur, tamquam quæ totius pietatis sit aliena, & contra divinitus traditam Ecclesiasticam legislationem audacter & temere, quinpotius absque Deo latraverit, & sanctas ne venerabiles imagines conviciis appetierit, sed & has præceperit auferri a sanctis Dei Ecclesiis. Cujus dux fuit Theodosius falsi nominis Ephesius, Sisinnius Pergæ cognominatus Pastilas, Basilius Pisidius improbus ille cognominatus Tricacabus, quos evomuit sectator miser Constantinus, qui fuerat Patriarcha. Hæc ita confiteor, & his assentior, & idcirco in simplicitate cordis, & recta mente, Deo mihi testimonium perhibente, subjectos Anathematismos facio.*

Christianorum calumniatoribus, id est, imaginum confractoribus, Anathema. XIII.

His, qui assumunt eloquia, quæ a divina scriptura adversus idola sunt, in venerabiles iconas, Anathema.

His, qui non salutant sanctas & venerabiles imagines, Anathema.

His, qui appellant sacras iconas simulacra, Anathema.

His, qui dicunt, quod sicut ad deos, Christiani ad imagines accedunt, Anathema.

His, qui communicant scienter cum iis, qui conviciantur, & exhonorant venerabiles iconas, Anathema.

His, qui dicunt quod præter Christum Dominum nostrum, aliquis ab idolis nos liberaverit, Anathema. Erat enim Ichonomachorum ejusmodi jactatio, nempe post Christum, Leonem Isauricum, & ejus filium Constantinum Copronymum liberasse Christianos ab idolis. Sed pergit Basilius:

His, qui spernunt magisteria sanctorum Patrum, & traditionem Catholicæ Ecclesiæ, prætendentes, & assumentes voces Arii, Nestorii, Eutychetis, & Dioscori, & perhibentes quod nisi de veteri, & novo Testamento fuerimus edocti, non sequemur doctrinas sanctorum Patrum, neque sanctarum Synodorum, atque traditionem Catholicæ Ecclesiæ Anathema.

Vides, Lector, quinam fuerint magistri recentiorum Novatorum, qui se religiosos, sive Evangelicos dicunt? quique ut illi, præter divinas scripturas nihil in Ecclesia recipiendum esse, blasphemant, idem in se anathema convertunt, eamdem postea cum illis absque dubio pœnam apud inferos accepturi, quorum sunt vestigia consequuti. Rursum Basilius. XIV. E quo forte Novatores prodiesint.

Digitized by Google

His, qui dicunt, quod diabolicæ argumentationis inventio sit factura imaginum, & non sanctorum Patrum nostrorum traditio, Anathema.

His, qui præsumunt dicere, Catholicam Ecclesiam idola aliquando suscepisse, Anathema.

Hoc quidem ita confiteor, & his assentior, & ex toto corde & anima, & mente pronuntio. Si vero (quod absit) ex diabolica immissione, aliquo tempore voluntarie, vel non voluntarie aversus fuero ab istis, quæ jam professus sum, Anathema sim a Patre, Filio, & Spiritu sancto, atque Catholica Ecclesia, seu sacro ordine penitus alienus. Conservabo autem secundum divinos canones tam sanctorum Apostolorum, quam probabilium Patrum nostrorum memetipsum ab omni dura acceptione, seu turpi lucro. Hactenus Basilii Ancyrani Episcopi fidei professio, & post lapsum pœnitentia.

Theodori Myrensis Episc. pœnitentia.

His acceptis, & a sancta Synodo collaudatis, Deoque gratiis redditis, Theodori Myrensis Episcopi audita est recantatio, dum publice relegit, & professus est eamdem fidei professionem, quam Basilius: post ipsum vero introductus est Theodosius Episcopus Amorii, qui magna cordis contritione, hæc primum ipso ingressu verba protulit:

XV. Theodosii Episc. pœnitentia & recta confessio.

Sanctissimi, & Deo honorabiles domini, & omnis sacra Synodus, hæc & ego peccator, & miserabilis, & seductus, qui multa mala locutus sum adversus venerabiles iconas, agnita veritate, recognovi, & reprehendi memetipsum, & anathematizavi & anathematizo quæ male docui, & locutus sum in hoc mundo. Et obsecro & rogo sanctam Synodum vestram cum omnibus Christianis, recipiatis me indignum servum vestrum. Post hæc laudata a Synodo ejus humili pœnitentia, lectus est ab eodem libellus confessionis Catholicæ veritatis cum detestatione nefariæ hæresis, qui sic se habet:

Sanctæ & venerabili Synodo Theodosius Christianus exiguus. Confiteor, & polliceor, & recipio, & amplector, atque adoro principaliter intemeratam iconam Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri, & iconam Dei Genitricis, quæ illum sine semine peperit viri, & auxilium, & protectionem ejus, & intercessiones illius unaquaque die ac nocte invoco, ut peccator in adjutorium meum, tamquam eam, quæ habeat confidentiam apud Christum Dominum nostrum, qui ex ea natus est.

Pari modo sanctorum & laudabilissimorum Apostolorum, Prophetarum, & Martyrum, & Patrum, & cultorum ejus iconas recipio & adoro, non tamquam deos, absit; sed affectum & amorem animæ meæ, quem habebam prius in eos, etiam nunc ostendens, rogo cunctos illos ex toto animo ut intercedant pro me ad Deum, quatenus det mihi per intercessiones eorum invenire misericordiam penes se in die judicii.

Similiter & lipsana Sanctorum adoro, & honoro, & amplector, tamquam qui decertarint pro Christo, & acceperint gratiam ab ipso, ad sanitates efficiendas, & languores curandos, & dæmones ejiciendos, quemadmodum Ecclesia Christianorum suscepit a sanctis Apostolis, & Patribus, & usque ad nos.

XVI. *Pingi autem consentio in Ecclesiis Sanctorum, principaliter iconam Domini nostri Jesu Christi, & sanctæ Dei Genitricis ex varia materia auri, & argenti, & omni colore, ut carnis dispensatio ipsius omnibus innotescat. Similiter pingi conversationes sanctorum, & famosissimorum Apostolorum, Prophetarum, ac Martyrum, quo innotescant certamina, & agones eorum in brevi scriptura, ad excitationem, & magisterium populorum, maximeque simplicium. Si enim Regum* * *laureas, & iconas missas ad civitates vel regiones obvii adsunt populi cum cereis, & incensis, non cera perfusam tabulam, sed Imperatorem honorantes: quanto magis oportet in Ecclesiis Christi Domini nostri iconam depingi Salvatoris Dei nostri, & intemeratæ Matris ejus, omniumque sanctorum, & beatorum Patrum, & studiosorum virorum? quemadmodum & S. Basilius ait: Nam & opera magna bellorum scriptores & pictores designant; illi quidem sermone ornantes, isti vero tabulis exarantes; & multos ad fortitudinem excitarunt utrique. Et rursus idem ipse: Quantum laborasti utique homo, ut invenires unum ex Sanctis, obsecrantem Dominum, qui pro te scilicet apud ipsum intercederet. Et Chrysostomus dicit: Sanctorum enim gratia non reciditur morte, nec hebes fit obitu, sed postquam defuncti fuerint, vivis potentiores existunt. Et alia multa & immensa.*

* laureatas

XVII. *Et ideo oro vos, Sancti, & clamo: peccavi in cælum, & coram vobis: Suscipite me sicut suscepit Deus* * *luxuriosum, & meretricem, & latronem. Quærite me, sicut quæsivit Christus ovem, quæ periit, quamque super humeros suos sustulit, & fiat gaudium coram Deo, & Angelis ejus pro salute, & pœnitentia mea per intercessionem vestram o sanctissimi domini.*

* prodigum

His, qui non adorant venerabiles iconas, Anathema.

His, qui audent detrahere, ac blasphemare venerabiles iconas, vel vocare illas idola, Anathema.

His, qui non docent diligenter cunctum Christi amatorem populum adorare venerabiles iconas sacras & adorandas o-

omnium

mnium Sanctorum, qui a sæculo Deo placuerunt, Anathema.

Christianorum calumniatoribus, id est, imagines confringentibus, Anathema. Hactenus confessio Theodosii ab ipso in Synodo lecta.

XVIII. Episcopi vere pœnitentes restituti in suas sedes.

His peractis, consensu totius Synodi jussi sunt tres, hi pœnitentes Episcopi in suis locis inter alios residere: productique sunt alii Episcopi pariter lapsi, quorum quod fides haud adeo explorata esset, prolixior de eis cognitio adhibita est. Erant hi Hypatius Episcopus Nicænus, Leo Rhodiensis, Gregorius Pisidiæ, alter Gregorius Pessinuntis, Leo alter Iconii, Nicolaus Hierapolis, alter item Leo Episcopus Carpathi. Cum vero Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus Leonis Rhodiensis fidem exploraret, audissetque multo ipsum tempore in eadem hæresi permansisse: illam auream memoratu dignam sententiam dixit: *Diuturniores passiones difficiliores sunt ad curandum: sic & anima, quæ in obscuro est hæreseos, lumen Orthodoxiæ difficile recognoscet.* Quomodo autem hi recipiendi essent in Ecclesiam, & qui ab eis ordinati fuissent: ex sacris antiquis canonibus, sanctorumque Patrum assertionibus ex codicibus e Patriarchio in Synodum allatis, facta est prolixior disquisitio. Et inter differendum idem Tarasius interlocutus ostendit, ejusmodi hæresim jam diu ante ab improbis hæreticis esse plantatam, a Marcionistis videlicet, Manichæis, a Petro Fullone, Xenaia Hierapolitano, atque Severo nefandissimis hæresiarchis: sicque renovatam hanc hæresim magis dici posse, quam adinventam.

XIX. Episcopi Orthodoxi dignum commiserationis exemplum.

Cum autem quidam difficiliores se exhiberent ex numero Orthodoxorum Episcoporum, qui Synodo præsentes erant, ad eosdem lapsos recipiendos Episcopos, commiseratione permotus Juvenalis quidam Episcopus (cujus autem fuerit civitatis non dicitur) ex sua sede surgens, se cum lapsis immiscuit, æque eamdem cum illis excepturus sententiam. Sed & Illyrici Episcopi se æque peccatores esse publice clamantes, veniam lapsis deprecati sunt. Cognitis igitur iis, quæ de restitutione lapsorum, & de receptione ordinatorum ab ipsis vetera monumenta Ecclesiastica proderent, eorum receptionem in sequentem Actionem placuit differri debere.

Convenerunt rursus Patres ibidem loci, hoc eodem anno post biduum, nempe sexto Kalendas Octobris, ubi a Tarasio habita est diligens de Gregorio Neocæsariensi lapso Episcopo, pœnitente examinatio; num vere, vel ficte cuperet Catholicæ Ecclesiæ jungi. Cum ille ex intimis præcordiis signa edens veræ pœnitentis, libellum supplicem, quo se vere Catholicum esse velle profiteretur, jussus est scribere, & sequenti Actione Synodo offerre. Post hæc autem lectæ sunt litteræ Hadriani Papæ, ad Imperatores conscriptæ, quas nos superius eo, quo scriptæ sunt anno, suo loco posuimus integras. Post hæc Patres voluerunt legi pariter ejusdem Romani Pontificis litteras, ad Tarasium Constantinopolitanum Episcopum scriptas, quibus lectis, interpellaverunt Apostolicæ Sedis legati Tarasium ipsum, dicentes: *Dicat nunc sanctissimus Patriarcha Tarasius regiæ civitatis, si consentiat litteris sanctissimi Papæ senioris Romæ, an non. Tarasius sanctissimus Patriarcha dixit:* Actio secunda.

XX.

Sacratissimus Paulus Apostolus, qui illustratus est lumine Christi, & genuit nos per Evangelium, cum Romanis scriberet, approbans studium sinceræ fidei eorum, quam in Christum Deum verum habebant, sic ait (a): Fides vestra annuntiatur in universo mundo. Hoc testimonium sequi necessarium est; & inconsulta agit, qui huic conatur resistere. Unde Hadrianus Præsul senioris Romæ, cum esset particeps eorum, qui prædicta testimonio muniri meruerant, scripsit expresse, ac veraciter piis Imperatoribus nostris, atque ad humilitatem nostram, affirmans bene ac optime se habere antiquam traditionem Ecclesiæ Catholicæ. Nam & ipsi nos scrutando scripturas, & syllogistice approbanda rimati sumus, sicque confessi sumus, confitemur, & confitebimur, consonamus, & confirmamus, atque permanebimus in significatione litterarum, quæ lectæ sunt, imaginales descriptiones (quæ scilicet ad sacras imagines pertinent) *suscipientes, secundum antiquam Patrum nostrorum traditionem, & has affectuosa amore, &c.* (a) Rom. 1.

XXI. Tertia Actio.

Interpellarunt rursus Apostolicæ Sedis Legati universam ipsam sanctam Synodum, dicentes: *Dicat nobis sancta Synodus, si admittet litteras sanctissimi Papæ senioris* Ro-

PAGIUS IV. *Actio II. III.*

A num. XIX. ad XXII. Actio secunda *sexto Kalendas Octobris* celebrata, in eaque lectæ Hadriani Papæ literæ ad Impp. datæ, ejusque ad Tarasium Epistola. Actio III. *tertio Kal. Octob.* habita, in qua varii Episcopi alias lapsi in sedes suas restituti sunt, lectæque literæ Tarasii ad alios Patriarchas Orientis directæ, ac præterea literæ eorumdem Patriarcharum ad Tarasium, quibus ob Barbarorum tyrannidem se se ad Synodum venire non potuisse testabantur. Denique lecta est Synodica Theodosi, dum viveret Hierosolymitani Patriarchæ, ad Cosmam Alexandriæ & Theodorum Antiochiæ Patriarchas directa: *Theodorus* iste Hierosolymitanus alius non est quam *Theodorus*, qui anno DCCLX. & sequentibus Ecclesiam Hierosoly-

Romæ, an non? Sancta Synodus dixit: *Sequimur, & suscipimus, & admittimus:* quæ sequuta sunt hæc: In primis Legatorum trium Patriarcharum præconia de litteris Hadriani, & fide recepta a Tarasio Patriarcha: deinde aliorum Episcoporum singulis elogiis eas laudantium & subscriptione probantium. Præstiterunt id ipsum venerabiles Archimandritæ, inter quos subscriptus habetur sanctus Plato, de quo plura superius dicta sunt, & erunt dicenda. Sicque finem accepit secunda Synodi Actio.

Tertia autem Actio celebrata habetur tertio Kal. Octobris, ut versio Anastasii, qua utimur, docet, ex qua corrigenda vulgata est editio, in qua legitur habita sexto Kal. ejusdem: secunda enim Actio (ut vidimus) dicta est habita die sexto Kal. In hac primum causa Gregorii Episcopi Neocæsareæ cognoscenda proposita est. Hic enim antesignanus ferebatur Iconoclastarum hæreticorum, quique persecutionis tempore graviter vexasse Orthodoxos diceretur, quorum causa etsi pœnitens admittendus esset in Ecclesiam, non tamen esset restituendus in Episcopatum. Verum quia persecutio probata non est, decreto in primis Legatorum Apostolicæ Sedis jussus cum collegis recipi in sedem suam.

Post hæc autem legi sancta Synodus præcepit litteras Tarasii Patriarchæ Constantinopolitani, datas ad tres itidem Patriarchas Orientales, & eas, quas reddiderunt iidem ad Tarasium monachi Palæstinæ nomine eorumdem trium Patriarcharum Orientalium, quæ superius, eo quo scriptæ fuerunt anno, sunt collocatæ. Quibus probatis, & assertis, adversus aliter sentientes anathema illatum est ab ipsis Apostolicæ Sedis Legatis nomine trecentorum decem & octo Patrum, qui ante in eadem civitate Nicænum primum Concilium collegere, quibus sancta Synodus in omnibus annuit. Secutaque est subscriptio cæterorum Episcoporum. Quibus rebus ita gestis, impositus est finis ejus diei Actioni, additis faustis acclamationibus ipsis Imperatoribus, illo novo Constantino, ista nova Helena nuncupatis.

XXII. Quarta Actio.

Ipsis vero Kalendis Octobris, ut translatio habet Anastasii) iterum convenere Patres, atque omnium sententia jussa sunt afferri sacra volumina, ex quibus de cultu sacrarum imaginum testimonia recitarentur, primumque ex divina scriptura, tam veteris, quam novi Testamenti, inde ex sanctorum Patrum sacris voluminibus decerptæ sententiæ. Sed ex versione Anastasii hic corrige inter alia, quæ habentur in vulgata Synodi editione, templum Romæ Salvatoris sacris imaginibus a Joanne jussum decorari: loco enim Joannis, Constantinum habet Imperatorem Anastasii versio his verbis: *Petrus & Petrus Deo amabiles presbyteri, & Vicarii Hadriani Papæ senioris Romæ dixerunt: Tale quid & divæ memoriæ Constantinus magnus Imperator olim fecit. Ædificato enim templo Salvatoris Romæ, in duobus parietibus templi historias veteris, & novi Testamenti designavit, hinc Adam de paradiso exeuntem, & inde latronem in paradisum intrantem figurans.* Porro quamplurima, quæ sunt e diversis locis allata de cultu sacrarum imaginum testimonia, ne singula recensendo diutius in longo itinere morari contingat, majori tu ocio Lector inspicito.

XXIII. De Imagine crucifixa Berythi.

Sed & de en te necessario monendum putavi, historiam de imagine crucifixa Beryti, in vulgata Suriana editione habere admixta quædam apocrypha de imagine Christi, facta a Nicodemo, & alia; quæ integram ipsam narrationem suspectam faciunt. Quamobrem operæpretium duxi, eamdem historiam hic tibi

PAGIUS

lymitanam rexit, eo ipso tempore, quo *Cosmas* Alexandrinam & *Theodorus* Antiochenam, ad quos ideo Theodorus Hierosolymitanus Synodicas suas direxerat. Certe *Theodorus* iste Hierosolymitanus non potest esse Theodorus ille, qui a Protosymbolo Caliphæ Saracenorum obtinuit, ut *Elias* Patriarcha in exilium, in quo hoc ipso tempore versabatur, mitteretur, ipseque in locum ejus substitueretur: cum præterquamquod *Theodorus* invasor adhuc hoc anno in vivis fuisse videatur, (quia eo mortuo Elias Sedem suam recuperavit, qui tamen adhuc exulabat) Sedem illam non occupavit, nisi jam mortuo Cosma Patriarcha Alexandrino, qui vix pervenit ad annum DCCLXX. post quem Christi annum Eusebius & Elias fuerunt Patriarchæ Hierosolymitani.

V. Actio IV.

A num. XXII. ad XXXIII. *Kalendis Octob.* Actio quarta celebrata, lectaque sunt varia Sanctorum Patrum testimonia, & inter alia multa lectus Sermo, cui titulus: *Sermo sanctæ memoriæ Patris nostri Athanasii de Imagine Domini nostri Jesu Christi veri Dei nostri facto miraculo in Civitate Beryto*, seu, ut Græcum habet, λόγος τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, &c. quæ verba de Magno Sancto Athanasio non esse intelligenda recte ostendit Baronius ex silentio omnium Antiquorum. Certe miraculum istud quod suo loco memoravimus narratum non fuit a Magno Athanasio, cum Auctor Sermonis dicatur *sanctæ memoriæ*, & in eadem Actione pag. 162. locus Athanasii Magni adversus Arianos sub hoc titulo refertur: *Sancti Athanasii ex sermone quarto contra Arianos, cujus initium est*, &c. Combefisius in Historia Hæresis Monothelitarum pag. 650. hunc Sermonem Athanasio Magno attribuendum contendit; sed nihil in medium adducit, quod rem evincat. Denique in hac Actione prolata in hæreticos anathemata, & postmodum edita professio fidei.

Digitized by Google

tibi puram ex versione Anastasii describere, quæ sic se habet;

Sermo sanctæ memoriæ Patris nostri Athanasii de imagine Domini nostri Jesu Christi Dei veri, Dei nostri, facto miraculo in civitate Beryto.

*Sustollite oculos mentis vestræ, & videte novum spectaculum, quod factum est nunc, in infinitam admirationem Dei aspicite, & date gloriam ei. Contemplamini ineffabilem misericordiam ejus, & magnitudinem dispensationis ejus, atque lamentum cum lætitia sumite. In Deo quidem nihil extraneum. Deus enim cum sit, omnia potest. Quod vero in diebus nostris, & in nobis factum est, * expavescet omne cor audientium. Vere expavescit cœlum, quod audenter factum est, conturbatæ sunt abyssi, & sol obtenebratus est, & luna, & stellæ similiter super hoc, quod patratum est. Sed iterum lætatæ sunt in eo, quod a Domino dispensatum est, omnes cœlorum virtutes. Audite, & admiramini quid factum est in diebus nostris: intelligenter intelligite, & aurem vestram inclinate: & quidem ante exteriorem aurem, quæ cordis est, porrigite, & audita:*

* obstupescit

XXIV. *Civitas est, Berytus vocata, in confinibus Tyri & Sydonis sita, Antiochiæ subdita. In hac civitate Beryta multitudine erant copiosæ Judæorum. Porro juxta synagogam ipsorum, quæ valde magna esse videbatur, Christianus quidem cepit ad pensionem cellulam a quodam, in qua habitans, contra accubitum suum fixit imaginem Domini nostri Jesu Christi, honeste depictam, & integræ staturæ, habentem Dominum nostrum Jesum Christum. Transacto præterea modico tempore, perquisivit mansionem majorem ille Christianus, quemadmodum & indigebat. Hoc autem Domini nostri Jesu Christi gratia dispensavit (ut credo) qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ostendens miracula sua se colentibus, & omnibus in se credentibus, in redargutionem impiorum, & stabilitatem fidelium.*

De Imagine Christi crucifixa narratio.

Quæsivit ergo Christianus (ut dixi) majorem domum, & invenit in quodam loco civitatis, & transtulit se illuc a domo, quæ erat juxta synagogam Judæorum & sublatis omnibus suis: per oblivionem, dispensatione tamen Dei, imaginem Domini dimisit, oblivioni (ut prefatus sum) traditam. Quidam vero Judæus accepit domum illam ad pensionem, in qua imago Domini stabat; intromissis autem omnibus suis permanebat in domo, minime contemplatus iconam Domini, quod staret illic: neque enim consideravit locum illum, sed ingressus manebat. Quadam vero die invitavit Judæus unum ex contribulibus suis ad prandium. Et cum prandrent, elevatis oculis, Judæus, qui invitatus fuerat, vidit iconam Domini nostri Jesu Christi, & dicit ei, qui se invitaverat: Tu cum sis Judæus quomodo imaginem hujusmodi te habentis habes? convicia plurima quoque & nefanda emittens adversus Dominum, quæ non audeo scribere, absit, quæ dixit contra Salvatorem, is qui fuerat invitatus.

Abiit autem ad summos sacerdotes suos, & accusat Judæum, qui in domo manebat, in qua imago erat, dicens, quia ille imaginem habet Nazareni videlicet in domo sua. Qui audientes dixere: Si potes hoc ostendere. At ille affirmavit: Quia ostendam hoc in domo ejus. Illi vero repleti furore, vespere quidem siluerunt. Mane vero facto, summi sacerdotes eorum atque presbyteri, assumpto eo, qui Judæo detraxerat, & turba multa gentis suæ, pergunt ad domum Judæi, in qua imago Domini stabat. Pervenientes autem ad locum summi sacerdotes insiluerunt, & seniores cum eo, qui indicaverat, & vident imaginem Domini stantem. Tunc vehementer irati in eum, qui habitabat in domo illa, extra synagogam facientes expulerunt, imaginem vero Domini nostri Jesu Christi deponentes, dixerunt: Quia sicut patres, nostri illuserunt ei aliquando, ita & nos illudamus ei. XXV.

Tunc inceperunt conspuere in faciem sanctæ imaginis Domini, & dare alapas coram his, qui convenerunt, hinc & inde imaginem Domini conspuentes, atque dicentes: Quæcumque fecerunt patres nostri, faciamus & nos imagini ejus. Et dicunt: Audivimus quia illuserunt ei, & hoc ipsum nos faciamus & vos. Infinites ergo ludibriis illuserunt iconam Domini, quæ nos neque dicere audemus. Deinde dicunt: Audivimus quia clavis infixerunt manus ejus & pedes: hoc & nos faciamus ei. Tunc in manus, & pedes imaginis Domini infixerunt clavos. Iterum sævientes dixerunt: Audivimus quia accepto aceto, & felle potaverunt eum cum spongia: faciamus ei & nos. Et fecerunt, apponentes ad os imaginis Domini spongiam aceto plenam. Rursus dicunt: Didicimus quia percusserunt caput ejus arundine patres nostri: idipsum & nos faciamus. Et accipientes calamum percusserunt caput Domini.

Imaginis Christi crucifixio.

XXVI. *Cæterum novissime dicunt (ut liquidius addocemur) quod lancea latus ejus aperuerunt: nihil prætermittamus, sed addamus & hoc. Et facientes deferri lanceam, præceperunt cuidam suorum tollere lanceam, & percutere contra latus imaginis Domini. Mox manavit multitudo sanguinis, & aquæ ab ea. Christe gloria tibi, incomprehensibilis gloria tibi: Quis sicut tu Deus? Quis præter te Deus faciens*

ciens

sicut terribilia & stupenda? O miraculum Majestatis & Salvatoris immensum! Horruerunt veraciter super hoc etiam supernæ Virtutes tuæ. O quantus es Domine ad humanitatem, o quantus ad longanimitatem, o quantus es ad misericordiam! pius enim propter nos, & propter salutem nostram, cum esses sine carne, incarnatus es ex Virgine Maria. Crucifixus es in illa carne, cum esses ipse impassibilis in deitate. Nunc vero iterum in imagine crucifixus es Domine in redargutionem impiorum, & omnium incredulorum, atque stabilitatem eorum, qui veraciter in te credunt. Sed gloria tibi Domine, qui solus omnia potes una cum benedicto Deo nostro & Patre, atque cum Spiritu sancto. Amen.

Vos autem, o filii, audite reliqua quæ dispensata sunt ab eodem Domino; ipsius enim erat permissio. Denique postquam percussum est lancea latus ejusdem imaginis Domini, & emanavit sanguis, & aqua (ut superius dictum est, dicunt summi sacerdotes, eorum, & seniores: Quoniam susurrant colentes eum, quod sanitates multas fecerit: sumamus ergo sanguinem hunc: & aquam, & deferamus ad synagogam, & colligamus omnes, qui male habent in populo, & ungamus eos ex illo, & videamus si vera sint, quæ dicuntur. Tunc afferentes lateri iconæ Domini vas secundum locum percussionis lanceæ, unde exivit sanguis & aqua, &
* ampullam — repleverunt * amphoram secundum locum jugulationis lanceæ, & inferentes illudebant, ut injuriis appeterent (sicut putabant) coram omnibus universorum Dominum. Non putantes scilicet aliquod edendum fore miraculum.

XXVII. Ex sanguine miraculoso miracula. — Et collectis omnibus, qui male habebant, & ante omnes paralyticum, quem a nativitate noverant, adducentes unxerunt, & statim substitit, & exiliit sanus homo penitus. Deinde cæcos adduxerunt, qui & ipsi visum receperunt. Dæmonium vero patientes mox adunati sunt. Turbatio quoque magna & infinita per totam civitatem effecta est, cunctis confluentibus propter infinita miracula. Commotæ autem sunt omnes multitudines Judæorum: plures enim civitatem habitabant. Currebant ergo ferentes eos, quos in domibus suis habebant languentes, aut paralyticos, aut debiles, aut aridos, aut leprosos: omnes accurrerunt, ita ut neque synagoga eorum, licet magna fuerit, caperet illos, neque locus, multitudine infiniti populi, propter miracula concurrente.

Conversio Judæorum. — Omnes autem principes sacerdotum, & seniores, & populus Judæorum virorum, puerorum, & mulierum crediderunt in Dominum Jesum Christum, clamantes: Gloria tibi Christe, quem patres nostri crucifixerunt, qui & a nobis domine crucifixus es in imagine tua. Gloria tibi Fili Dei, qui tanta fecisti miracula: Tibi credimus: propitius esto nobis, & suscipe nos. Hoc clamabant lugentes omnes, & voces emittebantur, & miracula perficiebantur, summis sacerdotibus ungentibus, & cunctis curatis, & vivificatis.

Postquam autem omnes sanati sunt, confestim ad Episcopum sanctissimæ constitutæ illic Ecclesiæ, qui jam, quæ fuerant facta, didicerat, multitudines concurrebant dicentes & clamantes, unus, unus Deus Pater, unus Deus filius & ipsa unigenitas, unus Christus quem patres nostri crucifixerunt, ipsum Deum novimus: huic nos credimus. Multis itaque laudibus glorificaverunt Deum, imaginem Archiepiscopo demonstrantes, annuntiantes, quæ fecerant imagini Domini, qualiter & sanguis & aqua exierunt e latere imaginis, necnon & infinita miracula, quæ facta sunt. Ita omnes multitudines, ut sancto baptismo digni fierent, supplicabant. Quos Episcopus una cum clero suo assumptos, omnes baptizavit per multos dies, & synagogam eorum Ecclesiam Salvatori nostro Christo dicavit. Illis autem rogantibus, etiam cæteras synagogas eorum Martyria fecit. Et sic gaudium magnum factum est in civitate illa, non solum corporibus sanatis, & vivificatis, sed & animabus in vitam mortuis redeuntibus æternam. — XXVIII. — Judæi baptizantur.

Hæc agnoscens ego, festinavi indicare vobis, fratres amantissimi, ad utilitatem animarum vestrarum, ut cognoscentes & in hoc Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi virtutem, plus aliquid in fide ipsius confirmemini, & exultetis super magnalibus ejus, quæ nunc operatus est. Date ergo gloriam in lætitia, in compunctione ex lamento gaudentes, & gratias agentes, quia & sua vos fide, & sua fecit agnitione dignos in Christo Jesu Domino nostro. Cum quo & Patri una cum Spiritu sancto gloria & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen. Hactenus historia de imagine crucifixa Beryti ex Anastasii versione: at vero quæ plura hic inveniuntur in Vulgata, decurtes, utpote addita ab eo, qui exscripsit, admiscens veris apocrypha.

XXIX. Veritati historicæ omnes assensi sunt. — Porro tantum abest, ut ullus ex Patribus aliquid obiecerit, ad veritatem labefactandam ejus narrationis, ut omnes Patres (quod ipsa testantur Acta) ea audientes, lacrymis sint perfusi, perinde ac si crucifixionem Salvatoris, ex uno Evangelistarum acceptam, recitari audissent. Cum igitur res pro constanti accepta sit ab omnibus veritate, neque ab ipsis refractariis ejusdem Synodi calumniatoribus, & Iconoclastis aliquid reperiatur vel leviter derogatum: perquiren-

rendum modo nobis ust da temporc, quo ista accidere potucrunt. Primum autem omnium ilie amputandus est crror aliquorum, qui cum ejus scripti auctorem audiunt Athanasium, existimant magnum illum ejus nominis Episcopum Aleaandrinum: quod si probari posset, jam exploratum pariter esset, quonam tempore id accidcrit, cum ipse auctor in suæ narrationis eaordio dicat, id accidisse in diebus suis: ut planc appareat, rem gestam sui temporis auctorem scripsisse. Verum & cum qui aderant in Synodo Patres, nt in re hactenus inaudita, in fletum prorupisse cadem historiæ Acta testentur: sane quidem rem recens gestam esse demonstrant.

XXX. Error de nomine Athanasii. Quod insuper is, qui scripsit, non fuerit magnus ille Athanasius, nec ejus tempora id acciderit, inde ducimus, argumentum, quod post quadringentos & amplius annos ab Athanasii tumpore in hunc diem, nemo repertus est, qui tantæ rei nliam aliquo pacto fecerit mentionem: præsertim cum in hac ipsa Synodo Patres aliquot loca ex ipsius Athanasii scriptis adduaeriat, ad probandum cultum sacrarum imaginum, & hujus tam celebris nec verbum quidem, qui præ omnibus fuisset tamquam columna ingens, ob omnium oculos erigendus. Prætcrea cum sanctus Joaunes Damascenas, & ipse Syrus, haud ignorasse facile potuisset, quæ in Syria gesta erant, nec prætermisisset (sicur fecissa reperitur de alia imagine, ca sagittæ vulnere sanguinem dante) hujus rei tam insignis meminisse: plane inducimur, ut credamus, atiam post sanctum Joannem Damascenum ea Beryti fieri contigisse: ut magis andiendus sit Sigebertus, qui narrat id factum anno Redemptoris septingentesimo sexagesimoquinto, cum imperaret Constantinus Copronymus Iconoclasta, qui nominat insuper Episcopum, qui tunc Beryti Ecclesiæ præcrat, Adeodatum, hancquu apponit appendicem ad ea, quæ dicta suut: *Episcopus sangainem per ampullas dvoisum longe lateque dirigent, prædicabat magnalia Dei, obtestant omnes, ut singulis annis quinto Idus Novembris celebraretur passio Domsaica imagiais*. Hæc ipse.

XXXI. De tempore tanti miraculi. Sed forte magis audire placeat, quod in veteribus Ecclesiarum Lectionariis id factum hoc tempore dicatur sub Ireue, & Constantino filio. Celebris namque fuit olim in Ecclesiis tantæ rei annua commemoratio, quæ univarsum ferme Christianum orbem in sui admirationem commoverat. Etcnim rei veritate accurate perspecta, in tabulis Ecclasiasticis, ad posterorum fidem perpetuo conservandam, scripta fuit, ut annis singulis, singulis in Ecclesiis publico præconio decantetur, quæ in Romano etiam Martyrologio quinto Idus Novembris ita reperitur esse conscripta. *Beryti in Syria commemoratio imagiais Salvatoris, quæ a Judæis crucifixa tam copiosum emisit sanguinem, at Orieatales & Occidentales Ecclesiæ ex eo abertim acceperint*. At non hoc tantum, sed rei gestæ historiam in Ecclesiis iegi antiquitus consuevisse, indicant veteres codices Ecclesiarum, quos Lectionaria, seu Sanctuaria consuevcrunt nominare: in quibus, (ut dictum est) scriptum reperimus, id accidisse sub Constantino, & Irene Impp. Sed quod his temporibus hujus hæresis duo fuerunt Constantini, ac duæ pariter Irenæ, diversa scribendi de tempore occasio data est. Fuit prior Irene natione Gazara, filia Chagaui Regis, ipsi nupta Constantino Copronymo, ax qua genitus est Leo, qui ei in Imperium successit, fuitque ipsa avia Constantini, qui hoc tempore regnavit cum Irene matrc, quæ Attica genere fuit.

Tanta quidem Dcus hoc tempore, cum vigeret impictas Iconoclastarum hæreticornm, & Sarracenorum, idem docentium, & cogentium da abdicando venerandarum imaginum cultu, operatus ast, quo vel uno signo, ex adversariorum officina deprompto (ne quid posset imposturæ adscribi) eorumdem impictas confutarctur, penitusque crror aboleretur, diluerceturque sanguine Christi iterum per imaginem crucifiai. Sed docuit caperimentum, superari perfidiam Judæorum ab hæretica pravitata, illis licet Christi hostibus implacabilibus manus dantibus istis resilientibus, & in detcrius prolabentibus, atque in obstinationis profundum abyssum lapsis, impie biasphemantibus. XXXII.

Post hæc autem, et ad Acta Synodi redeamus, aliis innumeris allatis de veneratione sacrarum imaginum hinc indu locis, lectisque epistolis Gregorii Papæ secundi cjus nominis, & Germani Episcopi Costantinopolitani, ad diversos eodem argumanto conscriptis, quas nos superius eo, quo sunt anno datæ, posuimus: ad postremum sancta Synodus inhærcre su antiquis traditionibus, & Patium sententiis, professa, anathematismos superioribus similes adversus Iconoclastas hæreticos promulgavit: Quæ omnia secuta est subscriptio omnium Episcoporum.

Quinta autem Actio collecta est eodem an- XXXIII. Actio Quinta.

PAGIUS VI. A num. XXXIII. ad XLVIII. Actio quinta *quarto Nonas Octobris* celebrata, in qua ostensum est Iconomachos a Judæis, Saracenis, Gentilibus, Samaritis, & Manichæis sua dogmata hau- *Actio V. VI. VII. VIII.*

anno, quarto Nonas Octobris, ubi præloquutus Tarasius Constantinopolitanus Episcopus, cum ostendisset, hæreticos Iconoclastas sectatos esse Judæos, Sarracenos, Gentiles Samaritas, & Manichæos, usum sacrarum imaginum respuentes, ad veritatis comprobationem aliu allata testimonia jussa sunt recitari, redargutis argumentis ab hæreticis, ad suam ipsorum hæresim confirmandam, allatis. Post hæc autem patefactæ sunt hæreticorum eorumdem fraudes tempore urgentis persecutionis admissæ in corrumpendis, abolendis, & incendendis sacris codicibus, in quibus de venerando cultu sacrarum imaginum mentio aliqua esset inventa. Qui id nefarie præstiterunt fuisse hæreticos Patriarchas, Anastasium, Constantinum, & Victorem, testatus est Tarasius Constantinopolitanus Episcopus. His peractis, & firmius stabilito cultu sacrarum imaginum sententia Legatorum Apostolicæ Sedis, & aliorum, rursum iterati sunt adversus Iconoclastas anathematismi. Impositusque est finis eidem Actioni.

XXXIV. Actio Sexta. Sequenti rursum die, nempe tertio Nonas Octobris, ut ex versione Anastasii liquet, licet in Vulgata pridie Nonas legatur, in sexta Actione recitata est definitio facta ab hæreticis Iconoclastis in pseudoseptima, ab eis ita appellata, Synodo Oecumenica, cui per singula capita paratum fuit ad venenum antidotum, Gregorioque Episcopo Neocæsariæ legente textum hæreticorum per capita singula, Epiphanius diaconus scitam a Patribus appositam responsionem perlegit. Quæ tu omnia majori ocio consulas, ne hic diutius quam par est, immoremur. Titulum tantum ponemus, quem hæretici suæ ipsorum sententiæ præfixerunt, scilicet: *Definitio sanctæ magnæ, & universalis Synodi*. Cui digna est indita confutatio ex sancta Synodo, nimirum nullum Episcoporum conventum mereri nomen Oecumenicæ Synodi, cui non interfuerit Romanus pontifex præsens nec per Legatos, neque per litteras Synodales.

Iconoclastæ quam se imaginem professi sint venerari. Post multa ab hæreticis calumniose, subdole, & mendaciter dicta confutata de sacris imaginibus eo perventum est inter legendum, ubi illi, postquam omnes humana opera factas imagines se detestari, & anathemari tradere professi sunt, eam se venerari tantum imaginem dixere, qua Filius Dei seipsum in sacramento panis, & vini ante passionem expressit. Ita ipsi quidem, cum tamen veritatem corporis, & sanguinis Christi confiterentur. At quantum exhorruerint Patres vocem istam imaginis in sacrosancto sacramento Eucharistiæ, responsione omnium declaratum est, ex qua magis magisque redarguas nostri temporis Novatores, Iconoclastis istis deteriores. Ut igitur tam ab his, quam ab illis, hæreticis scilicet & Catholicis Novatores prædamnatos intelligas, hic caput ipsum reddendum putamus, quod sic se habet, ex hæreticorum fonte depromptum, ex septima ipsorum pseudosynodo, in ista legitima, & Oecumenica recitatum, & confatatum:

Gregorius Episcopus legit: Lætentur, & exultent, & fiducialiter agant hi, qui veram Christi imaginem sincerissima anima faciunt, & desiderant, & colunt, & in salutem animæ, & corporis offerunt, quam ipse sacratissimus immolator & Deus noster ex nobis ex toto nostram massam assumens secundum tempus propriæ passionis, in typum, & rememorationem evidentissimam tradidit ministris suis. Sese namque voluntaria traditurus memorabile, & vivificæ morti suæ, acceptum panem benedixit, & gratias agens fregit, & dans dixit: Accipite, & comedite in remissionem peccatorum: Hoc est corpus meum. Similiter & calicem tradens dixit: Hic est sanguis meus, hoc facite in meam commemorationem. Veluti nulla alia specie ab eo electa sub cælo vel forma imaginari ejus incarnationem volens. Vide ergo quod imago vivifici corporis pretiose, & honorabiliter facta sit. XXXV.

Quid enim argumentatus est in hoc sapientissimus Deus? Nonne ut ostenderet, & exprimeret evidenter nobis omnibus mysterium, quod operatus est per dispensationem suam? Quia id, quod ex nobis suscepit, materia sola est humanæ substantiæ per omnia perfectæ, non figuramentis proprie subsistentem personam, ut non addatamentum personæ divinitati intercedat: Ita & imaginem, & materiam præcipuam, id est, panis substantiam præcepit offerri, non figurantem hominis formam, ne idololatria subintroducatur. Sicut ergo corpus Christi, quod secundum naturam sanctum est, utpote divinitus san-

PAGIUS hausisse. Actio VI. quæ *tertio Nonas* ejusdem mensis habita est, definitionem Synodi pseudo-septimæ per capita confutavit. In Actione septima *tertio Idus Octobr.* celebrata sex Concilia Oecumenica confirmata, decretumque Imaginibus honorariam adorationem, non autem veram latriam exhibendam esse. Denique Actio VIII. *decimo Kalendas Novembris* facta, sed ea non est proprie Synodalis, nec vera Synodi pars; & tam Græci quam Latini solas septem Actiones agnoscunt. Ea die Imperatores ea ipsorum Legatorum Apostolicorum & omnium Episcoporum ore, quæ gesta essent in Synodo audire voluere. Omittimus hic canones vigintiduos in hac Synodo conditos, quia eorum explicatio legi potest apud Lupum in Scholiis & Notis ad Synodum VII.

sanctificatum : *ita manifestum est*, *quod adoptatione*, *id est*, *ipsa imago ejus sancta est*, *utpote per quamdam* * *satisfactionem gratia sanctificata*. *Hæc enim & gessit* (*ut diximus*) *Dominus Jesus*, *ut sicut carnem*, *quam suscepit*, *propria secundum naturam sanctificatione*, *ex ipsa unitione deificavit similiter & Eucharistia panem*, *& non falsam imaginem naturalis carnis per sancti Spiritus adventum sanctificandum divinum corpus fieri voluit*, *mediante sacerdote*, *qui oblationem de communi separans*, *ad sanctificationem pertingere facit*. *Itaque Christi caro secundum naturam animata*, *& intelligibilis uncta est Spiritu sancto in divinitatem*: *similiter divinitus tradita imago carnis ejus*, *divinus videlicet panis repletus est Spiritu sancto cum calice vitam ferentis sanguinis lateris ejus*. *Hæc ergo demonstrata est vera imago dispensationis*, *quæ in carne effecta est*, *scilicet Dei nostri* (*quemadmodum supra dictum est*) *quam ipse nobis vera natura vivificator*, *& factor voce propria tradidit*. Hactenus Iconoclastæ in pseudosynodo septima ab eisdem nuncupata. Quæ ipsa (ut magis mireris) contra nos obiiciunt Novatores, calumniantes a nostris hæc esse dicta, quæ ab Iconoclastis sunt asserta, sed a nostris, ab Orthodoxis scilicet confutata: nam ad ista responderunt Patres, verbum imaginis in sacratissima Eucharistia penitus detestantes.

* sanctificationem.

XXXVI. Confutatio dictorum. *Epiphanius diaconus legit*: *Patet qualiter omnis sermo propositus*, *quando semel a veritate aversus est*, *multas & periculosas pravitates a consequentia seductoria proferat*. *Quippe & iste præceptores novitatis hoc passi sunt*: *aversi enim a veritate propter imaginum fractionem*, *etiam in alteram extremam apoplexiæ insaniam delapsi sunt*. *Etenim quasi ex Delphico Tripode forsan hæc & perniciosa dogmata oraculo deprompserunt*. *Sed audiant a Proverbiali verbo* (*a*): *Laqueus fortis viro labia sua*, *& capitur propriis verbis oris*: *ligna enim & fœnum*, *& stipulam apposuerunt*, *quorum finis in combustionem*.

(a) Prov. 6.

Eucharistia vere corpus Christi & non imago. *Nullus enim aliquando turbarum Spiritus*, *sanctorum videlicet Apostolorum*, *aut illustrium Patrum nostrorum incruentum sacrificium nostrum*, *quod in commemorationem Christi Dei nostri*, *& omnis dispensationis ejus efficitur*, *dixit imaginem corporis ejus*: *neque enim acceperunt a Domino sic dicere*, *vel confiteri*; *sed audiant Evangelice dicente eo* (*b*): *Nisi manducaveritis carnem filii hominis*, *& biberitis ejus sanguinem*, *non intrabitis in regnum cælorum*. *Et qui manducat meam carnem*, *& bibit meum sanguinem*, *in me manet*, *& ego in eo*: *& accepto pane*: *gratias agens fregit*, *deditque discipulis suis*, *& ait*: *Accipite & comedite*: *Hoc est corpus meum*. *Et accipiens calicem gratias egit*, *& dedit illis dicens*: *Bibite ex hoc omnes*: *Hic est enim sanguis meus novi Testamenti*, *qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum*. *Et non dixit*, *accipite*, *& comedite imaginem corporis mei*.

(b) Joan. 6. Matt. 26. Marc. 14. Luc. 22.

XXXVII. *Sed & Paulus divinus Apostolus*, *& ex divinis Domini vocibus hauriens*, *ait*: (*c*) *Ego accepi a Domino*, *quod & tradidi vobis*: *quoniam in qua nocte tradebatur*, *accepit panem*, *& gratias agens fregit*, *& dixit*: *Accipite*, *& comedite*: *Hoc est corpus meum*, *quod pro vobis tradetur*: *hoc facite in meam commemorationem*. *Similiter & calicem postquam cœnavit*, *dicens*: *Hic calix novum Testamentum est in meo sanguine*. *Hoc facite quotiescumque biberitis in meam commemorationem*. *Quotiescumque enim manducabitis panem hunc*, *& calicem hunc bibetis*, *mortem Domini annuntiabitis*, *donec veniat*. *Ergo liquido demonstratum est*, *quod nec Dominus*, *neque Apostoli*, *aut Patres imaginem dixerunt sacrificium sine sanguine*, *quod per sacerdotem offertur*, *sed ipsum corpus*, *& ipsum sanguinem*.

(c) 1. Cor. 11.

Et ante sanctificationis quidem celebrationem, *typos*, *sive antitypa quibusdam sanctorum Patrum hæc pie visum est nominare*, *quorum est Eustathius propugnator Orthodoxæ Fidei*, *& Arianæ destructor vesaniæ*, *& Basilius ejusdem infelicis superstitionis depositor*, *qui omne*, *quod sub sole est*, *planam rectorum dogmatum basim edocuit*. *Ex uno enim eodemque Spiritu disputantes*, *unus quidem eorum interpretans Salomoniacum dictum*, *quod in Proverbiis legitur* (*d*): *Comedite panem meum*, *& bibite vinum*, *quod miscui vobis*, *hæc dicit*: *per panem*, *& vinum*, *typos corporalium Christi prædicat membrorum*. *Alter vero ex eodem fonte hauriens* (*ut noverunt omnes sacerdotii mystice cultores*) *in oratione Dominicæ oblationis ita dicit*: *Confidentes appropinquamus sancto altari*, *& proponentes typos sancti corporis*, *& sanguinis Christi tui*, *te deprecamur*, *& te rogamus*. *Et quod deinceps infertur*, *certiorem Patris hujus perfecit sententiam*, *qualiter antequam sanctificata fuerint*, *vocata sint typi*, *imagines scilicet*: *post sanctificationem autem corpus proprie*, *& sanguis Christi dicuntur*, *& sunt*, *& creduntur*. *Ipsi vero viri fortes volentes venerabilium imaginum demoliri visionem*, *aliam imaginem introduxerunt*, *quæ non est imago*, *sed corpus*, *& sanguis*. *Porro improbitate*, *& astutia referti*, *sophismate pravo semet decipientes*, *adoptione nominaverunt fieri hanc divinam oblationem*: *Et quemadmodum hoc dicere*, *aperta est dementia*, *ita & imaginem dicere*, *am-*

(d) Prov. 9.

pliorem indisciplinationis habet impietatem.

XXXVIII. *Deinde dimisso mendacio, tangunt pauxillum quid veritatem, divinum corpus dicentes fieri. At si imago est, non potest esse hoc divinum corpus. Ergo hinc inde circumducti, invalida omnino manent, quæ ab illis susurrata sunt. Sicut enim oculus turbatus, non recte videt, ita & ipsi pravarum confusione cogitationum sensum suum turbantes, ac turbulentum reddentes, idipsum patiuntur quod insanientes, alia scilicet pro aliis phantastice passi, aliquando quidem imaginem dicentes sancti corporis Christi intelligibile sacrificium nostrum, aliquando vero positione corpus. Porro hæc passi sunt, quemadmodum diximus, imaginalium formationum cultum ab Ecclesia valentes exterminare, gaudentes super eversionem Ecclesiasticarum traditionum.* Hactenus de his Patres. Sunt post hæc alia recitata ex pseudosynodo Monothelitarum, atque pariter ab Orthodoxis Patribus confutata: sicque clausa est præsens sexta Actio.

Septima Actio, & ultima. Convenerunt autem rursus Patres ibidem loci, eodem anno atque mense, nempe tertio Idus Octobris, in qua (quod reliquum videbatur jam damnata perfidia Iconoclastarum) sancita est Catholicæ Fidei definitio, in qua primum mentio facta est reliquarum sex Synodorum Universalium, & confirmatio earumdem est sequuta: Catholicum pariter est Symbolum recitatum: ubi cum ad Spiritus sancti confessionem ventum est, hic est ipsa verbis expressa: *Et in Spiritum sanctum Dominum, & vivificantem, QUI EX PATRE FILIOQUE PROCEDIT, qui cum Patre &c.* Habet id vulgata versio ejus Concilii, item & vetus translatio Anastasii Bibliothecarii ad Joannem octavum Papam conscripta: idipsum continet, & Græcus textus, ne quis imposturam esse arguere possit.

Cum enim ejusdem Fidei definitio recitata esset in Concilio Florentino in Sessione quinta, Ferrariæ habita, hæc de germana textus lectione Acta habent: *Lecta septimi generalis Concilii definitione, Latini quemdam vetustissimum librum in medium attulere, in quo quidem eadem ipsa definitio, sanctumque Spiritum ex Patre, Filioque procedere, scriptum erat. Qua de re non mediocris contentio in illa sessione fuit exorta.* Græcis videlicet reluctantibus; cum & Julianus Cardinalis S. R. E. tituli S. Sabinæ hæc ad Imperatorem, qui præsens erat:

XXXIX. *Septimi Concilii Symbolum, serenissime Imperator, quod modo fecimus recitari, in vetustissimo volumine scriptum est, ita ut nemo poterat suspicari, corruptum fuisse, cum præsertim quidam historicus noster antiquus quidem, ac litteratus inter alia id quoque testetur, hoc ipsum Symbolum in septimo Concilio recitatum fuisse. Tali præterea Symbolo cum hac additione, vel declaratione, EX FILIOQUE non mediocrem tribuimus auctoritatem.*

Cæterum liber ille dictus, Capitulare adversus Nicænam Synodum, missus a Carolo Magno per Engilbertum Abbatem, & Capellanum suum ad Hadrianum Romanum Pontificem, quænam germana fuerit lectio ejus textus edocet, utpote quia ab adversario reprehendatur, quod Tarasius in Actione tertia non dixerit A PATRE FILIOQUE. Fuit enim ista prima reprehensio adversarii, his verbis concepta: *Quod Tarasius non recte sentiat, qui Spiritum sanctum non ex Patre, & Filio secundum Niceni Symboli fidem, sed ex Patre per Filium procedentem in sua credulitatis lectione profiteatur.* Si ergo hoc ipsum scriptum fuisset in totius Synodi fidei professione, quæ in hac septima habetur Actione, Spiritum sanctum scilicet a Patre per Filium procedentem: & non potius (ut habet) a Patre Filioque procedentem: certe quidem ab adversario non unus Tarasius in crimen vocatus esset, sed ipsa Synodus universa, quam acriter impugnabat. Sed quod (ut superius dictum est) Iconoclastarum prima fuit illa reprehensio, & prohibitio, ne diceretur Spiritus sanctus a Patre, Filioque procedere: Patres ipsi, ne vel in hoc communicarent cum illis, contra ipsorum sententiam dixerint: A PATRE FILIOQUE PROCEDIT: Cum igitur adversarius non universam Synodum, sed Tarasium tantum errasse in tertia Actione dicat, evidens testimonium est, in Synodi professione fidei Actione septima aliter scriptum esse, sicque germanam eam fuisse lectionem, quam vetus Latinus codex dicitur habuisse.

Quod etiam ex responsione Hadriani Papæ colligitur, dum Tarasius defenditur, & asseritur ab Ecclesia Romana, utrumque receptum fuisse, ut posset dici Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere, & a Patre per Filium. Et Gennadius (a): *Divinus (inquit) Tarasius Constantinopolis Patriarcha in epistola ad Orientis Pontifices, quæ incipit: Multis, & ingentibus providentiis, sic ait: Et in Spiritum sanctum, qui ex Patre per Filium procedit, & eum esse Deum cognoscimus. Audis, ex Patre, inquit, per Filium procedere? Quod vero dicto, per causam significet, antea dictum est, &c.* Hæc Gennadius, contendens quod idem sit dicere, per Filium, quod ex Filio. At de his satis ad institutum. XL.

(a) Gennad. pro Concil. Flor. t. 2. sess. 6. prope finem.

Quem vero cultum a fidelibus impertiri voluerint sancti Patres sacris imaginibus hisce verbis significarunt: *Hic ita*

se

se habentibus, regia quasi euntes semita, sequentes divinitus inspiratum sanctorum Patrum nostrorum magisterium, & Catholicæ traditionem Ecclesiæ (nam Spiritus sancti hanc esse novimus, qui nimirum in ipsa habetur) definimus in omni certitudine, & diligentia, sicut figuram pretiosæ, & vivificæ Crucis, ita venerabiles, ac sanctas imagines proponendas, tam de coloribus & tessellis, quam ex alia materia congruenter in sanctis Dei Ecclesiis, & sacris vasis, ac vestibus, & in parietibus, ac in tabulis, domibus, & viis, tam videlicet imaginem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, quam intemeratæ Dominæ nostræ sanctæ Dei Genitricis, ejus honorabiliumque Angelorum, & omnium Sanctorum simul & almorum virorum. Quanto enim frequentius per imaginalem formationem videntur, tanto qui has contemplantur, alacrius eriguntur ad primitivorum earum memoriam, & desiderium, & ad osculum, & ad honorariam his adorationem tribuendam: non tamen ad verum latriam, quæ secundum fidem est, quæque solum divinam naturam decet, impertiendam: Ita & istis, sicuti figuræ vivificæ Crucis, & sanctis Evangeliis, & reliquis sacratis monumentis incensorum, & luminum oblatio, ad harum honorem efficiendum exhibeatur, quemadmodum & antiquis pia consuetudinis erat. Imaginis enim honor ad primitivum transit, & qui adorat imaginem, adorat in ea depicti subsistentiam, personam videlicet.

XLI. Traditio conservanda.

Sic enim robur obtinet sanctorum Patrum nostrorum doctrina, id est, traditio sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, quæ a finibus usque ad fines terræ suscepit Evangelium. Sic Paulum, qui in Christo locutus est, & omnem divinum Apostolicum cœtum, & pristinam sanctitatem sequimur, tenentes traditiones, quas accepimus. Hinc triumphalis Ecclesiæ prophetice canimus hymnos (a): Gaude satis filia Sion: prædica filia Hierusalem: Jucundare, & lætare ex toto corde tuo. Abstulit Dominus injustitias adversantium tibi: redemit te de manu inimicorum tuorum. Dominus Rex in medio tui: non videbis mala ultra, & pax in te in tempus æternum. Eos ergo, qui audent aliter sapere, & docere, secundum scelestos hæreticos Ecclesiasticas traditiones spernere, & novitate qualibet excogitare, vel projicere aliquid ex his, quæ sunt Ecclesiæ deputata, sive Evangelium, sive figuram Crucis, sive & imaginalem picturam, sive sanctas reliquias Martyrum, aut excogitare prave, & astute subvertendi quamcumque ex legitimis traditionibus, sive Ecclesiæ Catholicæ, vel etiam quasi communibus uti sacris vasis, aut venerabilibus ministeriis: si quidem Episcopi vel clerici fuerint, deponi præcipimus; monachos autem, & laicos a communione privari. Hactenus definitio Fidei ex versione, qua utimur, Anastasii.

(a) Soph. 3.

Eadem quoque suis scriptis professus est sanctus Joannes Damascenus (b), qui libro primo, & tertio Apologetici sæpe sæpius repetit, imagines nullo modo coli debere cultu latriæ: numeratque inter hæreticos illos, qui imagini cuipiam dixerint tribuendum esse latriæ cultum, hosque nominat Christianocatagoros, nempe accusatores Christianorum, eo quod Christianæ religioni magnam inurerent notam, quod ipsorum causa dicerentur ab adversariis Christiani idolorum cultores, qui ut deos imagines colerent.

(b) Jo. Damascen. de hæres. prope fin.

Eadem cum Synodo Jo. Damasceni sententia.

XLII. Scholasticorum una eademque sententia cum Nicæno Concilio.

Cæterum nequaquam in horum classem conjecerimus Scholasticos illos, qui Christi Redemptoris imagini, atque sanctissimæ Cruci latriæ cultum tribuendum esse dixere. Nam cum ipsi idem senserint revera cum Orthodoxis, ob diversitatem tantum vocum, adhibita aliqua distinctione, seu declaratione, haud ab iis ullo modo sunt separandi; siquidem constantissima est etiam ipsorum assertio, nulli creaturæ divinum cultum, qui soli Deo convenit, esse impertiendum. Cum vero eisdem sacris Christi imaginibus latriæ adorationem esse impendendam, iidem asseruere: utique dicendum, intellexisse improprie, & non propter se, aut ex sua natura, sed per accidens, & relative ad aliud: ut tunc non imago colatur ut Deus proprie, sed Deus in imagine, sive per imaginem: Sic etiam cum coluerunt antiqui patres Deum (quem nemo (c) vidit umquam, neque videre potest) in diversis formis, seu imaginibus apparentem, in quibus constat, repræsentatum fuisse Deum, non tamen illas ipsas fuisse Deum: eos non peccasse, sed meruisse dicendum, dum illas ipsas imagines ut Deum coluere cultu latriæ, quas scirent repræsentasse Deum. Quod igitur nemo ipsorum dixerit, adorandas imagines cultu latriæ propter se (id enim esset revera idololatria) sed propter aliud: utique non proprium per se existentem latriæ cultum illis tribuisse noscuntur, ob quod damnandi essent; sed cultum latriæ illum tantum, qui sit ob aliud, & per accidens, relative ad primum exemplar.

(c) 1. Joan. 4. 1. Tim. 6.

XLIII. Unde in una sententia loquendi orta diversitas.

Verum cum re ipsa una eademque sit eorumdem & omnium Orthodoxorum sententia de sacratum imaginum cultu; quod autem diversis eadem verbis expressa, & pene contrariis reperitur: non aliunde accidisse puto, nisi quod ejusmodi tam firma, constans, & certa, tamque serio pertractata, ac definita, atque in canonem redacta sententia Nicæni posterioris Concilii minime iisdem

san-

sanctis, & doctis viris innotuit. Nam etsi quid de eodem Concilio per levem aliquam historiarum lectionem perceperunt: cum itidem illud improbatum esse in Synodo Francofordiensi intellexerunt, nullam de eo rationem esse habendam, existimarunt. Vel si iidem (quod puto verius) ipsum Oecumenicum esse scivetunt, approbatumque a Romano Pontifice, damnatum vero ab adversariis; tamen quod in eo mentirentur adversarii, definitum esse cultum latriæ sacris Christi imaginibus tribuendum: verum id esse putantes, in contrarium nisi, calumniam non intelligentes (de qua fusius suo loco dicendum erit inferius, cum erit sermo de Francofordiensi Concilio) pro ipso Concilio causam agere se putarunt, si quomodocumque, improprietate verborum licet, latriæ cultum in sacris Christi imaginibus tuerentur. Sicque ex ignoratione rerum gestarum diversitas ista loquendi accidisse cognoscitur.

XLIV. Cæterum etsi ignoratio ista Nicænæ definitionis videatur reprehensibilis, tolerabilis est tamen, & in doctis viris etiam excusabilis, sicut in S. Augustino (a quam fassus est publice) ignorantia Nicæni prioris magni Concilii canonis toto orbe vulgati, & usu recepti, ne in una Ecclesia duo ordinarentur Episcopi. Non enim omnia possumus omnes simul scire, & multa prætereunt multos etiam multa scientes. Quamobrem, si ut diximus) ea, quæ fuerunt in Niceno Concilio statuta, & Apostolicæ Sedis auctoritate firmata, isti de quibus est sermo, novissent, atque certius intellexissent, non ex veritate, sed per calumniam proclamatum ab adversariis, definitum esse cultum latriæ sacris imaginibus in Nicæno Concilio, atque scivissent ab ipso revera penitus fuisse contrarium decisum, atque firmatum, nimirum nullam imaginem colendam esse cultu latriæ: sane quidem (ut fuit ipsis semper Orthodoxis in more) nulla penitus contrarietate, sive diversitate verborum, quovis prætextu veritatem Orthodoxæ Fidei circumdedissent: sed eadem ipsissima verba atque sententiam sacri Oecumenici Concilii defendissent, totidemque verbis reddita, & asserta firmassent.

(a) *Aug. Act. de tradit. de sign. epist 110.*

Ignorata definitio Nicæni secundi Concilii.

Sed & quod non minoris auctoritatis, & roboris ulla ex parte est Oecumenicum Concilium Nicænum posterius a priori Nicæno: sicut antiqui Patres illi millies mortem pati parati erant quam vocem illam, Consubstantialem, ab illo Concilio in Symbolo positam, & definitam deserere, licet per æquipollentia verba idem dici posse ab adversariis proponeretur: ita & isti hujus posterioris Concilii Nicæni non solum sententiam, sed ipsa quoque verba mordicus tenuissent, constantius defendissent, atque firmius asseruissent, probe scientes non esse moris in Ecclesia adversus Oecumenici Concilii decreta Romanorum Pontificum auctoritate firmata quantumvis doctos, quantumvis sanctos insurgere, & vel latum unguem ab eorum sententia, verbisque recedere, sed quam constantissime ad apicem usque quæcumque in eis reperiuntur, scripta defendere, tantum abest, ut aliis ab illis contrariis, vel diversis verbis veritatem Catholicam fidelibus servandam proponerent; quod si secus fecissent, magnam profecto suæ ipsorum existimationi infamiæ notam inussissent, & hac ex parte an Catholici essent, qui Oecumenicæ Synodo adversari tam libere viderentur, suspicionem in nonnullorum animos induxissent, vel saltem temeritatis nomine redarguendi fuissent. Sed ab his omnibus hos excusat ignoratio historicæ veritatis. At de his satis. Jam quæ sunt reliqua Nicæni Concilii videamus.

XLV. His igitur in Synodo definitis accessit omnium Episcoporum subscriptio, quam subsecutæ sunt publicæ ejusdem sanctæ Synodi acclamationes, quæ sic se habuerunt, additis anathematismis.

Acclamationes Synodi.

Sancta Synodus, ita exclamavit: Omnes ita credimus: Omnes id ipsum sapimus: Omnes consentientes subscripsimus.

Anathematismi Synodales.

Hæc est fides Apostolorum: Hæc est fides Patrum: Hæc fides Orthodoxorum: Hæc fides orbem terrarum stabilivit: credentes in unum Deum in Trinitate laudandum, honorabiles imagines osculamur. Qui sic non habent, Anathema sint. Qui sic non sentiunt, procul ab Ecclesia pellantur.

Nos antiquam legislationem Ecclesiæ Catholicæ sequimur. Nos leges Patrum custodimus.

Nos eos, qui addunt, vel adimunt de Ecclesia, anathematizamus. Nos subinductam novitatem Christianos accusantium anathematizamus.

Nos venerandas imagines recipimus. Nos eos, qui sic non se habent, anathematismis submittimus.

Nos iis, qui assumunt dicta, quæ a divina scriptura contra idola proferuntur, in venerabiles imagines, dicimus Anathema.

His, qui vocant sacras imagines idola, Anathema.

His, qui dicunt, quia ut ad deos, Christiani ad imagines accesserunt, Anathema.

His, qui communicant scienter iis, qui injuriam & contumeliam venerabilibus imaginibus inferunt, Anathema.

His, qui dicunt, quia præter Christum alius exemit nos ab idolis, Anathema.

His

XLVI. *His, qui audent dicere Catholicam Ecclesiam aliquando idola recepisse, Anathema. Multos annos Imperatoribus Constantino, & Irenæ matri ejus. Multos annos Victoriæ Imperatorum. Multos annos novo Constantino, & novæ Helenæ, æterna memoria: Dominus custodiat Imperium eorum. Cælestis Rex terrenos custodi. Omnibus hæreticis, Anathema. Frementi Concilio contra venerabiles imagines, Anathema. Theodosio falsi nominis Episcopo Ephesino, Anathema. Sisinnio Episcopo cognomento Pastilla, Anathema.*

Basilio, qui obscœna pronuntiatione Tricacabus appellatus est, Anathema.

Trinitas horum trium dogmata deposuit. Anastasio, Constantino, & Niceta, qui per successionem throno Constantinopolitano præsederunt, ac si novo Ario, Nestorio, & Dioscoro, Anathema.

Sancta Trinitas horum trium dogmata deposuit. Joanni Nicomediæ, Constantino Nacoliæ hæresiarchis, Anathema.

Ad nihilum deduxerunt imaginem Domini, & Sanctorum ejus: ad nihilum deduxit eos Dominus. Si quis hæreseos Christianos accusat, vel in ea hæresi vitam suam transigentem defendit, Anathema.

Si quis Evangelicas narrationes titulis, picturisque factas non admittit. Anathema.

Si quis non osculatur has tamquam nomine Domini, & Sanctorum ejus factas. Anathema.

Si quis omnem traditionem Ecclesiasticam sive scriptam, sive non scriptam irritam facit, Anathema.

XLVII. *Germani Orthodoxi æterna memoria,*
* Georgii *Joannis, & * Gregorii æterna memoria: prædicatorum veritatis æterna memoria. Trinitas hos tres glorificat: quorum disputationes sequi mereamur miserationibus, & gratia primi, & magni Pontificis Christi Dei nostri, intercedente intemerata Domina nostra sancta Dei Genitrice, & omnibus Sanctis ejus: fiat. Amen.* Hactenus acclamationes. Porro hi tres, quibus acclamavit adeo fauste Synodus, ii sunt, quos potissimum Iconoclastæ in suo ipsorum conciliabulo diris devoverunt, & anathematismis, atque maledictionibus sunt prosequuti, nempe sanctum Germanum Episcopum Constantinopolitanum, Joannem Damascenum, & Georgium in Cypro Episcopum, de quibus superius dictum est. Præter fidei Catholicæ decretum, ab eadem sacrosancta Synodo canones sanciti sunt viginti duo, quos in posteriori editione Conciliorum positos habes ex Hervetiana translatione. Porro eosdem canones a Gratiano in Decretorum volumen, sub diversis titulis relatos, invenies. Omittimus hic omnes recitare prolixos satis.

Incipientes autem Patres ab Episcoporum ordinatione, præceperunt, non ordinandos Episcopos, nisi promittant, se canones servaturos, neque etiam assumendos, qui non eruditione, & scientia sacrarum litterarum atque canonum essent instructi. Sed tertius canon itidem ad Episcoporum electionem spectans, totidem hic reddendus est verbis, plane dignus, qui Regum omnium domus foribus inscribatur una cum titulo, ipsi ita præfixo (a).

(a) *Dist. 63. omnis electio.*

Quod non oporteat Principes eligere Episcopum.

Omnis electio a Principibus facta Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi irrita maneat, secundum regulam, quæ dicit: Si quis Episcopus sæcularibus potestatibus usus, Ecclesiam per ipsos obtineat, deponatur, & segregentur omnes, qui illi communicant. Oportet enim, ut qui provehendus est in Episcopum, ab Episcopis eligatur, quemadmodum a sanctis Patribus, qui apud Nicæam convenerunt, in regula definitum est, quæ dicit: Episcopum convenit maxime quidem ab omnibus, qui sunt in provincia, Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit propter instantem necessitatem, aut propter itineris longitudinem: tribus tamen omnimodis convenientibus, & aliis per litteras consentientibus, tunc consecratio fiat: primatus tamen eorum, quæ geruntur per singulam quamque provinciam Metropolitano tribuatur Antistiti. Hæc canon. Quibus videas, penitus inhibitum esse Principibus, Ecclesiis præficere sacerdotes. Habent tamen aliqui id ex Sedis Apostolicæ privilegio.

XLVIII. Ne a Principibus eligantur Episcopi.

Sed & illud a sacrosancta Synodo statutum fuisse reperitur (b), ad reparandas illatas (ut vidimus per Iconoclastas hæreticos clades, cum Episcopia, & monasteria in usum profanum conversa sunt, ut in pristinum usum eadem restituerentur. Hæc & alia, quæ ob ingruentem persecutionem defectu culturæ spineta Dei Ecclesiam occuparant, falx Apostolicæ censuræ succidit. Et inter alia illud fuit, ut ab iisdem Iconoclastis introductum in Ecclesiam vestitum pretiosum clericorum, eadem sancta Synodus emendaret, sanciens ista.

(b) *Ead. Syn. c. 13.*

XLIX. *Quoniam radice amaritudinis exorta, contaminatio facta est in Catholica Ecclesia Christianos calumniantium hæresi, etiam hi, qui hanc receperunt, non solum imaginarias picturas abominati sunt, sed etiam omnem reverentiam repulerunt, eos, qui religiose & pie vivunt, offendentes, ac per hoc completur in eis, quod scriptum est (c): Abominatio est peccatori Dei cultus. Igitur si inventi fuerint deridentes eos, qui vilibus, & religiosis vestibus amicti sunt, per pœnam cori-*

(c) Eccl. 1. De vesti. in clericorum.

rigantur: priscis enim temporibus omnis fueratus vir cum mediocri, & vili veste conversabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam: quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis texturis vestem quis varium induebat, neque apponebant variorum colorum ornamenta in summitatibus vestimentorum: audierant enim ex Deisona lingua (a), quia qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt. Sic igitur insectata est sancta Synodus omnem superfluum vestimentorum ornatum, ab hæreticis, explosa antiqua modestia, introductum. Hæ, & aliæ fuere hæreticorum a sanctis Patribus in hoc Concilio verrendæ quisquiliæ. Ea quo demum Synodales scriptæ sunt litteræ ad diversos.

(a) Mat. 11.

Synodales epistolæ.

Synodalis enim epistola data est in primis ad ipsos Imperatores, alia vero Encyclica ad omnes Ecclesias, tertia ad Hadrianum ipsum Romanum Pontificem, quam hic tibi ex Anastasii versione reddituri sumus; illud non prætermittentes significare, ab eodem Tarasio scriptam haberi aliam epistolam eruditam satis, atque prolixam ad eumdem Hadrianum Pontificem de simoniaca hæresi profliganda, quæ ab Anastasio ad finem ejusdem septimæ Synodi posita legitur, necnon apud Theodorum Balsamonem in appendice ad Nomocanonem Photii, de qua inferius, hic tibi eam reddam, quæ ab eodem Tarasio ex hac eadem Synodo scripta fuit, cum in se habeat tamquam recapitulatio omnium rerum gestarum in Synodo, his verbis:

L. *Per cuncta sanctissimo ac beatissimo fratri, & comministro Hadriano Papæ senioris Romæ Tarasius misericordia Dei Episcopus Constantinopoleos Novæ Romæ in Domino salutem.*

Epistola Tarasii ad Hadrianum Papam.

Sufficeret quidem salutaris dispensatio magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi ad pacem, unanimitatem, & concordiam omnibus Christianis: ipse namque post ex mortuis resurrectionem Apostolis suis insufflans ait: Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, cujus rei gratia contestans omnibus nobis ille, qui raptus in tertium cælum, & in paradisum ingressus audivit arcana verba, Paulus scilicet divinus Apostolus asseruit, dicens (b): Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ dissolvens inimicitiam in carne sua. Et rursum Thessalonicensibus præcipiens ait (c): Itaque fratres mei state, & tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Sed quoniam inimicus, qui ab initio nequam est diabolus, non dimisit per diversa tempora ædificatam supra fundamentum Apostolorum, & Prophetarum Ecclesiam, secundum quod sibi visum est, discindere, atque disrumpere, semet inferens per quosdam sequentes se viros malos, & zizania superseminare in regione hac, quæ culta est a tubis sancti Spiritus, Apostolis scilicet sanctis (ipsi enim virtute ex alto accepta, & hac divina lucis operationis prosecta, escam æterna vita reliquerunt his, qui per ipsos crediderunt, carpendam.) horum Deiloquam doctrinam sancti Patres nostri, qui hujus pastores, & custodes per singula fuere tempora, suscipientes, zizania, id est, hæreses, & novitates addititias, atque introductas radicitus exciderunt, & messem mundam arvo conservaverunt.

(b) Ephes. 2.

(c) 2. Thess. 2.

Vestra ergo fraterna, & summo Pontificio decorata sanctitas cum his per Deiloquas suas doctrinas quodammodo sermocinatur, & ab eis accepto veritatis verbo, spinosas herbas, quæ nunc germinaverunt, fidelissimorum, & pacificorum Imperatorum veritati concordans, evellere, machæra spiritus festinavit, mittens secundum scriptam sibi petitionem nostram, ad universalem Synodum faciendam æquivocos viros, Petros duos videlicet, *principis Apostolorum Petri. Quibus advenientibus, pii & tranquillissimi Imperatores nostri, eos benigne suscipientes, ad nos jubebant mitti, per eos litteras vestras nobis suscipientibus, & locuti cum illis, quæ conveniebant, advocavimus, & eos, qui ab Oriente venerant sacerdotio decoratos Joannem, & Thomam verbi, & sapientiæ participes, atque reverentia, & modestia perornatos; aderant enim hic & ipsi, per idem tempus pervenientes.* LI.

*Itaque congregatis omnibus amabilibus Deo Episcopis hujus diœceseos, per nutum, & divinum zelum fidelissimorum, & piorum Imperatorum Sessio Synodi facta est. Sed quidam ex insensatis sensibus moti, turbationemque intra se facientes, exurgere nos fecerunt e consessu, & prohibiti, anno uno taciti mansimus. At vero anno transacta rursus Deo amabiles Episcopi congregari in Nicensium clara Metropoli Bithynensium provinciæ a piis Imperatoribus nostris jussi sunt. Siquidem & nos comites * adsciscentes Deo amabiles viros, & loci servatores vestros, similiter & eos, qui de Oriente venerunt: perreximus ad eamdem Metropolim. Qui cum omnes sedissemus, caput fecimus Christum: jacebat enim in sancta sede Evangelium sanctum, contestans omnibus nobis sacratis viris, qui convenramus, judicium justum judicare: judicare inter sanctam Dei Ecclesiam, & novitatem, quæ facta est.* LII.

* loca tenentes

Et

Digitized by Google

Et cum perlatæ primitus vestræ fraternæ sanctitatis litteræ legerentur, præstolabantur omnes, spiritualibus edulits, tamquam in regalibus cenis fruentes, quæ Christus per litteras suas epulantibus præparabat: & sicut oculus totum corpus ad rectitudinis, & veritatis semitas ostendebat: sic ergo dirupta membra in unum conveniebant; sic vera consonantia confirmabatur; sic Catholica Ecclesia unitatem recipiebat: cum quibus, & earum, quæ de Orientali diœcesi missæ sunt nobis litteræ, lectione facta, integra Paternæ traditionis pulchritudo demonstrabatur, ac vis veritatis roborabatur, propositis videlicet pluribus testimoniis Patrum.

LIII. *His itaque gestis, prædicabatur a nobis omnibus, qui beneplacito Dei congregati eramus, recta, & irreprehensibilis confessio, quæ vobis missa est a nobis, per relationem etiam missam piis Imperatoribus nostris: & omnes heretica illius pravitatis hæresiarchæ, & qui eos sunt sequuti & inconvertibiliter vitam suam finierunt, pari depositione damnati sunt cum his, qui ante Catholicæ heretici fuerunt Ecclesiæ. Qui enim in vita sua præsentes fuere, salutem suam per scriptos a se libellos confessi sunt. Et nequaquam dimisit Christus Deus noster, petra nimirum, in qua stabiliti sumus, desuper contextam per totum tunicam, id est, Ecclesiam suam, quæ ab ipso, & per ipsum ædificata est, discissam, & diruptam; sed nec membra alias atque aliter sese moventia: quin potius una cum veteribus hæresibus etiam errorem vanæ pravitatis eorum, qui Christianos accusantes contra venerabiles imagines rabide latrant, verbo gratiæ suæ destruxit, & gladio spiritus pupugit, & satisfacti sumus per omnia, & per experimentum cognovimus, quia valet super omnia veritas, & vincit secundum non mentientem dicentis vocem* (a): *Resistit autem ei nullus universorum, & est robustissima, ita ut elevetur contra omnes inimicos, & eorum, qui resistunt sibi, legiones dissolvat. Ecce enim ecce labia quidem falsa loquentium cessaverunt, & caligo procacium vituperationum quievit; illuxit autem veritatis dogmatum speciositas, ubique abjecta est heretica infamia, & Ecclesia ornamentum suum sortita est, & accepit requiem ex opprimentibus se doloribus: immobilis enim est, & inexpugnabilis; adversus cujus fidem portæ inferi, & infidelitatis prævalere non poterunt. Sicut ex Dominica voce audivimus* (b): *Et repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione, & facti sumus lætantes in Ecclesia, cui præsidemus secundum voluntatem Dei. Hæc itaque facta sunt, Christo, qui super omnia Deus noster est, volente per Orthodoxos, & fortissimos Imperatores nostros. Ipsi enim in omni loco venerabiles imagines erexerunt, tam scilicet in celeberrimis templis, quam in regalibus palatiis suis: quibus Dominus Deus vicissitudinem tribuat, exaltans cornu Regni eorum tam ad pacem Ecclesiarum suarum, quam ad salutem omnium Christianorum. Et sit nomen ejus benedictum in sæcula sæculorum. Amen.* Hucusque sacrosanctæ Synodi Acta.

(a) Job. 9.

(b) Psal. 125.

Porro ipsa dies, qua eadem Synodus est feliciter absoluta, relata fuit a Patribus in tabulas Ecclesiasticas, anniversaria memoria celebranda, qua Deo gratiæ agerentur de profligata hæresi, & servata veteri Ecclesiæ in cultu sanctarum imaginum observantia. In Græcorum enim Menologio, jussu Basilii Imperatoris restituto, ista leguntur scriptis mandata. Die duodecima mensis Octobris. LIV.

Sanctæ septimæ Synodi trecentorum sexaginta septem Patrum commemoratio. Sancta septima Generalis Synodus Nicææ secundo conflata fuit sub Constantini, & Irenæ ipsius genitricis Imperio, cum esset Constantinopoli Patriarcha Tarasius sanctissimus Deifer Pater noster. Sancti namque Patres numero trecenti sexagintaseptem adversus imaginum impugnatores convenerunt Principis jussu; & in scriptis omnem excommunicaverunt hæresim, & hæreseon principes, & omnes Iconomachos, cunctis eadem voce dicentibus: Sanctas non adorans imagines, est ab Orthodoxorum alienus fide. Et imaginis honor (sicut Magnus inquit Basilius) ad primitivam refertur. Qui namque colit imaginem, & veneratur: in ea veneratur picti substantiam, & adorat. Et cum ita statuissent, & in scriptis Orthodoxam firmassent fidem, ab Imperatore honorati, ad suum quisque missus est Episcopatum. Hucusque de septima Synodo sacrum elogium in cunctis Ecclesiis, dicta die, apud eos, annis singulis sacro præconio decantandum.

De his autem, quæ absolutam sanctam Synodum sunt consequuta, Ignatius in Tarasio ista habet: (c) *Tandem cum Tarasius & pius, qui cum eo collectus cœtus Patrum venerandum litterarum decretum tutis monumentis mandassent; & ut id salvum, & integrum maneret, precati essent, ut & Patres, qui primam adversus furiosum Arium victoriam erant consequuti, adjutores haberent, & eorum, quæ decreta fuerant, custodem Deum invocassent; & vanæ inanisque hujus sententiæ auctores, & omnis hæresis inventores ab atrio Ecclesiastico per anathema separassent: in urbem regiam delata sunt ab ipsis Orthodoxa dogmata. Quos summa benevolentia exceperunt Imperatores. Erecta itaque cathedra ipsorum Imperatorum, & totius a Deo electæ Synodi in jam dictæ Magnauræ insigni æde,* LV.

(c) Apud Sur. die 25. Febr. to. 2.

Patres venerunt Constantinop.

& novo decreto recitato, cum aures Imperatorias divinus implesset Spiritus (audiebant enim eos in unum convenisse concentum auxilio ejus, qui omnia continet, & in unam consensisse sententiam) fidem admirati sunt accurationem; & ipse doctrinam divinæ inspirationis, quæ ab eis decreta fuerant, sapienter judicantes, penna, & manu Imperatoria ea optime comprobant, & confirmant: & non vilibus donis Synodum prosequuti, unumquemque mittunt in suam civitatem, & ad greges rationis participes.

LVI. Qualiter cum lapsis se gessit Tarasius. *Tarasius autem & Apostolicarum sedium mystæ eximii, cum ad sacrosanctæ Ecclesiæ venissent præfecturas, & divinis doctrinis populum sustenuissent, ac roborassent: iis, qui in clerum cooptati fuerant, aut Episcopatum tenebant, nullum ante Synodum, aut in Synodo, aut post Synodum crimen intendunt de priori mala opinione, neque eos, qui ordinati fuerant ab hæreticis, a pascuis segregant Ecclesiasticis; sed Synodalem, & Paternam sequentes dispensationem, eos quidem, qui ad piam transfugerant sententiam, manibus suis complexi sunt, tamquam fratres, & collegas in munere pontificatus: eos vero, qui in re aliqua claudicaverant, & in his, quæ ad fidem pertinent, perversis aspexerant oculis, & deinde a lapsu resipuerant, & libellis comprehendendam abrogarant opinionem, iisdem amplectentes visceribus, collocabant in suis sedibus, & in pacifico statu, & tranquillitate nullis agitatam fluctibus conservaverunt Ecclesiam orbis terræ.*

Et in iis quidem, quæ ad gloriosam fidem pertinent, sic magnus Tharasius affectus ad eam recte & aperte explicandam, & ad eos, qui vacillabant, & utrisque pedibus claudicabant, ut recto pede incederent persuadendos, magnum suscepit certamen, & immensum laborem: quotidie quidem eos, qui recedebant, honestis monitis induens, & si quos videbat corde perversos, eos dirigebat verborum congressionibus, eosque legibus colligans veritatis, adducebat Ecclesiæ sacras hostias, &c. Hæc Ignatius hujus temporis historicus. Eadem quoque de adventu Patrum Constantinopolim, & subscriptione Imperatorum Theophanes habet.

LVII. Sic igitur hoc anno accepit finem Nicænum Concilium, ob eoque restitutus est verus, & ab Ecclesia receptus sacrarum imaginum usus, confirmataque pristina Ecclesiæ traditio; simulque sacrorum reliquiarum Sanctorum cultus: quæ omnia improba hæresis improbarat, penitusque perdiderat. Recepit Ecclesia nitorem suum hactenus murorum dealbatione lugubris, atque impuro candore funesta. Imperatoribus igitur in primis (ut ex litteris vidisti Tarasii) erigentibus tum in Ecclesiis, tum in palatio sacras imagines: Idipsum ardentioribus animis abique locorum Orientalis Ecclesiæ præstitere fideles, gratulantibus iisdem cunctis, qui in Occidente erant tunc Christianis, paucis exceptis, qui in Gallia respuebant cultum sanctorum imaginum ex schola Sereni Massiliensis Episcopi primi (quod sciatur) in Galliis Iconoclastæ effractoris sacratum imaginum, quem (ut diximus) sanctus Gregorius monuit. Hi ipsi postea in Concilio Francofordiensi sua scripta, quibus eamdem sanctam Nicænam Synodum sugillabant, Carolo Magno obtulerunt, qui eadem simul collecta, velut in fascem unum, quæ quisque scripserat perstringens, misit ad Hadrianum Romanum Pontificem, qui eadem singula confutavit.

Sed & a Græcis & quidem haud mediocris sanctitatis viris passa est eadem Synodus Nicæna objectionem, ea ex parte scilicet, quod lapsos Episcopos pœnitentes recepisset in Ecclesiam absque dispendio dignitatis: nam in Episcopatu jussi sunt permanere. Fuit ex his unus, obiiciens ista Theodorus Studita. At de his dicendum inferius suo loco. Sed quæ acciderunt Constantinopoli post celebratum Nicænum Concilium, Tarasii opera videamus.

Audisti superius ex Iguetio res gestas Tarasii prosequente, ipsum post Synodum totum fuisse in recipiendis lapsis, & in pristinum gradum restituendis: quod quidem magnam ipsi invidiam peperit. LVIII. Etenim sanctissimi qui videbantur monachi, adversus eam insurrexere, & qui inter illos eminebat Saba. De his autem Theodorus Studita in epistola ad Arsenium ista scribit (a): *De Simoniacis autem tum quidem in Nicæno Concilio prætermissum est, quia de eo capite post Synodum quærendum erat. Postquam vero quæsitum fuit .... primum annua pœnitentia, ut aliquanto amplius præfixo spacio, o facinus audax? cum monachis quibusdam, quorum nominibus parco, data est ab eo,* Tarasio scilicet, *relaxata perpetuæ depositionis, ita ut Dei sacerdotes iterum forent, quos Deus per Apostolorum principem Petrum deposuisset. Deinde cum Saba in ea re non assentiretur, sed illi plane adversaretur, quid facit? malum recto corrigit. Negat se pœnitentiam dedisse, neque eos admittere, qui per pecuniam ordinassent, ordinative essent. Convincitur ab ejus temporis Augusta, a qua inductus fuerat, ut iniquam pœnitentiam daret. Adsrat dies Theophaniarum Christi. Adveniunt illo die, quibus imposita pœna fuerat, & ea jam peracta, se absolvi petunt. Abnue-*

(a) Theod. Stud. l. 1. ep. 38. ex Cod. Columnen. Biblioth.

Tarasius calumniam passus de Simoniaca ordinatione.

Digitized by Google

nuebat ille, Augusta urgebat, ut admitterentur. Rectum iterum malo destruit Patriarcha. Cum illis eo ipso festo palam sacrificat, non invitus sane, sed sponte. Quandoquidem cum posset cum depositis non sacrificare, sacrificavit, quoquo modo quis dicat, cum non potuisse. Hinc illa Sabæ cum eo contentio. Hinc emersit amplior, quam divini canones ferant, absolutio. At Roma hæc minime probavit, absit. Hæc Theodorus occasione discessionis Sabæ, & aliorum a communione Tarasii. Sed & alibi idem Theodorus testatur, statim post Synodum ab aliquibus factam esse discessionem hujusmodi a Tatasio, quod dicerent pecuniariam ab eo factam ordinationem, quod non fuisse verum, idem tradit, licet dicat, in suspicionem de ea te fuisse adductum. Sed audiamus, quæ de eo idem Theodorus scribat, qui ab ejus communione nequaquam cum aliis recessit. Ait enim in epistola ad (*a*) Stephanum lectorem:

(*a*) *Theod. ep. 53. l. 1. cod. Cod. Column. Bibl.*

LIX. Tarasius innocens comprobatur a Theodoro Studita.

Omnem quæstionem ad Tarasium olim Patriarcham pertinere conjeci. Ego autem hac de re jam dudum non sine cura fui, multu mecum animo versans, & rerum eventus considerans. Et quidem eos, qui pro recto decertarunt, & diu gravia perpessi sunt, in honore habeo, & amplector, non tamen usquequaque, ut mox dicam, & consentientes eos habere cupio. Quidni enim, qui tam fortes pro pietate se præbuerunt? sed tamen cum veritatis verbo, & quatenus rite possint, & expedit. Ut ergo ad rem veniam: Quidnam fuit, quod dissentire nos fecit a Tarasio? fides? At qui palam quidem Orthodoxus erat, sacras Synodos sequebatur, & cum aliis Patriarchis consentiebat, & maximum antea pro fide certamen sustinuerat. Eorum ne causa qui ab hæresi redierant susceptio? At non ab illo hæc primum inventa, cum a sanctis Patribus triplici modo suscepti fuerint, vel repetito baptismo, ut Pepuziani, vel per unctionem, ut Ariani, vel per propriæ opinionis detestationem, ut Nestoriani. An ordinatio per pecunias, quæ in depositionem necessario incurrit? Nec id prorsus verum est. Tum etenim pastores in lupos rapaces conversi, altaria effossa, divinæ reliquiæ dedecore affectæ, sacri libri exusti. Quid amplius? ipsa Christi imago cum aliis sanctissimis contumeliose tractata, & conculcata. Et quis brevi complecti queat, quæ longam narrationem requirunt? Quid autem? Quod sequens Patriarcha ex saeculari ad Episcopalem dignitatem repente provectus, pro spiritu quantum satis erat, decertare non potuit? Hinc scandala, hinc illa, quæ nunc conturbant, originem duxerunt. Vos itaque quemadmodum erga illum vos habeatis, nostis. Nos vero quoniam sigillatim eos, qui pecunia ordinati fuerant, audiebamus non admitti ad communionem (quamvis non ita existimabatur) operæpretium duximus, pacis studio cum eo concordiam retinere. Ad hanc siquidem quoad licet, flectendum est, ut ait Theologus. Et ubi quod offendit, suspicio est, melius est assentiri, quam pertinacem esse. Nec vero ipsi vos de conscientia vestra deducimus. Nec vos rursum id exigito, ut nos de non manifestata nobis cognitione; quandoquidem & persona, & tempus, & experientia conciliare solet eos, qui de iisdem rebus non eadem sentiunt. Et post alia: *Zelotæ, qui tum erant, & exacti, & Tarasio se conjunxerunt, & cum eo consentiebant, & subito post Synodum discessionem fecerunt ob susceptum (ut ipsis visum est) pecuniariam ordinationem, & alias quasdam quæstiones, &c.* At vero perseverasse Tarasii cum Romana Ecclesia communionem, idem ad finem testatur his verbis: *Manifestum est cum Romanorum Antistite Tarasii temporibus sacrificasse Apocrysarios hinc missos, & illius fortasse cum Orientalibus, &c.*

LX. Tarasius insurgit adversus Simoniacos.

Quod igitur in suspicionem simoniacæ pravitatis ab adversariis inductus esset Tarasius, ad hanc abolendam ea usus est arte, ut ad hujusmodi crimen radicitus ah Orientali Ecclesia convellendum viribus totis insurgeret. Nam audi Ignatium monachum, quæ in ejus vita conscribat de rebus, ab eo gestis post Nicænum Concilium: *Primum quidem simoniacæ crumenæ scindens vinculum, quo Spiritus sancti donum venale proponitur, statuit, ut sacerdotum gratis fierent creationes, & ordinationes, ex atrio Ecclesiastico omnem pecuniariam expellens consuetudinem, & quicquid erat asperum ejiciens, rectas fecit semitas Fidei.*

At reperitur, (quod mirandum est, si verum esse monstrari potest) ejusdem Tarasii epistola (*b*) ad Hadrianum Papam adversus simoniacam pravitatem, arguens eumdem Hadrianum, quod ea sit labe pollutus. Certe quidem nusquam apud quemlibet scriptorem aliquid hujusmodi de Hadriano dictum invenire quis poterit, ut mirum admodum videri possit, ut qui a suis ejus erroris argueretur, ipse in Romanum Pontificem tale crimen impingat, eumque corrigat acerbe nimis. Certe quidem, qui eam primus edidit, Theodorus Balsamo Romanæ Ecclesiæ acerbissimus hostis in suspicionem adducitur imposturæ, utpote schismate scissus homo nihil magis scribendo laboret, quam ut Ecclesiæ Romanæ notam inurat, eamdemque contemptibilem reddat. Sed reddamus hic ejus epistolæ, Tarasii nomine scriptæ, fal-

(*b*) *Extat apud Theod. Balf. in Appen. ad Nomoc. & Juris Græcor. l. 3. sentent. Synod.*

tem exordium, de his, quæ ad ipsum Hadrianum Romanum Pontificem spectant. Sic enim se habent:

Sanctissimo ac beatissimo fratri, & comministro domino Hadriano Papæ veteris Romæ Tarasius indigans Episcopus salutem in Domino.

LXI. *Multipliciter, multisque modis, Evangelice, Apostolice, & paterne docemus, ut mores ab avaritia alienos in sacerdotii consecratione habeamus; & neque deauremur, vel deargentemur, vel nobis aliquid vendisemus in cujusquam sacerdotalis viri ordinatione, ut demonstrabimus in sententiis hic subiectis ex divinis scripturis, & Paternis doctrinis. Qui enim manus imponunt, sunt ministri spiritus, non spiritus venditores. Et qui spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis, qui illam participant, jussi sunt, a Domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse convictus fuerit: divina ei actione interdictum esse jubent. Etsi enim nomine sacerdotium sortitus est, re tamen ipsa falsa esse eius oratia sonvincitur: Nemo enim potest Deo, & Mammonæ servire: ut ex Evangelio didicimus. Et quoniam audivimus Deum prophetice loquentem: Sacerdotes loquimini ad cor Hierusalem. Et rursum minitantem, & dicentem: Speculator si gladium exeuntem viderit, & id tuba non significaverit, & veniens gladius animam ex iis abstulerit: sanguinem ex speculatoris manu requiram; eo quod propter metum non denuntiarit, vel non condemnarit. Omnibus nostrarum Ecclesiarum præsulibus, ut libere juxta divinum Apostolum loquamur): mundi sumus a sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas sonstitutiones, & multo magis eorum, qui pecuniis ordinaverunt, vel ordinati sunt (ut cum divino Apostolo loquamur) mundi sumus a sanguine eorum.*

LXII. *Cum divinus Petrus Apostolus, cujus cathedram sortita est fraternitas vestra, ut Simonem Magum eos deposuerit: eam ob causam veritatem annuntiare non veremur, servantes, & retinentes ea, quæ a sanctis Apostolis, & inclytis Patribus nostris canonice tradita sunt, & si quid eorum ab aliquibus est præteritum, ulciscimur. Fraternitas ergo vestra, & sacerdotalis sanctitas, quæ non jure, nec ex Dei voluntate Pontificale munus administras: magna laborat infamia. Dicit enim per Prophetam magnus, & primus Pontifex Christus Deus noster: Vivo ego. Sed eos, qui me glorificant, glorificabo. Scis enim o homo, Macedonii & eorum, qui circa illum erant sancti Spiritus hostium, tolerabiliorem esse hæresim cupiditatibus spiritu. Cum enim illi sanctum Spiritum Dei & Patris creaturam, & servum fingentur: hi ipsum ut videtur, servum suum faciunt. Omnis enim dominus id, quod habet, si vult, vendit, &c.* Pluribus detestans Simoniacam labem, recitat canones veteres, & diversorum Patrum sententias, in ejusmodi detestationem erroris.

Ad postremum vero ipsum Hadrianum Romanum Pontificem compellare auctor videri voluit his verbis: *Sic nos quoque doce, vir Dei sanctissime, & scripturæ, & Evangeliorum, & Apostolorum, & canonum, & Patrum præcepta sequi. Verbis enim oris vestri paremus. In altum montem conscende, exalta in fortitudine vocem tuam: ambula in dilatationibus, prædica cum libertate, ut tollatur, & ad interitum deducatur, quæ pecuniis facta est per manuum impositionem ordinatio, & quicquid eam propter avaritiam, injustitiam, & mercaturam turpis lucri gratia consequitur. Ea enim cum iis, quæ in eodem sunt ordine, ex peculiari populo, qui Christi nomine est appellatus, & redemptionem gratis est assecutus, sublata, omnia vitii inquinamenta, quæ consequuntur, funditus excisa sunt; & sacerdotes ut palma florebunt, Christi bonum odorem iis, qui servantur inspirantes, & Ecclesiæ opinion sanentis: (a) Abstulit Deus a te iniquitates tuas, &c.* Sic igitur Tarasius (si velimus rem serio actam, & non Tarasii nomine fictam) contra concitatam in se de simonia suspicionem laborans, adversus eam strvium exerens quomodocumque, & adversus quemcumque pugnasse videri voluit. Sed de Tarasio hactenus. Dicendum modo de Theodoro Studita in his, quæ spectant ad Nicænum Concilium. (a) Isa. 6.

LXIII. Laboravit & ipse Theodorus alia suspicione, quod Nicænam hanc Synodum non Oecumenicam, sed Localem dixisset in epistola (b) ad Arsenium. Certe quidem cum eam epistolam legi, in eam existimationem adductus sum, ut existimarem non esse ipsius Theodori, utpote indignam, quæ vel cuilibet homini Catholico adscribatur, in qua tot adeo aperta mendacia proferuntur; nempe non fuisse eam Oecumenicam, non missos Roma ad eam Legatos Apostolicæ Sedis, quod Papa non recepisset eam ut Oecumenicam, sed ut Localem, quodque qui ipsi subscripserant Apocrysarii Romanæ Ecclesiæ, cum Romam reversi sunt, ea de causa fuissent ab Hadriano depositi: quod denique non interfuerint aliæ legationes, a Patriarchis missæ: hæc inquam, cum (quod dictum est) adeo sint Theodoro indigna, & quolibet Orthodoxo, ex iis, quæ idem Theodorus scribit, se ipsum defendens in epistola ad Petrum Nicænum Episcopum, sunt refutanda: Sic enim ait (c): *Objectiones, & criminationes didicimus, quas contra nos,* ne-

(b) Theod. epist. 38. Theodorus Studita affectos Synodi Oecumenicæ Nicænæ.

(c) Theod. epist. 227.

nescio unde, pacis opifices conciunarunt. Schismaticos nos depinxerunt, a divini Pontificis nostri consortio aversos, Idionomos appellarunt, id est, privati juris auctores, in eorum pœnis, qui hæreticæ communioni adhæserunt, aliaque multa, quæ epistola includere molestius foret. Verum ad singula, ut diximus apposite precibus tuis respondimus et cum sacro Pontifice communicare nos ostendimus, qui & summa humanitate nos excepit, & amanter tractavit, & dimisit, nullo verbo de his, quæ per dolum conficta fuerunt, interjecto. Quin etiam eum mentio fieret de domino, & beato Tarasio (nam & ab eo dixerant, Patrum scilicet amatores, nos descivisse, & secundam in Nicæa sanctam Synodum Localem appellare) probavimus nos, & illum in sanctis Patribus habere, & Synodum verbis, scriptisque Oecumenicam confiteri. Hæc ipse; & sane quidem multis in locis suarum epistolarum eamdem Nicænam secundam, Oecumenicam septimam appellat, & probat. Sed de his satis ad Theodori excusationem, atque defensionem.

LXIV. Jam vero, sero licet, res Occidentales invisamus: *Hoc namque anno* (ut habent Annales Francorum, & qui eosdem collegit Regino) *Carolus Magnus Romam venit, & a Pontifice Hadriano susceptus, ibi aliquot dies moratus est; quod cum audisset * Heregisius Dux Beneventanorum, timore perterritus, misit * Romaldum filium suum cum magnis muneribus ad Regem, postulans pacem, & promittens, se omnem voluntatem eius facturum: sed his suasionibus minime Apostolicus credidit* (quod peculiare esse Principum Longobardorum fidem frangere sæpe fuisset expertus) *sed magis exhortatus est Regem, ut Beneventi fines intraret: quod & fecit. Et cum Capuam venisset, Heregisius reliquit Beneventum, & Salernum secessit, ibique se munivit. Et exinde misit filium suum Grimaldum (nam Romaldum Rex secum retinebat) cum magnis muneribus, offerens obsides, & promittens omnem fidelitatem, tantum ab impugnatione cessaret. Tunc Rex cum consilio fidelium, & sacerdotum, ne penitus Episcopatus, & monasteria devastarentur, elegit duodecim obsides, præter filium supradicti Ducis Grimaldum, & accepit munera, & juraverunt omnes Beneventani; & reversus est Romam, ibique celebravit Pascha cum Præsule Sedis Apostolicæ.* Hæc Regino. Eadem reliqui omnes res Francorum prosecuti.

* Arichisius
* Romualdum

Carolus Magnus Beneventum contra Arichisium pergit.

LXV. Qui post Paulum diaconum prosecutus est res Longobardorum Herempertus vir illustris (ita enim inscribitur) plura his addit, quæ intercesserunt inter Carolum Magnum, & Episcopos Beneventanum, atque Salernitanum, & alios ab Arichisio Duce Legatos missos, quæ cum non in omnibus nobis probentur, quod & fabulosa multa commisceantur, libentius prætermimus, reddituri tantum Pauli diaconi, quod recitat epitaphium sepulcro Ducis Arichisii affixum: quem hoc anno, mense Augusti, esse defunctum, idem auctor docet. Sic enim se habet in mendoso scripto codice:

Epitaphium Arichisii Ducis Beneventani.

Lugentum lacrymis populorum roscida tellus
Principis hæc magni nobile corpus habet.
Hic namque in cunctis recubans celeberrimus heros
Præpollens Arichis, a decus, atque dolor!
Tullius ore potens, cujus vix pangere laudes
Ut dignum est possit, vel tua lingua Maro:
Stirpe Ducum, Regumque satus transcenderat ipse

No-

PAGIUS VI. *Tertia profectio Romana Caroli.*

A num. LXIV. ad LXXII. Hoc anno, ut scribit Annalista Metensis, *Carolus Romam venit, & a Papa Hadriano honorifice susceptus est, ubi per aliquot dies moratus est. Quod cum audisset Herigisus* (qui ab aliis dicitur Arigis) *Dux Beneventanorum, timore perterritus misit Romaldum* (vel ut ab aliis vocatur Romualdum) *filium suum cum magnis muneribus ad Regem pacem postulans, & promittens se facturum omnem voluntatem Regis. Sed his suasionibus Papa minime credidit, sed magis hortabatur Regem, ut Beneventi fines intraret: quod & fecit. Post hæc misit filium suum Grimoaldum, (nam Romoaldum Rex secum detinebat) cum magnis muneribus, offerens obsides, & promittens fidelitatem; tantum ut ab impugnatione cessaret. Tunc Rex cum consultu fidelium & Sacerdotum, ne penitus Episcopia & Monasteria devastarentur, elegit XII. obsides, & tertium decimum filium supradicti Ducis Grimoaldum. Acceptisque muneribus juraverunt ei omnes Beneventani fidelitatem, & reversus est Romam, ibique celebravit Pascha cum Præsule Sedis Apostolicæ.* Pascha autem hoc anno die VIII. mensis Aprilis celebratum. Idem habent Annalista Loiselianus & Eginhardus, in Annalibus; hic que de Carolo addit: *Ipse post hoc cum Legatis Constantini Imperatoris, qui ad petendam filiam suam ad se missi fuerant, locutus est, atque illis dimissis Romam reversus, Sanctum Pascha magna cum hilaritate celebravit.* Loquitur Eginhardus de Rotrude, de qua Annalista Fuldensis hoc anno prodit: *Hruodrudis filia Regis a Constantino Imperatore desponsatur.* Cointius hoc anno num. I. dicit hunc Annalistam audiendum non esse, nisi promissionem, quæ ante sex annos facta fuerat, hoc anno firmatam dicamus. Verum Theophanes, cujus verba anno sequenti referemus, idem ac Annalista Fuldensis scribit.

VII. Carolus, cum Romam reverteretur, Cosinum adiit, & ex eo Monasterio Cointius ibidem n. IV. existimat in Frisiam remisisse Ludge-

Nobilior gentis culmina celsa fuæ.
Formosus, validus, fuavis, moderatus, & acer,
Facundus, sapiens, luxque, decorque fuit.
*Quod Logos effinxit, moderansque quod Ethica * pandit.* (* pangit)
Omnia condiderat mitis in arce sua.
Strenuus eloquii divini cultor, & Iudex,
Pervigil in lacrymis tempora noctis agens.
Anteibat juvenes venata, viribus, armis:
Flaminibusque ipsis flamina sancta dabat.
Ter binis lustris patriæ sic rexit habenas,
Fluctibus at liatrem navita doctas ugit.
** Sollicitèque gratiam pacis servavit amator,* (* Sollicitus gratum pacem servavit amator.)
Consilio cautus, providus atque sagax.
Cum natis proprium nil ducens tradere censum,
Insuper & patriæ promptus amore mori.
Sic nostrum solamen erat, solamen egentum:
Hus satagens verbis, hos relevare manu.
Ornasti patriam doctrinis, mœnibus altis;
Hinc in perpetuum laus tua semper erit.
** Turris, quiesque tuis, portasque, salusque fuisti,* (* Tu requiesque)
Gloria, deliciæ, tu generalis amor.
Heu mihi quam subito perierunt omnia tecum,
Gaudia, prosperitas, paxque, quiesque simul!
Planctus ubique sonat: te luget sexus, & ætas:
Omnis & ante omnes tu Benevente, doles;
Nec minus excelsis nuper circumdate muris
Structorem orbe tuum clare Salerne gemis.
Appulus, & Calaber, Bulgar, Campanus, & Afer
Quisque Silar potat, Romuleusque Tyber.
Jam felix olim, nunc namque miserrima conjux,
Reguli in thalamo, quam tibi junxit amor:
Eheu perpessa pectus transfixa mucrone,
Languida membra trabeas, te moribunda dolet.
Viderat nuper heu nuper funera nati.
Ast alium extorrem Gallia dura tenet.
Huic gemina nata vernanti flore superfunt,
Solamenque mali, sollicitusque timor.
Has cernens reddi vultus sibi credit amatos:
His trepida fit, & fluctuabunda pavet.
Solatur tantos spes hæc utcumque dolores,
Quod te pro meritis nunc paradisus habet.
O *Regina potens Virgo, Genitrixque Creantis*
*Prosis ei * hic sacro membra dedisse lari.* (* huic)

Hucusque Pauli diaconi epitaphium, cui hæc, quæ sequuntur, inhærent. *Vixit autem quinquaginta tres annos, obiit septimo Kal. Septembris, anno ab Incarnatione Domini septuagentesimo octogesimo septimo, & ex donna Adelperga Principissa filios Romoald & Grimoald, Egesisum, Theoruldam, & Adeleisam suscepit.* Hactenus ibi.

Post

PAGIUS *Carolus Ditiones Pontificis Rom. amplificat.*

gerum, qui propter Widikindi tunc Idololatræ persecutionem anno DCCLXXXIV. solum verterant, & ut Alfridus in ejus Vita scribit, *post duos annos & menses sex reversus est ad patriam suam*, eodemque: ste constitutus est Doctor *in gente Fresonum ab Orientali parte fluminis Lubeki* (idest Laviçæ) *super pagos quinque*, &c. *Ipse vero cura solerti gregi sibi credito studuit ministrare fluenta doctrina Domini, fana destruere, & omnis erroris pristini abluere sordes*. Carolus, priusquam e Casinensi Monasterio discederet, illo loco Regia contulit Præcepta, quorum mentionem facit Baronius num. LXVII. ex Leone Ostiensi lib. 1. cap. 14. Carolus Arigisum Ducem Beneventanum Capua & aliis Civitatibus in Campania mulctavit, quas Apostolicæ Sedi tradidit suas ac Pippini patris Donationes amplificaturus. Ludovicus Imperator in Constitutione, qua Donationes avi Pippini patrisque Caroli, confirmavit utrasque, singulas aperte distinxit, suoque loco delineavit Donationem, quam Carolus hoc anno contulit, antequam Roma discederet. Hæc Caroli Donatio duobus in Capitibus præcipue consistit; unum Civitates in Tuscia Longobardorum, alterum Civitates in Campania sitas repræsentat, *in partibus Tusciæ Longobardorum, Castellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum Regis, Ferenti Castrum, Viterbium, Martam, Tuscaniam, Populoniam, Soanam, Rosellas; item in partibus Campaniæ Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum; Capuam*.

VIII. *Tusciam Longobardicam Ecclesia largitur.* Ludovicus Imp. Tusciam in duas distinguit partes, quarum una Regibus Longobardorum paruit, altera sub Imperatorum potestate permansit. Ad Tusciam Longobardicam pertinebant loca mox nominata, quæ Carolus in Tusciæ partibus hoc anno Apostolicæ Sedi tradidit; ad alteram vero Tusciam, quæ posita semper Imperatores, pertinebant alia loca, quæ

Lu-

LXVI. *Reditus Grimoaldi.* Post mortem vero Arichisii, dimissum fuisse Grimoaldum filium obsidem a Carolo Magno, Leo Ostiensis testatur his verbis (*a*): *Sequenti etiam tempore Grimoaldus filius ejus, quem Carolo obsidem datum præmisimus, cum post mortem patris Beneventum, permittente Rege, reversus, & Princeps esset effectus: per præceptum donationis concessit S. Benedicto universa domenicalia sua cum servis, & ancellis in eodem territorio Gentiana, &c.* Hæc Leo. Herempertus in historia Longobardorum de obitu Arichis, & concessione Caroli, ut Romoaldus loco ipsius in Ducatum succederet, dum agit, hæc inter alia habet: *Ipse Rex Carolus e suis fidelibus duos præclarissimos cum ipso Romoalda misit, Autharim videlicet, & Paulipertum, ut quemadmodum sua dignitate, sic per omnia illi fidem servarent.* Et paulo post: *Dum simul (ut diximus) caperent iter, pervenerunt in Beneventanos fines, non procul a Capuana urbe. Sed antequam Vulturnum fluvium transmearent, immensa Longabardorum plebs in occursum ejus venit, atque cum gaudio est ab eis exceptus: qui cum catervatim Beneventum properassent fere milliarium viginti, ab urbe exierunt cum hymnis, & canticis, Deo gratias agentes, id ipsum concinentes; Veni pastor noster, & post Deum salus nostra. Dum urbem fuisset ingressus, statim Dei Genitricis Ecclesiam adiit, & in faciem se in pavimento prostravit, & veniam ab ipsa Dei Genitrice efflagitavit, &c.* Hactenus de adventu Romoaldi Ducis Beneventani.

(a) Leo Ostiens. l. 1. c. 26.

LXVII. Sed quæ de Paulo diacono post mortem Arichis (*b*) scribat Leo, audiamus: *Defuncto autem* (inquit) *Arichisi, mox ad hoc Cassinense monasterium Paulus diaconus (ut supra retulimus) properavit: pluresque postea vixit annos. Rogatus quoque ab Abbate, & fratribus, expositionem regulæ S. Benedicti perutilem edidit, ubi multa de veteri monasterii hujus consuetudine necessarie inseruit.* Hæc ipse, qui & de Carolo Magno ista habet (*c*):

(b) Leo Ostiens. l. 1. c. 27.

At vero idem Rex Carolus ubi victoria potitus a Benevento rediit, orationis causa Cassinum tetendit ad corpus sancti Patris Benedicti, seque fratrum omnium Deo servientium orationibus commendavit. Ab hoc primum Rege memoratus Abbas Theodomarius præceptum confirmationis de tota hac terra suscepit: alia etiam præcepta Rex ipse monasteria S. Mariæ in Cingla, & S. Mariæ in Plumbariola, & sanctæ Sophiæ intra Beneventum S. Benedicto sua quoque auctoritate firmavit una cum cæteris, quæ tunc temporis habere videbatur, universis quoque aquis cum utriusque partis ripis, ubicumque fuissent terris hujus monasterii juncta. Ad hunc Abbatem idem Carolus per Aldigarium Episcopum de Francia litteras misit, rogans, ut aliquot sibi de monasterio beati Benedicti dirigeret fratres, qui regularem disciplinam in illis partibus extinctam renovarent: quod & fecit, mittens illi etiam regulam, & hymnos, qui tunc ex traditione regulæ in hoc monasterio canebantur: pondus quoque libræ panis, & mensuram vini, sed & calicis mensuram, quam in mixto servitores accipere deberent, & omnem consuetudinem, quæ tunc in hoc loco servabatur, scriptam transmisit. Hæc ipse Leo, qui & adhuc ista addit:

(c) Leo Ostiens. l. 2. c. 14.

His temporibus vir quidam de genere Anglorum mutus, & surdus cum quibusdam gentis suæ sociis ad Limina Apostolorum venit. Inde cum socios ad Memoriam beati Michaelis Archangeli, quæ in Monte Gargano sita est, properare conspiceret, una cum eis iter arripiens, ad hoc monasterium venit. Cumque oratorium ingressi, ante corpus sanctissimi Benedicti oraturi se pariter prostravissent, cum cæteri post modicum surgerent, eumdem quoque, ut surgeret, pulsare cœperunt: verum ille cælesti visitatione compunctus ge- LXVIII.

PAGIUS Ludovicus Imp. eidem Sedi concessit in partibus Tusciæ, ut anno DCCCXVII. ostendemus. Caroli donationem in Tuscia pene integram statim recepit Hadrianus; in Epistulis enim Cod. Carol. LXXXI. & LXXXVI. de quibus infra, justitias tantum *de Populonio & Rosellis* sibi *sub integritate* fieri, finesque *Populonienses seu Rosellenses, sicut ex antiquitus fuerant, sibi contradi postulavit*. De aliis locis mox memorarie legendus Cointius hoc anno, numer. VI. Quod attinet ad alteram Carolinæ donationis partem, quæ spectat ad Campaniam, quatuor in ea Civitates commemorantur Episcopales, Sora, Aquinum, Theanum, Capua, quas statim Hadrianus recepit, cum anno sequenti, ut ibidem dicetur, questus sit Campanos ad defectionem a Beneventanis sollicitari. Hæ Urbes anno DCCLXXIV. primum in Francorum potestatem venerunt, & Ditionibus Pontificiis accesserunt ex donatione ejusdem Caroli.

IX. *Roma inter Cantores Romanos & Gallos contentia oritur.* Paulo post Rex Urbe discessit, *adducens secum Cantores Romanorum & Grammaticos peritissimos & Calculatores*, inquit Monachus Egolismensis a Pithæo editus, quem Baronius sub nomine Chronici Pithœani citat, & ex eo refert contentionem, quæ Romæ accidit *per dies festos Pascha inter Cantores Romanorum & Gallorum. Dicebant se Galli melius cantare & pulchrius quam Romani*, & cætera a Baronio ex eodem Monacho num. LXVIII. & seqq. narrata. Ecclesiæ Romanæ peritissimi Cantores, qui *a Sancto Gregorio*, ut inquit Monachus Egolismensis, idest secundum Gregorianas notas a Gregorio Magno quondam statutas, *eruditi fuerant*, in Galliam cum Carolo venerunt Theodorus & Benedictus. Unus Metas, alter Suessionum missus est, ad utrumque autem ex universa Francia, qui corrigerentur, Regio jussu delati sunt Antiphonarii, ut ibidem idem Mona-

Motus & surdus curatus a S. Benedicto.

gemitibus cordis, mentisque clamoribus, prout poterat, oratione producta, sancti Patris Benedicti auxilium pectore pleno fiducia postulabat. Cum ecce post unam ferme horam de loco se, in quo prostratus fuerat, erigens (Benedictus & mirabilis Deus) recepto auditu, pariter & loquela, non solum in lingua patria, hoc est Anglica, verum & Romana cœpit absolutissime loqui. Hactenus de his Leo. Sed ad Carolum, Romam redeuntem ad Hadrianum Pontificem, veniamus.

Altercatio inter Romanos & Gallos de cantu Eccles.

In veteri Chronico Caroli Regis Francorum, quod Pithœus edidit, ista Romæ tunc gesta leguntur: *Reversus est Rex piissimus Carolus, & celebravit Romæ Pascha cum domno Apostolico. Ecce orta est contentio per dies festos Paschæ inter cantores Romanorum, & Gallorum. Dicebant se Galli melius cantare, & pulchrius, quam Romani. Dicebant se Romani doctissime cantilenas Ecclesiasticas proferre, sicut docti fuerant a S. Gregorio Papa; Gallos corrupte cantare, & cantilenam sanam destruendo dilacerare. Quæ contentio ante domnum Regem Carolum pervenit. Galli vero propter securitatem domni Regis Caroli valde exprobrabant cantoribus Romanis. Romani vero propter auctoritatem magnæ doctrinæ, eos stultos, rusticos, & indoctos, velut bruta animalia affirmabant, & doctrinam S. Gregorii præferebant rusticitati eorum. Et cum altercatio de neutra parte finiret: ait domnus piissimus Rex Carolus ad suos cantores: Dicite palam quis purior est, & quis melior, aut fons vivus, aut rivuli ejus longe decurrentes? Responderunt omnes una voce fontem, velut caput, & originem puriorem esse; rivulos autem quanto longius a fonte recesserint, tanto turbulentos, & sordidos, ac immunditiis corruptos: & ait domnus Rex Carolus: Revertimini vos ad fontem S. Gregorii, quia manifeste corrupistis cantilenam Ecclesiasticam.*

Mox igitur petiit domnus Rex Carolus ab Hadriano Papa cantores, qui Franciam corrigerent cantu: ille dedit ei Theodorum, & Benedictum, Romanæ Ecclesiæ doctissimos cantores, qui a S. Gregorio eruditi fuerant, tribuitque Antiphonarios S. Gregorii, quos ipse notaverat nota Romana. Domnus vero Rex Carolus revertens in Franciam misit unum Cantorem in Metis civitate præcipiens de omnibus civitatibus Franciæ magistros scholæ, Antiphonarios eis ad corrigendum tradere, & ab eis discere cantare. Correcti sunt ergo Antiphonarii Francorum, quos unusquisque pro arbitrio suo vitiaverat, addens, vel minuens, & omnes Franciæ cantores didicerunt notam Romanam, quam nunc vocant notam Franciscam, excepto quod tremulas, vel vinnulas, sive collisibiles, vel secabiles voces in cantu non poterant perfecte exprimere Franci naturali voce barbarica, frangentes in gutture voces, quam potius exprimentes. Maius autem magisterium cantandi in Metis civitate remansit. Quantumque magisterium Romanum superat Metense in arte cantilenæ, tanto superat Metensis cantilena cæteras scholas Gallorum. Similiter erudierunt Romani cantores supradicti cantores Francorum in arte organandi. Et domnus Rex Carolus iterum a Roma artis Grammaticæ, & Computatoriæ magistros secum adduxit in Franciam, & ubique studium litterarum expandere jussit. Ante ipsum enim domnum Regem Carolum in Gallia nullum studium fuerat liberalium artium. Hæc de his ibi. Porro de cantico Romano recitando in Galliis est constitutio ipsius Caroli Magni his verbis: (a) *Monachi ut cantum Romanum pleniter, & ordinabiliter per nocturnale vel gradale officium peragant, secundum quod beatæ memoriæ genitor noster Pipinus Rex decretavit, ut fieret, quando Gallicanum cantum tulit, ob unanimitatem Apostolicæ Se-* LXIX.

(a) Capit. Franc. l. 1. c. 80.

PAGIUS

nachus habet. Porro non sine labore Carolus Gregorianum Officium Ambrosiani loco ubique recipi procuravit. Durandus enim lib. 5. cap. 2. notat eum ad id *Clericos minis, & suppliciis per diversas Provincias coegisse, & libros Ambrosiani Officii combussisse.*

X. Carolus Roma Cantores, Grammaticos, & Computistas in Gallias adducit.

Præter Cantores, qui Romanum cantum edocerent, Carolus Roma *Grammaticos & Calculatores*, sive *artis Grammaticæ & Computatoriæ Magistros* peritissimos in Franciam secum adduxit, ut studia literarum instaurarentur in Galliis, & quod antea inauditum fuerat, publicæ per totam Franciam instituerentur Scholæ: *Et Dominus Rex Carolus iterum a Roma Artis Grammaticæ & Computatoriæ Magistros adduxit in Franciam, & ubique studium literarum expandere jussit. Ante ipsum enim Dominum Regem Carolum in Gallia nullum studium fuerat liberalium Artium*, inquit Monachus Egolismensis, ubi voce *iterum* indicat jam ante ex Italia & aliunde complures Viros in Artium professione versatos a Carolo evocatos esse. Cum vero ait nullum fuisse studium liberalium artium in Gallia ante Carolum, id non absolute de quocumque studio, sed de studio publico & generali intelligendum est, ut recte Bulæus in Historia Universitatis Parisiensis pag. 95. ex quo Monachum Egolismensem explicavimus. Certum enim est Carolum ex omnibus mundi partibus Viros doctos & docendi peritia insignes evocasse, eosque ad publice docendum præmiis & honoribus invitasse: *Vestram optimam solicitudinem, Domine mi David*, inquit Alcuinus epist. XXIII. *semper amare & prædicare sapientiam cognoscebam, omnesque ad eam discendam exhortari, imo & præmiis honoribusque sollicitare; atque ex diversis mundi partibus amatores illius, vestræ bonæ voluntatis adjutores convocare studuisse: inter quos me etiam infimum ejusdem sanctæ sapientiæ vernaculum de ultimis Bri-*

Digitized by Google

Sedis, & sancta Dei Ecclesia pacificam concordium. Hæc ipse.

LXX. Porro hæc, quæ spectant ad ipsum canendi ritum, certum est, eum curatum esse per Hadrianum Papam, poscente Carolo Magno, missis cantoribus in Galliam, etsi sub Pipino Caroli Magni patre a Stephano Papa id factum, auctore Vualfrido (a) Strabone diximus. Insuper certum est testificatione Amalarii Fortunati, qui temporibus Ludovici Imperatoris filii Caroli Magni vixit, ab ipso Hadriano Romano Pontifice scriptum esse Antiphonarium. Nam in prologo de ordine Antiphonarii: *Inveni, inquit, in uno volumine memoratorum Antiphonariorum ex iis, qua infra continebuntur, esse illud ordinatum prisco tempore ab Hadriano Apostolico.* Meminit idem auctor & de Metensis Ecclesiæ Antiphonario. Porro addit Antiphonarium a Romanis dici a cantu, Cantatorium, idemque divisum in duas partes, duplici augeri nomine, nempe ut quæ Responsoria continet, Responsoriale nuncuparetur, quæ vero Antiphonas, Antiphonarium appellaretur. Partem igitur priorem voluminis his verbis inscriptam se invenisse testatur: *In nomine domini nostri Jesu Christi incipit Responsoriale de circulo anni temporibus ter beatissimi, & Apostolici domni Hadriani Papæ per Indictionem septimam.* Item in fine: *Hoc opus summus reparat Pontifex domnus Hadrianus sibi memoriale per sæcula.*

(a) *Vual. frid. de eccl. Eccl. c. 25. in fin.*

Hadriani Papæ liber Antiphonarius vel Responsalis.

LXXI. Quod vero ex uno licet fonte purissimo tam Romana, quam Gallicana sacra manarint officia, tamen diversa interdum esse reperiantur, cantorum incuria, atque desidia accidere potuisse, idem Amalarius docet, ubi ait: (b) *Post officium quo dedicatur Ecclesia, scripsi Antiphonas de Evangeliis, de quibus interrogavi magistros Romana Ecclesia, si illas canerent: responderunt nequaquam: Nostri tamen magistri dicunt, se eas ab eis percepisse per primos magistros, qui melodiam cantus Romani docuerunt intra terminos Francorum. Deus scit, si isti fallant, aut si ipsi fefellissent, qui gloriati sunt, se eas percepisse a magistris Romana Ecclesia, aut Romani propter incuriam, & negligentiam eas amisissent.* Sed & inde diversitas pariter orta est (quod idem auctor testatur c) quod ea sint usi licentia, quam sanctus Gregorius Augustino Anglorum Apostolo impertivit, ubi hæc ad ipsum ita rescripsit: *Novit fraternitas tua Romana Ecclesia consuetudinem, in qua se meminit nutritum: sed mihi placet, ut sive in Romana Ecclesia, sive in Gallicana, sive in qualibet Ecclesia aliquid invenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solicite eligas, & in Anglorum Ecclesia, qua adhuc ad fidem nova est institutione pracipua, qua de multis Ecclesiis colligere potuisti infundas: non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt: ex singulis ergo quibusque Ecclesiis, qua pia, qua religiosa, qua recta sunt, elige, & hac quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.* Hæc Gregorius, qua itaque licentia alii etiam usi, id effecere, ut quæ ab Ecclesia Romana acceperunt, longe diversa ab ejus ritu in nonnullis postea sint inventa: qua pariter licentia se usum esse Amalarius ipse testatur. Sed ad Carolum redeamus.

Unde oborta diversitas sacrorum officiorum.

(b) *Amalar. de ord. Antiph. c. 68.*

(c) *Amalar. in prolog. de ord. Antiph.*

☛ Dum autem Romæ idem Carolus esset, pro Viennensi ecclesia egisse apud eum Hadrianum Papam, ipsius Pontificis litteræ demonstrant, quas dedit ad Archiepiscopum Viennensem: quibus etiam ostenditur, ipsum Carolum Romæ hoc anno esse consecutum Patricinatus dignitatem, non autem in primo ipsius in Urbem adventu:

Hadrianus Episcopus servus servorum Dei sancto fratri Berterico Viennensi Archiepiscopo (d).

Dilectus filius ac gloriosus, illustris Carolus Francorum Rex, & Patricius Ro-

(d) *Bibl. Floriac. edit. a Joan. a Bosco Colest. p. postrema p. 46. 47.*

PAGIUS

Britannia finibus adsciscere curasti. Carolus itaque non qualescumque Scholas instituit, privatas scilicet sibi, liberis, aulicisque destinatas, quibus pauci Præceptores suffecissent, sed publicas, patentes omnibus & omnium disciplinarum, quibus exercendis multi Præceptores necessarii erant.

XI. Tot gentes e Germania cis Rhenum, & ex Italia cis Alpes eruperant, ut publicæ penitus evanuerint Scholæ, & curam privatarum ad eruditionem Clericorum in Episcopiis gesserint Episcopi, ut Abbates in Cœnobiis ad Monachorum instructionem. Unde studia delitescebant in solis Episcopiorum Monasteriorumque claustris. Sed, quia tunc quoque ea languebant, pristino splendori restituere Carolus etiam sategit directis Epistolis, quæ generales dicebantur; quod uno exemplo, paucis mutatis ad diversos mitterentur, ad Metropolitas, ad Episcopos, ad Abbates & ad alios, ut res postulabat. Legenda Epistola hac de re a Carolo data quæ extat Tom. II. Concil. Gall. quam Sirmondus ex Codice Sancti Arnulphi Metensis descripsit. Sed quia privatarum hujuscemodi Scholarum aditus Laicis liber non erat, Carolus publicas instituit, & in ipso Regio Palatio aliam erexit. Regis exemplum statim secuti sunt Abbates & Episcopi. Publicæ per Episcopia, per Monasteria mox strepuerunt Scholæ, aliæ Cœnobitis, aliæ Sæcularibus edocendis destinatæ. Tunc Benedictini, qui a sui instituti primordiis litteras professi sunt; Scholas illas duplicis generis in suis Monasteriis habere voluere, de quibus legendus Trithemius in Chronico Hirsaugiensi, ubi & Cœnobia Benedictina literarum cultu celebriora enumerat. Tanto vero desiderio ferebatur Carolus, quo literæ, præsertimque Sacræ in Regno suo vigerent, ut Mo-

Carolus Scholas publicas in universa Gallia instituit.

Hadriani Pap. ad Viennensem Archiep. litteræ.

*Romanorum, Romam ingressus, Pascha Domini apud sanctum Petrum nobiscum egit. Ubi inter alia monuimus eum de Metropolitanorum honore, & de civitatibus, quæ laicis hominibus tradita erant: & quia jam Archiepiscopalis dignitas per octoginta annos a Francis esset conculcata. Cum hæc, & hic similia gloriosus Rex audisset, promisit ante corpus beati Petri, quod omnia ad ordinationem nostram emendaret. Unde placuit nobis, ut omnibus Archiepiscopis auctoritatem litterarum nostrarum mandaremus: ut sicut ab antiquis privilegiis singulæ Metropolitanæ urbes fundatæ sunt, ita permaneant: & habeat unaquæque metropolis civitates sibi subditas, quas beatissimus Leo post Chalcedonensem Synodum, singulis Metropolitis distribuit. Nec prætereà præjudicium ulla metropolis patiatur, si alicui Suffraganeorum aut nos, aut prædecessores nostri, rogantibus piis Ducibus Francorum, pallium largiti sumus. Nec debet ecclesia ullum damnum sustinere, si per sexaginta, aut per septuaginta, aut octoginta, aut eo amplius annos incuria quorumcumque Præsulum, & vastationibus Barbarorum dignitatem antiquam ac Romanorum Antistitum firmitate roboratam, perdidit & amisit, quando innumeris pene annis, illa, disponente Spiritu Dei, usa fuerit. Auctoritate igitur beati Petri principis Apostolorum singulis Metropolitanis antiquo more potestatem suam reddidimus, & filium nostrum gloriosum & inclytum Regem, ante corpus beati Petri inde rogavimus, ut antiquam potestatem omnes Metropolitani, qui in regno ejus sunt, habeant. Ideo hanc epistolam auctoritatis nostræ omnibus misimus, quam & tu haberes per tuum clericum, qui orationis gratia ad sanctum Petrum venerat. Voluimus etiam, ut cognosceres, ecclesiæ tuæ suum privilegium quod a temporibus beati Leonis habuit, integre esse reformatum. Data Kalend. Januarii imperante piissimo Augusto Constantino anno * x. & a Deo coronato Rege piissimo Carolo anno primo Patriciatus ejus.* Hactenus litteræ Hadriani, quibus annus primus signatur Patriciatus ipsius Caroli. ☙ * viij.

LXXII. Legati Tassilonis Romam missi.

Dum adhuc Romæ ipse commoraretur, Legati a Duce Bavariæ venerunt, de quibus hæc ubi supra: *Per ipsos dies Paschales venerunt Romam ad dominum piissimum Regem Carolum Missi Tassilonis Ducis Bavariæ Episcopus * Isarnus & Abbas Henricus, petieruntque Apostolicum, ut pacem faceret inter domnum Regem Carolum, & Tassilonem Ducem Bajoariorum. Et domnus Apostolicus multum*

PAGIUS

Monachus San-Gallensis, qui creditur esse Notkerus Balbulus cap. 11. scripserit: *Generosissimus Carolus per totum Regnum suum studia litterarum florere conspiciens, sed ad maturitatem Patrum præcedentium non pervenire condolens, & plusquam mortale laborans in hanc tædiatus vocem erupit: O utinam haberem duodecim Clericos ita doctos omnique sapientia sic perfecte instructos, ut fuerunt Hieronymus & Augustinus: ad quod doctissimus Albinus in illorum comparatione merito se indoctissimum judicans, in quantum nullus mortalium in conspectu terribilissimi Caroli audere præsumeret; maxima indignatione concepta & paulisper ostensa,* Creator cœli & terræ similes illis plures non habuit, & tu vis habere duodecim.

XII. *Hadrianus PP. Tassilonem Ducem cum Carolo reconciliare frustra tentat.*

Ad num. LXXII. & seqq. dum Carolus Romæ adhuc ageret, *venerunt etiam ibi Missi Tassilonis Ducis* (nempe Bajoariæ) *Arbinus* (idest Arnus sive Arno Salisburgensis Episcopus) & *Hunricus Abba* (Mansee nempe in Bajoaria) *rogantes Papam, ut pacem faceret, litemque terminaret inter Carolum Regem & Tassilonem Ducem: quod libenter suscepit Papa. Rex autem ad postulata respondit, se hoc per multa tempora quæsisse, sed minime obtinere potuisse. Ne tamen inobediens videretur esse monitis Apostolicis, asserit se in ejusdem Papæ præsentia, cum eisdem Missis pacem velle firmare. Illis autem renuentibus, & dicentibus, non se audere pro suo Domino definitivam suscipere sententiam, neque se ad hoc destinatos esse videns Apostolicus ficta mendacia, & cognoscens instabilitatem Ducis, statim anathematizavit ipsum Tassilonem, & omnes illi faventes, nisi fidelitatem, quam Regi Pippino, & filio ejus Carolo promiserant, per omnia observarent. Contestans per suos Missos Ducem & monens, ne per ejus perfidiam sanguis Christianorum funderetur, & terra vastaretur. Et si ipse Dux obedire nollet, tunc Rex & exercitus ejus absoluti essent a Deo & S. Petro, & quidquid in Ducatu ejus factum esset in incendiis & homicidiis, vel qualicumque malitia, totum hoc super Tassilonem & fautores ejus verteretur, & Rex & Franci essent innoxii. His verbis Missi Tassilonis absoluti*, inquit Annalista Metensis, quod & Baronius ex Monacho Egolismensi in Vita Caroli M. etiam recitat.

XIII. *Tassilo Carolum Dominum suum agnoscere cogitur.*

Addunt Annalista Metensis & laudatus Monachus, Carolum postquam Roma discessit, in Wurmatiam venisse, ibique Synodum congregasse, ac misisse ad *Tassilonem* Ducem, ut promissa adimpleret. Qui cum nollet obedire, Rex cum exercitu versus Civitatem Augustam profectus est, & filius ejus *Pippinus* de Italia cum alio exercitu *Tridentum venit*, seu Tridentum. Quare videns *Tassilo* se ex omni parte circumdatum esse ad Regem venit, tradiditque se manibus ejus *in Vassaticum*. Renovavit sacramenta, dedit obsides XII. & decimum tertium obsidem filium suum Theodonem. Tunc reversus est Rex in Franciam, & celebravit Natalem Domini in *Ingelheim* seu *Ingelheimiam* quod Palatium erat æquali fere spatio Bingium inter atque Moguntiam. Dies quo *Tassilo* coram Rege se præsentavit, in Appendice ad Chronicon jussu Nibelungi Comitis conscriptum notatur. *V. Non. Octobris*. Tassilo Ducatum, quem a Pippino patre quondam acceperat, Victori filio Carolo reddidit cum baculo, regiminis ei prius attributi symbolo, *in cujus capite similitudo hominis erat, & effectus est Vassus ejus* inquit Annalista Nazarianus.

XIV. Hoc eodem anno, *dum Domnus Carolus Magnus Rex a Capuana Urbe reversus fuisset*, ut anno sequenti Gregorius Presbyter Capuanus Ha-

tum se interposuit, postulando piissimum Regem. Cui ipse respondit: hoc se voluisse, & per multa tempora quæsisse, & minime inveniri potuisse, ut præferebat, statim fieri. Valuitque mox in præsentia Papæ cum ipsis Missis pacem firmare. Et renuentibus Missis, quia non ausi fuissent de ejus parte firmitatem facere: cum cognovisset Apostolicus instabilitatem, & mendacium eorum: anathema posuit super Ducem eorum, & suos consentaneos, si ipse Dux sacramenta, quæ promiserat Pipino, & domno Carolo Regi, non adimplesset; & obtestatus est supradictos Missos, ut contestarentur Tassilonem, ut non aliter faceret, nisi in omnibus obediret domno Regi Carolo, & filiis ejus, ac genti Francorum, ne sanguinis effusio proveniret, vel læsio terræ ipsius. Et si ipse Dux obdurato corde verbis Apostolicis minime obediret: tunc domnus Rex Carolus, & suus exercitus absoluti essent ab omni periculo peccati, & quicquid in ipsa terra de incendiis eveniret, vel de quacumque malitia, hoc super Tassilonem, & ejus consentaneos recideret, & domnus Rex Carolus, ac Franci innoxii ab omni culpa exinde permansissent. His verbis expletis, Missi Tassilonis absoluti sunt, dimissi scilicet. Addit vero Eginhardus, Carolum Magnum, antequam Roma recederet, consumpsisse aliquot dies in veneratione locorum sanctorum. Sed pergit auctor institutam de reditu Caroli in Franciam orationem.

Tunc invicem sibi domnus Apostolicus, LXXIII.
& domnus Rex gloriosus Carolus, Vale dicentes, benedictione assumpta, & oratione peracta, in Franciam cum gloria reversus est: adducens secum cantores Romanorum, & grammaticos peritissimos, & calculatores, pervenitque idem mitissimus Rex Carolus ad conjugem suam domnam Fastardam Reginam in civitate Vuarmatia, & ibi

Ann. Eccl. Tom. XIII. F f 2

PAGIUS *Aragisus Dux Beneventi rebellionem meditans moritur.*

Hadriano Papæ retulit, & Hadrianus Epistola LXXXVIII. Cod. Carol. significavit Carolo, *Arichis Dux suus*, (idest Dux Beneventanus, quoniam Capua priusquam Apostolicæ Sedi Carolina donatione concederetur, Beneventano Ducatui accensebatur) *ad Imperatorem* (nempe Constantinum) *Deo sibi contrario, emisit Missos, petens auxilium & honorem Patriciatus una cum Ducatu Neapolitano, sub integritate, simul & suum cognatum* (seu Levirum) *Athalgisum cum manu valida in adjutorium sibi dirigi, promittens ei tam in tonsura, quam in vestibus usu Græcorum perfrui, sub ejusdem Imperatoris Ditione. Nec audiens autem Imperator emisit illi suos Legatos, scilicet Spatharios duos in Ditionem Siciliæ ad Patricium eum constituendum, ferentes secum vestes auro textas, simul & spatham, vel pectinem, & forcipes, sicut illi prædictus Arichisus indui & tondere pollicitus fuerat, petentes Romualdum ejusdem Arichisi filium in obsidatum. De Athalgiso vero cognato, emisit ei dicens, quia illum non apud illum nunc dirigimus, sed eum dirigemus cum exercitu in Tervisio, aut Ravenna. Qui venientes, Dei nutu, per suffragia Apostolorum malignantium consilia dissipata reperrunt, eo quod Arichisum Ducem vel ipsius filium Vualdonem defunctum invenerunt*. Baronius anno DCCXCV. numer. II. hujus Epistolæ mentionem facit. In Appendice ad Chronicon Nibelungi Comitis jussu conscriptum hoc anno legitur: *Aragisus Dux de Beneventana mortuus est, & filius ejus mortuus est*. Cointius hoc anno num. XVI. existimat, in laudatis Hadriani literis Waldonis loco reponendum esse Romualdum seu Romoaldum. Arichisus enim *ex Adelperga filios Romuald, & Grimoald, Egisisum, Theoradam & Adelcisam suscepit*, ut testatur Aragisi Epitaphium, de quo mox, in eoque nulla Waldonis mentio fit. Romualdus obiit *XII. Kal. Augusti, principante patre anno XXX. Indict. procurrente decima*, ut legitur in ejus Epitaphio apud Ughellum Tom. VIII. & Cointium laudatum. Filio superstes fuit Arichisus, mensem unum, dies quinque, vitamque clausit *septimo Kalendas Septembris, anno ab Incarnatione Domini DCCLXXXVII.* ut legitur in Ejus Epitaphio a Baronio num. LXV. recitato, qui num. LXVII. addit ex Leone Ostiensi lib. 1. cap. 17. Paulum Diaconum post Arichis Principis Beneventani obitum in Monasterio Casinensi habitum induisse, ibique non pauco tempore vixisse. Porro Grimoaldum Aragiso patri in Ducatum successisse, anno sequenti videbimus.

Athalgisus, quem Constantinus Imp. Tarvisium aut Ravennam venturum dixerat, neutrum locorum illorum adiit; appulit enim in Calabriam, & in finibus Ducatus consedit. Hadrianus Pontifex certiorem ea de re *Carolum* per Arvinum Comitem Regium Oratorem fecit, *Roronem & Bettanem* Missos quoque Regios paolo post suscepit, quos Carolus sciscitaturos, an *Athalgisus* in Italiam cum Classe delatus esset, Romam direxerat, Bojoaricis rebus sic intentus, ut Italicas nequaquam negligeret. XV. *Carolus rebus Italicis intentus.* Hæc fusius narrantur in Epistola Cod. Carol. XC. cujus meminit Baronius anno DCCXV. num. VII. *Nempe quidem scimus*, subdit Hadrianus, *quia ipse iniquus & perfidus Adalgisus pro nulla alia causa in istis declinavit partibus, nisi tantummodo pro vestra, nostraque contrarietate. Unde oportet, ut firmissima vestra sacra partibus Beneventanis emittere, vestra præcelsa Regalis Excellentia nitatur, ut undique per vestrum dignum adminiculum imperturbati pariter maneamus.* In iisdem literis Hadrianus *Carolo* significat, consulendum inprimis Benevento; seu desciscerent a fide jurata, seu manerent in ejus obsequio Beneventani, *Grimoaldum* Aragisi filium in eam Provinciam haud mittendum: si rebellarent, prævalidis copiis lacessendos ad Kalendas Maii: dubium non esse, quin *Athalgisus*, sive *Adalgisus* res novas in Italia moliretur, Francis & Apostolicæ Sedi pergravia inferre damna, si Regius exercitus a Kalendis Maiis usque ad Septembrem non compareret; adjecit didicisse se a Leone Episcopo consilium *Adalberga* Aragisi relictæ hoc esse, ut statim ac Grimoaldus ejus filius ad Beneventanos fines accesserit, duas suas filias, orationis specie, secum ad Ecclesiam Sancti Michaelis in monte Gargano constructam ducat, ac inde pergat Tarentum, *ubi & thesauros suos reconditos habet, quia tantum octoginta millia distat a Sancto Angelo usque Tarantum. Sed in hoc minime vestra a Deo promota Excellentia considerare debeat, quod*

Digitized by Google

& ibi ad invicem gavisi sunt lætificantes, ac Domini misericordiam collaudantes ibi Synodum congregavit. Et deinde misit ad Tassilonem, ut omnia impleret secundum jussionem Apostolici, vel sicut justitiæ erat, eo quod sub jurejurando promissum habebat, ut in omnibus obediens, & fidelis esset ei, & filiis ejus, & Francis, & ad eius præsentiam veniret. Quod renuit, & venire contempsit. Tunc domnus Rex Carolus sentiens instantiam suam pergit Bajoariam, venitque in loco, qui dicitur Lechfeld super civitatem Augustæ, & jussit fieri alium exercitum de Austrasiis, & Thuringiis, & Saxonibus, & conjunxerunt se per Danubium fluvium in loco, qui dicitur Faringa, & tertium exercitum jussit fieri de Italicis, ut filius ejus Pipinus Rex veniret usque ad Triantum, & ipse ibi maneret, & exercitum suum pleniter in ante mitteret usque ad Bajoariam. Tassilo videns se circumdatum ex omni parte, vidensque, quod omnes Bajoarii plus essent fideles domno Regi Carolo, quam sibi, & cognovissent domni Regis fideles, & magis vellent justitiæ consentire, quam contrarii esse: contristatus undique, tradidit semetipsum domno Regi Carolo, &c. Subdit enim dedisse obsides Carolo Tassilonem, & inter alios filium Theodonem annumeratum, sicque permissum esse Ducem Bajoariæ permanere.

LXXIV. Quod autem ista Tassilo in Carolum tentare præsumpserit, tradit Eginhardus, ipsum id fecisse impulsu uxoris suæ, quæ

PAGIUS

quod pro nostra aviditate ipsas Civitates adquirendum, quas Beato Petro Apostolo & nobis condonastis, falsa vobis insinuare studuimus.

XVI. *Hadrianus PP. ut Civitates Ducatus Beneventani reddantur petit.* Denique Hadrianus, quemadmodum in Tuscia Suanam Toscanam, Biternum, Balneum Regis, aliasque Civitates cum finibus ac territoriis obtinuerat; ita Regiorum Legatorum opera justitias sibi fieri de Populonio & Rosellis, Urbesque Beneventani Ducatus ab eodem Carolo nuper Apostolicæ Sedi concessis reddi postulavit: *Ita in eo modo Civitates in partibus Beneventanis contradere nobis protinus faciatis, ut dum missi vestri vestros susceperint Regales firmissimos affatus, sine qualibet interposita dilatione nobis eas contradere sub integritate valeant, ut nullus sit, qui possit extinguere vestrum illibatum sacrificium*, inquit Hadrianus in eadem Epistola XC.

XVII. *Missi a Carolo Legati male se erga Hadrianum PP. gerunt.* *Adalberga* seu *Adelperga* Tarentum, ut Hadrianus putaverat, haud se recepit, sed mansit Salerni. Tunc Romam venerant Oratores Regii, Atto Diaconus & Goteramnus Ostiarius, deinde Maginarius Abbas, & Josephus Diaconus, Lutherico Comite in via retardato. Quomodo Romæ & in Ducatu Beneventano se gesserint hi Oratores, exponit ipsemet Hadrianus in Epistola XCII. Cod. Carol. loco laudato a Baronio memorata: *Qui præcedentes, scilicet Atto cum Goteramno, nullo modo nostris accommodaverunt consiliis, sed relinquentes penitus Maginarium, seu Joseph & Liudericum, abierunt singulariter Benevente. Unde post tergum eorum euntes Maginarius cum Joseph & Liuderico in Benevente jam Attonem & Goteramnum nullo modo invenire valuerunt, eo quod in Salernum pervenerant ad Albergam relictam Arichis Ducis. Ubi dum Maginarius cum sociis suis a fidelibus vestris audissent, sicuti nobis ipsi intimaverunt, eo quod infideliter agerent, tam relicta prædicti Arichisi Ducis, quam cæteri Beneventani, erga vestram Regalem Excellentiam atque nostrum Apostolatum iniqua atque adversa tractare non desinunt. Fugam arripientes Maginarius cum Josepho & Liuderico, una cum Goteramno qui ad eos ad loquendum venerat a Salerno, introierunt in finibus Ducatus Spoletini in præfato Oppido Valva, & ibidem morantur usque ad vestram Regalem in triumphis dispositionem. Atto vero audiens, ut fertur, fugiens intus in Ecclesiam Salerni præ timore, ejusdem Ecclesiæ Altare tenuit. Ipsi autem Beneventani suadentes, ut reor, & simulantes, eum mitigaverunt, & vestrum Clericum ibi miserunt, se ipsos fideles in omnibus commendantes.* Has literas anno sequenti scripsit Hadrianus, cum mentionem faciat duorum Spathariorum, qui *Salernum ad relictam Aragisi Ducis peragrantes, tertio decimo Kalend. Februar. pervenerunt.*

XVIII. *Synodus in Anglia celebrata.* Habitum hoc anno in Anglia Concilium a Legatis Apostolicis *Georgio* Ostiensi & *Theophylacto* Episcopis, illuc ab Hadriano Papa missis, in quo Canones viginti pro Disciplina Ecclesiastica restituenda conditi sunt. Legitur illud apud Spelmannum, Alfordum, & Tomo VI. Conciliorum. Alfordus tamen duas Synodos habitas esse existimat, alteram in Septentrionali parte Insulæ a Georgio, alteramque in Austro vel in Occidente a Theophylacto. Certe Historici Anglici de loco ubi Synodus habita inter se non conveniunt, quia scilicet in uno & altero loco Synodi celebratæ. Annalista Mailrosensis hoc anno scribit: *Synodus congregata est in Pincanhale*, qui locus in Dunelmensi Episcopatu situs est, & modo *Fincenhalan*, modo *Wincenhale* ab Historicis Anglicis vocatur, quo ideo Georgius perrexit, velut Northumbriæ Regni meditullium. Altera Synodus in Regno Merciorum celebrata, quam Spelmannus *Calchutensem* appellavit, qui tamen ubi locus sit, determinate non definivit. De utraque Synodo legendus Alfordus ad hunc annum.

XIX. *Dani seu Normanni primum in Anglia visi.* Notabile est quod hoc anno legitur in Chronico Saxonico nuper Oxonii ab Edmundo Gipsono publicato, temporibus Brithrici seu Beolhtrici Saxonum Occidentalium Regis venisse *primum tres naves Norwegiorum*, & Regis Præpositum nescientem unde essent, ab illis occisum esse: *Istæ*, subdit Chronographus, *primæ fuerunt naves Danorum, quæ Anglorum nationem peterent*. Hi postea passim Normanni appellati, & sæculo sequenti tam in Anglia quam in Gallia innumera mala patrarunt, ut suis locis narrabitur. De primo eorumdem in Galliam adventu anno DCCC. sermo erit. Huntindoniensis pag. 343. idem narrat ac Chronographus Saxo, atque *Dacos*, quo nomine Danos & Normannos intelligit, *cum tribus puppibus in Britanniam prædationis causa venisse*, & Præpositum Provinciæ cum eos comprehendere vellet occisum. *Hic primus fuit Anglorum occisus a Dacis, post quem multa millia millium ab eisdem cæsa sunt; & hæ puppes primæ fuerunt, quas huc Daci adduxerunt*, ait Huntindoniensis de Brithrico Rege verba faciens. Quod iisdem se-

quæ filia fuerat Desiderii Regis Longobardorum, e Regno a Francis expulsi. Sed & quod fœdus iniisset cum Hunnis, mente elatus inferre bellum magno Regi non formidavit: sed divina ope factum est, ut bellum, quod (ut ait) maximum futurum videretur, sicut citissime, ita & felicissime confectum sit: nam Tassilo vilis redditus est, & ignavus, ubi Apostolicæ censuræ gladio percussus fuit. Hoc igitur anno cœptum eadem occasione est bellum Hunnicum, quod teste Eginhardo, perduravit annos octo, sed quos alii Hunnos, alii Avares eos dixerunt.

Qui

PAGIUS fere verbis narrat Hovedenus pag. 430. qui pag. 412. Dacos a Normannia distinguit. At Normannorum nomine Eginhardus, Helmoldus, & alii eas gentes intelligunt, quæ utramque Codani, idest Baltici sinus oram incolunt; quarum capita sunt Suecones, sive Sueci, Dani, & Norvegi, & in Germanico littore Saxones ultra fluvium Albim, ubi juxta Eginhardum Normannorum confinia erant.

XX. *Epistola fictitia Hadriano PP. attributa.* Baronius in Appendice ad hunc annum refert ex Joanne a Bosco in Bibliotheca Floriacensi, literas Hadriani Papæ *Bertorico* Viennensi Archiepiscopo datas, dum Carolus Romæ adhuc ageret, quæ in subscriptione dicuntur datæ *Kalend. Januarii imperante piissimo Augusto Constantino anno X. a Deo coronato Rege Magno Carolo anno primo Patriciatus ejus.* Verum hæ literæ supposititiæ sunt; cum Hadrianus in suarum literarum subscriptione nusquam meminerit aut Constantini aut Caroli, multo [1] minus utriusque simul; & ex ejusdem Hadriani aliis literis certo constet, longe ante hunc annum Carolum Patriciatum obtinuisse. Hinc neque Sammarthani in Gallia Christiana, neque Cointius in Annal. Franc. hujus Epistolæ mentionem fecere.

Sanctus Willehadus hoc anno primus Bremensis Episcopus ordinatus est, ut sequenti ostendemus.

NOTÆ [1] CUm *Hadrianus in suarum literarum subscriptione nusquam meminerit aut Constantini aut Caroli &c.* De Carolo nihil excipio; de Constantino vero plane fallitur, cum in chronico Farfensi rer. Italic. to. 3, part. 2. col. 346. recitetur pontificis hujus bulla data *X. Kalend. Maii Ind. X.* idest anno 772. quæ annis Constantini & Leonis filii signatur. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS 788.	HADRIANI PAP. ANNUS 17.	CONSTANTINI ET IRENES IMPP. 9.

I. QUi ſequitur annus Redemptoris noſtri ſeptingenteſimus octogeſimus octavus, undecima Indictione notatur, quo Imp. Conſtantinus invitus, noleaſque, Irenæ tamen matris impulſu, deſponſatam ſibi Caroli Magni filiam repudiavit, quam deperibat, uxoremque accepit Mariam Armenam, a matre Irene ipſi procuratam. Hæc Theophanes. Ex quo quidem principio quot mala evenerint, dicetur inferius ſuis locis. Porro Maria iſta humili loco nata, ut ſoliam Imperatricis aſcenderet, ſanctitas effecit ejus patrui S. Philareti, cognomento Miſericordis: de quo agitur dies natalis in Menologio Baſilii die ſecunda Decembris hoc elogio: *Sub Imperatrice piiſſima Irene fuit hic beatus a Paphlagonia. Cum autem ex labore ſuo dives fuiſſet, diabolica invidia factus eſt pauper, nec tamen eleemoſynarum oblitus eſt. Ex quo autem facto ipſius in omnibus miſericordiam oſtendemus. Defecit aliquando vitiens bos. Qui veniens ad Sanctum, in agello deprehendit eum cum tenui jugo ferentem. Qui videns ipſum mœrentem, ſolutum e duobus bovem alterum ipſi tradidit, ipſe vero cum altero jugum ſubiit. At Deus conſpicatus viri virtutem, fecit, ut Irena Imperatrix neptem ipſius Mariam filio ſuo Conſtantino jungeret in matrimonium: ex quo ille factus dives, & copioſus in miſericordia, ſenex migravit ad Dominum.* Hæc ibi. quæ annis ſingulis, dicta die, in Eccleſiis decantari conſuevere.

De S. Philareto miſericorde.

Ut autem Irene Imperatrix ſe a Francorum Regis fœdere, amicitia, & affinitate ſejunxerit, alia non eſt, quæ aſſeri cauſa poſſit, niſi quod Carolus Ducatum Beneventanum invaſerit, quem una cum Duce in ſuam patrocinium Orientales Imperatores ſuſceperant. Porro una cum Beneventano Ducatu reliqua omnia a Carolo ablata eſſe, quæ interjacent uſque ad Adriaticum mare, certum eſt: nam de dominio Caroli Magni in Italia hæc Eginhardus in ejus vita: *To-* II.

II. Diſſoluta pax inter Imperatorem, & Carolum Magnum.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hiſpan. DCCCXXVI. Anno Hegiræ CLXXII. inchoato die 22. Junii fer. 4. A.C. 788.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6281.

☉ 23. F E. ☽ 10. P. 30. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 788.

HADRIANI PAPÆ 17.

CONSTANTINI IMP. 23. & 9.

IRENES 9.

I. ANum. I. ad V. Literas ab Hadriano Papa ad Carolum hoc anno datas, & in Codice Carolino recitatas Cointius hoc anno num. IV. & ſeqq. accurate digeſſit, quas ideo eodem ordine hic ſummarie memorabimus; Baronius enim earum tantum argumentum videre potuerat, ut ipſemet teſtatur anno DCCXCV. Præſenti itaque anno ſtatim ac fama percrebuit Attonem Diaconum Salerno digreſſum in Franciam ad Carolum abiiſſe, duo Conſtantini Imperatoris Spatharii cum Theodoro Siciliæ Præfecto appulerunt Acropolim in Lucania, terreſtrique itinere Salernum *tertio decimo Kal. Februar. pervenerunt*, atque habitis ibi triduo cum Proceribus Beneventanis & Adelperga ſive Adelberga Ariſi Beneventani Ducis vidua colloquiis deducti ſunt honorificentiſſime Neapolim, & a Stephano Epiſcopo Neapolitano, Civibuſque Neapolitanis humaniſſime ſuſcepti diuturniorem in ea Urbe moram fecerunt ex conſilio Beneventanorum, qui ſuaſerant ita faciendum, donec adeſſet Grimoaldus, quem per Attonem Regium Oratorem aliosque Nuncios in Ducem a Carolo popoſcerant, quemque ſpes erat Aragiſi patris conſilia feliciter executurum, ut narrat Hadrianus Pontifex in Epiſtolis XCII. & LXXXVIII. Cod. Carol. a Baronio citato num. VI. & VIII. memoratis. Hæc Hadrianus in Epiſt. LXXXVIII. *Dum ibidem Salerno Atto fideliſſimus Miſſus veſter fuiſſet, Beneventani ipſos Græcos minime recipere voluerunt, ſed poſt reverſionem prædicti Attonis Diaconi, tunc eos terreno itinere a finibus Græcorum deferentes, Salerno receperunt, & cum Athalberga relicta Arichis, ſeu Optimatibus Beneventanis, tribus diebus perſiſtentes conſiliati ſunt, ſuadentes ipſi Beneventani prædictis Miſſis Græcorum dicentes. Quia nos ad Regem Carolum emiſimus Miſſos noſtros, petentes ab eo Grimualdum Ducem noſtrum recipere. Inſuper & per Attonem Diaconum, ipſo nobis pollicente, robam emiſimus* (erat roba laxior veſtis, olim Regibus, Epiſcopis, aliiſque in uſu, ut videre eſt in Gloſſario Ducangii) *ut penitus eum Ducem conſequenter ſuſciperemus. Sed propter hoc morari vos Neapoli convenit, dum uſque ipſum Grimualdum recipere poſſimus Ducem; quod & genitor ejus Arigiſus minime valuit adimplere, Grimoaldus ejus filius, dum culmen genitoris ſui adeptus fuerit, prorſus Imperialem voluntatem cum omni ditione, ſicut cum ſuo conſtitit genitore, in omnibus adimpleat, pariter nobis promiſſa explentibus. Quapropter terreno itinere uſque Neapolim eos cum magno deduxerunt honore. Qui Neapolitani ipſos Græcos cum bandis & ſignis ſuſcipientes, ibidem degentes, prædicti vel præſtolantes adventum, non deſinunt cum Stephano Epiſcopo & Conſtantino Civibus Neapolitanis adverſa perpetrantes tractare, mittentes ipſi Græci ad Imperatorem de obitu Arichiſi filiique ejus denunciantes, & ab eo expectant conſilium quid agere debeant.* Hæc Hadrianus Papa ad Carolum.

Beneventani Grimoaldum ſibi Ducem præfici poſtulant.

II. Idem Pontifex menſe Majo literas accepit a *Carolo*, qui verebatur, ne Græci Beneventanum Ducatum vel Pontificias Ditiones invaderent, ſtatimque ei reſponſorias direxit, quæ ut potioris apud Carolum auctoritatis eſſent, munitæ ſunt ſubſcriptionibus quadraginta duorum cum Presbyterorum, tam Diaconorum aliorumque ex Clero Romano. In his ſignificat *Hadria-*

II. Græci de Ditionibus Pontificiis invadendis cogitant.

Digitized by Google

Totam Italiam, qua ab Augusta Pratoria usque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum, & Beneventanorum constat esse confinia, decies centum, & amplius passuum millibus longitudine porrigitur, occupavit scilicet. Et inferius: *Erat* (inquit) *semper Romanis, & Græcis Francorum suspecta potentia, unde illud Græcorum extat proverbium*: τὸν φραγκὸν φίλον ἔχῃς, γείτονα μὴ ἔχῃς, id est, *Francum amicum habeas, vicinum ne habeas*.

III. Sed exæstuans ira femina, sicut malo consilio dissolvit fœdera nuptiarum, ita imprudens adversus eumdem. Carolum hoc eodem anno in Italia bellum movit, de quo ista Regino: *Eodem anno commissum est bellum inter Græcos, & Longobardos, Ducibus Hildeprando Spoletano, & Grimoaldo Beneventano, & Vvinigiso, a Rege Francorum directo cum Francis: & fugati sunt Græci, & victores extiterunt Franci, & Longobardi*. Qui putarunt non repudiatam ab Imperatore, sed negatam fuisse a Carolo Magno filiam Constantino: hac de causa hujusmodi bellum

Victi Græci a Longob. & Franc.

conflatum esse dixere: nam in Annalibus sub Ludovico Impeatore conscriptis, ista leguntur: *Interea Constantinus Imp. propter negatam sibi Regis filiam iratus, Theodorum Patricium, Siciliæ Præfectum cum aliis Ducibus suis fines Beneventanorum vastare jussit. Qui cum imperata exequerentur, Grimoaldus, qui eo anno, post mortem patris, Dux Beneventanis a Rege datus est, & Hildeprandus Dux Spoletanorum cum copiis, quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes secum Legatum Regis Vvinegisum, qui postea in Ducatu Spoletano Hildeprando successit; commissoque prælio, immodicam ex eis multitudinem occiderunt, & sine suo suorumque dispendio victores facti, magnum captivorum, & spoliorum numerum in sua castra retulerunt*. Hæc ibi.

Cæterum quantum ex Theophane colligi potest, Aldegisus filius Desiderii Regis Longobardorum, qui fugerat Constantinopolim, fuit malorum omnium architectus: sperans enim, si ejusmodi nuptiarum fœdera inter Carolum, atque Con- IV.

PAGIUS *drianus* se jam eodem mense Majo, antequam ejus literas accepisset, ad eum misisse *Andream* & *Philippum* Episcopos atque *Theodorum* nepotem suum, quos ut citissime Romam remitteret, rogavit. Deinde monuit, quonam in stato Italiæ res essent, scripsitque distincte *Cajetam* & *Terracinam* præsidio firmatas a *Græcis*, Præfectum Siciliæ morari Cajetæ, Campanos continuo ad defectionem a Beneventanis sollicitari, adjecitque habuisse se in animo exercitum in eam Provinciam dirigere, idque ultro exequuturum fuisse, nisi sperasset a Rege, cujus constantem benevolentiam toties expertus fuerat, ipsos Beneventanos scriptis literis, aut etiam missis Oratoribus coercitum iri, ut fusius narratur, in Epistola LXXIII. Cod. Carol. ex quo hæc descripta. Hujus Epistolæ Baronius anno DCCXCV. ubi alias Hadriani Papæ, quas non viderat, recenset, non meminit.

III. *Carolus Grimoaldum Beneventanorum Ducem constituit.*

Postea *Carolus* gratias egit *Hadriano* de literis ab eo per *Arvinum* Comitem primum, postmodum per Rotonem, & Bettonem transmissis, testatusque est frequentes de negotiis Italicis Nuncios plurimum sibi placituros, tamen *Grimoaldum* Beneventanis Ducem Arigisi patris demortui locu præesse voluit. [a] Hadrianus cum videret se frustra Grimoalda advecsatum, aliis literis asseruit se nullatenus odio motum id fe-

cisse, sed hostium nefaria consilia & insidias expavisse, exaltationi Sanctæ Ecclesiæ tuitionique Donationum in Apostolicam Sedem collatarum studuisse; de *Rosellis* & *Populonio* jus nondum sibi redditum, quamvis id muneris Arvino Duci demandatum fuisset; Urbes quidem *Tusciæ*, quæ Beato Petro fuerunt oblatæ, in potestatem Sedis Apostolicæ receptas; secus contigisse de Civitatibus Beneventanis; Crescentem & Hadrianum Duces in Beneventanum Ducatum frustra directos; *Grimoaldum* Capuæ tripudiare, quasi Principi Apostolorum prælatus esset; Nuncios Apostolicos Græcis videri semel atque iterum delusos; *Stephanum* Episcopum Neapolitanum & *Campanulum* Episcopum Cajetanum de nefando *Adalgiso* Desiderii quondam Regis filio, & de Græcorum insidiis multa jam per Epistolas insinuasse. Epistola Hadriani Papæ, quæ prædictarum rerum fidem facit, est LXXXVI. Cod. Carol. & memoratur a Baronio loco laudata n. V.

IV. *Græci in Calabria a Francis & Longobardis in prælio victi.*

Rex meliora semper ominatus de Grimoaldo Winigisum cum perpaucis Francis in Italiam Legatum misit, ut exploraret, rescriberetque quid ibi gereretur a Grimoaldo Duce Beneventano, & ab Hildebrando Duce Spoletano, quos in armis esse præceperat. *Commissum est bellum*, inquit Annalista Loiselianus, *inter Græcos & Langobardos, idest, Duce Spoletano no-* mi-

NOTÆ (a) IN Historia Casinensis monasterii Erasmi Gattulæ multa vetera documenta confirmant, *Grimoaldum* hoc anno *Ducem Beneventanum* creatum. Nam in Accessionibus ejus Historiæ pag. 20. habetur charta *Guarci* pro monasterio Casinensi: *Data anno nono Principatus Grimoaldi mense Januario, quinta Indictione*. Est hic A. D. 797. quo *Grimoaldus* annum *nonum* Ducatus agebat. Item ibidem pag. 21. Charta Theoprandi, data *nono anno Principatus Grimoaldi, mense Decembrio, octava Indictione, Actum in Capuli*. Mendum hic subesse videretur, aut in annis Principatus, aut in *Indictione*, sed est *Grimoaldi* junioris cognomento *Storesaiz* epocha; qui A. D. 806. *Grimoaldo* successit; quare est A. D. 815. quo in cursu erat indictio *octava*. Hinc erratum a Gattula, qui hujusmodi chartam datam putavit A. D. 797. Alia charta pag. 57. qua ipse *Grimoaldus* Casinensi monasterio donat *portum Trujectensem*, & *Vulturnensem*, data est *anno primo*, sed sine indictione, aut alia epocha. Item pag. 29. donatio data: *anno tertio Principatus Grimoaldi mense septembris*. GEORGIUS

Digitized by Google

Constantinum inita solverentur, bellumque inter eos accenderetur: fore ut ipse ad suos reversus, ab illis reciperetur, Francis explosis, in Regem. Sed spes ista fefellit eum: nam audi Theophanem: *Interea, inquit, Irene misit Joannem Sacellarium, & Logothetam in Longobardiam una cum Adelgiso dudum majoris Longobardiæ Rege, quem illi a Deo datum dicebant, ad actionem inferendam, si posset, in Carolum, & quosdam subducendos ab illo. Descenderunt ergo cum Theodoro Patricio Exarcho Prætore Siciliæ, & inito bello, textus a Francis, amare interemptus est.* Hæc Theophanes. Est mentio hujus victoriæ in Epitaphio Grimoaldi Ducis, ubi inter alia hi de superatis ab eo Græcis versus leguntur:

Cum Danais bellum felici sorte peregit,
Fimbas & pepulit belliger ipse suis.

V. Quo pariter anno Carolus Magnus Tassilonem Bavariæ Ducem, majestatis reum convictum damnatum legibus, commiseratione motus exemptum a gladio, concessit ingredi monasterium una cum filio Theodone, ubi ambo tonsura, & monastico habitu suscepto, permanserunt. Porro qui ab eo solicitati sunt Hunni duobus comparatis exercitibus, altero Marcam Forojuliensem, altero Bajoariam sunt aggressi, sed frustra: nam utrobique victi, fugatique sunt, & multis ex ipsis amissis magno cum damno ad sua se loca in Pannoniam recepere. Hæc igitur quam felicissime hoc anno Carolo Magno cessere. Tassilo Dux Bavariæ cum Theodone detrusus in monasterium.

Si vis scire, quem tandem octo annorum bellum Hunnicum consecutum sit finem, ab Eginhardo sic accipe: *Maximum (inquit), omnium, quæ ab illo gesta sunt, bellorum præter Saxonicum, huic bello successit illud videlicet, quod contra Avares, sive Hunnos susceptum est: quod ille animosius, quam cætera, & longe majori apparatu administravit. Unam tamen per se in Pannoniam (nam eam provinciam ea gens tunc incolebat) expeditionem fecit; cæteras filio suo Pipino, ac Præfectis provinciarum, Comitibus etiam, atque Legatis perficiendas, commisit. Quod cum*

PAGIUS *mine Hildebrando, seu Duce Grimaldo, quem Dominus Rex Carolus posuit Ducem super Beneventanos. Et fuit missus Vuinechisus cum paucis Francis, ut provideret eorum omnia quæ gessissent. Et, auxiliante Domino, victoria est facta a Francis seu supranominatis Langobardis.* Tunc Ducatus Beneventanus tribus constabat Provinciis, Apulia, Calabria, Samnia, de quarum finibus legendus Camillus Peregrinus in Dissert. cui titulus: *Ducatus Beneventanus in antiquas Provincias an tributus?* Pugnatum est in Calabria, & fugatus Græcorum exercitus, multi occisi, plures in prælio capti, parta quoque spoliorum ingens præda. Franci & Longobardi sine gravi dispendio victores sunt facti. Rem Eginhardus in Annal. his verbis refert: *Constantinus Imperator Theodorum Patricium Siciliæ Præfectum cum aliis Ducibus suis fines Beneventanorum vastare jussit. Qui cum imperata exequerentur, Grimoaldus qui eodem anno post mortem patris Dux Beneventanis a Rege datus est, & Hildebrandus Dux Spoletanorum, cum copiis, quas congregare potuerunt, in Calabria eis occurrerunt, habentes secum Legatum Regis Vuinigisum, qui postea in Ducatu Spoletano Hildebrando successit. Commissoque prælio, immodicam ex eis multitudinem ciciderunt, ac sine suorum gravi dispendio victores facti, magnum captivorum ac spoliorum numerum in sua castra retulerunt.* Idem prælium narrat Theophanes, qui Adalgisum Desiderii Regis filium in eo occisum, quod tacent Annalistæ Francorum, Theodotum perperam appellat. Theophanis verba refert Baronius num. IV. ex versione Anastasii. Childebrandus Dux Spoletanorum anno DCCLXXIV. creatus fuit juxta Indicem Ducum Spoletanorum a Mabillonio Tom. I. Musæi Ital. part. 2. publicato, in quo ad annum DCCLXXXIX. legitur: [1] *Guinicus Dux*, qui alius non est a Winigiso, quem certum est Childebrando successisse.

V. Hujus belli causa Irene Augusta fuit, temereque Carolum tot victoriis elatum provocavit. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXI. Kalend. Octob. hujus Christi anni inchoato scribit: *Hoc anno mense Septembri acies Arabum ad prædandum comparata in Romaniam irruptionem fecerunt, & in Orientalium Thema, ad locum cui nomen Copidnadus, penetrarunt. Romanorum autem Duces collectis in unum copiis bello cum eis decertantes fusi sunt: ex quo perierunt plurimi, nec non ex exculum turmis non pauci; Diogenesque Orientalium Thematarcha Vir strenuus, & Opsicii Duces ceciderunt. Interea Imperatrix Irene fœdera cum Francis inita solvit, & misso Theophane Protospathario, puellam ex Armeniacis nomine Mariam Amnia oriundam accepit, quam Constantino Imperatori filio suo conjugem locavit; quamvis id Constantinus ægerrime ferret, nec propter conceptum erga Francorum Regis Caroli filiam (scilicet Rotrudem) quam sibi desponsaverat, affectum, consensum præbere vellet. Nuptiæ tamen mense Novembri Indictione duodecima celebratæ sunt.* Verebatur enim Irene ne filio Caroli affinitate fulta rerum administratione ipsa excideret. Irene Imp. causa belli Græcos inter & Francos exorti.

VI. Ad num. V. & seq. Regino in Chronico ex Annalibus Francorum, quibus usus est, hoc anno habet: *Rex (nempe Carolus) congregavit Synodum in præfata villa*, (Ingelheimii scilicet, in qua jam dixerat eum Pascha celebrasse) *ubique venit Tassilo* (Dux Bajoariæ). *Cœperunt autem eum Bavari accusare, quod fidem promissam violasset, suadente uxore Liudburga,* (quæ Desiderii Longobardorum quondam Regis filia erat) ob- Tassilo Dux Bajoariæ reus auctoratur.

NOTÆ [1] C *Hildebrandus Dux Spoletanorum anno DCCLXXIV. creatus &c.* Optime & quidem ante Augustum ejus anni; nam anno 787. mense Augusto indict. X. Ducatus sui annum XIV. diploma a Mabillonio in annalibus ad eumdem annum vulgatum, signavit. MANSI

Digitized by Google

Bellum Hunnicum feliciter consummatum. *cum ab his strenuissime fuisset administratum, octavo tandem anno completum est. Quot prælia in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus, in quo Regia Cagani erat, ita desertus, ut ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat.*

VI. *Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti sint: quippe cum usque ad id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri, & argenti in Regno repertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, ut merito credi possit, hoc Francos Hunnis juste eripuisse, quod Hunni prius aliis gentibus eripuerunt. Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt, Ericus Dux Forojuliensis in Liburnia juxta Tarsaticum maritimam civitatem, insidiis oppidanorum interceptus, & Gerollus Bajoariæ Præfectus in Pannonia, cum contra Hunnos prælia turus, aciem strueret, incertum a quo, cum duobus aliis, qui eum obequitantem, ac singulos hortantem comitabantur, interfectus: cæterum incruentum pene Francis hoc bellum fuit, & prosperrimum exitum habuit, tametsi diutius sui magnitudine traheretur.* Hactenus Eginhardus: quæ Annalibus contexta voluimus, quo fieret manifestum, quem tandem finem consequuta sit barbara illa gens Avarum, orbis terror, quæ Occidentales, atque Orientales innumeris cladibus affecerat, & Constantinopolitanum Imperatorem sub tributo redegerat, sæpeque etiam mœnia Constantinopolitana ferro pulsaverat. Ut pariter intelligamus, sic Deum permittere, ad peccata populorum plectenda, barbaros interdum invincibiles reddi, verum eosdem ipsos, cum vult, per fideles, piosque Duces subigi, atque deleri. Porro tot ista tantaque, potius pietate, quam armis ipsum Carolum obtinuisse, quæ dicenda erunt, ostendent.

Hoc anno Hadrianus Papa præfecit Bremensi Ecclesiæ in Saxonia S. Wille- VII.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

PAGIUS. *objecta vero Tassilo denegare non potuit, sed convictus est ad Avaros transmisisse, & in vitam fidelium Regis conciliatum fuisse. Ad ultimum tamen confessus est se dixisse, si decem filios haberet, omnes mallet amittere, quam ita manere, sicut juraverat. Ex his & aliis multis, ab omnibus dijudicatus est ad mortem. Et cum cuncti capitalem sententiam proclamarent, Rex misericordia motus, eo quod consanguineus ejus esset, obtinuit ab ipsis Dei & suis fidelibus, ne moreretur. Interrogatus ergo a Rege quid agere vellet, terra prostratus licentiam in Monasterium intrandi expetiit, ut ibi peccata sua deplorare potuisset. Similiter & filius ejus Theodo fecit. Igitur attonsi sunt, & in Monasterium missi. Pauci Bajoarii, qui cum Tassilone senserant, in exilium sunt missi.* Idem habent Eginhardus in Annal. & passim Annalistæ Francorum. De Monasterio in quo Tassilo sese recepit, non convenit inter antiquos Auctores, aliis scribentibus eum expetiisse Laurishamense seu Sancti Nazarii, aliis Gemeticense, aliis Monasterium Sancti Goaris, aliis *cum Theodone filio*, aliis cum duobus filiis Theudone & Theotberto scribentibus. *Tassilo* cum Bavariam rexit, plura loca sancta dotavit. Cœnobia ædificavit, aliaque pietatis opera peregit. Mabillonius Sæc. III. Benedict. part. II. ejus Elogium Historicum composuit, & quæ de eo Annalistæ tradunt, in unum collegit.

VII. *Hunni a Carolo devicti.* Avari sive Hunni cum, sicut promiserant, duobus exercitibus, uno Italiam qua Francis parebat, altero Bojoariam invasissent, utrobique re irrita recessere: *Huni*, inquit Eginhardus in Annal. *sicut Tassiloni promiserant, duobus exercitibus comparatis uno Marchiam Foro Juliensem, altero Bajoariam aggressi sunt; sed frustra; nam in utroque loco victi fugatique sunt, & multis suorum amissis, cum magno damno ad loca sua se receperunt.* Avari cum cladem illam ulcisci vellent, rursus profligati sunt: subjungit enim Eginhardus: *pugna fuit commissa ab Avaris, qui voluerant vindictam peragere contra Bajoarios. Ibi similiter fuerunt Missi Domni Caroli Regis, & Domino protegente, victoria Christianorum aderat. Avari fugam incipientes, multa strages ibidem facta est occidendo, & alii in Danubio fluvio vitam necando amiserunt.* Carolus itaque hoc anno non solum semel de Græcis; sed etiam ter de Avaribus triumphavit. Porro bellum istud Hunnicum diversum est ab eo, quod postea per annos octo a Carolo gestum fuit, an. DCCXCI. inchoatum, annoque DCCXCIX. confectum; & de isto ultimo bello loquitur Eginhardus in Vita Caroli M. cujus verba recitat Baronius numer. V. quæ ideo ad hunc ultimum Christi annum, sicut finis belli Hunnici spectant, ut ibidem exponemus.

VIII. *S. Willehadus anno superiori factus Episc. Bremensis.* Ad num. VII. & seqq. Baronii tempore Vita Sancti Willehadi Episcopi Bremensis primi a Sancto Anschario Bremensi Archiepiscopo sæculo sequenti scripta nondum lucem viderat, ideoque pauca de eo in Annalibus habet. Ejus etiam ordinationem in hunc annum perperam distulit; cum ex dicendis anno sequenti, eam superiori peractam esse, certo constet. Anscharius itaque de ejus ordinatione sic disserit: *Cum omnia pacifica viderentur, & sub leni jugo Christi Saxonum ferocia, licet coacta jam mitescerent colla; memoratus præcellentissimus Princeps* (nempe Carolus) *in Wormatia positus Civitate, servum Dei Willehadum consecrari fecit Episcopum tertio Idus Julii, constituitque eum Pastorem atque Rectorem super Wigmodiam, & Laras, & Riustri, & Asterga, nec non Nordendi ac Wanga: ut inibi auctoritate Episcopali & præesset populis, & uti cœperat, doctrina salutari operibusque eximiis speculator desuper intentus prodesse studeret. Sicque ipse primus in eadem Diœcesi Sedem obtinuit Pontificalem. Quod tamen id tandiu prolongatum fuerat, quia gens credulitati Divinæ resistens, cum Presbyteros aliquantos secum manere vix compulsa sineret, Episcopali auctoritate minime regi patiebatur. Hac itaque de causa septem annis prius in eadem Presbyter est demoratus Parochia; vocatus tamen Epi-*

Digitized by Google

Sedes Bremensis in Saxonia erecta. ndum, probo sibi Romæ cognitum, cum venit ad Limina Apostolorum. Cum in tot bellorum angustiis Carolus Magnus pietatis cultum propensius prosequutus, ejusdem Hadriani Papæ jussa capessens, eumdem Apostolicum virum primum Episcopum ordinatum accepit, insuper & Ecclesiam illam amplissimis redditibus auxit, finesque ejus Ecclesiæ certis finibus circumscripsit. Extat de his omnibus (a) diploma Regium ejusdem Caroli, quo & gratias agit Deo de consecuta sæpe victoria adversus Saxones, ipsi Domino totum adscribens. Sic enim se habet:

(a) Apud Crant. in Saxon. l. 2. c. 24.

Diploma Caroli. *In nomine Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi Carolus, divina ordinante clementia, Rex.*

Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potiti sumus: in illo, & non in nobis gloriamur, & in hoc sæculo pacem, & prosperitatem, & in perpetuo futuro æternæ mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter noverint omnes Christi fideles quod Saxones, quos a primogenitoribus nostris ob suam pertinaciam perfidiam semper indomabiles, ipsique Deo, & nobis tamdiu rebelles, quousque illius non nostra virtute ipsos & bellis vicimus, & in baptismi gratiam, Deo annuente, perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius, qui nobis victoriam contulit, ipsi tributarios, & subjugales devote addiximus, videlicet, ut qui nostræ potestatis jugum hactenus ferre detrectaverunt, victi jam, Deo gratias, & armis, & fide Domino Salvatori nostro Jesu Christo, ac sacerdotibus ejus, omnium suorum jumentorum, ac fructuum, totiusque culturæ decimas ac nutritura, devites, ac pauperes legaliter constricti persolvant. *M. Adam. hist. Eccl. Septentr. l. 2. c. 20.*

VIII. *Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in provinciam redigentes, & inter Episcopos certis limites discriminantes, Septentrionalem illius partem, quæ & piscium ubertate ditissima, & pa-*

PAGIUS *Episcopus, & secundum quod poterat cuncta potestate Præsidentis ordinans.* Mabillonius, qui hanc Sancti Willehadi Vitam Sæc. III. Benedict. publicavit, recte observat *Vvillehadum* ante Episcopalem consecrationem dictum esse *Episcopum*, nimirum ob Episcopalia munia, Prædicationem scilicet, Baptismi collationem, Presbyterorum variis in locis institutionem, aliaque id genus, indeque argumentum sumendum, cur Sancti complures præcipue in Belgio, *Episcopi* dicantur, qui tamen nusquam consecrati sunt Episcopi.

IX. *Caroli donatio post ... Ecclesia Bremensi largitus.* Mirum vero, *Vvillehadum* die decimo tertio mensis Julii, qui anno superiori in feriam sextam incidebat, ordinatum fuisse; cum per hæc tempora Episcopi non nisi diebus Dominicis aut Festis solemnibus consecrari soliti essent. Id tamen ex diebus, quibus supra annos & menses sedit, etiam colligitur. In Chronico quidem Moissiacensi ad annum DCCLXXXVII dicitur *ordinatus Episcopus in Idibus Julii*, sed ibi Chronographus Iduum nomen absolute & indefinite usurpat, die scilicet Iduum non determinato, quo loquendi modo Antiqui aliquando utuntur, ut anno DCCLXXIV. num. XVIII. ostendimus. Recitat Baronius Diploma *Caroli*, in quo Diœcesi Bremensi decem pagi attribuuntur, qui duas Provincias, *Vigmodiam* ultra Visurgim, & *Lorgoam* cis eumdem amnem constituunt. *Brema* Wigmodiæ caput dexteræ Visurgis ripæ adsidet. *Lorgoa* cis Visurgim sita hodiernum Orientalis Frisiæ Comitatum ex parte complectitur. Qui populi essent Riustri, Asterga, Nordendi, ac Wanga ab Anschario laudato memorati explicat Cointius hoc anno num. XV. In laudato Diplomate hæc verba leguntur: *Insuper ad præfata constructionem Ecclesiæ, in supradictis pagis, LXX. mansos cum suis colonis offerentes, totius hujus Parochiæ incolæ decimas suas Ecclesiæ, suoque Provisori fideliter persolvere hoc nostra Majestatis præcepto jubemus, donamus & confirmamus. Adhuc etiam Summi Pontificis & Universalis Papæ Hadriani præcepto, nec non & Moguntiacensis Episcopi Lullonis, omniumque qui adfuere Pontificum consilio, eamdem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Vvillehado probabilis vitæ Viro coram Deo & Sanctis ejus commisimus. Quem etiam primum ejusdem Ecclesiæ III. IDUS JULII, consecrari fecimus Episcopum*, &c. Tum in fine Diplomatis legitur: *Hildibaldus Archiepiscopus Coloniensis & sacri Palatii Capellanus recognovi. Data II. Idus Julii, anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXXVIII. Indictione XII. anno autem Regni Domni Caroli XXI. Actum Palatio Nemetensi feliciter. Amen.*

X. *Donatio Caroli ... lignibus ... assumente fundata.* Verum hæc ultima clausula addita est ab Adamo Bremensi Canonico, qui in Historia sua Ecclesiastica Diploma illud publicavit; cum temporum characteres in ea expressi inter se pugnent, ut annotarunt Mabillonius in Observat. præviis ad Vitam Sancti Willehadi, & Cointius hoc anno num. XIV. Mabillonius loco, *anno DCCLXXXVIII*, legendum censet *anno DCCLXXXVIIII*. Verum toto illo anno Carolus a Nemetensi Palatio procul abfuit, ut animadvertit Cointius, qui legendum docet, *anno DCCLXXXVIII*, quo pacto loco, *Indictione XII*, legendum, *Indictione XI.* & loco, *anno Caroli XXI.* legendum, *anno Caroli XX.* præterquamquod certum est hoc sæculo Francorum Reges in suis Diplomatis annos Incarnationis & Indictionem non apposuisse. Adhæc *Hildebaldus* ante annum DCCXCI. sacri Palatii Capellanus non fuit, quia *Angilramnus* Episcopus Metensis eo anno demortuus eo munere fungebatur. Qui Adami error a Cointio observatus. Denique idem Adamus in ipsum Diploma perperam hanc notam temporariam infarcit, *III. Idus Julii*, ut ex verbis eam præcedentibus innotescit. His adde, verba illa sine anno ordinationis Willehadi expressa, falsum sensum reddere; ex iis enim sequitur, *Vvillehadum* pridie illius Donationis ordinatum fuisse; cum tamen certum sit, id anno superiori peractum. Quando *Vvillehadus* Romam & *Luitgerus* in Italiam profecti sint, de qua profectione dubitat Baronius, qui neque Vitam Willehadi ab Anschario scriptam, neque Vitam Sancti Ludgeri ab Alfrido elucubratam viderat, suis lo-

cis

Ecclesiæ per provinciaa divisæ. *& pecoribus alendis habetur aptissima pio Christo, & Apostolorum suorum principi Petro pro gratiarum actione devote obtulimus: sibique in Vuigmodia, in loco Bremon vocato super fluvium Viraam Ecclesiam, & Episcopalem statuimus cathedram. Huic parochiæ decem pagos subjecimus, quos etiam adjectis eorum antiquis vocabulis, & divisionibus, in duas redigimus provincias, his nominibus appellantes, Vigmodiam, & Lorgoe. Insuper ad præfatam constructionem Ecclesiæ, in supradictis pagis septuaginta mansos, cum suis colonis offerentes, totius hujus parochiæ incolas decimas suas Ecclesiæ, suoque provisori fideliter persolvere, hoc nostræ majestatis præcepto jubemus, donamus, & confirmamus.*

* ol. Lulli Hadriani præceptum. *Adhuc etiam summi & universalis Papæ Hadriani præcepto, necnon & Maguntiacensis Episcopi * Lullonis, omniumque, qui affuere Pontificum concilio, eamdem Bremensem Ecclesiam cum omnibus suis appendiciis Vuillehado probabilis vitæ viro, caram Deo, & sanctis ejus, commisimus. Quem etiam primum ejusdem Ecclesiæ, tertio Idus Julii, consecrari fecimus Episcopum, ut populis divini semina verbi, secundum datam sibi sapientiam fideliter dispensando & novellam hanc Ecclesiam canonico ordine, & monasteriali competentia utiliter instruendo interim plantet, & riget, quousque precibus Sanctorum suorum exoratus incrementum det omnipotens Deus. Innotuit etiam venerabilis vir serenitati nostræ eam, quam diximus parochiam, propter barbarorum infestantium pericula, seu varios eventus, qui in ea solent contingere, ad sustentacula, sive stipendia Dei servorum, inibi Deo militantium, minime sufficere posse. Quamobrem quia Deus omnipotens in gente Fresonum, sicut & Saxonum, ostium fidei aperuit, partem prænominatæ regionis, videlicet Fresiæ, quæ huic contigua parochiæ esse dignoscitur, eidem Bremensi Ecclesiæ, suoque provisori Vuillehado Episcopo, ejusque successoribus perpetualiter delegavimus retinendam.* Reditibus locupletat Brem. Eccl.

Et quia casus præteritorum cautos nos facinut in futurum: ne quis (quod non optamus) aliquam sibi in eadem diœcesi usurpet potestatem, certo eam limite fecimus terminari, eique hos terminos, mare Oceanum, Albiam fluvium, Liam, Steinbach, Hasalam, Vimarcham, Sueidbach, Ostam, Mulinbach, Motam paludem, quæ dicitur Sigefridismoer, Quistinam, Chisemmor, Ascbroch, Visebroch, Bivernam, Uternam, iterumque Ostam. Ab Osta vero Bicinam usquequo perveniatur ad paludem, quæ dicitur Chaltenbach. Deinde ipsam paludem usque in Vemnam fluvium; A Vemna vero Bricinam Farstinam usque in Viraam fluvium. Dehinc ab Orientali parte ejusdem fluminis IX. Fines Bremensis Diœcesis.

PAGIUS XI. *Concilium Narbonense de falsitate suspectum.* eis diximus, annoque sequenti de *Vuillehadi* morte verba faciemus.

Baluzius ad librum VI. de Concordia cap. XXV. refert Concilium Narbonense, cujus hoc initium est: *Anno Incarnat. Dominica DCCLXXXVIII. indict. XII. gloriosissimo quoque Domino Imperatore Carolo regnante anno XXIII. V. Kal. Jul. dum pro multis & variis Ecclesiasticis negotiis, præsertim pro Felicis Urgellitanæ Sedis Episcopi pestifero dogmate, monente per sua authoritatis literas Domino Apostolico Hadriano, ac Domino Imperatore per Missum suum nomine Desiderium convenissemus Urbem Narbonam*, &c. Verum Concilium illud de falsitate manifeste suspectum, non solum quia notæ illæ temporariæ inter se pugnant, ut examinanti liquet; sed etiam quia Felix huic Concilio subscribit, & tamen hæresim suam non ejurat, de qua etiam in eodem Concilio nihil legitur præter citata verba. Præterea ante Concilium Ratisponense anno DCCXCII. habitum Felix *quanta potuit pertinacia pravitatem intentionis suæ defendere curavit*, inquit Eginhardus in Annal. & inter Antiquos omnes convenit eum ante Concilium Ratisponense hæresim suam non deposuisse; quod confirmat Jonas Episcopus Aurelianensis in libro contra Claudium Taurinensem Episcopum, qui ait: *Felix cum multis apud Septimaniam eumdem haustum pestiferum propinavit, cum tamen Galliæ Germaniæque, quantum in illo fuit, propinare voluit. Sed .... nullum apud Galliam Germaniamque ejus error locum invenire quivit. ... Ejusdem namque Principis* (nempe Caroli) *jussu in unum coacti* (nempe Episcopi) *adhibita etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritate eumdem Felicem damnaverunt*, nempe in Concilio Ratisponensi. Tertio, nomen *Imperatoris* quod ante annum DCCC. Carolo attributum non fuit ter in eo Concilio iteratur, quod Librariis adscribi non potest, cur aliquo Monumento publico ante *Imperium* Carolo collatum exarato confirmari. Cointius anno DCCXCI. numer. XI. & seq. illud genuinum censet, & notas tantum temporarias ac nomen Imperatoris assumenta esse ex eo deducit, quod anni Incarnationis hoc sæculo in Actis publicis non apponerentur, indeque Concilium illud in eum Christi annum rejicit. Verum licet Francorum Reges in suis Diplomatis Era Incarnationis hoc sæculo non uterentur, eam tamen Episcopos in Conciliis aliquando adhibuisse certis exemplis constat. Quia tamen Baluzius in vetustissimis membranis exercitatissimus asserit se illud descripsisse ex MS. quod aut ætati Caroli suppar est, aut non multo remotum, tria Decreta quæ in eo habentur, videntur legitima, sed subscriptio duorum Archiepiscoporum, & Episcoporum XXV. notæ temporariæ ac Felicis Urgellitani Episcopi mentio defendi non possunt; ea enim omnia postea addita, ut majus robur Decretis conciliaretur. Primum Decretum Comitatum Redensem & pagum Redensem adjudicat Danieli Archiepiscopo Narbonensi adversus Episcopum Helenensem. Secundum statuit, ut Orbus fluvius Diœceses Narbonensem & Biterrensem discerminet, quia lis erat inter utrumque Antistitem de limitibus Diœceseon. Tertio, controversia erat de finibus Diœceseos Narbonensis ultra Pyre-

viam publicam, quae dicitur Hesseverb, Sturmegoe, & Lorgoe, disterminantem Scebbasam, Alapam, Chaldbava, iterumque Virraam, Ex Occidentali autem parte viam publicam, quae dicitur Folveeb, Derne, & Lorgoe dividentem usque in Huatam fluvium. Deinde ipsum flumen, & Awrinum Lucam silvestrem, quem incolae loci Vildloch nominant, Finolam, Valdesmor, Bercpol, Eddisriad paludem, Emisgoe & Ostrigoe disterminantem Brustalbo, Biberlach; iterumque mare, firmos, & intransgressibiles circumscribi jussimus. Et hujus donationis, ac circumscriptionis auctoritas, nostris futurisque temporibus, Domino protegente, valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus, & anuli nostri impressionem signari jussimus. Signum Domini Caroli Regis invictissimi.

X. *Hildibaldus Archiepiscopus Coloniensis, & sacri Palatii Capellanus recognovi. Data pridie Idus Julii anno Dominicae Incarnationis septingentesimo octogesimo octavo, Indictione * duodecima. Anno autem domini Caroli vigesimoprimo. Actum in palatio Nemetensi feliciter. Amen.* Hactenus de fundatione Bremensis Ecclesiae diploma. * undecima.

Porro qui res Saxonum sunt prosecuti, eundem Willehadum annos tantum duos sedisse, mensesque tres & dies vigintisex tradunt: relatumque inter Sanctos, diemque transitus ejus, sexto Idus Novemb. quo obiit, Ecclesiastico ritu celebrari consuevisse. Quod autem tradant ante Episcopatum ipsum una cum S. Ludgero Romam peregrinatum esse, id minime ex Ludgeri vitae Actis probari: siquidem adventus ejusdem Ludgeri Romam contigisse ponitur sub Hadriani successore Leone Papa, cum jam non amplius S. Willehadus in humanis esset. Se-

PAGIUS ... rum montem seu de Ausonensi Parochia, quam idem Daniel Narbonensi Dioecesi accensebat; re discussa definitam a Synodo, ut Ausonensis pagus, donec peculiarem Episcopum habere posset, ad Narbonensem Dioecesim pertineret. Caeterum Conseranensem, Convenensem & Barcinonensem Episcopos huic Concilio adfuisse, uti in subscriptionibus legitur, nullus mihi facile persuaserit. Ut enim notat Marca lib. 3. Marcae Hisp. cap. 16. num. 13. ante annum DCCCI. quo *Barcino* erepta est omnino a Ditione Maurorum, quamvis Barcinonenses Regiam Majestatem Francorum Regum comiter colerent, suae tamen auctoritatis erant retinentissimi, nec quicquam Regio nomine geri lubenter perferebant, & parte alia ex Auctore Vitae Ludovici Pii patet, Vascones hoc tempore adversus Ludovicum Aquitaniae Regem rebellasse, & nonnisi anno DCCXC. vel insequenti ad obsequium rediisse.

XII. *Obitus Abderramani Hispaniarum Regis.* Mortuus est hoc anno *Abderamen* Saracenorum Hispanias incolentium Rex, cum Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. cap. 6. afferat, mortem ejus contigisse anno Arabico CLXXII. *ut regnaverat XXXII. anno & aliquot menses.* Rodericus quidem in Historia Arabum cap. 18. eam confert in annum Arabum CLXXI. sed major fides hac in re Elmacino. Notat enim Rodericus Abderamen anno Arabum CXLIX. coepisse Cordubensem Mezquitam aedificare, *ut praerogativo opere omnes Mezquitas Arabum superaret.* Et successit *Isem* ex ejus filiis unus, vel, ut ab Elmacino vocatur, *Hissamus*. Reliquit Abderamen undecim filios, ex quibus duo bellum moverunt adversus Isem fratrem, sed tandem in Africam transfretare coacti sunt, ut habet idem Rodericus. Ex Epistola Cod. Carol. LXXIII. ab Hadriano ad Carolum hoc anno data apparet, *Carolum* veritum fuisse, ne dum ipse in Italia bellum a nobis supra narratum gereret, Abderamen in Franciam irrumperet. Ait enim Hadrianus in iis litteris; *demonstravit nobis per vestros apices a Deo constituta Regalis Potentia, quia, Deo sibi contrario, Agarenorum gens cupiunt ad debellandum vestros introire fines. Hoc vero cogitato, in magna extade tribulatione atque afflictione positi sumus; sed nequaquam Dominus Deus noster talia fieri permittat, nec Beatorum Apostolorum Petrus Princeps. Nos vero, dulcissime fili & magne Rex, incessanter pro vobis cum omnibus nostris Sacerdotibus, atque Religiosis Monachis, & cuncto Clero, vel universo populo nostro, Domini Dei deprecamur Clementiam, ut ipsam nec dicendam Agarenorum gentem vobis subjiciat, & vestris eam substernat pedibus, &c.*

XIII. *Dani primum in Anglia visi.* Huntindonensis pag. 343. postquam recitavit nuptias Brithrici Occidentalium Saxonum Regis, anno Regni ejus quarto peractas, scribit: *His autem diebus venerunt Dani cum tribus puppibus in Britanniam, praedationis causa. Quod Praepositus illius Provinciae videns, occurrit eis debito securius ut comprehensos ad Regium duceret Castellum. Nesciebat autem qui essent qui appulerant, vel cur appulissent. Statim vero immixtus eis, occisus est. Hic primus fuit Anglorum occisus a Dacis, post quem multa millium ab eisdem caesa sunt; & hae puppes primae fuerant, quas huc Daci adduxerunt.* Idem narrat vetus Chronographus Saxon ad annum Christi superiorem. Dani sequentibus annis magnas tragoedias in Northumbriae Regno excitarunt, & Ecclesias ac Monasteria incenderunt, ut suis locis videbitur.

Google

I. Domesticum bellum inter Irenem & Constantinum.

SEquitur annus Redemptoris septingentesimus octogesimus nonus, Indictione duodecima, quo Orientale Imperium domestica dissensione matris, & filii Imperatorum mirum in modum exagitatur, de qua ista Theophanes: *Anno decimo Imperii Irenæ movit diabolus livore impietatis Imperatorum homines, qui instigarent matrem adversus filium, & filium adversus matrem.* Nimirum, ut ipsa sola regnare deberet, ex Dei voluntate esse, asseverantibus illis. Contra vero auribus filii alii insusurrabant, haud decens esse, ut viginti jam annos natus Imperator adhuc sub matris esset tutela atque regimine. Quomodo autem matris partes prævaluerint, accipe: *Cum*, inquit, *Imperator jam vigente esset annorum factus robustus, atque idoneus, cum videret, se nihil potestative gerere, tristabatur: intuens e contrario Stauracium Patricium a matre præfectum Logothetam omnia possidere, omnesque ad illum accedere, & neminem se frequentare audere, consilio inito cum familiaribus propriis hominibus suis, & Petro magistro suo, & Theodoro Patricio, & Damiano Patricio æque firmavit comprehendere eam, & in exilium in Siciliam destinare, sicque ipse teneret Imperium sine matre sua.* Et paulo post:

II. Amici Constant. Imp. relegantur.

Cum autem Stauracio nuntiata fuit, & præsignata res: commovit Augustam contra filium. Quæ comprehensos omnes Imperatoris homines cecidit, atque totondit, una cum Joanne Protospathario, & bajulo ipsius, & exilio relegavit in inferioribus partibus usque in Siciliam; Petrum vero magistrum dehonestationibus subjiciens, in domo sua sedere præcepit, similiter & Theodorum Patricium: Porro Damianum Patricium cæsum, ac tonsum in castrum Appolloniadem exulem fore destinavit: percutiensque filium, & conviciis multis lacessens, egit, ne procederet per dies non paucos. Cœpit autem militiam sacramentis submittere, ita dicentem: Quia quousque tu vivis, non permittimus, filium tuum imperare. Et jurabant omnes sic, nemine contradicere audente. Hic status erat rerum Imperii nutabundus, & turbulentus, quem & natura evidentiori expressit signo, dum (quod idem Theophanes ait) *eodem anno sexto Idus Februarii horribilis factus est terræmotus, ita ut non auderet quisquam domi dormire, sed omnes in hortis sub dio tabernaculis factis, & tentoriis degebant. Ast Imperatrix una cum filio suo egressa est ad sanctum Mamantem.* Hæc Theophanes.

Porro his diebus cum Augusta Præfectos, & inter alios Protospatharium, quem Theophan. Joannem nomine dictum tradit, insequeretur: quo modo confugiens iste ad Ecclesiam, a Tarasio diu defensus sit, accipe ab Ignatio, qui res ejusdem Tarasii prosequutus hæc habet (a): III.

Aliquando quidam ex iis, qui gerebant magistratus, splendore, & gloria, & divitiis insignis, qui etiam ut ensem Imperatorium gestaret, honorem erat adeptus, pro magno pecuniæ pondere luens pœnas, cum graves, & acerbæ de eo haberentur quæstiones, neque ei quidquam daretur laxamenti, sed afflictione, & cruciatu omni

(a) Extant apud Sur. die 25. Febr. tom. 1.

PAGIUS Sæc.VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXXVII. Anno Hegiræ CLXXIII inchoato die 31. Maii fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6282.

☉ 14. D. ☽ 11. P. 19. Apr. Indict. 12.

JESU CHRISTI 789.

HADRIANI PAPÆ 18.

CONSTANTINI IMP. 14. & 10.

IRENES 10.

A.C.789. I. *Constantinus anno sequenti de matre relegando cogitavit.*

ANum. I. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXXII I. qui Kalend. Septemb. currentis Christi anni inchoatur, narrat, Imperatorem *annum vigesimum jam superantem*, cum videret omnem potestatem esse penes *Irenem matrem* suam & *Stauracium* Patricium, consilio cum familiaribus sibi Viris communicato, statuisse matrem in Siciliam relegare. Verum hæc ad annum sequentem pertinent, cum Constantinus Imp. natus sit mense Januario anni Christi DCCLXXI. ut suo loco ostendi. Rem gestam Baronius pluribus refert, sicuti & vindictam, quam sumsit Stauracius de iis, qui eum auctoritate privare constituerant. Subdit idem Theophanes, *mense Februarii die nono, Indictione decima tertia*, ingenti terræmotu Constantinopoli facto Imperatricem *ad Sanctum Mamantem cum filio* petrexisse. Sed hic terræ motus ad annum sequentem etiam revocandus, quo Indictio XIII. mense Februario in cursu fuit. Auctor Miscellæ, quem Baronius sequitur, refert illum terræ motum accidisse *sexto Idus Februarii*, seu die octava Februarii. Verum Theophanes illum cum die sequenti illigat.

II. *Anno sequenti multi Constantinopoli in exilium acti.*

A num. III. ad VI. Ignatius Diaconus in Vita Sancti *Tarasii* cap. 6. refert, hunc Sanctum Antistitem magnum fuisse immunitatis Ecclesiæ propugnatorem, & eum Virum, qui *ensem Imperatorium gestabat*, pro magno pecuniæ pondere, luentem pœnas ad Sacram Aram confugisse accepisset, ei cibum attulisse; & in naturæ necessitatibus famulatum esse, quæ verba Baronius interpretatur de *Joanne* Protospathario, de quo Theophanes loco laudato scribit: *Conspirationis adversum se structa Stau-*

omni ex parte urgeretur, deturbatur in profundi desperationem præ animi ægritudine. Ie eum noctem observasset intempestum, eos latens, quorum custodiæ fuerat creditus, ad templi divinum se contulit refugium. Cum autem fuisset intra adyta, veneranda mensa mox apprehensa ea tenebat cum magno tremore, & timore. Cum ergo eum cognovissent aufugisse, metu ne idem subirent supplicium, velocibus pedibus venerunt ad divinum templum, & eum aspicientes mensam divinam apprehendisse, circumdabant adyti ambitum, tempore cibi sumendi reo aperientes ingressum, non dantes locum, ut posset uti reliquis accessuris, sed sperabant fore, ut eum proderet necessitas, quæ eum vel nolentem expelleret. Adhibebant itaque majorem custodiam: prohibebant enim omnino ingressum ad aram, ut nemo eum sermone impertiret, aut ad eos, qui erant extra, aliquod verbum ab eo transmitteretur.

Joannes Protospatharius confugit ad Ecclesiam.

IV. *Cum hæc ita venissent ad aures pastoris, Tarasii videlicet Episcopi Constantinopolitani, eum repleverunt maxima animi ægritudine, ut qui viderat contemptionem divinorum sacramentorum movere ad indignationem datricem Dei benignitatem; sed videte a misericordi Patre suppeditatum tunc ei auxilium, & admirandam prudentiam. Eo enim tempore, quo oportebat cibum sumere eum, qui affligebatur, sacra veste se induens, proficiscebatur ad aditum, & per dexteram portam ingrediens, quæ ad reficiendum virum erant necessaria, suppeditabat, abunde ex se afferens, & deinde ubibat eum relinquens. Si quando autem venter, cui negari non potest, eum cogeret facere, quæ sunt requisita naturæ: ex alta rursum descendens, & eum ad secessum educens, & expectans, & eum postea manu capiens restituebat tribunali: idque non semel, & bis in die faciebat, sed quoties evocatus erat ad hoc ministerium ab eo, qui graviter periclitabatur. Hanc insatiabilem divini viri demissionem admirantes milites, & fieri non posse cogitantes, ut qui supplex erat, caperetur, quamdiu justi manus eum regeret: improbum in eum struunt consilium, quod superabat omnem fraudem, & astutiam. Cum enim per alium aditum collocant insidias, ut quando ex sacris adyti ovem pastor traheret naturæ servientem, eam instar luporum raperent: quod etiam factum est. Nam cum Sanctus vir, ut solebat, curam gereret, & ad requisita naturæ eum duceret, ii, qui secure latebant in insidiis, per alium portam irrumpentes, eum capiunt, & ad Regiam per vim trahunt.*

Rapiunt milites extra Ecclesiam, qui ad eam confugerat.

V. *Postquam autem scelceratam infelicium machinationem in eum adunatam cognovit Pastor sanctissimus, ita & dolore acceptus, nulla mora dilatione, ad Eleutherii aulam regiam (illic enim tunc forte contigit degere Imperatricem) accedit. Cum ii vero Patris adventum sensissent, & ejus præsentiam in ipsos futuram zelo plenam, & instar acuti gladii suspicarentur, eum fuerunt extra Regiam, ne sermone quidem dignati. Ille videns, suum adventum nihil sibi profuisse: Ecclesiastica pœna vinculis omnes communiter alligat, pronuntians indignos communione Christi sacramentorum, si ullo gravi damno afficerent eum, qui confugerat supplex ad Ecclesiam. Cum hæc ergo tamquam ex Apostolica auctoritate libere dixisset, est reversus. Illi anathematismi laqueis adstricti, cum non possent effugere sacra retia pœnæ Ecclesiasticæ, de reo quidem non amplius habuere quæstionem tormentis, sed verborum solis examinationibus, de quibus agebant pecuniis trutinam exinanientes, tamquam innocentem eum absolvunt.* Hæc Ignatius *de egregio facto Tarasii Patriarchæ religiosissimi.*

Tarasius excommunicat judices.

VI. Sed & illud præclare accidit hoc eodem

PAGIUS *racius tertior factus, Augustam in filium concitat. Mox ipsa Imperatoris domestici manibus injectis, cunctos deris verberibus cæsos & tonsos cum Joanne Protospatharia & Bajula, cui Pieridius cognomentum, ad inferius remotos Imperii fines in Siciliam usque relegavit exules.* Quare exilium illud sequenti Christi anno, quo tumultuatum est Constantinopoli, irrogatum.

III. Ad num. VI. & seq *Carolus* apud Aquisgranum, ubi hyemaverat, Pascha celebravit, ut veteres Annales testantur, & decimo Kalendas Aprilis ibidem promulgavit Edictum seu Capitulare, quod in Capitula duo & octoginta distribuitur, & a Sirmondo primum, & postea a Baluzio Tom. I. Capit. Reg. Franc. publicatum est. Legendus idem Baluzius in Notis ad Capitularia Tom. II. pag. 1058. ubi ostendit Capitulare de non dividendis Ecclesiæ bonis a Baronio hic recitatum pertinere ad annum DCCIII. hoc enim in loco hæc discussio morosior esset.

Carolus Capitulare in LXXX. Decreta divisum publicat.

IV. Annalista Nazarianus res hoc anno a Carolo gestas his verbis explicat: *Anno DCCLXXXIX. Carolus Rex una cum Francis seu ceteris gentibus, in patriam Vuisorum hostiliter perrexit, ipsamque patriam conquisivit, & Regem eorum nomine Dragoidus adprehendit. Et iterum ipsi jam præfato Regi illam patriam commendavit, & reversus est cum pace in Franciam.* Loquitur de hac expeditione Eginhardus in Vita Caroli, aitque: *His motibus* (nempe Bojoaricis, quibus anno superiori finis impositus est) *ita compositis, Sclavis, qui nostra consuetudine Vuilsi, proprie vero, hoc est sua locutione, Vueletabi dicuntur, bellum illatum est, in quo & Saxones velut auxiliares inter ceteras nationes, quæ Regis signa jussa sequebantur, quamquam ficta & minus devota obedientia militabant. Causa belli erat, quod Abodritos, qui cum Francis olim fœderati fuerant assidua incursione lacessebant, nec jussionibus coerceri poterant. Sinus quidam*

Vuilsi a Carolo devicti.

Theophilus Prætor classis Martyr.

dem anno (ut idem qui supra Theophanes auctor est) quod Theophilus Præfectus Imperatoriæ classis, cum ante aciem pugnans adversus Sarracenos, tentus esset, atque perductus ad ipsorum Principem Aaron; cum solicitaretur ab eo Christianam Fidem negare, & sectæ Mahumetanæ inhærescere, & illo facere omnino renuisset, & vi adhibita nequaquam aliquo modo flecti potuisset: subiectus gladio, martyrii coronam consecutus est, inque Martyrum sanctorum album relatus, undecimo Kalendas Augusti natali die, memoria anniversaria celebratur hoc elogio: *In Cypro S. Theophili Prætoris, qui ab Arabibus captus, cum nec donis, nec minis flecti posset, ut Christum negaret, gladio cæsus est.*

Quod ad res pertinet Occidentales, hæc de Carolo laude digna leguntur (a) in ejus Capitularibus: *Anno Incarnationis septingentesimo octogesimo nono Indictione duodecima, anno vigesimo Regni nostri actum est hujus legationis edictum in Aquisgrani palatio publice. Data est quarta die decimo Kalendas Apriles.*

(a) Capit. Franc. l. 1. c. 72. 73.

De bonis Ecclesiarum non laicis dandis decretum Caroli Magni.

Tempore Hadriani Papæ, & Caroli Magni Imperatoris, quando Paulinus Episcopus tenuit vices Apostolicæ Sedis, in Aquis pie factum istud capitulum propter hoc,

PAGIUS

dam ab Occidentali Oceano Orientem versus porrigitur longitudinis quidem incomperta, latitudinis vero, qua nusquam millia passuum excedat, cum in multis locis contractior inveniatur. Hunc multa circumsedent nationes. Dani siquidem ac Sueones, quos Nordmannos vocamus, & Septentrionale littus, & omnes in eo insulas tenent. Ad littus Australe Sclavi, & Aisti & alia diversa incolunt nationes, inter quos vel præcipui sunt, quibus tunc a Rege bellum inferebatur Vuilzi. Quos ille una tantum & quam per se gesserat expeditione ita contudit ac domuit, ut ulterius imperata facere minime renuendum judicarent.

V. *Situs Regionis Vuilsorum.*

Helmoldus in libris de Slavis, & Krantzius in libris de Wandalis, Wilzos Albim inter & Oderam collocant, & in varios populos distinguunt; ideoque *Carolus* hoc anno profligatis *Vuilsis* ab Albi Francicas Ditiones ad Oderam usque dilatavit, ut fusius ostendit Cointius hoc anno num. CLVI. qui demonstrat, veteribus Wilsorum sedibus æquiparari hodie Marchiam Brandeburgicam pene integram cum Occidentali Pomerania, & parte Ducatus Megalopolitani. *Obodriti* vero sive *Obotriti*, quos Wilsi lacessebant, sii quoque erant trans Albim fluvium. Krantzius lib. 2. cap. 23. narrato bello isto subdit: *An autem religionis ab illo* (nempe Carolo) *in pactis mentio sit habita, Annales non proferunt, nisi quod promptum est perpendere, non tam brevi populum ad Religionem cogi potuisse, recolentibus quantum temporis atque laboris sit impensum in subigendis ad salutis Sacramenta Saxonibus.*

VI. *Istria & Liburnia a Francis parent.*

Hoc etiam circiter tempore *Pippinus* Italiæ Rex *Istriam* & *Liburniam* Græcis eripuit. Istriam enim Francis paruisse docet Eginhardus in Vita Caroli M. & colligitur ex literis ad Hispaniarum Episcopos adversus Elipandum Toletanum Archiepiscopum anno DCCXCIV. ab Episcopis *Istriæ*, qui Concilio Francofurdiensi tunc intererant, datis. Francis etiam *Liburniam* paruisse testatur Eginhardus citatus, & ostendit supplicium a Carolo M. anno DCCC. de Tarsaticensibus, qui Henricum Ducem Forojuliensem interfecerant, sumptum. Erat autem *Tharsica* Liburniæ Civitas. Exortum illud bellum, quia nuper Constantinus Imp. Rotrudæ Pippini sorore spreta, aliam uxorem duxerat.

VII. *Hadrianus de variis rebus ad Carolum scribit.*

Hadrianus Papa eidem Carolo hoc anno scripsit Epistolam, quæ in Codice Carolino est ordine LXXXV. memoraturque a Baronio anno DCCXCV. num. II. Primo *Carolum* laudat ob ejus erga Sedem Apostolicam zelum, & ex ejus verbis colligitur, fuisse tunc qui simultates inter Regem ac Pontificem falsis sermonibus serere conabantur: *Quæsumus*, inquit, *vestram Regalem Excellentiam, ut nullatenus subdolo & homini mendaci, sicut fertis præbeatis assensum, qui si talis adversus nos mentiens inventus fuerit, nostris Apostolicis obtutibus, una cum Misso vestro dirigere dignemini; & si mendax apparuerit, secundum sua perversa merita puniatur.* Secundo, Hadrianus adversus Episcopos Longobardiæ, finibus suarum Parochiarum haud contentos, & alienis inhiantes, scribit. Tertio, adversus consecrationis vitium, quod Pontifex *in partibus Italiæ & Tusciæ per hæresim Simoniacam* fieri non diffitetur, quodque Carolus in Ecclesia Ravennate committi quoque dicit, insurgit idem Hadrianus, & quomodo ipse ad Episcoporum ordinationem procedat, exponit. Denique *Carolum* rogat, ut nullum Ravennatem aut Pentapolitanum in conspectum admittat absque literis Pontificiis quemadmodum ipse Pontifex neminem e Regia Ditione absque Regiis literis admissurus est, sic enim fore videtur, ut uterque populus Domino suo morem gerere non requirat.

VIII. *Hadrianus PP. Patriciatum Ravennatensem sibi conservari a Carolo petit.*

In iis literis Hadrianus ait: *Tamen fidelissimi vestri præfati Missi viderunt ipsos Ravennianos, quos vobis præsentaverunt, qualiter nobis in superbia extiterunt: sed quæsumus vestram Regalem Potentiam, nullam novitatem in holocaustum, quod Beato Petro, sanctæ recordationis genitor vester obtulit, & vestra Excellentia amplius confirmavit, imponere satagas, quia, ut fati estis, honor Patriciatus vestri a nobis irrefragabiliter conservatur, etiam & plus amplius honorifice honoratur: simili modo ipse Patriciatus Beati Petri Fautoris vestri tam a sanctæ recordationis Domno Pippino, magno Rege, genitore vestro in scriptis, in integro concessus, & a vobis amplius confirmatus, irrefragabili jure permaneat.* Jam ab anno DCCLIV. Romani a Græcorum Imperatore omnino recesserant, & Rempublicam constituerant, cui Pontifex Romanus ut caput præerat, & quam Francorum Reges sub Patriciorum titulo defendebant. Petiit autem Hadrianus a Carolo, ut Patriciatus seu Exarchatus Ravennatensis sibi in integro conservaretur, & Ravenniani, qui ad eumdem spretis suis mandatis confugerant, ad suum judicium remitterentur. Labbeus Tom. VI. Concil. pag. 1773. ubi eam Epistolam recitat, loco *Patriciatur* utrobique in margine reponit *Exarchatum*; sed perperam, locus enim purus est, & Carolus Magnus nunquam Exarchus appellatus fuit, nec quam in Urbe exercuit jurisdictio similis erat jurisdictioni Exarchi Ravennatensis. Nec magis ea verba intellexit Marca lib. 3. de Concordia cap. XI. num. XI. ubi scribit, paruisse hoc tempore Romam duobus Patriciis Romano nem-

hoc, quia laici homines solebant dividere Episcopia, & monasteria ad illorum opus, & non remansisset ulli Episcopo, nec Abbati, nec Abbatissæ, nisi tantum ut velut canonici, & monachi viverent. Et infra:

VII. *Quia juxta sanctorum Patrum traditionem novimus res Ecclesiæ vota esse fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum: cuique non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus: tamen ut ab Ecclesiasticis de non dividendis rebus illius suspicionem dudum conceptam penitus amoveremus: statuimus, ut neque nostris, neque filiorum, & Deo dispensante, successorum nostrorum temporibus, qui nostram, vel progenitorum nostrorum voluntatem, vel exemplum imitari voluerint, nullam penitus divisionem, vel jacturam patiatur.* Hæc ibi. In quam

(a) Apud Sur. die 8. Julii. sententiam sancta Hildegardis Abbatissa res (b) prosecuta sancti Desibodi, hæc ait: *Post annos autem plurimos, & aliquot Regum decessum, rursum ingentia orta sunt bella in regione ista. Itaque majores natu, & Principes terræ illius Carolum Magnum, qui tunc Romanum Imperium susceperat, adeuntes, dixerunt, æquum non esse, ut ii, quos non carni, sed spiritui; non mundo, sed Deo servire oporteret, mundi pompam, & opes superfluas obtinerent, quemadmodum facerent illi, qui in monte S. Desibodi degerent: cum ipsi præliis, & angustiis pressi, divitiis, & facultatibus egerent, unde tum servire Regno, tum sibi consulere possent. Eorum orationem Imperator & prudenter audivit. & sapienter dissimulavit. Respondetque, se fratribus illis nec fundos, aut possessiones, neque alias res, quas vis fideles contulissent, ulla ratione adempturum. En accepta responsa, illi deinceps quieverunt.* Hæc Hildegardis, quæ Principes audire debeant, si Caroli summæ gloriæ summique Imperii hic æmuli, & æterni in cœlo Regni ejus velint esse participes. — Negat Carolus res monachorum dare Laicis.

No-

PAGIUS nempe Pontifici & Regibus Francorum quod ea laudato loco crui putat. Licet enim Carolus vere Patricius fuerit, utpote Defensor Ecclesiæ & populi Romani, Pontifex tamen Romanus, qui caput Reipublicæ erat, nullibi Patricius dictus reperitur. Nec revera eo nomine appellari debuit; cum Patricius a Principe penderet, ipse vero caput Reipublicæ esset. Recte itaque Carolus a dignitate quam gerebat Patricius dictus, sed Pontifex Romanus a Patriciatu Ravennatensi sibi a Pippino donato & a Carolo confirmato Romanorum Patricii nomen non magis tulit, quam ante eum Græcorum Imperator. Cæterum Exarchum Ravennatensem Patricium semper fuisse, liquet ex libro Diurno Rom. Pontif. cap. 2. tit. 2. & tit. 4. & cap. 3. tit. 4. Hadrianum vero de Exarchatu verba facere, hæc ejus verba ostendunt, *Patriciatus B. Petri in scriptis in integro concessus.*

IX. Patricius Rom. nunquam appellatus. At, inquit Marca, ex Epistolis XV. & „ XXXVI. Codicis Carolini memoratur uter„ que Patriciatus, Romani sc. Pontificis & „ Regum Francorum. Communio ejus patet ex „ Epistola Senatus populique Romani ad Pip„ pinum, qua juxta Regis illius monita pro„ fitentur, se *fideles servos* esse Romanæ Ec„ clesiæ & Pauli Papæ, quemadmodum se *fide„ les* Pippini inscribunt. Ea eo etiam mana„ vit quod Paulus Papa ait, Spoletanum Du„ cem ejusque Satrapas *in fide B. Petri & Pippini* sacramentum præbuisse. Quare Roma duobus Patriciis in solidum subdita fuit, Ita Præsul doctissimus. Verum jam diximus, Pippini Carolique Patriciatum fuisse tantum honorarium, & situm in Defensione & Tuitione Romanorum ac in Jurisdictione ad eandem executioni mandandam necessaria; Dominium vero Urbis & Exarchatus Romani ad Summum Pontificem pertinuisse, eum tamen nunquam Patricium fuisse. Senatus populusque se *fideles* profitentur Pippino tanquam suo Defensori, & Paulo Papæ tanquam Reipublicæ capiti. Quod & de altero loco ex Epistola XXXVI. desumto dicendum, ac pro certo tenendum, ab anno DCCLIV. Romanos Imperatorum jugum excussisse, ut magis infra videbitur.

In Chronico Moissiacensi hoc anno legitur: *Obiit beatæ memoriæ Vvulradus Episcopus, & Doctor Verbi Domini VI. Idus Novembris, in Aquilonicis partibus Saxoniæ*, ubi Willehadum Episcopum Bremensem primum suo more Wulradum appellat. Anscharius de ejus morte locuturus ait: *ædificavit domum Dei miræ pulchritudinis in loco qui dicitur Brema, ubi & Sedem esse constituit Episcopalem, ut dedicavit eam Kalendis Novembris, die Dominico, in honorem Domini Nostri Jesu Christi sub invocatione Sancti Petri Apostoli*, ideoque hoc anno, quo dies Dominica in diem primum Novembris cadit. Paulo post: *Pia devotione Vir Domini cœlo semper intentus, & orationi sua ad Deum jugiter vota præmittens, sexto Idus Novembris, die Dominica, post Solis ortum, Confessor Domini pretiosus in Christi requievit nomine.* Hoc autem anno dies Dominica in diem octavum mensis Novembris convenit. *Mansit in Episcopatu Beatus Vvillehadus electus Domini Pontifex annis duobus, mensibus tribus, diebus XXVI.* inquit Anscharius. Quare III. Idus Julii, seu decima tertia ejusdem mensis anno septingentesimo octogesimo septimo ordinatus fuerat, quo etiam die Adamus Bremensis Canonicus testatur ordinationem ejus celebrari. Willehadus e Northumbria in Frisiam transfretavit, & per plures annos tam Frisones, quam Saxones erudivit, ut suis locis exposuimus. — X. Moritur S. Villehadus Ep. Bremensis primus.

Altwoldus Northumbriæ Rex, *post undecim annos perfidiam Provincialium ingenuit sine culpa trucidatus*, inquit Malmesburiensis lib. 1. de Reg. cap. 3. quod Hovedenus pag. 404. & Annalista Mailrosensis anno superiori, Wigorniensis & Westmonasteriensis currenti factum tradunt. *Osredus* filius Alcredi Regis, nepos ejus pro eo annum unum Regnum tenuit, ut referunt iidem Auctores. — XI. Alvvoldus Rex Northumbria necatur.

ISEU CHRISTI ANNUS 790.	HADRIANI PAP. ANNUS 19.	CONSTANT. SOLIUS IMP. ANNUS 1.

I. Solus Constant. imperat absque Matre.

NOoagesimus post septingentesimum annus Redemptoris Indictione decimatertia consignatur, quo pulsa matre Irena, Constantinus solus regnare cœpit. Quod contigit factione legionom in Armenia degentium, quæ ipsum Coustantinum dumtaxat acclamarunt Imperatorem: quorum exemplo alii, qui in aliis degebant provinciis, milites moti, & ipsi Constautinum tantum fore imperaturum, juramentis etiam publice contestati sunt, licet antea Irenæ jurasseut. Cujus rei gratia factum est, ut Irena sibi timens, Constantinum a se dimitteret, quem pene carcere custoditum hactenus asservasset. Qui habenas suscipiens Imperii, ultus est in Præfectos a matre constitutos, in eos potissimum, qui expelli procuraverant, quos diximus Imperatoris amicos, ut Stauratium, & alios; sicque annus iste primus numeratus est ejusdem solius Constantini absque matre regnantis.

II. Incendium Constant.

Sic igitur pax post lougum bellum, quam Orientalis Ecclesia fuerat tot laboribus cousequuta, domestico Imperatorum bello turbatur. Inter tot, tantaque discordiæ flagrantis incendia eodem tempore conflagrasse etiam partem Constantinopolitanæ urbis, & inter alias quoque domum Patriarchæ, testatur Theophanes, atque Cedrenus, qui ait: *Incendium quoque triclinium Patriarchæ domus, quod Thomartes appellatur, & ei subjectas cameras absumpsit, ubi reposita erant universa scripta, quibus sacram scripturam sanctus Joannes Chrysostomus fuerat interpretatus; grassatamque est incendium usque ad Milliarium, & Quæstorium, omnibus, quæ in medio erant, axustis.*

Eodem anno, quo Era Hispana numeratur octingentesima vigesima octava, defuncto Maurogaro Rege Gallæciæ, in locum ejus successit Veremundus diaconus, qui inde magnam comparavit sibi laudam, quod Alfonsum ab illo e Regno ejectum restituit, ita bene consulens rebus Christianorum, & Regno jam omni ex parte collapso. Ista Tudensis, & alii.

☞ Quod ad res Francorum pertinet, ut produnt veteres Annales, quietus hic fuit annus a bellorum motibus, perdomitis jam anno superiori (ut iidem testantur) Sclavis a Carolo Magno. Quo anno Albini reperitur scripta esse epistola de rebus Caroli Magni, cujus fragmantum in rebus gestis Anglorum recitatum libro secundo continuationis historiæ Anglicanæ, hic tibi opportune suo loco reddendum, putavimus. Est (inquit auctor) epistola Albini hujusce rei index, cujus partem hic apponam, documentum ingens magnanimitatis, & fortitudinis Caroli, qui omuem ætatem triverit in bellis contra Paganos Deo rebellas.

Antiqui (inquit) *Saxones, & omnes Fresonam papali, instante Rege Carolo, alios præmiis, alios minis solicitante, ad* III.

PAGIUS SAC.VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXVIII. Anno Hegiræ CLXXIV inchoato die 10. Maii fer. 5.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6283.

☉ 15. C. ☽ 12. P. 11. Aprili. Indict. 13.

JESU CHRISTI 790.

HADRIANI PAPÆ 19.

CONSTANTINI IMP. 15. & 11.

SOLIUS 1.

A. C. 790. I. *Irene Imperatrix Rerum administratione privatur.*

AD num. I. & seq. Hoc anno adversus Irenem Augustam Constantinus filius aliquos Optimates commovit, ut anno superiori narravimus, quæ narratio huc transferenda. Contigit etiam quod Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXIII. Kalendis Septemb. currentis Christi anni inchoato refert, *mense nempe Septembri, Indictione decima quarta*, Thema Armeniacorum proprium Ducem Nicephorum Patricium in custodiam conjecisse, & Constantinum solum Imperatorem ulatis vocibus, celebrasse. *Octobri porro mense, Indictione quarta decima, legiones Thematum cunctæ apud Atroam collecta Constantinum vicesimum tunc annum agentem solum Imperatorem agnosci postularunt. Constantino in Imperii Sede confirmata, matrem omni potestate milites abdicarunt. Mense vero Decembri Constantinus ipsam matrem in Palatio, quod ad Eleutherium struxerat, securam & commodam vitam agere præcepit.* Hoc itaque anno Constantinus solus regnare cœpit.

II. *Moritur Mauregatus Rex Asturiarum.*

Ad num. III. & seq. *Veremundus* Diaconus, sive Bimarini, sive Froilæ fratris Alphonsi filius successit hoc anno in Regum Asturiarum *Mauregato*, qui Regnum annos quinque & aliquot menses occupaverat. *Veremundus* vero *Regnum* restituit *Alphonso* cognomento *Casto*, & cum eo corregnavit usque ad annum DCCXCI. quo Historici Hispanici initium Alphonsi *Casti* solius regnantis consignant.

III. *Origo belli Hunnici a Carolo gesti.*

Quoad res Francorum Eginhardus in Annalibus scribit: *Hoc anno nulla expeditio a Rege facta est, sed in Wormacia residens Legatos Hunnorum & audivit, & suos vicissim ad eorum Principes misit. Agebatur de confiniis inter eos Regnorum suorum, quibus in locis esse deberent. Hæc contentio atque altercatio, belli, quod postea cum Hunnis gestum est, seminarium & origo fuit. Rex autem ne quasi per otium torpere ac tempus terere videretur, per Moenum fluvium ad Sala Palatium suum in Germania juxta Salam fluvium constructum navigavit; atque inde iterum per eumdem amnem, secunda aqua Wormaciam reversus est.* Addit Eginhardus ibi Natalem Domini Carolum celebrasse.

*Fidem Christi conversi sunt. Sed anno transacto, idem Rex cum exercitu irruit super Sclavos, eosque subegit suæ ditioni. Avares, quos nos Hunnos dicimus, exarserunt in Italiam, & a ducibus præfati Regis Christiani superati, domum cum opprobrio reversi sunt. Similiter & super * Baugariam irruerunt, qui & ipsi ab exercitu Christiano superati, & dispersi sunt. Etiam & ejusdem Christianissimi duces Regis, & Tribuni multam partem Hispaniæ tulerunt a Sarracenis, quasi trecenta millia in longum per maritima. Sed heu proh dolor! quod iidem maledicti Sarraceni, qui & Agareni, tota dominantur Africa, & Asia majori maxima de parte, nescio quid de nobis venturum sit. Aliquid enim dissensionis, diabolico fomento inflammante, nuper inter Regem Carolum, & Regem Offam exortum est; ita ut utrimque navigatio interdicta negotiantibus esset. Sunt qui dicant, nos pro pace esse in illas partes mittendos.* Hucusque ex epistola Albini. Subdit vero his hæc auctor:

* Bajoariam

IV. *In his verbis, præter illa, quæ superius notavi, poterit curiosius animadverti, quantum jam annorum effluxerit, ex quo Sarraceni Africam, & Asiam, invaserunt, * & profecto nisi Dei clementia ingentium robur Francorum Imperatorem innexasset: pridem Europam etiam subjugassent. Adeo contemptis Imperatoribus Constantinopolitanis, Siciliam, & Sardiniam, & Baleares insulas, & pene omnes terras, quæ pelago cinguntur, præter Cretam, Rhodum, & Cyprum occupaverunt.* Sed & his postea potiti sunt.

* quod

Videas ex his Lector, quantum Christianus orbis debeat Carolo Magno, qui solus exundanti ex Oriente in Occidentem torrenti, ne universam obrueret Christianitatem, obicem se opposuit validissimum ☛.

Se-

PAGIUS

IV. *Dissidium Carolum inter & Offam Reges post sexennium ortum.* Baronius refert ex Malmesburiensi lib. 1. de Reg. pag. 32. partem Epistolæ Alcuini, ex qua apparet, *Carolum* antea dissensisse ab *Offa* Rege Merciorum, adeo ut magnis motibus utrobique concurrentibus, etiam negotiatorum commeatus prohiberentur. Verum hæc dissensio inter utrumque Regem anno tantum DCCXCVI. exorta, pauloque post sopita, ut eo anno videbimus, ad quem ideo hæc Alcuini Epistola pertinet.

V. *Ethelredus in Regnum Northumbriæ restituitur.* Simeon Dunelmensis in sua Historia de Gestis Reg. Angl. scribit: *Anno DCCXC. Ethelredus de exilio liberatus est, & iterum per gratiam Christi Regni solio est subthronizatus. Osredus autem Rex dolo suorum Principum circumventus & captus ac Regno privatus, attonsus est in Eboraica Civitate, & postea necessitate coactus exilium petit.* Idem habent alii Historici Anglorum, docentque Northumbrios *Osredum* eversatos, Ethelredum quem ante annos duodecim ejecerant, Regem depoposcisse, illumque iterum regnasse. De ejus Regni exordio ita Alcuinus apud Malmesburiensem lib. de Gest. Reg. Ang. pag. 26. *Benedictus Deus qui facit mirabilia solus, nuper Athelredus filius Athelwoldi de carcere processit in solium, & de miseria in Majestatem: cujus Regni novitate detenti sumus, ne veniremus ad vos.*

VI. In Codice Carolino refertur Epistola Hadriani Papæ ad Carolum Ordine XCIV. memorata a Baronio anno DCCXCV. Ea iterum questus est Hadrianus, quod aliquot Episcopi Longobardiæ, quæ Carolo parebat, non essent contenti finibus suarum Parochiarum, & aliorum partes illicite detinerent: *Olim quippe eorum*, inquit, *gens in errore existens, vestra a Deo protecta Regali potentia servata est a talibus malignis & infidelibus actis emendari, ut unde Gloriosiores cæteris Regibus eminetis, inde Omnipotenti Domino, qui dat salutem Regibus, perfectius placeatis*, &c. *Quapropter poscentes vestram a Deo promotam Regalem Excellentiam, quæsumus, ut eorum errores contemnentes, canonice unusquisque suam Diœcesim sacerdotali moderamine tenere, atque disponere Officio Ecclesiastico valeat.* Queritur in eadem Epistola Pontifex, quod Moniales relicto Monasterio illicitis nuptiis copulentur: *Porro & hoc vestra suggerentes Regali Excellentia innotescimus errorem illum, qui in eadem gente Langobardorum callide regnare in stupris & spurcitiis diaboli non desinit. Semel quippe Deo se voventes, & veste fusca Monachico habitu induentes iterum retrorsum revertentes, quod dici nefas est, saeculares vestes circumferentes, illicito copulari matrimonio perhibentur, quatenus pro hoc sæpius ammonuimus per Gunefredum, & alios Gasindos vestris* (idest, Famulis vel Camerariis, ut videre est in Glossario Ducangii in voce Gasindus, sed in literis Hadriani forte legendum, *alios Gasindos vestros*) *Epistolam dirigentes Reginaldo & Ragimbaldo, ut tam detestabile stuprum devitarent. Sed ipsi nolentes acquiescere, per eorum contumaciam, filiam Ermenaldi Monachico habitu circumdatam suo nepoti, nomine Nazario diabolica versutia copulaverunt, & nostris Apostolicis adhortationibus assensum tribuere noluerunt, & eorum adimplentes iniquam præsumptionem, ministri diaboli effecti sunt, & plures in Italia eorum invitati exemplo non desinunt*, &c. *Et idcirco petimus, ut nostris vestrisque temporibus canonice in omni Christiano populo nobis a Deo commisso tale illicitum scelus emendetur*, &c.

Queritur Hadrianus quod in Langobardia Episcopi & Monachi graviter contra Canones peccarent.

I. SEquitur ordine temporis annus Redemptoris septingentesimus nonagesimus primus, Indictione decimaquarta, quo (ut auctor est Theophanes) Constantinus Imp. decimooctavo Kalendas Februarii rogatus a matre, & ab aliis Optimatibus, pronuntiat eamdem iterum Imperatricem, amboque simul, ut antea, acclamati sunt Imperatores, adhuc tamen Armenis militibus contradicentibus. Quo item anno male pugnatum est adversus Bulgaros, cum scilicet (ut idem testatur Theophanes) Imperator a pseudoprophetis certam victoriam pollicentibus deceptus, dum minus caute bellum gerit, ab hostibus superatus, fugatusque rediit Constantinopolim, compluribus desideratis ex primoribus magistratibus: occisus pariter Pancratius Astronomus pseudopropheta, qui certam ipsi victoriam vane prædixerat. Sed quæ hæc acerbiora sequuta sunt mala, audi Theophanem :

Vincitur Imperat. a Bulgaris.

Cum (inquit) *collecti essent ordines militares in urbem, consiliati sunt educere Nicephorum filium Constantini senioris, avi scilicet ipsius tunc regnantis, eumdem & Cæsarem, & Imperatorem constituere. Quo comperto, Constantinus Imperator misit, & eduxit suos patruos filios Constantini avi sui ad S. Mammantem, & Nicephorum quidem oculis, Christophorum, atque Nicetam, Anthemum, atque Eudoxium linguis privavit; cum quibus & prædictum Alexium Patricium, quem legiones Armeniæ quæsierant provehere in Im-* II.

II. Constantini Imp. crudelitas in Patruos.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hispan. DCCC. XXIX. Anno Hegiræ CLXXV. inchoato die 10. Maii fer. 3. A.C. 791.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6284.

☉ 16. B. ☽ 13. P. 07. Mart. Indict. 14.

JESU CHRISTI 791.

HADRIANI PAPÆ 20.

CONSTANTINI IMP. 16. & 12.

SOLIUS 2.

I. *Imperator anno sequenti patruos suos excæcavit.*

I. ANum. I. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXIII. Kalendis Septembris superioris Christi anni inchoato, narrat infelicem expeditionem Romanorum adversus *Bulgaros*, quam dicit contigisse *mense Aprili*, ideoque præsenti Christi anno, & Imperatorem cum in Casdanum Bulgariæ Domnum incidisset, desertum fuisse a suis militibus timore perculsis, & in fugam actis. Quod recte hoc anno recitat Baronius; verum quod addit ex eodem Theophane Imperatorem excæcasse patruos suos, ad sequentem Christi annum spectat. Theophanes enim anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXIV. mense Septembri hujus Christi anni incœpto, ait: *Mensis Januarii die decimo quinto ab ipsa matre multisque Optimatibus exoratus, Imperatricem iterum eam renunciat, & cum eo faustis populi exclamationibus, velut olim excipitur, in hæc verba: Constantino & Irene multos annos.* Addit Theophanes, Imperatoris placito cunctos paruisse præter Armeniacos milites, qui *Alexium* pridem suum Ducem in officium restitui postularunt. Sed Constantinus Alexium verberibus cæsum & capillis detonsum in Prætorium detrusit. Cum vero mensis Julii die XX. Constantinus infeliciter adversus Bulgaros pugnasset, & Urbem fugitivus repetiisset, militares ordines in Urbem invecti Nicephorum Excæsarem Imperatorem renunciare consiliati sunt: Sed Constantinus *Nicephorum quidem oculorum orbitate damnavit; Christophoro, Nicetæ, Anthimo & Eudocimo linguas præscindi jussit*, &c. *Supplicium itaque mense Augusto, sabbati die, Indictione decima quinta, hora nona, eis irrogatum. In spatium tamen haud diuturnum injustum hujusmodi facinus inultum Divina Justitia distulit. Solius enim quinquennii exacto intervallo ejusdem mensis & sabbati die a propria matre Constantinus ipse oculis orbatus est.* Quare non hoc anno, ut habet Baronius, sed insequenti quo Indictio XV. mense Augusto adhuc in cursu erat, Constantinus patruos suos, Constantini scilicet Copronymi filios, iis suppliciis affecit, & quidem mense Augusto die sabbati. Sed id factum post secundam ejus in Bulgaros expeditionem, non vero post priorem, quam Baronius cum posteriori perperam confundit

II. Felicius in Occidente a Carolo adversus Hunos sive Avaros pugnatum. Bellum illud hoc anno ab eo susceptum, & post annos octo feliciter confectum, ut infra videbimus. Gesta in eo Eginhardus in Annal. his verbis hoc anno narrat: *Transacto vero, circa æstatis initium Rex de Vuormatia movens Bajoariam profectus est ea meditatione, ut Hunis factorum suorum vicem redderet, & eis quamprimum posset bellum inferret. Comparatis igitur ad hoc ex omni Regno suo quam validissimis copiis & commeatibus, bipartito exercitu iter agere cœpit. Cujus partem Theoderico Comiti & Meginfrido Cubiculario suo committens eos per Aquilonarem Danubii ripam iter agere jussit. Ipse cum parte, quam secum retinuit, Australem ejus fluminis ripam, Pannoniam petiturus, occupavit, Bajoariis cum commeatibus exercitus, qui navibus devehebantur, per Danubium secunda aqua descendere jussis. Ac sic inchoato itinere, prima castra super Anesum posita sunt. Nam is fluvius inter Bajoariorum atque Hunorum terminos medius currens, certus duorum Regnorum limes habebatur. Ibi supplicatio per triduum facta, ut id bellum prosperos ac felices haberet eventus. Tum demum castra mota, & bellum genti Hunorum a Francis indictum est. Pulsis igitur Hunorum præsidiis, ac destructis munitionibus, quarum una super Cambum fluvium, altera juxta Comagenos Civitatem in montem Cumeberg, vallo firmissimo erat extructa, ferro & igne cuncta vastantur. Cumque Rex cum eo quem ducebat exercitu usque ad Arrabonis fluenta venisset, transmisso eodem fluvio, per ripam ejus usque ad locum, quo is Danubio miscetur, accessit, ibique stativis per aliquot* dies

II. *Primus annus belli a Carolo gesti in Hunnia.*

Digitized by Google

perium, luminibus privavit, obediens maternis, & præfati Stauratæ suadelis, ei asseverantium, quod nisi hunc cæcum redderet, in Imperatorem forent electuri. Acta sunt autem hæc adeo crudeliter, ut ait, mense Augusto die Sabbati, hora nona, Indictione * decimaquarta. Subdit vero idem Theophanes: *Veruntamen non in longum Dei justitia hanc iniquam elationem misit inultam. Post quinquennium namque eodem mense, & eodem die Sabbati, orbatus est oculis a propria matre idem Constantinus.*

* XV.

Sed sicut in Oriente, ubi sævitia cum iniquitate grassatur, barbari prævalent in Imperatorem: ita e contra in Occidente, Caroli Magni Regis pietas invictos hactenus barbaros superat. Hoc siquidem anno (ut habent veteres Francorum (a) Annales) triduano jejunio & Litaniis, solemnique celebratione Missarum roboratus exercitus, fide potentior quam armis adversus Avares bellum quam felicissime gessit. *Nam Franci (inquit auctor) prostraverunt Avarum innumerabilem multitudinem; & reversi sunt ex utraque ripa Danubii ad propria, magnificantes Deum pro tanta victoria plane sacruenta.*

Caroli victoria in Avares.

(a) Chron. Franc. edit. a Pithao & Regino in Chron. & alii.

Quod

PAGIUS *dies habitis per Bajoariam reverti statuit. Alias vero copias quibus Thedericum & Meginfridum præfecerat, per Behemannos, via qua venerant, reverti præcipit. Sic peragrata ac devastata magna parte Pannoniæ, cum incolumi exercitu Francorum in Bajoariam se recepit. Saxones autem & Frisones cum Theoderico & Meginfrido per Behemannos, ut jussum erat, Domum regressi sunt. Facta est autem hæc expeditio sine omni rerum incommodo, præter quod in illo, quem Rex ducebat exercitu tanta equorum lues exorta est, ut vix decima pars de tot millibus equorum remansisse dicatur. Ipse autem suis dimissis copiis Reginum Civitatem (nunc Ratisponam), quæ nunc Reganesburg vocatur, venisset, in ea hyematurus consedisset, ibi Natalem Domini celebravit.* Pascha autem Wormaciæ celebraverat, ut cum Eginhardo anno superiori, tradunt cæteri Annalistæ. Sirmondus Tom. II. Concil. Gall. aliique literas referunt, quas Carolus scripsit Fastradæ Reginæ, quæ Ratisponæ remanserat, in quibus ait copias Italicas, quas illuc pergere duxerat, X. Kal. Sept. in Avariam pervenisse, & cum Avaribus tanta felicitate pugnasse, ut a multo tempore tanta Avarum strages facta non fuerit. Addit Carolus: *Tribus diebus Litaniam fecimus, idest, Nonis Septemb. quod fuit Lunæ dis, incipientes, & Martis, & Mercoris, Dei misericordiam deprecantes.* Hoc autem anno Nonæ Septemb. quibus cœpta Litania, cum die Lunæ concurrebant. [1]

III. Situs Regni Hunnorum.

Avarum seu *Hunnorum* Ditiones in Australes & Boreales medius dividebat Danubius, cui commiscentur in hodierno Austriæ Archiducatu *Ansfur*, sive Anesus (vulgo *l'Ens*) & *Cambus* (vulgo le *Camb*) Francorum eorumdemque Avarorum certi tunc termini. *Anisus* ad Urbem cognominem subit dexteram Danubii ripam, sinistram *Cambus* infra Chrembsam Oppidum (vulgo *Chrembs*) e regione Trigisami (vulgo *Trasmaur*). Raba sive Arabo, quem Carolus pertransiit, fluvius est in hodierna Hungaria cuique notus. In brevi Chronico usque ad annum Christi DCCCX. producto, & a Duchesnio Tom. III. publicato, ad hunc annum legitur: *Carolus Rex primum fuit in Chunia.* Antiqui enim Regnum Avarum seu Hunnorum modo Huniam, modo Chuniam vocitabant, illucque primum Carolus hoc anno profectus est.

IV.

Cointius hoc anno num. I. refert verba Annalistæ Loiseliani, ut publicatus est a Duchesnio Tom. II. additque Codicem, quo usus est Canisius Tom. III. Antiq. Lect. addere mortem duorum Episcoporum in Codice Loiseliano prætermissam, & in eo legi: *In ipso itinere obiit bonæ memoriæ Angilramnus Archiepiscopus Medromatricæ Ecclesiæ, & Sympertus Episcopus ibi defunctus est.* Verum dubito, ne in eo Codice Librarius loco, *Suidberti* Werdensis Episcopi, per errorem scripserit, Sympertum, qui quartus fuit Episcopus Ratisponensis. In Chronico enim Moissiacensi ad hunc Christi annum post narrationem expeditionis Hunnicæ habetur: *Et in ipso itinere obiit bonæ memoriæ Ingelramnus Mediomatricæ Ecclesiæ Episcopus; sed & Suibertus Episcopus ibidem defunctus est.* Præterea in brevi Chronico apud Monasterium Sancti Galli scripto (& ab anno DCCXLVIII. usque ad annum DCCCCXXVI. perducto Tom. III. Duchesnii, ad annum DCCXC. habetur: *Angilramnus & Suidbertus de hac luce migraverunt.* Errat quidem Auctor in anno, sed incertum, an Librarius in *Suidberti* nomine lapsus sit. Cum in Annalista Loiseliano juxta Duchesnii editionem nulla Angilramni & Symperti mentio habeatur, utriusque mors assuta quidem videtur Codici, quo usus est Canisius; sed remonet difficultas, an interpolator erraverit. Mabillonius Tom. IV. Analect. pag. 380. observat in Kalendario S. Emmerammi *Sintpertum* Episcopum Ratisponensem notari III. Kal. Octob. qui ideo videtur mortuus in reditu Caroli ab ea expeditione aliquot diebus ante Angilramnum.

Suibertus Episc. Verdensis vel Sympertus Episc. Ratisponensis moriuntur.

Hunc vero præsenti anno vitam cum morte commutasse, extra omne dubium esse debet; in Codice enim Sancti Symphoriani apud Dominicum in familia Ansberti rediviva legitur: *Angelramnus Archiep. & Palatii Capellanus, qui sedit annos XXIII. & dies XXVIII requievit in Monasterio, cui vocabulum Nova cella, ob. VII. Kal. Nov. in loco, qui dicitur Anagabune Chunisberg, & cessavit Episcopatus annos XXVII. & menses III.* Ubi *Chunisberg*, idem est ac *Cumeberg*, de quo Eginhardus citatus dum de expeditione Hunnica Caroli loquitur. Auctor istius Catalogi confirmat quod mox diximus, *Angelramnum* sc. qui erat in exercitu Caroli mortuum esse, dum idem exercitus in Franciam rediret, idque die vicesima sexta mensis Octobris, quo etiam ejus obitus consignatur in Martyrologio Metensi apud Meurissium in Historia Episcoporum Metensium. Sedem ie-

V. Moritur & Angilramnus Archiep. Metensis.

NOTÆ [1] Expeditionem Italicam Pippini ad annum hunc revocandam esse inferius ad A. 793. II. demonstrabo. MANSI

Digitized by Google

III. Conc. Forojuliense. Quod vero ad res Italiæ pertinet, hoc ipso anno celebratum est in Italia Concilium Forojuliense sub Paulino Episcopo Aquilejensi, sub cujus Metropoli Forojulium continebatur. De tempore quidem ex Actis ipsius Concilii satis liquet, ubi in eorum exordiis ista scribuntur: *Anno igitur felicissimo Principatus eorum, Caroli scilicet tertio, & vigesimo, & Pipini decimoquinto: canonicis siquidem evocatum syllabis fratrum quorumdam Episcoporum contubernium Forojulium municipium Metropolim Aquilejensem veneranter coacervatum convenit, &c.* Qui huic (Paulinus Episc. Forojuliensis qualis.) præfuit Paulinus Patriarcha, egregia enituit sanctitate, & doctrina fuit insignis, plurimusque in Synodalibus coactis a Carolo Magno conventibus, ad quos ab eodem Rege vocari solitus esset: nam ipse in loco eodem Concilio dum se excusat, quod tardius, & infrequentius convocaret ad Synodum provincialem sibi subjectos Episcopos, præter excusationem bellicorum tumultuum, hanc addit, quod frequenter ad generales coactus fuerit proficisci. Sed audi ipsum:

Per tot temporum curricula quod minime sit reverendi Concilii Sessio celebrata, vestram scire non ambigo sincerissimam charitatem. Nam propter improbos, qui solent irrumpere, mundanos tumultus, propterque imminentia præliorum bella, quæ circumquaque per gyrum finium nostrorum fomenti ferocitatem ingruere non cessabant, intermissum interim hoc magnificum opus, proculdubio poterit approbari. Verumtamen non penitus intermissum veridicis valebit assertionibus æstimari. Nam quoties reverendis principalibus accersitis imperiis in generali celeberrimæ Synodi venerabilium Patrum conventione humillimam parvitatis meæ præsentiam, quia sæpius contigit adfuisse: vestris est animis (ut opinor) non celatum, vestrisque etiam obtutibus aliquoties latius patuisse, in promptu non dubito. Hæc de præteritis.

IV. De præsenti autem Synodo congreganda, accipe ejus animi consilium ex temporum opportunitate quæsitum: *Nunc autem* (inquit) *divina opitulante clementia, attritis utique ferocium barbarorum superbiæ typho erectis cervicibus, auxilio per omnia adminiculante de cælo, reddita jam quietissima pace terris, superna prorsus largiente gratia, paululumque respirantibus regalibus jussis, necessarium duximus summopere festinantes dilectissimam fraternitatem vestram juxta priscorum canonum inviolabiles sanctiones in uno collegio aggregari, &c.* Sane quidem Paulinum hunc, ut insignis nominis virum, citat (a) Walfridus Strabo, qui claruit paulo post sub Ludovico filio Caroli Magni, dum agit de sacrorum hymnorum in Ecclesia usu: *Traditur siquidem* (inquit) *Paulinum Forojuliensem Patriarcham sæpius, & maxime in privatis Missis circa immolationem sacramentorum hymnos vel ab aliis, vel a se compositos celebrasse.* Hæc ipse. Sed de his, quæ ad res gestas, sancitasque in hac Synodo spectant, agamus.

(a) *Walfrid. Strabo de rebus Eccl. c. 25.*

Quæstio de processione Spiritus Sancti. Duo erant, quæ in Catholicæ Fidei sacramentis, hoc tempore Catholicam pulsabant Ecclesiam, in Oriente alterum, alterum vero in Occidente: in Oriente inquam quæstio de processione Spiritus Sancti magnopere exagitari cœpit, indeque dilapsa in Italiam Gallis cum Hispanis contra nitentibus, ut superius est demonstratum. In Occidente vero in Hispaniis ab Episcopo Toletano Elipando, & Felice Episcopo Urgelitano Nestorianismus restitui cœpit, dum assererent, Filium Dei Dominum nostrum Jesum Chri-

PAGIUS

ierat *Angelramnus* anno DCCLXVIII. die XXIX. mensis Septemb. ut elicitur ex ejus Sedis duratione accurate in eo Catalogo annotata. Ei in dignitatem Archicapellani successit *Hildeboldus* Episcopus Coloniensis. In Concilio enim Francofordiensi anno DCCXCIV. habito canone LV. legitur: *Dixit etiam Dominus Rex in eadem Synodo se a Sede Apostolica, idest, ab Hadriano Pontifice licentiam habuisse, ut Angilramnum Archiepiscopum in suo Palatio haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eamdem Synodum, ut eo modo sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum Episcopum habere deberet; quia & de eodem, sicut & de Angilramno Apostolicam licentiam habeat. Omnis Synodus consensit, & placuit eis eum in Palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas.* Ex morte Angelramni, quam hoc anno contigisse constat præcedentium & subsequentium Episcoporum Metensium Chronotaxis digerenda, & varii errores in eorundem Episcoporum initio & fine consignandis hactenus admissi, emendandi. Obiter observabis tempore Concilii Francofordiensis *Coloniam* nondum Metropolim fuisse; cum Hildeboldus in eo Episcopus appelletur.

VI. Epocha Conc. Forojuliensis. A num. III. ad VII. Concilium Forojuliense, a Sancto Paulino Forojuliensi Patriarcha celebratum Baronius & post eum Conciliorum Collectores huic anno affixere, quod in ejus Actis legatur: *Anno felicissimo Principatus eorum* (nempe Caroli M. ac Pippini Italiæ Regis) *tertio & vicesimo, & XV. Canonicis siquidem evocatum Syllabis fraternum quorumdam Episcoporum contubernium Foro-Julium municipium Metropolim Aquilegiensem veneranter coacervatum convenit.* Annum enim illum vicesimum tertium Caroli ab anno DCCLXVIII. quo in Francia regnare cœpit, deduxere, parum curantes de anno decimo quinto Pippini Regis, qui in præsentem convenire non potest; cum tamen ejus præcipue ratio habenda sit, cum de Concilio in Italia congregato agatur. Præterea Itali Acta publica annis Caroli in Italia, non vero in Francia regnantis notabant, ut varia Monumenta demonstrant, & satis de se patet. Quare cum *Carolus* anno septingentesimo septuage-

Christum secundum humanitatem dicendum esse filium adoptivum, ac proinde duos Dei filios in Christo, naturalem, & adoptivum esse. Ad utrumque errorem convincendum, & corrigendum Paulinus visus est hujusmodi Synodum potissimum convocasse, utque etiam de his, quæ ad disciplinam Ecclesiasticam bene restituendam, & instituendam pertinent, canones ordinaret.

V. Quod ad primum spectat, hæreticos eum nominet, negantes Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere: diversum plane est ab eo, quod aliqui simpliciter dixere ex sancti Evangelii præscripto, Spiritum sanctum a Patre procedere non negando tamen etiam ex Filio procedere. Hos quidem non esse censendos hæreticos, Hadrianus Papa excusat in responsionibus ad Carolum Magnum datis adversus Synodi secundæ Nicænæ detractores, ubi Tarasium excusat, qui Spiritum sanctum dixerat ex Patre procedere per Filium, cum ait (a): *Hoc dogma Tarasius non per se explanavit, sed per doctrinam sanctorum Patrum confessus est, quorum capitula pro vestro nimio amore, quem erga vestram *perfectissimam a Deo protectam regalem excellentiam gerimus, breviter exoramus. Athanasius, &c.* Recitat nonnullorum Græcorum, & Latinorum Patrum sententias Tarasii assertioni consentientes, quod scilicet Spiritus sanctus a Patre procedit per Filium. De quibus videas, quæ disputat diffusius S. Thomas (b). Non ergo consensit Hadrianus illis damnantibus Græcos, ob id, quod dicerent Spiritum sanctum a Patre procedentem, non tamen negarent a Filio æque ipsum procedere. At quod addita Symbolo illa verba fuerint, FILIOQUE hanc affert Paulinus rationem: *Hæc enim* (inquit) *& cætera, quæ sequuntur in Nicæno Symboli sacro dogmate non habentur. Sed & postmodum propter eos videlicet hæreticos, qui susurrant, Spiritum sanctum solum esse Patris, & a solo procedere Patre, additum est: Qui a Patre, Filioque procedit.*

(a) Hadr. ep. ad Carol. c. 1.

* præcellentissimam

(b) S Tho. p. 1. q. 36. art. 3.

VI. Quomodo autem nonnisi ex divinarum scripturarum auctoritate id factum sit, pluribus idem Paulinus docet, licet quando sit, non dicat: Tu vero ejus rei originem, superius in Annalibus tempore Leonis Magni fusius declaratam, si libet, cognoscere poteris, cum ostensum est in Hispaniis, id primum factum, atque postmodum in Galliis: cum etsi doctrinam eamdem Ecclesia Romana receperit, in Symbolum tamen numquam admisit, nisi sub Nicolao Papa, at suo loco inferius pluribus dicturi sumus. Est de his Pithœi compendiosa tractatio ad Jacobum Sirmondum Societatis Jesu professorem.

Rom. Eccl. recepit in Symbolum verbo illa Filioque.

Disputans insuper idem Paulinus in hac Synodo pluribus de sanctissima Trinitate, hæreses adversus eam obortas, prædamnatas confutat, atque demum de Verbi Incarnatione tractans, redarguit eos, qui Filium Dei factum hominem nominant adoptivum, eodemque Fidei Catholicæ Symbolo eosdem condemnat errores. Quomodo autem eadem hæresis de adoptione Christi sequenti anno damnata est in Concilio Ratisponensi coram Carolo Magno Imperatore, suo loco dicturi sumus. Demum vero in hac eadem Synodo, post tractationem dogmaticarum disputationum absolutam, sanciti sunt quatuordecim canones, ad disciplinam Ecclesiasticam spectantes, in quibus quam accuratus fuerit Ecclesiasticæ disciplinæ restitutor, & custos, vel ex eo quisque poterit intelligere, dum nec cum permissis a Nicæno Concilio mulieribus matre, & sorore, permiserit suos clericos cohabitare.

Commendatur magnopere ejusdem Paulini sanctitas & doctrina, ad oppugnandas emergentes hæreses ab Albino Flacco ejus intimo familiari, qui his diebus has

ad

PAGIUS

gesimo quarto in Italia seu in Longobardia regnare cœperit, *Concilium Forojuliense* anno septingentesimo nonagesimo sexto, quo annus ejus XXIII. initium sumsit, & Pippinus annum XV. Regni sui absolvit, habitum fuit, idque ante diem decimum quintum mensis Aprilis, qui anno DCCLXXXI. Romæ ab Hadriano Papa baptizatus, & Italiæ Rex appellatus. Sed cum Carolus annos Regni Italici aliquando a suis victoriis ante diem XV. mensis Aprilis anni DCCLXXIV. in Longobardia reportatis; aliquando vero a capta post diem XXVI. mensis Maii ejusdem anni Papia Regni Longobardici Regia repetat, ut eo anno numer. VIII. & seqq. ostendimus, annus ille XXIII. Regni Italici a priori Epocha proficiscitur, ut annus XV. Pippini Regis manifeste indicat. Coiatius anno DCCXCV. num. VIII. dicit annum Caroli Regis XXIII. cum anno Pippini XV. componi non posse, & qui XXIII. Caroli Regis annum servandum censuere, emendare debuisse Pippini Regis annum XV. concluditque hunc Pippini Regis annum retinendum, & expungendum Caroli Regis annum XXIII. ac reponendum annum XXVII. qui anno Christi DCCXCV. cum anno Pippini Regis XV. convenit. Verum locus ille purus est, sed annus XXIII. Caroli a priori ejus Regni Italici Epocha deducendus, qua de re imposterum dubium esse non potest.

VII. Quoad locum Concilii, illud non congregatum apud Forum Livii, vulgo *Forli*, cum Civitas illa sita sit in Romandiola ab Antiquis *Forum Livii* nuncupata, viginti milliaribus a Bononia distans, sed in Civitate nunc appellata *Cividal d' Austria*, sive del *Friuli*, antiquitus dicta *Forum Julii*, in qua tunc Patriarcharum Aquileiensium Sedes erat, quos propterea Alcuinus, & alii Patriarchas Forojulienses etiam denominavere, uti me docuit U. Cl. Phi-

Locus in quo celebratum fuit.

lip-

Paulini sanctitas & doctrina commendata ob Albino Flacco. (a) Albin. ep. 60. t. 1. Antiq. lect.

ad eum litteras dedit, quibus hortatur neviter agere adversus hæreticos pro dogmatibus Ecclesiasticis, pro quibus libellum, quem scripserat, ad eumdem Albinum miserat, ad quem ita rescripsit (a):

Domino & in Domino dominorum dilectissimo, & pio patri Paulino Patriarchæ salutem.

Videor aliquod me refrigerium habere animi mei, ut flamma charitatis in corde abscondita aliquam fortasse scintillam elicere valeat, ne totum torpescat, quod intus ignescit, dum opportunum mihi tempus aliquid tuæ scribere charitati occurrit. Quid? Cum beatitudinis vestræ litteras omni favo dulciores intueri mereor: nonne videor mihi inter varios paradisi flores totus conversari, & avida desiderii mei dextera spiritales exinde carpere fructus? Quantomagis cum sacratissimæ fidei vestræ libellum recensui, Catholicæ pacis puritate ornatum, eloquentiæ venustate jucundissimum, sensuum veritate firmissimum. Totius animi mei habenas in lætitiam laxavi, ubi de uno lucidissimo, & saluberrimo paradisi fonte quatuor virtutum flumina non solum Ausoniæ fertilitatis prata, sed totius Ecclesiasticæ latitudinis rura irrigare conspexi: ubi & aurivomos spiritualium sensuum gurgites gemmis scholasticæ urbanitatis abundare intellexi. Quamplurimis vero profuturum, & pernecessarium fecisti opus in Catholicæ fidei taxatione, quod diu optavi, & sæpius domno Regi suasi, ut symbolum Catholicæ fidei planissimis sensibus, & sermonibus luculentissimis in unam congereretur chartulam, & per singulas Episcopalium regiminum parochias omnibus daretur presbyteris legendum, memoriaeque commendandum, quatenus licet lingua diversa loqueretur, una tamen Fides ubique resonaret. Ecce quod mea optavit humilitas, vestra implevit sublimitas. Habet apud salutis nostræ auctore perpetuam scilicet, & hujus bonæ voluntatis mercedem, & hujus perfecti operis apud homines laudem,

Semper ferventissima charitas vestra castra perpetui Regis undique invictissimi Fidei clypeis muniat, ne antiqui hostis versutia aliqua ex parte aditum suæ nequitiæ invenire valeat. Et si ille mille habet artes nocendi, multo magis nobis necesse est mille habere artes defendendi, credentes in eum, qui ait (b): Confidite, ego vici mundum, cujus pietas nobis prævidebat agonis tempus transitorium, & remunerationis esse perpetuum. Ille prior calcavit caput leonis, & draconis, nobisque dedit potestatem calcandi super (c) serpentes, & scorpiones, & omnes hæreticas pravitates, quæ sunt portæ inferi, superandi. Tu vero vir Dei apostolice, hac armatus potestate, viriliter pugna, fortiter vince, ut feliciter regnes cum Christo.

(b) Joan. 16.

(c) Luc. 10.

Heu, proh dolor, multi solent desuper contextam Christi tunicam hæreticis scindere unguibus, & in pace Ecclesiæ facere, quod milites in passione Christi non ausi sunt facere. Quapropter, veneranda pater, & doctissime athleta, & dulcissime doctor, simus semper in castris Christi commanipulares, & in una acie sub vexillo S. Crucis concordi consilio, & virtute præliantes, ut suos adversarios per nos vincat, qui vinci non potest. Nunc iterum antiquus serpens de dumis Hispanicis ruris, & de speluncis venenatæ perfidiæ contritum, non Herculea, sed Evangelica clava caput relevare conatur, & prioribus nequitiæ poculis nova maledictionis toxica immiscere. Sed & frigidissimæ Aquila ventus alio de latere solidæ Ecclesiæ impellens parietem sacri baptismatis, Catholicæ consuetudinis regulam immutare nitens, & sub invocatione sanctæ Trinitatis unam asserentes mersionem fieri debere, triduanamque nostri Salvatoris sepulturam in Baptismo omittere negligentes, cum Apostolus diceret: Consepulti enim estis cum Christo in Baptismo. Alii vero trinam volentes facere mersionem, & in unaquaque mersio-

PAGIUS lippus a Turre olim Canonicus Forojuliensis, nunc Em. Cardinalis Imperialis Auditor. Civitas hæc pristinum tandem splendorem, nomenque amisit, & *Utinum* Oppidum non longe inde dissitum Metropolico illius Privilegio auctum est, tuncque Civitas Forojulii ea dignitate spoliata *Civitas Austriæ* appellari cœpit. Ea autem Dominio Veneto subest. Legenda quæ anno DCCXXIX. jam diximus.

VIII. *Ob bellum Hunnicum in annum DCCXCVI. dilatum.*

Paulinus in Oratione ad Comprovinciales Episcopos rationem affert, cur Concilii celebrationem tamdiu distulerit, indeque annum, quo illud habitum magis declarat: *propter improbos, qui solent irrumpere, mundanos tumultus, propterque imminentia paliorum bella, quæ circumquaque per gyrum finium nostrorum frementi ferocitate ingruere non cessabant, &c. Nunc autem Divina opitulante Clementia, attritis utique ferocium Barbarorum superbiæ typho erectis servicibus, auxilio per omnia adminiculante de cœlo, reddita jam quietissima pace terris, &c. Necessarium duximus summopere festinantes dilectissimam fraternitatem vestram in uno Collegio aggregari*, ubi Paulinus respicit ad bellum Avaricum seu Hunnicum hoc anno inchoatum, & ut videbatur anno DCCXCV. ad finem perductum, ut ex dictis in utroque anno evidenter elicitur. Hunni enim seu Avares jam per quinquennium Forojuliensibus insultarant, & contra eos Henricus Dux Forojuliensis Atrox bellum gesserat. Quare hoc anno bello non finis impositus, sed initium datum, ideoque Concilium Forojuliense dici non potest eo indictum fuisse. *Hunnos* hoc ipso anno in Italiam irrupisse infra videbimus. Actum in eo adversus eos, qui variis erroribus implicati de mysterio Trinitatis, præsertimque de processione Spiritus Sancti non recte sentiebant, ac præterea adver-

fus

stione invocationem sanctæ Trinitatis, ac per hoc totas tres personas nominare studeates, dum ipsa veritas præciperet (a): *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: quid opus est tertio replicare, quod semel dictum sufficit?*

(a) Matt. 28.

Est quoque in quibusdam clancula dubitatio: An animæ sanctorum Apostolorum, & Martyrum, aliorumque perfectorum ante diem Judicii in cæleste recipiantur regnum. His, & hujusmodi spiculis de pharetris (ut æstimo) exemptis perfidiæ, unitatem sanctæ, & Catholicæ Ecclesiæ, & veritatem universalis Fidei aliqui vulnerare nitentes, etiam & spurcissimis errorum fæcibus limpidissima Ecclesiastica Fidei pocula inficiunt, & nuptiale vinum, quod Christus ex aqua Virgini matri, Ecclesiæ scilicet sanctæ salubriter potanda convertit, iterum in aquas stultitiæ converti conantur. Sed tuum est, o pastor electe gregis, & custos portarum civitatis Dei, qui clavem scientiæ potentia dextera tenes, & ut lapides mundissimos læva recondis, blasphemantes exercitum Dei viventis Philisthæos in superbissimo (b) *Goliath uno veritatis ictu totos conterere: nostrum est elevare cum Moyse manus in cælum, humilitatis precibus te adjuvare, & spectare cum David in munitissima civitate.... donec Speculator ex alto culminis fastigio clamitans, nobis tuam annuntiet victoriam. Ad te omnium aspiciant oculi, aliquid de tuo affluentissimo eloquio cæleste desiderantes audire, & ferventissimo sapientiæ sole frigidissimos grandinum lapides, qui culmina sapientissimi Salomonis ferire non metuunt, per te citius resolvi expectantes. Tu vero lucerna ardens, & lucens; nos in tua luce exultare gaudemus; ut te lucente, & ducente, ad lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: ejusdem æternæ lucis gratia adjuvante, pervenire mereamur.* Hactenus Albinus ad Paulinum. ☞

(b) Reg. 17.

VII. S. Burchardi Episcopi obitus.

Hoc eodem Redemptoris anno migravit ex hac vita ille Apostolicus sanctitate illustris Burchardus Episcopus Herbipolensis, cum sedisset annos quadraginta, cujus res gestas prosequutus est (c) Egilardus ejus monasterii monachus. Sed alia plura de eo a latebris vindicata accepimus, quæ si fuerimus consecuti, in appendice collocabimus. Haud diu autem ante obitum sanctissimus vir consulens novæ plantationi, imitatus exemplum magistri sui Bonifacii, sicut ille auctoritate Apostolicæ Sedis delegerat sibi successorem, ita ipsa auctoritate Lulli Moguntini Episcopi Apostolicæ Sedis, instar S. Bonifacii prædecessoris fungentis legatione, & assentiente Carolo Magno, Megingandum voluit sibi in ejus Episcopatus sedem substitui: quod & feliciter consequutus est. Porro relatus sanctus inter Sanctos, ab Ecclesia Catholica, anniversaria commemoratione cœptus est celebrari. Ecclesia vero Herbipolensis, Apostolicorum plantata laboribus, hactenus Apostolico fulgore corruscat, Catholica ibi doctrina in tanto Germaniæ naufragio conservata.

(c) Extant apud Sur. die 14. Octob. t. 5.

Lullus superstes sancto Burchardo.

Quod igitur in obitu sancti Burchardi fit mentio Lulli Episcopi Moguntini, supervixisse eum non solum Burchardo, & successori ejus, eadem citata Acta testantur, ex quibus redarguas eos qui eum longe ante hæc tempora decessisse ex hac vita, tradiderunt.

Tyberis inundatio insignis.

In fine autem anni hujus, nempe mense Decembri, Indictione decimaquinta, mirum in modum exundans Tyberis, Romanæ Urbis planitiem alluvione replavit: hæc enim apud Anastasium Bibliothecarium verbis istis enarratur: *In vige-*

PAGIUS

sus eos, *qui in duos videntur filios unum Christum Dei Filium dividere, dum illum naturalem & adoptivum affirmare moliuntur*, inquit Paulinus in sua oratione; quibus verbis ostendit Concilium istud adversus Felicem Urgellitanum congregatum non fuisse, ut putavit Cointius loco citato, sed generatim adversus Ebionitas, Nestorianos, aliosque hæreticos in Sacrum Incarnationis mysterium peccantes. Sanciti præterea in eo Canones quatuordecim, qui omnes ad Ecclesiasticam disciplinam spectant, & legi possunt apud Natalem Alexandrum sæculo Ecclesiæ octavo. [1]

IX. Obitus SS. Burchardi & Lulli.

Ad num. VII. Egilwardus Monachus Wirziburgensis, qui sæculo XI. vixisse videtur, Vitam Sancti Burchardi Episcopi Wirziburgensis primi Auctore Anonymo scriptam tribus libris interpolavit, eique novas mendas adjecit, & quod Anonymus jam peccaverat, Burchardum Romæ a Zacharia Pontifice ordinatum, Egilwardus factum affirmat anno DCCLI. ejusque obitum ad præsentem prorogat. Hunc secu-

NOTÆ [1] Cointii conjectura quoad causam habiti Concilii Forojuliensis tenenda est; cum enim ait Paulinus Concilium indixisse se in eos, *qui in duos videntur filios unum Christum Dei filium dividere*, demonstrat utique rem habere se cum Felicianis. Licet enim Felix ejusque asseclæ duas in Christo personas non agnoscebant; id tamen ex Felicis hæresi de adoptione Christi deducendum necessaria consecutione putabatur. Audi Benedictum Anianensem in disputatione adversus Felicianos, vulgata a Baluzio Miscell. tom. V. pag. 39. *Quis est qui solvit Jesum, nisi qui dicit proprium eum esse filium Dei ex Divinitate, adoptivum autem esse ex carne, dissolvens unam personam Jesu Christi Dei in duas filiorum personas, Dei hominis cum Nestorio?* MANSI.

Digitized by Google

gesimo hujus prædictè eximiè Pontificis anno, mense Decembris, decimaquinta Indictione fluvius Tyberis e suo egressus alveo, intumescens, sese per campestria dedit. Qui etiam præ nimia inundatione portam, quæ dicitur Fluminia, ingressus, ipsam e fundamentis evellens portam, usque ad arcum, qui vocatur, Tres Faciolas, eam deduxit, & muros in aliquibus transcendit locis, atque ultra basilicam sancti Marci redundans, per porticum; quæ vocatur Palatina, se extendens, usque ad pontem Antonini, ipsum evertens egressus, in suum se iterum remisit alveum, ita ut in Via lata amplius, quam duas staturas ejusdem fluminis aqua excreverit, atque a ponte beati Petri usque ad pontem Milvium aquæ se extenderint: Juxta remissam vim ipsius fluminis perdidit domos, & evertit, atque agros desertavit, evellens, & eradicans arbusta, & segetes: & propter hoc nimi-nobus tribulatio magna.

Hadriani Papæ tempore diluvium urbis.

Quo audito, ipse præcipuus Præsul, per hoc triduum, quo ipsum flumen, quasi per alveum per civitatem currebat, se nimis in lamentationes dedit, & humi in oratione prostratus persistens, misertus Dominus ejus orationis, post triduum cessavit. Sed per plures dies aqua Romam detinuit. Inter eaque ipse præcipuus Antistes divina permotus inspiratione, per sandala, scaphas scilicet, morantes in Via lata cibis alebat, ut non fame necarentur, eo quod ostium domicilii exire nequibant præ nimia inundatione aquarum. Postmodum vero arefacta aqua omnes ipsas regiones Viæ latæ in domino consolatus est. Hæc ibi de Tyberis inundatione, & Hadriani Papæ erga gregem suum pastorali cura propensiore.

IX. Hoc ipso anno Alfonsus cognomento Castus a Veremundo Rege Gallæciæ, de quo dictum est anno superiori, restituitur in Regnum, in collegam assumptus ab ipso: quod ex veteribus monumentis Morales prodidit, cum ex privilegio antiquissimi monasterii S. Vincentii Montis fortis ista refert.

Æra octingentesima vigesima nona unctus est in Regno magnus Adefonsus decimo octavo Kalendas Octobris. Æra qua supra. Hæc de unctione. Cæterum eodem anno, duodecimo Kalendas Augusti, ipsum revocatum in Regnum fuisse, auctor est Isidorus Pacensis, hujus sæculi non ignobilis scriptor. Fuit hic Froilæ Regis filius, ob ætatem infirmam prohibitus, ne regnaret: ubi vero provectioris est factus ætatis, tum bellicæ virtutis, tum bene institutæ vitæ egregium specimen edidit, adeo ut cum Berta propria coninge, sorore Caroli Magni continenter vixisse, dicatur. De his autem quæ ad religionis cultum spectant, ista prodimus ex Tudensi, qui ait: *Multis virtutibus emicuit, solium suum forti, & pulchro opere Oveti firmavit Salvatoris nostri ibidem firmavit templum, aulam sanctæ Mariæ juxta ipsum templum: ædificavit quoque basilicam sancti Thyrsi Martyris, pulchro ædificio fieri fecit, omnesque has Domini domos cum arcubus lapideis, atque columnis marmoreis auro argentoque ornavit, palatium regale Oveti fecit, & picturis variis decoravit, omnem Gothorum ordinem, sicut in Toleto fuerat, tum in Ecclesia, quam in palatio ordinavit.*

Cum esset homo castus, & Catholicus, Arcam, quam Pelagius Rex a Toleto detulerat in Asturias, diversorum Sanctorum reliquiis plenum, Ovetum detulit. Ædificavit etiam altare meridianum in ultima parte S. Salvatoris, unde ascensus fit per gradus ad altare sancti Michaelis Archangeli, ubi transtulit sanctissimam Arcam cum multis aliis Sanctorum reliquiis propter loci tuitionem, & securitatem. Hoc factum vides ad firmitatem & securitatem Regni sui & salutem totius populi Christiani. Concurre- X.

PAGIUS cutus Baronius ejus mortem, sicuti & *Lulli* Archiepiscopi Moguntinensis, hoc anno recitat. Verum *Sanctum Burchardum* anno DCCLIV. *Lullum* vero anno DCCLXXXVI. vivendi finem fecisse, annis illis monstravimus.

X. *Alphonsus Castus in Asturiis regnat.*

Ad num. IX. & seqq. Baronius initium *Alphonsi* II. cognomento *Casti* Asturiarum Regis a Veremundo Rege in collegam assumti accurate cum Era DCCCXXIX. & XVIII. Kalendas Octob. illigavit; eo enim die, in quem Festum Exaltationis Sanctæ Crucis incidit, eum unctum esse, ex antiquo Privilegio deducit. Verum quod addit, eum *XII Kalend. Augusti* in Regnum revocatum, Auctorem esse *Isidorum Pacensem* hujus sæculi non ignobilem Scriptorem, subsistere non potest. Isidorus enim Pacensis in Hispania Episcopus Chronologiam suam orditur ab anno Christi DCXI. sed ultra annum DCCLIV. eam non producit, ideoque quod ab alio Historico scriptum, deceptus a Mariana lib. 2. de Reb. Hisp. cap. 7. Isidoro Pacensi attribuit. Inclinatæ Hispaniæ res unius Alphonsi virtute stetere, fuitque, inquit Mariana, perpetua rerum gestarum felicitate, bellicis artibus, clementiæ, religionis & liberalitatis laude suis charus, externis formidabilis.

XI. *Ethelardus fit Archiep. Cantuariensis.*

Simeon Dunelmensis in Historia de Gest. Reg. Angl. Lamberti Dorovernensis seu Cantuariensis Archiepiscopi mortem hoc anno consignat, eique *Ethelredum* a quibusdam *Ethelardum*, & ab aliis *Aedilbardum* appellatum successisse scribit. Ethelardum valde laudat Malmesburiensis lib. I. de Pont. pag. 199. *Ethelardus*, inquit, *Vir post primos Doctores, Summis Pontificibus comparandus, & pene dixerim præferendus usque haud scio si dicto delinquo; cum profecto excellentius videatur restaurasse dignitatem amissam, quam conservare partam; quamvis & illud nonnulla laudis habeatur.* Offa enim Merciorum Rex, quod illi cum Cantuariensibus graves inimi-

runt ad pia Sanctorum suffragia ex multis partibus fideles, vota cum devotione ferentes, & auctoritate Apostolica tertia partis sua pœnitentiæ indulgentiam consequentes. Ea quidem Arca, gentili errore comitante, tempore Mahometi pseudoprophetæ ab Hierosolymis navigio Hispalim est delata: deinde per annos septuaginta novem Toleti permansit: rursum cum a Mauris Toletum opprimeretur, Arcam Dei Pelagius rapuit, & per abdita loca ad Asturias duxit, quam Rex Alfonsus (ut dictum est) in Ecclesia Ovetensi honorifica cum multis Sanctorum reliquiis collocavit. Julianus quoque quondam Archiepiscopus Toletanus, qui a nefario Vortiza Rege ab Archiepiscopatu fuit expulsus, cum prædicta Arca venit, & Oveti quiescit.

XI. *Decoratur etiam dicta Ovetensis Ecclesia Angelici miraculi novitate. Dum enim quadam die Rex Alfonsus haberet casu coram se pondus auri splendidissimi, & quosdam lapides pretiosos, cogitare cœpit intra se, quomodo ad opus divini altaris inde Crux fieri posset, ita sancta devotione Regis existente. Cum post auditam Missam a templo nostri Salvatoris regale palatium peteret, obviam habuit duos Angelos in figuram peregrinorum, qui se aurifices esse dixerunt. Rex autem Alfonsus illico tradidit eis aurum, & lapides, & jussit illis dari domum, in qua possent sine impedimento hominum operari. Sed Rex dum pranderet, ad se reversus, quibus personis dederit aurum inquirit, & statim unum post alium Legatum misit, uti viderent, quid ignoti aurifices agerent. Jam ministri domui fabricæ accedebant, cum subito tanta lux intra domum resplenduit, ut non possent eam oculi humani aspicere præ nimia claritate. Et cum nuntiatum Regi fuisset, cito accurrit ad domum, & Crucem solam sine aurificibus reperit, atque totam domum sicut sola irradiatam. Rex autem accipiens benedictam Crucem, convocato omni clero, cum laudibus, & hymnis Deo gratias agens, camdem super altare S. Salvatoris reverenter posuit.* Hæc ex scripto codice Tudensis nomine: quæ etiam ab aliis, qui nobili stylo prosecuti sunt res Hispanorum, narrantur (*a*).

(a) Descr. Mor. l. 13. c. 38.

Cæterum Crucem ipsam factam esse, antequam restitueretur in Regnum, quæ in ea legitur inscriptio, docet. Est enim ipsa sancta Crux quaqua versum inscriptionibus consignata in hunc modum. In cornu superiori habet ista:

SVSCEPTUM PLACIDE MANEBIT HOC IN HONORE DEI
OFFERT ADELFONSVS HVMILIS SERVVS CHRISTI

In cornu vero sinistro ac dextro hæc, quæ sequuntur:

QVISQVIS AVFERRE PRAESVMSERIT MIHI
FVLMINE DIVINO INTEREAT IPSE
NI LIBENS VOLVNTAS DEDERIT MEA
HOC OPVS PERFECTVM EST ÆRA DCCCXXVI.

In stipite autem deorsum in hunc modum:

HOC SIGNO VINCITVR INIMICVS.

HOC SIGNO TVETVR PIVS.

An-

PAGIUS micitiæ intercederent, Lambertum Primatu spoliarat, & ab Hadriano Papa Lichfeldensem Episcopum Pallio donari impetrarat, sed Ethelardus a Leone III. Hadriani Successore res in pristinum statum restituendas curavit. Alcuinus cum ad Dorovernensem Ecclesiam evectum fuisse accepit, scripsit ad eum Epistolam, quæ in ejus Operibus ordine est XXVIII. in qua varia salutis officiique monita ei præscribit, & inter alia ait: *Patres nostri Deo dispensante, licet Pagani, hanc patriam, bellica virtute primum Pagani possederunt. Quam grande igitur opprobrium est, ut nos Christiani perdamus, quod illi Pagani acquisierunt. Hoc dico propter flagellum, quod nuper accidit partibus Insulæ nostræ, quæ prope trecentis quinquaginta annis* (ab anno nempe CCCCXLIX. quo Angli & Saxones in Britanniam advenerant) *a parentibus inhabitata est nostris. Legitur in libro Gildæ Britonum sapientissimi; quod iidem ipsi Britones propter rapinam & avaritiam Principum, propter iniquitatem & injustitiam Judicum, propter desidiam & pigritiam prædicationis Episcoporum, propter luxuriam & malos mores populi, patriam perdiderunt. Caveamus hæc eadem nostris temporibus vitia inolescere; quatenus benedictio Divina nobis patriam conservet in prosperitate bona, quam nobis in sua misericordia perdonare dignata est.*

JESU CHRISTI ANNUS 792.	HADRIANI PAP. ANNUS 21.	CONSTANT. SOLIUS IMP. ANNUS 3.

I. Synodus Ratisp.

ANNUS sequens oumeratus septingentesimus nonagesimus secundus, decimaquinta Indictione notatur, quo celebratum est Concilium Reganesburgi, sive Ratisponæ, ubi damnatus est Felix Urgelitanus Episcopus, quem sic damnatum Angelbertus Abbas Romam perduxit ad Hadrianum Pontificem, ubi confessione rectæ fidei facta, hæresim damnavit. Hæc Annales Francorum, & apud Reginonem, & alios. In iis autem, qui sub Ludovico Caroli filio scripti sunt, ista paulo latius explicantur verbis his: *Urgelis est civitas in Pyrenæi montis juga sita, cujus Episcopus nomine Felix, natione Hispanus ab Elipando Toleti Episcopo per literas consultus, quid de humanitate Salvatoris Dei, & Domini nostri Jesu Christi sentire deberet, utrum secundum, id, quod homo est, proprius, an adoptivus filius credendus esset, ac dicendus: valde incaute, atque inconsiderate, & contra antiquam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam adoptivum non solum pronuntiavit, sed etiam scriptis ad memoratum Episcopum libris, pertinacissime pravitatem opinionis suæ defendere curavit. Hujus rei causa ductus ad palatium Regis*, Caroli scilicet, *qui tunc apud Reginum Bajoariæ civitatem, in qua & hiemaverat, residebat. Ubi congregato Episcoporum Concilio auditus est, & errasse convictus, ad præsentiam Hadriani Pontificis Romam missus: ubi etiam coram ipso in basilica sancti Petri Apostoli hæresim confessus est, atque abdicavit: quo facto, ad civitatem suam reversus est*. Hæc ibi.

Felix Romæ detestatur hæresim.

II. Sed expressius, atque fidelius hæc habentur apud Jonam Aurelianensem Episcopum, qui sub eodem filio Caroli Magni Ludovico & ejus filio Carolo Calvo claruit, atque scripsit adversus Claudium Episcopum Taurinensem, ubi ipsius primi libri exordio de felice dicturus, sic incipit: *Disertissimos viros, & eloquentissimos, atque Catholicæ & Apostolicæ fidei invictissimos defensores Hispaniam protulisse, manifestum est, quorum imitanda exempla, & documenta sequenda quæ in promptu habentur, & Ecclesia amplectuntur, ab eis, Christo favente, non ab jure sancta salubriter instruitur, & fovetur Ecclesia. Sed quoniam sæpissime & hæresiarchas simplicitatem Catholicæ Fidei perversis dogmatibus commaculare conantes, & maleficariis superstitionibus auctoritati sanctæ Dei Ecclesiæ contraeuntes creavit, & hactenus creare non cessat, cunctis valde fidelibus dolendum est. Ut igitur cæteros omittam: emersit ex eadem Hispania tempore sanctæ memoriæ Caroli piissimi atque invictissimi Augusti quidam Felix nomine, actu infelix, Urgelitanensis civitatis Episcopus, qui juncto suo scelerato errori* * *Eliphando Toletanæ urbis Episcopo, secundum humanitatem non esse proprium Filium Dei, sed adoptivum prædicare ausus est. Et hac virulenta doctrina uterque Hispaniam magna ex parte infecit.* * Eliprando

III. Felix & Elipandus pseudo-apostoli.

Deinde Apostolorum Christi actus imitari videri volentes, cum ipsi non Apostoli Christi, sed præcones essent hostis antiqui, unusquisque separatim diversas provincias eadem insana sua doctrina imbuendas appetivere, Elipandus scilicet Asturias, & Gallæciam, cujus discipulos apud Astures me aliquando vidisse memini, quos & Catholicorum virorum regionis illius, qui eorum vesanæ doctrinæ secundum sanam doctrinam rationabiliter renitebantur, relatu, perspicacitatisque meæ proba-

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hispan. DCCCXXX. Anno Hegiræ CLXXVI. inchoato die 28. Apr. fer. 7. A. C. 792. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6285.

☉ 17. A G. ☽ 24. P. 15. April. Indict. 15.

JESU CHRISTI 790.

HADRIANI PAPÆ 21.

CONSTANTINI IMP. 17. & 13.

SOLIUS 3.

AD Num. I. ad IV. *Felicem* Episcopum Urgelitanum bis hoc anno damnatum esse, testatur Annalista Loiselianus, Puldensis, Bertinianus, ac Metensis cum Monacho Egolismensi, & incerto Auctore, qui Vitam Caroli conscripsit. Primo damnatus est in Concilio Reginoburgi seu Ratisponæ hoc anno habito, iterumque Romæ, quo ab Angilberto ductus est ad Hadrianum Papam, coram quo hæresim suam ejuravit. Audiendus Eginhardus in Annalibus, cujus verba recitat Baronius, quæ explicatione indigent: *Orgellis est Civitas in Pyrenæi montis jugo sita, cujus Episcopus nomine Felix, natione Hispanus, ab Elipando Toleti Episcopo per literas consultus, qui de humanitate Salvatoris Dei & Domini nostri Jesu Christi sentire deberet, utrum secundum id quod homo est proprius an adoptivus Dei filius credendus esset ac dicendus, valde incaute atque inconsiderate, & contra antiquam Catholicæ Ecclesiæ doctrinam, adoptivum non solum pronunciavit, sed etiam scriptis ad memoratum Episcopum libris pertinacissime pravitatem opinionis suæ defendere curavit. Hujus rei causa ductus ad Palatium Regis, qui tunc apud Reginum Bajoariæ Civitatem, in qua & hyemaverat, residebat. Ubi congregato Episcoporum Concilio auditus est, & errasse convictus, ad præsentiam Hadriani Pontificis Romam missus, ubi etiam coram ipso in Basilica Beati Petri Apostoli, hæresim confessus est atque abdicavit*

Felix Ep. Urgella bis hoc anno damnatus fuit.

tis secundum eorum actum, & habitum, certissimos Antichristos esse liquido deprehendi; manifestum cernens in illis illud beati Ambrosii compleri: Habitus mentis in corporis statu cernitur. Et illud cujusdam: Frons hominis propria mentis depromit affectum. Qualis vultus erit, talia corda gerit. Quibus verissime, & apertissime cognitis, & quia jam secundum Apostolicum praeceptum ter, ut ab eadem sua erronea praedicatione desisterent, admoniti fuerant, tamen in eodem errore permanebant, ut haereticos devitavi.

Porro idem Felix cum multis apud Septimaniam eumdem haustum pestiferum propinarit; tum tamen Galliae, Germaniaeque (quantum in illo fuit) propinare voluit. Sed divina gratia adminiculante, nullum apud Galliam, Germaniamque ejus error locum invenire quivit: quoniam non solum apud Germaniam studium litterarum, & amor sanctarum scripturarum, verum etiam apud eamdem Galliam (quae sola, teste Hieronymo, monstra non habuit, sed viris semper fortibus, & eloquentissimis abundavit) ejusdem memorabilis viri solertissimo studio, & ferventissimo desiderio actum est, ut Domino opem ferente, in sibi commissa Ecclesiae filius & liberalium artium apprime disciplina, & divinorum scripturarum perfecte polleret intelligentia. Quibus milites Christi, utpote invictissimis armis muniti, ejus vesanam doctrinam propulsaverunt. Ejusdem namque Principis jussu in unum coacti, adhibita etiam sanctae Romanae Ecclesiae auctoritate, eumdem Felicem damnaverant, immo cum auctore sui erroris Nestorio, quem imitatus est, perpetuo anathemati mancipaverunt. Hactenus de his Jonas. Sed unde emerserit erroris istius occasio, dicturi sumus, cum de Concilio Francofordensi, ubi iterum Felix damnatus est, erit agendum.

Quod autem de Angilberto, sive Engelberto mentio facta est, quod perduxerit Felicem Urgelitanum haereticum ad Hadrianum Romanum Pontificem: fuit ipse gener Caroli Magni, vitae bene institutae meritis clarus, Abbas postea mona- IV.

PAGIUS II. *Elipandus haeresim Felicianam jam ante publicarat.*

vit. Quo facto ad Civitatem suam reversus est. *Urgelis* sive *Orgella* vel Orgellis Urbs quidem Hispaniae Citerioris ad Sicorim amnem, sed quia non procul a Galliarum confinio posita, Francis hoc tempore parebat, & Aquitaniae Regno Provinciaeque Narbonensi accensebatur. *Felix multis apud Septimaniam* pestiferum suum dogma propinavit, ut scribit Jonas Aurelianensis Episcopus in libro contra Claudium Taurinensem Episcopum, cujus verba refert Baronius; *Elipandus* vero Asturias, & Gallaeciam infecit, ut ibidem docet Jonas. Verum prius Elipandus emersit, quam Felix, licet hic eidem haeresim suam propinarit. Eginhardus tamen loco citato uno tenore narrat quae diversis temporibus accidere. Anno enim DCCLXXXIII. *Elipandus* Felicem quid de humanitate Christi sentiendum sit, interrogavit, tuncque Elipandus Christum esse tantum filium Dei adoptivum praedicare ausus est. Quod cum ad aures Hadriani Papae pervenisset, ad Hispaniarum Episcopos adversus eumdem scripsit, ut eo anno ostendimus.

III. *Vita Angilberti a duobus Auctoribus scripta.*

Ad num. IV. *Felicem* Reginoburgo Romam missum esse, ibi coram Hadriano suam ipsemet haeresim damnasse, ac illuc ab Angilberto ductum esse varii Annalistae scripsere, & Annalista Fuldensis *Angilbertum* tunc Abbatem vocat. Quare anno circiter DCCXC. in Monasterium Centulense secessit & Monachum induit. Cum tamen Auctores duo qui Vitam ejus in literas misere, diu post ejus mortem floruerint, pleraque vel dubia vel falsa tradiderint, veritatem e tenebris eruere & falsa a veris distinguere facile non est. Prior Vitae ejus Scriptor Hariulfus fuit in libro secundo Chronici Centulensis a Dacherio Tom. IV. Spicilegii editi. Erat autem Hariulfus Monachus Monasterii Centulensis. Alter Vitae Scriptor a Bollando ad diem XVIII. mensis Februarii, ubi eam mutilam vulgavit, idem Hariulfus creditus, a Mabillonio vero Saec. IV. Benedict. part. I. ubi eam integram publicavit, existimatur Anscherus Abbas Centulensis. Vixit Hariulfus sub finem saeculi undecimi, ut ipsemet in fine sui Chronici indicat; Anscherus vero anno MCX. ut ex Vita Angilberti colligi putat Mabillonius in Elogio Historico quod utrique Vitae praefixit. *Angilbertus* genere *nobilitate* illustris fuit & *ab ipsis infantiae rudimentis* in Palatio Caroli Regis enutritus, ut testatur Hadrianus Papa in epistola ad eumdem Carolum pro Synodo Nicaena Secunda.

IV. *De ejus cum Berta filia Caroli M. copulatione.*

Eum Caroli Magni filiam *Bertam* uxorem duxisse scribit Anscherus seu Auctor posterioris Vitae, qui ait *eam* Angilberti amore captam persuasisse patri, ut sibi cum eo nubere liceret, quod Carolus *veritus ne res in pejus procederet*, concessit. Verum contra hoc matrimonium gravia militant argumenta, quibus permotus Cointius anno DCCXCIV. num. CIX. existimat Angilbertum obscoene cum Berta vixisse, Rege vel inscio, vel filiae suae probrum dissimulante. Bollandus vero citatus sua dubia adversus illud matrimonium in medium adducit, professus tamen se nolle traditionem Centulensium convellere, neque quid foedum de Regia Virgine ac illustri Palatino & Sacerdote suspicari. Denique Mabillonius rem hanc magnam difficultatem habere ait, & solutis Bollandi dubiis

NOTAE [1] Concilium Reginoburgense seu Ratisponense, de quo hic Pagius celebratum fuisse circa augustum mensem optime deducit P. Madrisius in cap. VI. num. 6. vitae S. Paulini Aquilejensis, ex eo, quod profert, Caroli diplomate signato *Regenesburg. in palatio publico prid. non. augusti anno XXIX. & XIX. regni Caroli*. Est autem privilegium ab ipso rege patriarchae datum quo libera patriarcharum electio Aquilejensibus conceditur. Mansi

nasterii S. Ricarii in Centulo, quod ipse egregie opere struxit. De quo ejus filius Nithardus (*a*) hæc obiter, dum agit de translatione corporis ejus: *Eadem quoque, inquit, die, Angilbertus vir memorabilis Centulo translatus, & anno post decessum ejus vigesimooctavo, corpore absque aromatibus indissoluto, repertus est. Fuit hic ortus, eo tempore, haud ignotæ familiæ. Madhelgaudus autem, Richardus & hic ex una progenie fuere, & apud Carolum merito magni habebantur. Qui ex ejusdem magni Regis filia nomine Berheta Hurnidum fratrem meum, & me Nithardum genuit. Centulo opus mirificum in honorem omnipotentis Dei, sanctique Ricarii construxit. Familiam sibi commissam mirifice rexit. Hinc vita cum omni felicitate defuncta, Centulo in pace quievit:* anno octingentesimo decimo.

(*a*) Nithar. hist. lib. 4.

PAGIUS

bis matrimonium illud tuetur. Potissimum dubium ex his Eginhardi verbis Vita Caroli M. exoritur: *Filiorum & filiarum tantam in educando curam habuit, ut nunquam domi positus sine ipsis cœnaret, nunquam iter sine illis faceret. Adequitabant ei filii, filiæ vero pone sequebantur, quarum agmen extremum ex satellitum numero ad hoc ordinati tuebantur. Quæ cum pulcherrimæ essent, & ab eo plurimum diligerentur, mirum quod nullam earum* CUIQUAM AUT SUORUM AUT EXTERORUM NUPTUM DARE VOLUIT. *Sed omnes secum usque ad obitum suum in domo sua retinuit, dicens se earum contubernio carere non posse. Ac propter hoc, licet aliàs felix, adversæ fortunæ malignitatem expertus est. Quod tamen ita dissimulavit, ac si de eis nunquam alicujus probri suspicio orta vel dispersa fuisset.* Difficultatem etiam magnam facit ætas Bertæ quam Cointius anno tantum DCCLXXIX. in lucem prodiisse arbitratur. Ex Angilberto & Berta nati duo filii *Harnidus* & *Nitardus*, ut idem Nitardus eorum filius lib. 4. Historiæ suæ prodit. Ejus verba recitat Baronius.

V. *Non videtur fuisse illicita*.

Utrumque ex vero matrimonio ortum esse vix dubitare possum; cum Berta an. DCCLXXV. nata videatur, ut ex iis quæ anno DCCLXXXIII. in morte Hildegardis ejus matris dixi, manifestum est. Illud quidem matrimonium secretum fuit, & ab utroque contractum, quod Carolus M. nollet filias suas nuptui dare. Sed cum is & respectu filiæ & respectu Angilberti, quem semper amavit, & honoribus cumulavit, rem hanc dissimularit, omnis illicitæ copulæ suspicio ab ea videtur abfuisse. „ Siquidem vix in „ animum inducere quis potest, inquit Mabil„ lonius, Carolum Virum prudentem ac sa„ pientem, ut filiæ probram dissimulare po„ tuerit, tantum honoris, & amicitiæ contu„ lisse homini, qui familiæ suæ istam labem in„ tulisset. Aliam suæ opinionis conjecturam affert Mabillonius, quæ mihi neutiquam probatur: „ Si ipsius Eginhardi uxor Imma fuit Ca„ roli filia, inquit Vir doctissimus, Carolo pro„ bante ducta uti multa certe persuadent; quis „ miretur nullam de Angilberti cum Berta „ connubio fieri mentionem ab Eginhardo, qui „ ne uxorem quidem suam inter filias Caro„ li recensuit? fabula, inquis, Chronographi „ Laureshamensis. Et tamen Lotharium, Ludo„ vici Augusti filium, *nepotem* suum non ob„ scure vocat Eginhardus, cum ait in epistola „ XXXIV. ad Lotharium: *Quapropter admo„ nendum censui neptitatem tuam, ut per pru„ dentiam vobis a Deo concessam caveatis peri„ culum vestrum.* Si Lotharius Eginhardi ne„ pos; ergo propter uxorem: quæ proinde „ Caroli filia fuerit. Et tamen, ut dixi, Egi„ nhardus uxorem suam *Immam* (sic eam ipse vo„ cat in literis suis) nusquam inter Caroli filias recenset, quid mirum si Angilberti cum „ *Berta* connubium, uti ipse suum, prætermi„ sit? Ita Mabillonius. Verum Eginhardus, qui de Caroli filiabus loquens Bertæ meminit, Immam vero prætermisit, satis ostendit *Immam* Caroli filiam non fuisse, neque id deduci potest ex Charta Lodovici Pii, nec ex Epistola Eginhardi quæ Immam neque Caroli filiam, neque e Regio sanguine ortam asserunt, nullamque hujus propinquitatis mentionem faciunt. Imme cum Ludovicus in ea Charta bis asserat se locum ibi expressum concessisse *fideli nostro Heinardo, nec non & conjugi sua Imma*, demonstrat Immam sororem ejus non fuisse. Quare Chronographus Laureshamensis hac in re deceptus est, in qua argumentum negativum positivo æquivalet. Quoad verba ista, *quapropter admonendum censui neptitatem vestram*, illa etiam rem non evincunt, cum hæ voces neptis, avunculus, similesque his temporibus magnam habuerint latitudinem, variasque patiantur explicationes. Denique idem Chronographus ait, Eginhardum fuisse Archicapellanum Notariumque Imp. Caroli; cum tamen certum sit, regnante Carolo M. in Francia Archicapellani munus alios non obiisse præter Angilramnum & Hildeboldum.

VI. *Saxones ad idololatriam redeunt.*

Auctor Chronici Moissiacensis duo hoc anno narrat, a nobis non prætermittenda: *Anno DCCXCII. Eodem anno resedit Rex in Bajuaria, & apud Reganesburg celebravit Pascha. Sed appropinquante æstivo tempore, Saxones existimantes quod Avarorum gens se vindicare voluisset, hoc quod in corde eorum diu latebat, manifestissime ostenderunt. Quasi canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic reversi sunt ad Paganismum quem primum respuerunt, relinquentes iterum Christianitatem, conjungunt se cum Paganis, qui in circuitu eorum sunt. Sed & Missos suos ad Avares transmittentes, conati sunt rebellare imprimis contra Dominum, deinde contra Regem, Ecclesiasque, quæ in finibus eorum erant, incendentes, vastabant; rejicientes Episcopos & Presbyteros qui super eos erant, & aliquos eorum comprehensos occiderunt, & plenissime ad culturam idolorum se converterunt.* Idem habent alii Annalistæ. His addit Auctor Chronici San-Dionysiani Francos prope Oceanum ad Albim fluvium a Saxonibus occisos: *Saxones interfecerunt Francos super fluvio Albia prope mare prid. Non. Jul. feria VI.* ideoque hoc anno, & errarunt Annalistæ quidam, qui Saxones anno sequenti ad idololatriam reversos esse tradidere.

VII. *Pippinus adversus Carolum patrem conjurat.*

Subdit auctor Chronici Moissiacensis: *Et in ipso anno inventum est consilium pessimum, quod Pippinus filius Regis ex concubina Himiltrude matre genitus, contra Regis vitam, seu filiorum ejus, qui ex legitima genite sunt, qui voluerat Regem & ipsos occidere, & ipse pro eo quasi Abimelec in diebus Judicum Israel regnare, qui occidit fratres suos septuaginta viros super petram unam*

moquinto. Meminit ejusdem Angilberti Albinus Flaccus in epistola nuncupatoria ad Carolum Magnum, quæ est præfatio ad vitam Sancti Richarii, quam scripsit (a).

(a) *Extat apud Sur. die 26. Apr. t. 2.*

Sc-

PAGIUS

unam, & regnavit pro Gedeone patre suo, cum malitia tamen, & odio. Sed cum cognovisset Rex consilium Pippini, & eorum qui cum ipso erant, condunavit Conventum Francorum & aliorum fidelium suorum ad Reganesburg. Ibique universus populus qui cum Rege aderant, indicaverunt ipsum Pippinum, & eos qui consenserant, ut simul & hæreditate & vita privarentur; & ita de aliquibus adimpletum est. Nam Pippino filio suo, quia noluit Rex, ut occideretur, indicaverunt Franci ut ad servicium ejus inclinare debuisset; & ita factum est. Et misit eum jam Clericum in Monasterium; & iterum ibidem oravit. Loquitur etiam de hac, aliaque in Carolum conjuratione Eginhardus in Vita Caroli Magni, & utriusque causam in Fastradam Reginam reiicit: *Harum tamen conjurationum Fastrada Regina crudelitas causa & origo extitisse creditur. Et idcirco in ambabus contra Regem conspiratum est, quia uxoris crudelitati consentiens a sua natura benignitate ac solita mansuetudine immaniter exorbitasse videbatur.* Carolum hoc anno Natalem Domini in Bajoaria celebrasse, varii Annalistæ prodant.

VIII. *Flores Georgius Syncellus.*

Georgius *Syncellus* Auctor Chronographiæ ab Adamo usque ad Diocletianum perductæ, hoc circiter anno Opus illud publicavit, quod postea Theophanes, qui ei familiaris fuit, uberiori stylo continuavit. Interfuit Septimæ Synodo Universali Nicææ habitæ, & ut ait Anastasius Bibliothecarius in Præfat. Hist. Ecclesi. *tum pro fidei constantia, quam pro multarum virtutum insignibus, sanctæ memoriæ Tarasii Regiæ Urbis Præsulis Syncellus effectus est.* Ejus Chronographiam Jacobus Goarus Ordinis *Prædicatorum* adjecta versione Latina edidit, & Notis illustravit.

Constantinus Imp. patruos suos hoc anno excæcat, & infeliciter contra *Bulgaros* pugnat, ex dictis anno superiori.

JESU CHRISTI ANNUS	HADRIANI. PAP. ANNUS	CONSTANT. SOLIUS IMP. ANNUS
793.	22.	4.

I. Sequitur annus Redemptoris septingentesimus nonagesimus tertius, Indictionis primæ, idemque tertius incipit Alfonsi sive Adefonsi cognomento Casti regnantis iterum in Gallæcia, Æra oimirum octingentesima trigesima prima: *qua idem Rex religiosissimus zelo exæstuans divinæ legis, cum indigno animo ferret præstitui tributi nomine pudicitiam nobilium virginum Hispanarum, vindex exurgens, licet longe imparibus viribus adversus Mauros collegis exercitum, in eosque irruens, apud Asturias, ad septuaginta millia ex eis occidit, una cum Duce ipsorum Mugait.* Hæc Tudensis, qui & subiicit alia multa prœlia cum Sarracenis habita, dum vixit, in quibus semper victor extitit. Cæterum tantam hanc partam victoriam plurima consecuta sunt bona, atque in primis quod serviruris pressa jugo colla fidelium, Maurorum dicta tyrannide se cœperunt erigere, ipsique animos sumere, & de perfecta consequenda libertate spem haud vanam concipere; contra vero fuerit audacia Maurorum cohibita, atque retusa, redditique ipsi timore segnes. Accessit ad hæc, ut ex his Alfonsi nomine reddito celebri, ipsum Carolus Magnus amicum habere voluerit, sicque inita inter eos amicitia se invicem legationibus frequentarint, quod æstimationi ipsius plurimum attulit virium.

Adefonsus Castus vincit Sarracenos.

II. Cæterum ipse Rex Alfonsus gratias acturus Deo, cui tantæ victoriæ munus ferret acceptum: in honorem Salvatoris humani generis eam, quam diximus, Oveti erexit Ecclesiam, ubi fixerat Regni sedem, in qua duabus lapideis tabulis incisum suæ pietatis reliquit egregium monumentum; licet, (ut ferebant tempora illa) rude, sed fide nitens, quod sic se habet (a).

(a) *Ambr. Mora. hist. l.3. c.32.*

De templo erecto ab Adefonso Rege.

QVICVMQVE CERNIS HOC TEMPLVM DEI HONORE DIGNVM NOSCITO HIC ANTE ISTVM FVISSE ALTERVM HOC EODEM ORDINE SITVM QVOD PRINCEPS CONDIDIT SALVATORI DOMINO SVPPLEX PER OMNIA FROILA DVODECIM APOSTOLIS DEDICANS BIS SENA ALTARIA. PRO QVO AD DOMINVM SIT VESTRA ORATIO CVNCTORVM PIA PRÆTERITVM HIC ANTEA EDIFICIVM FVIT PARTIM A GENTILIBVS DIRVTVM SORDIBVSQVE CONTAMINATVM. QVOD DENVO A FAMVLO DEI ADEFONSO COGNOSCITVR ESSE FVNDATVM ET OMNE IN MELIVS RENOVATVM. SIT MERCES ILLI PRO TALI CHRISTE LABORE. ET LAVS HIC IVGIS SIT SINE FINE TIBI.

In altera autem tabula ista, quæ sequuntur, habentur; quæ est pia ipsius obtestatio ad Dei ministros illic positos, ut pro ipso orent.

Pia Regis Adefonsi obtestatio.

QVISQVIS HIC POSITVS DEGIS IVRE SACERDOS PER CHRISTVM TE OBTESTOR VT SIS MEI ADEFONSI MEMOR QVATENVS SEPE AVT SALTEM VNA DIE PER SINGVLAS HEBDOMADAS SEMPER CHRISTO PRO ME OFFERAS SACRIFICIVM VT IPSE TIBI SIT PERENNE AVXILIVM. QVOD SI FORTE NEGLEXERIS ISTA VIVENS SACERDOTIVM AMITTAS. TVA SVNT DOMINE OMNIA QVE TV INSPIRASTI VEL CONFERRE NOBIS DIGNATVS ES. TIBI DOMINE TIBI TVA OFFERIMVS HVIVS PERFECTAM FABRICAM TEMPLI.
EXIGVVS SERVVS TVVS ADEFONSVS EXIGVVM TIBI DEDICO MVNERIS VOTVM. ET QVOD DE MANV TVA ACCEPIMVS IN TEMPLO TVO DANTES GRATANTER OFFERIMVS.

Hactenus Alfonsi Casti casta monumenta digna Deo, qui non verba, sed animi pensat affectum.

III. Quod ad res Francorum pertinet, hoc ipso anno Sarraceni pyraticam exercentes, improviso agmine invadentes provin-

---

PAGIUS SÆC.VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXXXI. Anno Hegiræ

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6286.

☉ 18. F. ☽ 15. E. 7. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 793.

HADRIANI PAPÆ 22.

CONSTANTINI IMP. 18. & 14.

SOLIUS 4.

CLXXVII. inchoato die 17. April. fer. 4.

A.C. 793. 1.

AD nom. III. & seq. Hic annus, qui Hispanis felicissimus extitit ob ingentem victoriam de Saracenis ab Adelphonso Rege reportatam, & a Baronio num. I. & II. narratam, Francis infaustus fuit. *His temporibus,* in-

Digitized by Google

vinciam Narbonensem, grave damnum Septimaniæ, & Gothiæ, ita tunc nominatis illis provinciis intulere. Hæc habent veteres Annales Francorum. Qua clade accepta, Carolus attonitus ita cuncta disposuit præsidia in littoribus Mediterranei maris per subjectas sibi provincias, adeo ut a Sarracenorum incursibus easdem tutas reddidit. Nam Eginhardus in vita ipsius hæc habet: *Per omnes portus, & ostia fluminum, qua naves recipi posse videbantur, stationibus, & excubiis dispositis, ac qua hostis exire posset, tali munitione prohibuit. Fecit idem a parte meridiana in littore provinciæ Narbonensis, ac Septimaniæ, toto etiam Italiæ littore usque Romam contra Mauros, nuper pyraticam exercere aggressos; ac per hoc nulla gravi damno vel a Mauris Italia, vel Gallia, atque Germania a Northmannis diebus suis affecta est.* Hæc ipse.

IV. Verum cum aliis, quam cum pyratis Saracenis rem actam esse, docet inscriptio prope Arelatem in ædicula S. Crucis in monasterio Montis majoris super interiorem portitudine Saracenorum, idest, unum ex eorum Præfectis, quos Christiani Reges appellabant.

PAGIUS *Franci in Septimaniam Saracenis victi.* inquit Auctor Chronici Moissiacensis ad hunc annum, *regnabat in Spania Exam (idest, Issem) filius Abdiraman, fecitque malum sicut fecerat pater ejus. Ille audiens quod Rex Carolus partibus Avarorum perrexisset, & existimans quod Avari contra Regem fortiter dimicassent, & ob hanc causam in Franciam reverti non licuisset, misit Abdelmelec unum ex Principibus cum exercitu magno Saracenorum ad vastandum Gallias. Qui venientes Narbonam, suburbium ejus igne succenderunt, multosque Christianos: ac præda magna capta, ad Urbem Carcassonam pergere volentes, obviam iis exivit Vuillelmus, & alii Comites Francorum cum eo. Commiseruntque prælium super fluvium Oliveio, ingravatumque est prælium nimis; ceciditque maxima pars in ipso die de populo Christiano. Vuillelmus autem pugnavit fortiter in illo die. Videns vero, quod sufferre eos non posset, quia socii ejus dimiserunt eum fugientes, divertit ab eis. Saraceni vero collectis spoliis, reversi sunt in Spaniam. Rex autem Carolus Christo adjuvante de eodem loco, ubi fossatum fieri jussit, navigio pervenit ad Franconefurt, & ibi ipsam hyemem resedit.* Idem legitur in Annalibus Anianensibus, & in Annalibus Eginhardi, qui ait: *Sarraceni Septimaniam ingressi, prælioque cum illius limitis custodibus atque Comitibus conserto, multis Francorum interfectis, ad sua regressi sunt.*

II. *Nulla tamen ab eis Urbs expugnata.* Rodericus in Arabum Historia cap. 19. ait, anno Arabum CLXXVII. Issem Regem Saracenorum Hispanias incolentium Abdelmelec adversus Christianos misisse, additque: *Hic Narbonam, & Gerundam, & loca interposita cepit & subjugavit, & tot spolia secum duxit, ut in quinta parte Issem suo Principi Moralbetinorum quadragintaquinque millia pervenerint, ex quibus Mezquitam Corduba, quam pater suus inceperat, consummavit. Narbonenses autem & cæteri Christiani tanto exterminio ferebantur, quod pactis interjectis, ut a Narbona usque Cordubam humeris & vehiculis terram ferrent, ex qua in suo præsidio Mezquitam ædificavit.* Verum suburbium quidem Narbonæ incensum, & verosimiliter quamplurimi Christiani abducti damnati fuere egerendæ & exportandæ humo ad conditum Mesquitæ Cordubensis, sed Narbona & Gerunda a Saracenis non videntur captæ; cum Annalista Moissiacensis referat tantum Narbonæ suburbium fuisse incensum.

III. *A triennio pax Christianos inter & Saracenos sancita fuerat.* De hac Saracenorum victoria verba etiam faciunt Annalista Fuldensis & Eginhardus in Annal. ac præterea Annalista San-Gallensis & Hepidamnus in suis Annal. uterque apud Duchesnium Tom. III. Hæc prioris Annalistæ verba sunt: DCCXCIII. *Vuillelmus pugnavit contra Saracenos ad Narbona, & perdidit ibi multos homines, & occidit unum Regem ex ipsis cum multitudine Saracenorum*, idest, unum ex eorum Præfectis, quos Christiani Reges appellabant. Transcripsit ea verba Hepidamnus, perperamque cum anno DCCXCI. illigavit; eo enim anno Saraceni in Septimaniam non venere. Sanctus Willelmus, qui ab Annalista Moissiacensi vocatur Comes, Consul appellatur in ejus Vita, quam Auctor Anonymus sæculo XI. elucubravit, quia voces illæ pro eadem dignitate promiscue hoc tempore sumebantur, ut mille exemplis liquet, & Consules seu Comites Præfecti erant seu Gubernatores alicujus territorii seu regionis. In Vita Ludovici Pii refertur eum per totam Aquitaniam Comites constituisse, ideoque & Sanctum Willelmum, qui a paucis annis Chorsoni Duci Tolosæ successerat, postquam is a Vasconibus circumventus fuisset, ut in eadem Vita Ludovici Pii legitur. Cum vero anno sequenti *Arabusonum* Oppidum Provinciæ una leuca a Rhodano dissitum Willelmus Saracenis eripuerit, ut tunc ostendetur, apparet illud currenti anno a Saracenis occupatum fuisse. Anno DCCXC. inter Ludovicum Aquitaniæ Regem & Saracenos pax constituta fuerat; Auctor enim Vitæ ejusdem Regis scribit: *Rex Ludovicus eodem anno Tolosa Placitum generale habuit, ibique consistenti Abutaurus Sarracenorum Dux cum reliquis Regno Aquitanico conlimitantibus, ad eum Nuncios misit, pacemque petens & dona Regia mittens. Quibus secundum voluntatem Regis acceptis, Nuncii ad propria sunt reversi.* Quæ pax viguit usque ad præsentem annum, quo Saraceni in Septimaniam irrupere; de qua irruptione intelligendus Auctor Vitæ Sancti Willelmi cum inquit: *In diebus illis Saraceni pariter conglobati, magnum valde & inopinabilem producunt exercitum; montes Pyrenæos transeunt, & una omnes conspiratione ad has partes Aquitaniæ Provinciæ ac Septimaniæ properant, confinia scilicet Christianorum. Regnum irrumpunt Caroli, dant infinitas de Christianis strages; victores existunt, spolia diripiunt; captosque ducunt strictis funibus, captivos præoccupant, totam longe lateque terram, quasi jure perpetuo possidendam.* De victoriis Sancti Willelmi anno sequenti sermo erit.

IV. *Commentum de Saracenis apud Arelatem devictis.* Porro commentitia sunt, quæ de *Arelate* hoc anno *Saracenis* erepta refert Baronius ex inscriptione, quæ extat in Ecclesia Sanctæ Crucis ad radices Montis Majoris, in qua dicitur, *Carolum* Civitatem Arelatem a Saracenis detentam obsedisse, ipsos in montana Montis Majoris se retraxisse, ibique a Carolo devictos esse, qui ideo Ecclesiam in honorem Sanctæ Crucis dedicari fecerit, & Monasterium Montis Majoris in honorem Sancti Petri Apostolorum Principis quod ab ipsis infidelibus fuerat

portam in marmore longiſſimo ita ſcripta: *Noverint univerſi, quod cum ſereniſſimus Princeps Carolus Magnus Francorum Rex civitatem Arelatem, quæ ab infidelibus detinebatur, obſediſſet, & ipſam vi armorum cepiſſet, & Sarraceni in eadem exiſtentes pro majori parte aufugiſſent in montana Montis majoris, & ibidem ſe retraxiſſent, & in eadem ſe muniſſent: & idem Rex ibidem cum exercitu ſuo veniſſet pro ipſis debellandis, & ipſa debellando, triumphum de ipſis obtinuiſſet. Et de ipſo gratias Deo agendo, in ſignum hujuſmodi victoriæ præſentem Eccleſiam in honorem*

S. Crucis dedicari fecit, & præſens monaſterium in honorem S. Petri Apoſtolorum principis dedicatum, quod ab ipſis infidelibus penitus deſtructum fuerat, & inhabitabile redactum, idem Rex ipſum reparavit, & reædificavit & monachos ibidem pro ſerviendo Deo venire fecit, & ipſum dotavit, & plura bona eidem contulit. In quo quidem monaſterio multi nobiles de Francia ibidem debellantes ſepulti ſunt. Ideo fratres orate pro eis. Accepimus a Franciſco Claret rerum antiquarum ſtudioſo Archidiacono Arelatenſi & unaſimul diſticon deſcriptum in valvis anti-

PAGIUS rat deſtructum, reædificaverit, illocque Monachos revocarit. Hæc enim mere fabuloſa; cum Carolus hoc anno in Provinciam non venerit, & Cœnobium Sancti Petri ſeu Montis Majoris poſt medium ſæculum decimum conditum fuerit. Sed qui victoriam illam Caroli excogitavit, exiſtimabat, *Childebertum* Francorum Regem illud Monaſterium condidiſſe; cum tamen ut ſuo loco oſtendimus, *Childebertus* Monaſterium intra muros Urbis Arelatenſis conſtruxerit, non vero apud Montem Majorem. Petrus Saxius in Pontificio Arelatenſi, qui in eodem errore verſabatur, fatetur quidem de victoria per Carolum de Saracenis reportata nihil in membranis Arelatenſibus legi, ſicuti nec de Monaſterii Montis Majoris per eumdem reædificatione, nihilo tamen minus falſam illam traditionem tueri conatur. At eam referre refellere eſt.

V. *Martyrium Ethelberti Eſtangliæ Regis.* Hoc anno *Sanctus Ethelbertus* Orientalium Anglorum Rex, qui in pueritia Virginitatem corporis ſui Deo dicare conſtituerat, ſuadentibus Proceribus conſenſit in filiam Offæ Merciorum Regis, ne ſi Regnum hærede careret, excidium ab hoſtibus pateretur. Abiit itaque in Merciam nuptiarum celebrandarum cauſa; ſed Offa Quendredæ uxoris ſuaſu, quæ in ejus Regnum inhiabat, eum proditorie occidi juſſit. *Paſſus eſt igitur Sanctus Rex Ethelbertus, Virgo ſimul & Martyr, palmam victorioſus utramque reportans XIII. Kalendas Junii*, inquit Joannes Bromtonus in ſuo Chronico inter X. Auctores Hiſtoriæ Anglicanæ edito. Althfrida Offæ filia, ſeu ut ab aliis dicitur Alfrida, caſtitatem corporis ſui Deo devovens, Croilandiam ſe tranſtulit, *ubi talari tunica induta, in omni ſanctitate vita permanſit*, inquit idem Bromtonus, ut videre eſt in Actis SS. Bollandianis ad diem XX. menſis Maii, quo Sancti Ethelberti nomen variis Martyrologiis inſcribitur. Poſt Sanctum Ethelbertum *Regnum Eſtangliæ per aliquot annos cum commotione & deſolatione ſub Regulis & tyrannis, uſque ad adventum Sancti Edmundi Regis, turbatum duravit*, ſubdit idem Bromtonus. Vide quæ de Sancto Ethelberto anno DCCLXXV. quo de eo loquitur Baronius diximus.

VI. *Dani Angliam vaſtare incipiunt.* Hoc anno *Dani* Claſſibus ſuis Angliam primum infeſtare cœperunt, Hovedenus enim pag. 405. de iis loquitur, quando ait: *Eodem anno* (nempe DCCXCIII.) *Pagani ab Aquilonali climate navali exercitu, ut aculeati crabrones, Britanniam venientes, hac illacque, ut diriſſimi lupi diſcurrentes, prædantes, mordentes, interficientes non ſolum jumenta, boves & oves, verum etiam Sacerdotes, Levitaſque choroſque Monachorum atque Sanctimonialium, Veniunt, ut* *præfati ſumus, ad Lindisfarnenſem Eccleſiam, miſerabili prædatione, vaſtant cuncta, calcant Sancta pollutis veſtigiis, Altaria ſuffodiunt, & omnia theſauraria Sanctæ Eccleſiæ rapiunt, quoſdam e fratribus interficiunt, nonnullos ſecum vinctos aſſumunt, perplurimos opprobriis vexatos nudos projiciunt, aliquos in mare demergunt.* Narrat poſtea quæ anno ſequenti in alia inſulæ parte patrarunt. Toto ducentorum annorum ſpatio, ut ait Godwinus in Comment. de Præſulibus Angliæ in Athelardo, raro annus aut alter effluxit, quin modo huc, modo illuc appellentes, ingentibus copiis Provinciam invaderent, in ædificia igne, in omnia animalium genera, quæ non poſſent aſportare gladio graſſantes. Cumque in omnes atrociſſime ſævirent, tum in Sacerdotes præcipue & alios Eccleſiaſtici generis, quos homines Ethnici & Idolorum cultores, adeo habuerunt exoſos, ut raro quemquam effugere paterentur, quin obtruncarent continuo vel profundo mergerent, ſi forte in ſervitutem perpetuam non abriperent.

Alcuinus, qui e Francia in patriam reverſus erat, ſub finem ſuperioris Chriſti anni vel currentis initio in Franciam rediit, ut Elipandi Archiepiſcopi Toletani & Felicis Epiſcopi Urgelitani errori reviviſcenti ſe ſe opponeret. Nec enim adventus ejus ſerius differri poteſt; cum anno ſequenti Concilio Francofordienſi interfuerit. Ita ipſemet Alcuinus in Præfatione Librorum adverſus Elipandum ſcribit: *Divina, ut credo, jubente diſpenſatione, ad glorioſum & omni honore nominandum hujus Regni Principem & Regem Carolum vocatus adveni: ſicut mihi quidam Sanctiſſimus Vir, Propheticque ſpiritu præditus, Dei eſſe voluntatem in mea prædixerat patria. Etiam & ut Vir venerabilis utique Deo deditus meus mihi mandatum dederat Magiſter, ut ſi alicubi novas audirem oriri ſectas Apoſtolicis contrarias doctrinis, mox totum me in Catholicæ defenſione fidei dediſſem.* Magiſter iſte, de quo loquitur Alcuinus alius non eſt, quam *Aelbertus* Archiepiſcopus Eboracenſis, de quo in Vita Alcuini num. XI. habetur: *Cum jam Beatum Elbertum patrem ſuum infirmitate prænunciata celeriter ad Chriſtum tranſire noſſet, qui cuncta, ſicut ſupra dictum eſt, eum ejus faciebat conſilio; ſtuduit illum diligenter ſciſcitari, quid poſtquam ſola ſepararentur morte, ipſum vellet, juberetque agere. Cui ut jam claret, Domino dedit reſponſum. Romam volo venias, indeque revertens viſites Franciam; novi enim multum te ibi facere fructum. Eritque Chriſtus Dux tui itineris, perducens ac gubernans te illuc advenam, ſit ut expugnator nefandiſſimæ hæreſis, hominem Chriſtum qua conabitur adoptivum adſtruere, & fidei Sanctæ Tri-* VII. *Alcuinus iterum in Galliam venit.*

Digitized by Google

quissimæ Ecclesiæ S. Petri præ vetustate collabentis, prope antiquum Mausoleum urbis Remigianæ diœcesis Avinionensis, litteris ipsis præ nimia antiquitate ex parte corrosis.

SI CHRISTVS EST DEVS ET PETRVS CLAVIGER EJVS
JAM NISI PER PETRVM NEMO VIDEBIT EVM.

Sic ut lapides ipsi, si alii sileant, contra Novatores inclament.

An-

PAGIUS *nitatis firmissimus Defensor clarissimusque Prædicator. Perseverabis ergo in terra peregrinationis, multorum illuminans animas. Benedicens autem illum Petrum suorum superius memoratorum benedictionibus, ut Christo Iesu commendans servaret ut ipse eum, latus fit Pater Elebertus Episcopus migravit ad Deum VI. Idus Novembris*, anno scilicet septingentesimo octogesimo, ut ibi demonstravimus.

VIII. *Scholam publicam apud Turones aperit.* Est hic secundus Alcuini in Franciam accessus, quem plerique cum priori perperam confudere, licet Anonymus, qui ejus Vitam scripsit cap. 6. duplicis ejus in eam adventus ac moræ disertam mentionem faciat. Postquam enim de priori locutus est, de posteriori scribit: *evoluto non parvo tempore postquam Albinus* SECUNDO *ad Carolum reversus est, Sancti Martini apud Turones præficitur Pastor Monasterii ejusdem: quod digne Deo istud cum aliis regens Monasteriis, vitam subjectorum, quantum valuit, corrigere studuit.* Carolus enim eum variis Monasteriis præfecit, ut hoc quasi vinculo in Gallia retineretur. In Epist. XXIII. ad Carolum scribit: *Fere ante hoc quinquennium sæculares occupationes, Deum testor, non ficto corde declinare cogitavi; sed vestra pia providentia consilio translatus sum in servitium Sancti Martini.* Scripta Epistola hæc in reditu Caroli ex Italia, ut ex ejus lectione liquet. Is autem anno DCCCI. postquam Imperator dictus est, in Galliam rediit, ideoque anno DCCXCVI. Alcuinus apud Turonos publicas Scholas aperuit, quas homines undequaque concurrentes frequentabant, ut ipsemet in Epistola I. ad Carolum affirmat. Identidem tamen in Aulam cum discipulis suis, a Carolo invitatus veniebat, ut testatur Theodulphus Aurelianensis Episcopus in lib. 3. Carmine 3. ad Angilbertum.

IX. Annalista Moissiacensis hoc anno scribit: *Rex in ipsa hyeme iterum fecit Conventum ad Reganesburg. Et cum cognovisset fideles suos Episcopos, Abbates & Comites, qui cum ipso ibi aderant, & reliquum populum fidelem, qui cum Pippino in ipso consilio pessimo non fuissent, multipliciter eos honoravit, in auro, argento, & serico, & donis plurimis. Et in ipsa hyeme transmisit Rex Carolus duos filios suos Pippinum & Ludovicum cum hoste* (idest cum exercitu) *in terra Beneventana. Et facta est ibi famis validissima super populum illum, qui ibi inventus est, & super exercitum qui advenerat, ita ut aliquanti nec ipsa Quadragesima se ab esu carnium abstinere potuissent. Sed & famis valida in Italia & Burgundia, & per aliqua loca in Francia incumbebat fames, nec non in Gothia & in Provincia erat fames valida, ita ut ex ipsa fame mortui fuissent.* De hoc bello Beneventano loquitur etiam Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui postquam retulit Ludovicum tunc Aquitaniæ Regem Natalem Domini Ravennæ celebrasse, & ad Pippinum fratrem Italiæ Regem venisse subdit: *Cui conjunctus, junctis viribus Beneventanam Provinciam ingrediuntur, cuncta obvia populantur, Castro uno potiuntur.* Videtur Grimoaldus Beneventi Dux ad officium rediisse, alioquin Reges exercitum ex hostili agro tam cito non reduxissent. *Duo Caroli filii adversus Beneventanos pugnant.*

Eginhardus in Annalibus postquam narravit, *Carolum* fossam duxisse Danubium inter & Rhenum ut a Danubio in Rhenum commode navigari posset subdit: *Regi in hoc opere occupato duo valde displicentia de diversis terrarum partibus allata. Unum erat Saxonum omnimoda defectio, alterum quod Saraceni Septimaniam ingressi, prælioque cum illius limitis custodibus atque Comitibus conserto, multis Francorum interfectis, victores ad sua regressi sunt.* Porro fossa illa consistere non potuit propter juges pluvias, & terram, *quæ palustris erat*, inquit Eginhardus. De ingressu vero Saracenorum in Septimaniam, de quo loquitur Eginhardus, mox agimus. XI *Carolus Danubium & Rhenum jungere frustra tentavit.*

NOTÆ [a] Italica Pippini expeditio non quidem hoc anno, sed potius ante biennium cœpit; Annalista enim Nazarianus prout a Struvio in nova Freheri editione ex MS. codice Bibliothecæ Guelferbytanæ vulgatus est, ad annum 791. scribit, Carolum reducem ex Hunnica expeditione resedisse *Regensburg*; tum addit: *inde transmisit Pippinum cum exercitu in Benevento, qui devastaverunt & incenderunt terram in magna parte.* Consonant & veteres annales Francorum in collectione monumentorum P. Martene in quibus ad A. 792. legitur. *Sed & ille alius exercitus quem Pippinus filius ejus in Italiam transmisit, introivit Illiricum, & fecerunt ibi similiter, vastantes & incendentes terram illam.* Hic tamen author multa in unum annum congessit, quæ forte pluribus succedentibus contigerunt. Sed cum expeditionem hanc sub anno 791. commemoret; anno isto cœpisse illam intelligimus. Nec aliter forte legebatur in vetustis probatis codicibus chronici Moissiacensis; (nam parum emendato codice usum fuisse Duchesnium notat Fabricius Bibliot. med. & inf. latinit. V. Moissiacense) cum ex eodem chronico sua omnia derivasse Annalistam illum satis constet.

Succedenti vero anno 792. secundam in Beneventum expeditionem Pippino & Ludovico commissam fuisse in iisdem annalibus Nazarianis Struvii ad annum illum legimus. MANSI

Google

JESU CHRISTI ANNUS	HADRIANI PAP. ANNUS	CONST. SOLIVS IMP. ANNUS
794.	23.	5.

I. ANnus sequitur Redemptoris septingentesimus nonagesimus quartus, Indictione secunda, quo Francofordiæ in Germania congregatum est Concilium, quod ob numerositatem Episcoporum, præsentiamque Apostolicæ Sedis Legatorum, Plenarium reperitur nominatum. Ex Italia namque, Gallia, atque Germania frequentes, circiter trecenti numero Episcopi convenere, quod magni momenti causa id postularet: siquidem de Fide Catholica quæstio verteretur, disputandumque esset de filii Dei Incarnationis alto mysterio. Num scilicet idem Dei Filius, secundum assumptam humanitatem, dicendus esset Filius Dei adoptivus an proprius. Licet enim sancta Dei Ecclesia Catholica, nihil, quod de his vel leviter dubitaret, haberet, utpote quod in Concilio Oecumenico Ephesino, quid de his sentiendum esset, fuisset plenissime definitum, cum Nestorium condemnasset, duos filios Dei introducentem, alterum secundum divinitatem, alterum secundum humanitatem; atque nuper pariter damnasset Felicem Urgelitanum Episcopum, asserentem, Christum secundum carnem esse dicendum Dei Patris filium adoptivum. (quem erroris pœnitentem diximus recantasse Romæ palinodiam apud Hadrianum Rom. Pontif.) tamen quia infelix Felix iste, ut canis reversus ad vomitum suum, & sus lota rediit ad volutabrum luti: rursus eumdem, quem damnavit errorem & Romæ execratus est hæresim, professus publice Catholicæ Fidei confessionem ad altare principis Apostolorum: eandem ardentioribus animis iterum defendere est aggressus magno damno fidelium animarum: iterum ne malum longius serperet, & infusum venenum sana membra corrumperet, fuit ad plenarium judicium revocandus, eo magis quod non solus tanti reperiretur assertor erroris, cujus ipse potius consectator, quam auctor dicendus esset.

Erat enim tantæ blasphemiæ restitutor primariæ sedis Hispaniarum Antistes, Elipandus Archiepiscopus Toletanus, qui (ut vidimus) tantum absuit, ut admonitus ab Episcopis, atque presbyteris Orthodoxis sibi subjectis emendaretur, atque damnatum ab illis detestaretur errorem, & Fidem Catholicam pœnitens sequeretur: ut conversus in arcum pravum, etiam longe positos Ecclesiæ Catholicæ filios infectis veneno sagittis appetere non desisteret, factus hæresis non solum propugnator acerrimus, sed studiosissimus propagator. Siquidem numquam destitit, neque quievit, donec reversum Felicem ad Orthodoxos, revocarit ad castra impietatis, & potentius armarit ad prœlium, & exacuerit diligentius ad certamen, probe sciens, relabenti in crimen majora suppeti solere ab inferno subsidia (a) ut loco unius per pœnitentiam ejecti spiritus nequam, septena dæmonia uni in auxilium adjungantur, eademque nequiora mittantur ad funestiora patranda. — II. Elipandus impœnitens perseverat. — (a) Luc. 22.

Quid amplius? vorax est omnis iniquitas, multoque magis insatiabilis hæresis, utpote quæ ardentioribus inferni caloribus æstuet, ut secundum illud propheticum (b): *Absorbebit fluvium, & non mirabitur, fiduciam habens, ut influat in os ejus Jordanis.* Perinde ac si peranguisti essent termini latissimarum Hispaniarum ad zizaniorum sementem, Gallias, Germaniasque laborat illis implere, spargensque per litteras pravum semen, eousque progressus, ut ipsorum Regem Christianissimum, turrim munitissimam Fidei Orthodoxæ, in suam sententiam, si posset, conaretur adducere Carolum Magnum, scribens ad eum epistolam veneno refertam, sed tamen ita melle delibutam, ut nihil continere videretur amarulenti. Cum enim ipsum de sua sententia redderet certiorem, simul petit, ut ubi quam scribit, epistolam — III. — (b) Job. 40. Elipandus satagit hæresim propagare.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXXVII Anno Hegiræ CLXXIII inchoato die 7. April. fer. 7.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6287.

☉ 19. E. ☽ 16. P. 23. Mart. Indict. 2.

JESU CHRISTI 794.

HADRIANI PAPÆ 23.

CONSTANTINI IMP. 19. & 15. SOLIUS 5.

A. C. 794. I. ANnum I. ad XXVII. *Elipandus* Archiepiscopus Toletanus *Felicem* Urgellensem Episcopum, qui Romæ confessionem Orthodoxæ fidei ediderat, ad hæresim reduxit; &, ut virus extra Hispaniam in Gallias ac Germaniam diffunderet, scriptis ad Carolum Francorum Regem literis perfidiæ suæ professionem, quam testimoniis Patrum aut depravatis aut detruncatis fulcire conabatur, petiit Theologis examinandam, nec dubitavit, Sanctum Ildefonsum, aliosque, qui præcesserant, Toletanos Antistites de hæresi per insignem calumniam sugillare. Quare convocata est hoc anno *Synodus Francofordiensis*, de qua sic Paulinus Patriarcha Foro-Juliensis in *Libello Sacrosyllabo* adversus Elipandum: *Sancto incitante Spiritu, ac Zelo fidei Catholicæ scintillatim sub pectore fervescente, Clementissimi & Tranquillissimi, gloriosissimique* Ca- — *Elipandus Felicem ad hæresim reduxit.*

Digitized by Google

coram se legere fecerit, Theologos, quid ea in re sentirent, simul interrogaret, ut veritas posset exquiri, cujus se cupidissimum præseferret. Addidit his alia plura. quibus conciliaret sibi animum tanti Regis, nempe se pro ipsius salute juges ad Deum preces offerre. Quibus præmissis, salubres admonitiones ingerera simulat, reddereque ipsum cautum aliorum exemplo, ne scilicet uti Constantinus beoe cœptum opus (ut ait) male consummet, adeptamque ex pietate gloriam immensam obscuret. Hæc, & alia plura miscens, ipsum Christianissimum Regem ad suum dogma solicitans, Nestorianum hæreticum reddere ex Catholico studuit. Non extant ipsæ quidem datæ ad Carolum litteræ Elipandi, sed hæc ipsa omnia, quæ sunt dicta ipsas continuisse, ejus Caroli ad ipsum tunc redditæ litteræ docent.

IV. Qui igitur ad tantum Regem ejus argumenti scripsit epistolam privatim ad ipsum datam, alias addidit publicas, & generales ad omnes Galliarum Episcopos, Erubescere nescit hæresis: hinc enim prophetice (a) demonstratum, Babylonem scriptam in fronte gestare blasphemiam. Haud enim erubuit, puduitve Elipandum ad Galliarum Episcopos de hæresi sua scribere litteras, licet sciret, eam haudpridem ab ipsis in Felice collega, & cum Felice fuisse damnatam, Sed quid callidus agit? ne sui turpitudine deformis, atque infamis hæresis, quam prodit, appareat insectanda diris, & execrationibus explodenda: alienis indutam vestibus instar Aesopi graculi, laboravit repræsentare formosam, dum & divinæ scripturæ dictis, & sententiis sanctorum Patrum eam studuit exornare. Sed reddidit duplo deformem: nam ornamenta castissimæ virginis, Ecclesiæ Christi sponsæ nullatenus meretrici congruere, fuit omnium sententia patefactum.

(a) *Apoc. 13. & 17.*

Elipandi subdolæ artes.

V. Sed veniamus ad ejus fidei confessionem, immo perfidiæ professionem, quam in eadem scripsit, epistola, ipso ejus exordio. Recitant eam Patres in redditis ad ipsum Synodalibus litteris istis verbis: *Invenimus* (inquiunt) *in libelli vestri principio scriptum, quo vos posuistis*, scilicet: *Confitemur, & credimus, Deum Dei Filium ante omnia tempora, sine initio ex Patre genitum coæternum, & consubstantialem, non adoptione sed genere. Item post pauca in eodem loco legebatur: Confitemur, & credimus eum factum ex muliere, factum sub lege, non genere esse Filium Dei, sed adoptione, sed gratia, &c.* Hæc sunt Elipandi venena, quæ Patres præparato antidoto, ne cui possent obesse, cavenda ab omnibus docuere. Ista quidem cum Nestorio ipsum sensisse (ne aliquo modo ex ignorantia excusari posset) ex eo haud dubium edidit argumentum, proditque signum evidens, & manifestum, quod in eodem ad Episcopos Galliarum dato libello, sive scripta epistola, cum singulos nominatim damnat hæreticos, Nestorium indemnatum præteriit, quem primo loco, si bona fide rem egisset nominatum omni execratione, atque detestatione, execrari, detestari, & anathematizare penitus debuisset, quo significaret, se quam longissime ab ejus sententia discrepare, licet eidem affinis existere videretur. Hinc jure Patres dum rescribunt ad ipsum: *Nonne olim* (inquiunt) *hæresis vestra in Nestorio ab universali sancta Ecclesia refutata est etiam, & damnata? Quapropter forte illum anathematizare noluistis, dum alios, Bonosum scilicet, Arium, & Sabellium, Manichæumque qui prava de Filio Dei senserunt, in epistola anathematizastis? &c.* Docentes Nestorium idipsum de Filio Dei homine facto, quod ipse Elipandus, sensisse, utpote qui duos diceret filios Dei, alterum secundum divinitatem, secundum vero humanitatem alterum, & adoptionem. Ex consuetudine enim cum Mahometanis didicisse ita humiliter sentire de Christo secundum humanitatem, infelix Elipandus existimatur; inducens fortasse in animum, si hoc evincere potuisset, conjungere simul Mahometanos, & Christianos in unam fidem.

Elipandus detegitur Nestorianus.

Cur parcat Nestorio Elipandus.

VI. Quod insuper ter impius rem non ex inscitia, sed dolo malo ageret, ex eo etiam Patres persensere, atque omnibus patefecere, dum citatas ab eo Sanctorum sententias, eas vel per ipsum depravatas esse; vel in pravum sensum longe a germano discrepantem detortas, in redditis ad eum litteris ostendere, quas si legeris,

PAGIUS *Caroli Regis, Domini terræ, Imperii ejus decreto per diversas Provincias Regni ejus Ditioni subjectas summa celeritate procurrente, multitudo Antistitum Sacris obtemperando præceptis in uno Collegio aggregata convenit. Quadam vero die residentibus cunctis in Aula Sacri Palatii, adsistentibus, in modum coronæ Presbyteris, Diaconibus, cunctoque Clero, sub præsentia prædicti Principis, allata est Epistola missa ab Elipando auctore noxii sceleris, Toletanæ Sedis pseudo-Episcopo, Hispalensi termino circumsepta. Cumque, jubente Rege publica voce recitata fuisset, statim surgens venerabilis Princeps de sella Regia stetit supra gradum suum, & adlocutus est de causa fidei prolixo sermone, & adjecit. Quid vobis videtur? Ab anno prorsus præterito, ex quo cœpit hujus pestis insania tumescente perfidia ulcere diffusius ebullire, non parvus in his Regionibus, licet in extremis finibus Regni nostri horror inolevit, quem censura fidei necesse est modis omni-*

ris, ipse intelliges. Ita plane a sanctis Patribus ipsis est demonstratum de sententiis illis e sacris Ecclesiæ doctoribus ab illo citatis, sed corruptis, ac depravatis. Sed ubi ab eo domestici sunt testes adducti, dum, inquam, ex Toletanæ Ecclesiæ ritualibus, sive ex suis prædecessoribus Toletanis Episcopis nominatum esse Christum secundum carnem Dei Filium adoptivum idem asseruit: quod non esset in promptu Patribus illis citatos inspicere codices ejus tantum Ecclesiæ proprios, neque communes omnibus aliis: idem nimis impostori credentes, eodem modo, quo ipsum Elipandum, ejus quoque sunt detestati, quos citavit, prædecessores, Eugenium, Ildefonsum, & Julianum, qui tum ex vitæ sanctitate, tum etiam ex sacrum litterarum doctrina, magnum in Hispania nomen fuerant consequuti.

Fraudibus agit Elipandus.

VII. Ne vero justi cum impio condemnentur, & maledictionem iniquorum Sancti possideant, quorum memoria in benedictione hactenus in Ecclesia Catholica perseverat: vendicandi sunt isti inprimis a tanta calumnia Elipandi, & a Synodi maledictione. Ut autem ipsa veritas clarius elucescat, hic tibi reddenda putamus, quæ idem perfidus Elipandus in suo libello in Gallias misso de iisdem est mentitus prædecessoribus: reperiuntur enim ista repetita in litteris a Patribus ex Synodo ad eum redditis his verbis. *Sequitur in eodem libello vestro: Item prædecessores nostri Eugenius, Ildefonsus, Julianus, Toletanæ sedis Antistites in suis dogmatibus ita dixerunt in Missa de cœna Domini: Qui per adoptivi hominis passionem, dum suo non indulsit corpori. Item in Missa de Ascensione Domini: Hodie Salvator noster post adoptionem carnis sedem repetivit deitatis, &c.* Hæc suo inseruit Elipandus libello fidei, non quod ista acceperit ex eorum, quos nominat, scriptis sed quod scripta ea in Missali Toletanæ Ecclesiæ (ut ait) in sacris oblationibus recitari solerent; sed ad fidelitet, vel ut in aliis fraudulenter, quod non adesset præ manibus qui esset codex inspiciendus, ex quo (ut in aliis) idem Elipandus imposturæ convinci posset, Patres hæc tunc respondere: *Hæc ex parentum vestrorum dictis posuistis, ut manifestum sit, quales habeatis parentes, ut notum sit omnibus, unde vos traditi sitis in manus infidelium. Quia hominem Christum verum Dei Patris Filium esse negastis, vobis defensor esse noluit, sed tradidit vos in manus inimicorum suorum, qui dominentur vestri, qui eum recipere noluerunt.* Et paulo post hæc in eumdem:

Elipandus calumniose suos prædecessores consortes erroris tradit.

Et melius est testimonio Dei Patris credere de suo Filio, quam Ildefonsi vestri, qui tales vobis composuit preces in Missarum solemnitis, quas universalis, & sancta Dei non habet Ecclesia, nec vos in illis exaudiri putamus. Etsi Ildefonsus vester in orationibus suis Christum adoptivum nominavit, noster vero Gregorius Pontifex Romanæ Sedis, clarissimus toto orbe doctor in suis orationibus semper eum unigenitum nominare non dubitavit, &c. Hæc Patres, quod scilicet, ut ille perfidus asserebat, putarent, ea, Ildefonso auctore, in sacris Missalibus vere legi. At quisnam fuerit certus, & primus hujus erroris auctor in Hispania, dictum est superiori tomo, si recte memoria tenes, nempe successorem S. Isidori pseudoepiscopum, hæreticum hominem, qui & depositus transiit in Mahometanam impietatem, Theodiscum nomine, natione Græcum, hominem impostorem. Hic, ut dictum est, anno Redemptori sexcentesimo trigesimo sexto, primus in Hispania asseruit, Christum Dei Filium esse adoptivum Dei Patris omnipotentis.

Proscinditur injuste S. Ildefonsus.

VIII. Ceterum tantum abest, ut S. Ildefonsus ejus erroris assertor fuerit, ut potius in suis scriptis, crebris sententiis, tamquam spiculis tale monstrum sæpe confecerit. Est igitur in promptu, ut impostoris in eum tanta illata calumnia quam apertissime detegatur, nec ex dubiis quidem testibus, testimoniisque obscuris, sed ejusdem Ildefonsi germanis scriptis, quibus non semel totidem verbis ejusmodi Nestorianismum in Hispaniis disseminatum impugnet, negans penitus Filium Dei secundum carnem dici debere filium adoptivum.

S. Ildefonsus a calumnia vindicatur.

In

PAGIUS *omnibus resecare. Cumque imprecata & concessa esset morosa dilatio per dies aliquot; placuit ejus mansuetudini, ut unusquisque quidquid ingenii captu vellus sentire potuisset, per sacras syllabas, die statuto, ejus clementiæ oblatum sui cor pectoris fidei munus styli ferculo mentis vivacitate deferret. Sed sicut mos est hæreticis, tristia latis, dulcia permiscere amaris, veneni poculum mellis favore temperare, quædam in ea Epistola plena blasphemiis, & Catholicæ fidei reperta sunt modis omnibus inimica; Quædam vero invenire poterant non reiicienda, sed in eodem poculo, in quo gutta veneni infusa turgescit, mellis nihilominus amarescit dulcedo.*

II. Cointius anno DCCXCIII. num. XV. laudata verba explicat de Synodo, quæ eo anno convocata fuerit; quod Paulinus dicat: *Ab anno prorsus præterito, ex quo cœpit hujus pestis insana tumescente perfidia ulcere diffusius ebullire:* hæc enim verba de utraque damnatione Felicis annno DCCXCII. peracta interpretanda arbitratur. Verum tunc pestis illa diffusius non ebullivit, sed potius exarescere visa est, cum Felix suam hæresim abdicarit; quando vero post il-

Synodus adversus Felicem commentitia.

Google

In primis igitur illud adducamus in medium, quod habet in libro de virginitate sanctæ Mariæ, & in necessariam deducitur assumptionem, ubi post multa secundum veritatem Catholicam disputata: *audisti* (inquit *a*) *quod cum aliud sit Deus, & aliud homo, non tamen est alter Deus, & alter homo, sed unus est Dominus meus Jesus Christus, idem Deus, & homo*. Et inferius (*b*) de Sancta Maria: *Ita in utraque natura unum generans filium, ut idem sit Filius, Dei, qui filius hominis; nec alter sit filius hominis, quam sit Filius Dei*. Et in libro de perpetua virginitate sanctæ Mariæ, & de ejus parturitione, quem haud pridem in lucem edidit vir doctissimus Fevardentius Theologus Parisiensis, hæc item in eamdem sententiam: *Christus Deus numquam non fuit, ex quo homo factus est, & assumptus in unitate personæ semper mansit, & permanet verus Deus homo: non duo quidem, ut esset alter Deus, & alter homo: sed unus, idemque Deus, & homo. Quamvis enim aliud per quod Deus, aliud per quod homo, in utroque tamen Deus, & homo, quia non fuit aliquando purus sine Deo conceptus, vel natus homo: sed quia conceptus est de Spiritu sancto ex virginea carne, & natus homo vere: mox ex ipsa conceptione ineffabili nativitate Deus verus processit, & natus est homo*. Hæc cum ipse tradat, omnem excludit in Filio Dei secundum carnem adoptionem, cum numquam fuerit sine Deo homo, qui in filium potuerit adoptari.

(a) Ildef. de Virginitate S. Mariæ cap. 6.
(b) De Virginitate S. Mariæ c. 19.

IX. Possent quidem ista sufficere, ad coarguendum calumniæ, sicut & impietatis perfidum Elipandum, sed Deo agendæ sunt gratiæ, Deique Matri sanctissimæ Virgini, quod laudator, ejus Ildefonsus disertis verbis sæpe inferius omnem prorsus in Filio Dei Christo Jesu excludit adoptionem, ubi in eadem tractatione ista subiungit: *Ac per hoc talis partus una est communis lege naturæ, sed sicut mirabiliter conceptus, ita mirabiliter Deus, & homo natus. Ergo non illum, ut cæteros filios Dei adoptio fecit filium, sed divinitatis natura illum in proprium Dei Filium exaltavit, donavit, & illi nomen, quod est super omne nomen, ut esset totus Dei Filius, homo, & Verbum; quia numquam non fuit Dei Filius sempiternus, permanet unici Genitoris unigenitus*. Et post nonnulla eodem argumento accuratissime disputata, hæc subiicit ex S. Gregorii Papæ auctoritate: *Quoniam sicut ipse ait in eisdem Moralibus, aliud est natos homines gratiam adoptionis per eam accipere; aliud est singulariter per divinitatis potentiam Deum ex ipso conceptu prodiisse*. Ac post nonnulla, dum tuetur sicut in conceptione, ita in partu nullam contraxisse Mariam Virginem corruptionem, ista mox subiicit: *Alioquin si ipse ex matre coinquinatus esset, aut materna viscera quasi pro peccato corrumperet, & sordibus ex vitio primæ damnationis coinquinaret, non esset Dei Filius, sed adoptivus, ut cæteri; quinimmo nec adoptivus, & nullus esset, per quem adoptaretur ipse, si non esset proprius*. Et inferius: *Et ideo non est ille adoptivus, sed adoptator (ut ita dicam) cæterorum*. Ac subjungit: *Christus non adoptivus, sed proprius Dei Filius in plenitudine temporum venit, missus a Patre, natus ex muliere, factus sub lege, qui solus non non eguit regenerationis sacramento, neque renasci, quoniam proprius Dei Filius, qui nobis per adoptionis gratiam sua dignatus est benignitate per lavacrum regenerationis largiri fraternitatis consortium*. Unde Joannes (*c*): *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: quam sane potestatem a Patre genitus ipse ex sua natura in se habuit, & non aliunde ut proprius esset Dei Filius, & daret, quibus vellet, adoptionis gratiam*.

Testimonia Ildef. contra errores Elipandi.

(c) Joan. 1.

X. Hæc & alia ipse Ildefonsus, quibus omnibus magisque coarguas hæretici impostoris illatam in ipsum calumniam, vendicesque eum pariter a patrum concepta de ipso sanctissimo, atque doctissimo viro ex testificatione Elipandi mala existimatione, atque asserta falsa sententia; ut

PAGIUS illam abdicationem rediit ad vomitum, rursumque errorem suum majori audacia disseminare cœpit, tunc vere ea diffusius ebullivit, & hoc anno Synodus Francofordiensis cogenda fuit, ut quæ modo ex eodem Paulino in medium adducemus, indubitatum reddent. Carolus enim examinandas Elipandi literas Hadriano Papæ transmisit, & hoc tantum anno adversus eas Libellum de Sanctissima Trinitate dictum Sacrosyllabum scripsit Sanctus Paulinus, ut ipsemet in eodem his verbis indicat: *Quapropter ego Paulinus, licet indignus peccator, omniumque servorum Domini ultimus servus, Aquilejensis Sedis Venetiæ oris accincta, cui Deo auctore deservio, nomine non merito vrasul, una cum collegis, Dominis & fratribus meis, juxta exilem intelligentiæ meæ tenuitatem, Sancto perdocente Spiritu, corde, lingua, stylo contra eorum vesanias, qui recta fidei sunt adversarii, respondere non formido, cum sit Sancta & Universalis Ecclesia supra firmam nihilominus immobiliter fundata petram, & portæ inferi nequeant prævalere adversus eam*. Tum sub ejusdem libelli finem de Synodo Francofordiensi diserte mentionem facit: *Omnium hæreticorum perversa dogmata cum auctoribus & sequacibus suis æterno anathemate percelli judicamus. Elipandum namque & Felicem novos hostes Ecclesiæ, sed veternosa face perfidiæ pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, indignos & ingratos eos a consor-*

Digitized by Google

ut plane appareat nihil adeo alienum fuisse a tanto Patre, quam de adoptione Christi Filii Dei secundum carnem assertio. Dolendum fuit, ejusmodi lucubrationes viri sanctissimi, dolo fortasse perfidi Elipandi, fuisse diu suppressas, & occultatas, ne proderentur in lucem, ex quibus ipse filius tenebrarum redargui posset a lumine, dum vocat lucem tenebras, & tenebras lucem. Gaudendum vero quod in tanto Hispaniatum naufragio, superfuerint tam præclara nobilissimi ingenii monumenta, eademque e latebris vendicata, atque in lucem edita a viro veritatis amantissimo, antiquitatum Ecclesiasticarum studiosissimo, non Hispano (ne vel levis suspicio privatæ affectionis erga gentilem suum alicujus animum pulsare potuisset) sed Gallo, Parisiensis Academiæ professore, cultore integritatis, & pietatis, & claritudine nominis in Ecclesia Catholica optime noto, quem nominavimus, Fevardentio.

XI. His igitur de Elipandi litteris ante Synodum convocatam conscriptis jam enarratis, ad ipsam Synodi indictionem veniamus. Ubi igitur Elipandi dictæ litteræ ad Carolum Magnum redditæ sunt: nihil antiquius ipse habuit, quam ad universalem cogendam Synodum ex totius Occidentalis orbis Episcopis, operam dare, crebros ea de causa ad Hadrianum Romanum Pontificem Legatos mittens, exploraturus ejus sententiam, quid de proposita per Elipandum quæstione sentiret. Quale enim in his peragendis fuerit Caroli Magni vigilantissimum studium, a nullo fideliori teste, quam ex ipsius ad Elipandum redditis litteris cognoscemus, in quibus hæc inter alia de his leguntur: *Ad impletionem vero hujus gaudii, nempe hæreticorum conversionis, fraterna exigente charitate, jussimus sanctorum Patrum Synodale ex omnibus undique nostræ ditionis Ecclesiis congregari Concilium, quatenus sancta omnium unanimitas firmiter decerneret, quid credendum sit de adoptione carnis Christi, quam nuper novis assertionibus, & sancta Dei universali Ecclesia antiquis temporibus inauditis vos ex vestris scriptis intulisse, cognovimus. Immo & ad beatissimum Apostolicæ Sedis Pontificem de hac nova inventione nostræ devotionis ter, quaterque direximus Missos* Legatus scilicet, *scire cupientes, quid sancta Romana Ecclesia Apostolicis edocta traditionibus de hac respondere voluisset inquisitione. Necnon & de Britanniæ partibus aliquos Ecclesiasticæ disciplinæ viros convocavimus, ut ex multorum diligenti consideratione veritas Catholicæ Fidei investigaretur, & probatissimis sanctorum Patrum hinc inde roboratis testimoniis absque ulla dubitatione teneatur.* Et inferius vocatos ad Synodum tradit Petrum Mediolanensem Archiepiscopum, & Paulinum Forojuliensem, vel Aquilejensem (ut ait) Patriarcham, Episcopos præterea ex Germania, Gallia, Aquitania, atque Britannia. Paulinus autem Aquilejensis Episcopus in libello Sacrosyllabo addit ex Hesperia, Liguria, Æmilia, & Austria provinciis esse ad Synodum vocatos Episcopos. Carolus Magnus generalem Synodum convocare laborat.

Ubi autem Hadrianus Papa crebris legationibus Caroli Magni permotus est, ut de sententia Elipandi decerneret, ea iterum examinata, atque discussa, inventaque in hæresim declinare: publicas literas conscripsit ad Episcopos Gallæciæ, & Hispaniarum, in quibus provinciis fuerat error disseminatus; de hisque disputans, pluribus confutat assertam de Christi adoptione sententiam; atque demum, ejusmodi oratione devios omnes a veritate in fine compellat, sic dicens: *Priusquam libelli imponatur terminus finalis, adhibenda est litigatorum optio sententialis: eligant namque quæ volunt, vitam, aut mortem, benedictionem, aut maledictionem. Optamus namque, & infinitam boni Pastoris Domini precamur benignitatis clementiam, qui ovem* (a) *perditam ad ovile propriis humeris portavit, ut relictis carnis anfractibus, in quibus malæ bestiæ, id est, maligni spiritus commorantur, ut ad viam, quæ ducit ad vitam æternam fidei passibus, Christo* Optio data hæreticis ab Hadriano Papa. (a) Luc. 15.

PAGIUS *fortio Catholicorum perpetua animadversione eliminare decerno, & a gremio Sanctæ Matris Ecclesiæ censeo alienos. Eos etiam, qui post hanc tam saluberrimam definitionem, quam* PLENARIA SYNODUS *Sancto afflato Spiritu, concorditer fidelis sinceritate terminavit, falsissimis eorum adsertionibus, sive clam, sive in publica voce præbuerint assensum, simili eos sententia vindictæ sancimus esse plectendos; reservato per omnia juris privilegio Summi Pontificis Domini & Patris nostri Hadriani, primæ Sedis Beatissimi Papæ.*

III. Quæ plenaria illa Synodus esse potest, quam illa quæ ex diversis Regni Provinciis hoc anno post acceptas Elipandi literas a Carolo Rege congregata? Certe si *anno præterito* alia Synodus indicta fuisset, tot Scriptores anno DCCXCII. num. I. a nobis citati non affirmarent, *Felicem* in Concilio Francofordiensi *tertio damnatum fuisse, sed quarto*; cum anno DCCXCII. bis damnatus fuerit, primo Ratisponæ, & iterum Romæ, quod ipsemet Cointius anno DCCXCI. num. XIII. fatetus, & a nemine negari potest. Extat Libellus Sacrosyllabus Paulini Tom. VII. Conciliorum sub hoc titulo: *Libellus Episcoporum Italiæ contra Elipandum Concilii Decreto missus ad Provincias Hispaniæ.* Hoc ejus initium: *Incipit Libellus Sacrosyllabus Catholico salubriter editus stylo in Concilio, Divino nutu habito in suburbanis Mogun-* *Felix in Synodo hoc anno habita damnatus.*

sto redeant pertrahente; quatenus in sinu matris Ecclesiæ suscepti, per lamentum pœnitentiæ sordes abluant peccatorum, & infamata eorum modestia bona famæ recipiant pristinam dignitatem, nec honoris periclitentur naufragio, & a nostro non disjungantur consortio, ac per hoc reconciliati communioni Catholicæ Fidei, divina illos pietas cœlestium faciat esse participes gaudiorum.

Hadriani Pap. sententia in hæretic.

Quod si exigentibus indignis meritis, tam insolubili eos malignus spiritus perfidiæ laqueo justo Dei judicio strangulavit, ut resolvi nequeant: Ex auctoritate prorsus Sedis Apostolicæ, ac beati Petri Apostolorum principis, ac per eum, qui illi magister, & Dominus tradidit potestatem, & solvendi, ligandique licentiam tribuit (quod sine gravi mœrore dicere non possumus) perpetuo eos anathematis vinculo religatos ulterius cum sequacibus suis judicamus vindicta plectendos, ac per hoc a gremio matris Ecclesiæ, & a nostro consortio definio alienos.

XII. *Si quis autem fidelium, Deumque timentium charitatem eis benignitatis impertiendo, & Christi amore, pro eis* * *precis oblationem Domino offerre voluerit: non solum non inhibemus, sed ut faciat, Apostolicæ admonitione, & optamus, & salubri incitamus adhortatione, ut Deus omnipotens (a) qui neminem vult perire, & omnes homines propter nimiam bonitatem suam vult salvos fieri, revocet eos ad viam veritatis, & ad agnitionem pertingere (sicut dignum est) rectæ fidei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro &c.* Ista habent litteræ Hadriani, quæ & postea sunt in hac, de qua agimus, Synodo recitatæ.

* precum

(a) 1. Tim. 2.

Orari volt Pontifex pro hæreticis.

Quid in Synodo Carolus egerit.

Ubi igitur Synodus convenisset, præsente Carolo Magno Rege, ab eodem jussæ sunt legi litteræ Elipandi Archiepiscopi Toletani: *quibus recitatis* (inquit Paulinus) *statim surgens venerabilis Princeps de sella regia, stetit super gradum suum, & locutus est de causa fidei prolixo sermone, & adjecit: Quid vobis videtur? Ab anno prorsus præterito, ex quo cœpit hujus pestis insania tumescento, perfidiæ ulcus diffusius ebulisse, non parvus in his regionibus, licet in extremis finibus Regni nostri error inolevit, quem censura fidei necesse est modis omnibus resecari. Cumque imprecata, & concessa esset morosa dilatio per dies aliquot; placuit ejus mansuetudini, ut unusquisque quicquid ingenii captu rectius sentire potuisset, per sacras syllabas, die statuto, ejus clementiæ oblatum sui pectoris fidei munus styli ferculo mentis vivacitate deferret.* Hæc de jussione Caroli Magni Paulinus.

Qui ingenii sui nobile edens fœtum, commentariolum inscriptum, libellum Sacrosyllabum, adversus novam resurgentem hæresim elaboratum obtulit sanctæ Synodo, cui placuit, ut in Hispanias mitteretur, ad confutandos exortos in eis errores. Extat ipse integer, quem tu consulas: scriptus enim ab eo est non suo ipsius tantum nomine, sed & Petri Mediolanensis Archiepiscopi, & aliorum ipsis subjectorum Episcoporum, ad cujus libelli finem ejusmodi adversus eumdem Elipandum, atque Felicem sententiam profert istis verbis: *Elipandum namque atque Felicem novos hostes Ecclesiæ, sed veternosa fuce perfidiæ pollutos, nisi ab hac stultitia resipiscant, & per recta fidei satisfactionem lamentis se abluant pœnitentiæ, indignos, & ingratos eos etiam, qui post hanc tam saluberrimam definitionem, quam plenaria Synodus sancto afflata Spiritu concorditer subtili sinceritate terminavit, falsissimis eorum assertionibus sive clam, sive in publica voce præbuerint assensum: simili eos sententiæ vindicta sancimus esse plectendos, reservato per omnia juris privilegio summi Pontificis domini, & Patris nostri Hadriani primæ Sedis beatissimi Papæ.* Sed quod privilegium? illud nimirum, quod (ut sæpe dictum est) novas condemnare hæreses, & hæresiarchas, esset solius Romani Pontificis: vel illud fortasse intelligit privilegium, quo Romana Ecclesia (ut superius demonstratum est) Conciliorum omnium Acta cognoscit, probatque, vel improbat ipsa. XIII.

Sententia ab Italiæ Episcopis in hæreticos.

De-

PAGIUS *guntia Metropolitanæ Civitatis, Regione Germaniæ in loco, qui dicitur Franconofurt, sub præsentia Clementissimi Principis Domini Caroli gloriosissimi Regis, anno felicissimo Regni ejus XXVI. Placuit igitur sancto venerandoque Concilio, quatenus hic Libellus pro causa fidei ad Provincias Galliciæ ac Spaniarum mitti deberet obnoxios referandos errores, specialiter autem ad Elipandum Toletanæ Sedis Episcopum, in quo omnis hujus negotii constat materia quæstionum. Sancto incitante Spiritu, &c.* Quare libellus iste non anno superiori, ut æstumavit Cointius, sed currenti editus est, & ad Episcopos Hispaniarum missus.

Præponitur ille Canonibus Francofordiensibus cum Epistola Hadriani Papæ ad Episcopos Hispaniæ contra Elipandum Toletanæ Sedis Episcopum cum hac inscriptione: *Dilectissimis fratribus & Consacerdotibus nostris Galliciis Spaniisque Ecclesiis præsidentibus.* Binius *Gallicias Ecclesias* interpretatur Ecclesias Galliarum. Sed recte Cointius anno DCCXCIII. numer. XVI. per *Ecclesias Galliciæ Spaniasque* solas intelligendas docet Ecclesias Hispaniorum; quia exceptis locis quibusdam Citerioris Hispaniæ, quæ Francicis Ditionibus tunc accensebantur, erat omnis Hispania sub trium Regum potestate, *Adelphonsi* videlicet Asturiorum & Legionis Regis IV.

Libellus Paulini nonnisi ad Episcopos Hispaniarum missus.

XIV. Preces pro Carolo Magno. Demum vero pro ipso Rege ejusmodi ad Deum obtulit pias preces: *Catholicam, atque clementissimum, semperque inclytum dominum Carolum Regem per intercessiones beatæ, & gloriosæ semperque Virginis Dei Genitricis Mariæ, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere, & beati Petri primi Pastoris Ecclesiæ, omniumque sanctorum, verum etiam suffragantibus precibus vestris, omnipotens, & sancta Trinitas sua cum gratia circumcingat, suaque dextera semper protegat, & defendat, ut faciat semper, quæ illi sunt placita, quatenus cœlestibus fretus armis inimicos nominis Christi, auxilio fultus de cœlo, ad terram prosternat; barbaras etiam nationes infinitas Deus omnipotens ditioni ejus potentiæ subdat, ut ex hac occasione ad agnitionem perveniant veritatis, & agnoscant verum, & vivum Deum, Creatorem suum, &c.*

Recepto autem, atque perlecto a Paulino oblato nomine Episcoporum libello: ab ipsa sancta Synodo condemnata est hæresis, & adversus eam, & ab Elipando Episcopo Toletano missum perfidiæ libellum, scripta fuit Synodalis epistola ad Hispaniæ Episcopos, qua Patres confutaverunt singulas ab hæreticis assertas, pro errore defendendo, sententias. Synodalis epistola ad hæreticos. Extat ipsa integra habens in fine admonitionem ad eosdem, ut abdicato errore, sanam sequantur Ecclesiæ sanctæ doctrinam. Sed & ipse Carolus Magnus, quod privatas ab Elipando (ut diximus) pro errore defendendo litteras accepisset, ad eumdem, & alios Hispaniæ Episcopos scripsit epistolam, tanto Principe dignam, qui pietate, & doctrina, præstaret, eamdemque una cum litteris Pontificis libelloque a Paulino conscripto, & Synodali epistola ad eos misit, qua omnibus suaderet, ut ab errore Elipandi desisterent. Porro quod tanti Principis scriptorum monumento ipsa sancta Synodus est magnopere illustrata, ut istud ipsum intexatur Annalibus, a nobis exigit personæ dignitas, & argumenti, & multiplex utilitas, quam quis eam legendo percipiet. Sic enim ea habet:

Ann. Eccl. Tom. XIII.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Longobardorum, ac Patricius Romanorum, FILIUS ET DEFENSOR sanctæ Dei Ecclesiæ, Elipando Toletanæ civitatis Metropolitano, & cæteris in partibus Hispaniæ consacerdotibus Orthodoxæ Fidei, & Fraternæ charitatis in Christo Dei Filio propria, & vera optamus salutem. XV.

Epist. Caroli Magni ad Elipandum. *Gaudet pietas Christiana divina scilicet, atque fraterna per lata terrarum spatia duplices charitatis alas extendere, ut materno foveat affectu, quos sacro genuerat baptismate. Et maxima est sanctæ matris Ecclesiæ exultatio suorum adunatio filiorum, ut sint consummati in unum, qui redempti sunt ab uno, dicente eodem Redemptore nostro Jesu Christo: (a) Pater sancte serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut omnes unum sint, sicut & nos unum sumus. Unde & in Cantico Canticorum de sancta dicitur Ecclesia (b): Terribilis ut castrorum acies ordinata. Constipata exercitus ordinatio, & unanimis bellatorum fortitudo magno solet hostibus esse terrori: sic filiorum sanctæ matris Ecclesiæ intra murum Catholicæ Fidei pacifica adunatio aereis potestatibus nimium constat terribilis, & ignitis malignæ perfidiæ spiculis omnino impenetrabilis extat, sicut & verissimus Gentium prædicator & fortissimus Ecclesiæ præliator præcipit, dicens: (c) In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignita extinguere, & hoc sæculum nequam libero ad cœlestia volatu evadere (d): Sine fide enim impossibile est placere Deo: impossibile est quod omnino ab homine fieri non potest. Principium est salutis nostræ fides, quæ intemerata, & integra sanitate confirmata, totius vitæ cursus per bonorum vestigia operum feliciter finetenus currit: per fidem enim (sicut idem præfatus (e) doctor in epistola ad Hebræos testatur) omnes Sancti placuerunt Deo.*

(a) Joan. 17.
(b) Cant. 8.
Unitas Ecclesiæ Catholicæ insuperabilis.
(c) Ephes. 6.
(d) Hebr. 11.
(e) Ibid.

XVI. *Hanc igitur Fidem Orthodoxam, & ab Apostolicis traditam doctoribus, & ab universali servatam Ecclesia nos pro virium nostrarum portione ubique in omni-*

PAGIUS gis, Eximini Enecconis Navarræ Regis, & Iseni Regis Saracenorum. Ex titulo Libelli Sacrosyllabi recitato satis intelligitur, tam Libellum illum quam Hadriani Epistolam ad solos Hispaniarum Episcopos missam. Ad hæc Jonas Aurelianensis Episcopus in libro adversus Claudium Episcopum Taurinensem de Felice loquens ait: *Divina Gratia adminiculante, nullum apud Galliam, Germaniamque ejus error locum invenire quivit.* Quare opus non erat, ut ad Galliæ Germaniæque Episcopos adversus hunc errorem Hadrianus Papa scriberet. Literæ Hadriani in Synodo Romana exaratæ. Carolus enim in sua ad Elipandum & cæteros Episcopos Hispaniæ data ait: *Primo quod Dominus Apostolicus, cum Sancta Romana Ecclesia & Episcopis illis in partibus quaquaversum commorantibus, & Catholicis Doctoribus sentiret, sub unius libelli tenore statuimus.* Præterea ibidem Synodica Concilii ab Episcopis Galliæ & Germaniæ ad Præsules Hispaniæ missa, & denique Caroli M. Epistola ad Elipandum & cæteros Hispaniæ Episcopos data, quam Baronius numer. XV. & seqq. integram recitat.

V. Canones LVI. in hoc Concilio conditi. *Affuerunt in eadem Synodo Legati Romani Pontificis, Theophilactus ac Stephanus Episcopi, vicem tenentes ejus, a quo missi fuerant, Hadriani Papæ,* inquit Eginhardus in Annalibus. Hujus Concilii Canones sex & quinquaginta primus publicavit Sirmondus post Baronii mortem;

bus servare & prædicare profitemur: quia non est in alia aliqua salus, nisi in illa, quam pacifica ab initio salutis nostræ unanimitate semper servabat Ecclesia. Pro qua etiam, viri fratres, & vestra bona devotio, quam vos habere decet in Domino, his partibus fidei vestræ litteras dirigere curastis, nempe & generales ad sacerdotales sanctissimas aures, ad nos quoque speciales. In quarum utique serie litterarum non satis nobis elucebat, an quasi ex auctoritate magisterii vos vestra docere disposuistis, an ex humilitatis discipulatu nostra discere desideratis: tamen sive hoc, sive illud vestris inesset animis, petitionem vestrum, charitate Christianæ religionis cogente, non spernendam esse, censuimus, valde desiderantes, Deumque ex intimo cordis affectu deprecantes, quatenus in vera fidei soliditate firmiter utrimque permaneamus, contra fluctivagos hujus sæculi æstus, Spiritu sancto navigium nostri cursus regente, ad portum perpetuæ tranquillitatis pervenire mereamur.

De litteris ab Elipando missis.

XVII. *Ad hanc tranquillitatem cupiendam, oculus cordis fide purificandus est, & assiduis sanctarum orationum precibus mentis acies illustranda, ut puræ veritatis lumen, omni errorum nube expulsa, contemplari valeat; ac in opinionis noxiæ falsitatis temeritas inordinata incautius gradientem præcipitet. Non pudeat Christianum, ubi hæsitat, quærere; ubi nescit, discere: quoniam pia humilitas discendi sapientiæ intrat secreta: Et melius est discipulum esse veritatis, quam doctorem existere falsitatis; ille ad altiora semper provehitur; iste ad inferiora semper dilabitur, & inde magister efficitur erroris, unde auditor contempsit esse veritatis. Hanc igitur, fratres, perniciosam devitantes elationem, sanctorum Patrum, & sanctorum doctorum sacris inhæreamus sensibus: discamus quæ scripserunt, credamus quæ docuerunt, & non declinemus ad dexteram, neque ad sinistram, sed per viam regiam ad Regem, & Redemptorem, & Deum, & Dominum nostrum Jesum Christum concordi fidei, & veritatis curramus professione (a): Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem, eodem attestante Apostolo (b): Justus autem ex fide vivit. Si justus ex fide vivit, quomodo qui fidem non habet rectam, se vivere æstimat? (c) Nos nempe non sumus infidelitatis filii in perditionem, sed filii ad acquisitionem animæ. Sequamur sanctorum Patrum venerabilia in charitate præcepta.*

Patribus inhærendum.

(a) Rom. 10.
(b) Rom. 1.
(c) Hebr. 10.

Decet enim, ut omnium Christianorum una sit fides, & unus animus (d), sicut est unum ovile, & unus pastor. Qui enim extra Ecclesiastici ovilis septa inveniuntur, lupina rabie devorabuntur, qui vocem boni pastoris non audiunt, qui ante suas oves ingreditur, & egreditur, ut eos ad pastua vitæ perducat æternæ. Nobis itaque dictum intelligamus, quod egregius prædicator suis carissimis filiis præ-

(d) Joan. 10.

PAGIUS tem; antea enim duo tantum prodierant, quorum primus damnat *Elipandum & Felicem* Episcopos, qui in Dei filio adoptionem adserebant. Secundus Canon Francofordiensis est de Adoratione Imaginum, de quo infra. *His peractis de Tassilone definitum est capitulum, qui dudum Bajoariæ Dux fuerat, sobrinus videlicet Domni Caroli Regis. In medio sanctissimi adstetit Concilii veniam rogans pro commissis culpis, tam quas tempore Domni Pippini Regis adversus eum & Regnum Francorum commiserat, quam quas postea sub tempore Domni nostri piissimi Caroli Regis in quibus fraudator fidei sua extiterat, indulgentiam ut ab eo mereretur accipere humili petitione visus est postulasse*, &c. Tassilo dicitur sobrinus Caroli Regis, quia matrem habuit *Chiltrudem* Pippini Regis sororem. Post Synodum Francofordiensem *Tassilo* cum Theodone & Theotberto filiis relegatus est in Cœnobium Gemmeticense in Diœcesi Rotomagensi positum, ubi tam ipse quam filii usque ad mortem vixere. [1]

VI. Octavus Canon est de quinque Sedibus Metro-

NOTÆ [1] POst Francofurdiense Concilium, *Tassilonem* obiisse certum est, at incertum quo anno. In *Laureshamense* monasterium secessisse, ibique diem clausisse extremum, ex ejus epitaphio, quamvis a recentioribus exarato, ut putat Eccardus in Historia Franciæ Orientalis to. I. pag. 726. & ex Necronologio Laureshamensi a Schannato in Vindemiis litterariis edito, non improbabili conjectura colligit idem Eccardus. Epitaphium jampridem a Marquardo Frehero in Originibus Palatinis P. I. pag. 45. editum fuerat, quod Laureshami exstare narrat. Rursus a Brunnero rerum Boicarum P. I. Lib. V. recusum fuit. His autem verbis exaratum fuisse tradunt.

CONDITVR HAC. FOVEA. QVEM PIE CHRISTE BEA.
THESSILO DVX PRIMVM. POST REX. MONACHVS SED AD IMVM
IDIEVS. IN TERNIS DECESSERAT ILLE DECEMBRIS

In Necrologio Laureshamensi pag. 40. legitur: III. *Idus Decembris Tassilo Dux ex laico monachus*. Certum est, inquit Eccardus, nisi Laureshami *Tassilo* decessisset, ejus diem emortualem monachos Laureshamenses non fuisse annotaturos? Mabillonius, cui neque epitaphium Tassilonis, neque Laureshamense Necrologium ob oculos venit, in Gemeticensi monasterio *Tassilonem* una cum filio pie decessisse Annal. Bened. Lib. XXVI. §. XXXIII. verosimilius esse tradidit; *Sanctum* tamen eum dicere, ut in nonnullis recentioribus fastis adnotatur, piaculum sibi videtur. GEORGIUS

Digitized by Google

(a) 1. Cor. 1. præcipiebat, dicens (a): Obsecro vos per nomen Domini nostri Jesu Christi, ut unum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata; sitis autem perfecti in uno sensu, & in eadem sententia. Hæc habentes Apostolicæ auctoritatis præcepta, concordate nobiscum. Diligimus vos: hoc vobis volumus in Domino, quod & nobis; quia perfecta, quam habemus in Christo, charitas congregare gaudet, non spargere, adunare, non scindere, & inconsutilem Salvatoris nostri tunicam (b) integram servare, non dividere, prævidentes hoc idem in pace Christi custodire, quod milites in passione ejus observabant.

(b) Joan. 19.

XVIII. De unitate & charitate servanda.

His ita prælibatis, vestris in Domino valde congaudemus profectibus, ita ut in cordibus nostris fraterno vulnerati amore vestram, quam patimini, lachrymabili gemitu condoleamus oppressionem; sed majore multo (c) tristitia lugemus, si aliquid diabolica fraude interius oppressionis per infidelitatem, vel cujuslibet schismatici erroris patimini in cordibus. Ipse est continuus dolor pectoribus nostris, & pene irremediabile vulnus, nisi per ejus misericordiam qui sanat (d) contritos corde, & vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis pervenire, illi nos lætificent, qui tristaverunt. Vestra igitur correctio, nostra est lætificatio. Desiderantes vos socios habere in fide Catholica, & cooperatores in prædicatione veritatis, ut (e) gaudium, quod Christus suis promisit discipulis, habitet in nobis, & gaudium nostrum impleatur in vobis.

(c) Rom. 9.

(d) Ps. 146.

(e) 2. Tim. 2.

Quæ fuerit ratio cogendi Concilii.

Ad impletionem vero hujus gaudii, fraterna cogente charitate, jussimus sanctorum Patrum Synodale ex omnibus undique nostræ ditionis Ecclesiis congregari Concilium, quatenus sancta omnium unanimitas firmiter decerneret, quid credendum sit de adoptione carnis Christi, quam nuper novis assertionibus, & sanctæ Dei universali Ecclesiæ antiquis temporibus inauditis vos ex vestris scriptis intulisse, cognovimus; immo & ad beatissimum Apostolicæ Sedis Pontificem de hac nova inventione nostræ devotionis tres quatenusque direximus Missos, scire cupientes, quid sancta Romana Ecclesia, Apostolicis edocta traditionibus, in hac respondere voluisset inquisitione. Necnon & de Britannia partibus aliquos Ecclesiasticæ disciplinæ viros convocavimus, ut ex multorum diligenti consideratione veritas Catholicæ Fidei investigaretur, & probatissimis SS. Patrum hinc inde roborata testimoniis absque ulla dubitatione teneretur.

XIX. Idcirco vobis per singulos libellos dirigere curavimus, quod prædictorum Patrum pia unanimitas, & pacifica perscrutatio auctoritate Ecclesiastica invenisset, statuisset, confirmaret. Primo quid domnus Apostolicus cum sancta Romana Ecclesia, & Episcopis in illis partibus quaquaversum commorantibus, & Catholicis Doctoribus sentiret, sub unius libelli tenore statuimus. Deinde secundo loco quid Ecclesiastici doctores, & sacerdotes Ecclesiarum Christi de propinquioribus Italiæ partibus cum Petro Mediolanensi Archiepiscopo, & Paulino Forojuliensi, vel Aquilejensi Patriarcha, viris a Domino valde venerabilibus intelligi, vel firmiter credi voluissent, suis propriis responsionibus exaratum posuimus libellum; quia ipsi quoque præsentes nostro Synodali conventui adfuerunt. Post hæc tenet & tertius libellus Orthodoxorum sanctorum Patrum Episcoporum, & virorum venerabilium fidem, qui in Germaniæ, Galliæ, Aquitaniæ, & Britanniæ partibus digne Deo deserviunt officiis, vestrisque objectionibus sanctarum scripturarum testimoniis roboratas obtinet responsiones. Deinde quarto loco meæ propriæ unanimitatis cum his sanctissimis prædictorum Patrum decretis, & Catholicis statutis consensum subnexui, sicut vosmetipsi in vestra epistola, quam meo specialiter designastis nomine, rogare curastis, id est, ne subdolis paucorum assertionibus consentirem, sed plurimorum testimoniis roboratam fidem tenerem.

Quæ congesserit Carolus ad reducendos ad fidem hæreticos.

XX. Facio certissime, Deo Domino meo Jesu Christo donante, horum me sanctissimæ multitudini, & probatissimæ auctoritati veræ fidei professione associans, nec vestræ me paucitati in consensione hujus novæ assertionis socium admitto, sed Apostolicæ Sedi, & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ, & Catholicis traditionibus

PAGIUS Canon de Sedibus Metrop.

tropolitanis, Viennensi, Arelatensi, Darantasiensi, Ebredunensi & Aquensi. Prior Canonis pars spectat ad contentionem exortam de Provinciarum limitibus inter Metropolitanos Viennensem & Arelatensem. Quoad secundam statuitur, *de Tarantasia & Ebreduno, sive Aquis, Legatio facta est ad Sedem Apostolicam, & quidquid per Pontificem Romanæ Ecclesiæ definitum fuerit, hoc teneatur.* Quinquagesimus quintus hæc habet: *Dixit etiam Domnus Rex in eadem Synodo, se a Sede Apostolica, idest, ab Hadriano Pontifice, licentiam habuisse ut Angilramnum Archiepiscopum in suo Palatio assidue haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eamdem Synodum ut eo modo sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildebaldum Episcopum habere debuisset, quia & de eodem, sicut & de Angilramno Apostolicam licentiam habeat. Omnis Synodus consensit, & placuit eis eum in Palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas.* Quare Episcopi Colonienses hoc tempore nondum Metropolitæ erant; Hildebaldus tamen, sive Hildivaldus vel Hildeboldus primus hanc dignitatem obtinuit; Anastasius in Vita Leonis III. loquens de ejus adventu in Galliam anno DCCXCIX. dicit, Carolum misisse *in obviam ejus Hildivaldum*

Digitized by Google

Ubi inquirenda sit vera fides scita Caroli sententia.

tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungo. Quicquid in eorum legitur libris, qui divino Spiritu afflati toti orbi a Deo Christo dati sunt doctores, indubitanter teneo, hoc ad salutem animæ meæ sufficere credens, quod sacratissima Evangelicæ veritatis pandit historia, quod Apostolica in suis epistolis confirmat auctoritas, quod eximii sanctæ scripturæ tractatores, & præcipui Christianæ Fidei doctores, ad perpetuam posteris scriptum reliquerunt memoriam: cum his quoque doctoribus, & sanctæ Ecclesiæ pastoribus veram prædico fidem, quos in præsenti tempore ille nobis dedit luminaria, qui dixit (a): *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi*. Hi sunt propugnatores fidei nostræ, hi sunt rectores per diversas sedes civitatis Christi, cujus antemurale est Fides Catholica, & charitas firmissimus murus, & propugnacula divinarum testimonia scripturarum, & divitiæ salutis in ea sunt (b) sapientia, & scientia, & spei portarum custodia: quæ quatuor clavibus, id est, prudentia, justitia, fortitudine, & temperantia piis aperiuntur animis. Hujus vero civitatis ipse Dei verus, & proprius filius, Deus verus, homo verus Jesus Christus Dominus noster regali præsidet potentia, cujus gratia totam illius civitatis instructuram regit, defendit, & exaltat. Quisquis ad hanc civitatem, recta sibi prævia fide, manus bonorum operum habens plenissimas pervenire festinat: apertas inveniet portas, & Regem Regum cum millibus sanctorum agminum obviare sibi gaudebit.

(a) Matt. 28.

(b) Isa. 26.

XXI. Preces hæreticorum non merentur exaudiri.

Sed & gratias vobis agimus de instantia orationum vestrarum, quibus memoriam nostri assidue vos habere dixistis, optantes, ut preces vestræ acceptabiles sint Domino Deo Salvatori nostro; & ut ipse per suam misericordiam, dignos vos efficiet exaudiri, & ad unitatem sanctæ suæ Ecclesiæ revocare dignetur, & ejusdem pietatis humeris in sanctæ matris Ecclesiæ reportet ovile, qui de cælis veniens ovem requirere perditam, inventamque cum triumpho gloriæ ad sedem Paternæ Majestatis revenit.

Libellus hæretic. in Synodo discussus.

Illud quoque, quod vobis nostram pietatem flagitare placuit, quatenus in præsentia nostra libelli vestri legeretur textus, & perscrutante plurimorum consilio, quid in eo rectæ fidei sanctionibus consentiens inveniretur: fecimus sicut petistis, collectisque undique veluti præfati sumus, Ecclesiasticis doctoribus, & populi Christiani rectoribus, nobisque omnibus pacifico unanimitatis choro considentibus, eumdem libellum a capite calcetenus per distinctiones uniuscujusque sententiæ, & per interrogationes, & responsiones, prout cuique libuit, perlegere jussimus. Quid vero de illo libello Præsules Ecclesiarum Christi, FideiqueCatholicæ doctores intellexissent: non est opus mihi in hac mea iterare epistola, dum illorum libellus proprius hoc vobis evidenter ostendet.

Scriptam itaque in epistola vestra hujusmodi obsecrationem invenimus, poscentes vos per eum, qui pro te in Cruce manus innoxias extendit, & pro te sanguinem pretiosum effudit, & pro te mortem pertulit, & sepulturam, ad liberandum electos ad infernum descendit, & pro te resurgens, tibi viam ad cælos revertendi, scilicet ad cælestem patriam demonstravit, ut per te ipsum arbiter sedeas. Ecce ego vestris petitionibus satisfaciens, congregationi sacerdotum auditor, & arbiter adsedi. Discrevimus, & Deo donante decrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter tenendum: sed modo per eamdem obsecrationem vos iterum, atque iterum obtestor, ut in pacifica unanimitate, & Catholicæ Fidei professione nobiscum firmiter maneatis, nec vos doctiores existimetis universali sanctæ Dei Ecclesia. Eam fidem tenete, quam Orthodoxi Patres in suis nobis symbolis scriptam reliquerunt; & nolite plus sapere, quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; nec ratiocinando humano ingenio divina vos mysteria investigare arbitremini, sed magis credendo honorare, quæ humana fragilitas temere perscrutando, invenire non valeat. XXII.

Saluberrima Caroli Magni admonitio ad hæretic.

Exemplum mihi Constantini Imperatoris proposuistis, cujus initium beatum Isiderum laudasse dicitis, & finem doluisse: quod ne mihi accidat, per quemdam Beatum (quem per antiphrasin cognominastis) benigne suadetis: Hoc etiam, divina miserante gratia, præcavere satago, non ab illo tantummodo, sed etiam ab omnibus, qui aliquid rectæ fidei contrarium docere videntur: assiduaque devotione Dominum deposco, & quoscumque ex filiis sanctæ matris Ecclesiæ valeo mihi in hac petitione adjutores convoco, ne me alicujus verbosa adulatio, vel fraudolenta laudatio

Exemplum Caroli conservandæ Catholic. fidei.

PAGIUS *dum Archiepiscopum & Capellanum, & Asbearum Comitem*. Unde Hildebaldus inter præsentem annum, annumque DCCXCIX. Metropolita renuntiatus. In præcepto quidem de institutione Episcopatuum per Saxoniam relato ab Adamo Bremensi libro primo Historiæ Ecclesiasticæ legitur: *Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis & Sacri Palatii Capellanus recognovi. Data II. Idus Julii anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXXIX. Indictione XII. anno autem regni Domni Caroli XXI.* Verum hæc clausula ab ipsomet Adamo addita; eo enim Christi anno non Hildebaldus sed Angilramnus Sacri Palatii Capellanus erat, & in præceptis Regum Francorum ante Carolum Crassum Indictio non apponebatur. In Octavo quidem Canone *Urso* Vi-

tio decipiens, a via veritatis avertat, sæpius cum Propheta decantans (a); *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

(a) Psalm. 140.

XXIII. Spes bonorum nulla absque recta Fide. *Vos vero vobismetipsis cavete, quos vos fraterno monuistis amore, procurantes diligentissime, omnipotentisque Dei vobis assiduis precibus clementissimam convocate gratiam, ne callida antiqui hostis versutia sensus vestros in aliqua parte corrumpat, & pejus fiat interius diaboli servitium, quam exterius gentis inimicæ.* Hæc Carolus, alludens ad servitutem, qua a Sarracenis miseri Hispani tenebantur oppressi, quod hac eadem epistola inferius sæpe ingerit, sed pergit: *Eumque expectate Redemptorem, quem salutis vestræ habuistis auctorem. Illum glorificate in corde, & portate in corpore, & dignam in vobis illi præparate habitationem in fide, quæ per dilectionem operatur, quatenus vos illius gloriosa potentia, & ineffabili misericordia ab utriusque servitutis molestia, exteriore scilicet & interiore liberet, & custodiat, & in magno judicio ante conspectum gloriæ suæ cum multiplicibus laboris vestri divitiis stare concedat, & vocem optabilem cum operatoribus Apostolicæ Fidei audire faciat* (b): *Venite benedicti Patris mei, percipite Regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi. Paratum igitur vobis regnum ab origine mundi, indubitata veritatis professione speratis, si Catholicæ fidei unanimitati vosmetipsos adjungere curetis; exteriores servitutis molestias interna fidelitatis spe consolamini: Oculos mentis vestræ ad eum erigite, qui vos eripuit de potestate tenebrarum, & transtulit in Regnum Filii dilectionis suæ.*

(b) Matt. 25.

XXIV. Exhortatio ad fidem Catholicam. *Hactenus antequam hujus adoptionis in Christo nomen a vobis exortum nostros non offenderet animos, vos germanitatis amore dileximus; & si nos vestrum corporale servitium contristaret, rectitudo tamen fidei Catholicæ lætificavit in vobis: Nunc vero duplici pro vobis afficimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica servitute oppressis in corpore. Sed redite, obsecro, ad unitatem sanctæ matris Ecclesiæ, ut vos eruat de angustia servitutis terrenæ, qui vos per baptismi gratiam a vinculo liberavit originalis peccati. Expoliastis veterem hominem: quomodo iterum fraude decepti maligna induemini illum? Adoptione filii Deo Patri facti estis per eum, qui non est adoptivus, sed proprius. State per fidei inviolabilem confessionem in libertate filiorum Dei, & nolite infidelitatis jugum subire: expellite vincula diabolicæ deceptionis de cordibus, quatenus Deus Christus, qui solvit compeditos, excutiat catenam gentis inimicæ de manibus vestris. Habetis nos, divina auxiliante gratia, cooperatores gaudii vestri, si vos nobiscum Catholicæ fidei vultis esse prædicatores: Certissimum namque erit divinæ miserationis auxilium, ubi una est totius Ecclesiæ charitas, & una vera fidei confessio.*

Ad multitudinem populi Christiani, & ad sacerdotales Concilii unanimitatem revertimini. Si enim duorum, vel trium sancta pioque consensu, secundum suam promissionem Dominum esse præsentem, non dubitamus; quanto magis ubi tot sanctissimi fratres, tot filii matris Ecclesiæ in nomine illius pacifica conveniunt unanimitate, eum adesse medium, non est dubitandum, & illorum negare consilia, qui sui nominis laudem quærere dignoscuntur? Ad confirmandum igitur corda vestra in fide, & veritate, hanc nostri nominis, fraterna instigante charitate, epistolam scribere curavimus, optantes ut nostra, quam habemus pro Fide Catholica, proficiat devotio, & vos divina clementia ad Fidem reducat Catholicam. XXV.

Imperator non dat auxilium hæreticis.

Ante igitur quam hujus sæpe dicti scandali a vobis oriretur offensio, duplici charitate (sicut prædiximus) dileximus vos, id est, in orationibus nostris per omnes Regni nostri Ecclesias habuimus socios, & vestri memoriam quotidie facientes: itidem quoque & Deo auxiliante, voluntatem habuimus vos liberare a servitio sæcularis necessitatis secundum temporis opportunitatem, & vestri consilii adhortationem: nunc vero hac duplici charitate (quod sine dolore non dicimus) fraudastis vosmetipsos, non intelligentes, fraude diabolica esse deceptos, ut utroque juvamine vos denudaret, id est, participatione fidei & orationum nostrarum, vel solatio auxilii nostri. Videte, videte quam grande malum adversus vosmetipsos habetis factum, quod nequaquam ausi sumus orare pro vobis, sicut pro fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ filiis, nec vos adjuvare,

re,

PAGIUS Viennensis & *Elifantus* Arelatensis, qui Metropolitæ erant, vocantur tantum Episcopi; sed cum Carolus in Canone V. Angelramnum Archiepiscopum vocet, *Hildebaldum* ejus in munus Capellani sacri Palatii Successorem Episcopum non nominasset, si, uti *Angelramnus* Archiepiscopus fuisset.

VII. Denique hic Canon LVI. & ultimus : *Commonuit etiam* (sc. Carolus Rex), *ut Alcuinum ipsa Sancta Synodus in suo consortio sive in orationibus recipere dignaretur, eo quod esset Vir in Ecclesiasticis doctrinis eruditus. Omnis namque Synodus secundum admonitionem Regis consensit, & eum in eorum consortio sive in orationibus receperunt.* Quanto studio Alcuinus in bonum Ecclesiæ ferretur, testantur plures ab eo libri

Carolus Alcuinum Episcopis commendat.

edi-

ve, quomodo fratres in vestris maximis necessitatibus. Qua propter revertimini ad hanc duplicem consolationem, & abjicite a vobis hanc malignam diabolicæ fraudis versutiam, ut possitis nobiscum consortium habere in omni charitate, & gaudio opportuno.

Post hanc vero correctionem, sive admonitionem Apostolicæ auctoritatis, & Synodalis unanimitatis si non resipisceitis ab errore vestro: scitote omnino, vos pro hæreticis haberi, nec ullam vobiscum communionem pro Deo audeamus habere. Currite dum (a) *lucem habetis, ne tenebræ vos anathematis comprehendant, unde non potestis pedes vestros explicare, sed interna damnatione irretitos esse lugebitis. Adhuc enim pia mater revocat vos in gremium suæ misericordiæ, volens vos Deo nutrire in filios. Tantum nolite vos abstrahere ab ejus pietate, qui* (b) *vos vocavit in Regnum filii dilectionis suæ.* Subjicit his Catholicæ fidei Symbolum, quo & asseritur Dei filius non esse adoptivus, sed proprius. Postea vero sic perorat:

(a) Joan. 12.

(b) Gal. 1.

XXVI. *Hanc fidem vos, fratres charissimi, firmiter tenere, in commune prædicamus: & si aliter ante in quolibet verbo sensistis, corrigite vosmetipsos, & ad unitatem sanctæ Dei Ecclesiæ pura fide festinate, & contentiones nominum, novitatesque vocum devitate, quia juxta Apostolum, non est hæreticus nisi ex contentione. Vos igitur quia pauci estis, unde putatis vos aliquid verius invenire potuisse, quam quod sancta, & universalis toto orbe diffusa tenet Ecclesia? Sub tegmine alarum illius requiescite, ne vos avida diaboli rapacitas (si foris invenerit) nefando gutture devoret. Redite ad pium matris Ecclesiæ gremium, illa vos foveat, & nutriat, donec occuratis in virum perfectum, & in plenitudinem corporis Christi. Habete nos cooperatores salutis vestræ, Catholicæ pacis auxiliatores; & societas vestra sit in Christo Jesu Domino nostro,* (c) *qui vos nobiscum incorruptos, & immaculatos fide pariter, & opere custodiat, & constituat ante conspectum gloriæ suæ incontaminatos, & irreprehensibiles & perpetuæ hæreditatis hæredes pariter perficiat in æternum. Amen.* Hactenus ad Elipandum Carolus Magnus, & ad alios ejus perfidiæ socios; finemque accipiunt hic Acta, quæ extant ejusdem Francofordiensis Concilii.

(c) 1. Joan. 2.

De rebus gestis in Francof. Conc. adversus Nicænam Synodum secundam.

Quoniam autem est nonnullorum assertio, in hac eadem Synodo damnatum esse Nicænum Concilium secundum, idemque dictum, septimam Synodum Oecumenicam, verum ne id sit, & si aliquod attulerit præjudicium veritati, & dicta Nicæna Synodus ex iis aliquod acceperit detrimentum, solicitius investigandum remanet, & accuratius disquirendum, quod res sit gravissima, maximique momenti. Scimus ex Orthodoxis complures, cum objicerentur ista a Novatoribus quam audacissime, nimirum in Francofordiensi Concilio damnatam esse septimam Synodum, eo confugisse, ut assererent, non esse damnatam ibi eam septimam Synodum, quam Orthodoxi Nicææ in Bithynia congregarunt, sed eam, quam Iconoclastæ Constantinopoli sub Constantino Copronymo collegerunt, eamdemque pariter septimam Synodum Oecumenicam appellarunt. Favebat huic Orthodoxorum responsioni, quod veteres, qui asseruerunt, damnatam in Francofordiensi Concilio septimam Oecumenicam Synodum, eam non Nicænam, sed Constantinopolitanam nominaverunt, quam fuisse constat hæreticorum.

XXVII. Hæc quidem cum jure dici possent, nisi alia addita essent, evicta penitus causa fuisset: verum cum constet, eam ab illis asseritam damnatam fuisse septimam Synodum, quæ pro cultu sanctarum imaginum statuta fuit: utique ad Nicænam, non ad Constantinopolitanam, eamdem septimam damnatam Synodum esse referendam, licet sit ab illis erratum in nomine, æquus arbiter judicabit; nec nos tale judicium subterfugimus: Gaudet enim innocentia veritate, nec indiget ficus foliis, quibus pudenda, quæ nulla sentit, contegere debeat. Tantum abest igitur, ut negemus Nicænam sesecundam Synodum, camdemque septimam Oecumenicam dictam, damnatam dici in Francofordiensi Concilio: ut etiam augeamus numerum testium id profitentium, & quidem haud dubiæ fidei vel rejiciendæ auctoritatis. Sic igitur justæ causæ confisi, id sponte, ac liberaliter concedimus adversariis, quod ab aliis penitus negatum sciunt; ut nos nonnisi cupidos esse veritatis intelligant, remque agere sine fuco, & fallaciis more majorum nostrorum sanctorum Patrum, ut

Damnata Nicæna Synodus Secunda in Conc. Francoford.

PAGIUS editi, cum adversus Felicem Urgelitanum, tum adversus Elipandum Toletanum Episcopos, sicuti & Epistolæ variæ, quas ad retinendam revocandamque fidei integritatem scripsit.

VIII. A num. XXVII. ad LVIII. Baronius Synodum Nicænam II. quæ Sacras Imagines venerandas statuit, pluribus docte defendit, quibus hæc tantum addam. Lambecius lib. 2. de Biblioth. Cæs. cap. 5. refert incerti cujusdam Auctoris antiqui, qui tempore Caroli Magni vixit, Annales Francorum ab anno Christi DCCXCIV. usque ad annum DCCCIII. quos integros retulit, & ex charactere, qui aliis ejusdem ævi Codicibus MSS. ad unguem congruit, ipsius Caroli Magni tempore scriptos esse deducit. Viderat hos Chronographus Moissiacensis; cum in-

Felix Ep. Urgel. in Synodo Francofurti damnatur.

ut quæ sint vera firmemus, & quæ fulsu, a quovis sint dicta, negemus.

Tanti ponderis aggredientes nos quæstionem, in ipso ejus exordio (ne qua ambiguitate verborum currens veritas, quasi compedibus teneatur) in sententiarum diversarum bivio constituti, quo quis gradiatur aperientes, illud in primis usserimus: longe inter se esse ista diversu, vel dicere esse damnutum uliquid in Concilio, vel damnatum per Concilium, ut primum actum habeat imperfectum, secundum doceat consummatum. Cum enim aliquid in Concilio agitur a male sentientibus, nec accedit consensus eorum, quorum est statuta firmare, quo si careat, omne quod decretum est, nullias est ponderis, & penitus evanescit: tunc id statutum tantum dici poeest in Concilio, nec alicujus roboris esse, deficientibus necessario requisitis. Sed tunc per Concilium, cum omniu ad actus perfectionem concurrisse, remque esse perfectam liquet. Sic igitur, quod ad rem, de qua agimus, spectat: Sic usserimus cum antiquis uuctoribus, damnatam in Francofordiensi Concilio Nicænam secundam Synodum, ut deficiente consensu eorum, quorum erat Synodum comprobare, negemus omnino per Francofordiense Concilium Nicænam secundam Synodam esse damnatam; cum haud dubium, quæcumque ab illis facta fuissent, irrita penitus, atque cassa redditu essent; ut non mireris, si quæ sunt ab els tunc Acta conscripta nusquam appareant, utpore quod abolita; perpetuoquu fuerint sepulta silentio, quæ nox probassent Legati Apostolicæ Sedis, nec qui eos miserat Hadrianus Rom. Pontifex confirmasset.

XXVIII. Sane quidem contradixisse Legatos Apostolicæ Sedis iis, qui adversus Nicænam secundam Synodum ibi decretu fuissent, nec ipsi quidem Novutores adversantes (a) negunt. Sed & ab Hudriuno Papa non solum non ussensum, sed magnopere coutradictum: ejus quæ extat confutatio, & redargutio adversariorum ud Carolum Maguum conscripta palam ostendit. Quin & cum Hadriano ulios Episcopos pariu sensisse, Hincmutus (b) usfirmat. Unde & ejusdem Caroli factum esse præcepto, existimandam est, at explosis, atque rejectis iis, quæ contra Nicænam Synodum gesta fuissent, ipsu tantum Acta, quæ contra Elipandum, utque Felicem omnium consensu firmuta fuissent, ejusdem Synodi integra remanerent; quod probe sciret ipse Carolus, quod profitetur, nulla Conciliorum decreta subsistere, quibus Romani Pontifices contradicerent, quod & tam Latinorum, tum Græcorum auctoritate sæpe superius apertissima luce declaratum constat: ut nec ipse quidem (quisquis ille fuerit, qui adversus Nicænam secandam Synodum commentarium scripsit, qui fertur nomine Caroli) id negare uudeat; immo & firmissime usserat, atque confirmet, esse sententiam ejusdem Francofordiensis Concilii, asserentis judicium ultimum controversiarum esse solius Romani Pontificis. Quo argumento reiicit septimam Synodum, ut quæ (quod turpiter mentiretur) non fuerit u Romano Pontifice confirmatu.

(a) Magdebur. Cent. 8. c. 9. col. 639.

(b) Hincm. Episcop. Rhem. contra Laudun. Ep. c. 20.

Nic. Synodus non est damnata per Francof. Conc.

Sic igitur caruit his Actis Synodus Francofordiensis; quæ eam nullum acceperit u Sede Apostolica robur, sed ub ea penitus confutatu, utque damnata, fuerint etiam ejusdem Caroli Principis maxime pii auctoritare rejecta, penitusque deleta. Quod affirmare ea saltem ratione necesse est, cum videlicet certum sit, ipsum Carolum nequuquam contru Hadrianum Pontificem contentiosum funem trahere perseverasse, at se ub ejus communicatione divisetit: nam & exploratissimum est, eum non desiisse uliquando u communicatione, & amicitiu ejusdem Pontificis: quem non tantum viventem coluit, sed etium mortuum celebravit, atque immenso honore fuerit prosecutus, ut ostendent inferius, quæ suo loco dicturi sumus. Sicque, ut diximus, affirmare necesse est, ipsum eidem Pontifici in iis penitus acqoievisse, atque ex ejus sententiu male sancita damnasse.

Carolus secutus sententiam Rom. Pont.

XXIX. Certe quidem nonnisi ad ipsam Sedem Apostolicam io Ecclesiasticis controversiis ipsum Carolum recurrere consuevisse, ab eaque responsa accipere solicitu procurasse, atque ex ipsorum præscripto perficere omniu laborasse: ipsamet Acta Francofordiensis Concilii docent in ejusdem Caroli ad Elipandum epistola nuper reddita, ex qua hic illa de his est tibi repetenda sententia, quu ait: *Ad beatissimum Apostolicæ Sedis Pontificem de hac nova inventione, nostræ devotionis ter, quaterque direximus Missos, scire cupientes, quæ sancta Romana Ec-*

Rom. Eccles. consuluit semper Carolus.

PAGIUS integri in ejus Opere extent, nisi quod aliquando eosdem interpolavit. Quare cum in utrisque exarandis Librarii quandoque peccarint, ex unis alii emendari poterunt. Priora verba præ vetustate legibilia non fuisse observat Lambecius, qui non animadverterat, eosdem extare in Annalista Moissiacensi ex quo ea verba hic supplebimus alio charactere: Anno DCCXCIV. Rex Carolus apud Villam Franconofurt celebravit Pascha. Sed in æstivo tempore, anno XXVI. sui Principatus, congregavit Universalem Synodum cum Missis Domni Apostolici Hadriani Papæ, seu Patriarcha Aquiletensi Paulino Archiepiscopo, & Petro Mediolanensi Episcopo, & Coepiscopis, seu aliam Presbyteris, Diaconibus *cum reliquo devoto popu-*

Ecclesia Apostolicis edocta traditionibus de hac respondere voluisset inquisitione. Et inferius de acceptis ab illa responsis solicitius custoditis, subiicit ista: *Apostolicæ Sedi, & antiquis ab initio nascentis Ecclesiæ, & Catholicis traditionibus tota mentis intentione, tota cordis alacritate conjungor.* Hæc ipse, tanto quidem Principe digna ex ipso Concilio scripta, quibus adeo perspicue ex ipsius verbis significatis, reliqua cum Acta illa non extant, intelligas, vindicesque a calumnia Principem, quem Novatores Nicænæ secundæ Synodi destructorem conclamant: quem ab Apostolicæ Sedis sententia per Hadrianum declarata vel latam unguem aliquando recessisse, nemo jure poterit affirmare, cum præsertim ipse Hadrianus testatus (a) sit epistola ad eum scripta, quod ea de imaginibus secundum antiquas Patrum traditiones, sub Gregorio Secundo Pontifice in Romano Concilio fuerint constituta, & postea iterum alio itidem Romano Concilio sub Stephano Papa, præsentibus Episcopis e Francia missis, firmius confirmata.

(a) *Epist. ad Carol. M. de Imagin.*

XXX. Caroli non esse librum ad Hadrianum missum contra Septimam Synodum.

Quod autem calumnia ista contra Carolum conflata a Novatoribus sit ex libro illo contra Nicænum Concilium scripto, & ad Hadrianum Pontificem misso, quem esse ejusdem Caroli, qui illi præfatur, incertus auctor affirmat, necnon ex Synodali epistola Parisiensis Concilii sub Ludovico in eadem causa habiti: id ne verum sit, remanet accuratissime disquirendum. Erroris autem inde emanasse videtur occasio, quod cum ejus confutatio ad Carolum sit ab Hadriano Papa conscripta: ipsum scriptionis illius fuisse auctorem leviter existimarint, cum ad eum quis soleat rescribere litteras, a quo scriptas acceperit. At non negandum, de his scripsisse litteras Carolum ad Hadrianum, quibus tamen alias non suas alligarit, fascem scilicet contradictionum illarum: quas tamen ipsius Caroli non fuisse, sed aliorum auctorum, licet missæ ab illo essent, ex eadem ipsius Hadriani reddita ad Carolum responsione, si quis accurate perspiciet, facile intelligere poterit, vel illa una saltem ratione, quod cum sæpe Hadrianus acerrime invehatur in adversarios, Carolum ipsum perstringit numquam, nec leviter saltem de ipso queritur.

XXXI. Verum nec libri illius aliquem certum fuisse demonstrat auctorem, sed plures fuisse, qui adversus Nicænum Concilium contradictionis stylum exacuerunt: nam audi ipsum (b): *Addendum est* (inquit) *ad incredulorum satisfactionem, & directionem Francicam.* Et paulo post: *O insania frementium contra Fidem, & religionem Christianam, ut asserant non colere, aut venerari imagines, in quibus figuræ sunt Salvatoris, ejus Genitricis, vel Sanctorum, quorum virtute subsistit orbis, atque potitur humanum genus salute!* Et post pauca: *Absit talium nefaria temeritates credere amentiæ: Patrum priscas sequamur traditiones, & ab eorum doctrina nulla declinemus ratione.* Hæc & alia his similia sæpe. Vides igitur non in Carolum, at auctorem libri illius spicula dirigi, sed plane in multos, qui per Carolum ipsum ea ad Hadrianum mitti curassent, sicuti & cum post nonnulla idem de illis Hadrianus subiicit ista: *In hoc capitulo qui hæc scripserant, incriminari moliuntur, & contradicere veritati nituntur, &c.* Sed & omnibus intuentibus liquet ex ipso contextu rerum, quod non unus auctor in eo volumine a principio usque ad finem absque rerum ordine pergit impugnare Nicænam Synodum, sed quæ ex adversariis quisque impugnanda susceperit (cum fuerint plures) in unum congesta, eademque in uno simul fasciculo alligata, data Carolo fuerint, & ab ipso missa ad Hadrianum.

(b) *Hadri. ep. ad Carol. c. 26. Respons.*

Non Carolus auctor scriptorum in Conc. Nicæn.

Has autem ipsorum contradictiones cum capitulorum serie distinctæ essent, Capitu-

Capitulare advers. Nic. Conc.

PAGIUS *pulo.* [e] Ab illis verbis exorditur Annalista a Lambecio editus, quem ad majorem claritatem ac brevitatem semper Annalistam Lambecianum appellabimus. *Quibus residentibus apud Christianissimum Principem Carolum pervenit ad aures eorum hæresis illa, quam Elipantus Doletanus* (legendum, *Toletanus*, cum Annalista Moissiacensi) *Episcopus cum alio Episcopo Felice nomine, sed infelix in dictis cum sociis eorum adserebant. Agebant namque* (Annalista Moissiacensis legit, *asserebant*, sed legendum videtur, *ajebant*) *quod Dominus noster Jesus Christus in quantum ex patre ineffabiliter ante sæcula genitus, vere sit filius Dei, & in quantum ex Maria semper Virgine carnem adsumere dignatus est, non verus sed adoptivus filius esset. Sed Sancta & Universalis Synodus hoc nefandum dictum non consensit, sed ita alloquitur, dicens: Dei ergo filius homi-*

NOTÆ [e] Concilium hoc Francofurdiense ante diem XIII. Kal. augusti hujus anni celebratum fuisse, perspicue demonstrat præceptum Caroli Magni pro abbate Caveusi apud Baluzium to. II. capitular. tom XVIII. testatur in eo rex Anianum abbatem *synodali concilio venientem una cum Monachis suis &c.* rogasse ut sub tuitione & patrocinio regio exciperentur, quod & impetrarunt. Signatur diploma die illa julii anno XXVI. & XX. regni Carolini; nempe hoc anno. MANSI

tniate, librum illum idem nominat Hadrianus quod multa adversus Nicænum Concilium capitula contineret; quæ quidem scripta in eodem Francofordiensi Concilio, & Acta continere ejusdem Concilii Francofordiensis, idem, qui supra Hincmarus asserit, ejusdem ferme temporis scriptor, ut de his non sit dubitandum. Qui enim ea prurigine laborarunt, ut quæ statuta essent in dicto Nicæno Concilio dissolverent; ea seorsum singuli eorum adversus idem Concilium conscripsere, quæ ab illis singulis contradictoribus oblata fuerunt ipsi Francofordiensi Concilio. Ex his autem esse permotos Episcopos, ut damnarent Nicænum Concilium: ex eo liquet, quod ex falsis ipsorum assertionibus ipsi pariter affirmarunt, idcirco damnandum esse Nicænum Concilium, quod cultum latriæ uni Deo debitum tribuendum esse statuerit imaginibus. Quod plane falsissimum esse paulo inferius dicturi sumus.

XXXII. Liber non unius auctoris, sed plurium missus a Carolo ad Hadrianum Papam.

Ubi vero sensisset Carolus impugnari ab illis Nicænam Synodum, defendi vero a Legatis Apostolicæ Sedis: tunc illud more suo, salubre consilium iniit, ut collectas in unum propositas contradictiones illorum, easdem per Legatum ad hoc opus ab eo delectum Angilbertum Abbatem S. Ricarii mitteret Romam ad Hadrianum Pontificem. Quod cum plures testentur, profitetur idipsum Hadrianus in epistola ad Carolum missa, in cujus ferme exordio ista leguntur: *Præterea directum a vestra clementissima præcelsa regali potentia suscepimus fidelem familiarem vestrum, videlicet * Engelbertum Abbatem, & ministrum Capellæ, qui pene ab ipsis infantiæ rudimentis in palatio vestro enutritus est, & in omnibus consiliis vestris receptus, ut eden sicut a vobis in omni familiaritate recipitur, ita & a nobis reciperetur & condecenter honoraretur.*

* Angilbertum

Unde pro nimia amore, quem erga vestram mellifluam gerimus regalem excellentiam, sicut misistis eum nimis amore dulcedinis eximiæ eum recipientes, prout voluit, & qualiter voluit cum magna familiaritate nobis enarrantem aure placabili, & mente benigna eum suscepimus, & quasi vestra corporali excellentia nobis narrante, ei patenter credidimus consilium ad profectum sanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ, & vestræ a Deo protectæ regalis potentiæ exaltationem. Inter quæ sdedit nobis Capitulare adversus Synodum, quæ pro sacrarum imaginum erectione in Nicæa acta est. Unde pro vestra melliflua regali dilectione per unamquodque capitulum responsum reddidimus, nequaquemlibet (absit) hominem defendentes, sed olitanam traditionem sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ tenentes, priscam prædecessorum nostrorum sanctorum Pontificum sequimur, doctrinam, rectæ fidei traditionem modis omnibus vindicantes. Hæc de misso adversariorum Capitulari per Angilbertum præfatus est ad Carolum Hadrianus. Cujus quidem operis cum plures fuerint auctores, Caroli Magni ultimum dumtaxat esse capitulum: monet idem Pontifex Hadrianus, quod & testatur, ad illud in fine respondens. Nos vero reddemus ipsum inferius.

Cæterum liquet pariter ejusdem, qui supea Hincmari auctoritate, in eodem Francofordiensi Concilio, duo esse Concilia condemnata, Constatinopolitanum hæreticorum, quo imagines confringi juberentur, & Nicænum secundum, quo eas coli præciperetur: quod etiam ex Capitulari illo libro, ad Hadrianum per Carolum misso, intelligi potest: fuisseque eam sententiam Episcoporum secundum quod alebant, perperam intellectam sententiam S. Gregorii Papæ in epistola ad Serenum, ut imagines non confringerentur, sed esse sinerentur, ita tamen ut non colerentur. XXXIII. Quid in Synodo de imaginib.

Quod igitur ex dicto Capitulari volumine haud accurate perspectis iis, quæ in eo essent consuta mendacia, conclamata fuerit in eodem Francofordiensi Concilio damnatio septimæ Synodi, ejusdemque Nicænæ secundæ; quodque idem liber adversarius ubique vulgatus, & absque veritatis discussione receptus a compluribus fuerit; Synodoque absoluta, æque putaverint in eo tractata retractatione minime indiguisse: ex his accidit, ut nonnulli absque aliqua hæsitatione conscripserint, in eodem Francofordiensi Concilio damnatam fuisse Nicænam Synodum. Posteriores vero nonnulli id ex ejus Actis, nempe dicto Capitulari volumine, sive ex Actis Parisiensis Concilii, falsa ipsorum assertione decepti, putantes esse vera, quæ in eis falso reperirentur asserta: absque ulla dubitatione id ipsum asseruerunt, nempe condemnationem Nicænæ Synodi in Francofordiensi Concilio.

PAGIUS *minis factus est; natus secundum veritatem naturæ ex homine hominis filius, ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, sed in utraque nativitate Filii nomen nascendo haberet, & esset verus Deus & verus filius hominis. Et in ipsa Synodo advenit Tassilo & pacificavit ibi cum Domno Rege, abneg nus omnem potestatem quam in Bejoaria habuit, tradens eam Domno Rege: nec non & Fastrada Regina ibi defuncta est. Et Rex inde revertens pervenit in Saxoniam, & Saxones venerunt ei obviam ad Eresburg promittentes Christianam fidem, & jurantes quod sæpe fecerunt, & tunc Rex, credidit eis, & dedit eis Presbyteros, & resedit apud Aquisgranum.* Ita Annalista Lambecianus.

XXXIV. Auctores qui asseruerunt damnatum Nicænum Conc. in Synodo Francofordiens.

Sed jam ipsos singulos audiamus antiquiores auctores, qui asserunt damnatum esse ipsum Nicænum Concilium secundum, septimam Synodum Oecumenicam dictam, per Francofordiense Concilium, eorumque singula verba reddamus, quo in tanta controversia ipsa veritas apertius elucescat, quæ adversariorum densa caligine, ne appareat, obscuratur. Vetustissimum omnium Chronicon, hac ætate conscriptum sub Ludovico Imperatore Caroli filio, in primis hæc habet, ubi agit de eodem Francofordiensi Concilio hoc anno habito, deque damnata in eo (ut ait) hæresi Feliciana: *Synodus*, inquit, *etiam quæ ante paucos annos Constantinopoli sub Irene, & Constantino filio ejus congregata, & ab ipsis non solum Septima, verum etiam Universalis erat appellata: ut nec septima, nec universalis haberetur, diceretur ve, quasi supervacua omnino ab omnibus abdicata est*. Hæc ibi. Eadem totidem verbis apud Aimoinum descripta leguntur. Chronicon itidem eodem tempore scriptum, a Pithœo nuper editum, hæc eodem anno de iisdem habet: *Pseudosynodus Græcorum pro adorandis imaginibus habita, ab Episcopis damnatur*. In eodem videlicet Francofordiensi Concilio. Et Ado Viennensis Episcopus, qui scripsit sub Carolo nepote hujus Caroli Magni, eadem verbis iisdem; idem Regino, sed & alii complures longe nobiliores auctores, quos inferius recensebimus. Verum de ipsis primis auctoribus, Episcopis, inquam, qui interfuerunt eidem Francofordiensi Concilio, primum pervestigandum est: quomodo ea adversantium scriptis, Capitulari scilicet libro illo inducti sint, ut Nicænam Synodum condemnarent.

XXXV. Certum quidem, & exploratum omnino habetur, eos ipsos Episcopos ab iisdem adversariis dolo malo deceptos esse, atque per imposturam, & falsitatem cuncta esse transacta, ut locum nullum veritas inveniret. Hæc nisi tu ipse, Lector, manu tetigeris, nolim credas. Non enim a longe petitis testificationibus utimur, sed ex ipsorum scriptis, ut nulla possit tergiversatione veritas falli. Qua in re sicut Patres illos, qui Synodo interfuerunt, dolo caruisse facile dixerim: ita eorum oscitantiam non excuso. Quomodo inconsultis legitimis Synodalibus Actis, de re tanta, adversantibus præsertim Legatis Apostolicæ Sedis, adversariis credere maluerunt? Et quonam pacto, eos quidem potuisse fallere, vel falli (quod humanum est) non putantes, omnem illis adhibere fidem in omnibus in re tanta minime detrectarint? Hæc mihi diu cogitanti, & plane fateor obstupescenti, illud occurit, his temporibus res Græcorum Francis pessime oluisse, ex eo quod Constantinus Imperat. Irenæ matris suæ impulsu recusarit pollicitas nuptias diu expectatas filiæ Caroli Magni (ut suo loco superius dictum est) ob idque quamlibet oblatam occasionem arripuisse, rebus ab eo gestis, pietatem licet præseferentibus, detrahendi pariter, & insultandi; atque adeo ipsam Nicænam Synodum, ipsorum opera collectam, & absolutam non sine stomacho audivisse: homines sumus, & quamdiu in hac vita degimus, hisce interdum privatis pulsari affectibus inviti cogimur. Mitior sit ista reprehensio, & tolerabilior redargutio, quam eos omnes falsitatis arguere, & imposturæ dum illis acquievere, qui his malis artibus in eamdem Nicænam Synodum irrupere, in quos omnis culpa vertatur.

XXXVI. Adversarii septimæ Synodi fraudibus arguuntur.

Etenim adversarii illi concinnatores mendaciorum, & fraudum architecti, dolis, atque fallaciis circumvenerunt eosdem ipsos Episcopos, qui venerunt ad Synodum, atque specie quidem pietatis ad condemnationem Nicænæ Synodi permoverunt, mentientes in primis (ut apparet ex libro illo Capitulari dicto, ad Carolum Magnum misso) Nicænam Synodum minime confirmatam esse a Romano Pontifice, sine quo (ut idem ibi auctor ait) Concilium subsistere minime possit, quod omnis de fide controversia ad Romanum Pontificem spectet. Sed & quod plane nefandum est, addiderunt eandem Synodum promulgasse manifestissimam impietatem, eo quod ea ea hæresis firmaretur, qua (ut ajunt) assererentur imagines eodem honore, & cultu, quo Deum, esse a fidelibus venerandas: hæc enim in præfatione ejusdem libri Capitularis ad Hadrianum missi leguntur, cum agitur de rebus gestis in Francofordiensi Concilio: *Allata est* (inquiunt) *in medium quæstio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerant, in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus Sanctorum, ita ut deificæ Trinitati servitium, aut adorationem non impen-*

PAGIUS IX. De morte *Fastradæ* Reginæ & de expeditione Saxonica infra agemus. De *Tassilone* vero Bajoariæ Duce n.V. locuti sumus. Chronographus Moissiacensis locum illum integrum exscripsit; sed posthæc verba, *& esset verus & Deus, verus filius hominis* iste inseruit: *Allata est etiam in eadem Synodo quæstio de nona* (legendum, de nova) *Græcorum Synodo, quam de adorandis Sanctorum Imaginibus Constantinopoli fecerant. In qua scriptum habebatur. Ut qui Imagines Sanctorum ita ut Deificam Trinitatem servitio aut adoratione non impenderent, anathema judicaverunt. Qui super sanctissima Patris & servitute renuentes* (legendum ex editione Siemondi, *qui supra sanctissimi Patres nostri omnimodis adorationem & servitutem renuentes*) *contempserunt, at-*

Decretum pro Imaginibus in Synodo II. Nicæna conditum rejiciunt Francofordienses.

penderet, anathema judicaretur. Qui supra sanctissimi Patres nostri omnimodis adorationem, & servitutem eis impendere renuentes, contempserunt, atque consentientes condemnarunt. Citantur insuper in ipso Capitulari Acta ejusdem Niceni Concilii, quibus falso assereretur Constantinus Episcopus Cypri in eodem Concilio Niceno anathema dixisse iis, qui non adorant imagines ea adoratione, qua sanctissima Trinitas adoratur: quæ ad rem ipsam exploratius cognoscendam, hic voluimus descripsisse: sic enim se habent (a): (a) Conc. Nic. 2. Act. 3.

XXXVII. *Quod infauste & præcipitanter, sive insipienter Constantinus Constantiæ Cypri Episcopus dixit: Suscipio, & amplector honorabiliter sanctas, & venerandas imagines: adorationem autem, quæ fit secundum latriam, id est, Dei culturam, tantummodo substantiali, & vivificæ Trinitati conservo: Et qui sic non sentiunt, neque glorificant, a sancta Catholica, & Apostolica Ecclesia segrego, & anathemati submitto, & parti eorum, qui abnegaverunt incarnatam, & salvabilem dispensationem Christi veri Dei nostri emitto.* Hæc adversarii tamquam ex Nicæna Synodo. Quos Hadrianus jure, redarguit, nimirum neque Constantinum, neque alios tunc cum eo ad Ecclesiam Catholicam revertentes aliter se credere esse professos, quam quæ ab eadem Nicæna Synodo sunt statuta; nimirum sic imagines sacras venerandas esse, ut tamen latriæ cultus illis nullo modo daretur, qui soli Deo deberetur impendi.

Ita quidem, & non aliter se habere Constantini Episcopi Constantiæ Cypri assertionem ipsa Nicæna Acta, quæ adhuc extant integra, docent his verbis: *Constantinus Episcopus Constantiæ in Cypro dixit: In nullis peccantes cum videam litteras, quæ nunc lectæ sunt, & ab Orientalibus Episcopis ad Tharasium sanctissimum, ac beatissimum Archiepiscopum & universalem Patriarcham missæ: item cum his camdem fidei confessionem cognoscam: ego indignus etiam assentior, & uno animo idem prædico. Suscipio enim, & amplector venerandas imagines: adorationem autem, quæ fit secundum* λατρείαν, *hoc est, Dei culturam, tantummodo supersubstantiali, & vivificæ Trinitati conservo: Qui vero aliter sentiunt, quique gloriosos Sanctos non approbant, a Catholica, & Apostolica Ecclesia separo, & anathemati subiicio, & ad eos relego, qui incarnatam Christi Dei nostri œconomiam pertinaciter negant.* Hucusque sententia Constantini Constantiæ Episcopi, secundum assertionem recitatarum superius litterarum Orientalium ad Tarasium Patriarcham, quas citat, qua declaratur Deiparæ, & Sanctorum imagines, non ut Dei, sed (ut habent) Dei amicorum coli debere.

Sed, & ipsa Synodus Nicæna eadem, his omnibus consentientia, habet in Fidei Catholicæ definitione, Patrum omnium subscriptione firmata, verbis istis (b): *Definimus cum omni cura, & diligentia venerandas, & sanctas imagines ad modum, & formam venerandæ, & vivificantis Crucis e coloribus, & tassellis, aut alia quavis materia commode paratas dedicandas, & in templis sanctis collocandas, habendasque tum in sacris vasis, & vestibus, tum in parietibus, & tabulis, in ædibus, in viis publicis, maxime autem imaginem Domini, & Dei Salvatoris nostri Jesu Christi, deinde intemeratæ nostræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde sanctorum virorum. Quo scilicet per hanc imaginum pictarum inspectionem omnes, qui contemplantur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & desiderium veniant, illisque salutationem & honorariam adorationem exhibeant, non tamen secundum fidem nostram, veram latriam, quæ sola divinæ naturæ competit.* Hæc sacrosancta (c) Nicæna Synodus ex vulgata editione, in hoc non dissimili ab editione Anastasii, ea quæ eadem sunt superius recitata. Habes igitur detectam fraudem, proditam imposturam de textu falsato, & lectione vitiata atque in contrarium penitus detorta sensum in Synodo plena edita ad destructionem Synodi Oecumenicæ, a Patribus autem illis inconsulte nimis accepta absque aliqua facta inspectione legitimæ lectionis, vel Græco inspecto textu, collationeque habita codicum diversorum, ut in re tanti momenti perfici necesse erat. XXXVIII.

(b) Nic. Concil. 2. act. 7.

(c) Nic. Concil. 2. act. 7.

Sed quod deterius videri potest, & magis admirandum, quod non solum apud Patres illos, qui eidem Francofordiensi interfuerunt Synodo, tot, tantaque mendacia fidem invenere; sed apud posteros, & quidem viros eruditione con- XXXIX. Alii adversarii Septimæ Synodi.

PAGIUS *atque consentientes condemnaverunt.* Quæ sunt ipsissima verba, quæ in Secundo Canone Francofordiensi leguntur, ut a nobis emendata sunt. Cointius hoc anno num. XXXII. existimat, post secundam Synodum Nicænam seu post annom Christi DCCLXXXVII. aliam Synodum Constantinopoli conatam esse, quæ priorem condemnavit, hancque rejectam esse a Patribus Concilii Francofordiensis, qui doctrinam Orthodoxam de cultu Sacrarum Imaginum secuti rejecerunt pseudo-Synodum Constantinopolitanam sub Constantino Copronymo habitam, alteramque Constantinopolitanam, & Synodum Oecumenicam VII. confirmarent, inquit Cointius. Verum certum est, nullam Synodum in Oriente habitam fuisse, quæ Imagines sicut Dei- fi-

Digitized by Google

conspicuos, & magni in eo sæculo nominis, existimantes, atque scriptis affirmantes, a nostris coli ex præscripto ejusdem Niceni Concilii, sicut Deum venerandas imagines. Hi enim duas constituerunt classes in sacris imaginibus errantium; ulteram eorum, qui eas frangerent, exurerent, vel quovis modo delerent: atque hac ex parte damnarunt septimam illam Synodum Constantinopoli a Copronymo habitam: alteram vero eorum, qui (ut putabant) ex Niceni Concilii decreto assererent, debito Deo cultu esse colendas imagines: in hanc classem reiicientes omnes Nicænæ secundæ Synodi professores, & Romanam quoque Ecclesiam inter eos annumerantes, quæ profiteri inveniretur, eamdem Synodum esse auctoritate Romani Pontificis celebratam, & confirmatam, atque scriptis defensam, posterioribusque Conciliis roboratam. Ut plane obstupescas adeo leviter ex ipsorum falsa illa assumptione, qua dicerent, a Nicæno Concilio statutum, ut adoratione latriæ colerentur imagines, Orientem simul, & Occidentem, quod reciperent illam Synodum, una eorum sententia damnationis inclusos.

Sed quod tam patens error, tamquam apertum mendacium possit haberi pro monstro, nec fidem fortasse inveniat præ tanta sui deformitate apud fidelium aures: hic tibi ista dicentium catalogum texam, singulorum sententias verbatim referens. Fuerunt isti viri doctrina insigniores, qui sub Ludovico Imp. Caroli Magni, filio claruere, ut suo loco dictari sumus: Simulque alii, qui in Parisiensi conventiculo tunc eadem ex causa collecto, in eumdem errorem ab iisdem tradacti sunt, ut septimam Synodum dicerent docuisse, coli debere, ut Deum, imagines: quam ob causam & magna temeritate, atque protervia aliqui ex illis etiam inveherentur in Romanum Pontificem, qui ejusdem Synodi ejusmodi decretum assereret, atque probaret.

XL. Fuit ex eis unus, & pars magna Jonas, Aurelianensis Episcopus, qui ea de causa tunc functus est legatione, ad Eugenium Romanum Pontificem missus a Caroli Magni filiis Imperatoribus Ludovico, atque Clothario, ut ejusdem Parisiensis conventiculi Acta significant. Hic enim dum adversus Claudium Taurinensem Episcopum perfidum Iconoclastum stylum exacuit, hæc de imaginum cultu, quæ ad propositam argumentum pertinet, in medium profert (a): *Illud quod imaginum adoratores tibi, ad suum errorem muniendum, respondisse scripsisti, ita inquiens: Non putamus imagini, quam adoramus aliquid inesse divinum, sed tantummodo pro honore cujus effigies talis, eam veneratione adoramus: Una autem reprehendimus, ac detestamur; quia cum eorum scientiam non subterfugerit, imaginibus nihil esse divini, maiori digni sunt invectione, eo quod debitum honorem divinitatis impenderint infirmo, & egeno simulacbro. Quantumque hujus erroris sectatores, ac defensores a vera exorbitent religione: non opus est per singula, mea declarare narratione. Id ipsum etiam nonnulli Orientalium, qui eadem sceleratissimo mancipantur errori, se obiurgantibus respondere solent: Tribuat Dominus sua gratuita pietate, ut tandem aliquando & isti & illi ab eadem eruantur superstitione, & Apostolicis disciplinis salubriter instructi, traditioni revocentur Ecclesiastica.* Et paulo inferius ad Claudium, qui ejusmodi imaginum adoratores idololatras appellabat, ista subiicit: *Illi, qui nimio, & indiscreto amore ob honorem Sanctorum imaginibus supplicant, nescio, an temere idololatræ sint vocandi. Videntur sane potius ab hac superstitione, adhibito rationis moderamine, revocandi, quam idololatræ, cum utique sanctæ Trinitatis fidem veraciter credant, & prædicent, nuncupandi. Cætera vero in eadem assertione tua faciunt nobiscum &c.* Hæc quidem Jonas, qui cum validissime pugnet adversus Claudium imaginum effractorem, æque exagitat, & perstringit earumdem cultores, illud asserens, imagines in Ecclesiis conservandas, tum ad ornatum ipsarum Ecclesiarum, tam & ad populi historicam instructionem: idque ut ait, ex sententia sancti Gregorii Papæ scribentis ad Serenum Massiliensem Episcopum. Sed cum idem ipse adversus eumdem Claudium differat toto illo, quod reliquum est ejus operis, & imaginem sanctæ Crucis adorandum esse confirmet, nitens in primis auctoritate ejusdem sancti Gregorii Papæ, & Catholicæ Ecclesiæ traditione: totum, quod ædificarat, destruit, vel potius erigit, quod male destruxerat: nam si Cru-

(a) Jon. de cult. Imag. lib. 1.

Jonas Aurelianensis adversarius Septimæ Synodi.

PAGIUS ficam Trinitatem venerari præceperit, præter Nicænam Secundam. Nam in Præfatione libris Carolinis præfixa dicitur duas Synodos in causa Imaginum habitas, quarum prior eas abolevit, illa nempe quæ a Constantino Copronymo anno DCCLIV. indicta fuit, alteraque quæ *anathematizata & abominata cum suis auctoribus priore, Imagines quas prior nec etiam cernere permiserat, adorare compellit*, ubi sine dubio librorum illorum Auctor intelligit Synodum Nicænam II. quam etiam Patres Francofordienses *Constantinopoli factam dicunt*.

X. Anno enim DCCLXXXVI. proximo scilicet ante Synodum Nicænam anno Episcopi Orientales Constantinopoli coram Legatis Apostolicis congregati sunt, ut quæ ad Sacrarum Imaginum

si Crucis imago est adoranda, cur non Christi imago pariter est colenda?

XLI. Walfridus & alii ejus æquales adversarii septimæ Synodo.

Ejusdem plane sententiæ fuisse reperitur Walfridus Strabo, ejusdem sæculi auctor, qui duas pariter classes in his errantium constituens: ait (*a*): *Nunc jam de imaginibus, & picturis, quibus decus Ecclesiarum augetur dicenda sunt aliqua; quia & earum varietas nec quodam cultu immoderato colenda est, ut quibusdam stultis videtur; nec iterum speciositas ista est quodam despecta calcanda, ut quidam vanitatis assertores existimant.* Et inferius: *Notandum vero, quod sicut quidam easdem imagines ultra quam satis est venerantur; ita alii dum volunt cautiores in religione videri, illas ut quasdam idololatriæ species respuant, &c.* Citans autem Concilia adversus destructores imaginum habita, reticens vero illa, quæ pro imaginum cultu fuerunt antea celebrata: jam plane cujus ipse farinæ fuerit, liquido est aspicere, dum & illum tantum honorem docet sacris imaginibus tribuendum, si non dejiciantur & conculcentur: Nam subdit: *Non sunt omnimodis honesti, & moderati imaginum, honores abjiciendi: si enim ideo quia novimus, non adorandas nec colendas iconas, conculcandæ sunt, & delendæ picturæ, quasi non necessariæ, vel nocivæ: ergo &c.* Docens, eas conservandas tantum ad ornatum, & ad instructionem populi historicæ veritatis.

(*a*) *Valfr. de reb. Eccl. c. 8.*

Ejusdem fuit classis Amalarius, Altigarius, sive Elisagarus, Trevolphus, & Adegarius, ut ex dicto Parisiensi Concilio sub Ludovico Imp. apparet, una cum aliis, qui eidem Synodo interfuerunt. Inter hos est annumerandus Hincmarus Rhemensis Episcopus, dum hæc ait (*b*): *Septima autem apud Græcos vocata universalis pseudosynodus de imaginibus, quas quidam confringendas, quidam autem adorandas dicebant: neutra vero pars intellectu sano definiens sine auctoritate Apostolicæ Sedis, non longe ante nostra tempora Nicææ est a quamplurimis Episcopis habita, & Romam missa, quam etiam Papa Romanus in Franciam direxit. Unde tempore Caroli Magni Imperatoris, jussione Apostolicæ Sedis, generalis Synodus in Francia* Francofordiæ *scilicet, convocante præfato Imperatore, celebrata, & secundum scripturarum tramitem, traditionemque majorum, ipsa Græcorum pseudosynodus destructa, & penitus abdicata. De cujus destructione non modicum volumen, quod in palatio adolescentulus legi, ab eodem Imperatore Romam est per quemdam Episcopum missum.* Et paulo post de titulo universalis Synodi illa subnectit: *Auctoritate itaque hujus Synodi Francofordiensis videlicet nonnihil repressa est imaginum veneratio: sed tamen Hadrianus, & alii Pontifices in sua opinione perseverarunt, & mortuo Carolo, suarum pupparum cultum vehementius promoverunt, adeo ut Ludovicus, Caroli filius libro longe acriore insectatus sit imaginum cultum, quam Carolus.* Hæc ipse, & certe nimis inconsulte, atque adeo temere: Si enim ipsa legitima Acta Nicænæ Synodi, quam adeo impugnat, inspexisset: stylum a tanta insultatione continuisset, & magis sobrie rem egisset.

(*b*) *Hincm. contra Ja. Episc. c. 20.* Hincmarus adversarius septimæ Synodo.

XLII. Anastasius sugillat Francos septimam Synodum non recipientes.

De his quidem intelligit, hosque omnes sugillat Anastasius Bibliothecarius in præfatione, quam præmisit septimæ Synodo, a se in Latinum translatæ dum ait, scribens ad Joannem octavum, Romanum Pontificem: *Quæ enim super venerabilium imaginum adoratione præsens Synodus docet,* Nicæna scilicet, *hæc & Apostolica Sedes vestra, sicut nonnulla conscripta innuunt, antiquitus tenuit, & universalis Ecclesia semper venerata est, & hactenus veneratur, quibusdam duntaxat Gallorum exceptis, quibus utique nondum est harum utilitas revelata: aiunt namque, quod non sit quodlibet opus manuum hominum adorandum; quasi non sit codex Evangeliorum opus manuum hominum, quem quotidie osculantes adorant. Venerabilior canis, quem non esse opus manuum hominum, proculdubio non negabunt. Similiter & forma sanctæ Crucis, quam se adorare, omnes ubique Christiani fatentur, in quo videlicet considerare libet, quia si quamlibet Crucem auream, aut argenteam, aut ligneam adoramus, quæ utique non eadem est ipsa Crux in qua salus nostra patrata est, sed figura, & imago ejus: quare non adoremus figuram, & imaginem ejus, qui eam-*dem

PAGIUS *Nulla Synodus Constantinopoli a Nicæna II. diversa coacta fuit.*

num usum spectarent, statuerent; se irruentibus militibus, inde exturbati sunt, *& Sessionem relinquunt Pontifices,* ut ait Sanctus Ignatius in Vita Sancti Tarasii Patriarchæ Constantinop. quare Concilium in causa Sacrarum Imaginum Constantinopoli inchoatum fuit, *sed improbi homines turbam cientes Cathedram prohibuerunt,* ut scribit Tarasius in Epistola ad Hadrianum Papam data. Unde cum Patres Francofordienses, ut ipsimet in Secundo Canone dicunt, Synodum illam contemnerent, non Nicænam, sed Constantinopolitanam vocarunt, quia *Synodo soluta singuli quique domos suas repetere coacti fuerant,* ut Theophanes in Chronico loquitur. Non mirum itaque si Eginhardus in Annal. Hincmarus in Opusc. 32. cap. 20. Simeon Dunelmensis, Rogerus Hovedenus, & Matthæus Westmonasteriensis in Chronicis eamdem Synodum Constantinopolitanam vocent; cum ipsi Patres Francofordienses non alio nomine antea eam appellassent. Dici etiam potuit Constantinopolitana ab iisdem Patribus, ut magis odiosa esset; cum Constantinus Copronymus in eadem Urbe Constantinopolitana anno DCCLIV. Sy-

dem salutem operatus est in medio terræ? Venerabilior namque est, qui salutem operatus; ac per hoc magis est adoratione digna imago Christi, salutem operantis, quam imago Crucis, salutem tantummodo bajulantis. Hæc Anastasius adversus Nicænæ Synodi adversarios. Ex quo illud pariter accepisti (quod observare debes, ne decipiaris) non universalem Gallicanam Ecclesiam eo fuisse ejus errore implicitam, sed (quod idem ait Anastasius) quosdam dumtaxat Gallorum fuisse ejus perversæ sententiæ sectatores, sugillans eos, quos superius nominavimus.

XLIII. Quoniam vero iidem ipsi, qui Nicænæ Synodo adversabantur, Hadrianum quoque Romanum Pontificem perstringebant, quem eamdem comprobasse sciren: hic etiam de his agendum erit; & coacervata in eum mendacia confutanda. Post multos enim annos ab obitu ejusdem Hadriani Pontificis, qui sub Ludovico Pio ejus filio convenere in conventiculum illud Parisiense, eodem falso prætextu, quod idem Romanus Pontifex Nicænam Synodum comprobasset, quæ imagines, veluti Deum (ut mentiebatur) venerandas esse, sanxisset: adversus eum stylum exacuere, atque calumniose agentes, non sunt veriti dicere, eumdem Hadrianum palinodiam recantasse, atque tandem eadem cum ipsis sensisse.

De Hadriani sententia quid garrierint adversarii.

De his acturi, te cupimus, Lector, intentum, cum de re magni momenti sit sermo. Agamus hic igitur de eodem conventiculo Parisiensi, in his tantum, quæ spectant ad Hadrianum: de reliquis autem prolixior erit disceptatio suo loco, & tempore opportuno. Adversarii igitur, qui illic convenerunt, in epistola Synodali ad Ludovicum, atque Lotharium Imperatores, post multa adversus Hadriani Apologiam, pro Nicæno posteriori Concilio scriptam, hæc habent: *Sed licet in ipsis obiectionibus aliquando absona, aliquando inconvenientia, aliquando etiam reprehensione digna testimonia, defensionis gratia, proferre visus sit: in fine tamen ejus Apologiæ sic se sentire, & tenere, & prædicare, ac præcipere de his, quæ agebantur professus est, sicut a beato Papa Gregorio in*stitutum esse, constabat. Quibus verbis liquido colligitur, quod non tantum scienter, quantum ignoranter eadem facto a recto tramite deviaverit. Nisi enim in conclusione obiectionum suarum retinendis veritatis, beati scilicet Gregorii institutis adstrictus, iter devium præcurrisset, in superstitionis præcipitium omnino labi potuisset*. Hæc ipsi de Hadriano.

Calumnia patens in Hadrianum.

Sed quam ista mendacissima sint, tu ipse Lector (quisquis es, nec hæreticum quidem excipio) cum legeris, quæ Hadrianus habet in fine dictæ epistolæ Apologeticæ, satis intelliges: sumus enim ea proxime reddituri.

Sed primum, quæ priores adversarii in Capitulari libro, misso Romam a Carolo ad Hadrianum, in ipsum ex eodem S. Gregorio obiecerunt adversus ipsam septimam Synodum, videamus, simulque & quomodo eosdem ipsos Hadrianus confutet, attendamus, ut facilior sit responsio ad ea, quæ alii, quos diximus, post obitum obiecerunt ex dicta Synodo Parisiensi: ipsi enim eo prætextu potissimum aggressi sunt impugnare Nicænam posteriorem Synodum, quod dicerent, eam esse contra doctrinam sanctissimi Papæ Gregorii, cui se tamquam firmissimæ anchoræ inhærere profiterentur, a qua divelli se nullo modo posse, iactarent. XLIV.

Adversantes septim. Synodo maleutuntur auctoritate S. Gregorii.

Extat enim ibi ejusmodi eorumdem adversariorum ad Hadrianum scripta reprehensio verbis istis: *Quod contra beati Gregorii instituta sit, imagines adorare, seu frangere: & quia vetus, & novum Testamentum, & pene omnes præcipui doctores Ecclesiæ consentiunt beato Gregorio in non adorandis imaginibus; nec ut aliquid præterea adorare debeamus, in multis locis confirmat S. Gregorius Papa*. Hæc adversarii.

His autem adversatus Hadrianus ita respondet: *Nequaquam sacras contempsit imagines aliquando*, sanctus Gregorius scilicet, *sed magis constantissime observavit, & earum veneratus est figuras*. Et inferius de earum veneratione probat ex verbis ipsius Gregorii in epistola (a) ad Januarium Calaritanum, cum agit de imagine Dei Genitricis, & Cruce illatis in Judæorum synagogam, & ut inde au-

Ex Greg. probatur cultus SS. Imaginum.

(a) Greg. l. 7. epist. 5. Indict. 2.

PAGIUS Synodum adversus Sacras Imagines congregasse, & ab utraque, Constantinopolitana nempe sub Copronymo, & Nicæna II. sub Irene Francofordienses abhorrerent. Fictitia igitur est Synodus Constantinopolitana, quæ inter Nicænam II. & Francofordiensem a Coiotio, paucisque aliis supponitur celebrata. Denique Annalistæ veteres rerum Francicarum produnt in Concilio Francofordiensi rejectam esse Synodum, a Græcis Septimam vocatam, quod ii nomen Synodi tantum Nicænæ II. attribuunt, non vero alicui Synodo Constantinopolitanæ. Quæ gesta in causa Imaginum uno tenore exponam anno DCCCXXV.

XI. Egiahardus in Annal. postquam locutus est de Synodo hoc anno Francofurti habita, subdit: *Mortua est ibi & Fastrada Regina, & Moguntiaci apud Sanctum Albanum sepulta. Quibus peractis Rex bipertito exercitu Saxoniam petere statuit; eo videlicet modo, ut ipse cum dimidia parte copiarum ab Australi parte intraret, Carolus vero ejus filius cum alia medietate Rhenum apud Coloniam trajiceret & in eamdem Regionem ab Occidente veniret. Quo facto, licet Saxones in campo, qui Sinefeld vocatur, quasi prælium cum Rege commissuri concedissent, ibique adventum ejus operirentur, amissa victoria spe,*

Annus XXIII. belli Saxonici.

Digitized by Google

auferantur, admonet, ista ait: *His hortamur affatibus, ut sublata inde cum ea, qua dignum est veneratione, imagine, atque Cruce, debeatis, quod violenter ablatum est reformare, &c.* Quomodo igitur quis negare poterit in Gregorio venerationem imaginum, si cum veneratione eas jubet e synagoga tolli, & in locum pristinum reportari?

XLV. Quod S. Gregor. cultor & adorator SS. Imaginum fuerit.

Sed præter hæc omnia rursum adorationem ipsam sacrarum imaginum docuisse S. Gregorium, idem Hadrianus inferius, post alias ad objecta defensiones, sic docet: *Et ne aliquis propter adorationem, quæ a prædecessoribus nostris sanctissimis Præsulibus promulgata est, oblatrare præsumat, sciat, ipsos talem adorationem docuisse, qualem prædecessor noster sanctus Gregorius, egregius doctor, & Papa in epistola sua, quam in præfato Concilio domini Stephani Papæ Herulphus Episcopus provinciæ Galliarum civitatis protulit, ubi inter cætera Secundinum servum Dei inclusum Galliæ docuit, dicens (a): Scimus quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut pro Deo, aut quasi Deum colas, sed ob recordationem Filii Dei, ut in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre, consideras. Et nos quidem, non quasi ante divinitatem ante illam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum aut in throno sedentem recordamur, &c.* Hæc ibi ipse. Sed ponendo hic illa, quæ idem habet in fine, cum pluribus differit de sententia Sancti Gregorii circa cultum sanctarum imaginum, ut ex his appareat, tantum abesse, ut per Gregorii sententiam Hadrianus resilierit a decretis Nicæni Concilii, ut per eumdem S. Gregorium eadem firmare studuerit.

(a) Greg. l. 7. ep. 53. Indict. 2.

Sed ad confutandas penitus adversariorum calumnias, in quem sensum dicta a S. Gregorio Hadrianus acceperit, & quidnam Carolus, quidve de eodem cultu SS. imaginum ipso idem senserit Hadrianus, non aliunde certius, quam ex eorum scriptis id accipere possumus: in ultimo enim Capitularis libri ab eodem Carolo ad Hadrianum missi capitulo, ista leguntur:

XLVI. Quæ sententia Caroli de sacris Imaginibus.

Ultimum Capitulum est: Ut sciat dominus Apostolicus, & Pater noster, & cuncta simul Romanorum Ecclesia, ut secundum quod continet in epistola beatissimi Gregorii, quam ad Serenum Massiliensem Episcopum direxit. Permittimus imagines Sanctorum, quicumque eas formare voluerint tam in Ecclesia, quamque extra Ecclesiam, propter amorem Dei, & Sanctorum ejus: Adorare vero eas nequaquam cogimus, qui noluerint. Frangere, vel destruere eas si quis voluerit, non permittimus. Et quia sensum sanctissimi Gregorii sequi in hac epistola, universalem Catholicam Ecclesiam Deo placitam indubitanter libere profitemur. Hactenus ultimum ejus libelli capitulum: quod unum esse Caroli Magni, reliqua vero adversariorum, testificatione ejusdem Pontificis Hadriani apparet, ubi ait mox subdens:

Hoc sacrum, & venerandum Capitulum multum distat a totis supradictis capitulis. Et idcirco eum agnovimus vestræ a Deo servatæ, Orthodoxæque regalis excellentiæ esse proprium, in eo, ubi rectæ fidei plena, penitus confessa est, sensum sanctissimi Gregorii sequi: Meminit vestra præ rectissima regalis præ excelsa scientia, qualiter in ipsa S. Gregorii Papæ epistola Sereno Massiliensi directa fertur, inter cætera contineri, ubi eumdem Episcopum increpans, inquit (b): Aliud est enim picturas adorare, aliud per picturæ historiam, quid est adorandum addiscere. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant, in ipsa legunt, qui litteras nesciunt: unde præcipue gentibus pro lectione pictura est; quod magnopere te sequi qui inter gentes habitas, attendi decuerat. Et post pauca: *Et quia in locis venerabilibus Sanctorum depingi historias non sine ratione vetustas admisit.* Et intervallo: *Quia picturas imaginum, quæ ad ædificationem*

(b) Greg. l. 9. ep. 9.

Hadrianus S. Gregor. sententias expendit.

PAGIUS *spe, quam sibi paulo ante falso pollicebantur, ad deditionem omnes conversi sunt, nihilque sine prælio Regis potestati se subdiderunt. Dederunt igitur obsides, & jurejurando fidem se Regi velle servare promiserunt. Sic omisso prælio, & Saxones domum reversi sunt, & Rex transmisso Rheno in Galliam se recepit. Et cum Aquasgrani venisset, ibidem hybernis habitis Natalem Domini celebravit.* Jam autem dixerat, eum celebrasse Pascha Francofurti. Idem habent alii Annalistæ tam de bello Saxonico, quam de morte Fastradæ Reginæ. Eginhardus vero in Vita Caroli scribit: *Habuit & alias tres filias Theodradam, Hildrudim, & Rothaidem; duas de Fastrada uxore tertiam de concubina*, scilicet Rothaidem. [1]

XII. *Angilbertus* bis ad Hadrianum Papam a Carolo directus est. Primo anno DCXCII. post Synodum Ratisponensem, ut ibidem vidimus; iterumque hoc anno post Synodum Francofordien-

NOTÆ [1] FAstradæ reginæ diem emortualem unus nobis servavit Annalista Nazarianus Struvii, scribens ad hunc annum: *Obiit Fastrada regina IV. Id. augusti.* MANSI

nem imperiti populi fuerant facta, ut nescientes litteras, ipsam histoream intendentes, quid actum sit discerent. Iterum post pauca: *Sed hoc sollicite fraternitas tua admoneat, ut ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant, & in adorationem solius omnipotentis S. Trinitatis humiliter prosternantur. Simili modo & de alia sua epistola Januaria Calaritano Episcopo directa pro sanctarum imaginum veneratione, breviter superius exaravimus.*

XLVII. *Sed & de epistola Secundino servo Dei clauso in Gallias directa similiter intimavimus, ubi in ea ita fertur: Imagines enim, quas nobis tibi dirigendas per Dulcitium diaconem tuum rogasti: valde nobis tua postulatio placuit, quia illum in corde tota intentione quæris, cujus imaginem præ oculis habere desideras, ut visio corporalis quotidiana te semper reddat exercitatum, ut dum picturam vides, ad illam animo ardescas, cujus tu imaginem videre desideras.* Et post pauca: *Scimus, quia tu imaginem Salvatoris nostri ideo non petis, ut quasi Deum colas, sed ad recordationem Filii Dei, in ejus amore recalescas, cujus te imaginem videre, desideras. Et nos quidem non quasi ante divinitatem, ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur. Et dum nos ipsa pictura, quasi scriptura ad memoriam Filii Dei reducit, animum nostrum aut de resurrectione lætificat, aut de passione demulcet. Ideoque direximus tibi surtarias duas imagines Salvatoris, sanctæ Genitricis Mariæ, beatorumque Apostolorum Petri, & Pauli, per supradictum filium nostrum diaconem, & unam Crucem, & Clavem pro benedictione, ut ab ipsa a maligno defensus permaneas, cujus signo te esse munitum, credis, &c.* His ex Gregorio recitatis, quæ ab adversariis in medium adduci solerent, mox idem Hadrianus Pontifex ista subdit:

XLVIII. *Et quoniam in his vestrum a Deo inspiratum regalem Orthodoxum sensum: * memorandum est etiam, & docendum, qualiter sanctus Gregorius Papa Sereno Episcopo docuit de sacris imaginibus, ut ex visione rei gestæ ardorem compunctionis percipiant: hoc est, easdem sacras imagines aspicientes, in adoratione solius omnipotentis sanctæ Trinitatis humiliter prosternantur. Eo ipso tenore Secundino servo Dei incluso inquit: Ideo enim petis, ut non quasi Deum colas, sed ad recordationem Filii Dei in ejus amore calescas, cujus imaginem, te videre desideras; Et nos quidem non quasi ante divinitatem, ante ipsas prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur. Sicut vero innuit Sereno Episcopo, aspicientem sacras imagines in adorationem humiliter se prosterni, solius omnipotentis sanctæ Trinitatis, sic & Secundino incluso servo Dei docuit, non quasi Deum colere, sed ante easdem sacras imagines se prosternens, non quasi ante divinitatem, ante ipsas prosterni, sed prosternente se, illum adorare, quem per imaginem aut natum, aut passum, aut in throno sedentem recordamur.*

* accepimus

Hadrianus ex S. Gregorii sententia docet & recipit cultum Imaginum.

Jam vero & nos eumdem ipsum irreprehensibilem, & Orthodoxum sensum sancti Gregorii Papæ sequentes, & amplectentes dudum Irenæ, & Constantino Imperatori pro sacris imaginibus prædicandis, & ipsarum erectione emisimus, dicentes: Quia in universo mundo ubi Christianitas est, ipsæ sacræ imagines permanentes, ab omnibus fidelibus honorantur, ut per visibilem vultum, ad invisibilem divinitatis Majestatem mens nostra rapiatur spirituali affectu, pro contemplatione figuratæ imaginis secundum carnem, quam Filius Dei pro nostra salute suscipere dignatus est, eumdem Redemptorem nostrum, qui in cælis est, adoramus, & in spiritu glorificantes, collaudamus: quoniam juxta quod scriptum est, Deus spiritus est, & ob hoc spiritualiter divinitatem ejus adoramus. Nam absit a nobis, ut ipsas imagines (sicut quidam garriunt) deificemus, sed affectum & dilectionem nostram, quam in Dei amorem, & Sanctorum ejus habemus, omnimodo proferimus, & sicut divinæ scripturæ libros ipsas imagines ob memoriam venerationis habemus, nostræ fidei puritatem observantes, & reliqua. Quidquid namque de sanctis Patrum opusculis aliquantula ibidem exaravimus testimonia, in eodem sensu, atque tenore (ut in præsenti diximus) cum prædecessore nostro S. Gregorio Papa eumdem sensum fidei tenentes emisimus prædicantes.

Illi vero (ut nobis Missi nostri, videlicet Petrus, Archipresbyter sanctæ nostræ Ro- XLIX.

PAGIUS — *Secunda Angilberti ad Hadrianum PP. Legatio.*

diocesem, ut discimus ex Epistola LXIII. inter Alcuinianas ad Hadrianum Papam ab Alcuino scripta occasione Legationis Angilberti, cujus in ea mentio. Hunc *Alcuinus* filium suum carissimum, & *Regiæ voluntatis Secretarium* in ea appellat. Recitat eam Epistolam Baronius in Appendice ad annum DCCLXXII. putatque ab Alcuino datam esse, quando *Carolus* accepto electionis Hadriani in Pontificem Romanum Nuncio *Angilbertum* Legatum Romam misit. Verum duæ tantum Legationes ab Angilberto obitæ, ut mox diximus, & *Alcuinus* ante annum DCCLXXXI. aut insequentem in Francia moram non fecit.

XIII. *Offa* Merciorum Rex, postquam anno superiori *Ethelbertum* Anglorum Orientalium Regem do-

Romanæ Ecclesiæ; Petrus religiosus presbyter, & Abbas venerabilis monasterii S. Sabæ viva voce dixerunt) statim nostras Apostalicas amplectentes syllabas, Concilium fieri jusserunt. Sed ab hæreticis seditione facta, in Siciliam insulam Missi nostri, sine responso reversi sunt. Et * denuo post eos mittentes iterum Constantinopolim eos ascendi fecere, & sic Synodum istam, secundum nostram ordinationem fecerunt: & in pristino statu sacras, & venerandas imagines erexerunt. Et sicut de imaginibus sancti Gregorii sensus, & noster cantinebatur: ita & ipsi in eadem Synodi definitione confessi sunt: his osculum, & honorabilem salutationem reddidere, nequaquam (secundum fidem nostram) veram culturam, quæ decet solum divinæ naturæ.

* demum

Insuper & pseudosyllagum illud, quod ab hæreticis factum est sub Constantino hæretico, in primis anathematizantes, cum eorum sequacibus, atque complicibus condemnarunt. Et ad Fidem Orthodoxam sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ reversi, per libellos eorum fecerunt rectæ fidei confessionem. Et ideo ipsam suscepimus Synodum: Nam si eam minime recepissemus, & ad suum pristinum vomitum erroris fuissent reversi: quis pro tot millium animarum Christianorum interitu habuit reddere rationem ante terribile, & tremendum divini Judicis examen, nisi nos solummodo? Si (a) enim super unum peccatorem pœnitentiam agentem gaudium factum est in cœlis: quanto magis de tot millibus Christianorum, qui sunt ab errore reversi, quis non gaudeat? & cum Psalmista canat? (b) Accedite ad eum, & illuminamini, & vultus vestri non erubescent, & reliqua.

(a) Luc. 15.
(b) Psal. 33.

L. Nos vero adhuc pro eadem Synodo nullum responsum hactenus eidem Imperatori reddidimus, metuentes, ne ad eorum reverterentur errorem. Dudum quippe, quando eos pro sacris imaginibus erigendis adhortati sumus, simili modo & de diœcesi, tam Archiepiscoporum, quam etiam Episcoporum sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ commonentes, quæsivimus restitui eidem sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, quæ tunc cum patrimoniis nostris abstulerunt, quando sacras imagines deposuerunt: & nec responsum quodlibet exinde dederunt.

Quid actum ob Hadriano cum Imp. pro restitutione rerum ablatarum.

Et in hac ostenditur, quia ex uno capitulo ab errore reversi sunt, & ex aliis duobus in eodem permaneant errore. Si enim ubique Christianorum Ecclesiæ canonice intactas suas possident diœceses: quanto amplius sancta Catholica, & Apostalica Romana Ecclesia, quæ est caput omnium Ecclesiarum sua diœcesi, videlicet Archiepiscoporum, & Episcoporum, immo & patrimonia pro luminarium concinnatione, atque alimoniis pauperum, irrefragabili jure & tenere, & possidere omnibus modis debet?

Instat pro restitutione jurium, & bonorum Rom. Ec.

Unde si vestra annuerit a Deo protecta regalis excellentia, eumdem adhortamur, impetu pro sacris imaginibus, & in pristinum statum erectione gratiam agentes. Sed de diœcesi sanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ tam Archiepiscoporum, quam Episcoporum, seu de patrimoniis iterum increpantes, commonemus. Et si noluerit ea sanctæ nostræ Romanæ Ecclesiæ restituere: hæreticum eum pro hujusmodi erroris perseverantia esse decernemus: plus enim cupimus salutem animarum, & rectæ fidei stabilimentum conservare, quam * hujus ambitum mundi possidere. Hic iterum audis Lector, quod & initio superioris tomi verbis S. Gregorii Papæ audisti, nimirum transire in hæresim obstinatam occupationem jurium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & hæreticum esse dicendum, & ut hæreticum condemnandum, qui in hujusmodi errore tentus, monitus non corrigit, quod deliquit. Sed de his alias pluribus.

* hujusmodi habitum

Hæreticus arguitur qui monitus non restituit bona Ecclesiæ.

LI. Ad postremum vero ad ipsum Carolum Magnum convertens Hadrianus orationem, Apologeticam * claudit epistolam istis verbis: De vestra vero præcellentissima a Deo protecta excellentia, Orthodoxa Fides stabilitate roborata, fretò existimus, quia radix ejus firmissima, a pravis, & infidelibus hominibus nequaquam concutitur, vel movetur, sed in ea, quam cœpit rectæ fidei traditionis doctrinam * spiritualis matris suæ sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ tenere, & amplecti, incunctanter

* specialis

PAGIUS dolose occidit, currenti, ut scelus expiaret; ad limina Apostolorum profectus est, ut anno DCCLXXV. narravimus. Spelmannus Tom. I. Concil. Angliæ ait, Offam tunc ab Hadriano Papa obtinuisse Sancti Albani Canonizationem. Verum longe ante hæc tempora Albanus pro Sancto Martyre habebatur ut videre est in Historia Bedæ, eaque narratio falso nititur fundamento; cum in Vita Offæ apud Matthæum Parisium, Offa dicatur convenisse Hadrianum Papam, non ad Sanctum Albanum inter Sanctos referendum; sed ad canonizandum & privilegiandum ejus Monasterium auctoritate Romani Pontificis. Præterea Westmonasteriensis hoc anno refert, Hadrianum hoc responsum Offæ reddidisse: Fili carissime, Offa Rex Anglorum potentissime, devotionem tuam circa Regni tui Protomartyrem, non mediocriter commendamus; & Monasterio construendo, illudque privilegiando, petitioni tuæ gratanter assensum præbemus; injungentes tibi in tuorum remissionem peccatorum, ut rediens ad terram tuam, ex consilio Episcoporum, & Optimatum tuorum, quas volueris possessiones, sive libertates Beati Albani Ma-

Offa Merciorum Regis peregrinatio Romana.

Protectio S. Petri proficua Regibus.

ter usque in sæculum sæculi sine reprehensione manere credimus. Et ideo confidimus de Dei nostri potentia, quia quantum erga beatorum principum Apostolorum Petri, & Pauli, Ecclesiam fidem geritis, & amorem semper pro ejus profectu, & exaltatione, regali usu ubique certantes babueritis: tanto bruchit sui propitius in regalibus triumphis ab adversis, & iniquis hominibus vos defendere, & circumtegere * dignabitur: ut una cum spirituali filia nostra, domina Regina, vestraque precelsa nobilissima prole longiori ævo in hoc regnantes mundo in futuro sine fine vitam cum Regno in arce poli habere mereamini. Incolumem excellentiam vestram gratia superna custodiat. Hic finis epistolæ, ex qua videt quisquis legit, quam evanescant pudendæ adversariorum calumniæ de Hadriano, ab adversariis procaci stylo conscriptæ, quod ipse adversus septimam Synodum, permotus auctoritate S. Gregorii, ei consentiens calculum tulerit, cum potius ad defensionem ejusdem Synodi ipsius S. Gregorii testimoniis usus fuerit.

* dignetur

LII. Sed quod hac sua responsione Hadrianus minime tetigerit ea Caroli verba quibus dixerat: *Adorare vero eas nequaquam cogimus, qui noluerint*: ratio id temporis postulabat, ne cogendo schisma aliquod conflaretur, cum (ut vidimus) ejus sententiæ essent viri, qui scientia in hoc rudi sæculo eminare viderentur. Videbat enim prudentissimus Pontifex id, quod ex Anastasio recitavimus in epistola ad Joannem Papam, eos de quibus scribebat, nondum veritatis ejus esse capaces. Verum ipse Hadrianus oblique verba illa reprehendit, dum laudat S. Gregorii Papæ sententiam ex qua colligeretur, imagines quidem non esse adorandas, quasi eædem essent dii quidam, sed tantum esse venerandas ob relationem, quam habent ad Christum, & Sanctos, quos effigie repræsentant. Et ideo caute Hadrianus non laudat omnia, quæ habentur in ultimo capitulo epistolæ Caroli, sed ea solum, quæ pertinent ad sententiam S. Gregorii, quam recipi tum a Carolo, tum ab adversariis (ut profitebantur) Synodi Nicenæ videbat: Sic enim loquitur Hadrianus: *Et idcirco eum agnovimus vestra a Deo servata Orthodoxaque regalis excellentia esse proprium, in eo, ubi recta fidei plene penitus confessa esse sensum sanctissimum Gregorii sequi.* Visum est autem summo Pontifici ad tempus dissimulare in eo, ut iidem non cogerentur sacras imagines, quas habere solerent, adorare, eo quod sic errantes nondum inter hæreticos erant annumerati, sicut Iconoclastæ, sed tolerabantur, quamdiu divinæ gratiæ lumine illustrarentur, quod postea factum est.

Aliqua dissimulat Hadrianus Pap.

LIII. Confutatis igitur iis, quæ ab adversariis in eodem libro Capitulari ex Gregorii Papæ scriptis obiicerentur eidem Hadriano Pontifici: ad ea modo transeundum, quæ longe post ejusdem Pontificis obitum in conciliabulo Parisiensi, ab iisdem adversariis habito, ea eisdem Gregorii Papæ epistoliis sunt obiecta. Atque primum quomodo adversarii ipsi conati sint trahere sancti Gregorii verba in sui defensionem erroris, locumque in epistola ad Secundinum, quo feriuntur, in suam ipsorum sententiam detorquere: audi ex Actis citatæ superius pseudosynodi Parisiensis, cujus hæc sunt verba (a):

(a) Conc. Parisiens. sub Ludov. pag. 141.

Sed quia hic ordo verborum ita præposterus, atque a non intelligentibus confusus videri potest, ut nisi caute consideretur, ita a nonnullis minus capacibus intelligi possit, quasi beatus Gregorius id quod prius omnibus illicitum esse prædixit, se fecisse, sibique faciendi licitum esse testetur: quod quam absurdum, quamque contra Dei Ecclesiæ religionem de tanto Ecclesiastico doctore sentire, indignum sit, nullus, qui dicta ejus scrutando, vel legendo cognovit, ignorare permittitur. Nam ut sibi ipsi contrarius esse debeat: justitia vel rectitudo sancta Dei maximeque Romana Ecclesia sustinere non valet. Quod & si paupertas insipientiæ nostræ id intelligere non valet: melius, ut contra insipientiam, quam contra tantam a Deo datam sapientiam insurgere præsumat. Sed & si ipsum modicum sensum nostrum virtus misericordiæ Dei

Frustra laborant adversarii, ne Gregorius probet adoratorem sacrarum imaginum.

PAGIUS *Monasterio conferas*, &c. Denique solemnes Sanctorum Canonizationes, quales hodie fiunt, ante sæculum decimum non peractæ. De hoc Offæ Regis Romam adventu mentionem facit Baronius anno sequenti num. XXXIX.

XIV. Mortuus est hoc anno *Alricus* Cantiæ Rex, uti scribit Mailrosensis Annalista, & insinuat Malmesburiensis lib. 1. de Reg. cap. 2. Ubi ei annos Regni XXXIV. assignat. Fuit hic tertius Wictregi Regis filius, qui post Edbertum & Edilbertum fratres in Cantio regnavit, a cujus morte, vix ullus Regis nomen in Cantia cum dignitate sustinuit. Ei successit *Ethelbertus* cognomento *Pren*.

Obitus Alrici Regis Cantii.

XV. Scripsit hoc anno Alcuinus ad Lindisfarnensem Episcopum, & patriæ fere anno superiori a Danis vastatæ illachrymatus est. Desiderantur quidem ejus literæ; sed partem, quæ præsentem hujus anni calamitatem spectat, refert Malmesburiensis pag. 275. *Vestra tribulationis calamitas, licet absentem, multum me contristavit; quod Pagani contaminaverant Sanctuaria Dei, & fuderunt sanguinem Sanctorum in circuitu Altaris; calcaverant corpora Sanctorum in templo, quasi sterquilinium in platea. Qua est fiducia Ecclesiis Britanniæ, si Sanctus Cuthbertus, cum tanto Sanctorum numero, suam non defendit Eccle-*

Northumbros a Danis desolatos solatur Alcuinus.

Dei aliquantulum illuminare dignatur; quomodo id ipsum contrarium sibi non sit, facillime intelligetur.

LIV. *Nam quia ab imaginum adoratione adorantes compescuerit, nulla dubitatio est: in eo vero quod ad Secundinum scripsit: Nos quidem, non quasi ante divinitatem, ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem, natum aut passum vel in throno sedentem recordamur. Ubi (ut præmissum est) ac si sibi contraria dixerit, intelligentia nostra se caligo confundit. Sed ne nos necessaria ignorantia id non intelligendo, diutius torqueat; sensus ejusdem sententiæ talis est: Nos quidem ante ipsam non prosternimur, quasi ante divinitatem, sed illum adoramus, &c. Quod tale est, ac si Regi in throno sedenti dicas: Nos quidem, o Rex, non quasi ante divinitatem, ante te prosternimur, sed illum adoramus, quem per imaginem tuam, quia homo es, Dominum Jesum Christum hominem recordemur, natum, aut passum, vel in throno sedentem, cujus imitator es tu sedens in throno. Numquid tali dicta mox consequens est, ut eumdem Regem adorare compellar sedentem in throno? Ita nec in eo quod dicitur: Nos quidem non quasi ante divinitatem, ante ipsam prosternimur, sed illum adoramus, &c.*

Ad imaginum adorationem invitamur; quia sicut in multis divinæ auctoritatis voluminibus sententias ordine verborum præpostero scriptas invenimus; ita quoque factum esse, eo sensu ut supra dictum est, hoc in loco minime dubitamus. Cum enim ibi scriptum sit: Nos quidem, non quasi ante divinitatem, ante ipsam prosternimur: Quis non animadvertat, id ipsum magis refutando, quam imperando, vel adoranda eamdem adorationem imaginum dictum esse, ita ut dictum est? Quanto magis (sicut supra * *factum est) ordo verborum suo restituatur in ordine, omnem quemcumque ob nimiam simplicitatem errantem, in eo quod beatum sanctæ Dei Ecclesiæ Doctorem adversum*

* fatum

se ipsum sensisse æstimabat, corrigere poterit? Insuper etiam si quemquam subtilius intelligentem hoc negligentius minusve intente legere contigisset, facillime se ipsum dijudicante, cur aliquando aliter senserit, ad sobrium intellectum revocare poterit.

Si quis autem (quod quidem a sano sapientibus omnibus absit) magis suum sensum sequenda, illum voluerit condemnare, quam se corrigere: nulli dubium, quin ab universa, maxime tamen a sancta Dei Romana Ecclesia debeat condemnari. Nequaquam enim fieri potest, ut hæ duæ sententiæ sibimet contrariæ non existant, una, qua populus ab adoratione imaginum, ne criminis, id agendo, reus appareat, prohibeatur: altera vero, quæ illum id ipsum egisse, cæterasque ut hoc faciant docuisse perhibeatur. Sed absit hoc in sancta talique generali Catholicæ Ecclesiæ magistro, ut qui universas perplexas scripturæ quæstiones, quæ sibi contrariæ videbantur, eique ad explanandum, vel tractandum occurrerunt, numquam diffidentes relinquere consuevit, sua sibimet dicta discordantia reliquisset. Hucusque in Synodo Parisiensi sapientes illi, quos superius numeravimus, hærentes in salebris, in syrtibus navigantes, e quibus emergere nesciant, præcluso semel ab iisdem aditu veritati, qui si patuisset, aperta luce, ipsius veritatis radiante fulgore perspicue intellexissent, his S. Gregorii scriptis ad Secundinum illustratam esse obscuritatem ejusdem litterarum ad Serenum, nimirum vetitum in illis a S. Gregorio cultum latriæ impendi imaginibus sacris, rationi vero decentem assertum, & suo exemplo demonstratum in dicta epistola ad Secundinum. LV.

Sed ut hæc certiora fiant, quid de hujuscemodi ante sacras imagines prostratione, & adoratione ejusdem S. Gregorii Papæ, necnon Eleotherii viri sanctissimi idem eodem volumine Hadrianus Pontifex scribat, sic accipe: *Sed & sanctus Gregorius Papa in monasterio suo publi-* LVI.

PAGIUS *eclesiam*, inquit Alcuinus. Adiicit in Epistolæ calce: *Cum Dominus noster Rex Carolus, hostibus per misericordiam Dei subditis, domum revertetur; nos Deo juvante ad eum venire disponimus; & si quid tunc, vel de pueris, qui in captivitatem ducti sunt a Paganis, vel de aliis necessitatibus nostris proficere poterimus, diligenter ad effectum perducere conabimur.* Scripsit Epistolam XLIX. ad Monachos Wirenses, eosque ad Bedæ Majorumque premenda vestigia adhortatus est: *Quis non timet*, inquit, *terrorem, qui accidit in Ecclesia Sancti Cuthberti? Corrigite quapropter mores vestros, ne propter peccata sceleratorum, pereant & justi. Ne vinea Domini vulpinis detur dentibus ad derodendum; ne Sanctuaria Dei, Paganorum pedes pertranseant*, &c. *Væ maritima habitatis; unde pestis primo ingruit. In nobis impletum est, quod olim per Prophetam prædicatum est: Ab Aquilone inardescunt mala, & a Domino formidolosa laudatio veniet: Ecce fugax latro Boreales Insulæ nostræ partes pervasit. Plangamus, quod fratres nostri perpessi sunt. Caveamus ne nobis aliquid accidat tale*, &c.

Auctor Anonymus Vitæ Sancti Willemi Ducis, ac Monachi Gellonensis in Gallia refert Carolum Regem, cum accepisset infinitas Saracenorum strages in Septimania & Aquitania factas bellum Saracenicum Willelmo Duci commisisse: *Itaque*, inquit, *Vvillelmus Dux salutatus a Carolo, & ipse pro Domino benignum valefaciens procedit, fortem & electum producit exercitum. Itaque Septimaniam ingressus, transito quoque Rhodano ad Urbem conscitus Arausicam agmina disponit & castra: quam illi Hispani cum suo Theobaldo jam pridem occupaverant, ipsam fa-* XVI. *Bellum Saracenicum S. Vvillelmo committitur.*

cum fecit oratorium, & ipsum diversis historiis pingi fecit, atque sacras ibidem erexit imagines: ubi & cum beato Eleutherio pro ægritudine stomachi sui ingressus, in oratione pariter exauditi sunt. Et ille vir sanctus Eleutherius, quem dicunt & mortuum suscitasse, ante ipsas sacras imagines se prosternens, divinam exorare clementiam cum sancto Gregorio non dubitavit; sed fidem ferentes perfectam pariter exauditi sunt, & usque hactenus apud nos eædem venerantur. Hæc de sancto Eleutherio, atque Gregorio.

Vidisti, Lector, re ipsa prostratum ante sacras imagines sanctum Eleutherium cum Gregorio pro recuperanda ejus valetudine exorasse, ut nihil sit quod quæras interpretationem verborum, ubi ipsa facta proclamant. Ex quibus pariter intelligas, quam procul absit ab adversariorum fatua illa assertione, quod Hadrianus professus se cum S. Gregorio eamdem sequi sententiam, adversus septimam Synodum adorationem sacrarum imaginum condemnarit, cum potius ex ejus scriptis validissime roboraverit.

Mirandum plane, atque dolendum est, præclariores hujus sæculi ejus provinciæ viros nominatim superius recensitos sub
Adverf. reprehensione digni. duobus Imperatoribus Carolo & Ludovico adeo contentiose, & animo penitus refractario, pertinaci studio, indefesso conatu, inflexibili proposito voluntatis adversus adorationem sanctarum imaginum contra septimam Synodum obstrepuisse, clamasse, & (pace eorum dixerim) insanisse, ut nihil reveriti Oecumenicæ Synodi majestatem, neque tot pro ea pugnantium Romanorum Pontificum potestatem, usi patentibus (ut vidisti) mendaciis, male perceptæ Gregorii Papæ sententiæ innitentes, a communi Ecclesiæ Catholicæ sententia resilierint, atque adversus ejus usum, atque doctrinam scripserint, turbasque miscuerint, spicula calumniarum intorserint, aliaque plura conjunxerint sua ipsorum existimatione prorsus indigna, dum in suum ipsorum errorem Gregorium ipsum penitus reluctantem, & contra sentientem adducere, & ejus erroris auctorem cogerent profiteri.

LVII. At insuper iidem ipsi asserunt, fuisse Gregorium imaginis sanctæ Crucis adoratorem: quod summa cum laude, magnaque gloria unus ex nominatis idem, qui supra, Jonas Episcopus Aurelianensis adversus Claudium Taurinensem Episcopum agens, sic ostendit, cum hæc ait: *B. Gregorius, de cujus dictis nemo nisi immemor salutis suæ ambigit, in libro sacramentorum ita meminit: Deus, qui unigeniti tui Domini nostri Jesu Christi pretioso sanguine humanum genus redimere dignatus es: concede propitius, ut qui ad adorandam vivificam Crucem adveniunt, a peccatorum suorum nexibus liberentur.* Hæc, & alia plura, quibus asseritur Gregorius S. Crucis imaginem adorasse, & alios, ut idem facerent docuisse, Jonas affert.

Sed qui bene offert, male dividit Jonas, dum videlicet asserens in Gregorio cultum Crucis, neget in eodem cultum sacratum imaginum. Cur male dividis quæ ipse bene conjungit? Nonne ipse simul eadem veneratione imaginem sanctissimæ Dei Genitricis & imaginem Crucis ex Judæorum synagoga in Ecclesiam voluit reportari, ut dictum est nuper ex ejus epistola ad Januarium? An non etiam idem ipse simul imaginem Salvatoris Crucis conjunxit imagini, dans ambas Augustino, ut iisdem munitus ingrederetur (quod Beda testatur) in Angliam? Cur, inquam, cultu male dividis, quas ipse una, eademque religione sancte pieque conjunxit imagines Crucis & Salvatoris? At nihil est, quod in contrarium afferri possit: hæc satis ad Concilii Nicæni Gregorii atque Hadriani defensionem. Deducta jam e controversiarum spinetis & carduis, in planum & latum campum emergat oratio. At Carolo nulla quies: qui post Concilii Francofordiensis tumultus, ad bellicos revocatus labores, cum expeditione adversus Saxones rebellantes profectus, eos Dei beneficio in deditionem accipit. Hæc Annales sæpe citati Francorum.

Gregorius cultor imaginis sanctæ Crucis.

Quod pertinet ad res Orientalis Ecclesiæ, hoc anno Theodorus ille, cognomento Studita, lumen Orientalis Ecclesiæ in tanta hujus sæculi obscuritate refulgens, ubi annos tredecim vixisset sub regulari observantia, in monasterio S. Platonis: creatus est ejusdem Præfectus, natus annos triginta quinque, coactus plane, seu po- LVIII.

PAGIUS *facile ac brevi ensis atque fugatis eripit invasoribus, licet postea & in ea & pro ea multos & longos ab hostibus labores pertulerit, semperque prævaluerit decertando. Erepta autem Urbe, placet omnibus ut sibi eam detineat, faciatque primam suæ proprietatis Sedem. Unde & Civitas illa ad tanti Ducis gloriam famosissima, multumque celebris, magnoque nominis per totum hodieque mundum commemoratur. Quid vero post hæc egerit, quot & quanta cum Barbaris transmarinis & Agarenis vicinis commiserit prælia; quomodo in gladio suo cum auxilio Divino populum Dei salvavit, & Christianum dilatavit Imperium; ut superius est dictum, nec Scripta hoc indiget, nec præsentis est propositi, excepto hoc quod dici succincte potest. Quoniam licet multo tempore multaque pertinacia valde diuque decertatum sit, tamen tandem virtute Altissimi cum virtute belli ita Saracenos perdomuit & perturbavit tyrannos, perscrutans eos & conterens & ad interitum perducens, ut deinceps non auderent, nec licentiam haberent ad has partes quasi invaso-*

Google

potius deceptus a magno illo S. Platone præfecto ejusdem monasterii: Cum enim renitentem omnino, prorsusque reluctantem expertus esset, ad dolos se convertit, non immemor Pauli Apostoli dicentis (a): *Cum astutus essem cepi vos dolo.* Michael enim monachus ejusdem temporis scriptor, quæ inspexerat historia prosequutus, hæc de his habet:

(a) 2. Cor. 12.

Postquam animadvertit Plato, se nullis verbis, precibusve illi persuadere: rem comminiscitur prudentia sua, & urbanitate dignam. Morbo enim repente correptus, extrema sibi instare simulans, monachos omnes ad se vocat, & in his divinum virum, quibus cum periculosam esse ægritudinem indicasset, atque adeo lethalem, & se ipse ad excessum comparabat, & illos quemadmodum, se mortuo, victuri essent, edocebat: de præfectura etiam obtestabatur, quisnam post ipsum præpositus futurus esset, & quemnam ipsi communi suffragio electuri essent. Quem enim illi, ajebat, dignum judicassent, eumdem sibi pariter probatum iri. Norat enim vir sapientissimus, in quem eorum suffragia propenderent. At vero una voce consentientia responderunt, Theodorum omnium ad præfecturam & ad regendas animas aptissimum esse, tamquam vita, & doctrina excellentem.

Theodorus Studitus Abbas monast. S. Platonis creatur.

LIX. *Id in rem suam vertens Plato, ut maxime opportunum, nihil amplius adjiciens, administrationem suam illi nec opinanti statim imponit, annuentibus discipulis universis, & magistri consilium collaudantibus. Quibus ille cum refragari omnibus non posset, nec adeo conspirantibus suffragiis obniti, impositum onus non sine animi dolore vix tandem subiit, annum agens vitæ quintum & trigesimum, instituti vero monastici decimumtertium.* Quæ in præsentem Domini annum incidisse, ex eo constat, quod ex eodem auctore asseritur natus anno decimonono Copronymi Imp. qui est annus Domini septingentesimus quinquagesimusnonus. Etenim qui Indictione quinta mense Novembris sub Michaele Balbo defunctus asseritur anno suæ ætatis sexagesimoseptimo, qui est annus Christi octingentesimus vigesimussextus, utique natum esse oportuit anno Domini septingentesimo quinquagesimonono: Abbas vero creatus hoc anno suæ ætatis trigesimoquinto. Quæ autem post hæc ab eodem sunt facta, atque pariter scripta, suis locis dicturi sumus.

Ætas Theodori Studitæ.

An-

PAGIUS *ferant redire, nec eis ereptam ultra repetere terram. Ceterum autem magnitudo gestorum ejus & præliorum copia, interdum varii Ducis eventus & durissimi labores, semper vero gloriosi triumphi, si quis calamo attentare audeat, permaximo propriaque indigerent volumine.* Quæ partim hoc, partim sequenti anno, forteque etiam anno DCCXVI. gesta sunt. Dicit Anonymus Civitatem Arausicam seu Arausionis magni ex tunc nominis per totum hodieque mundum commemorari, quia scilicet sæculo XI. quo scribebat Arausionis Principes & Familiæ & Principatus originem a Sancto Willelmo repetebant.

Digitized by Google

JESU CHRISTI ANNUS 791.	HADRIANI PAP. ANNUS 24.	CONSTANT. SOLIUS IMP. ANNUS 6.

I. *Hadriani Papæ obitus.*

ANnus Redemptoris feptingentefimus uonagefimusquintus qui ordine fequltur, Indictione tertia confignatur, quo fummus Pontifex Hadrianus cum fediffet annos viginititres, menfes decem dies feptemdecim feptimo Kalendas Januaril ex hac vita migravit. Hujus fedes omuium feliciffima exiftimandu effet, fi porius terum temporallum profperitate, more principatuum terreuorum, & non magis gloria Crucis effet ipfius expendenda profperitas: fiquidem diuturoior, & fub Principibus Chriftianiffimis eidem obfequentibus, defendentibus, iocupletantibus, & in omuibus eam venerantibus floruit, aucta nova fobole converforum ad fidem infidelium populorum, vendicata a Longobardorum perfidia, & protecta u fuperba Græcorum & illis cohærentium infolentia. Sed & in his omolbus magnopere virtus Evangelicæ Crucis enituir nimirum, quod cum ipfa duro Græcorum jugo jugiter teneretur oppreffa, & lugeret ex iterata fæpe obfidione Lougobardorum: mox velut ex obfcuris denfifque oubibus fol emergens effulferir, illo jubente, qui imperans mari & (a) vento, reddidit mare rtaquillum, atque (b) Petri pedibus præbuit percalcandum fluidum elementum.

Felicitas Hadriani Pontificis.

(a) *Luc.* 8. (b) *Matt.* 14.

Fuiffent tanta ifta copiofiori, atque luculentiori ftylo narranda, & non ferreo, eodemque obducto rubigine detruncata, nimiaque brevitate decurtata potius, quam declarata pofteritati tradenda. Sed acceffit ud damnum, quod cum quadraginta quatuot ejufdem Pontificis Hadriani Bibliotheca Vaticana poffideret epiftolas, ex quibus locupletandu fuiffet hiftoria, illis deperditis, earumdem fuerint tuntummodo argumenta relicta, fummatim elicita, quorum hauftu majorem fibi fitim Lector uccendat ad fontem anheluus, uon fine fpe, ut aliquando (fi quis eft earumdem bonæ fidei poffeffor) eafdem in lucem prodat, quæ fuis fingulæ locis reddantur. Tu vero interim illarum bic tibi defcripta fummariu legito quibus, quæ fuperius funt dictu, confirmes, uliuque ignorata perdifcas: quæ fic fe babent, ut deferipta extant in codice.

1. *Prima de Arecbifu Duce Beneventano quod poftquam Carolus Rex Cupua reverfus effet, ad Imp. Conftantinopolit. Legutos direxerat, petens auxilium, & bonorem Putriarcbatus, promittens tum iu veftitu, quam in tonfura cum Græcis fimilitudinem. Hæc Gregorius presbyter Cupuanus Hudriano Pupa narravit. Hadrianus Capuanos fibi & B. Petru jurare fecit. Carolum iu auxilium pro exaltatione Sanctæ Ecclefiæ vocat.* II.
2. *Pro exaltatione Sanctæ Dei Ecclefiæ gratias Regi agit. Ermemberto Epifcopo, ut Carolus petierat, ufum pallii concedit.*
3. *Gratius agit pro Rofellis, Populonia & Benevento, quas urbes Carolus ipfe dederat. Queritur de inobedientia borum: item de infidiis, & malitia Græcorum. Exercitus, cum neceffe fuerit, ut Carolus paratos babeat, atque tranfmittat, ficut promiferat petit.*
4. *Multa de fuo erga ipfum amore indicat. Item quod pro eo in Confeffione B. Petri totis viribus preces fundat. Gratulatur Carolo, quod per ejus laboriofa certamina, S. Petru fuf-*

PAGIUS Sæc.VIII. Anno Eræ Hifp. DCCCXXXIII. Anno Hegiræ CLXXIX inchoato die 27. Martii fer. 6. A. C. 795.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6288.

☉ 20. D. ☽ 27. P. 22. April. Indict. 3.

JESU CHRISTI 795.

LEONIS PAPÆ 1.

CONSTANTINI IMP. 20. & 16.

SOLIUS 6.

1. *Moritur Hadrianus PP.*

ANnum. I. ad XL. Mortuus eft hoc anno Hadrianus Papa *in Nativitate Domini*, ut habent Marianus Scotus, Lambertus Scafnaburgenfis, & omnes illi Francorum Annaliftæ, qui ejus mortem cum anno DCCXCVI. alligant, quia fcilicet annum a die Nativitatis Chrifti aufpicantur, uti Marianus Scotus, Annalifta Fuldenfis, aliique. Ad hæc Auctor Vitæ hujus Pontificis, quam recitat Mabillonius Tom. I. Mufæi Italici part. II. tradit, eum obiiffe *VIII. Kal. Januarii*, feu die XXV. menfis Decemb. Nativitati Chrifti facra. Denique Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæf. cap. 5. refert Annales Francorum ab anno Chrifti DCCXCIV. ufque ad annum DCCCIII. perductos, & tempore Caroli Magni confcriptos, ut ait manifefte liquere ex Characteree, in quibus ad annum CCCXCV. legitur: *die VIII. Kal. Januarii fancta memoria Domnus Hadrianus Summus Pontifex Romanus obiit, pro quo Domnus Rex poftquam a planctu ceffavit, orationes per univerfum Chriftianum populum infra terminos fieri rogavit, & eleemofina fua pro eo multiplicater tranfmifit, & Epitaphium aureis literis in marmore confcriptum juffit in Francia fieri, ut illud partibus Romæ tranfmitteret ad fepulturam Summi Pontificis Hadriani ornandam.* Tranfcripfit hæc verba Chronographus Moiffiacenfis. Recitat Epitaphium illud, quod adhuc Romæ legitur, Baronius num. XII. cui fubjuncta eft hæc claufula: *Sedit beata memoria Hadrianus Papa annos XXIII. M. X D. XVII. Obiit VII. Kal. Jan.* quod & Anaftafius in Vita Hadria-

suffragante, hostium Ecclesiæ contra ad nihilum redacti fiat. Hortatur ut usque in finem perseveret. Quod promiserit, se nihil pro Ecclesiæ dominatione, sed pro ejus exaltatione omnia facturum, gratias agit. Si quis mendacia de se sparserit: eum ut Romam mittat rogat ut secundum sua perversa merita puniatur. Postea multa scribit de parœciis Episcoporum.

5. *Indicat se jussisse, ut Veneti Ravenna seu Pentapoli expellerentur. Germanum Ducem res, ac possessiones Ravennatis Ecclesiæ invasisse exponit. Quare Carolum orat, ut pro amore S. Petri eum expellat, ut sua territoria intacta remaneant.*

III. 6. *Paulum Ducem suum Carolo commendat, qui ad ipsum missus fuit, ut se & Constantinum Ducem de mendaciis, falso apud Carolum sparsis purgaret.*

7. *Gratiarum actiones, seu benedictiones continet, & simul indicat, Sacramentarium, quod Carolus Rex petierat, se per Joannem monachum, atque Abbatem Ravennatem misisse.*

8. *Pro Cruce missa gratias agit: & scribit, se semper pro Carolo orare & pro genitore ejus sanctæ memoriæ Pipino. Precatur, ut Legatos dirigat, qui Romanæ Ecclesiæ Populoniensem ac Rosellanum agrum cum Ducatu Beneventano restituant: mercedem ejus rei a beato Petro promittit.*

9. *Indicaverat Carolus Rex Hadriano per Itherium, & Monegarium Abbates Saxones quosdam in Paganismum relapsos esse, deque iis quid agendum esset, interrogavit. Respondit Hadrianus Papa, post longam pœnitentiam illos ad consortium Ecclesiæ posse recipi.*

IV. 10. *Pro Abbate monasterii S. Vincentii intercedit, qui falso apud Carolum accusatus fuerat.*

11. *De Episcopis, ac presbyteris agit, ne arma militaria induant, sed spiritualia: id est, jejunii & orationibus vacent. Laudes quasdam Caroli commemorat cum gratiarum actione pro exaltatione S. Dei Ecclesiæ. Indicat de agro Sabinensi, quod * Monegarius fidelissimus ejusdem Regis ipsum S. Petro tradere voluerit, sed quod propter iniquos, atque perversos homines id minime præstare potuerit.* * Machinarius ita in Cent. 8. col. 749.

12. *Carolo Regi musiva, & marmora Urbis Ravennæ, tam in templis, quam in parietibus, & stratis sita, sicut petierat, donat. Pro equo misso gratias agit. Orat sibi mitti equos, qui ad suam faciant sessionem assiduas, atque plenitudine carnis decoratos.*

13. *Ad Carolum. Indicat, Itherium, & Monegarium agrum Sabinensem S. Petro reddere voluisse: sed propter iniquos homines id minime præstare valuisse.*

14. *Gratiarum actiones pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ: & de agro Sabinensi petit, ut sicut pollicitus fuerat S. Petro, in integrum contradi jubeat.*

15. *Carolum rogat, ut trabes majores, quas ad Ecclesiarum restaurationes pollicitus fuerat, celeriter, & stannum, ad Ecclesiam beati Petri cooperiendam, mitteret. Præterea de dissidiis inter Neapolitanos, & Amalfitanos nonnihil monet.*

16. *De suis, & Romanorum orationibus pro Carolo indicat. Romanos excusat, quod non vendiderint Sarracenis Christianos; sed in Langobardos ac Græcos culpam istam transfert. Sacerdotes etiam suos defendit quod non sint polluti libidinibus: de quibus ad Carolum accusati fuerant * Quod Græcorum naves plurimas combusserit, & ipsos Græcos in vinculis diu detinuerit, eum demum monet.* V. * additum hoc in Centur. 8. Invocationem Sanctorum tradit.

17. *Apud Carolum Neapolitanos ac Græcos accusat, quod consilio Arichis Beneventanorum Ducis Terracinam invaserint. Et a Carolo S. Petri amore auxilia postulat, ut ipsam & alia*

PAGIUS driani habet. Quare cum die nona Februarii anni DCCLXXII. Pontifex consecratus fuerit, Baronius num. I. aliique plures Viri doctissimi ex eo Epitaphio deduxere, mortem Hadriani in diem VII. Kal. Januar. seu diem XXVI. mensis Decembris incidisse, non animadvertentes per *obitum*, Carolum Magnum Epitaphii conditorem diem sepulturæ intelligere, qui loquendi modus sæpe etiam a Scriptoribus usurpatus reperitur. Papebrocius in Conatu Chronico Historico, dum de Hadriano Primo loquitur, ait: *Nec dum agnoscimus eo die quenquam mortuum, quo sepultum Anastasius dicit.* Verum diem quidem sepulturæ Anastasius de more memorat, sed is dies plerumque etiam Pontificum Romanorum emortualis est. Ii enim vel ipso die, quo animam efflabant, sepulturæ mandabantur, vel saltem uno aut altero post die. Quod mirum videri non debet; cum ipsemet Carolus Magnus, die qua vitam cum morte commutavit, terræ mandatus fuerit, ut infra videbimus. Solemnes itaque exequiæ Pontificum Romanorum, quas pluribus ab eorum morte diebus celebratas fuisse putavit Papebrocius, fictitiæ sunt, & effecere, ut diem eorum obitualem raro detegere potuerit.

II. Literas Hadriani quarum argumentum Baronius annum videat, & num. II. & seqq. refert, suis annis reddidimus, quia post ejus mortem ea a Gretsero, & postea a Duchesnio

Tom.

alia in. Ducata Neapolitano ad beatum Petrum pertinentia recipere possit: quod virtus, atque gloria Pontificis una cum beato Petro ipse Carolus sit.

18. *De suo ac populi amore erga Carolum multa scribit: & orat, ut quod pollicitus fuerat, reverteus e Saxonia, ad Limina S. Petri Apostoli properet: & Legatos ejus Possessorem Episcopum, & Rabigandum a fidelitate in Servitio S. Petri commendat.*

19. *Orat pro exaltatione S. Dei Ecclesia, & simul de orationibus Romanorum pro Carolo & suis indicat.*

20. *Per Oddonem diaconum, trabes, seu ligna, ad Ecclesiam S. Petri cooperiendam, a Carolo petit. Orat etiam, ut Vvilebarius Archiepiscopus Romam mittatur, De corpore sancto, quod Oddo diaconus cum Fulrado Abbate olim sibi dari petierat indicat, quomodo absterritus sit ad ipsum mittere. Promittit, se missurum Cundedi Martyris corpus, si petat Carolus. Quod Beneventani, ac Neapolitani consultare cum Gracis soleant, aperit: sed quid, Oddonem diaconum indicaturum promittit.*

21. *Constantinum Imperatorem obiisse, indicat, adjunctis ea de re litteris Stephani Neapolitani Episcopi. Reginaldum Ducem Clusana accusat, quod multa mala in castello Felicitatis continue committat, beati Petri bona auferendo. Petit, ut officio amoveatur.*

VI. 22. *Queritur, Hildebrandum, Arogin, Rodgaum, & Reginaldum Duces, consilium iniisse cum Græcis, & Aldagiso, terra, marique contra Romam & Italiam dimicare: quare multis adjurationibus auxilium contra eos postulat.*

23. *Indicat, quale consilium Legatis ejus dederit. Item monet de Legatis Græcorum, qui cum Dispositore Siciliæ & cum relicta Arichisi Ducis egerint, quanam ratione Ducatum Beneventanum Carolo Regi eriperent. Orat itaque Carolum, ut sic omnia pertractet, ut suam, & Ecclesiæ Romanæ tutelam procuret.*

24. *Queritur, se despectum a Possessore Episcopo, & Rabigando Abbate, Caroli Legatis. Indicat, ipsos non venisse Romam, sed Spoletum ad Hildebrandum Ducem: & inde Beneventum profectos esse. In quanto ob id mærore constitutus sit, scribit: orat Carolum, ut se consoletur, exaltando Ecclesiam Romanam, & Spoletinum Ducatum reddendo.*

25. *Indicat, quod patrimonium S. Petri apud Ravennates non integre receperit, testificantibus id senioribus Ecclesiæ, testibus ejusdem urbis. Petit patrimonium Sabinense in integrum S. Ecclesiæ restitui: indicat, se nullorum irrationabiliter finibus indigere.*

26. *Gratulatur Carolo pro victoria, quam ipsi * Ausfridus Pisanus Abbas narraverat: Quam diligenter pro ipso preces faciat, indicat. Ausfridum Carolo commendat, pro Pisano & Lucensi Episcopis orat, ut ipsos pro sua pietate ad proprias sedes, atque Ecclesias redire permittat.* * Austrin dus

27. *Indicat, quod in partibus Italiæ, atque Tusciæ Episcopi quidam alienas diœceses, & parœcias invadant, vestem monasticam contra sanctos canones relinquant, matrimonia contrahant, vestibus sæcularibus induti. Orat itaque Carolum, ut ista emendet, fidem Catholicæ & Apostolicæ S. R. E. semel amplexam continue teneatur, ut cum sanctis omnibus felix permanere possit.*

28. *Propter inobedientiam Leonem Ravennatem Episcopum accusat.*

29. *Uberrimæ benedictiones pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ continentur.*

PAGIUS. *Hadrianus Collectionem Conciliorum & Epitomen Canonum Carolo, dum Romæ esset, dedit.*

Tom. III. Script. Franc. publicatæ sunt. Conciliorum vero Volumen quod Baronius Num. X. dicit, Carolo Magno, dum Romæ esset, oblatum fuisse ad Occidentalium Ecclesiarum usum, post Baronii obitum primus publicavit Henricus Canisius Tom. VI. Antiq. Lect. legiturque etiam Tom. VI. Conciliorum. At non Epitomen, sed integram Collectionem Canonum, ex quibus illa Epitome deinceps conflata est, tum Decretalium a Siricio ad Gregorium II. Carolo Magno oblatam fuisse, recte existimat Sirmondus Tom. II. Concil. Gall. qui addit, illum ipsum datum Carolo esse librum, qui *Codex Canonum* a Nicolao Papa dicitur distinct. 19. cap. *si Romana Ecclesia*, quique Moguntiæ primum excusus est anno MDXXV. & in editione postea Parisiensi inscriptus: *Codex Canonum vetus Ecclesiæ Romanæ*. Hoc enim indicant plura, quæ in Bibliothecis Galliarum supersunt, hujus Collectionis exemplaria, quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio præfixa est, Hadriani ad Carolum Epistola. Cum vero Carolus ter in Urbem venerit, annis nimirum DCCLXXIV. DCCLXXXI. & DCCLXXXVII. Sirmondus Hadriani Codicem ad postremam profectionem, alii ad alterutram ex duabus prioribus referendam censent. Sed nullus hactenus certum rei gestæ tempus e tenebris eruere potuit. In ea Epitome continentur Canones Apostolici XLV. Ancyrani XXIV. Neocæsarienses XV. Gangrenses XX. Antiocheni XXV. Laodiceni LVIII. Sardicenses XXI. Carthaginenses XXXIII. Africani CV. Collectio vero complectitur viginti Canones Nicænos, Constantinopolitanos, Ephesinos, Calchedonenses, qui in Epitome desunt.

tur. Indicat, se mittere epistolam Gradensis Patriarchæ. Hanc a Leone Archiepiscopo Ravennate prius apertam, & lectam fuisse, queritur. Idem Leonem iterum accusat.

VII. 30. *Orat Carolum, ut meminerit, quæ Petro Apostolo promiserit: quanta etiam ab ipso beneficia acceperit, scilicet provinciam Longobardorum: & quod ejus circumvallatus suffragiis, cæteras omnes nationes sibi subjicere possit. De Leone Archiepiscopo Ravennate indicat, gratum sibi esse quod ad Carolum profectus sit.*

31. *Iterum vehementer Leonem Ravennatem Archiepiscopum accusat, quod inobediens, ac protervus factus sit, ab illo tempore, quo a Carolo rediit. Et Carolum orat, ne S. Petro auferri patiatur, quæ ab ipso, & Pipino patre ejus ipsi beato Petro oblata sunt.*

32. *Multa admodum de fide, & constantia sui amoris Carolo scribit. Admonet illum, ut amicitiæ, & promissionis, ad Confessionem B. Petri factæ, recordetur. Cum eodem expostulat, quod Legatum suum Anastasium in Francia detineat. Accusat Longobardos: hortaturque Carolum, ut in ipsos vindictam exerceat, & S. Petri justitias, quas promisit, faciat. Indicat, se Carolo Paulinum quemdam vinctum misisse, quod male de eo locutus esset; ipsumque adjurat, ut idem de suis inimicis faciat.*

33. *Gratiarum actiones continentur, cum petitione pro exaltatione sanctæ Dei Ecclesiæ. Item de Legatis Caroli Regis, qui autumnò tempore Romam venire debuerant.*

34. *De præda Persarum in finibus Græcorum, & inter ipsos discordia indicat.*

35. *Gratiarum actiones continentur, & plurimæ petitiones pro restitutione patrimonii B. Petri. Meminit donationis, Constantini temporibus S. Silvestro Papæ factæ, & aliorum, qui pro anima sua saluta multa donarint B. Petro, quæ a Longobardis arepta sint: ac dicit, in Lateranensi scrinio eas donationes haberi. Carolum novum Constantinum nominat. Orat, ut sibi filium ejus ex sacro baptismate suscipere liceat.*

VIII. 36. *S. Petrum Carolo maxime commendat, & orat, ut Sabinensem agrum integrum Ecclesiæ Romanæ restitui faciat. Profitetur, Romanam Ecclesiam totum quartum Chalcedonense Concilium amplecti, & venerari.*

37. *Ipsum fidei, ac dilectionis, quam erga B. Petrum Apostolorum principem habere visus est, admonet; utque illam inconcussam, & inviolatam conservet, & nulla callida versutia ab Apostolico amore animum disjungi patiatur, orat. Postea Eleutherium, & Gregorium quemdam accusat, & petit, ne illos apud se agere sinat, sed Romam mittat.*

38. *Commendat Carolo Legatos monasterii S. Hilarii in Calligata: Orat, ne ipsum, seu hospitales domos, quæ per colles Alpium sitæ sunt in susceptionem peregrinorum, ab ulla magna, parvaque persona invadi permittat: & Gundibrando Duci Florentino mandet, ut quæ eidem monasterio abstulerat, restitueret.*

39. *Ipsum mendacii arguit, & objurgat, quod Ravennam, ad electionem novi Pontificis, Legatos suos direxerit.*

40. *Indicat quomodo contentionem monachorum, ad se missorum, composuerit: & quod Potho Abbas cum decem monachis, ad Carolum Regem proficiscì voluerit, ut ibidem quoque de objectis criminibus se purgaret.*

41. *Carolus per Georgium Episcopum Papæ de suis certaminibus, & laboribus, pro B. Petro susceptis, indicaverat: quare Hadrianus ipsi gratias maximas agit, commendans ipsi Georgium Episcopum.*

42. *Indicat, * Adalchisum Desiderii filium in Calabriæ partes advenisse: Orat Carolum, ut contra hunc bellum gerat, & Beneventanos cum aliis obedire cogat. Item, ne Grimoaldum Ducem Beneventanum constituat: ut Beneventum, Rosellas, Populonium, & alia loca S. Petro reddat.* * Adalgisum

43. *Indicat Offæ Regis Anglorum Legatos cum Carolo oratoribus honorifice abs se susceptos fuisse, quod Carolus per nuntios petierat. Adjicit, se permittere divinum verbum Gentilibus prædicare.*

44. *Indicaverat Carolus Rex, quod per laboriosa certamina Saxones ad Fidem Catholicam, ac baptismatis fontem perduxisset. Petierat ob id ab Hadriano una, aut duabus feriis litanias fieri. Respondet Papa ei, in omnibus Occidentalibus partibus XXIII. XXVI. & XXVIII. mensis Junii, id est, vigilia Joannis Baptistæ, natale SS. Joan. & Pauli, & vigilia SS. Apostolorum Petri & Pauli debere fieri litanias. Jubet, ut Carolus iisdem diebus in omnibus suis regionibus litanias celebrari curet. Indicat quod Romæ continuo pro Carolo gratias agant, & Deum orent.* IX.

Scripsit etiam ad alios, ut ad Egilam, in Hispania Episcopum, ipsumque hortatur de Fide Orthodoxa tuenda. Per je-

*junio sexta feria, ac Sabbato celebrando. Idem ad Egilam Episcopum, seu Joannem presbyterum de conservatione continentiæ, in Hispaniæ partibus prædicanda, epistolam scripsit, Ac de Paschalis festivitate, ut eo tempore celebretur, quando a Romana celebratur Ecclesia. Item eum monuit de prædestinatione hominis, sive ad bonum, sive ad malum: de coinquinatione eorum tam in escis, quam in potu, de diversis erroribus, & de eorum pseudosacerdotibus, qui * viventi viro sortiuntur uxores, de libertate arbitrii, ac de aliis multis capitibus in partibus illis contra Fidem Catholicam exortis. In fine ipsos hortatur, ut omnes sint concordes, ut canones sciant, ut omnes non obedientes salubribus præceptis excommunicat.*

Idem Hadrianus ad omnes Hispaniæ Episcopos scripsit, maxime tamen ad Elipandum & Ascaricum. In cujus epistola initio Romanam Ecclesiam caput omnium Ecclesiarum nominat; & quicumque se ab hac abscindit, hunc Christianæ religionis exortem fidei dicit. Deinde refutat Elipandi, seu Ascarici errorem, quo Filium Dei adoptivum dixerat, opponens inter alia dictum ad Romanos (a): Proprio Filio suo non pepercit Deus; & citat Athanasium Alexandrinum, Gregorium Magnum, Amphilochium Iconii, Gregorium Nyssenum Episcopos, Chrysostomum, Augustinum, Hilarium, Leonem Papam, & alios. Hactenus ex Hadriani Papæ epistolis inventa summaria.

(a) Rom. 7.

X. De reliquis Hadriani Papæ scriptis.

Quod rursum ad alia ejusdem Pontificis scripta pertinet, præter alias epistolas a nobis superius recitatas, constat collegisse Conciliorum volumen; illudque misisse ad eumdem, qui petierat, Carolum Magnum præfixa ad eum præfatione, & epigrammate acrostichicis versibus. Est præterea auctor Joannes diaconus, ab eodem Hadriano ex epistolis S. Gregorii Papæ duos conscriptos libros. Meminimus superius de aliis ejusdem Pontificis lucubrationibus, ad Ecclesiasticos ritus spectantibus. Sed jam quæ post ejus mortem secuta sunt, videamus.

Obitum ejus multis lacrymis prosequutus est Carolus Magnus, qui eum ut patrem coluit, & ut amicum plurimum dilexit: Nam audi quæ habeat Eginhardus: (b) *Nuntiatio etiam sibi Hadriani Pontificis obitu, quem amicum præcipuum habebat, sic flevit ac si fratrem, aut charissimum filium amisisset.* At non fletu tantum, sed religiosis officiis, atque suffragiis ejus prosequutus est animam, pro ipsa longe lateque per provincias sibi subjectas, & alias externis Regibus subditas, erogans eleemosynas.

(b) Eginhard. in vita Caroli.

Deo plurimas agimus gratias, quod tantæ pietatis magni Principis aliquod saltem relictum fuerit monumentum in epistola ad Offam Merciorum Regem in Anglia, quæ sic se habet, respondens (c) ad litteras ab eodem Rege acceptas, quibus commendaverat peregrinos, ex Anglia Romam petentes.

(c) Recitat eam Gulielmus Malmesberius historicus, qui claruit ann. 1100. cujus extat in bibl. Anglor. in addit. ad Bed. l. 2. c. 14. facta coll. diversæ lect.

Carolus gratia Dei Rex Francorum, & Patricius Romanorum viro veneranda, ac fratri charissimo Offæ Regi Merciorum salutem.

*Domino gratias agimus omnipotenti Deo * de salute animarum de * Fidei sinceritate, quam in vestris laudabiliter paginis reperimus exaratam. De peregrinis vero, qui pro amore Dei, & salute animarum suarum beatorum Apostolorum Limina desiderant adire: cum pace sine omni perturbatione vadant. Sed si aliqui non religioni servientes, sed lucra sectantes, inveniantur inter eos, locis * optimis statuta solvant telonea. Negotiatores quoque volumus, ut ex mandato nostro patrocinium habeant in Regno nostro legitime; & si in aliquo loco injusta affligantur oppressione, reclament * ad nos, vel nostros judices, & plenam jubebimus justitiam fieri.*

XI. Epist. Caroli ad Offam Regem Merciorum.

*Cognoscat quoque dilectio vestra, quod aliquam benignitatem de dalmaticis nostris * vel palliis ad singulas sedes Episcopales Regni vestri, * vel Ethelrhedi direximus in eleemosynam domini Apostolici Hadriani, deprecantes, ut pro eo intercedi jubeatis, nullam habentes dubitationem, beatam illius animam in requie esse, sed ut fidem, & dilectionem ostendamus in amicum nobis charissimum. Sed & de thesauro humanarum rerum, * quem Dominus Jesus * gratuita pietate concessit; * aliqua per Metropolitanas civitates direximus; vestra quoque dilectioni unum balteum, unum * gladium Hunniscum, & duo pallia serica.* Hucusque recitat auctor ex epistola Caroli ad Offam Regem: quæ tamen videtur fuisse longe prolixior; nam auctor ista subiicit: *Hæc saltem verba epistola decerpens, idcirco apposui, ut posteris elucescat amicitia Offæ, & Caroli, cujus familiaritate fretus, licet multorum impeteretur odio, & dulci tamen vitam consumpsit otio, & Ecfertum filium ante mortem suam in Regem unctum, successorem dimisit.* Hæc ipse intentus rebus gestis Anglorum. Toto plane Catholico orbe diffusam fuisse Caroli pro anima Hadriani Pontificis largitatem intelligere possumus, quam in Anglia etiam exercuisse comperitur: Siquidem nulla ratio suadet, ut in Anglia potius, quam in Italia, aliisve provinciis, ipsi subditis, ejusmodi exercuerit pietatis officium.

* & Salvatori * Catholicæ * opportunis * ad se * & * & Pro anima Hadriani Carolus multas erogat eleemosynas. * quas * ad noster nobis * aliquid * Hunniscum

XII. Caroli eleemosynæ toto orbe diffusæ.

Quam multus Carolus fuerit in eleemosynis erogandis toto orbe Christiano, Eginhardus, earum omnium præsens inspector, habet hæc in vita ipsius: *Circa pauperes sustentandos, & gratuitam li-*

be-

beralitatem (quam Graci eleemosynam vocant) devotissimus, ut qui non in patria sua solum, & in suo Regno facere curaverit, verum trans maria in Syriam, & Ægyptum, atque Africam, Hierosolymam, Alexandriam, atque Carthaginem, ubi Christianos in paupertate vivere compereat, penuria eorum compatiens, pecuniam mittere solebat. Ob hoc maxime transmarinorum Regum amicitiam expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus, refrigerium aliquod, ac relevatio proveniret. Hæc Eginhardus.

Quod rursum spectat ad ea, quæ ab Ipso Carolo sunt post mortem exhibita eidem Hadriano Pontifici pietatis officia: Non solum hisce eleemosynis amico charissimo parentavit, & extrema persolvit, verum etiam sepulcrum ejus, in Vaticana basilica collocatum, regio ipsemet epitaphio decoravit, quod hodie extat pro foribus ejusdem basilicæ his versibus scriptum:

Epitaphium ad sepulcrum Papæ Hadriani a Carolo scriptum.

Hic pater Ecclesia, Roma decus inclytus auctor
Hadrianus requiem Papa beatus habet.
Vir, cui vita Deus, pietas lex, gloria Christus,
Pastor Apostolicus, promptus ad omne bonum.
Nobilis ex magna genitus jam gente parentum,
Sed sacris longe nobilior meritis.
Exornare studens devoto pectore Pastor
Semper ubique suo templa sacrata Deo.
Ecclesias donis, populos & dogmate sancto
Imbuit, & cunctis pandit ad astra viam.
Pauperibus largus, nulli pietate secundus,
Et pro plebe sacris pervigil in precibus.
Doctrinis, opibus, muris erexerat arces,
Urbs caput orbis honor inclyta Roma tuas.
Mors, cui nil nocuit, Christi qua morte perempta est,
Janua sed vita mox melioris erat.
Post Patrem lacrymans Carolus hac carmina scripsi:
Tu mihi dulcis amor: te modo plango Pater.
Tu memor esto mei: sequitur te mens mea semper,
Cum Christo teneas regna beata poli.
Te Clerus, populus magno dilexit amore,
Omnibus unus amor, optime Presul, eras.
Nomina jungo simul titulis, clarissime, nostra
Hadrianus, Carolus Rex ego, tuque Pater.
Quisque legas versus, devoto pectore supplex,
Amborum, mitis, dic, miserere Deus.
Hac tua nunc teneat requies, carissime membra,
Cum Sanctis anima gaudeat alma Dei.
Ultima quippe tuas donec tuba clamet in aures,
Principe cum Petro surge videre Deum.
Auditurus eris vocem, scio, Judicis almam:
Intra nunc Domini gaudia magna tui.
Tum memor esto tui nati, Pater optime, posco,
Cum patre, dic, natus pergat & iste meus.
O pete regna Pater felix cælestia Christi,
Inde tuum precibus auxiliare gregem.
Dum sol ignicomo rutilus splendescit ab axe,
Laus tua, sancte Pater, semper in orbe manet.
Sedit beata memoria Hadrianus Papa
Annos XXIII. M. X. D. XVII. obiit
VII. Kal. Jan.

Sic igitur Rex Christianissimus maxime pius quem viventem mirifice coluit, & post obitum eodem prosequutus amore, & quibus potuit frequentavit, & cumulavit officiis, qui ipsi viventi auctor fuerat, ut admirabili sumptu Romanæ Urbis exornaret Ecclesias; quænam ista fuerint ornamenta, ex Anastasio dicturi sumus, sed ante quæ de his summatim habeat Eginhardus (*u*), audi: XIII.

(*u*) *Egin. in vita Caroli Magni.*

Caroli Magni erga Rom. Eccl. munificentia.

Colebat Carolus præ cæteris sacris, & venerabilibus locis apud Romam, Ecclesiam beati Petri Apostoli, in cujus donaria, magna vis pecuniæ tam auri, quam argenti, necnon & gemmarum ab illo congesta est: multa & innumera Pontificibus munera missa; nec ille toto Regni tempore quicquam duxit antiquius, quam ut Urbs Roma sua opera, suoque labore veteri polleret auctoritate, & Ecclesia S. Petri non solum per illum tuta, & defensa, sed etiam suis opibus præ omnibus Ecclesiis esset ornata, ac ditata. Hæc ipse. Vidisti, Lector, quibus depictum coloribus reddat antiquitas magnum, & Christianissimum Principem erga Romanam Ecclesiam studiosissimum: de quo sæpe legisti superius, & inferius æque lecturus eris quot, quantaque ipse a Deo consecutus sit pro his in hac vita etiam beneficia.

Jam vero quæ apud Anastasium Bibliothecarium in Hadriano leguntur, de mi-

rifico Ecclesiarum ornatu videamus. Reddemus hic ea cuncta eo ordine, quo apud ipsum scripta reperiuntur, prout ab eodem Pontifice dari Ecclesiis contigerunt, & ab auctore ejus temporis scribi, veritate sincera licet sermone rudi, impolito, semigræco, ac penitus barbaro. Anastasius enim, apud quem magis cum simplicitate veritas, quam cum fuco mendacia valuerunt, eadem ut scripta reperit, in suum volumen describendo transtulit, in ipsum de Romanis Pontificibus commentarium, quæ hic a nobis ad finem ejus vitæ ex more scribuntur, quod quo singula anno sint facta, non liquet. Sunt hujusmodi:

XIV. Hadriani res gestæ in cultu ecclesiæ S. Petri. *Erat sæpe fatus beatissimus Pontifex amator Ecclesiarum Dei, magnam indesinenter gerens curam pro ornatu, & restauratione procuranda omnium earumdem Ecclesiarum. Hinc enim evangelicus vir fecit in Ecclesia beati Petri Apostoli vestem miræ pulchritudinis ex auro & gemmis habentem præfiguratam historiam, qualiter beatus Petrus a vinculis per Angelum ereptus est. Item in eadem basilica ab introitu rugae usque ad Confessionis pavimentum vestivit de argento purissimo, quod pensat libras centum quinquaginta. Fecit etiam in eadem ipsa basilica beati Petri juxta januas majores argenteas cortinas miræ magnitudinis de palliis stauraeinis, seu* * *quadraplis: nam & per universos arcus ejusdem Apostolorum principis basilica de palliis Tyriis, atque fundatis fecit vela numero sexaginta quinque.* Hæres hic tu mecum, ut video, Lector, in salebris, dum obscurarum vocum interpretationem exoptas, quid rugæ, quid stauraeium, quadraplum quid, atque fundatum sibi velint, quæ & frequenter cum aliis hujusmodi vocibus continget apud Anastasium reperiri, qui ut vulgo tunc notissima, eadem absque interpretatione reliquit: Ut nisi aliquem ejusdem temporis glossarium resurgere contingat, desperata res sit, ut singularum vocum peregrinarum, in Latinam linguam tunc acceptarum, interpretationem assequi valeas. Pergit vero Anastasius.

* quadruplis

XV. Mirificum candelabrum. *Denique ejus beatitudo fecit & pharum majorem in eadem beati Petri Ecclesia in typum Crucis, qui pendet ante presbyterium, habens candelas mille trecentas septuaginta, & constituit, ut quater in anno ipsum pharum accendatur, id est, in natali Domini, in Pascha, in natali Apostolorum, & in natali Pontificis. Item præfatus sanctissimus Pontifex fecit in ea basilica calicem fundatum argenteum, pensantem libras quinque, quem & posuit in presbyterio pro eo, qui perierat temporibus domni Pauli Papæ. Nam & in Ecclesia beati Andreæ Apostoli sita juxta camdem beati Petri Apostoli Ecclesiam* * *ciborium novum ex argento purissimo ipse ter beatissimus Pontifex fecit, quod pensat libras centum triginta quinque.* Et inferius rursum, de his, quæ spectant ad camdem basilicam, de ipsius ornatu sumptuoso:

* ciborium

Hic vero egregius sacerdos ob nimium amorem beati Petri Apostoli, totam ejus Confessionem ex auro purissimo in laminis cum diversis historiis compto ornavit, ponderis triginta librarum, ponens & postem superiorem ejusdem sacræ Confessionis auri mundissimi librarum tredecim, pari modo & liminare inferius ejusdem Confessionis auri mundissimi librarum viginti quinque. Aspectum vero altaris super camdem Confessionem, atque dextera, lævaque parte juxta gradus jam dictæ Confessionis addens in eis argenti libras centum triginta sex cariosum renovavit, ejusque historias ex auro purissimo librarum centum & octo nitidissime decoravit. Simulque & canthara in eadem Ecclesia dicti Apostoli numero decem renovavit, addens in eis argenti libras centum.

XVI. Alia ornamenta Eccl. S. Petri. *Ante januas vero argenteas fecit canistros argenteos, pensantes libras triginta sex, simili modo & in turre canistros argenteos duodecim pensantes libras quadraginta quinque. In eadem quippe B. Petri Ecclesia per diversas coronas fecit delphinos ex argento librarum centum.* Et paulo post: *Et in Ecclesia beati Petri per diversa oratoria canistra argentea numero duodecim simul librarum quadraginta, & rugas in presbyterio a parte virorum, & mulierum ex argento purissimo quinquaginta, librarum centum triginta, necnon alias rugas in caput presbyterii ante Confessionem ex argento, pensantes simul libras centum tres.* Et inferius: *Item fecit patenam, & calicem in basilica beati Petri Apostoli in quotidianis ministeriis ex auro purissimo, pensantes simul libras viginti quatuor.* Et paulo post: *In altari majori Ecclesiæ beati Petri Apostoli fecit ex auro purissimo diversas historias, ponderis librarum quingentarum nonaginta duarum. Et intus in Confessione imaginem in modum Evangeliorum ex auro obrizo librarum viginti: simul & cancellos ante camdem Confessionem ex auro purissimo, pensantes libras quinquaginta sex. Quæ sunt simul, quæ sunt in altari intus, & in sacra, ultro citroque Confessione, & in ambone Evangeliorum, & in postibus inferioribus, & superioribus, atque cancellis simul & corpore auri obrizi libræ mille trecentæ viginti octo.*

XVII. Alia addita ornamenta. Quod rursum ad ejusdem basilicæ ornatum spectat, hæc postea apud eumdem Anastasium leguntur: *Fecit etiam ter beatus ille imagines sex laminis argen-*

tets

Digitized by Google

teis investitas, quibus tres posuit super rugas, quæ sunt in introitu Ecclesiæ presbyterii, ubi & regularem ex argento investito fecit, & posuit super eamdem regularem præfatas tres imagines in medio existentes, unam quidem pictum habentem vultum Salvatoris, & in utrisque lateribus imagines habentes depictas, unam B. Michaelis, & aliam beati Gabrielis Angelorum: in superiore vero ruga, id est, in medio presbyterii faciens alium regularem, ex argento investitum, constituit super eum tres reliquas imagines, in medio quidem habentes præfiguratum vultum sanctæ Dei Genitricis, & ex duobus lateribus unam habentem vultum depictum S. Andreæ Apostoli, & aliam S. Joannis Evangelistæ: easdem vero sex imagines (ut dictum est) ex laminis argenteis miræ pulchritudinis factas deauravit, in quibus imaginibus posuit libras centum. Et inferius: *Idem præstantissimus Antistes fecit in Ecclesia beati Petri Apostoli ad corpus ejus imagines, quæ dudum ex argento factæ erant, Salvatoris, sanctæ Dei Genitricis, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli atque Andreæ de auro purissimo miræ magnitudinis, pensantes libras ducentas: ipse vero præcipuus Pontifex fecit imaginem ex laminis argenteis deauratis, habentem effigiem Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quæ posita est super introitum basilicæ beati Petri Apostoli, ubi portæ argenteæ existunt, quæ pensant libras quinquaginta.*

XVIII. De restauratione Basilicæ. In his vero, quæ ad ædificium spectant ejusdem basilicæ, hæc apud eumdem Anastasium habentur: *Pro honore beati Petri Apostolorum principis, & ornatu ipsius sancti Patriarchii instruxit, & ædificavit ibidem noviter turrim miræ pulchritudinis decoram, cohærentem porticui quæ ascendit ad balneum, ubi & deambulatorium scilicet solarium suum cum cancellis æreis miræ pulchritudinis construi fecit. Sed & porticum ipsam, quæ vetustate diruta erat, utiliter renovavit & picturis, atque marmoribus eamdem turrem, & cuncta ædificia, ab eo noviter reparata, decoravit.* Et post nonnulla: *Cameram vero B. Petri Apostolorum principis in omnibus destructam, atque dirutam restituit, atque pinxit diversis coloribus.* Rursum de his quæ spectant ad eamdem basilicam: *Duos ejus gradus majores, qui ascendunt in atrium simul, & qui ex duobus porticibus ascendunt in eamdem Ecclesiam ex utriusque lateribus renovavit; sed & cunctum pavimentum ipsius Ecclesiæ, ubi marmora confracta erant adhibitis aliis pulcherrimis, ac melioribus marmoribus renovavit. Porticus vero ex utriusque lateribus suprascriptæ Ecclesiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum, quod ruinæ vicinum positum erat, positis novis trabibus, & ipsum tectum noviter faciens, restauravit.* Subiicit vero de Forma Sabbatina, quæ eidem Ecclesiæ affluenter aquas ministrabat, ab eo restaurata his verbis:

*At vero per evoluta viginti annorum spatia, Forma, quæ vocatur Sabbatina nimis confracta existens, per quam decurrebat aqua per Centenarium in atrium beati Petri Apostoli, simul & in balneum juxta eamdem Ecclesiam situm, ubi fratres nostri, Christi pauperes, qui ad accipiendam eleemosynam in Paschalem festivitatem annue occurrere, & lavari solebant, & ex qua diversæ molæ macinabant, aqua ex eadem Forma, neque in atrium beati Petri, neque intra civitatem decurrebat, dum ipsa Forma (quod dictum est) diruta extitit ob arcus ipsius Formæ magno altitudine constructos a fundamentis demolitos, atque destructos ut nulla spes videretur esse eosdem arcus, vel fractam Formam reædificandi, atque restaurandi: ipse beatissimus ac sanctissimus Præsul aggregans multitudinem populi, per semetipsum ad faciendam, & restaurandam eamdem formam præparavit, & tantam curam, & solicitudinem in ejusdem Formæ fabricam exhibuit, quod eam noviter a fundamento renovavit, atque restauravit. Et confestim per Centenarium ex eadem forma in atrium sancti Petri aqua decurrebat. Et cum per nimium neglectum, & incuriam plumbum ipsius Centenarii furtim jam plurima ex parte exinde sublatum fuisset, & reliquum plumbum conquassatum fuisset: protinus idem Pastor, addita multitudine plumbi ipsum Centenarium noviter fecit & Deo auspice, aqua in atrium B. Petri simul & in præfatum balneum, verum etiam & intra civitatem, id est, in * Cœnaculum, ubi molendina macinabant, sicut antiquitus abundanter decurrere fecit.* Et inferius: *Idem vere sanctissimus Præsul portas æreas majores miræ magnitudinis decoratas studiose a civitate Perusina eas deducens, in basilicam B. Petri Apostoli ad turrem eampre erexit.* XIX. Formæ Sabbatinæ restaurata.

Rursum quod pertinet ad restaurationem ejusdem basilicæ hæc ibidem: *Simili modo, & in famosissima toto orbe terrarum præclara, & veneranda basilica beati Petri Apostolorum principis per olitana tempora vetustissimas trabes, quæ ibidem existebant, cernens idem præcipuus Pontifex, mittens Januarium Vestiarium secum, cognoscens eum idoneum personam, cum multitudine populi mutavit ibidem trabes numero quatuordecim, atque tectum ejusdem basilicæ sancti Petri & protinus noviter restauravit.* Et inferius de via, quæ ducebat ab Urbe ad basilicam eamdem, hæc habet: Trabes renovatæ.

Hic

Digitized by Google

XX. *Hic item * præfagus vir confiderans plurimi populi salutem, super ripum fluminis porticum, quæ ducit ad beatum Petrum Apostolum urctum, & augustam existeutem, per quam vium transeuntes, ad eumdem beatum Petrum Apostolorum principem perveniebant: plusquam duodecim mille tufos in litore alvei fluminis in fundamentis ponens, a solo usque ad tectum miræ magnitudinis porticum, usque ad gradus beati Petri restauravit.* Et de relictis bonis eidem basilicæ in usum pauperum, hæc idem auctor habet:

* præfatus

Restaurata porticus.

*Hujus temporibus defunctus Leoninus Consul, & Dux, postmodum vero monachus, ob veniam suorum delictorum reliquit tres uncias massæ * Aricianæ, qua ex hæreditate parentum suorum fruebatur, sitæ longe ab hac Romana Urbe milliario decimosexto via Ardeatina, in qua & Ecclesia B. Edistii esse, dignoscitur: quum ipse beatissimus Papa construens, fabricis decoravit, amplificavitque ad easdem tres uncias supradictæ massæ Aricianæ alias tres uncias a Petro Comite, atque Aguete relicta Agathonis scriniarii, & Theodoræ relictæ quondam Dominici Præfectorii addidit: fines enim ex omni parte conquisivit, & data digna compensatione, nemini vim inferens, sed magis (ut condecet patri) cuncta secus eumdem locum emit prædia, & Domum cultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo statuit permanendum. Quam & Domum cultam sancti Edistii vocant usque in hodiernum, pariter & massa, quæ vocatur * Acuceasu, quæ juxta eamdem Domum cultam esse videtur, ab eodem Leonino beato Petro concessa est.* Obtulit & villam beato Petro, quæ Capracorum dicebatur, de qua inferius.

* Aricinæ Domus culta S. Edistii.

* Anisiana

XXI. Quod vero spectat ad cultum divinum in psalmodia in eadem basilica exhibendum, hæc apud eumdem Anastasium habentur: *Hic beatissimus Præsul divina inspiratione ignitus, constituit in monasterio S. Stephani cata Barbaram Patriciam, sito ad beatum Petrum Apostolum, congregationem monachorum, ubi & Abbatem idoneam personam ordinans, statuit, ut sedulas laudes in Ecclesia S. Petri persolvant, sicut & cætera tria monasteria, ut duo monachi pro latere Deo nostro canant laudes: quoniam ipsum monasterium in magna desidia, incuria, & negligentia positum erat, & nullum divinum officium cultui ibidem exhibebatur.* Hæc sunt, quæ spectant ad basilicam S. Petri diversis in locis in Hadriano apud Anastasium recitata, suo ordine collocata: quod & fecimus in iis, quæ pertinent ad alias Urbis Ecclesias, de quibus singulis ex eodem auctore dicendum est, atque in primis de basilica S. Pauli. Ait enim:

De Psalmodia S. Petri.

Idem beatissimus Pontifex in Ecclesia B. Pauli Apostoli vestivit corpus ejus Doctoris mundi (Confessionem scilicet, ubi corpus est ipsius) *ex laminis argenteis, pensantibus libras triginta, quas addidit idem sanctissimus Præsul, quoniam argentum illud, quod primitus erat, nimis confractum existebat. Item fecit in eadem basilica beati Pauli cortinam majorem juxta januas principales ex palliis * quadruplis adinstar cortinæ, quam in Ecclesia beati Petri fecit. Sed & aliam cortinam majorem fecit ex palliis quadruplis, quæ pendet sub arcu majori sub eodem altari. Etiam per diversos arcus ejusdem Ecclesiæ ex palliis quadruplis fecit vela numero septuaginta. Atrium vero B. Pauli Ecclesiæ, quod antea nimis desolatum existebat (nam ibi boves, & caballi ingrediebantur ad pabulandum propter herbam, quæ ibidem nascebatur) inspiratus a Deo idem summus Pontifex ex marmoribus pulchris sternere fecit.* Et *rursus* inferius de ejusdem basilicæ aliis ornamentis:

De Basilica S. Pauli.

* quadruplis

XXII. *Idem sanctissimus Pontifex fecit in basilica beati Pauli Apostoli ex laminis argenti imagines tres, quæ ponuntur super rugas in introitu presbyterii, unam quidem habentem depictum vultum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & in utroque latere imagines depictas, habentes effigies Angelorum viginti quatuor.* Et inferius: *In Ecclesia beati Pauli, ad instar eorum, quæ fecerat in basilica S. Petri fecit delphinos argenteos cum coronis, pensantes libras centum octuaginta.* Et post aliqua:

Ornamenta Basilicæ S. Pauli.

Fecit & in Confessione beati Pauli Apostoli ex auro purissimo imaginem in modum Evangeliorum, seu Evangelistarum, *intus super ejusdem sanctissimum corpus, pensantem libras viginti.* Et post multa: *Hic idem eximius Papa altare beati Pauli Apostoli una cum ejusdem Confessionis foribus auro mundo sacras designans historias, mirifice ornavit, pensantes libras centum triginta.* Et paulo post: *Hic ipse almificos Præsul fecit in basilica B. Pauli Apostoli patenam ex auro obrizo & calicem, pensantes simul libras viginti.*

De his vero, quæ spectant ad restaurationem ejusdem basilicæ, idem auctor ex ordine, quo sunt facta, scribens, hæc superius habet: *Restauravit basilicam S. Pauli: cernens ibidem existentes trabes e priscis temporibus jam ruituras, fecit, sicut superius dictum est in basilica principis Apostolorum, cuncta disponens per Janaurium Vestiarium suum cum multitudine populi. Sed & ipse ter beatissimus Pastor per semetipsum frequentans, totam noviter restauravit, in qua & mutavit ibidem trabes majores trigintaquinque, & per circuitum bandem basili-*

De restauratione basilicæ.

silicam renovavit. Et post plurima: *Perticum vero, qua ducit ad B. Apostolum a porta una cum Ecclesia S. Eupli usque ad prædictam Ecclesiam S. Pauli, de novo restauravit*.

XXIII. De donis oblatis basilicæ Lateranensi. * quadruplis

De his vero, quæ spectant ad basilicam Lateranensem, idem auctor hæc habet: *In basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi juxta Lateranas similiter fecit vestem de stauracio, sed & cortinam majorem ex palliis * quadraplis; sed & per diversos arcus vela serica, numero quinquaginta septem, omnia ex palliis quadraplis, seu stauracinis*. Et post multa ista subiicit: *In Ecclesia Salvatoris, qua vocatur Constantiniana fecit ante vestibulum altaris aureas tres gabathas, pensantes libras decem*. Et inferius: *In Ecclesia Constantiniana fecit delphinos argenteos librarum triginta*. Et rursum, quod ad restaurationem pertinet: *Item & basilicam Salvatoris, qua Constantiniana vocatur juxta Lateranense Patriarchium in ruinis positam, noviter restauravit, & quadriporticum, & fornices, sicut in Ecclesiis beatorum Apostolorum Petri & Pauli, renovavit, in qua trabes majores mutavit quindecim*.

De psalmodia ibi constituta.

Rursum de his, quæ spectant ad ejusdem Ecclesiæ sacrarum laudum functionem, hæc ibidem habentur: *Hic idem beatissimus & Apostolicus vir cum diligentissima inquisitione reperisset monasterium Honorii Papa in nimia desolatione propter quorumdam negligentiam, divina inspiratione motus, noviter ædificavit, atque ditavit, & Abbatem cum ceteris monachis, regulariter ibidem vitam degentes, ordinavit, & constituit eos, ut in basilica Salvatoris, qua Constantiniana dicta est, juxta Lateranense Patriarchium posita, officium celebrarent, hoc est, matutinam horam, Primam, Tertiam, Sextam, sed & Nonam etiam, & vespertinam; & quidem ab uno choro monachi monasterii S. Pancratii ibidem positi, ab altero monachi monasterii sanctorum Andreæ, & Bartholomæi, Honorii Papæ, quatenus piis laudibus pariter psallentes hymniferis choris læti resonarent cantus, reddentes Domino gloriosos meles, persæpius memorantes venerandi Pontificis nomen, scilicet in * berula memoriale ejus pangentes carminibus*. Hæc de his ibi.

XXIV. Aquæ Claudia revocata.

Sed & de restituta ab eodem Pontifice aqua Claudia in basilicam Lateranensem hæc habet: Dum vero Forma, qua Claudia vocatur, per annorum spacia demolita esse videretur, unde in balneis Lateranensibus de ipsa aqua lavari solebat, & in baptisterio Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & in plures Ecclesias in die sancto Pascha decurrere solebat, & cum modica aqua de prædicta forma decurreret: proficiscens præcipue, & evangelicus Præsul aggregans multitudinem populi a partibus Campaniæ, per semetipsum ad fabricandam, & restaurandam camdem Formam totis viribus properavit, & tantam curam, & solicitudinem in ejus Formæ fabrica exhibuit, & eam noviter revocavit, & restauravit: atque confestim ex eadem Forma aquam in præfata balnea, & intus civitatem, sicut antiquitus, abundanter decurrere fecit. Hæc ibi.

Formæ aquæ Virginis restaurata.

Et post aliqua de Forma aquæ Virginis habet ista: *Hic idem almissimus Præsul divina inspiratione repletus, & misericordia motus, Formam, qua Virginis appellatur, quæ per annorum spacia demolita, atque ruinis plena existebat, perspiciens hic benignissimus, & pius Pastor noviter eam restauravit, quæ in tantam abundantiam aquæ profluxit, ut totam pene civitatem satiaret*. Et de alia Forma Jovia nuncupata hæc ait: *Item ipse sanctissimus Præsul Formam, qua Jovia vocatur, quæ evoluta viginti annorum spacia confracta jacebat, a fundamentis restaurare fecit*.

XXV. De basilica S. Mariæ ad præsepe.

Jam vero quæ in basilica Dei Genitricis, Ad præsepe dicta, apud eumdem Anastasium leguntur facta ab Hadriano Pontifice, hic reddamus: *In primis habet hæc de vestibus altaris, velis, atque cortinis: In Ecclesia sanctæ Dei Genitricis Ad præsepe fecit vestes duas super altare majus, unam ex auro purissimo, atque habentem Assumptionem sanctæ Dei Genitricis, & aliam de staurocin ornatam in circuitu blattin. Fecit & in ea Ecclesia cortinas majores ex palliis * quadraplas ad similitudinem earum, quas fecit in Ecclesia S. Petri, sed & per diversos arcus ejusdem basilicæ vela fecit ex palliis quadraplis, numero quadragintaduo*. Et post multa: *In basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ est Ad præsepe, in altare ipsius præsepii fecit laminas ex auro purissimo historiis depictas, pensantes libras centumquinque. Et intra supra Confessionem tabulas duas ex argento pensantes libras quindecim*. Et paulo post: *In basilica beatæ Dei Genitricis ad præsepe fecit delphinos argenteos per diversas coronas, pensantes libras viginti quatuor*.

* quadruplis

Sed & de his, quæ spectant ad sacrarum laudum functionem, a monachis exhibendam, idem hæc habet: *Monasterium sanctorum Hadriani, atque Laurentii, quod in ruinis marcescebat, & a priscis temporibus, tamquam * erepta a sæcularibus inhabitabatur: ipse vero egregius Antistes a novo restauravit, prædictorum sanctorum, videlicet Hadriani, atque Laurentii nomine * ædificavit, in quo multa donavit tam in auro quam in argento, seu agris, atque familiis, diversisque peculiis, & monilibus: Et constituit in ba-*

* septa crypta

* dedicavit

basilica Dei Genitricis Mariæ Ad præsepe, sicut in cæteris monasteriis, ibidem constitutis, Deo diu noctuque canentes solitas dicere laudes. Sed & de reparatione ejusdem Ecclesiæ hæc inferius: *In basilica sanctæ Dei Genitricis Ad præsepe, posuit trabes majores, numero viginti.*

XXVI. De Basilica S. Laurentii extra muros.

In basilica autem S. Laurentii hæc ab eodem Hadriano Pontifice facta esse, narrantur: *Fecit in basilica B. Laurentii Martyris, foris muros scilicet, ubi sanctum corpus ejus requiescit, vestem de stauracio; & in ejus Ecclesia majori altari similiter fecit vestem. Sed & tectum ejusdem beati Laurentii basilicæ, quæ jam distecta erat, & trabes ejus confractæ, noviter fecit.* Et post multa rursum hæc habet: *Fecit idem præfatus Antistes in Confessione B. Laurentii Martyris foris murum, imaginem ex auro purissimo in modum Evangeliorum, ejusdem B. Laurentii effigiem continentem.* Ac rursus inferius:

Similiter & in Ecclesia beati Laurentii Martyris foris murum fecit ex auro purissimo patenam cum calice, pensantem simul libras quindecim. Item de porticu sancti Laurentii: *Porticum, quæ ducit ad sanctum Laurentium foris murum, a porta usque ad eamdem basilicam de novo construxit, & ipsam basilicam S. Laurentii restauravit: immo & Ecclesiam Sancti Stephani juxta eam sitam, ubi corpus sancti Leonis Episcopi, & Confessoris requiescit, similiter undique renovavit una cum cœmeterio beatæ Cyriacæ & ascensum ejus. Insuper in dicta Ecclesia fecit vela ex palliis sericis viginti, linea viginti.*

XXVII. S. Mariæ Tituli Callisti, & S. Mariæ ad Martyres.

Quæ autem fecerit in basilica S. Mariæ Transtyberim, titulo Callisti, hæc ab eodem auctore notantur diversis in locis, atque primum: *Itemque titulum sanctæ Dei Genitricis, semperque Virginis Mariæ, quæ vocatur Callisti Transtyberim, a novo in integrum ex omni parte restauravit:* Et inferius: *Fecit in ea canistra quinque argentea pensantia simul libras quindecim.* Et de ecclesia S. Mariæ ad Martyres habet ista: *In basilica Dei Genitricis ad Martyres simili modo fecit vela de palliis sericis, numero viginti, & lineo viginti.* Et inferius: *In Ecclesia S. Mariæ, quæ ad Martyres vocatur, renovavit ciborium de argento, quod ex vetustate consumptum erat, & addidit in eo argenti libras sexaginta, & in pristinum erexit eum noviter locum. Sed & arcum in eadem venerabili Ecclesia fecit de argento, pensantem libras duodecim.*

Eccles. S. Marci.

De Ecclesia autem S. Marci hæc in eam ab eodem Pontifice collata idem auctor affirmat: *Ecclesiæ vero beati Marci, cujus tectum erat jam vetustate putridum, vicinum ruinæ, depositis vetustissimis trabibus, & aliis impositis noviter, ipsum tectum, atque porticus in circuitu fecit, eamque Ecclesiam restauravit. Arcus vero tres, qui vetustissimi erant, addens ipse Pontifex beatissimus libras argenti duodecim, noviter fecit. Et in eadem Ecclesia super altare majus fecit vestem de stauracio ex palliis quadruplis. Fecit & in ea vela numero viginti septem, similiter & cortinam ex iisdem palliis quadruplis sub trabe fecit.* Et inferius: *In prædicta basilica S. Marci fecit alios arcus argenteos, numero sex, pensantes simul libras quinquagintaquinque, pariter & calices ministeriales a Catholica procedentes ex auro purissimo restauravit, pensantes libras novem, & semis.* Et in fine: *In titulo beati Marci nutritoris sui fecit patenam, & calicem ex auro obrizo, pensantes pariter libras undecim, & calices argenteos quatuor, pensantes libras duodecim.*

XXVIII. Eccles. SS. Apostolorum.

De basilica vero SS. Apostolorum ista habet: *Basilica quoque Apostolorum in Via lata porticus in circuitu renovavit, quas antea initiaverat ejus prædecessor domnus Paulus Papa, & non compleverat omnia, Deo propitio reparavit præfatus Pontifex simul & tectum. Sed & apsidem ipsius Ecclesiæ cernens jam ruinæ vicinam existere, cancellis ferreis eamdem apsidem confirmare fecit, & ita eam renovavit. Fecit & vestem in eadem Ecclesia super altare majus de stauracio.* Et inferius: *Fecit in eadem Basilica vela de palliis sericis numero viginti, & linea viginti.* Et post ista:

Item ter beatissimus Præsul in basilica majore, quæ appellatur sanctæ Dei Genitricis, quæ est juxta basilicam B. Laurentii Martyris & Levitæ, ubi corpus ejus requiescit foris muros hujus civitatis Romanæ obtulit vela de stauracio, sive quadrupli numero quindecim.

S. Pancratii Monasterium.

De basilica vero S. Pancratii hæc idem: *Simili modo fecit & in basilica beati Pancratii Martyris, quæ est foris muros hujus civitatis Romanæ, vela de stauracio seu Tyria numero triginta octo.* Et inferius: *Item in basilica S. Pancratii monasterium, una cum monasterio S. Victoris, ibidem situm reparavit.*

S. Valentini Eccl.

In basilica autem beati Valentini simili modo fecit vestem de stauracia. Et inferius: *Tectum vero basilicæ beati Laurentii ad Taurellam, dum nimis vetustissimum esset, omnes ejus trabes novas ibidem posuit, eumque restauravit, simulque & vestem de quadrapla super altare ejusdem ecclesiæ fecit, & obtulit.*

S. Laurentii ad Taurellum.

XXIX. Felicis in Pinciis.

Basilicam vero beati Felicis positam in Pinciis, quæ in ruina erat, & tectum ejus discoopertum existebat, facto eodem tecto, noviter ipsam Ecclesiam reparavit, & ve-

& vestem super altare ejus, de quadraples faciens, obtulit.

Laurentii in Damaso. Renovavit etiam & tectum basilicæ S. Laurentii, quam Damasi dicunt, ubi & vestem super altare ejus de stauracio obtulit; simulque & aliam vestem post altare fecit, ubi requiescit corpus S. Damasi. Et paulo post:

Petri, & Marcellini. Cœmeterium item Petri, & Marcellini via Lavicana juxta basilicam beatæ Helenæ renovavit, & tectum ejus, id est, S. Tiburtii, & eorumdem SS. Petri, & Marcellini noviter fecit, quoniam nullus erat jam descensus ad ipsa sancta corpora.

S. Hadriani. Item in basilica B. Hadriani fecit cevostrata argentea, pensantia libras duodecim, simul & laudanas duas ex argento, pensantes libras octo, quas posuit super rugas presbyterii, ubi arcus de argento existit. Fecit etiam & vestes duas de stauracio, unam super altare B. Hadriani, & aliam super altare S. Martinæ, sed & vela de paliis quadraplis numero quindecim in eadem ecclesia fecit. Et post multa:

XXX. SS. Cosmæ & Damiani. Idem egregius Præsul basilicam B. Hadriani Martyris, & SS. Cosmæ, & Damiani, quas de novo restauravit, diaconias constituit, in quibus & multa bona fecit per suam sempiternam memoriam, concedens eis agros, vineas, oliveta, servos, & ancillas, & peculia diversa, atque res mobiles, ut de redditibus eorum crebris exactionibus diaconiæ proficientes, pauperes Christi reficerent. In præfata vero diaconia S. Hadriani obtulit ex argento canistra duodecim, amulam unam, scyphum unum, patenam unam, calicem unam, amulam offertoriam unam, pensantes omnes libras sexaginta septem. Et de iisdem diaconiis inferius: Item & in basilica beatorum Cosmæ, & Damiani similiter obtulit calicem, & patenam de auro obrizo, pensantes omnes libras undecim. Verum & in diaconia sancti Hadriani patenam, & calicem ex auro mundo obtulit, pensantes item libras undecim. Fecit & in diaconia S. Hadriani arcus argenteos duos, pensantes libras viginti. Et de eadem: Eidem altari vestem de stauracio fecit, simul & cortinam ante basilicam ex palliis de quadraplis, necnon vela ex eisdem quadraplis numero viginti, linea, viginti.

S. Martini. Et in Ecclesia sancti Martini fecit arcus argenteos tres, pensantes libras triginta.

S. Clementis. Tectum vero tituli beati Clementis, quod jam casurum erat, positum in regione tertia restauravit. Necnon in basilica beati Silvestri Confessoris, atque Pontificis sitam in Orphea, quæ in ruinis posita erat, & tectum ejus dirutum erat, facto tecto, ipsam Ecclesiam renovavit. Et post aliqua:

Tectum denique basilicæ beati Januarii Martyris ad portam beati Laurentii Martyris, & Levitæ restauravit. S. Januarii.

Item in cœmeterio beatorum Martyrum Abdon, & Sennen foris portam Portuensem, vestem de stauracio fecit, atque obtulit. Abdon & Sennen. Et inferius: Simulque etiam basilicam sanctorum Abdon & Sennen, atque beatæ Candidæ, una cum cæteris Sanctorum cœmeteriis pariter renovavit.

Tectum denique tituli S. Priscæ, quod jam casurum erat, in ruinis positum noviter fecit, ubi & vestem de stauracio fecit. Et inferius: XXXI. S. Priscæ

In basilica S. Stephani protomartyris in Cœlio monte fecit vela de stauracio, S. Stephani. seu Tyria numero viginti. Et post multa de eadem basilica hæc addit: Pariter & in basilica beati primi Martyris Stephani, sita in Cœlio monte, quæ per olitana tempora marcuerat, maximas deferens trabes, tam vastam molem basilicæ porticu mirifice intrinsecus, & extrinsecus renovavit. Et rursum:

In basilica beati Apollinaris simili modo vela de octaplo numero decem, & linea decem fecit. S. Apollinaris. Et inferius:

Item in basilica beati Valentini martyris, quæ sita est foris muros hujus civitatis Romanæ similiter fecit vela de stauracio, seu octapla numero vigintiduo, & linea vigintiduo. S. Valentini. Et inferius:

Titulum beatæ Susannæ Martyris inter duas domos sitam juxta S. Quiriacum, S. Susannæ S. Quiriaci. cujus tectum jam casurum erat, & ruinis positum noviter restauravit. Similiter & titulum beati Quiriaci Martyris, & Ecclesiam sancti Laurentii ad Formosam pariter restauravit. Sed & de alia Ecclesia S. Larentii in Palatino sita, & de monasterio ibi posito ita subiicit:

Item hic almificus Præsul monasterium S. Laurentii in Palatino. S. Laurentii, quod in Palatinis desertis reperit, noviter restaurans, & ditans, conjunxit cum alio monasterio juxta ipsum posito S. Stephani, quod cognominatur Baganda, & ordinavit monachos, & constituit, ut in titulo beati Marci Pontificis, & Confessoris officio fungerentur, id est, Matutina hora, Prima, Tertia, Sexta, atque Nona, & Vespertina psallerent pro requie animæ suæ. Et inferius:

Diaconiam vero sanctæ Dei Genitricis, XXXII. S. Mariæ in schola Græca. semperque Virginis Mariæ Scholæ Græcæ, quæ appellatur Cosmedin, dudum brevem in ædificiis existentem, sub ruinis positam, restauravit: nam maximum monumentum de Tyburtino tufo super eam dependens super annos multos, plurimam multitudinem populi congregans, multamque lignorum struem incendens, demolitus est: simulque collectionem ruderum mundans a fundamentis ædificans prædictam Ecclesiam ultro, citroque spatiose dilatans, tresque apsides in ea constituent

Digitized by Google

ens præcipuus Antistes, vere Cosmedin amplissimam a novo restauravit.

S. Laurentii in Lucina. *Pariterque restituit titulum beati Laurentii Martyris, quem Lucinæ dicunt, seu Ecclesiam beati Martini, sitam juxta titulum beati Silvestri.*

S. Agapiti. *Simili modo Ecclesiam beati Agapiti Martyris foris muros, juxta S. Laurentium positam, reparavit: quæ a priscis temporibus marcescens, in ruinis defecerat: eam vero una cum porticibus idem Antistes, fervens amore Dei, e novo miro decore restituit.*

S. Sixti. S. Eusebii. *Item titulum S. Sixti renovavit. Itemque titulum S. Eusebii undique renovavit.* Et paulo post:

Basilica Hierusalem. *Verum etiam basilicam Hierusalem, quæ in Sessoriano sita est, in qua trabes olitanæ,* id est veteres, *marcuerant, mutans eas, in omnibus restauravit.*

XXXIII. S. Petri ad Vincula. *Pariter templum Apostoli, quod appellatur Eudoxia, ad Vincula totum restauravit.* Et inferius: *In titulo Eudoxia, videlicet beati Petri Apostoli ad Vincula fecit canistra duodecim, pensantia simul libras triginta sex, & delphinos per diversas coronas triginta quinque, pensantes libras octo.*

SS. Ruffinæ & Secundæ. *Item basilicam sanctarum Ruffinæ, & Secundæ, quæ ponitur in Episcopio Silvæ Candidæ, quæ olitana vetustate marcuerat, una cum baptisterio, summo studio renovavit.*

S. Petri in Via Appia. *Sicut & basilicam beati Petri, sitam in Via Appia in silice ultra S. Thomam Apostolum, non procul a trigesimo, desolatione & ruinis præventam, de novo una cum baptisterio restauravit, mole magnitudinis decoram.* Et post nonnulla:

S. Joannis Evangelistæ. *Ecclesiam beati Joannis Evangelistæ, sitam juxta portam Latinam, ruinis præventam, in omnibus renovavit:*

SS. Apostolorum. *Verum etiam Ecclesiam Apostolorum, foris portam Appiam milliario tertio, in loco, qui appellatur Catacumbas, ubi corpus beati Sebastiani Martyris cum aliis requiescit a ruinis præventam restauravit.*

S. Pudentianæ. *Item & titulum Pudentis, id est, Ecclesiam sanctæ Pudentianæ in ruinis positam, noviter reparavit.*

S. Theodori. *Sed & basilicam S. Theodori, sitam intra Velum juxta Domum cultam Sulpicianam restauravit.*

S. Petri. *Item basilicam S. Petri positam in Massa Merulana, per vetusta tempora dirutam, renovavit.* Et inferius:

S. Petronillæ. *Hic fecit in basilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum Apostolum arcus argenteos sex, pensantes libras quinquaginta.*

S. Praxedis. *Titulum vero sanctæ Praxedis ex parte ruentem restauravit.*

XXXIV. S. Eugeniæ. *Basilicam S. Eugeniæ tam intus, quam foris de novo restauravit.* De qua basilica rursus inferius hæc habet: *Porro in basilica S. Eugeniæ, ut jugiter illic Domino cantarent laudes, videlicet hora Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vespertina, & Matutina. In qua & plura dona obtulit, id est, agros, vineas, domos, servos, & ancillas cum diversis peculiis, & cæteris mobilibus rebus.*

Simili modo basilicam S. Gordiani, atque Epimachi, & cœmeterium ejusdem Ecclesiæ renovavit. SS. Gordiani & Epimachi.

Cœmeterium sanctorum Simplicii & Servilliani, atque Quarti & Quinti Martyrum, & beatæ Sophiæ una cum cœmeterio sancti Tertullini foris portam Latinam renovavit. Cœmeteria restaurata.

Necnon & Ecclesiam beatorum Tiburtii, & Valeriani, atque Maximi renovavit.

Item basilicam S. Zenonis una cum cœmeterio sanctorum Urbani Pontificis, Felicissimi, & Agapiti, atque Januarii, & Cyrini Martyrum foris portam Appiam uno cohærentes loco, renovavit.

Simili modo titulum S. Marcelli, in Via lata sitam, de novo restauravit.

Basilicam cœmeterii sanctorum Martyrum Hermetis, Proti & Hyacinthi, atque basilicam miræ magnitudinis renovavit.

Cœmeterium sanctæ Felicitatis via Salaria una cum Ecclesiis S. Silvani Martyris, & S. Bonifacii Confessoris, atque Pontificis, uno hærentes solo, mira magnitudine restauravit.

Basilicam S. Saturnini, in prædicta via Salaria positam, una cum cœmeterio sanctorum Chrysanti, & Dariæ renovavit. XXXV.

Atque cœmeterium sanctæ Hilariæ innovavit.

Item & cœmeterium Jordanorum, videlicet sanctorum Alexandri, & Vitalis, & Martialis, & sanctarum septem virginum a novo restauravit.

Cœmeterium S. Silvestri Confessoris, atque Pontificis, aliorumque multorum Sanctorum foris portam Portuensem in ruinis positum restauravit.

Similiter & sanctorum Abdon, & Sennen una cum cæteris Sanctorum cœmeteriis pariter renovavit.

Ecclesiam beatæ Agnetis seu basilicam beatæ Emerentianæ, pariter & Ecclesiam S. Nicomedis, sitas foras portam Numentanam, simul & cœmeterium beati Hippolyti Martyris similiter restauravit. Et inferius: *Sed & sarta tecta tituli sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ in ruinis existebant, trabes plures imponens, restauravit.* Pariter inferius: *Ecclesiam Sanctæ Sabinæ, sitam in territorio Ferentillo, de novo restauravit.* Et paulo post: *Item diaconiam sanctorum Sergii, & Bacchi restauravit.* Sed quæ subiicit de Ecclesia Sancti Anastasii, videamus.

XXXVI. *Basilicam vero beati Anastasii Christi Martyris una cum baptisterio, & egumenarchia, caterisque adificiis, per sacuriam monachorum in nocturno silentio exustam, a fundamento usque summum, cum audivit misericordissimus Prasul: valde diluculo velociter currens, reperit eam adhuc ardentem, & solummodo arcam ejusdem Martyris erutam in media curte jacentem. Catera vero sanctuaria, seu ministeria tam in Ecclesia, quam in vestiario ab ipso igne conflagrata fuat. Qui nimio mœrore affectus, una cum sanctorum ministris certatim extinguere ignem curavit. Atque confestim viribus totis a flamma ruinis erutam de novo in meliorem statum pradictam Ecclesiam cum vestiario, & egumenarchio, & cateris adificiis renovavit, atque restauravit. Et amplius in ea Ecclesia sanctuaria, atque ministeria, & ornamenta majora, quam qua ibi combusta sunt, contulit.*

De diaconiis restauratis. De diaconiis autem, ab ipso restitutis, hæc ibidem leguntur: *Restituit diaconias tres foris portam beatorum Apostolorum principis, id est, unam quidem sancta, & gloriosa semper Virginis Dei Genitricis Maria Domina nostra qua sita est in atrio, aliam, qua sita est foris portam beati Petri Apostoli in capite porticis item nomine sancta, & intemerata Domina nostra. Necnon aliam diaconiam, qua appellatur S. Silvestri juxta Hospitale S. Gregorii. Quas suprascriptas diaconias restauravit, & dona plurima mobilia, & immobilia pro remedio anima sua obtulit; constituitque per unumquamque hebdomadam quinta feria cum * psallentio, ut a diaconia pauperes usque ad balneum pergerent, & ibi per dispensationem eleemosynas fieri.*

* cantu psalmorum

XXXVII Collata S. Petri Basilicæ pro eleemosynis pauperum. Quod vero spectat ad eleemosynas in pauperes erogandas, quænam harum causa idem obtulerit basilicæ Vaticanæ, ita idem auctor docet de villis, ab eo constructis, ex quibus annona pauperibus ministrari posset: ait enim: *Hic beatissimus Prasul fecit, & constituit noviter Domos cultas quatuor* (ita villas nominat) *unam quidem, qua vocatur Capreorum, positam in territorio Vejentano, milliario ab Urbe plus minus quintodecimo, atque primitus fundum ipsum Capreorum cum aliis pluribus fundis, ei cohærentibus ex hæreditaria parentum suorum successione, ejus propriis existentibus, & aliis pluribus fundis casalibus, & massis, data justa compensatione a diversis personis emptis, & eidem Domui culta additis conjunxit. Quam videlicet Domum cultam * Capreorum cum aliis massis, fundis, casalibus, vineis, olivetis, aquimolis,* seu molendinis & *omnibus ei pertinentibus statuit per privilegium Apostolicum sub magnis anathematis obligationibus, ut in usum fratrum nostrorum Christi pauperum perenniter permaneat: & triticum, & hordeum, quod annue in locis ejusdem Domus culta fuerit, diligenter in horrea sancta nostra Ecclesia deferantur, & sequestrata reponantur. Vinum etiam, & diversa legumina, qua in pradiis, & locis ejusdem antefata Domus culta annue nata fuerint, simili modo curiose in paracellario pranotata sancta nostra Ecclesia deducantur, & separatim reponantur. Sed ex porcis, qui annue in casalibus sapius dicta Domus culta inglandati fuerint, capita centum exinde accidant, & in eodem paracellario reponantur. Decernens ejus ter beatitudo, atque promulgans sub validissimis obligationibus, interdictionibus, ut omni die centum fratres nostri pauperes, etiam si plures fuerint, congregati in Lateranensi patriarchio constituantur in porticu, qua est juxta scalam, qua ascendit in patriarchium, ubi & ipsi pauperes depicti sunt, & in quinquaginta panes, pensantes per unumquemque libras duas, simulque & decimatas vini duas, pensantes per unamquamque decimatam libras sexaginta, & caldaria plena de pulmento: erogenturque omni die per manus unius fidelissimi paracellarii eorumdem pauperum, accipiens unusquisque eorum portionem panis, & portionem vini, id est, cuppam capientem calices duos, necnon & caonem de pulmento. Ita videlicet statuens ejus beatitudo promulgavit, una cum sacerdotali collegio, ut in nullis aliis utilitatibus fruges ex redditibus, & diversa peculia antefata Domus culta erogentur, aut expendantur, nisi solummodo in propriis subsidiis, & quotidianis alimoniis pradictorum fratrum nostrorum Christi pauperum, quibus cuncta proficiant, & perenniter erogentur.*

* Capracorum

Alias vero tres Domos cultas, videlicet Galeria posita via Aurelia, milliario ab Urbe plus minus decimo ad sanctum Ruffinam cum fundis, & casalibus, vineis, aquamolis, olivetis, & omnibus ei pertinentibus, reliquas vero duas, id est, aliam Galeriam positam in Portuensi, milliaria ab Urbe plus minus duadecimo cum fundis, & casalibus, vineis, aquamolis, seu monasterium beati Laurentii, positum in insula Portus Romani, cum vineis pertinentibus, simulque & lectiariam qua vocatur Asprula: verum etiam aliam Domum cultam, qua vocatur Calvisianum, cum fundis, & casalibus, vineis, & olivetis, aquamolis, & aliis omnibus ei pertinentibus, posita via Ardeatina milliaribus ab Urbe plus minus quindecim, quas videlicet tres Domos cultas, scilicet Galeriam, Calvisianam, & aliam Galeriam statuit ejus beatitudo per Apostolicum privilegium sub validis anathematis obligationibus, ut in usu propria XXXVIII.

& utilitate sancta nostra Ecclesia permaneant.

Et inferius de Ecclesia, erecta ab eodem in Capracoro villa, ista habet : Hic item sanctissimus Pontifex in Domo culta qua Capracorum appellatur, quam obtulit pro alimoniis pauperum beato Petro Apostolorum principi nutritori suo, a solo fundavit Ecclesiam, simulque speciose ornavit, & in nomine ejusdem, Deo factori suo dicavit, recondens in ea reliquias ex vestimentis Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & ejusdem Genitricis, semperque Virginis Mariæ, atque duodecim Apostolorum, & aliorum venerabilium Martyrum. In quam sanctissimam Ecclesiam cum clero, Senatuque Romano pergens cum mira gloria, & exultatione, ac pariter ovantes, & in pauperes Christi ibidem magnam consuetam eleemosynam faciens, translatavit, & introduxit in eam corpora sanctorum Martyrum, simulque Pontificum, videlicet corpus S. Cornelii Martyris, atque Pontificis, pariterque S. Innocentii Confessoris, atque Pontificis, quos ut patronos in Domino almus sacer Pontifex, ob amorem sanctæ Sedis Apostolicæ, in qua præfederunt, sicut decuit, honoravit.

XXXIX. *Ad postremum de muris Urbis collapsis, & ab eo restitutis, hæc ibidem leguntur : Ipse vero a Deo protectus Præsul, conspiciens muros hujus civitatis Romanæ per olitana tempora in ruinis positos, & per loca plures turres usque ad terram eversas : per suum solemne studium omnes civitates tam Tusciæ, quam Campaniæ congregans una cum populo Romano, ejusque suburbanes, necnon & toto Ecclesiastico patrimonio, omnibus prædicans, dividens ex sumptibus, & dapibus Apostolicis totam Urbem in circuitu restaurans, universa renovavit atque decoravit.* Habet superius idem auctor expensas esse in opus mille centum auri libras secundum veriorem lectinnem. In fine vero. *Hic beatissimus Pontifex omnia utiliter tam in eleemosynis pauperum quam in ornamentis Ecclesiarum perficiens cursum consummans, atque Fidem Orthodoxam solertissime servans, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam requiem migravit. Qui fecit ordinationes duas per mensem Martii, creans presbyteros viginti quatuor, diaconos septem, Episcopos per diversa loca numero centum octoginta quinque, & sepultus est in basilica B. Petri Apostoli, septimo Kalendas Januarii, Indictione quarta. Fuit autem temporibus Caroli Magni Regis.* Hucusque apud Anastasium. Non prætermittendum quod ultimis Hadriani temporibus (a) Offa Rex Anglorum, reperto corpore sancti Albani Martyris cum aliis reliquiis, Romam venit, ut probarentur ab Hadriano, privilegiumque acciperet pro monasterio ejus nomine Verolumii erigendo, utque sunrum peccatorum remissionem a Christi Vicario consequeretur. Quibus omnibus acceptis, est reversus in Angliam.

(a) *Matt. Vvest. monast. anno 794.*

XL. Leo Papa III. creatur.

Post obitum vero Hadriani Pontificis neque die integra Sedes ipsa vacavit, siquidem eadem qua obiit Hadrianus die creatus est ejus successor Leo, hujus nominis tertius. De quo hæc apud eumdem Anastasium leguntur : *Leo tertius natus est Romæ ex patre Asuppio : qui a parva ætate in vestiario patriarchii enutritus, & educatus, in omnemque Ecclesiasticam disciplinam spiritualiter educatus, tam in psalterio, quam in sacris, divinis scripturis polleus, subdiaconus factus, in presbyterii honorem provectus est. Erat enim vir castus, loquela facundus, & animo constans. Ubi inveniebat aliquem præcipuum monachum, vel servum Dei, in colloquiis divinis, & orationibus cum eo penitus vacare non cessabat. Et valde, nimisque hilaris in eleemosynis existebat ; viram etiam & infirmorum maximus fuit visitator, prædicans illis scriptualiter, ut eorum animas eleemosynis redimerent. Plures ejus prædicationibus annuentes, quicquid ille pro Christo commendabat, die noctuque pauperibus erogabant : fructum animarum ercebro offerens salubriter Deo. Et dum taliter in ipso vestiario præcipue docens splenderet, & ejus solertissimam curam ipse Vestiarius diligeret : ab omnibus amantissime diligebatur. Quapropter divina inspiratione, una concordia, eadem voluntate, a cunctis sacerdotibus, seu proceribus, & omni clero, necnon ab Optimatibus, & cuncto Populo Romano, Dei nutu, in natali die beati Protomartyris Stephani electus est, & sequenti die in natali S. Joannis Apostoli & Evangelistæ ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in Sede Apostolica ordinatus est. Erat enim Ecclesiasticarum rerum defensor, &* con-

Leonis virtutes insignes.

PAGIUS III. *Leo III. Hadriano succedit.*

Ad num. XL. & seq. Anastasius in Vita Hadriani docet, Leonem III. natione Romanum postridie mortis Hadriani electum fuisse, dieque insequenti ordinatum ; *Divina*, inquit, *inspiratione, una concordia, eademque voluntate, a cunctis Sacerdotibus seu Proceribus & omni Clero, nec non ab Optimatibus, & cuncto Populo Romano, Dei nutu in natali die Beati Protomartyris Stephani electus est, & sequenti die in natali Sancti Joannis Apostoli & Evangelistæ ad laudem & gloriam Omnipotentis Dei in Sede Apostolica ordinatus est.* Sed Baronius, qui Hadrianum die XXVI. Decembris demortuum existimabat, ne quidem diem integram Sedem ipsam vacasse credidit, ipsumque passim alii exscripsere.

contrariorum fortissimus expugnator, & mitissimus & Ecclesiæ benevolus & praeclarus amator, tardus ad irascendum & velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum merita tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis suæ omnibus studuit justitiam facere. Hæc ibi.

XLI. Probat quidem insignem Leonis sanctitatem ipsa omnium consensu electio quam celerrime facta, utpote qui eximio virtutum fulgore mox omnium oculos in se convertit, neque filii tenebrarum (si qui essent inter eos) ausi sunt resistendo, tantam ejus gloriam obscurare. Electus plane a Deo, ut magna pateretur, sicut de Paulo (a) dictum est ad Ananiam a Domino: *Ostendam illi quanta eum oporteat pro nomine meo pati.* Electus pariter, ut magna præstaret, qui videlicet Apostolica auctoritate Imperium restitueret Occidentalibus oris, sed de his fusius suo loco dicendum. Reiicitur vero, quæ nulla subsistit firmitate fabella de Leone, quod sui exordio Pontificatus passus carnis incendium, ob mulierem ejus manum exosculantem, eam ipse sibi præciderit: statueritque ne manus, sed pedes quis deberet osculari Pontifici: cum ante hæc tempora reperiatur moris fuisse osculari, pedes manus numquam. Multaque alia cum sint, quæ repugnent, prorsus fit, ut audiatur indigne: ☞ quæ alii (ut dictum est superius) affingunt Leoni Magno. Ita inconstans mendacium invenitur ubique. ☜

(a) Act. 5.

XLII. Nuptiæ Constant. Imper. cum Theodote Imperatrice dicta. Quod ad res pertinet Orientalis Imperii, hoc anno Constantinus sine matre regnans, juvenili temeritate, ardore libidinis, abdicata jam Maria legitima conjuge, Theodotem cubiculariam ducens, Augustamque coronans mense Augusto, nuptias in palatio S. Mennæ celebravit. Hæc Theophanes anno hoc ipso sexto (ut ait) ejusdem Imperatoris. Apud quem corrigas, dum ejusdem sextus annus signatus Indictione prima reperitur, cum tertius ipsius Imperii annus ab eodem auctore superius consignetur nota Indictionis primæ, ut plane hic signandus sit (ut superius dictum est) Indictione tertia. Hæc quidem in his, quæ ad temporis notam spectant, super quam omnis vertitur cardo historicæ veritatis. Porro ex hujusmodi Constantini Imperatoris scelere perpetrato, magnæ sunt in Ecclesia illis inter Catholicos conflatæ discordiæ, turpi adulatione aliis probantibus nefarium scelus Imperatoris, aliis vero, quibus Ecclesiastica disciplina cordi erat, illud ipsum magnopere detestantibus, & execrationibus insectantibus; cujus rei causa & persecutionem ab eodem Principe passi sunt. Ut igitur rerum gestarum series omnibus legentibus pateat primum quæ de his breviter Theophanes habet, in medium adducamus, qui ait:

XLII. Dimissa Maria aliam uxorem accipit Imperat. *Constantinus odio habens Mariam uxorem suam, summissione matris suæ Imperium appetentis, & (quod ab omnibus reprehensibile judicaretur) affectantis, coegit, ut fieret monacha: quam cum inflexisset, totondit mense Januario; & Aprili mense movit exercitum adversus Arabes; & mense Majo bellum iniens cum uno cursu ipsorum, in loco, qui dicitur Amusam, vicit, vertit, & hoc insequutus est usque ad amnem. Et cum venisset Ephesum, & apud Dei locum orationis fecisset, commercium nundinarum, quod centum esset auri librarum, indulsit ad famulatum S. Joannis Apostoli. Augusto vero mense coronavit Imperator Theodotem cubiculariam in Augustam, & desponsavit eam Imperator anno sexto Imperii sui solius regnantis, Indictione * prima celebravit Imperator nuptiarum principia in palatio S. Mennæ.* Hæc de nuptiis, sed audi dissidia, de quibus idem auctor hoc eodem anno inferius habet his verbis: * tertia

Plato Abbas e Tarasio Patriarcha abstinet. *Eodem quoque anno Secundionis Abbas abscidit se a communione Tarasii Patriarchæ pro eo, quod Imperatorem receperit in communionem, & permiserit, cum tondere uxorem suam Mariam, & Josepho monacho & Abbati monasterii, quod appellatur Concaruta, coronare Theodotem præcepe-*

PAGIUS IV. *Constantinus Imp. legitimam conjugem dimittit & aliam sibi copulat.* A num. XLII. ad LXV. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXVII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno Imperator uxoris Mariæ consortii pertæsus, matris consilio, quæ ut imperandi potestatem ad se traduceret, cunctorum odiis filium exponere satagebat, Monialem eam fieri compulit: ac propositum hujusmodi persuasam in Monasterio capillis abdicavit mense Januario, Indictione tertia.* Paulo post: *mense vero Augusto Theodotem Cubiculariam Imperator coronavit Augustam, & illegitimo eam sibi copulavit conjugio.* Tum anno Incarnat. DCCLXXXVIII. Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoato scribit: *Hoc anno, mense Septembri, Indictione quarta, feria hebdomadæ quarta, Imperator, conjuncta sibi Theodote, in Sancti Mamantis Palatio nuptias celebravit:* Subdit: *Eodem etiam anno Plato Saccudionis Præpositus a Tarasii Patriarchæ communione se segregavit: quod ille communione sua participem redderet Imperatorem, & Catechistæ Imperatricis tondendæ potestatem fecisset, & Abbati Joseph Catharorum Præposito, ut eum cum Theodote ad nuptiales coronas admitteret, parem dedisset veniam. Imperator accepto nuncio Bardanium Patricium & Scholarum domesticum, & Joannem Opsicii comitem misit, qui Platonem in Urbem inductum, in ergastulo ad Michaelis cælestis militiæ Principis in Palatio erectam ædem incluserit. Reliquos autem Monachos una cum Platonis nepotibus cæsos Thessalonicam relegavit; quos Irene ideo defendendos suscepit, quod*

Digitized by Google

reperit. *Quod cum didicisset Imperator, misso Bardanio Patricio, & scholarum domestico, cum Joanne Comite Obsequii Platonem introduxit in urbem, & retrusit intra claustra in templo Principis militiæ, quod est in palatio, reliquosque monachos cum nepotibus ejus percussos, exilio relegavit apud Thessalonicam, quibus auxiliabatur mater Imperatoris, tamquam quia filio resistebant, & eum confundebant.* Hæc Annales ex Theophane, & nihil præterea. Cæterum ex Theodoro Studita luculentissimo hujus temporis rerum gestarum scriptore, petenda sunt multa, quæ ad deformem tragœdiam istam spectare noscuntur, qui in primis in rebus gestis S. Platonis ista habet:

XLIII. *Tempus igitur, quo præsidendi munus pater exercuerat, jam absolvimus, orationem deinceps ad id, quod celebrius est, convertemus. Sed in mentem mihi venit ingemiscere, quæ vera sunt dicere aggredienti quidem, sed harum tamen rerum narrationem recusanti eorum causa, qui ea fecerunt. Verum cum fieri non possit, ut aliter manifesta fiant, quæ occultari non debent (quamvis ubique ea vulgata sint) veniam tamen ad eorum narrationem: non quod velim his, qui hæc egerunt, obtrectare, sed ut viri beatissimi virtutem monumentis litterarum consignem.*

(a) Eccl. 10. *Væ tibi civitas (inquit (a) Salomon) cujus Rex junior est: id quod a litteris divinis olim audieram, nunc etiam expertus sum: Constantinus Irenes filius, cujus quidem fides recta fuit, vita vero perversa ex imperii potestate, intemperantia velut stimulo quodam excitabatur. Cum enim pubescente ætate, auper Imperium habere cœpisset, partim paterna reverentia, & custodia fræno abjecto, partim divinis legibus pro nihilo habitis, uxorem sibi legitime copulatam ejecit, & Herodis exemplo, mœchus factus est.*

Platonis certamen adversus Imp. *Sed quorsumnam hæc spectat historia? ut nostrum hunc magistrum, Platonem scilicet, præcursoris illius Joannis imitatorem quodammodo fuisse, intelligatis. Cum enim omnes fere iniquo illi facto assentirentur, solus hic (ut ita dicam) cum suis pueris, hoc est, discipulis, stabilis, permansit. Ob idque quot, & qualia per totam annum certamina eum subiisse putamus? Nuntia minatia, minæ minis addebantur, flagella, exilia, membrorum mutilationes proponebantur. Cum vero nihil eorum, quæ Cæsar ipse studebat, perfici posset; verbo quidem alii persequebantur, re autem vera Imperatoris manus illi infesta erat. Nostis monachos illos, & litteras ad eum missas. Postremo cum ea ipsa inania, atque infirma deprehensa essent viro illo sancto quod dicebat, facientem, & contrarias litteras mittente: tunc Imperatoris persona detecta fuit, eam non amplius ficta species locum habere potuisset. Rem quidem aperte ostenderunt, quæ a duobus illis exercitus ducibus, ab eo veluti hostibus quibusdam, ad inermem Christi monachum sola divina lege armatum missis, facta sunt.*

Pastor igitur e medio sublatus est, & oves gregis dispersæ sunt, aliis verberatis, aliis in exilium missis, aliis persecutores fugientibus. Quodque miserabilius est, regium edictum prohibebat, ne quis eorum, qui Dei causa persecutionem patiebantur, alicubi reciperetur. Ejusmodi edicto monasteriorum præfecti obtemperaverunt; nec quisquam inventus est, qui virum illum accipere ausus fuerit. Interea Christus dormiebat ob eam quam ipse novit, rationem, probans, & explorans aliorum animum, num firmior esset; aliorum vero inhumanitatem patientia sua flectens ad misericordiam, & ad pœnitentiam provocans. Ille igitur Christi athleta sponte a propriis membris abscinditur, atque omnino solus relinquitur, animam pro ovibus suis exponens, vere bonus pastor, ut in (b) Evangelio dicitur. XLIV. Adversus Platonis monachos persecutio. (b) Jo. 10.

Idem ad Cæsarem Briarei manu ductus, coram prostitit (audeo dicere velut præcursor Domini Joannes) nisi quod ille ultro, hic ab alio ductus, id fecit. O fortem illum viri mentem & animum qui non Imperium formidavit, non minis cessit,

fit,

PAGIUS *quod filio adversarentur, & eum probris incesserent.* Anastasius & Auctor Miscellæ loco, *Indictionis IV.* habent *Indictionem I.* quem errorem Baronius agnovit; sed quia illi mensem prætermittunt, loco *Indictionis I.* reponendam dicit *Indictionem III.* Verum cum res mense Septembri contigerit, recte Theophanes Indictionem quartam habet.

V. Ei viri Sancti restiterunt. *Sanctus Plato* anno superiori Præfecturam Monasterii *Saccudionis* abdicarat, eamque in *Theodorum* nepotem transtulerat. Quare hoc tempore alieno subjectus imperio vivebat; sed, ubi vidit *Constantinum* Imp. legitimam conjugem repudiasse, hoc ei non licere imperterritus pronunciavit, & oblatus Imperatori ei in facie restitit. Carceri quidem inclusus est, sed in proposito perstitit. Interim pueri ejus seu socii relegati sunt, ipseque carcere liberatus non est, nisi quando *Irene* rursus imperare cœpit, ut narrat Baronius ex Theodoro Studita in ejus Vita. Restitit & Imperatori *Tarasius* Patriarcha Constantinopolitanus, ut liquet ex ejus Vita ab Ignatio ejus discipulo scripta, cujus verba recitat Baronius num. XLVII. & seqq. Denique Imperatori etiam restitit *Sanctus Theodorus* Studita, ut narrat Michael Theodori discipulus in ejus Vita, cujus verba recitat Baronius n. LV. & seqq.

Cur vero *Tarasius* se a communione Imperatoris, *Platonis & Theodori* exempla non segregarit, hanc rationem reddit Baronius num. XLVI. quæ quia in editione Coloniensi, qua VI.

utor,

sit, non illecebris fractus est, cum præsertim cognata illi esset femina, quæ Herodiadis mentem habebat: quinimmo intrepida oratione usus, ac nihil veritus, id quod verum erat, confessus fuit. Non

(a) Matth. 4. Marc. 6.

licet tibi, (inquit (a) præcursor) uxorem habere Philippi fratris tui. Hic similia & præcursoris imitator dixit illi, qui Herodis erat similis. Non iste quidem fuit securi percussus, quoniam noluit Cæsar ipse Martyrem eum virum esse, qui animo, & proposita jam fuerat & iis, quæ dixerat ante, se certasse, satis ostenderat; sed imprudens tamen Christi Confessorem eum esse, probavit, cum in cellula quadam, ut maleficum hominem, illum veritatis thesaurum conclusisset, clavibus aliis alias addens, ac cibum per foramen quoddam ei dari jubens, ut a nulla prorsus videri posset, qui a Deo ipse videbatur.

XLV. Gravia sustinet Plato cum suis.

Hæc una cum Cæsare agebant monachorum præfecti quidam, quos pudet me nominatim proferre: quodque miserabile est, carcer erat monasterium Imperatoris, palatio adhærens, & ejusmodi custodiæ princeps erat is, qui adulteros coronaverat.

(b) Mich. 7.

Hei mihi (ut cum Propheta (b) clamem) quoniam periit vir Deum timens a terra, & qui recta faciat in hominibus non est! Quid dicam de illo, qui sanctum virum custodiendum ei tradidit, qui adulteros viros conjugavit? Quid de illo, qui mandata Imperatoris virum nullis rationibus reddendis obnoxium tanquam reum conquisivit? Quid eos in medium afferam, quos Cæsar ipsos sacrorum ministros insignes in carcerem misit ad persuadendum justo illi viro, ut verbo tantum assentiretur iis, quæ fiebant, si a carcere dimitti vellet, & omnibus suis dominari? Quid denique illos proferam, qui ei valde illudebant, & obtrectabant tam consanguinei, quam alieni, tam qui eodem, quam qui diverso habitu induebantur? O rem absurdissimam, immo vero, o factum contra veritatem injuriosum! Insimulabant generosum hominem adulterorum comprobatorem, quod mente delira esset; falsa gloriæ studiosum esse jactabant eum, qui pro Christi gloria certamen subierat; illi nimirum homines hæc dicebant, qui cum ad Cæsaris voluntatem omnia loquerentur, & facerent, a Deo ipso Domino exciderant. Ejus temporis calamitosam inhumanitatem Christi cultor ferebat, veritatem ipsam solam propositam habens, & quæ veritatem defendenti retribuenda sunt, secum cogitans. Itaque ærumnas illas ita transegit, ut si cum tranquillitate in aliquibus locis occultus requiesceret. Cujus enim viri studium Deus est, ejus religionem, & in Deum charitatem nihil superare potest. Hæc Theodorus Studita de certamine S. Platonis, quod anni unius spatio perduravit.

XLVI. Tarasius Constant. Episc. quid in hoc certamine.

Sed quæ in hoc certamine fuerunt Tarasii Patriarchæ partes, dicendæ sunt: Non sic eum aversatus est Plato, quod ipse probaverit scelus Imperatoris; id quidem nequaquam accidit umquam, neque quod coronaverit Theodotem pellicem; nam & ab hoc longe longius remotus fuit. Probatur ipse quidem de abiecta conjuge acerrime redarguisse Imperatorem, & detestatum esse novum contra leges sacras initum conjugium neque coronare ullo modo voluisse novam pellicem, ab ipso Imperatore nominatam Augustam. Verum eo quod redargutum Imperatorem nequaquam ab Ecclesia separasset, sed cum illo communicaret, neque eum, qui adulteram coronasset ab Ecclesia abscidisset; idcirco ipse Plato ab ejus se communione abstinuit. Cum vero post obitum Imperatoris in suum monasterium Plato restitutus fuisset (ut testatur idem, qui supra, Theodorus Studita) idem Tarasius se apud Platonem purgans, cum eo est communione conjunctus.

Tarasii consilium.

Gravis angustia premebat animum Patriarchæ, cum vereretur, ne nimis exasperando animum Imperatoris, & ab Ecclesia removendo, eum faceret Fidei Catholicæ desertorem: adhuc recentia Ecclesiæ vulnera, & vix obducta erant per Concilium, ejus opera celebratum Nicææ adversus Iconoclastas: adhuc vigebant ho-

stes

PAGIUS

S. Tarasius utitur temperamento in reprobatione nuptiarum Imperatoris.

utor, scripta est Charactere Italico ubi sunt verba, quæ a num. XLIII ad XLVI. ipsemet refert ex eodem Theodoro in Vita Sancti Platonis, & hæc Characteris similitudo lectorem facile in errorem impellere potest, hic earum partem recitabo, eoque magis quo anno DCCCVIII. num. IX. sibi Baronius hac in re constare non videatur: Non sic eum aversatus est Plato, inquit Baronius, quod ipse probaverit scelus Imperatoris: id quidem nequaquam accidit unquam, neque quod coronaverit Theodotem pellicem, &c. Verum eo quod redargutum Imperatorem nequaquam ab Ecclesia separasset, sed cum illo communicaret, neque eum qui adulteram coronasset ab Ecclesia abjecisset: idcirco ipse Plato ab ejus se communione abstinuit, &c. Gravis angustia premebat animum Patriarchæ, cum vereretur ne nimis exasperando animum Imperatoris & ab Ecclesia removendo, eum faceret fidei Catholicæ desertorem; adhuc recentia Ecclesiæ vulnera, & vix obducta erant per Concilium ejus opera celebratum Nicææ adversus Iconoclastas: adhuc vigebant hostes Ecclesiæ; erat ipse adolescens animo mobilis & instabilis, & hæreticorum parentum mala propago, perfacilisque ut levi flatu in hæresim præceps impelleretur; hæc inquam & alia hujusmodi alte mentis consilio versans Tarasius, sic erroris redarguere voluit Imperatorem, ut tamen eum licet pœna illa dignum, noluerit, ab Ecclesia separare. Verum tanti Viri digna audi in hac pugna exantlata certamina. In rebus enim ab eo præclare gestis hæc

ab

Digitized by Google

stes Ecclesiæ, erat ipse adolescens animo mobilis & instabilis, & hæreticorum parentum mala propago, perfacilisque ut levi flatu in hæresim praeceps impelleretur: hæc inquam, & alia hujusmodi altu mentis consilio versans Tarasius, sic erroris redarguere voluit Imperatorem, ut tamen eum, licet pœna illa dignum, noluerit ab Ecclesia separare. Verum tanti viri digna audi in hac pugna exantlata certamina. In rebus enim ab eo præclare gestis, hæc ab ejus temporis scriptore Ignatio monacho narrata leguntur his verbis, dum agit de Constantino Imp. sola, sine matre Irene regnante.

XLVII. Falsi prætextus Imperatoris faciendi divortii cum uxore.

Is aggreditur infirmare leges, & quod a Domino dictum est in Evangeliis, patrocinio utens suæ potentiæ. Et cum statuisset a sua conjuge facere divortium, & aliam in animo haberet extollere ad Imperii altitudinem juvenis, adornat facinus indignum sua potestate. Id autem fuit, quod mortiferæ insidiæ a conjuge Imperatrice ei paratæ dicuntur. Affirmabat autem, id esse venenum, quod cum potu haustum, mortem simul attrahebat, quod quidem conabatur probare, & cuilibet persuadere: putabat enim fieri non posse, ut fides sibi non haberetur, cum esset Imperator, & verba faceret apud eos, qui subiecti erant ejus Imperio. Nullus vero persuadebatur, nisi qui gratificans Imperatori, propter gloriam in animum inducebat justo jus adimere. Postquam autem, excitata fama, hoc transmisit usque ad atria Ecclesiæ, & nefaria actio pervenit usque ad aures Pontificis: id eum reddidit valde dubium, & perplexum, dum apud se cogitat, quomodo se armaret adversus hanc decertationem, & in ipsum Imperatorem rei bellicæ peritissimum, & fortissimum pugnatorem ex pharetra, & arcu telum jacularetur, jam olim honoratus sacerdotali horam omnium nuditate.

Ingens scelus obvolvi quæritur justitia.

Cum autem hæc apud se magnus mente versaret Tarasius, & pararet se ad congrediendum cum Imperatore, & decertandum armis sacerdotalibus: ecce quidam ex iis, qui gerebant magistratus, ab Imperatore instructus, nuntians quod factum & comparatum inaniter dicebatur veneficium, accessit ad gnomonem castitatis: cumque id, quam potuisset, accuratissime, & subtilissime contexuisset, omnia esse verissima, & quæ nullam admittant calumniam affirmabat; & ut consentiret, ut Imperator posset venire ad secundam matrimonii contractum, instabat. Hæc cum dixisset, expectabat, ut de his responsum acciperet.

XLVIII. Tarasius resistit Imperat.

Cui cum ex imo suspirasset, & lacrymabiliter subrisisset sanctus, respondit: Si hæc (ut tu dixisti) cogitavit Imperator, & carnem divina lege conglutinatam, & quæ una cum ipso facta est, statuit exscindere: nescio quemadmodum feret gravissimum quod in eum a Gentilibus inferendum est probrum; aut quemadmodum ejus potestas gregem coget ad temperantiam, & fornicationem puniet, & adulterium, cum ipse sit tam turpium convictus flagitiorum. Num etiamsi dederimus fide digna esse, quæ a te adducuntur: & esset mulieris evidens maleficium; sic etiam oporteret id cavere propter reverentiam vocis Domini, quæ dicit: (a) Qui dimittit uxorem suam, præter quam propter fornicationem, mœchatur. Quemnam autem Imperio excellentiorem sibi societate matrimonii voluit conjungere, quæ ad tantum processit flagitium? Sed hoc ideo prætexitur, ut honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus violetur: introducatur vero dedecus fornicationis, & germanum semen fiat adulterinum, & alienet id quod est cognatum, introducto furtivo, & turpi concubitu. Hanc ergo a nobis, & iis, qui sunt nostri similes, accipe responsionem, & & eam aperi iis, qui miserunt: non enim cedemus iis, quæ a te jactantur: mortem potius, & gravia subibimus supplicia, quam in rebus ejusmodi ei ullo modo velimus inservire. Audiat Imperator, nos huic improbabili consilio non esse parituros.

(a) Matt. 5.

Imp. accersit Tarasium.

His verbis cœlestibus attonitus, is qui Imperatoriis serviebat responsis: vultu tegens tristitium, venit quam citissime ad eum, qui miserat, eorum, quæ ille sperabat, nihil quod ei esset cordi, omnino afferens. Postquam autem sacrosancti pastoris constantiam vidit Imperator quercu firmiorem esse, quæ ab impetu vento-

rum

PAGIUS

ab ejus temporis Scriptore Ignatio Monacho narrata leguntur his verbis, dum agit de Constantino Imp. solo sine matre Irene regnante. Hæc scite prudenterque Baronius, idque juxta Michaelem discipulum Sancti Theodori Studitæ in ejus Vita, cujus verba recitat Baronius num. LIV. imo & juxta Ignatium Diaconum, cujus narrationem, anno DCCCVIII. num. II. & seqq. referemus. Porro de Ignatio tradit Suidas: Ignatius Diaconus, & vasorum Custos Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, dein factus Nicænus Metropolitanus Grammaticus: scripsit Vitas Tarasii & Nicephori Sanctorum & Beatorum Patriarcharum; Epitymbios, Elegos, Epistolas, Iambos in Thomam Antarten, & alia multa. Quæ Baronius habet num. XLVII. & seqq. scripta sunt ab eodem Ignatio in Vita Tarasii.

VII. Elias in Patriarchatum Hierosolymitanum restitutus.

Neque Anastasius, neque Auctor Miscellæ, multo minus Theophanes afferont, Joannem hoc tempore Ecclesiæ Hierosolymitanæ Præfectum fuisse, quod tamen memoriæ lapsu Theophani Baronius adscribit. Erat his diebus Elias Patriarcha Hierosolymarum, ut colligitur ex Theodosio in Vita Sancti Stephani Sabaitæ, ubi postquam locutus est de morte Theodori, qui eo in exilium per Saracenos ejecto, Sedem Hie-

sol

Google

rum non concutitur: in admiratione habuit, quod factum fuerat timens, ne inclyti patris mens inflexibilis nullo strepitu terreretur. Rursus ergo mittens, jubet adesse sanctum, credens, si coram affuisset, fore, ut se submitteret potestatis austeritati.

XLIX. Tarasius venit ad Imp. *Cum ergo venisset in Regiam, & ad ipsam Imperatorem, & cum eo de more consedisset, habeat secum senem illum Joannem, quem eam in Synodali versaretur expositione, admonuit oratione fuisse Legatum diœcesis Orientales: multisque salutaribus admonitionibus apud Imperatorem esset usus princeps pastorum, & non persuasisset: erat enim (ut in proverbio est,) hydram scindere, ipsam a lapsu liberare, qui jam fuit instar volutabatur in fornicatione: impulsus enim ab impudentia, his verbis usus est ad Pontificem:*

Querela Imperatoris adversus Augustam. *Ego quidem id, quod jam pridem mihi accidit, ad vestram retulit sanctitatem. Nihil enim te volui celare, affectionem, ac benevolentiam patrie in te judicans: porro autem nunc quoque per meum linguam Imperatoriam statui clarius agere causam meam. Meo enim Imperio insidiantem, quæ non ex Deo mihi unita fuerat, adjutricem, cum lex aperte jubeat, quia ab ea possim divertere, nemo contradicet. Nam cum fiat manifesta crimina, aut mors eam excipiet, aut (quod est benignius) per totam vitam aget pœnitentiam. Non enim ad quempiam ex vulgo erat transitura, quod ab ea adornatum erat scelus, sed ad germanum conjugem, & fidelissimum Imperatorem, & Gentibus terribilem, & ad universum orbem terræ pervasurum erat maleficium. Quo quid esse potuerit periculosius, & magis horribile? adeo ut ipsa deinceps ad nullum possit confugere defensionem: est enim privata omni oratione, & quæ ipsam commendare possint probationibus, & quæ argumentorum, quæ evitare non possunt, habeuns contra se veritatem ad perfectam condemnationem.*

L. *De cætero autem vocat tempus, ut ipsa lethifera potionis venena aperiam, ut sancta vestra paternitas jam viderit sceleris magnitudinem, id certum habens, & exploratum, non amplius dubitet, neque aliam expectet moram, aut temporis dilationem, sed quamprimum eam legibus subjiciat canonicis, & persuadeat ei vitam eligere quietam, ac monasticam, si velit, eam movere inter vivos. Nam cum hoc maleficium mihi sit positum ante oculos, fieri non potest, ut cum ea servem amplius jura conjugii, aut amice amplius cum ea conjungar, & fœdus ineam. Nocentem enim (ut dicit proverbium) Deus quoque persequitur.*

Jussit ergo, & allata sunt vasa vitrea cum liquore turbido, curiose composito ad falsam accusationem; quæ ante faciem ejus, & magni patris statuerant, qui afferebant, quibus dicebat, conjugem, vel mortem ei esse machinatam, vel mentis emotionem. Videas ergo magnus Tarasius, iis qui nequaquam conveniebant, nexibus captum Imperatorem, & falsis labyrinthis ita involutum, ut evadere non possit, labi in peccati periculum: acerrimum telum infigit in corde ejus, sic dicens.

Ne moveas, o Imperator, arma surda adversus Dei leges, neque propter horum transgressionem clanculum contra milites. Est enim Imperatoriæ potestatis indicium, omnia cum libera facere conscientia, & nihil tectum, ac dissimulatum mente agitare adversus eum, qui dedit coronam, & maxime evertendo divinum ejus mandatum, & voluntatem. Neminem enim latet, nullum intercessisse scelus ad ea, quæ nunc nefarie struuntur, adversus Imperatricem, & qui eam volunt subjicere maleficorum veneficiis, & affirmant, eam machinatam esse mortem majestati tuæ incomparabili. Quis enim (ut prius dixi) glorians specie juventatis comparari potuerit eam tua pulchritudine, ut a fraude infectata tibi venenum præberet muliercula, & se ab ea, qua est in te abduceret amicitia, & germano ardore? Quisnam appareret majore gloriosus excellentia, quam vestri Imperii quadruplici purpura? quem oculis, & auribus pellectum summa vestra pravalis dignitati. Quis contra adversarios in tot præliis tam præclare se gessit supra vestram plusquam Davidicam fortitudinem, ut ab ipsa amaretur plusquam tua Imperatoria dominatio? Non est, non est ita. Fuerunt hæc inventa, & excogitata, ut præcaderentur ad omne vitium proposita, ut labem inurant sceptro Imperii, parabolam in Gentibus, & commotionem capitis in populos vos ponere, graviter urgentia. LI. Pulchre admonet Tarasius Imp.

Propterea legitima jura vestra conjugalis, & Imperatoriæ natione non adeamas LII.

PAGIUS rosolymitanam occupavit, & post breve tempus male vitam finivit, ait: *Sanctissimus Patriarcha Dominus Elias ad proprium remeavit thronum, festive honorificeque remissus; & Patriarchali dignitate multipliciter fruens per annos complures, sancte ex hac vita migravit. Successoremque in Theadelphico throno accepit Syncellum suum Dominum Georgium.* Tempus restitutionis Eliæ, ejusque mortis incompertum; ex Actis tamen Sanctorum viginti Monachorum Sabaitarum anno sequenti passorum, ut ibi videbimus, liquet biennio post illorum Martyrium *Eliam* adhuc in vivis fuisse, cum scilicet Lauras Monachorum Hierosolymitanorum Barbari invasere.

Excommunicationis comminatio.

mus dissolvere, Dei legislatoris timenter sententiam. Neque verbis, quæ spectant ad accusandam tuam conjugem, credere sustinemus, etiam si mille mortibus atque tormentis subjecti fuerimus, ut qui sciamus, diuturna inflammatione teneri tuam affectionem in mulierculam illam fornicatricem. Quin etiam hoc quoque notum facimus coram Deo in primis honoranda tuæ purpura; quod intra cancellos incruentæ mensæ, in qua sacrificium magna hostia Christi venerabiliter peragitur, non sinemus amplius nobiscum ingredi vestram potentiam: at nos quoque audiamus, quod in execrationibus jam olim dicitur ad sacerdotes (a): Calcare atrium meum non adjicietis.

(a) Ezech. 44.

Hæc Tarasius, qui primi Pastoris Christi oves regebat spiritualiter, cum coram Imperatore pronuntiasset in cordis contritione, orationem conclusit silentio. Prædictus autem Joannes cum ipse quoque ad Imperatorem multis usus esset admonitionibus, sustinuit maximos fluctus ignominiæ ab iis, qui prætura dignitate gloriabantur, & honore Patriciatus; qui etiam minabantur, se ensem adacturos per intestina senis, ut qui Imperatoria potestati verbo expuerit contraria, & non citò acquiesceret voluntati Imperatoris. Cum autem firmam, ac stabilem manere utriusque sententiam Imperator his verbis sensisset; & minis, fervens ira, succensus, sciens, se non posse contra hæc dicere, jussit, eos a se expelli, victores sine vulneribus, & Martyres, quod ad se attinet, proclamans, corona redimitos. Quid hoc abest, (b) a Joannis miraculo? Ille enim Herodem, qui post mortem fratris sui sponsa insano amore tenebatur, urguit: hic autem cum adhuc esset superstes uxor Imperatoris, & cum ea ornata esset Imperii diademate, & deinde expulsa esset, non ferendum esse ratus quod factum fuerat: fuit convenienter (c) Psalmographo ad matutinum acutissima reprehensio: etiamsi cribro (ut dicitur) aquam hauserit, & acinum inflarit, cum sancta esset, & perflueret mens Imperatoris.

(b) Matth. 14.

(c) Psalm. 100.

LIII. Tarasius invictus permanet.

Etenim cum statim eam, quæ sibi matrimonii jure conjuncta erat, a se amandasset, & ab Imperatoria aula alienasset, & privato habitu, & loca eam circumscripsisset, a tempestate, & caliginoso illo salo, quod subierat, animo, destitit per separationem a germano suo membro. Cum vero volutaretur in cœno introducti illius concubitus, & maxima vi ei illata, crebro Pontificem incitasset, ut ejus vertici contexeret coronam tenebrosi illius, & occulti contractus: non fuit, quod volebat, assequutus. De cætero autem hæc abibat, quærens sacerdotem, qui coronam contexeret, ut turpem illam celebraret hymenæum. Et de Imperatoris quidem infirmando præcepto, recusatione, & divini patris forti, ac generosa constantia hactenus. Neque enim fas est res illius ultimis mandare monimentis litterarum, quæ iis, qui audiunt, nullam afferant utilitatem.

Hoc autem oportet commemorare, quod a tempore illius lapsus Imperator magnum oppressit Tarasium multis tentationibus, ei adhibens custodes, qui nomine quidem usi sunt Syncellorum, moribus vero longe aberant a pietate: quos nisi assumpsisset, & nisi per eorum oculos transiisset, non licebat cuiquam ad divinum, & sapientem pastorum principem accedere, & ea, quæ videbantur eloqui. Taceo, quantam Imperator ostenderit crudelitatem in eos, qui illi appropinquabant & eum observabant germana servitute, plagis affligens, & condemnans exiliis nulla justa de causa, studens eum dejicere de cura rerum divinarum, & tentans eum afficere tristitia: ille autem forti, & constanti, excelsoque & infracto animo ea, quæ accidebant tamquam quæ erant utilia reputans, graves illos Præfectos, tamquam (d) Ægyptiacos operum exactores sustinuit, & in omni tentatione, & labore se promptum esse ostendit, adamantina Jobi ratiocinatione tamquam armis munitus, & illius inexpugnabilem imitatus patientiam; adeo ut ignave verbum insipientiæ e labiis suis numquam emitteret. Neque enim habebat humilem, & abjectum animum vir ille justus in iis quæ accidebant; sed virtutibus sublimem, & excelsum, & pontificalibus canonibus, & legibus pulchre erectum, & plane expertem omnis limosæ nequitiæ. Hucusque de rebus Tarasii cum Imperatore Ignatius monachus horum inspector.

(d) Exod. 5.

LIV. His consentientia Michael monachus, rerum ipse quoque sui temporis scriptor in rebus gestis illius Theodori Studitæ, magni pro Fide Catholica, & Ecclesiasticis legibus adversus hæreticos, & sceleratos Principes agonistæ, de quo jam dicturi sumus; sed quæ primum de Tarasio Patriarcha habet, hic describamus: *Neque enim*, inquit, *vel Patriarcha ipse, quantum in eo erat, aut factum id approbabat, aut non absurdum illud, & alienum ab Ecclesia judicabat, aut Patrum ærumnis non compatiebatur. Sed sapiens quoddam consilium, & alta mente qualis ejus fuit, dignum agitans: non habuit tum ulciscendi auctores facultatem temporis injuria quæ vellet agere, non permittente. Quamobrem Regina ipsa utriusque prudentiam amplectens, & magnopere collaudans summam utriusque virtutem, & in utile diiudicando intelligentiam, boni consulebat: Quod Patriarcha quidem de summo jure nonnihil remittens, vesanum Imperatorem a graviori malo*

Tarasii consilium commendatum.

revo-

revocasset, minantem jam se, majorum exemplo sacrarum imaginum hostem fore, nisi quod animo conceperat, peragere sineretur: Pater autem, Theodorus videlicet, *flagitium propalam arguendo, & acri reprehensione, atque objurgatione longius progredi prohibendo, tum eos, qui peccarant, tum eos, qui simile aliquid meditabantur, omnes affectibus suis non intemperanter uti edocuisset. Prorsus autem & relaxare interdum aliquid in judicio, bonum est, & exactum jus non præterire, utilissimum; unum in finem utrumque spectans, ut quod melius est, id pro re nata præstetur. Quod nimirum divini ambo ratiocinantes, altiore quam captus noster fuerat, consilio præsentia administrabant, ita ut charitatis vinculum nulla ratione solverent, quo conjuncti semper fuerant, & divino inter se Spiritu colligati. Quod nos recte nobis debemus & opportune de his, quæ opportune gesta sunt, judicare & propositum utrique finem laudemus, & amplectamur, & eos, qui aliter sentiunt, vel affecti sunt, de sententia dimoveamus.* Hæc de his Michael in Theodoro Studita.

LV. Theodori Studitæ certamen adversus Constantinum Imp.

Sed res admiratione plane digna, quod cum eosdem conflictus idem ipse Theodorus recenset, omnia Platoni tribuit, certamen atque victoriam; cum tamen vel saltem præfecturæ ratione, ipsum Theodorum oportuerit adversus hostes progredi antesignanum. Quæ igitur ipse modestiæ causa de se tacuit, Michael discipulus spectator rerum ita describit: *Sed jam tempus admonet, ut ad strenui athletæ certamina transeamus, quo ejus animi robur, & in adversis patientia magis eluceat. Per id ergo tempus Constantinus piæ Irenes filius audaciam, & projectorum hominum collecta manu, & quem juvenilis ætatis impetus agebat, & matrem Regno pellens, ejus Imperium occupavit, & summa vitæ licentia, indomiti, & effrænati equi more, totum se dedidit voluptati. His ad cætera, quæ perpetravit, nihil flagitii intentatum relinquens, legitima conjuge ejecta, & ad monachalem habitum vi compulsa, alteram duxit Theodotem nomine, & genere (ut ferunt) patri propinquam: quam in Augustæ thorum induxit, fornicationem ausus infelix, & fornicationem pessimam, ac penitus detestandam.*

LVI. Nequissimus Joseph nefarias benedicit nuptias.

Quæ cernens Patriarcha Tarasius, nec manus illic imponere voluit, nec ulla prorsus ratione factum approbavit; qui cuique nefariam esse hanc conjunctionem, & sacris legibus vetitam sciebat. At repertus est presbyter quidam, Joseph nomine, gradu vero œconomus Ecclesiæ, qui plus illo sapiens, divinaque omnia contemnens, illicitarum nuptiarum (quod minime debuit) lenonem se præstitit, initiatoremque, & conciliatorem conjugii obsequentem se per omnia Imperatori præbens, vir fide serone æque ac voluntate. Quamquam ille haud multo post temeritatis suæ pœnam sensit, sacris templi septis ob ea, quæ confidentius egerat, exturbatus. Fuit autem ea res pessimi exempli, viamque multis ad gravia quæque aperuit non solum in regia aliisque civitatibus, verum etiam in remotis quoque regionibus, sic Bosphori, sic Gothiæ, sic reliqui provinciarum Duces, quique aliqua cum potestate præerant civitatibus, impune flagitia committebant, uxoribus partim ejectis, partim novis inductis impurasque animi libidines, ejus qui viam ostenderat exemplo, & patrocinio defendebant.

LVII.

Quibus cognitis, magnus Theodorus incredibili dolore tactus angebatur animo, graviter ingemiscens, & talium hominum sortem miserans, qui tanto scelere tam multi se obstrinxissent: Id reformidans vehementer, ne ad omnes tandem permanaret malum, & in legem abiret flagitium, auctoris sui viribus, & potentia subnixum. Quare omnes animo cogitationes versans, omnesque coercendi mali rationes circumspiciens, rem suscepit dignissimam sua virtute. Imperatorem, qui peccarat, in omnium oculis excommunicat, in ipsum ejusque factum invehitur, ipsumque omnibus monachis lapsum denuntiat. Quod autem audis Theodorum Archimandritam excommunicasse Imperatorem, non sic accipias, ut quæ sunt Episcoporum, sibi usurparet jura, sed ob flagitium eum a Deo separatum exclamaret, indignumque quo cum quis suorum communicaret, denuntians scilicet suis monachis Imperatorem ob scelus a Deo sejunctum, & ab Ecclesiastica communicatione ob facinus separatum, ne quis cum eo ut publice peccante aliquo symbolo communionis Ecclesiasticæ jungeretur. Sed pergit auctor:

Theodorus pronuntiat excommunicatum Imperatorem.

LVIII. Theodorus frustra tentatur.

Cujus rei fama evulgata ipsius quoque Imperatoris aures attigit; qui tametsi acerrima ira exarserat, serenitatis tamen speciem inducendam sibi existimavit, ut remisisse animum, placatusque videretur. Cum enim sanctum virum timeret, ut qui primas in omnium animis teneret, suam statim acerbitatem prodere non placuit, sed ipsum potius blande aggredi, si qua forsitan ratione demereri queat: sic enim facile cæteris potiturum, si hunc unicum devinceret. Stulte id ille prorsus, & valde absurde conjectans, attamen omnia secum agitabat, atque omnes machinas frustra parans, vitiumque animi, & vitia patefaciens. Quin & conjugem ipsam ad captandum sanctum virum submisit: quæ viri consiliis parens, multo illum auro, muneribusque tentare adorta

Digitized by Google

ta est; & quod precum omnium vim haberet, generis propinquitatem opposuit (erat enim Theodote ipsi Theodoro sanguine conjuncta). Postquam vero irrita hæc omnia animadvertit, manente nihilominus firmo, ac stabili, aliud mox promptus mali artifex consilium excogitat.

Monachi omnes vitant colloquium Imperatoris.

Proficiscitur ipsemet ad ea loca, in quibus sancti habitabant, specie quidem repentini alicujus, urgentisque illic negotii, revera autem, ut in patris congressum veniret, eumque sibi adjungeret, quorum alios quoque habiturus erat cum ipso jam animo, factisque conjunctos. Verum ubi nec pater ipse, nec alius quispiam ex sociis repertus est, qui ad Imperatorem propius accederet, vel cum eo colloqueretur, vel usitatam salutationem impertiret: tunc ille ira incensus ardentiore, celeriter redit ad palatium, accitoque uno ex domesticis, qui scholarum ordines regebat flagellis cædi sanctum jubet, & simul e monachis eos, quos constantiores norat, firmioresque in sententia persistere.

LIX. Theodorus cum suis flagellatus exulat.

Ille autem, qui gratificari, & placere cuperet imperanti, nulla sanctorum nec reverentia, nec misericordia motus, atrociter eos flagellavit, ut carnes passim dissecarentur, & sanguinis rivi diffluerent. Sic porro vexatos, verberibusque concisos Thessalonicam exemplo relegat, & addicit, prout fuerat imperatum. Undecim numero erant cum patre vincti, qui cum eo certaminis societatem coeuntes, dura omnia sereno, & alacri animo perferebant. Verum exilium contigit anno sequenti, dicemus de eo suo loco fusius. Pergit vero auctor:

Cæterum quid boni attulerit hæc sanctorum concertatio, perspicuum multis postmodum evasit. Etenim Chersonesi, ac Bosphori sacerdotes, & monachi, & quotquot per vicinas circum oras, atque insulas populos regebant, ea, quæ sanctis acciderant, audientes, & quemadmodum magnus Theodorus intrepido animo nefariæ libidini se opposuisset: æmulantur & ipsi beatum virum, ejusque exemplum sequentes, Imperatorem excommunicatum pronuntiant, & a sorte sua alienum, nullis illius vel minis cedentes, vel muneribus animum emollientes. Utrisque siquidem eorum constantiam impius exploravit: & cum flecti posse diffideret: patriis tandem finibus exulare jussit, hoc nimirum spectans, ut bonis omnibus remotis, nequitiam suam latius, nullo reclamante, propagaret. Quid ergo inde consecutum est? fiduciam sumpserunt plurimi, & pro veritate adeo fortiter loqui cœperunt, ut terrorem injicerent iis, qui talia facere audebant, vel ausi jam fuerant, atque ita paulatim minui, ac reprimi malum cœpit damnata palam ejus turpitudine, multisque in eorum sensibus venientibus quæ incaute commiserant. Quo illustrior apud omnes & clarior divini patris fama facta est; qui ne tot quidem ærumnis afflictus egregium conatum remisit, tum alios plures ad sceleris ultionem exsuscitans, tum exules litteris suis confirmans, ne laboribus succumberent, sed viriles potius animos demonstrarent.

LX. Theodor. scribit ad Rom. Pont.

Misit etiam ad Romanæ Urbis Antistitem epistolas, & tabellarios, ei quæ gesta fuerant, indicans; & quæ ab Imperatoribus pertulerat, cum illorum refrænare vellet intemperantiam. A quo responsa vicissim accepit, quibus ipsius prudentiam, & constantem, atque invictum animam divinis laudibus efferebat. Sed quoniam Rex ferus incidit in mala (sicut ait Propheta) & viæ ejus tenebrosæ, hoc ipsum sensit impudens Constantinus, & pœnas iniquitatis suæ æquissimas persolvit, Imperio brevi orbatus, atque ante Imperium oculis, in quibus videns improbe usus erat, eorum lumine privaretur. Plane accidit misero secundum illud sacrorum Proverbiorum: (a) *Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum. Qui autem tenet adulteram: stultus est, & impius.* Quanta post hæc illi mala? sed de his pluribus suo loco inferius agendum.

(a) Prov. 18.

Optassemus Theodori epistolam scriptam ad Romanum Pontificem hic tibi reddere: sed quæsitam diu inter multiplices ejusdem Theodori epistolas, quæ in diversis bibliothecis Romæ extant, hactenus invenire minime concessum est. Sed loco ipsius duas hic reddemus ejusdem eodem argumento conscriptas, alteram ad Stephanum a secretis, alteram ad Nicephorum consobrinum, eumdemque Præfectum. Aulicorum enim, & aliorum Imperatori adulantium illa erat adversus Theodorum & alios accusatio, sive querela, quod nonnisi ob læsam Catholicam Fidem communicationem Catholicam liceret disrumpere, deque his coram egerat cum Theodoro idem Stephanus: postquam concertationem idem Theodorus ad ipsum istam rescripsit epistolam, quæ apud ipsum in codice Columnensis bibliothecæ numeratur ordine quinta, atque sic se habet:

LXI. Epistola Theodori ad Stephanum.

Hesterno die cum gloriosa præsentia tua frueremur, post alia quædam colloquia quorum causa huc veneras, devenimus tandem ad scripturæ quæstiones, & in ambigua hærentes disputatione, re infecta, digressi sumus. Et nos quidem, domine, rudes, & ignari, sapientia tuæ minime pares sumus. Ne tamen eorum, quæ dici debent, silentio nobis judicium accersamus (: Arguendo enim, ait (b), argues proximum tuum, & non habebis super illo peccatum, maxime cum sapien-

(b) Levit. 19.

tem

(a) Prov. 9. tem (a) arguentes magis diligamur) necessarium duximus, congruentia tibi commemorare. Tu, domine mi (at compendio dicam) interrogationes multas, responsionesque praecident, haec dixisti: Non debere Antistitem, qui gregi praesit, extra Fidei causam, si quid in aliis Domini mandatis vel imprudens, vel sponte sua faciet quod vetitum sit, ab ullo admoneri. Nobis contra affirmantibus, omnino debere, sed ab iis, qui inter alios sapientia, & prudentia eminent. Undenam vero dicti hujus absurditatem tibi ostendemus? Primum quidem ex veteri Testa-
(b) Dan. 13. mento. Quidenim de Daniele censes (b)? Nam seniores, quamvis nondum ea aetate, quae legitimam loquendi libertatem daret, in divinae Susannae condemnatione praevaricantes, non solum admonens, verum etiam condemnans, laudatus est, an non?
(c) 2. Reg. 24. Deinde non animadvertis Joab (c) in populi enumeratione, cum in Dei tentationem res vergeret, supplicantem, obtestantem, persuadere Davidi conantem, ne id faciat! nota enim tibi est historia. Me
(d) Exod. 18. vero movet & Jetro (d) magnum Mosem admonens, & exhortans non sic regere populum, hominemque rudimentis quodammodo instituens, traducensque ad consilium suum: & quidnam ipse? Alienigena, etsi socer. Cui loquens? ei qui omnia ex divina relatione agebat. Atque haec quidem paucis, ne longiores simus. Transeundum est ad novum Testamentum scilicet.

LXII. Revereamur, si placet, gloriosissime, clarissimi orbis terrae praeconis edictum;
(e) 1. Cor. 14. (e) Si postremo revelatum fuerit, primus sileat non sicut obiecit charitas tua de fide sola. Et quod me propemodum fugiebat: Magnus praeco veritatis Joannes
(f) Matt. 14. (f) Herodem reprehendit: Quaeso responde mihi. Sed explodar (ut video) & deridebor, quod aequiparem me Prophetae. Absit, non ita est, optime. Haec vero
(g) 1. Cor. 10. (inquit g) scripta sunt ad correptionem nostram. Et iterum Paulus (h): Imita-
(h) 1. Cor. 11. tores mei estote, sicut & ego Christi. Qui autem fieri potest, ut recte quis sen-
(i) Jacob. 2. tiat, agens perverse, divino Jacob (i) affirmante, ex operibus ostendi finem, & iis qui circa unum aberrent, neque alterum inesse? Tot igitur, & tanta cum sint testimonia, non puto habere nobilitatem tuam quid contradicat. Sic autem mittat impari amicitiae nostrae solutiones propositionum nostrarum, tum clariores contrarias oppositiones eorum, quae astruis. Utrinque vero suppetant, & nos silebimus, veniamque contentionis nostrae, quamvis cum zelo conjunctae, postulabimus. Reprehendere enim tantummodo, facile est, & cuilibet volenti promptum, ut legisti; suam vero sententiam sacrae scripturae testimoniis confirmatam inducere, hominis est sanae mentis, ac judicii. Ne ergo in immensum crescat epistola, finem hic faciemus, adjectis quoque Magni Basilii sententiis ad pleniorem demonstrationem. Salvus sis cum tota familia, domine dilectissime, utrimque bene valens. Nos enim charitatis tuae bonum & scribentes, & non scribentes cupimus retinere. Subiiciuntur iis in codice loca S. Basilii, quibus quae dicta sunt confirmantur, quae brevitatis causa praetermittimus.

In ea autem, quam ad Nicephorum consobrinum suum, eumdemque praepositum epistolam (k) scripsit, post alia versatur in eo tantum argumento, ut demonstret perperam factum ab Imperatore, dimittendo uxorem, & aliam ducendo contra Apostoli Pauli praeceptum, & sanctorum Patrum doctrinam: (l) ait enim post alia: LXIII.

(k) Theod. ep. 4. ex Cod. Columm.

(l) Theod. ibid.

Quod ergo a me indocto discere voluisti: sic penitus habet, ut dictum est a domino diacono. Neque id nos temere affirmavimus, aut locuti sumus: sed investigandis, & perscrutandis sacris litteris confirmati, & corroborati, iisque etiam interrogatis, quos conveniebat. Et profecto ea veritas est, divina lege manifeste vetante, non per Paulum Apostolum modo, sed per alios etiam Theologos Patres, qui hoc ipsum dimdicant, & declarant, & consentiunt cum Apostolico mandato. Et quorsum ego amplius absurde dissimulabo, ac non potius retraham me ipsum, & subducam ab iis, qui infelicem animam meam opprimunt?

Quantum porro est periculum, cum Patrum summus vociferetur, & dicat: Si quid fit praeter mandatum, aut mandatum officiens, nequaquam ferendum est, quamvis promissionem vitae, quamvis mortis minas habeat? Mitto dicere quam multae aliae sint sententiae, quae nos vel minimum a mandato discedere prohibent, cum Magni iterum Basilii edictum habeamus: Quod omnia prorsus per Evangelium, & Apostolos a Domino tradita, servanda sint. Haec ego tibi ut patri, & amico patefacere non dubitavi, quandoquidem nos (ut testis est cordium inspector Deus) neque praedicamus, non enim praeminentes sumus; neque odia profitemur. Sed & Imperatorem ipsum, Regemque piissimum in pectore gerimus, charitate, & sanguine mihi conjunctos omnes, cum necessariorum studiosus sim, ut ipsi nostis; & mentionem ejus fecimus etiam in divina liturgia, & pro illo precamur privatim, ac publice: Et Ecclesiae communionis participes sumus. Absit ut ab ea umquam separemur. Ignoscite mihi soli peccatori. Delegi hunc mihi angulum, ut defleam peccata mea, & ne miscear cum mundo. Quodnam hoc crimen est? Concede hoc mihi, dilectissime consobrine, potes enim, sat scio, ut quietus hic agam, LXIV.

ab omnibus quoad licet segregatur. Et acri solertia tua obliqua dirige, & aspera complana, pacisque nostræ conciliator esto, & quietis adjutor. Ut si quid hinc nobis commodi extet, juste, atque ex ratione dispensetur. Hæc Theodorus, cujus verbis etiam intelligas quo sensu sit accipiendum quod dicunt ab eo excommunicatum fuisse Constantinum Imperatorem, non more Ecclesiastico, ut communione precum privatarum, vel publicarum privaret illum. Vel quod seipsum Theodorus separaverit, & ab Ecclesia, quod omnino factum negat, sed negaverit Imperatori communis vitæ usum, cujus rei causa (ut ait) latebat in angulo. Porro consobrinus Theodori Nicephorus, & alii affines, quod ex hujusmodi matrimonio Imperatoris cum Theodote ipsorum propinqua jam Augusta creata corradere magnum sperarent emolumentum: in Theodorum ista nihili facientem, sed adversantem commovebantur. At de his modo satis.

Hoc eodem anno, ut habetur ex Theophane, Joannes præficitur Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ.

LXV. *Quæ hoc anno cesserint prospera Carolo.*

Quod vero spectat ad res Occidentales, hoc ipso anno Carolus Magnus desertores Christianæ religionis Saxones, rebellantes, cum exercitu adversus eos profectus coercuit. Ubi dum manet, excipit Legatos Hunnorum, sive Avarum Regis Theodonis, sive Thuduini, qui se cum suis subjiceret Carolo, spondens, etiam Fidem Christianam omnes suscepturos. Addit his hæc Ado Viennensis: *Thuduin Princeps Avarum ad pium Carolum Regem se contulit: & cum populo suo credens, baptizatus, muneribus regiis donatus, fidelis rediit.* Sed id in annum sequentem rejiciunt alii, defecisseque eum a Christiana Fide suscepta, confirmant.

Carolus cumulat donis basilicam S. Petri.

Bellum vero adversus Hunnos, sive Avares per Henricum Ducem Forojuliensem gestum, testatur Ado, *per eumque debellatos, atque avitis thesauris spoliatos, quos (idem inquit) pio Regi Carolo postmodum misit. Et ille Deo gratias referens, ad Memoriam sanctorum Apostolorum partem inde misit, partem officialibus Regni, & Ecclesiis aliis distri-*

PAGIUS VIII. *Annus XXV. belli Saxonici.*

Ad num. LXV. & seq. *Hunni* jam prope a trecentis annis Romanos afflixerant & expoliarant, sed cum Carolus decrevisset eos debellare, *Theodo* vel *Thudo* aut Todanus eorum Rex ad eum venit, seque cum suis fidem Christianam suscepturum spopondit, ut narrant Chronographus Moissiacensis, & Annalistæ Loiseliaaus, Bertinianus, aliique cum Eginhardo in Annal. Audiendus Annalista Anonymus, qui ab anno DCCXCIV. usque ad annum DCCCIII. res a Carolo Magno gestas prosecutus est, extatque lib. 2. Biblioth. Cæs. cap. 5. *Aquis-Palatio Domnus Rex celebravit Pascha, & infidelitas, unde consueverat, a parte Saxanorum* (pro Saxonum) *exorta est; quia, cum Domnus Rex super alias gentes venire voluisset, nec ipsi ad eum pleniter venerunt, nec ei solatium, ut ipse jusserat, transmiserunt. Tunc iterum cognita infidelitate eorum, Rex cum exercitu suo super eos veniens, alii ei pariter obviam venientes ex parte Saxanorum, & cum eo in solatio suo ipsum iter expleverunt; & ipse cum exercitu suo ad Albiam* (idest, ad Albim fluvium) *pervenit, sed alii circa paludes Albia & in Vuihmuodingas ad eum pleniter non venerunt. Domnus Rex tamen residens apud Bardunwich tantam multitudinem obsidum inde tulit, quantam nunquam in diebus suis, aut in diebus patris sui, aut in diebus Regum Francorum inde aliquando tulerint. Sed & tunc omnes ad eum venientes, excepto hic* (pro exceptis his) *quos jam supra commemoravimus, & hi, qui trans Albe* (id est Albim) *erant; ipsi ad eum pleniter adhuc non venerunt, eo quod Vassum Domni Regis* (seu Vassallum ac Clientem) *Vuizzin Regem Abotridarum occiderunt; ideo non credebant, quod in gratia ejus pervenire potuissent. Cæteri autem ad eum omnes pariter venerunt, & jussionem suam promittentes implere, & ita Domnus Rex iterum credens eis nullam voluntate interficiens fidem suam servando. Tunc ad Aquis Palatio* (id est, ad Aquisgrani Palatium) *de terra Avarorum Regulus quidam, nomine Todanus, ad Domnum Regem veniens cum Comitibus suis; quem Domnus Rex honorifice suscepit, & baptizari jussit, & eos qui cum eo venerunt, & cum magno honore & donis eum remeare fecit ad propria. Et in eo anno a parte Avarorum venerunt thesauri, magna multitudo; pro quibus Domnus Rex Omnipotenti Regi gratias agens, distribuit ipsum thesaurum inter Ecclesias, Episcopos seu Abbates & Comites, nec non & universos fideles suos de eodem thesauro mirifice honoravit.* Postea Auctor iste barbarus, sed coævus mortem Hadriani Papæ narrat. Porro hujus Annalistæ verba exscripsit Chronographus Moissiacensis.

IX. *Hunni, seu Avares Baptismum suscipiunt.*

Eginhardus in Annalibus hæc addit: *Quamquam Saxones æstate præterita & obsides dedissent, & secundum quod jussi erant sacramenta jurassent, Rex tamen illorum perfidia non immemor. Conventum generalem trans Rhenum in villa Cuffenstein, qua super Mœnum contra Moguntiacum Urbem sita est, more solemni habuit, atque inde cum exercitu Saxoniam ingressus, pene totam populando peragravit.* Ad bellum illud provocatus est Carolus, quod Saxones ei auxilium contra Sclavorum, aut Hunnorum gentes præstare noluissent. Rerum in Saxonia præclare gestarum audita relatione, Alcuinus Epistolam CXII. ad Paulinum Forojuliensem Patriarcham scripsit, in qua ait: *Mirabiliter de Avarorum genere triumphatum est, quorum Missi ad Domnum Regem directi subjectionem pacificam & Christianitatis fidem promittentes. Et, si hoc Divina est præveniente Gratia, verum est, quis se servorum Dei tam pio & laudabili labori subtrahere debet, ut diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium?* In iisdem literis Alcuinus eidem Paulino bis se paulo ante scripsisse sic testatur: *Bonæ Vestræ Paternitatis paulo ante direxi cartulas, unam per Sanctum Episcopum Hilteiensem, aliam per Virum venerabilem Æricum Ducem*, seu Henricum Ducem, de quo anno sequenti sermo erit.

X.

Hadumarius sive *Hatumarus*, aut *Herimanus*

stribuit. Hæc Ado. ☞ Est de his mentio in epistola Albini Flacci ad Paulinum Patriarcham Aquileiensem, ubi hæc leguntur (*a*): *In cujus potentia, & gratia*, Dei scilicet, *mirabiliter de Avarorum gente triumphatum est. Quorum Missi ad dominum Regem directi subjectionem pacificam, & Christianitatis fidem promittentes. Et si hoc, divina cor praeveniente gratia, verum est: quis se servorum Dei tam pio, & laudabili labori subtrahere debet, ut diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium? Sed quamplurimorum in te, pater optime, oculi respiciunt; quid vestra veneranda sanctitas facere velit; quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientiæ decus suppetit, & auctoritatis excellentia tibi appetit, & cuncta conveniunt, quæ tali operi necessaria esse videntur*, &c. ☜

(a) Albin. ep. 61. t. 2. antiq. lect.

LXVI. Conversos vero post hæc Hunnos ad Christianam Fidem, ab eisque primam erectam Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, produnt Annales Hungarici. Oblationem vero Caroli ex thesauro Hunnorum ad basilicam sancti Petri Romam missam, in annum sequentem reiiciunt.

Sed & hoc ipso anno primum Episcopum datum Poderburnensi Ecclesiæ in Saxonia * Harimarum, Saxonem hominem, discipulum S. Burchardi, virum sanctitate clarum, produnt (*b*) Annales Saxonum. Verum qui prosecutus est res Saxonum, & ipsa Saxo antiquior scriptor res S. Liborii prosequutus, non hoc anno, sed longe postea, paucos ante annos obitus ipsius Caroli Magni, factum esse testatur.

* Hathumarum

(b) Crant. hist. Eccl. Sax. l. 2. c. 98.

Qui

PAGIUS *Episcopatus Paderbornensis instituitur.*

rus hoc anno primus Paderbornensis Episcopus apud Gobelinum Personam officialem Paderbornensem in Cosmodromio Æt.6.cap. XXXVIII. sic constituitur: [*e*] *Anno Domini DCCXCV. Carolus Ecclesia, quam in Paderborne fundavit, quemdam Canonicum Ecclesia Vuirzburgensis Hatumarum nomine, de Saxonia ortum, & tempore superiorum bellorum sibi a parentibus obsidem datum, præfecit Episcopum.* Idem habet Krantzius lib. 1. Metrop. cap. 2. porro eum Paderbornensis Episcopatus erectus est, *Buraburgensis* desiit, vel in illum potius coaluit, ut inquit Serarius Notat. XXIX. in Vitam Sancti Bonifacii. Postquam Carolus Magnus, ut scribit Ferdinandus Forstenbergius Episcopus Paderbornensis in Præfatione sui Operis gentem, in avita superstitione pertinacem, non sine multis expeditionibus & maximo labore ad religionem Christianam perduxit, nova in Episcopatus & Diœceses corpia distributio, & cuique limites designati. Baronius sermonem hic habet de bello ab Henrico Duce Forojuliensi adversus Avares gesto, sed illud ad annum sequentem differimus. Præterea dicit, Anonymum Scriptorem Translationis *Sancti Liborii* Cenomanensis Episcopi anno DCCCXXXVI. peractæ indicare Paderbornensis Episcopatus fundationem serius factam esse. Verum nihil in hujus Anonymi narratione habetur, quod Krantzii & Gobelini Personæ relationi adversetur.

NOTÆ [*e*] Quandoquidem pro definiendo anno instituti primitus Episcopatus Paderbonensis nonnisi recentiores scriptores Pagius offert, rem melius firmiusque offerere nunc juvat authoritate vetusti Scriptoris actorum S. Meinwerci Episcopi Paderbonensis, qui Vitæ cap. I. hac de re scribit: *Unde rex* (Carolus) *præposuit ei* (Paderbonensi ecclesiæ, quam ad id usque Wirciburgenses præsules curaverant) *præfata VVirciburgensis Ecclesiæ canonicum Hathumarum; cujus Pontificatus anno quarto, Dominicæ Incarnationis septuagesimo nonagesimo anno B. Petri Apostoli Vicarius Leo ejusdem nominis tertius .... Apostolica authoritate* (Episcopalem institutionem) *firmavit*. MANSI

ab omnibus quoad licet segregatus. Et acri solertia tua obliqua dirige, & aspera complana, pacisque nostræ conciliator esto, & quietis adjutor. Ut si quid hinc nobis commode extet, juste, atque ex ratione dispensetur. Hæc Theodorus, cujus verbis etiam intelligas quo sensu sit accipiendum quod dicunt ab eo excommunicatum fuisse Constantinum Imperatorem, non more Ecclesiastico, ut communione precum privatarum, vel publicarum privaret illum. Vel quod seipsum Theodorus separaverit, & ab Ecclesia, quod omnino factum negat, sed negaverit Imperatori communis vitæ usum, cujus rei causa (ut ait) latebat in angulo. Porro consobrinus Theodori Nicephorus, & alii affines, quod ea hujusmodi matrimonio Imperatoris cum Theodote ipsorum propinqua jam Augusta creata corradere magnum sperarent emolumentum: in Theodorum ista nihili facientem, sed adversantem commovebantur. At de his modo satis.

Hoc eodem anno, ut habetur ex Theophane, Joannes præficitur Episcopus Ecclesiæ Hierosolymitanæ.

LXV. Quæ hoc anno cesserint prospere Carolo.

Quod vero spectat ad res Occidentales, hoc ipso anno Carolus Magnus desertores Christianæ religionis Saxones, rebellantes, cum exercitu adversus eos profectus coercuit. Ubi dum manet, excipit Legatos Hunnorum, sive Avarum Regis Theodonis, sive Thuduini, qui se cum suis subjiceret Carolo, spondens, etiam Fidem Christianam omnes suscepturos. Addit his hæc Ado Viennensis: *Thuduin Princeps Avarum ad pium Carolum Regem se contulit: & cum populo suo credens, baptizatus, muneribus regiis donatus, fidelis rediit.* Sed id in annum sequentem rejiciunt alii, defecisseque eum a Christiana Fide suscepta, confirmant.

Carolus cumulat donis basilicam S. Petri.

Bellum vero adversus Hunnos, sive Avares per Henricum Ducem Forojuliensem gestum, testatur Ado, *per cumque debellatos, atque avitis thesauris spoliatos, quos (idem inquit) pio Regi Carolo postmodum misit. Et ille Deo gratias referens, ad Memoriam sanctorum Apostolorum partem inde misit, partem officialibus Regni, & Ecclesiis aliis distri-*

PAGIUS VIII. *Annus XXV. belli Saxonici.*

Ad num. LXV. & seq. *Hunni* jam pene a trecentis annis Romanos afflixerant & expoliarant, sed cum Carolus decrevisset eos debellare, *Theodo* vel *Thudo* aut Todanus eorum Rex ad eum venit, seque cum suis fidem Christianam suscepturum spopondit, ut narrant Chronographus Moissiacensis, & Annalistæ Loiselianus, Bertinianus, aliique cum Eginhardo in Annal. Audiendus Annalista Anonymus, qui ab anno DCCXCIV. *usque* ad annum DCCCIII. res a Carolo Magno gestas prosecutus est, extatque lib. 2. Biblioth. Cæs. cap. 5. *Aquis-Palatio Domnus Rex celebravit Pascha, & infidelitas, unde consueverat, a parte Saxanorum* (pro Saxonum) *exorta est; quia, cum Domnus Rex super alias gentes venire voluisset, nec ipsi ad eum pleniter venerunt, nec ei solatium, ut ipse jusserat, transmiserunt. Tunc iterum cognita infidelitate eorum, Rex cum exercitu suo super eos veniens, alii ei pacifice obviam venientes ex parte Saxanorum, & cum eo in solatio suo ipsum iter expleverunt; & ipse cum exercitu suo ad Albiam* (idest, ad Albim fluvium) *pervenit, sed alii circa paludes Albim & in Vuihmuodingas ad eum pleniter non venerunt. Domnus Rex tamen residens apud Bardunvvich tantam multitudinem obsidum inde tulit, quantam nunquam in diebus suis, aut in diebus patris sui, aut in diebus Regum Francorum inde aliquando tulerunt. Sed & tunc omnes ad eum venientes, excepto his* (pro exceptis his) *quos jam supra commemoravimus, & hi, qui trans Albe* (id est Albim) *erant; ipsi ad eum pleniter adhuc non venerunt, eo quod Vassum Domni Regis* (seu Vassallum ac Clientem) *Vvizzan Regem Abotridarum occiderunt; ideo non credebant, quod in gratia ejus pervenire potuissent. Cæteri autem ad eum omnes pacifice venerunt, & jussionem suam promittentes implere, & ita Domnus Rex iterum credens eis nullum voluntate interficiens fidem suam servando. Tunc ad Aquis Palatio* (id est, ad Aquisgrani Palatium) *de terra Avarorum Regulus quidam, nomine Todanus, ad Domnum Regem veniens cum Comitibus fuit; quem Domnus Rex honorifice suscepit, & baptizari jussit, & eos qui cum eo venerunt, & eum magno honore & donis eum remeare fecit ad propria. Et in eo anno a parte Avarorum venerunt thesauri, magna multitudo; pro quibus Domnus Rex Omnipotenti Regi gratias agens, distribuit ipsum thesaurum inter Ecclesias, Episcopos seu Abbates & Comites, nec non & universos fideles suos de eodem thesauro mirifice honoravit.* Postea Auctor iste barbarus, sed coævus mortem Hadriani Papæ narrat. Porro hujus Annalistæ verba exscripsit Chronographus Moissiacensis.

IX. *Hunni, seu Avares Baptismum suscipiunt.*

Eginhardus in Annalibus hæc addit: *Quamquam Saxones æstate præterita & obsides dedissent, & secundum quod jussi erant sacramenta jurassent, Rex tamen illorum perfidiæ non immemor, Conventum generalem trans Rhenum in villa Cuffenstein, quæ super Mœnum contra Moguntiacum Urbem sita est, more solemni habuit, atque inde cum exercitu Saxoniam ingressus, pene totam populando peragravit.* Ad bellum illud provocatus est Carolus, quod Saxones ei auxilium contra Sclavorum, aut Hunnorum gentes præstare noluissent. Rerum in Saxonia præclare gestarum audita relatione, Alcuinus Epistolam CXII. ad Paulinum Forojuliensem Patriarcham scripsit, in qua ait: *Mirabiliter de Avarorum genere triumphatum est, quorum Missi ad Dominum Regem directi subjectionem pacificam & Christianitatis fidem promittentes. Et, si hos, Divina eos præveniente Gratia, verum est, quis se servorum Dei tam pio & laudabili labori subtrahere debet, ut diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium?* In iisdem literis Alcuinus eidem Paulino bis se paulo ante scripsisse sic testatur: *Binas Vestræ Paternitatis paulo ante direxi cartulas, unam per Sanctum Episcopum Hislelensem, aliam per Virum venerabilem Æricum Ducem*, seu Henricum Ducem, de quo anno sequenti sermo erit.

X. *Hadumarius* sive *Hatumarus*, aut *Herimarus*

Digitized by Google

stribuit. Hæc Ado. ☞ Est de his mentio in epistola Albini Flacci ad Paulinum Patriarcham Aquileiensem, ubi hæc leguntur (*a*): *In cujus potentia, & gratia*, Dei scilicet, *mirabiliter de Avarorum gente triumphatum est, Quorum Missi ad dominum Regem directi subjectionem pacificam, & Christianitatis fidem promittentes. Et si hoc, divina eos præveniente gratia, verum est: quis se servorum Dei tam pio, & laudabili labori subtrahere debet, ut diaboli diruatur sævitia, & Christi Domini crescat servitium? Sed quamplurimorum in te, pater optime, oculi respiciunt; quid vestra veneranda sanctitas facere velit; quia & vicinitas locorum tibi competit, & sapientiæ decus suppetit, & auctoritatis excellentia tibi appetit, & cuncta conveniunt, quæ tali operi necessaria esse videntur, &c.* ☜

(a) *Albin. ep. 61. t. 2. antiq. lect.*

LXVI. Conversos vero post hæc Huonos ad Christianam Fidem, ab eisque primam erectam Ecclesiam sanctæ Dei Genitricis Mariæ, produnt Annales Hungarici. Oblationem vero Caroli ex thesauro Hunnorum ad basilicam sancti Petri Romam missam, in annum sequentem rejiciunt.

Sed & hoc ipso anno primum Episcopum datum Paderburnensi Ecclesiæ in Saxonia * Harimarum, Saxonem hominem, discipulum S. Burchardi, virum sanctitate clarum, produnt (*b*) Annales Saxonum. Verum qui prosecutus est res Saxonum, & ipse Saxo antiquior scriptor res S. Liborii prosequutus, non hoc anno, sed longe postea, paucos ante annos obitus ipsius Caroli Magni, factum esse testatur.

* Hathumarum

(b) *Crant. hist. Eccl. Sax. l. 2. c. 15.*

Qui

PAGIUS *Episcopatus Paderbornensis institutitur*,

rus hoc anno primus Paderbornensis Episcopus apud Gobelinum Personam officialem Paderbornensem in Cosmodromio Æt.6.cap. XXXVIII. sic constituitur: [1] *Anno Domini DCCXCV. Carolus Ecclesiæ, quam in Paderborne fundavit, quemdam Canonicum Ecclesiæ Vuirzburgensis Hatumarum nomine, de Saxonia ortum, & tempore superiorum bellorum sibi a parentibus obsidem datum, præfecit Episcopum.* Idem habet Krantzius lib.2. Metrop. cap.2. porro cum Paderbornensis Episcopatus erectus est, *Buraburgensis* desiit, vel in illum potius coaluit, ut inquit Serarius Notat. XXIX. in Vitam Sancti Bonifacii. Postquam Carolus Magnus, uti scribit Ferdinandus Furstenbergius Episcopus Paderbornensis in Præfatione sui Operis gentem, in avita superstitione pertinacem, non sine multis expeditionibus & maximo labore ad religionem Christianam perduxit, nova in Episcopatus & Diœceses cœpta distributio, & certi eoique limites designati. Baronius sermonem hic habet de bello ab Henrico Duce Forojuliensi adversus Avares gesto, sed illud ad annum sequentem differimus. Præterea dicit, Anonymum Scriptorem Translationis *Sancti Liborii* Cenomanensis Episcopi anno DCCCXXXVI. peractæ indicare Paderbornensis Episcopatus fundationem serius factam esse. Verum nihil in hujus Anonymi narratione habetur, quod Krantzii & Gobelini Personæ relationi adversetur,

NOTÆ [1] QUandoquidem pro definiendo anno instituti primitus Episcopatus Paderbonensis nonnisi recentiores scriptores Pagius affert, rem melius firmiusque efferere nunc juvat authoritate vetusti Scriptoris actorum S. Meinwerci Episcopi Paderbonensis, qui Vitæ cap. I. hæc de re scribit: *Unde rex* (Carolus) *præposuit ei* (Paderbonensi ecclesiæ, quam ad id usque Wirciburgenses præsules curaverant) *præfata VVirciburgensis Ecclesiæ canonicum Hathumarum; cujus Pontificatus anno quarto, Dominicæ Incarnationis septuagesimo nonagesimo nono B. Petri Apostoli Vicarius Leo ejusdem nominis tertius .... Apostolica authoritate* (Episcopalem institutionem) *firmavit*. MANSI

JESU CHRISTI ANNUS	LEONIS PAP. III. ANNUS	CONSTANT. SOLIUS IMP. ANNUS
796.	1.	7.

I. Persecutio Const. Imp. adversus Monachos.

QUi sequitur annus Redemptoris septingentesimus nonagesimus sextus; Indictione quarta signatur, cujus initio ab Imperatore Constantino decernitur exilium Theodoro Studitæ, & aliis sanctis monachis, a quibus Justissime (ut par erat) redargutus esset, quod dimissa legitima coniuge, aliam præter jus fasque sibi matrimonio copulasset. Scribit ipse Theodorus ad Platonem de suo exilio epistolam tertiam ordine positam in antiquo codice Columnensis bibliothecæ, ex qua hic describamus ea, quæ ad rem spectare videntur. Incipit ipsa: *Profluunt mihi lacrymæ ante verba &c.* Quibus declarat lætitiam, quam acceperat ex ejusdem Platonis litteris. Et post alia: *Et quoniam distincte narrare me jubes ab illa die, qua luctuosam separationem sustinuimus, totum iter nostrum, tum quæ in eo nobis contigerunt: equidem impar sum; aggrediar tamen impigre quod jubes. Illo ergo die, quo abiisti tu quidem, pater, ad mortem tua voluntate: missi & nos in exilium sumus, obviis (ut res tulit) jumentis subiecti. Et primum quidem, tamquam harum rerum rudes, atque inexperti, nonnihil animo consternati sumus. Attulimus enim ad pagos quosdam, spectaculum facti omni hominum sexui, & ætati: ubi tumultu, clamoribusque impletæ nobis aures fuerunt, cum solverent, & subsisterent ad comparanda victui necessaria, qui nos ducebant. Postquam assuefacti tamdem fuimus, facilius, & lenius ferre cœpimus adversa. Omnium porro maxime nos angebat patris, & domini diaconi infirmitas. Atque hoc modo tristes, & exhausti iter confecimus.*

Theodorus Studita cum suis exulat.

II. Theodori exulantis iter celegitur.

II. *Mansiones autem hæ fuerunt, a Casbaris ad Libiana, inde Leucas, tum Phyrnum. Quo in loco lugubre quiddam nobis accidit. Cum enim ex improviso se obtulissent quidem ex primariis fratribus, ovium instar dispersarum, circumsederunt nos flentes, & corda nostra conficientes. At ductor noster nec alloqui eos sinebat. Ita miserum in modum aspectantes mutuo, & Vale dicentes, cum lacrymis tamdem divulsi, & separati fuimus. Deinde Paulam ducti invenimus venerandam sororem tuam cum domino Sabba, & clam venimus in conspectum; totamque noctem congruo sermone duximus: tum invicem tamquam morti addictos salutantes, discessimus cum gemitu, & ejulatione. Ac tunc videre erat convulsa pectora, & fatiscentia, cum decenter victa cederet natura. Ex hoc loco digressi, substitimus in Lupadio, ubi peramanter ab hospite habiti fuimus, balneoque usi propter vibices: nonnullis enim pene insanabiles evaserunt ex itineris agitatione. Et divertimus Telin. Illic ergo assecutus nos Abbas Zacharias cum Pionio, pro animi ardore nobiscum venire, cupiebant, sed permissum id eis non fuit. Inde Alcerizam, tum ad Anagegrammenos, deinde Perpetrinam, atque illinc Parium, cum Episcopis communicantes, & de jurejurando modeste admonentes. Post hæc Horcum, inde Lampsacum, ubi Heracleotas nacti, triduo hæsimus, navigare non valentes.*

III. Navigatio Theodori exulantis.

III. *Deinde solventes appulimus Abydum, a Præside humaniter excepti; cumque ibi usque ad Sabbatum octo dierum spacio mansissemus, vela fecimus ad Eleuntes, ubi hebdomadem commorati, quod navigare non posset, secundo vento flante, pervenimus in Lemnum novem horarum velificatione. Orationem hic moratur pietas Episcopi, qui me (si quis alius) benigne suscepit, consolatus est, & viatico instruxit. Inde ergo soluta navi, non sine metu, propter finitimam gentem, in adversam oram, valido spirante Borea, transmisimus, centum quinquaginta millium pelagus duodecim horis emensi, appulimus Canastrum in finibus Thessalonicæ, deinde Palenam Sinui contiguam. Tum ad portum, ex quo in animalibus iterum sedentes, in urbem ingressi sumus Sabato die, festo Annuntiationis, hora tertia. Qualis vero ingressus? neque hoc præterire fas est.*

Præmissus a Præfecto unus ex primoribus cum militu manu, ad Orientalem portam expectabat. Et appropinquantibus nobis, occurrerunt recta acie, sileatio, & clausis post ingressum nostrum portis, per forum nos duxerunt celebri pompa, in oculis eorum, qui ad spectaculum actur.

Pervenit Theodorus ad locum exilii.

PAGIUS SÆC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXXIV. Anno Hegiræ CLXXX. inchoato die 25. Mart. fer. 3. A. C. 796.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6289.

☉ 25. CB. ☽ 18. P. 3. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 796.

LEONIS III. PAPÆ 22.

CONSTANTINI IMP. 25. & 17.

SOLIUS 7.

I. S. Theodorus Studita in exilium missus.

I. A Num. I. ad VIII. *Sanctus Theodorus* Studita, qui redarguerat Imperatorem, quod dimissa legitima conjuge aliam sibi copulasset, hoc anno in exilium missus est, ut recte ostendit Baronius ex ejus literis ad *Sanctum Platonem* datis, quæ apud eum legi possunt.

curreranr, perduxeruntque ad Præsidem. O præclarum virum! placidum enim vultum nobis exhibens, cum prostratus salutasset, mite nos sermone affatus est, misitque ad Archiepiscopum, precibus ante fusis in S. Sophia. Ubi ergo in oratorio suo precatus est sanctissimus, excepit nos, & opipare tractavit, consentaneis verbis alloquens, tum balneo, cibisque reficiens, ac restituens. Postridie mane abducti sumus, & per speciem quasi ad S. Demetrii precum causa duceremur: separaverunt nos omnes, orantes mutuo, & Vale dicentes. Nos vero fratres duos, cum in hunc, in quo nunc dego, locum perduxissent, sejunxerunt, flebiliter amplectentes mutuo, adeo ut spectantium nonnulli misericordia commoverentur. Sic se habent res nostræ, pater, & ego vitam hic ago luctuosam, & lamentabilem, &c.

IV. Porro non his tantum cruciabatur Theodorus, sed maximopere eum angebat cura suorum, quos reliquerat: quorum muniendorum causa sanctus Plato monuit ipsum, ut hortatorias litteras ad se ipsum daret, quibus reliqui commoneri potuissent, ne timore, vel blanditiis a cœptis aliquando desisterent, & Imperatori assentirentur. Præstitit id egregie Theodorus, ad eumdem Platonem eo argumento epistolam verbis istis conscribens:

(a) Theod. ep. 1. in Cod. Columna.

Platoni patri spirituali Theodorus. (a) Quibus verbis te affabimur, pater dulcissime, sanctis visceribus tuis orbati? Quid læti, aut jucundi loquemur? neque tuum luctuosa, & tristia, quasi acerbe ferentes hoc, quod exilium existimatur; quod nos a te didicimus non agnoscere, ut qui incolæ simus universæ terræ; sed illud solum, quo quis a Deo per cujuslibet ejus mandati prævaricationem excidit, longeque projicitur. Quapropter gaudemus sane, & lætamur, quod quamvis indigni cælo, & terra simus: tecum tamen spirituali patre nostro digni habiti sumus, qui pro ejus mandato hæc pateremur, tuaque secundum carnem consuetudine privaremur. Cæteroqui enim nobiscum semper es, pater, in oculis, atque ore omnium nostrum. Ecqui aliter vivere possimus, nisi a te sanctarum precum præsidio tegamur, & a malo servemur innoxii? Seorsim abjuncti, ac segregati omnes fuimus, salvi tamen omnes, atque integri, ac stabiles permansimus. Et quamquam parva quædam incommoda in via pertulimus, nonnullis nostrum etiam morbo affectis: ille nihilominus qui dixit: Respicite volatilia cæli, & lilia agri, qui minime fallit in promissis suis, incolumes nos tandem præter spem nostram huc perduxit, ad ærumnæ nostræ commiserationem incolarum corda inflectens, sed potissimum Archiepiscopi.

V. *Reliqua vero una est cura nostra, & assidua meditatio, cum prolixis precibus & immeritis, ut ipse corroboreris, pater desiderabilissime, & in instituta pro veritate Dei confessione fixus, atque immobilis maneas, nihil trepidans, aut animum conturbans ad eorum insultus, qui certaminum gloriam, quæ pro pietate cum divina gratia obiisti, evertere conantur. Sparsa enim ubique fama est, omnesque propemodum homines stupore complevit, & cornu salutis erexit in Christianis, infamiam auferens ex ordine monachorum. Atque hoc, scio, unusquisque fatebitur compos rectæ mentis vivere Christum in nobis, & regnare, eique obedire nos magis, quam hominibus, quos creavit, at non contemnatur, sed glorificatur ab eis. Omnia ergo tibi perspecta sunt: scis quid facto opus: commonitione nostra non eges, veruntamen hæc ita nos scribere præcepisti. Quare noli hominem timere, pater, aut hominum vexationes. Nosti sanctos, cum umbram, & somnium hæc ducerent, admirabiles cælo, terrisque extitisse. Modicum quæso laboremus: modicum adhuc sustineamus, & egregium cursum consummabimus. Jam corona texitur, merces æterna præparatur, & cælestis regis amicus, Sanctorumque particeps vocabere, & apud homines Confessor. Sic, sic, oro, atque obtestor paterna viscera mea. Esto nobis fortitudo, patientia, constantia. Tu enim pater, si steteris, nos imbecilles filii tui valentiores mox reddemur, & viriles animos capiemus, casus omnes pariter feremus, Dei virtute, ac precibus tuis: a Deo siquidem est hic secessus, sic approbante omnino res nostras, viresque suppeditante.*

Hortatio Theodori ad S. Platonem efficax.

VI. *Facundiam eorum, qui te a veritate dimovere conantur, haudquaquam formides, pater. Simplex sermo. Ait enim uspiam S. Epiphanius in oratione sua de Paschate, qualis sit homo, præterea, quæ in divinis litteris scripta sunt, consulens, ex corde loquitur, & enarrat mandata hominum: Et de his ipsis Apostoli verba producens: Licet, (b) inquit, Angelus de cælo sit, Anathema illi. Quo autem numero illud censebimus: (c) Sacerdotes mei contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea? Quod Prophetæ dictum usurpans Theologus in magno Apologetico hæc addit: Profana, & sacra non distinguebant, sed omnia illis communia erant. Quam multa sunt alia si quis audire velit? Desinant ergo, qui falsis sermonibus pervertunt Dei veritatem, sibique ipsis attendat. Nos enim, cum perspicuum sit mandatum, & ignem æternum prævaricantibus minetur, nequaquam cedemus humanis terroribus, aut suppliciis, per suscepta pro veritate certamina. Quin si sanguinem profundere opus sit, lubentes, atque hilares*

(b) Gal. 1.

(c) Ezech. 22.

res profundemus. Deo nos per sanctas preces suas corroborantes.

Hortatur Euthymium fratrem. *Viriliter age, & tu domine frater Euthymi, bonum certa certamen, ne deseramus nos lux mea, & viscera mea, nec pro exiguo, & brevi lætitiæ fructu beatam vitam amittamus, ne præsentium rerum jucunditate capiaris, neve ad tribulationes fucrumbae, frater, noli terga dare. Gavisus est Christus, videns te sua causa flagellatum. Cave illum contristes, dilecte mi, vel collætantes Angelos, vel dominum Patrem, vel quæ nos Spiritu sancto enixa est, venerandam matrem, vel fratres tuos omnes meque præcipue, quem amare te dicis. Tres sumus carne fratres, simus & spiritu, ne violemus sacrum, & divinum numerum. Exponamus nos ipsos pro Dei mandato ad supplicium, ut in æternum vivamus.*

VII. *Quod superest, soliciti etiam, pater, sumus de reliquis fratribus nostris dulcissimis, quam recte illos Dominus direxerit. Hoc enim peccatores oramus, ut ipse illorum curator sit, dispensator, & ductor, prout ipse novit, & jubet, res illorum administrans. Revera enim uberes lacrymas pro illis fundimus, semper in oculis nostris illorum vultus versantur, dum eorum preces imploramus subsidio negligentiæ nostræ. Veruntamen tu pro omnibus precare, pater, ut patientiam adipiscamur, felicitatem, præsidium a Deo, & auxilium adversus diaboli tentationes, & quod Deo placuerit, ut te in carne, aut alios fratres nostros videamus. Fiat, Fiat. Quæsumus, & audemus, ex nobis salutare dulcem fratrem nostrum, si tecum est, aut si quis alius fratrum nostrorum, quisquis erit, cui nuntiabis. Salutat mecum sanctam animam tuam dominus diaconus, & pater noster egregius frater meus, & filius tuus œconomus, cæteri honorandi fratres, & desiderandi. Ora pro nobis, pater, enixe, & incessanter.* Hucusque Theodori ad Platonem epistola. Cui & alium addidit haud absimilis argumenti, cum responsum ad priores litteras nondum accepisset. Est ipsius exordium ejusmodi: *Jam iterum scribo ad dominum, & patrem meum: nec scio an litteras meas acceperis, &c.* Sic Theodorus, qui suo exemplo alios docuit, quid Deo gratum facere deberent, eosdem suis litteris continet in officio. Protectus ipse a Deo, quousque in sacrarum legum contemptorem Imper. Deus ulcisceretur, secundum illud Davidicum: (a) *Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, ut mitiges ei a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.* Quod perficere haud diu moratus est.

(a) Psal. 93.

VIII. Hoc siquidem anno a matre Irene Constantino Imperatori parantur insidiæ, quibus tamdem sequenti anno tentus, orbatus oculis, ac simul vita fuit. Scelus plane execrandum, nisi (quod multi excusant) justitiæ eam zelus ad id faciendum excitasset, quo nomine eadem post hæc meruit commendari. At non fuit matris jussio, ut ista pateretur, sed ut teneretur, nec amplius imperaret, tamquam si e manu furiosi gladium auferret. Docuit Christus verbis suis summæ pietatis genus esse in hoc adversus filium esse crudelem, ipso dicente (b): *Qui diligit filium suum plusquam me, non est me dignus. Non veni pacem mittere, sed gladium, veni separare filium a matre.* Cum jam olim Dei præcepto justæ sint armatæ manus parentum in filios, abeuntes post deos alienos, illisque necatis, qui hoc fecerunt Moysis ore laudati, ita dicentis: (c) *Consecrastis manus vestras hodie Domino unusquisque in filio & patre suo*, quos occiderunt, *ut detur vobis benedictio.* Plurimum quidem interest quo quis aliquid animo agat. Si enim regnandi cupidine Irene in filium molita esset insidias, destabilior Agrippina Neronis matre fuisset, cum illa suæ quoque vitæ dispendio filium imperare maluisset: nam illa fatidico prædicenti, fore, ut si imperaret, matrem occideret, respondisse fertur; *Occidat, modo imperet.* Contra vero quod ista religionis causa, amore justitiæ in filium perpetrata credantur, ab Orientalibus nonnullis, qui facto aderant, viris sanctissimis eadem post hæc meruit præconio celebrari, ut suis locis dicturi sumus. Modo autem exordium magnæ tragœdiæ, seriem rei gestæ anni hujus a Theophane narratam sic accipe:

Constantinus Imper. excæcatur.

(b) Matt. 10.

(c) Exod. 32.

IX. *Anno septimo Imperii sui, mense vero Septembri, ingressus est Imperator cum matre sua, ut calefieret apud Prusam* (erant ibi balnea, ad opus parata) *Octobri vero mense natus est Imperatori filius, quem cognominavit Leonem. Quæ cum cognovisset Imperator, derelicta matre apud Thermas una cum ordine regis universo, atque Principibus, cursim in urbem regressus est. Quapropter hujus mater spacio reperto: allocuta est, & subtraxit muneribus, & promissionibus agminum principes, ut deponeretur filius ejus, & ipsa singulariter imperaret: & alios horum per seipsam & alios per homines suos blandiens, attraxit ad se omnes, & præstolabatur congruum invenire diem.* Hactenus de his, quæ præsenti anno sunt inchoata, quæ vero sequenti sunt consummata, suo loco dicturi sumus.

Mater filio molitur insidias.

Hoc

X. S. Euphemiæ reliquiæ repertæ.

Hoc eodem anno, Indictione quarta, qui & vigesimus secundus inchoatos numeratur ab obitu Copronymi, delatum est Constantinopolim ex Lemno insula corpus S. Euphemiæ, quod ipse testatur qui interfuit Theophanes, qui ait: *Hoc stupendum, & dignum scriptura miraculum post viginti duos annos post iniqui Principis mortem*, Copronymi scilicet, *una cum piissimis Imperatoribus, & Tarasio sanctissimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis amplexi sumus, licet indigni, magnam gratiam promerentes*. Hæc Theophanes post annum vigesimumsecundum ejusdem Constantini Copronymi, quo ejusdem Martyris capsam venerandum corpus continentem, in mare fuisse projectam affirmat. Qui autem rem gestam fusius descripsit ejusdem temporis auctor, sic narrat (a): *Post ejus projectionem in mare, & delationem in insulam Lemni enarratam, sic prosequitur de translatione facta Constantinopolim historiam*,

Restituitur templum S. Euphemiæ.

Ubi pia Imperatrix divino zelo incitata, cœpit omnia readificare: Fractum templum benedictæ Euphemiæ ante alia omnia contendit rursum ædificare, & ornare. Quod etiam fecit: & cum id omni pietate ornasset: effecit, ut in eo offerretur incruentum sacrificium. Et Chalcedoni statuit Episcopum: erat enim ad hoc usque tempus vidua propter injuriam ei illatam ab impiis Imperatoribus, qui beatæ Euphemiæ memoriam, & civitatem delere statuerant. Atque divino quidem zelo mota pia illa Imperatrix de reliquiis beatæ Euphemiæ satagebat, & erat solicita. Et cum omnes ad quærendam hanc rem sanctam adhortaretur: ei, qui facit voluntatem eorum, qui ipsum timent, & implet consilia eorum, qui ipsum invocant, placuit benedictæ Euphemiæ aperire reliquias eo modo qui est a nobis declarandas.

XI. *Annis præteritis fuerant in eo loco occultæ, & tectæ silentio, omnibus insulæ incolis maximam in eis fidem habentibus, & hoc arcanum conservantibus, partim propter tyrannorum insolentiam, partim autem ne agnoscerentur, & ab eis auferrentur hujus quæ multa, & præclara subiit certamina reliquiæ. Cum autem insignis, & benedictæ Martyris Euphemiæ miracula in omnem partem pervaderent, magnaque advenarum multitudo ad reliquias conveniret: repente quidam ex proceribus, nempe ex Apocrysariis, ut ita inquam, qui dant responsa, mittitur ab Imperatore in Occidentem, venitque Lemnum, & contemplatus populi multitudinem, & ea, quæ fiebant miracula, cum veluti quadam hostili invidia illum scelestum invasisset: rogavit quænam hæc esset populi congregatio, & quænam ea, quæ fiebant. Cum autem recte didicisset: cœpit vociferari & terrere eos, qui illic conveniebant, populos, sic dicens: Ossa rursus habentur in honore? sic docent Imperatores? & multum minatus, diruit domunculam, in qua jacebat loculus benedictæ Euphemiæ. Cumque hæc fecisset, fremens recessit. Illinc factum est, ut damnum Martyr acciperet, & ejus corpus vilipenderetur.*

Hagiomachus spernit reliquias S. Euphemiæ.

XII. *Sed quoniam ubi vult Deus, vincitur ordo naturæ, & perit omnis humana ratio, & inventio, hoc accidit. Contigit enim ut per successionem ad quemdam virum bonum perveniret benedictæ Euphemiæ habitaculum, & oratorium, in quo positæ erant venerandæ hujus Martyris reliquiæ. Erat autem eis marmor impositum, quod illi pii naucleri imposuerant, inscriptum tali inscriptione:*

NOS SERGIVS ET SERGONAS NAVIGANTES PER HELLESPONTVM CVM EX PROFVNDO SVSTVLISSEMVS RELIQVIAS BENEDICTÆ ET SANCTÆ MARTYRIS CHRISTI EVPHEMIÆ EIVS JUSSU HIC DEPOSVIMVS.

Cum ergo per successionem hujus loci hæres fuisset Anastasius Comes clarissimus, accidit, ut quorumdam æmulatione falsis appeteretur maledictis, & a sua di-

(a) Apud Metaphr. die 13. Jul. Lip. c. 6. ead. die.

PAGIUS II. Inventio Reliquiarum S. Euphemiæ.

A num. X. ad XVI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLVIII. qui Kalendis Septemb. anni Christi DCCLXV. inchoatur, scribit de Constantino Copronymo: *In eos, qui venerarentur Sanctorum Reliquias velut in impios, bonorum proscriptiones, exilia, supplicia comminabatur. Ubicumque Reliquiæ Dei quam maxime favorem conciliantes, tanquam pretiosus possidentium thesaurus habebantur, eas quam citius de reliquo non videndas e medio tollebat. Quidpiam hujusmodi in pretiosissimum celeberrimæ Martyris Euphemiæ corpus irreligiosus Imperator exercuit, ubi nimirum illud in maris profundum cum ipso loculo demersit, Martyrem sub Christianæ plebis conspectum sanctis unguentis exsudantem videre, ac ita delirans contra Sanctorum preces deblaterans coarguentem non ferens. Deus autem, qui ex Scriptura verbis ossa sibi placentium custodit, illæsum illud servavit, ipsum ad Lemnum insulam enatare faciens. Ad littus quippe projectum per nocturnam visionem tolli commonuit, & occultum teneri. Sub pientissimis vero Impp. Constantino & Irene, Indictione quarta* (a Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoata) *cum debito honore in proprium sibi templum denuo relatum est. Ille quidem communis Ecclesiarum hostis ædem illam sacram profanatam, armamentum fecerat, & stercoribus excipiendis male dicaverat; locum autem expurgatum & expiatum denuo Ecclesiam consecraverunt; cum, urgenda Constantini unius impietati, tum alterius in Deum religionis demonstranda*

Digitized by Google

Anastasius comes possidet sacras reliquias.

gnitate excideret. Is vero nihil cunctatus, venit Constantinopolim, volens in suum restitui Comitatum. Cum autem (ut solet unusquisque) quæreret aliquem invenire, qui eum sua intercessione defenderet apud Imperatorem: quidam ei dixerunt, Chalcedonensem Metropolitanum ad id fore idoneum, ut qui possit libere, & fidenter loqui, & majora sustineat, & defendat negotia.

XIII. *Cum ergo de eo interrogasset, invenit illum in palatio. Et cum ad ejus pedes procidisset: renuntiavit ei propter quam causam adsit, rogans ut sit ei intercessor, & adjutor. Contra autem dicebat Metropolitanus, se id non posse facere. Postquam ergo eum dimisit, ingressus est in partem ædis Episcopatus, in qua est etiam templum benedictæ Euphemiæ. Prope autem eum secutus est vir, divina motus providentia. Templum vero Comes ingressus, cum Deo divinam emisisset orationem, sedit in quodam loco. Ad eum autem accedens supradictus vir, qui erat unus ex clericis templi, & cui sua vice creditum erat officium, rogavit cujus, & quisnam esset. Ille autem ei illico exposuit, cujusnam esset, & quæ ei molesta acciderant. Rogavit autem Comes clericum, cujusnam esset hoc templum. Is vero dicit Benedictæ Euphemiæ. Ille autem respondens, & sincerissime manum pectori admovens, inquit: O meam omni ex parte benedictam Euphemiam! Ei vero rursus dicit clericus: Quemadmodum dixisti, tuam esse benedictam Euphemiam? Ille autem respondens, dicit: Domi meæ & in oratorio meo ejus venerandas teneo reliquias. Et is rursum: Quomodo, inquit, fieri poterit? Vide o homo, ne forte loquaris contra teipsum, nec eas possis ostendere. Nam Augusta & Imperator eas curat diligenter quærendas. Quare Metropolitano quoque ea de causa jussere facere supplicationes. Ille autem rursus: Pro certo habeat tua reverentia, quod reliquiæ beatæ Euphemiæ, quæ erant Chalcedone, sunt apud me.*

Produntur reliquiæ S. Euphemiæ.

XIV. *Sic confirmatus clericus & lætus & exultans renuntiat Andreæ sanctissimo Metropolitano, gratulans, & Dei prædicans magnalia. Qui cum statim accersisset Comitem, & ab eo fuisset factus certior: dedit gloriam Deo omnipotenti. Surgens autem profectus est ad Tarasium sanctissimum Patriarcham, & ei narravit omnem rei seriem. Tunc profectus est sanctissimus Patriarcha ad Imperatricem, & ejus filium Constantinum, qui erat Orthodoxus, & amicus Martyrum, & exposuit omnia, quæ facta fuerant. Qui rem admirati, quæ erat præter opinionem: laudibus, & hymnis Deo emissis, magno sunt affecti gaudio. Et scapha quamprimum expedita miserunt Comitem suæ dignitati restitutum, donatumque muneribus, & insignes quosdam clericos ex templo benedictæ Euphemiæ. Cum ipsi autem in Lemnum descendissent: congregati sunt illic qui circumcirca habitabant, in ira & indignatione, nolentes dimittere eos, qui missi erant ab Imperatore, reliquias benedictæ Euphemiæ. Qua de re cum non levis exorta esset perturbatio: videns Lemni sanctissimus Episcopus populi motum progredi; surrexit, & ingressus est in medium eorum, vociferans, & dicens: Cedite o homines: eorum enim, quæ fiunt, nihil fit sine Dei nutu. Sic omnino Deo visum est. Vitemus itaque Regis indignationem: (a) Ira enim Regis est tamquam ira leonis.*

Res delata ad Imperat.

(a) Prov. 19.

XV. *Hæc cum dixisset, & plura alia, vix sedavit multitudinem ne iis, qui venerant, aliquid mali facerent & dicto Comiti. In eum enim concitatus erat populi animus clamantis: Per ipsum proditus est noster thesaurus. Tunc ergo cesserunt, & traducti sunt ad pacem, & Deo dederunt gloriam, & laudem Martyri, concedentes volentibus benedictæ Euphemiæ venerandas reliquias. Quas cum accepissent, qui ad eas missi fuerant, tulerunt Constantinopolim, tota civitate, & imperatrice, & sanctissimo Patriarcha egressis obviam. Cum eis ergo obviam processissent, & complexi essent cum ea, cum qua par est glorificatione, deposuerunt in ejus templo, & in ea arca, in qua prius Martyr fuerat, unde profanus, & execrandus Imperator eam ablatam immisit in profundum. Ii autem, qui eas intulerunt Byzantium & proceres, & qui primas obtinebant apud Artubastinem, & filias Imperatoris, & alii plurimi diripuere reliquias. Quando etiam manum sanctam, quæ librum accepit, sublatam a Niceta Patricio cognomine Monomacho, qui in Sicilia insula Martyris templum extruxit, dicunt illic fuisse repositam. Hinc itaque factum est, ut, pauca quædam ossa capitis, quæ remanserunt, in ea, qua olim fuerant, arca, clauderentur cum aliis reliquiis: quæ etiam in hodiernum usque diem scimus servari in arcula. Arbitror autem in dicta quoque insula Lemno relicta, esse quasdam partes corporis.* Hucusque de his auctor historiam prosecutus, consentientem

Relatæ reliquiæ S. Euphemiæ Constantinopolim.

PAGIUS *do monimentum. Hoc porro mirandum & relatu dignum portentum a morte nefarii istius Imperatoris circa annos duos & viginti una cum piissimis Impp. & Sanctissimo Patriarcha nos ipsi conspeximus, & quamvis indigni, ea tamen gratia a Deo cumulati, illud venerati sumus.* Sanctæ Euphemiæ templi restitutionem, ejusque Reliquiarum Constantinopolim relationem recitat Baronius ex Auctore coævo, qui extat apud Metaphrasten ad diem XI. mensis Julii.

Ad

Google

tem iis, quæ Theophanes scribit, gloriatus se non solum vidisse, sed etiam easdem venerandas reliquias esse complexum.

XVI. Quod ad res pertinet Occidentalis Ecclesiæ, anni hujus principio, Leo Romanus Pontifex ubi sedere cœpit, nihil anti-

PAGIUS III. *Carolus Angilbertum ad Leonem mittit ad confirmationem præcedentium fœderum.*

Ad num. XVI. & seq. *Carolus* uno eodemque tempore & Hadriani Papæ mortis, & Leonis III. electionis nuncium accepit, ut demonstrat ejusdem Caroli ad Leonem Epistola, quæ est ordine LXXXIV. inter Epistolas Alcuini. Ex ea etiam intelligimus, Leonem III. ubi Pontificatum suscepit, certiorem ea de re reddidisse Carolum, hancque de Angilberto Romam cum muneribus ad Hadrianum mittendo cogitasse, cum lugubri mortis ujus nuncio *repente tardatum est iter illius*. Subdit Carolus: *Sed modo lætiores de vestra Sanctitatis successione facti, quod desideravimus in illo pio Patre agere, in vobis perficere studemus. Illique omnia injunximus, quæ vel nobis voluntaria, vel vobis necessaria esse videbantur, ut ex collatione mutua conferatis, quidquid ad exaltationem Sanctæ Dei Ecclesiæ vel ad stabilitatem honoris vestri, vel Patriciatus nostri firmitatem necessarium intelligeretis. Sicut enim cum Beatissimo Prædecessore Vestræ Sanctæ Paternitatis pactum inii; sic cum Beatitudine vestra ejusdem fidei & caritatis inviolabile fœdus statuere desidero. Quatenus Apostolicæ Sanctitatis vestræ, Divina donante gratia, Sanctorum advocata precibus, me ubique Apostolica benedictio consequatur, & Sanctissima Romana Ecclesiæ Sedes, Deo donante, nostra semper devotione defendatur. Nostrum est, secundum auxilium Divinæ Pietatis, Sanctam ubique Christi Ecclesiam ab incursu Paganorum, & ab infidelium devastatione, armis defendere foris, & intus Catholicæ fidei agnitione munire.*

IV. *Leo III. Vexillum S. Petri ad Carolum mittit.*

Ex his Caroli Magni literis liquet primo, Pontifices Romanos post suam ordinationem Legatos ad Francorum Reges tamquam ad Romanorum Patricios ac Defensores misisse. Secundo, *Carolum* a Leone III. per *Angilbertum* Legatum suum postulasse, ut Patriciatum suum confirmaret, quo Ecclesiam ab incursu Paganorum armis defendere posset, & Christianos in Catholicæ fidei communione continere. Tertio, *Vexillum* Romanæ Urbis a Leone Papa ad eum missum, & subjectionem Romanorum per sacramenta firmatam demonstrare Carolum, quæ per *Angilbertum* Legatum suum petierat, a Pontifice obtinuisse, non vero Leonem & Carolum Patriciatum in Dominationem vertisse, & supremæ Jurisdictioni, quam exercebant, proprietatem & Dominium Urbis tanquam Patricios adjunxisse, ut putavit Marca lib. 3. de Concordia cap. 11. num. 9. & cum eo Cointius hoc anno num. XXVI. & seqq. qui addunt, Romam usque ad præsentem annum Imperatoribus Constantinopolitanis paruisse. Eginhardus in Annal. hæc de Legatione Leonis Papæ ad Carolum scribit: *Leo per Legatos suos Claves Confessionis Sancti Petri, ac Vexillum Romanæ Urbis cum aliis muneribus Regi misit, rogavitque, ut aliquem de suis Optimatibus Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem atque subjectionem per sacramenta firmaret. Missus est ad hoc Engilbertus Abbas Monasterii Sancti Richarii. Per quem etiam tunc ad Sanctum Petrum magnam partem thesauri, quem Ericus Dux Forojuliensis spoliato Hunorum Regia, quæ Ringus vocabatur, eodem anno de Pannonia Regi detulerat, misit; reliquum vero inter Optimates & Aulicos, cæterosque in Palatio suo militantes, liberali manu distribuit.* Est hæc secunda Angilberti ad Leonem III. Legatio, uno eodemque anno ac prior obita. Leonem vero Vexillum Urbis Romanæ *Carolo* transmisisse scribunt etiam Annalistæ Loiselianus, Tilianus, Bertinianus & Metensis, ac Regino in Chronico, incertus Auctor & Monachus Egolismensis, uterque in Vita Caroli. Claves ex Confessione seu ex Sepulcro Sancti Petri acceptæ Christianis Principibus nimmitti consueverant a Pontificibus Romanis, ut docent Epistolæ Gregorii Magni, aliorumque Pontificum Romanorum. Sed Vexillum ab illis tantum mittebatur ad Patricios Romanorum, qui adversus Infideles Schismaticos aut hæreticos pugnaturi erant, ut supra ostendimus.

V. *Idque exemplo Defessorum factorum.*

Gregorius enim III. *Carolum Martellum* Romanorum Patricium eligens ipsi *Claves Confessionis Sancti Petri* misit, imo & Vexillum, ut ex iis, quæ in simili postea facta, deduximus. *Hadrianus* etiam Papa Vexillum Carolo Regi deferendum voluit, ut anno DCCLXXIV. probavimus; nec alio modo erga eum se se gerere debuit *Leo*, quando ille ab eo postulavit, ut idem pactum secum statueret, quod jam cum Hadriano inierat. Obtinuit itaque *Carolus* a Pontifice quod petebat, confirmationem nempe sui Patriciatus, ac tituli Protectoris Ecclesiæ Romanæ, non vero Dominium Urbis quod non petebat, & de quo in ultimis fœderibus cum *Hadriano* sancitis actum non fuerat, ut Marca & Cointius citati fatentur, qui ideo alias vocis τὸ *Vexillum* significationes ad id quod hoc anno peractum, transferre non debuere; cum eæ compati non possint cum his Caroli in sua ad Leonem III. Epistola verbis, *vel ad stabilitatem honoris vestri, vel Patriciatus nostri firmitatem necessarium intelligeretis.*

VI. *Leo & Carolus Urbis Domini dicti, sed diversa ratione.*

At, inquit Marca: Nullus Pontificum ante Leonem III. *Dominus Noster* inscriptus est, ut fatetur Alamannus (nempe Dissert. de Lateranensibus Parietinis cap. 12.) post illum, eo „ titolo in scriptis & in acclamationibus Pon„ tifices *Domini Nostri* apud Romanos audire „ cœperunt. Ad perpetuam hujus rei memo„ riam, Nomisma quoque cusum est: in cujus „ altera facie simulacrum Petri cum clavibus „ humero impositis, in aversa hæc inscriptio „ expressa, est. D. N. LEONI PAPÆ. Titulus „ Dominii vetat, ne Leoni I. tribui possit, „ ut placuerat illustrissimo Annalium Conditori „ (anno nempe CCCCLXI. n. XII.) *Dominus* „ quoque dicitur Carolus in hac inscriptione, „ unde fluxit, ut Paulus Diaconus, cum Bre„ viationem Festi Carolo nondum Imperatori „ dedicaret, *Romuleam vestram Civitatem* diceret. Ita Marca. Verum ante Leonem III. similia Numismata cudere potuere Stephanus II. & ejus Successores, quia ii non minus quam Leo III. Supremi Urbis Domini fuere, quod non video in posterum in dubium revocari posse. *Dominus* etiam Carolus appellatus, sed alio titulo, quia nempe Romanorum Patricius erat, & eo titulo Jurisdictionem in Urbe exercebat. Quod si verba Pauli Diaconi in sensu a Marca intento interpretanda sint, Carolus jam ab anno DCCLXXIV. aut saltem ante annum DCCXCI. cum Hadriano Papa Urbi dominatus fuerit, quod tamen Marca & Cointius negant. Paulus enim Diaconus in libello de Metensibus Episcopis Angilramno Episcopo Metensi post annum DCCXCI. demortuo, dicato de Regni

Lon-

Google

Legatio, & munera a Leone Papa ad Carolum missa.

tiquius habuit, quam ad Carolum Magnum legationem decernere. Mittens itaque ad eum Legatos, eisdem ad ipsum munera dedit, claves scilicet aureas, ex S. Petri Confessione ex more acceptas, necnon vexillum Romanæ Urbis. Hic tu rideas opus est, Lector, Novatorum delliria, dum quamlibet occasionem captantes, per claves ex legum præscripto tradunt, Carolum in possessionem immissum Romanæ Ecclesiæ, & per vexillum Romanæ Urbis. Ignorantes miseri, ejusmodi dona mitti consuevisse a Pontificibus Christianis Principibus, ut quæ dicta sunt sæpe superius de clavibus itidem ex sepulcro sancti Petri missis a sancto Gregorio Papa Francorum Regibus, & aliis Principibus, & viris clarissimis; factitatumque idipsum ab ejus successoribus Pontificibus, quod hic a Leone factum vidimus. Et ne de vexillo misso habeas quod obiicias: invenies inferius, anno octingentesimo in fine, a Patriarcha Hierosolymitano ad eumdem Carolum Magnum missas pariter loco benedictionis claves locorum sanctorum una cum vexillo, ut intelligas ejusmodi munera mitti consuevisse Regibus ab Episcopis. Honorasse vero Leonem Pontificem ipsum Carolum Magnum dono vexilli, eo quod potentissimus esset Ecclesiæ Romanæ defensor, dicere quoque possumus.

XVII. Legatio Caroli ad Leonem.

Rursum vero hoc eodem anno ab ipso Christianissimo Principe Carolo Magno Engelbertum Abbatem monasterii S. Richarii missum esse Legatum ad Leonem Romanum Pontificem, ad munera deferenda, quæ ex thesauro Hunnorum erepto idem

PAGIUS Longobardiei eversione loquens ait: *Romanos præterea, ipsamque Urbem Romuleam, jam pridem ejus* (nempe Caroli) *præsentiam desiderantem, qua aliquando Mundi totius Domina fuerat, & tunc a Langobardis oppressa gemebat, duris angustiis eximens* SUIS ADDIDIT SCEPTRIS: *cunctaque nihilominus Italia miti Dominatione potitus est*. Rhetoricatur itaque Paulus & hyperbolice quandoque loquitor, cum an. DCCLXXIV. Roma neque oppressa a Langobardis fuerit, neque a Carolo cum Ditionibus suis unita, sed a Langobardorum insultibus liberata, & Carolo jure Patriciatus tantum subdita. [1]

VII. Alterum suæ opinionis fundamentum deducit Maren ex pictura illa, qua Leo III. Triclinii a se in Lateranensi Palatio ædificati cameram exornavit. Extant ex opere vermiculato imagines S. Petri, Leonis Papæ, & Caroli. Sed & Petrus in Solio dextra porrigens Stolam seu Orarium Leoni, & sinistra Vexillum Carolo. Adsunt quoque inscriptiones hujus operis interpretes; hinc, SANCTISSIMUS D. N. LEO PAPA. illinc D. N. CARULO REGI. Hanc tabulam posteris designare innovationem, quæ post colloquium Angilberti cum Leone in Romanæ Civitatis Imperio accidit, Marca arbitratur, & cum eo Cointius. Alemannus in lib. de Lateranensibus Pariatinis cap. 3. & seqq. plu-

Triclinium Leoninum diversimode explicatum.

NOTÆ [1] SUmmum in Urbe, & finitimis Romani Ducatus locis, aliisque oppidis imperium post annum Christi 726. quo a Romanis *Basilius* Dux, eorumque postremus, qui ad custodiam Urbem a Græcis Imperatoribus mittebantur, pulsus est, Romanos Pontifices *Gregorium* II. & III. *S. Zachariam*, ac *Stephanum* II. vel ante *Pippini* donationem, obtinuisse, ex Anastasio Bibliothecario docemur. Extant præterea post *Pippini* donationem de eodem summo imperio monumenta, nimirum veteres *Hadriani* Pontificis hujus nominis I. denarii a Johanne Vignolio editi, ac nuper iterum recusi, ubi in antica legitur HADRIANVS PAPA, in postica SCS PETRVS. Perperam vero Sedis Apostolicæ hostes, hujusmodi denarios, seu nummos ad *Hadrianum* II. detorquere conantur. Mabillonius enim Musei Italici tom. I. pag. 28. inter pretiosa cimelia Musei Comitis Mediobarbæ, æreum numisma *Zachariæ* Papæ se vidisse testatur, ex una parte *Zachariæ* nomen, ex altera *Papæ* titulum exhibens. Hoc autem numisma ad alios *Zacharias* pertrahi non potest, quia unus tantum *Zacharias* inter Romanos Pontifices recensetur. Pagius quidem hoc loco fatetur, *Stephanum* II. & ejus successores supremos Urbis Dominos, non minus ac *Leonem* III. fuisse, idque in posterum in dubium revocari non posse, & infra num. XI. contra Cointium docet, Romanos ab an. 754. Græcorum jugum excussisse, ac Rempublicam instituisse, cujus caput fuit Romanus Pontifex, defensor vero & protector *Pippinus* Francorum rex, qua in re *Stephani* II. & *Pauli* I. Romanorum Pontificum testimonia ex eorumdem epistolis affert. Hoc etiam an. 796. n. X. habet, penes *Gregorium* II, & ejus successores summam *Romæ* & *Exarchatus* administrationem fuisse, Urbem defendisse, hostes propulsasse: *sed tam licet re, nedum tamen nomine Principatus penes illos erat*: quæ verba ex Ludovico Thomassino tom. III. lib. I. cap. XXIX. veteris & novæ Ecclesiæ disciplinæ hausit. Ea tamen vitiose exscripsit. Legitur enim apud Thomassinum: *Ita jam re, nedum nomine principatus penes illum* (Romanum Pontificem) *erat, moderante his omnibus numinis providentia inter tantas bellorum tempestates*. At mox Pagius sui ipsius immemor, parum aut nihil sibi constat; nam ad an. 817. n. VII. veluti commentitiam Ludovici Pii donationem traducit; ad an. 823. n. I. scribit, Imperatores Francicos præter defensionem, & protectionem Ecclesiæ, supremo dominio Urbe potitos esse ex concessione Romanorum Pontificum, ad quam rem quorundam Romanorum insolentia Pontifices adegit. Id autem arguit ex supplemento Historiæ Pauli Diaconi, cujus locum de jurisdictione ex titulo *defensoris & Advocati Romanæ* Ecclesiæ, qua Imperatores potiebantur, & ex potestate, quam ad reprimendam Romanorum audaciam Pontifices illis contulerant, Apostolicæ Sedis defensores nonnulli qui ejusdem Sedis jura tuentur, solerter interpretantur; atque in hanc sententiam accipienda esse docent, quæ apud Pagium habentur ad an. 823. n. III. ad an. 824. n. III. & ad an. 875. n. I. & V. quibus in locis monet, Imperatores ex concessione Pontificum Romanæ urbi dominatos esse. GEORGIUS

Digitized by Google

idem Rex fuerat consequutus, Annales Francorum affirmant. De quo bello cum meminit Eginhardus, hæc ait: *Maximum, omnium quæ ab illo gesta sunt bellorum, præter Saxonicum, huic bello successit, illud videlicet, quod contra Avares, sive Hunnos susceptum est*. Et inferius de thesauris ab eo ereptis: *Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati, & opibus aucti: quippe cum usque ad id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri, & argenti in Regia repertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, ut merito credi posset, hoc Francos Hunnis eripuisse quod Hunni prius aliis gentibus eripuerant*. Hæc ipse.

☞ Dedit insuper eidem Legato Engelberto, seu Engilperto ad eumdem Leonem Papam Albinus Flaccus, qui & Alcuinus, epistolam dignam quidem, multiplici nomine, ut hic describatur, sic se habet (a):

(a) Albin. ep. 27. t. 1. antiq. lect.

Domino beatissimo, atque omni honore nominando Leoni Papæ humilis Levita Albinus æternæ in Christo gloriæ salutem. Suf-

PAGIUS pluribus dissarit de isto Triclinio, quod ab aliquibus *Aula Leonina*, vel *Basilica Leonina* appellatur, contenditque Pontifices Romanos a Gregorio II. Urbe potitos esse, nunquam vero Carolum, sed hunc tantum Patricium & Defensorem Ecclesiæ agnitum esse, ac denique Leonem anno DCCC. quando Carolum Imperatorem & Augustum appellavit, Monumentum illud posuisse, ut Caroli Imperium denotaret.

VIII. *Quæ in eo Triclinio repræsententur.* Sed hæ doctissimorum Virorum conjecturæ evanescent, si quæ de eo *Triclinio* Anastasius in Vita Leonis III. refert, in medium adducamus, & ordinem ab eo servatum, dum narrat gesta ab eo tam in Basilica Vaticana Sancti Petri, quam in aliis Ecclesiis, observemus. Anastasius itaque magnifica dona, quæ Leo III. in Ecclesias contulit, ejusque publica opera, servato ordinis tempore, describit, ut anno DCCCI. num. III. monstrabimus. Cum autem de iis loquitur, quæ ab eo præstita sunt, antequam Romani in eum sævirent, quod anno DCCXCIX. contigit, ait: *Fecit & in Patriarchio Lateranensi Triclinium majus super omnem Triclinium, nominis sui magnitudine decoratum ponens in eo fundamenta firmissima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis stravit. Et diversis columnis tam porphyreticis, quamque albis & sculptis cum vasis, & liliis simul positis decoravit. Cameram cum absida de musivo, & alias duas absidas, diversas historias pingens, marmorum incrustatione pariter in circuitu decoravit*. Idem Anastasius in Leone IV. testatur, Pontificem illum in Die Natali Christi epulari solitum fuisse in Accubitu seu Triclinio a Leone III. Papa constructo, quia nempe postquam solemnes epulæ in Ecclesiis fieri desiere, in adjunctis ad hunc usum ædibus celebratæ sunt. Alemannus capp. 9. & 10. quid dextræ partis absidis, quid sinistræ musivum Leonis III. repræsentet, duabus musivi tabulis delineatis investigat, aitque: *Gemina tabula sunt; altera dextrorsum, sinistrorsum altera collocata. Tres in utraque tabula personæ; alia nituntur gradibus, duo pro tribunali sedent, Christus videlicet parte dextera, sinistra Petrus Apostolorum Princeps. Sunt utrique Pontifex hinc, inde Imperator submittit genua, Christo Sylvester & Constantinus, Petro Leo & Carolus. Horum pro sua quisque conditione ab illis sumit insignia; Imperatores vexilla, Pontificum alter sinu claves, alter pallium accipit.* Utramque tabulam ad majorem dicendorum intelligentiam, hic exhibeo.

Ale-

Suscipiat, obsecro, sanctissima pietas vestra, Pater gloriosissime, benigno animo nostræ parvitatis litterulas, & me devotum vestræ dilectionis famulum agnosce. Semper sanctæ Romanæ Sedis beatissimæ, quantum valui, Principes & Pastores amavi, cupiens illorum sanctissimis intercessionibus inter oves Christi numerari, quas Dominus Christus post resurrectionis suæ gloriam beato Petro principi Apostolorum pascendas commendavit. Quod vere dignum esse fateor, omnem illius gregis multitudinem suo pastori, licet in diversis terrarum pascuis commorantem una charitatis fide subjectam esse & sicut pio pastori concedat magnam sibi commissi gregis curam habere, & sedula pietatis admonitione, & sanctitatis intercessione providere, ne aliqui ex illis per præcipitia errorum a via veritatis, vel perpetuæ pascuis vitæ exorbitare incipiant. Gregis sanitas gloria est pastoris, & multiplicatio illius merces æterna.

Ecce tu, sanctissime Pater, Pontifex a Deo electus, Vicarius Apostolorum, heres Patrum, Princeps Ecclesiæ, unius immaculatæ columbæ nutritor. In te fides resplendet, devotio fulget, charitas abundat.

PAGIUS IX. *Utraque pictura male a plerisque explicata.*

Alemannus arbitratur præfatus imagines depictas non fuisse, antequam *Leo* III. Sedi suæ ope *Caroli* restitueretur, & hic Augustus nuncuparetur; Vexillum illud denotare Imperium a Leone an. DCCC. Carolo Regi datum. Et ut probet Regis titulum ei etiam postquam Imperator renunciatus fuit, recte a Leone attributum, in exemplum adducit alteram imaginem, in qua Christus Claves Pontifici cujus nomen non indicatur, sinistra Vexillum porrigit Imperatori, cujus nomen majusculis literis sic innuitur. R. CONSTANTINUS. At cum certum sit, Monumentum hoc a Leone III. positum statim ac pacta *Hadriani* cum *Carolo* confirmavit, aut saltem antequam Urbem deserere cogeretur, Carolumque Imperatorem renunciaret, hæc interpretatio stare non potest. Neque litera R supra Constantini nomen posita *Regem* significat, sed *Romam*, de qua *Constantinus* bene meritus est, ejusque exemplo *Carolus*. Quo enim in Nummo, quave in Inscriptione, & a quo Scriptore Latino Constantinus *Rex* appellatus reperitur? Græci quidem *Imperatores* sæpe *Reges* appellant, sed Latini nunquam. Alemannus, ne Inscriptiones, in quibus Carolus *Rex* appellatur, fateri cogatur, eo nondum Imperatore dicatas esse, Regem & Imperatorem synonymas voces cap. 13. probare nititur. Deinde Caroli modestiam his verbis laudat: *sane Caroli modestia, Leonem, qui eos in Triclinio titulos inscripsit, minime latebat: imo Pontifex ita inscripsit, ut Carolo placere, atque ex ejus animi sententia omnino esse noverat.* At præterquamquod hoc Monumentum ante annum DCCXCIX. constructum, ut usdo servatos ab Anastasio in narratione rerum ad Leonem III. pertinentium demonstrat, in Nummis & Inscriptionibus verba tantum apponi solita juxta genuinum, obvium & planum eorum sensum, ideoque ad rem istam non facit, quod Regis & Imperatoris nomen quandoque promiscue a Scriptoribus usurpetur; cum a simili usu Inscriptionum Conditores semper abhorruerint. Denique incredibile est, *Carolum* eo anno, quo a Leone *III.* acclamatus est Imperator, ab eodem Regem tantum appellatum, idque in Monumento publico in ejus honorem posito, ac ut ei magis placeret; cum in omnibus suis literis scriptisve aliud ei nomen, quam Imperatoris nunquam tribuat. Quod si intempestiva illa cogitatio tunc menti Pontificis injecta fuisset, eum nec Imperatorem, nec Regem, sed tantum *Carolum* nominare debuisset.

X. *Leo* itaque hoc anno posteris notum esse voluit, se *Carolum* Ecclesiæ Romanæ Defensorem constituisse, eamque ob rem illi Sancti Petri *Vexillum* misisse, ac Romanos ei vitam & victoriam, ut alias factum fuisse in honorem Imperatorum anno DCCLXXIV. num. II. & seq. diximus, adprecatos esse. Et quia tunc opinio erat Sancti Silvestri Papæ tempore *Constantinum* auctorem fuisse Donationis, quæ ejus nomine circumferebatur, in altera ex tabellis Silvestrum & Constantinum depingi, & Romam hac littera R exprimi voluit. Sic supersunt Ludovici Pii Nummi Romæ cusi, in quibus legitur, ROMA LUDOVICUS. Nec magis mirum videri debet, *Leonem* III. ad Donationem Constantini, quam supposititiam esse constat, respexisse, quam Hadrianum I. ejus Decessorem in Epistola Codicis Carolini ad Carolum M. anno DCCLXXVI. data, scripsisse: *Et sicut temporibus B. Silvestri Rom. Pontificis a sanctæ recordationis piissimo Constantino magno Imperatore per ejus largitatem Sancta Dei Catholica & Apostolica Romana Ecclesia elevata atque exaltata est, & potestatem in his Hesperiæ partibus largiri dignatus est; ita & in his vestris felicissimis temporibus*, &c. Denique non sub Gregorio II. ut putavit Alemannus, sed sub Stephano II. cum nihil ab Imperatore extundi posset vel sperari auxilii, ejus jugum a Romanis excussum. Antea quidem penes Gregorium II. & ejus Successores summa Romæ & Exarchatus administratio fuerat; ii Urbes defenderant; & hostes propulsarant, sed tunc licet re, necdum tamen nomine Principatus penes illos erat, ut ex iis, quæ suis locis dixi, evidens est. Porro quod diximus de musivo in parte Absidis dextera posito, supponit illud antiquum esse. Alemannus enim cap. IX. fatetur novitium opus esse, *recentioris manus*, inquit, *est imitatio*. Quare nihil ex eo certi deduci potest. Verum quidem est Alemannum subjungere, *qua tamen Opus exprimit illud antiquum, quod Leo III. in conspectu olim posuerat.* At non solum id non probat, sed nec ullus post eum probare potest. *Vera earum interpretatio.*

Valde etiam meo judicio falluntur Cointius hoc anno num. VI. & seqq. & Marca cap. citato, qui arbitrati sunt, Imperatores Græcos usque ad præsentem annum Romæ dominatos esse. Romani enim anno septingentesimo quinquagesimo quarto, quo Pippinus Exarchatum Ravennatem Principi Apostolorum, ejusque Successoribus concessit, Constantini Copronymi Imperatoris hæretici, qui eos adversus Longobardos defendere non poterat, Dominationem penitus excussere, & Rempublicam instituere, cujus caput Romanus Pontifex, Defensor vero ac Protector Pippinus Galliarum Rex dicti sunt. Hinc Stephanus II. Papa quando in suis literis de Aistulpho Longobardorum Rege, & de vexatione Urbis Romanæ sermonem habet, nusquam XI. *Refellitur opinio docens Romam usque ad hunc annum Græcis Impp. paruisse.*

Digitized by Google

dat. Congrega nos filios sanctæ Dei Ecclesiæ, & paterna miserationis affectu, tuis sanctissimis orationibus, & dulcissimis sacrarum litterarum exhortationibus intra firmissimum Ecclesiæ soliditatis ovile, ne aliquis ex nobis errabundus lupina rapacitate foris inveniatur devorandus. Nam splendentia cælestis mandræ agmina Nativitatis Domini nostri JESU Christi gaudia primo pastoribus, qui supra suos devote vigilarant greges, nuntiare venerunt. Ecce tuis sanctissimis vigiliis, ac pastorali sollicitudini probatissime Archimandrita, Angelicas a supernis sedibus visitationes adstare non dubitamus, quarum auxilio quacumque divinam poposceris pietatem, impetrare te posse, credimus.

Unde ego ultimis sacratissimi ovilis vernaculus, & morbida peccatis ovicula, spe-

PAGIUS. quam meminit Imperatoris, Romanosque populum suum appellat. In Epistola III. ad Pippinum, ejusque filios Reges data, dum *Aistulphus* Rex novis infestationibus Ecclesiam vexabat, & Pippinus auxilium differre videbatur, Stephanus II. ait: *quod nullus de vestris parentibus meruit suscipere, vos suscepistis, & Princeps Apostolorum præ cæteris Regibus & gentibus vos suos peculiares faciens, omnes suas causas vobis commisit*, &c. *Cunctus namque noster populus Reipublicæ Romanorum magno dolore, & amarissimis lacrymis una nobiscum tribulantur pro eo, dum ad tam longam & spatiosam Provinciam properavimus, & præ fatigio validi itineris caro nostra minuata est; sic vacui & infructuosi sine effectu justitiæ reversi sumus.* Et in tota illa Epistola nunquam de Romano Imperio, sed semper de causa Beati Petri verba facit. In Epistola IV. ad eumdem Pippinum scripta, in qua pluribus describit obsidionem Urbis per Aistulphum factam, nullum unquam verbum habet de Imperatore, aut de ejus Officialibus, & de Romanis loquitur tanquam de suo populo: *Post Dominum in tuis manibus nostrum omnium Romanorum commisimus animus*, &c. *Peto te, ne pereamus, ne quando dicant gentes quæ in cuncto Orbe terrarum sunt. Ubi est fiducia Romanorum, quam post Dominum in Regibus Francorum habebant*, &c. *Considera fili, considera, & omnino peragita per Deum, obnixe te conjuro; quoniam & nostra & omnis Romanorum populi anima, post Deum & ejus Principem Apostolorum in tua a Deo protecta Excellentia, & gente Francorum a Deo tibi commissa pendent*, &c. *Nulli alio nisi tantummodo tuæ Amantissimæ Excellentiæ, vel dulcissimis filiis, & cunctæ genti Francorum per Dei præceptionem, & Beati Petri, Sanctam Dei Ecclesiam, & nostrum Romanorum Reipublicæ populum commisimus protegendum.* Quis ergo sibi persuaserit, Romam tunc Imperatori paruisse, & Pontificem non ad eum, sed ad Regem Francorum ejusque filios, qui se protegerent, confugisse, nulla de Imperio mentione facta, sed tantum de Republica Romana & de Romanis tanquam sibi subditis?

XII. *Refellitur secundo.* Ad hæc idem Stephanus II. in Epistola VI. ad Pippinum Regem data, in qua ei ob liberatam Urbem gratias agit, & de Aistulphi Regis morte verba facit, de Desiderio Aistulphi successore ait: *Nobis reddendum spopondit Civitatem Bononiam, cum finibus ejus, & in pacis quiete cum eadem Dei Ecclesia & nostro populo semper mansurum professus est, atque fidelem erga a Deo protectum Regnum vestrum esse testatus est. Et petiit nos quatenus bonitatem tuam deprecaremur, ut cum eo & cuncta gente Longobardorum magnam pacis concordiam confirmare jubeas. Nam & Spoletani Ducatus generalitas, per manus Beati Petri, & tuum fortissimum brachium, constituerunt sibi Ducem: & tam ipsi Spoletani, quamque etiam Beneventani, omnes se commendare per nos a Deo servata Excellentia tua cupiunt*, &c. *Unde petimus te, ut si prædictus Desiderius, quemadmodum spopondit, justitiam Sanctæ Dei Ecclesiæ, sive Reipublicæ Romanorum, Beato Petro Protectori tuo, plenius restituere, & in pacis quiete cum Ecclesia Dei & nostro populo, sicut in pactis a bonitate confirmatis continetur, permanserit cum universa sua gente, jubeas in id quod petiit, tuas a Deo inspiratas aures inclinare.* Suntne hæc indicia subjectionis Romani Pontificis populique Romani, Imperatoribus Græcis; cum sine illis fœdera sanciant, & tamquam supremi Domini se se gerant?

Paulus Stephani II. Successor in Epistola II, XIII.
ad Pippinum Regem, in qua accusat Deside- *Refellitur*
rium Longobardorum Regem, quod promissas *tertio.*
Ecclesiæ Romanæ Civitates non restituat, adhuc expressius loquitur, seque Imperatoris hostem, non vero subditum ostendit: *Desiderius Rex accersivit Georgium Imperialem Missum, qui ad vos in Franciam directus fuerat: cum quo nefarie clam locutus est, iniens cum eo consilium, atque suas Imperatori dirigens literas, adhortans eum, ut suos Imperiales dirigat exercitus in hanc Italiam Provinciam; & ipse Desiderius cum universo Longobardorum populo professus est, Deo sibi contrario, auxilium præfatis Imperialibus exercitibus impertire; quatenus ex una parte ipsius exercitus, & ex alia idem Desiderius cum universo Longobardorum populo, utrique dimicantes Ravennatium Civitatem comprehendere queant, suamque Imperator, quod Dominus non permittat, adimplere valeat in quocumque voluerit voluntatem. Nam & cum eodem Georgio Imperiali Misso constituit, ut Dromonum Siciliæ stolus in Otrantina Civitate dirigatur, ut tam Græci quam Longobardi ipsam obsidentes comprehendere valeant Civitatem, eamque concedat Imperatori cum hominibus & facultatibus, quæ in ea consistunt.* In Epistola VII. ad eumdem Pippinum scripta, ait sibi significatum, *quod nefandi Græci, inimici Sanctæ Ecclesiæ Dei, & Orthodoxæ fidei expugnatores, Deo sibi contrario super nos & Ravennatium partes irruere cupiunt, atque monitionem facere. Unde quia alibi, post Deum & Beatum Petrum, nostra spes non est, nisi apud vestram nobilissimam Excellentiam; ideo obnixis deprecationibus petimus te, Excellentissime fili, & spiritalis compater, ut jubeas propter Deum & reverentiam Beati Petri salutem istius Provinciæ a vobis redempta procurare, & confestim vestrum dignemini dirigere Desiderio Longobardorum Regi missum, ut si necessitas fuerit significata, auxilium nobis pro incursione eorumdem inimicorum impertire debeat.* Paulo infra de Græcis scribit, *ut eorumdem inimicorum ad nihilum redigatur vesania.*

Mitto alia, quæ ex ejusdem Pauli ac suc- XIV.
cessorum literis testimonia adduci possunt, ad *Refellitur*
Marcæ & Cointii opinionem confutandam, cum *quarto.*
ista sufficiant ad omnem dubitationem tollendam, demonstrandumque a veritate manifeste abhorrere, quod ipsi asserunt, Imperatores nempe

pace bonitatis vestræ animatus ante sanctissimos paternitatis tuæ pedes animo prostratus, suppliciter deposco, quatenus durissima peccatorum meorum vincula per Ecclesiasticam Apostolicæ auctoritatis potestatem solvere digneris; & paternæ pietatis precibus cursum vitæ meæ, qui restat, ad perpetuæ portas civitatis dirigere studeas. Grandia posco quidem, sed charitas grandia novit dare, poscentem pro filia viduam Christi clementia non sprevit, sed ait (a): *O mulier magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Fides me hortatur hæc poscere: spes confirmat impetrare: charitas, credo, negare non præsumit. Christus pro nobis, cum inimici essemus, mori non dubitavit: quanto magis te, Pater sancte, pro amicis velle orare, credendum est?* (a) Matt. 15.

Sub te pastore augeatur grex Christi.

Te

PAGIUS pe usque ad hunc annum Romæ Præfectos suos habuisse, eamque eisdem paruisse. Tantum enim abest, ut Roma in potestate Imperatorum fuerit, ut Hadrianus Papa in Epistola ad Carolum Magnum anno DCCLXXV. data, quæ ordine quarta est, testetur eos de ea vi occupanda cogitasse & ad eumdem finem cum quatuor Italiæ Ducibus fœdus iniisse. De iisdem enim Ducibus loquens ait: *Adhibentes adversus nos perniciosum consilium, qualiter Deo eis contrario, proximo Martio mense adveniente, utrosque se in unum conglobarent, cum caterva Græcorum & Adalgiso Desiderii filio, ut terra marique ad dimicandum super nos irruant; cupientes hanc nostram Romanam invadere Civitatem, & cunctas Dei Ecclesias denudare, atque ciborium Fautoris vestri Beati Petri auferre; vel nosmetipsos, quod avertat Divinitas, captivos deducere, nec non Longobardorum Regem integrare, & vestræ Regali potentiæ resistere.* Utrumque Virum doctissimum decepere subscriptiones literarum Stephani II. quem ipsi Stephanum III. juxta vulgarem errorem appellant Pauli & Hadriani, quæ dicuntur datæ *imperante Domino piissimo Augusto Constantino a Deo coronato, magno Imperatore anno XXXII.* vel aliquo alio ejusdem Imperatoris; inde enim intulere, hos Pontifices Imperatores Urbis Dominos semper agnovisse, hujusque subjectionis similes subscriptiones notas certissimas existere. Verum Tomo superiori, cum de Conciliis Gallicis regnantibus Clodoveo ejusque filiis celebratis egimus, monstravimus Francos, Visigothos, & Burgundos in Conciliis Consulatus usurpasse, licet Francia, Septimania & Burgundia ab Imperatoribus, ad quos Consulum creatio pertinebat, minime tunc penderent. Præfati itaque Pontifices Romani iis formulis tunc usi sunt tanquam notis temporariis, quæ nullam subjectionem inferebant. In Concilio Romano anno DCCXLIII. habito legitur, ut ibidem apud Baronium numer. XVII. videre est. *Factum est hoc Concilium anno secundo* (legendum, anno tertio) *Artabasdi Imperatoris, necnon Luitprandi Regis anno trigesimo secundo, Indictione duodecima.* Sed inde non sequitur, Romam Luitprando Langobardorum Regi subditam fuisse; alioquin uno eodemque tempore duos supremos Dominos agnovisset, Artabasdum nempe Imperatorem & Luitprandum Regem; cum tamen certum sit, Luitprandum nunquam in Urbem Romanam Dominationem exercuisse.

XV. *Tria bella a Carolo suscepta.* *Angilbertus* nomine Caroli magnam partem thesauri ex Hunorum sive Avarorum Regione delati ad limina Apostolorum tulit, uti refert Baronius ex Annalibus Fuldensibus, & Annalista Loiselianus etiam tradit. Verum Hunnorum sive Avarum clades a Baronio non satis explicata, ideoque tria, quæ hoc anno Carolus bella gessit, hic accurate narranda. Anonymus itaque a Lambecio editus, de quo anno superiori num. VIII. locuti sumus, hoc anno scribit: *In ipsa æstate transmisit Rex Carolus Pippinum filium suum cum suis, quos in Italia secum habebat, & Bajoarios cum aliqua parte Alamaniæ, in finibus* (idest ad fines) *Avarorum; & coadunatus est Pippinus cum omnibus, quos pater ejus ei transmisit in solatium* (idest auxilium), *& transito Danovio* (pro Danubio) *cum exercitu suo pervenit ad locum ubi Reges Avarorum cum Principibus suis sedere consueti erant, quem & in nostra lingua Hringe nominant, & inde tulit thesauros multiplices, & transmisit patri suo, & ipse postea cum exercitu suo & magnis thesauris Avarorum pervenit in Franciam.* (Hæc de primo bello hoc anno in Avaros gesto) *& ipso anno ipse Rex Carolus demoratus est in Saxonia cum duobus filiis suis, idest Carolo & Clodoveo* (idest Ludovico) *& circuivit terram Saxanorum* (idest Saxonum), *ubi rebelles fuerunt, incendendo & vastando eam, & captivos inde ducebat Viros, & mulieres & parvulos, & præda innumerabilem multitudinem,* (hæc de secundo bello adversus Saxones hoc anno suscepto). *Et tertium exercitum suum Carolus Rex in eadem æstate transmisit in fines Saracenorum cum Missis suis, qui & ipsi ibi fecerunt similiter; vastaverunt terram illam & redierunt cum pace ad Regem Carolum ad Aquis Palatium.* Hæc de tertio. Chronographus Moissiacensis hunc locum exscripsit, sed illum interpolavit.

Quoad bellum *Hunicum*, de eo etiam loquuntur Eginhardus in Annalibus & in Vita Caroli, Monachus Egolismensis, Annalista Metensis & Regino, sed plerique eorum quid *Hringe* significet, non intelligunt. Est autem juxta Lambecium Virum doctum ac Germanum lib. 2. Biblioth. Cæs. pag. 379. vocabulum mere Germanicum, & hoc in loco significat lucum rotundum sive orbiculatum, in meditullio castrorum vel munimenti, vel consessus alicui situm, quem honoris & securitatis causa Rex cum suis Optimatibus obtinet. Eodem fere modo vocem illam Germanicam explicat Ducangius in Glossario suo; ex eoque intelligimus laudatum Annalistam fuisse hominem germanum, cum dicat *quem & in nostra lingua Hringe nominant.* Huc referendum quod Annalista Loiselianus de eodem bello literis prodidit; *Henricus* (seu Henricus) *Dux Forojuliensis* (idest Forojuliensis) *missis hominibus suis cum Wonomiro Sclavo in Pannonias Hringum gentis Avarorum longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se Principibus, spoliavit* (ubi Hringum pro Rege Avarum sumit); *Chagan & Yuguro intestina clade addictis & a suis occisis, thesaurum priscorum Regum multa sæculorum prolixitate collectum Domino Regi Carolo ad Aquis Palatium misit. Quo accepto, peractis Deo largitori omnium bonorum gratiarum actionibus, idem Vir prudentissimus atque largissimus, & Dei dispensator, magnam inde partem Romam ad limina Apostolorum misit per Angilbertum dilectum Abbatem suum. Porro reliquam partem Optimatibus* XVI. *Annus VI. belli Hunnici.*

Cle-

Digitized by Google

Te cansolatar mœrentium, adjutor laborantium, spes ud te clumantium, lux vitæ, religionis decus. Lacus in qua stas, omnibus ta bonorabilem facit, & morum nobilitas laudabilem, & pietatis devotia amabilem. Et qui sedem sanctorum tenes Patrum, eorum exemplis inhæreat semper, ut cum illis multiplici laboris mercede Domini Dei tui gaudia intrare merearis. Iste filius meus charissimus Engilpertus vo-

Ann. Eccl. Tom. XIII.

bis patefacere valet nostræ parvitatis ergu Apostalicam Sedem devotionem, etiam & voluntatis nostræ petitiones, quem vestræ paternitati valde fidelem esse agnavi, & ideo nostræ necessitatis causas illi injunximus, at per os illius pietatis vestræ aures mei cordis audiant obsecrationes. Hucusque Albinus ad Leonem Pontificem. ☞

Insuper vero eodem anno missa est le-

Ss 2 ga-

PAGIUS *Clericis sive Laicis, ceterisque fidelibus suis largitus est.* Idem hebent verii alii Annelistæ ed hunc ennum, & Ado in Brevierio de Sex Mondi Ætat. cum quo Baronius bellum illud enno superiori nom. LXV. recitat. Distinguende autem expeditiu Hunica eb Henrico Duce Forojuliensi suscepte, cujus Annelistæ Lambecianus citatus enno superiori meminit, ab expeditione Pippini Italiæ Regis, quæ post priorem peracta est, ut doceot Eginhardus in Annalibus, Annaliste Metensis & alii, qui etiam tradunt, *Angilbertum* tulisse Romam partem thesauri, quem *Henricus* ex Hunia miserat. Verum en hæc Henrici expeditio ed præsentem, vel ad superiorem ennum pertineat. Annalistis intee se diffidentibus sciri non potest.

XVII. *Hunni diversis Regulis parebant.* *Hunni* seu *Huni* non uni, ut olim, Regi, sed pluribus Regulis seu Ducibus parebant. Inde ortum civile bellum, quo pars vicium consumpta est. Inde quoque diverse gentis unius consilia, quæ multiplex etiem Religio sic fovit, ut postmodom secuta sit avulsio Provinciarum. Testis *Tudun* seo *Todanus*, qui prostratis idolis Christianam fidem amplexus est, relictaque Hunnorum societate Carolo Frencorum Regi se suumque populum summisit, ut enno præcedenti cum Annalista Lambeciano narravimus. Eginhardus quidem in Annal. Tuduni & gentis ejus baptismum in hunc ennum differt, & anno superiori Legatos eum ad Carolum misisse asserit, quod Annaliste Metensis etiem habet, verum Annalistæ isti, quemadmodum mox insinuavi, quoad annum rerum gestarum inter se quandoque non conveniont; & hic locus non est hæc scrupulosius examinandi.

XVIII. *Hunnia Episcopo Salisburgiensi subjecta.* Auctor editus eb Henrico Canisio Tom.VI. non solom res in Pannonia tam ab Henrico Duce, quam e Pippino Rege feliciter gestas commemorat; sed etiem Zelum, quo Pippinus Christienam religionem propagare studuit, cura totius negotii Arnoni Selisburgensi Episcopo commissa: *Carolus Imperator anno Nativitatis Domini DCCXCVI. Ericum Comitem destinavit, & cum eo immensam multitudinem Hunos exterminare. Qui minime resistenter reddiderant se per præfatum Comitem Carolo Imperatori. Eodem igitur anno misit Carolus Pippinum filium suum in Hunos cum exercitu multo, qui pervenient usque celebrem illorum locum, qui dicitur Rinch, ubi iterum omnes eorum Principes se dederunt Pippino. Qui inde revertens partem Pannoniæ, circa lacum Pelissu, inferioris, ultra fluvium, qui dicitur Rapa* (idest Arabo, vulgo Le Rab), *& sic usque ad Dravum fluvium, & eo usque Dravus fluit in Danubium, prout potestatem habuit, prænominavit cum doctrina & Ecclesiastico officio procurare populum, qui remansit de Hunis & Sclavis in illis partibus, Arnoni Juvavensi Episcopo usque ad præsentiam genitoris sui Caroli Imperatoris.* Hic Auctor Henricum Comitem & Carolom Imperatorem vocat, indeque conjectura est, eum tardius scripsisse. Uterque

Francorum & Hunnorum limes ab aliquot annis erant *Arabo & Dravus* fluvii. Dravus Francos inter & Hunnus medius excurrebat ab anno DCCLVII. sive ex quo Carantani, sive, ut nunc vocamus, Karintiani, quos Meridiem versus Longobardi, Septentrionem versus Hunni cingebant, sponte Pippino Regi Caroli patri se dediderant. *Arabo* Francorum versus Orientem limes esse cœperet anno DCCXCI. quo Carolus M. expulsis Hunnia ed illum usque amnem victor penetrarat. Hoc igitur anno, ut Francicis Ditionibus, sic & Salisburgiensi Diœcesi adjectus est terrarum tractus, qui protenditur usque ad Dravi confluentes in Danubium & eisdem fluvios Dravum & Danubium atque Arabonem interjacet. Abhinc amplissimus fuit Salisburgiensis Episcopatus, cui præter antiquos fines attributa sub Pippino Rege tota Carantania seu Karintia, deinde sub Carolo ejusdem Pippini filio pars Hunniæ non exigua.

Audita *Hunnorum* sive Avarum clade, *Theodulphus* Aurelianensis Episcopus *Carolo* Regi prolixum inscripsit Carmen, in quo victoriam adversus Hunnos, eorundem Hunnorum conversionem ed Christianam fidem gratulatus est, sermoneque ed Saracenos, qui Cordubensi Regi suberant, etiam converso, ut Hunnorum exemplo Christiani fierent, se seque Carolo manciparent: XIX. *Hunnica victoria Carolo gloriosa.*

Panic venit textis ad Christum crinibus Hunnus,
Estque humilis fidei, qui fuit ante ferox.
Huic societur Arabs; populus crinitus uterque est,
Hic textus crines, ille solutus eat.
Cordoba, prolixo collectas tempore gazas
Mitte celer Regi quem decet omne decus,
Ut veniunt Avares, Arabes Nomadesque venite,
Regis & ante pedes flectite colla, genua.
Nec minus hi quam vos sævique trucesque fuere,
Sed hos qui domuit, vos domiturus erit.
Scilicet in Cœlo residens, per tartara regnans,
Qui mare, qui terras, qui regit astra, polum.

Sed Arabes seu Saraceni Hispaniarum Hunnorum exemplum secuti non sunt, ut statim videbimus. Auctor brevis Chronici in Monasterio Sancti Galli scripti, & eb enno DCCXLVIII. usque ad ennum DCCCCXXVI. perducti, utramque adversus Hunos seu Avares expeditionem recitat, priorem ed ennum DCCXCV. posteriorem e Pippino Rege susceptam ed sequentem annum revocet, & utrobique sicuti & annis consequentibus, Hunos & Avares uno *Vandalorum* nomine designat, quia, ut an. CDVII. num.XVI. & seq. jam observavimus mediæ ætatis Scriptores *Vandalorum* nomine Hunnos intelligunt, quod hic inculcare juvat, quia cum

Vi-

Legatio Regis Merciorum ad Leonem Papam.

gatio ad eumdem Leonem Pontificem ex Britannia a Rege Merciorum, qui Offæ successerat Kemulpho nominato. Hic ubi audisset defuncto Hadriano Pontifice, in locum ipsius subrogatum esse Leonem Pontificem, legationem ornavit suo nomine, & Episcoporum Regni sui: quæ cum haud, quem putavit, effectum esset consecuta, mox aliam direxit, cui has, quas subjungimus, litteras dedit, dignas quip-

PAGIUS

Viri doctissimi ad hunc loquendi modum animum non advertissent, quod in uno tempore gestum, ad alterum magno Chronologiæ damno non raro transtulere. *Alcuinus*, ubi accepit erudiendorum Hunnorum curam commissam fuisse *Arnoni* Salisburgiensi Episcopo, ei statim prolixam de Pastorali Studio scripsit Epistolam, quæ inter Alcuinianas ordine est CIV. Ejus inscriptio fuit: *Dulcissimo Fratri & Sanctissimo Præsuli Aquilæ*, ubi Alcuinus Arnonem translatio nomine per Aquilam significat, sicuti in Epistola LXVI. quam eidem sic inscripsit: *Carissimo germano meo Aquilæ Antistiti*. Non desunt, qui Arnonem & Alcuinum germanos fratres fuisse, suspicentur ex præcitatis Epistolarum inscriptionibus. At, ut recte observavit Cointius hoc anno num. CXXXI. hos titulos Alcuinus amicitiæ, non agnationis ergo videtur usurpasse, quod indicat Præfatio ad Arnonem Episcopum, quam idem Alcuinus Expositioni Psalmorum Pœnitentialium, nec non Psalmi CXVIII. & Psalmorum Gradualium præfixit. Ea Præfatio extat Tom. IX. Spicilegii Dacheriani. *Aquila* nomine Alcuinum Arnonem designare observavit etiam Mabillonius Sæc. IV. Benedict. Tom. I. pag. 64.

XX. *Annus XXV. belli Saxonici.*

Hoc etiam anno gestum bellum *Saxonicum*, de quo Annalistæ Petavianus & Masciacensis iisdem pene verbis agunt, quia quæ narrant ex uno eodemque exemplari descripsere. Refero hic verba Annalistæ Masciacensis, quia Librarius Petavianum aliqua ex parte in hac narratione corrupit: *Iterum Domnus Carolus mota exercitu fuo venit Saxoniam. Tunc cum magna providentia & decertatione vastavit Saxoniam, & præda magna acceptis obsidibus in Drachina; feceruntque Franci pontem super amnem Vuisera, in loco cujus vocabulum est Alisni. Exinde pervexit Vuimodin. Deinde vastavit Regiones illas cum suis omnibus prospere & incolumis remeavit ad propria.* Quibus verbis Annales suos absolvit, qui ideo non longe ab hoc tempore scripti videntur. Annalista Petavianus tribus annis auctior est, sed videntur illi desumti ex aliquo alio exemplari diverso a primævo, quo usus est Annalista Masciacensis, qui eosdem non omisisset. His magis explicantur quæ de eodem bello Annalista Lambecianus citatus refert.

XXI. *Saracenorum Regiones a Francis devastata.*

Ut Saxonum in Germania, sic & Saracenorum terras in Hispania vastarunt Franci, ut asserit Annalista Lambecianus, cujus verba mox recitavimus. Hujus devastationis occasionem præbuit mors Iscui sive Hisiani Saracenorum in Hispania Regis, de quo Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. ad annum Hegiræ CLXXX. hæc habet: *Obiit Hisamus filius Abdurrahmanis Amavinani Rex Hispaniæ, ut regnaverat annos septem, & menses novem: annos natus XXXI. Et creatus Rex Hispaniæ est filius ejus Hakemus filius Hisiami*, quem Rodericus in Historia Arabum *Albacam* appellat, atque fratres Hisiami e Mauritania, ubi exulabant, post ejus mortem in Hispaniam rediisse, & contra *Albacam* nepotem suum per aliquot annos bellum gessisse, quam occasionem Carolus non prætermisit.

XXII. *Variæ Epistolæ ab Alcuino hoc anno scriptæ.*

Antequam *Angilbertus* ex Italia rediret, & dum bellum in Saxonia gerebatur, *Alcuinus* scripsit Epistolam LXV. ad *Aginam* Bergamensem Episcopum, qua Reliquias Sanctorum sibi per eumdem Angilbertum ex Italia transferri postulabat, & Epistolam XCIII. ad *Damatam*, qua illum euntem in bellum egregie monebat, absentiamque complurium amicorum ac discipulorum querebatur: *Tu vero iter tuum confessione confirmare, eleemosynis roborare, orationibus servorum Dei undique munire memento, ut Angelus Domini te inter omnia adversa tueatur & comitetur, quatenus cum securitate vadas, & cum pace revertaris. Ego pene quasi orbatus filiis remaneo domi. Damata Saxoniam, Homerus Italiam, Candidus Britanniam recessit*, &c. Homeri nomine Angilbertum, Damætam Virum quemdam clarissimum intelligit Alcuinus, qui tamen alibi Riculphum Moguntiacensem Archiepiscopum Damætam etiam appellat. Hoc vero anno Alcuinus Abbas Sancti Martini Turonis constitutus est, ut docet Chronicon Turonense, & jam supra insinuavimus: sed eo tempore de sæcularibus occupationibus declinandis serio cogitabat, ut ipsemet Epistola XXIII. ad Carolum anno octingentesimo primo post ejus ex Italia reditum data, significat: *Fere ante hoc quinquennium sæculares occupationes, Deum testor, non stilo cordis declinare cogitavi. Sed vestra pia providentia consilio, translatus sum in servitium Sancti Martini, fidei Catholicæ & Ecclesiasticæ sanctioni, donante Deo, proficuum.* Et non solum hoc anno, qui quintus est ante annum DCCCI. sæculares occupationes deserere voluit, sed ipso etiam anno, quo hæc scribebat. Verum semper repulsam a *Carolo* passus est. Scripsit etiam Alcuinus per Angilbertum ad Leonem III. cujus Epistolam ordine LXXII. recitat Baronius in Appendice ad hunc annum.

XXIII. *Hunni captivi opera Alcuini redempti.*

Hoc etiam anno Carolus paulo postquam Pippinus ejus filius victor ex Hunia rediit, in morbum incidit, de quo certior factus Alcuinus statim Epistolam XC. ad eum dedit, eique captivos in ea expeditione factos commendavit: *Domine mi, memor sit pietas vestra captivorum dum est Pippinus tuus tecum, propter gratiarum actiones mirabilis beneficii, quod vobiscum de Hunis divina facit clementia, & propter prosperitatem innumerabilium rerum, ut clementissima illius potentia omnes adversarios sui sancti nominis vestris velociter subiiciat pedibus, sed & de peccantibus in vos, si fieri possit, & vestra videatur providentia, aliqua de aliquibus fiat indulgentia & remissio.* Annuit postulatis Carolus, & redemptioni captivorum consensit, ut patet ex alia Epistola ordine XCI. ad Pippinum data, in qua ait: *gratias agimus benevolentiæ tuæ, simul & pietati Domni Regis, qui pie consentit petitioni redemptionis captivorum*, &c. *Et tu, excellentissime juvenis nobilitatem generationis, morum nobilitate adornare studeas.* Ingressus erat Pippinus annum ætatis vigesimum primum, uxorem jam duxerat, cum illum sic alloquatur Alcuinus: *Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ, & non sint alienæ participes tui.* In administrando Italiæ Regno Pippinus Adelhardi Corbejensis Abbatis consilio po-

Digitized by Google

(a) *De Gestis Angl. continuum. l. 1. c. 12.*

XVIII.

quippe pietate sanctorum Anglorum Regum: sic enim se habent (a):

* Kenulfus

*Domino beatissimo, & vere amantissimo Leoni sanctæ, & Apostolicæ Sedis Romanæ Pontifici * Kemulphus gratia Dei Rex Merciorum cum Episcopis, & Ducibus, & omni sub nostra ditione dignitatis gradu sincerissimæ in Christo dilectionis salutem.*

Epistola Reg. Merciorum ad Leonem Papam.

*Gratias omnipotenti Deo agimus, qui Ecclesiam suo pretioso sanguine acquisitam, inter adversas mundi hujus procellas, novis semper prioribus ad vitam sumptis suescit ducibus ad portum salutis attrahere, eamque nova luce infundere, quatenus nullo sit tenebrarum errore fuscata, sed viam veritatis inoffenso pede gradiatur. Unde merito omnes per orbem exultat Ecclesia, quia cum omnium verus remunerator bonorum gloriosissimum gregis sui pastorem Hadrianum perpetuo remunerandum super æthera duxisset: suis tamen ovibus pia erexit providentia prævium, qui scit ovile Dominicum ad caulas non * inferius vitæ agitare. Nos quoque merito, quos extremitas orbis tenet, eodem modo præ cæteris gloriamur, quia illius sublimitas nostra salus est, illius * proceritas nobis perennis exultatio. Quapropter opportunum arbitror tuis sanctis jussionibus aurem obedientiæ nostræ humiliter inclinari; & quæ tuæ pietati rite nobis sequenda videantur, toto nisu implenda: quæ vero rationi contraria deprehensa fuerint, citius declinanda, ac interim a nobis omnimodis resecanda.*

* inferior vita
* prosperitas

XIX. *Sed modo ego Kenulphus gratia Dei Rex excellentiam tuam humiliter exoro, ut te sine offensione animi vestri de profectu nostro, ut optamus, liceat alloqui; quatenus me in gremium pietatis tuæ tranquilla pace recipias: & quem meritorum nulla facultas erigit, larga benedictionis tuæ ubertas ad plebem suam regendam locupletet, ut una mecum gentem, quam nostra Apostolica auctoritas fidei rudimentis imbuit: per intercessionem tuam contra impetus exterorum omnipotens erigat, & per se Regnum, quod ipse Deus dedit nobis, dilatare dignetur. Hanc benedictionem omnes, qui ante me sceptro præfuere Merciorum, meruerunt ab antecessoribus tuis adipisci: Hanc ipse humilis peto, & a vobis, o sanctissime, impetrare cupio, quatenus in primis adoptionis sorte me tibi filium suscipias, sicuti te mihi patris persona diligo, & totis obedientiæ viribus semper amplector. Debet enim inter tantas personas fides servari, & inviolata charitas custodiri; quia paterna pietas filiorum felicitas in Deo esse credenda est, secundum illud Ezechiæ: (b) Pater filiis notam faciet veritatem tuam, Domine. In quibus verbis te, amande genitor, imploro, ut filio tuo etsi indigno veritatem Domini tuis verbis sacrosanctis notum facere non deneges, ut per tuam sanam eruditionem, Deo adjuvante, ad melioris vitæ propositum merear pervenire. Quin etiam, dulcissime, cum omnibus Episcopis nostris, & quibuscumque apud nos dignitatis personis deprecor, uti nobis de multimodis inquisitionibus, super quibus maximam sublimitatem vestram dignum duximus perquirere, benigne respondeas, ne sanctorum traditio Patrum, & ab illis tradita nobis regula quasi incognita per aliquid vitietur in nobis; sed sermo tuus directus nobis in charitate, & mansuetudine veniat, ut per Dei misericordiam profuturum in nobis percipiat fructum.*

(b) *Esa.* 38.

Primum namque est, quod Pontifices nostri, ac peritissimi quique in nobis dicunt, quod contra canones & Apostolica statuta, quæ nobis a Patre beatissimo Gregorio dirigente statuta sunt (sicut vos scitis) auctoritas Dorovernensis Metropolitani in duas scinditur parœcias, cujus, eodem Patre mandante, ditioni subjacere debent XX.

Epi-

PAGIUS

potissimum utebatur; a Carolo enim missus est in Italiam, *ut Pippino juniori ad regendum magistraret, & ad suteram justitia Regnum Italicum informaret*, ut in Sancti Adelhardi Vita a S. Gerardo Monacho scripta apud Mabillonium Sæc. IV. Benedict. part. I. legenda videre est.

XXIV. *Laudatur S. Adelhardus Abbas Corbeja.*

Fuit Adelhardus primus ex Ordine Benedictino ad Regni administrationem a Carolo Magno vocatus, *ut Regnum Italiæ, quæ sibi commissa fuerat, & ejus Regem Pippinum juniorem ad statum Reipublicæ & ad religionis cultum utiliter, juste atque discrete honestius informaret. Ubi tantam promeruit laudem, ut quibusdam, sicut fertur, non homo, sed pro virtutis amore Angelus prædicaretur*, inquit Sanctus Paschasius Radbertus ejus discipulus in ejus Vita, quam Sanctus Gerardus ritatus tum Corbejensis Monachus, ac dein Abbas Monasterii Silvæ-Majoris, qui sæculo XI. vixit, abbreviavit. Post suum ex Italia reditum primus inter Consiliarios Caroli M. habitus est, ut testatur Hincmarus in Epistola de recta novi ac juvenis Regis Institutione cap. 12. *Adalhardum senem & sapientem, Domni Caroli Imperatoris carne propinquum, & Monasterii Corbejæ Abbatem, inter primos consiliarios primum in adolescentia mea vidi: cujus libellum de Ordine Palatii legi & scripsi*. Perit liber ille, sicuti & ejus Epistolæ. Quæ ejus Scriptorum supersunt fragmenta se se publicaturum pollicetur Mabillonius in Observat. præviis ad ejus Vitam, a Sancto Paschasio editam. Varias dignitates pie ac feliciter gessit, Vir Sanctus, & in primis Abbas utriusque Corbejæ, Antiquæ sc. in Gallia; & novæ in Saxonia, cujus præcipuus Auctor fuit cum Uvala fratre suo magnæ Sanctitatis Viro, de quo infra sermo erit.

XXV. *Ethelredus Northumbriæ Rex occiditur.*

A num. XVIII. ad XXV. Quæ hoc anno in Anglia contigere, accurate narrat Hovedenus pag. 406. *Anno DCCXCVI. qui est annus VII. Ethelredi Regis*, (scilicet Northumbriæ) *Alric quondam Dux tunc Clericus in Eboraco Civitate obiit, & paulo post* (*idest quinto Kal. Aprilis*)

Ethel-

Digitized by Google

Episcopi duodecim, sicut per Ecclesiae nostras legitur in epistola, quam fratri Coepiscopo Augustino direxit, de duobus Lundoniae, & Eboracae Metropolis Episcopis, quam etiam apud vos haberi non dubitamus. Sed ipse primum Pontificalis apex Lundoniae sub honore & ornamento pallii fuerat conscriptus: pro eo Dorovernensis oblatus est, atque concessus: Namque quia beatae recordationis Augustinus, qui verbum Dei, imperante Gregorio, Anglorum genti ministrabat, & gloriosissime praestitit Ecclesiis Saxoniae, in eadem civitate diem obiit, & corpus illius in basilica B. Petri Apostolorum principis, quam successor ejus Laurentius sacravit, conditum fuisset: visum cunctis gentis nostrae sapientibus, quatenus in illa civitate Metropolitanus honor haberetur, ubi corpore pausat, qui his partibus fidei veritatem inseruit. Cujus itaque, sicut vos scitis, dignitatis honorem primum Rex Offa, propter inimicitiam cum venerabili Lamberto, & gente Cantuariorum acceptam, avertere, & in duas paracias dissipare nisus, & pissimus Coepiscopus, & antecessor vester Hadrianus rogatu praedicti Regis facere coepit, quod prius nemo praesumpsit, & Merciorum praesulem pallio extulit. Neutrum tamen in his culpamus, quod Christus (ut credimus) aeterna victoria triumphat.

XXI. *Sed tamen excellentiam vestram humiles exorumus, quibus a Deo merito sapientiae clavis collata est, ut super hac causa cum sapientibus vestris quaeratis, & quicquid vobis videtur, nobis postea servandum rescribere dignemini, ne tunica Christi inconsutilis alicujus inter nos dissensionis schisma patiatur, sed per vestram sanam doctrinam, ut desideramus ad verae pacis unitatem dirigatur. Magna enim humilitate simul, & dilectione haec tibi scripsimus, Papa beutissime, clementiam tuam profusius precantes, quatenus ad ea, quae a nobis necessario explicata sunt, benigne, & juste respondeas. Sed & illam epistolam, quam * Ethelardus Archiepiscopus noster coram cunctis provincialibus Episcopis nostris multiplicius de suis, ac totius Britanniae causis, & necessitatibus tibi scripsit: prae amore perscrutari digneris; & quidquid de rebus, quae in ea scripta sunt, fidei formulam poscat, pagina nobis veritatis patefacere memineris.*

* Athelardus

Ego praeterito anno legationem meam etiam & Episcoporum per Vuadam Abbatem misimus. At ille accipiens ipsam legationem, segniter, immo insipienter deduxit. Sed modo modicum, amoris gratia, misimus per Byrue presbyterum, & Phildus, & Cheolleres ministros meos, mittoque centum viginti mancusas cum litteris, precantes, te ut benigne suscipias, & benedictionem tuam nobis donare digneris. Omnipotens Deus te longaevo tempore ad laudem suae sanctae Ecclesiae custodiat incolumem. Hactenus litterae Kemulphi Regis Merciorum. Porro & Athelardus ipse Archiepiscopus Dorovernensis Romam se contulit ad Leonem Pontificem.

XXII. His acceptis a Rege litteris, necnon aliis ab eodem Rege ad ipsum datis rescripsit Leo Papa, quas his jungimus, litteras, sed minime integras, aliqua enim ipsis deesse noscuntur; sic se habent:

Domino excellentissimo Kenulfo Regi provinciae Saxoniae Leo Papa.

Leonis Papae epistola ad Regem Merciorum.

Veniens ad sacratissima Limina beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, tum orationis vota fideliter solvens, quam nostrae Apostolicae Sedi causam sui sacerdotii suggerens reverendissimus, & sanctissimus frater noster Athelardus Archiepiscopus Dorovernensis Ecclesiae, obtulit nobis vestrae regalis excellentiae syllabas, quibus in duabus epistolis a vobis directis plenis fidei recta magnam humilitatem vestram reperientes, omnipotenti Deo referimus grates, qui vestram prudentissimam excellentiam in omnibus adornavit, & decoravit erga beatum Petrum Apostolorum principem, & nobiscum habere dilectionem, & in omnibus Apostolicis humiliter consentire censuris. Por-

PAGIUS *Eclypsis Lunae facta est inter gallinicium & auroram. Eodem anno Ethelred Rex occisus est apud Cobre XIV. Kal. Maii. Osbald vero Patricius a quibusdam ipsius gentis Principibus in regnum est constitutus, & post viginti septem dies omni Regia familia ac Principum est societate destitutus, fugatusque, & de Regno expulsus, atque ad insulam Lindisfarnensem cum paucis secessit, & inde ad Regem Pictorum cum quibusdam a fratribus navigio pervenit. Eardulf enim filius Earnulfi de exilio vocatus Regni infulis est sublimatus, & Eboraci in Ecclesia Sancti Petri ad Altare Beati Pauli (ubi illa gens primum perceperat gratiam Baptismi) consecratus est septimo Kalend. Junii. Et non multo post, idest septimo Kal. Augusti, Offa potentissimus Rex Merciorum, postquam XXXIX. annos regnavit, defunctus est cui successit in Regno filius ejus Ecfreth, quique obiit eodem anno. Kenulfus pater Kenelmi quoque dehinc diadema Regni Merciorum suscepit, glorioseque tenuit invicta virtute sui potentatus, & paulo post, idest quarto Idus Augusti Eanbaldus Archiepiscopus* (scilicet Eboracensis) *obiit*, &c. *Statim vero alter Eanbaldus ejusdem Ecclesiae Presbyter electus est.* Alfordus Ethelredi Northumbriae Regis caedem cum anno DCCXCIV. perperam illigavit contra auctoritatem Huntindoniensis pag. 344. quem ipsemet citat, & praeterea annos tantum quinque Ethelredo tribuit. Scribit enim Huntindoniensis: *Anno Brictrici Regis* (nempe Occidentalium Saxonum) *undecimo, Nordhumbri Regem suum Edelred occiderunt.* Adhaec Eclypsis Lunaris, quae septimo Ethelredi Regis anno, die-

que

Porro in una ex illis epistolis reperimus gratia nostra Apostolicæ functionis, si justa fecissetis, animam vestram pro nobis posuissetis benigne. Immo nostra prosperitate multum in Domino congaudentes: & quando nostra dulcissima admonitionis littera ad vestræ humanitatis perveniunt aures, cum omni suavitate cordis de gaudio spirituali, quasi filii parentum munus suscipere fatemini. Ferebatur vero & hoc quod aliquantula ex vestra benedictione nobis offerre demandasti, id est, centum viginti mancusas, quae cum magno amore pro anima vestra salute suscepimus. Et prædictus Archiepiscopus cum sociis suis honorifice, ac benigne a nobis susceptus est; & adjuvare eum in suis necessitatibus fecimus libenter.

XXIII. *Interea credentes vestræ prudentissima excellentiæ, ubi ferebatur in ipsis suis apicibus, quod nostris quidem Apostolicis sanctionibus nullus Christianus contraire præsumit: ideo totis viribus nostris ea, quæ Regno tuo expediunt, emittere, atque prædicare conamur, ut ea, quæ prælatus frater noster Athelardus Archiepiscopus, seu tota Synodus Evangelica, & Apostolicæ doctrinæ, sanctorumque Patrum, necnon prædecessorum sanctorum nostrorum Pontificum, canonica censura prædicante vestræ regali excellentia, seu Principibus gentis vestræ, & universo populo Dei edisserit: nequaquam in Orthodoxa, eorum doctrina quippiam resistere debeatis, Domino Redemptore nostro in Evangelio dicente, ubi ait: (a) Qui vos recipit, me recipit; & qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ recipiet: quanto magis pro ipso sæpe dicto Archiepiscopo, quem nobis valde nimisque collaudasti, sicuti & est, videlicet clarissimus dignissimus, carissimus, atque peritissimus, & quia illum scitis prudentem, & honorum ornatum moribus, Deoque & hominibus dignum.*

(a) Matt. 10.

XXIV. *Ecce fili dulcissime, & amantissime, atque præstantissime, Rex bone, in his tuis assertionibus collaudavimus Dominum omnipotentem, qui talem nobis demonstravit Antistitem: qui sicut verus pastor inducere verbis secundum doctrinam sanctarum scripturarum dignam pœnitentiam valet, & eruere, qui sub ditione sacerdotali ejus existunt, animas eorum ab inferno inferiori, & ab igne inextinguibili, deducens eos, & introducens in portum salutis, & offerre pro illis hostiam dignam, & immaculatam in conspectu divinæ Majestatis omnipotenti Deo. Et quia multum nobis prænominatus Archiepiscopus in omni sanctitate sua, & vita conversatione ultro citroque placuit, ut valde nimis ei credentes, auctoritate beati Petri Apostolorum principis, cujus vel immeriti vicem gerimus, talem præbuimus præsulatum, ut si quispiam ex subjectis suis tam Regibus, & Principibus, quam universo populo transgressus fuerit Dominica mandata, excommunicet eum, usque dum pœniteat: & si impœnitens fuerit, sit vobis sicut Ethnicus, & publicanus. Secundo de Athelardo jam facto Archiepiscopo Dorovernensis Ecclesiæ, sicut a nobis poposcit vestrorum præsulum excellentia, ut ei justitiam de ipsis diœcesibus suis tam Episcoporum, quam monachorum, quibus illicite, ut vos cognovistis, expoliatus est, & a venerabili sede ejus, quam dudum tenuit, ablatæ sunt: nos per omnia enucleatius trutinantes, in sacro scrinio nostro reperimus, sanctum Gregorium prædecessorem nostrum in ipsa sancta sede omnia in integro ipsam parœciam numero duodecim beato Augustino Syncello suo Archiepiscopo tradidisse, & confirmasse Episcopos consecrandi jus. Unde & nos, veritate ipsa reperta, ordinationes, seu confirmationes Apostolica auctoritate eas illi in integro, sicut antiquitus fuerit, constituentes reddidimus, & privilegium confirmationis secundum sacrorum canonum*

PAGIUS que XXVIII. mensis Martii, feria secunda, post mediam noctem hoc anno contigit, ut observavit Calvisius in Opere Chronologico, pertinet ad præsentem Christi annum, ad quem ideo *Ethelredus* pervenit.

XXVI. *Ejus cædes citius non patrata.* Hoc etiam ostendit Cointius hoc anno num. CLXXII. ex Epistola, quam Carolus post auditam Hadriani Papæ mortem ad Offam Regem dedit, quæ habetur apud Baronium anno superiori num. XI. Carolus enim Offam sollicitat ad suffragia pro anima Hadriani, sitque se eam in rem misisse Dalmaticas suas vel Pallia *ad singulas Sedes Episcopales Regni ejus*, & Ethelredi. Sed ubi Carolus eam ad Offam Epistolam scripsit, Alcuinus aliam ad eumdem Regem dedit, relatam e Malmesburiensi lib. 1. cap. 3. in qua ait: *Vestræ Dilectioni digna direxit munera, & per Episcopales Sedes Regni vestri. Similiter Ethelredo Regi & ad suas Episcoporum Sedes dona direxit. Sed heu! proh dolor! datis & Epistolis in manus Missorum, supervenit tristis Legatio per Missos, qui de Scotia per vos reversi sunt, de infidelitate gentis & nece Regis. Ita Carolus, retracta donorum largitate, in tantum iratus est contra gentem illam, ut ait, perfidam & perversam & homicidam Dominorum suorum, pejorem eam paganis æstimans, & nisi ego intercessor essem pro eis, quidquid eis boni abstrahere potuisset, & mali machinari, jam fecisset.* Data ea ab Alcuino Epistola post diem XVIII. mensis Aprilis, quo Ethelredus Rex a suis interfectus est. Cum eo finem accepisse videtur Regnum *Northumbrorum*. Nam, ut tradit Malmesburiensis lib. 1. cap. 26. licet ii Reges proprios multis annis habuerint, ad Regis tamen Saxonum Occidentalium arbitrium spectabant, & *Egbertus* horum Rex anno DCCCXXVII. Northumbros sub jugum misit, & toti fere insulæ tanquam Monarcha legem dare cœpit, ut eo anno videbimus. Quare Re-

Google

num censuram Ecclesiæ suæ observandum tradidimus ..... reliqua desunt. At de rebus Anglicanis satis.

XXV. Eodem anno idem sanctus Pontifex Leo animum adjecit, ut Caroli Magni de Hunnorum thesauris missam largissimam oblationem ad sacra Limina Apostolorum, in ornamenta Ecclesiarum converteret, & in clericos erogaret; omniaque perfecit, quæ ante persecutionem illatam Anastasius recenset seorsum ab aliis, quæ post quadriennium addidit, cum est reversus ex Germania, quæ hic describenda putamus ex Anastasii codice valde mendoso licet, & obscuritatibus Involuto: Ait enim: *Hic vero rogam, stipendium scilicet, clero suo in presbyterio maxime ampliavit. Fecit etiam in basilica B. Petri principis Apostolorum nutritoris sui thuribulum aureum ante vestibulum altaris, pensans libras decem, & septem, immo & in Confessione ejusdem Apostoli rugas ex auro purissimo cum gemmis diversis, pensantes libras quadraginta, & novem. Item coronas majores argenteas tres, pensantes libras trecentas, & septem. Verum etiam cortinas albas holosericas rosatas, habentes in medio Crucem de chrysoclavo, & periclysin de fundato unam. Sarta vero tecta basilica beati Petri Apostoli, id est, navem majorem, & aliam navem super altare, cum quadam porticu, simul & fontes, & ante fores argenteas, verum etiam cum cameris, scilicet ab imo usque ad summum omnia in omnibus noviter restauravit. Præsertim vero imaginem Salvatoris cum reliquis in fastigio sub arcu majori posuit. Pari modo in basilica B. Pauli Apostoli, & in basilica Salvatoris instar,* hoc est similes imagines, *fecit, & constituit.*

*Sarta tecta vero tituli beatæ Anastasiæ, quæ a priscis temporibus per incuriam marcuerant, & pene casura erant, suo almo studio noviter instauravit. Similiter & S. Sabinæ studiose renovavit. In quo vero templo idem egregius Præsul fecit ex argento coronas quinque pensantes libras quatuordecim, canistra duo pensantia libras * tres & semis, gabathas interrasilos novem, pensantes libras undecim.* XXVI. Quæ in tit. S. Anastasiæ. Quæ in tit. S. Sabinæ. * tredecim

Fecit autem & in basilica beatæ Dei Genitricis, quæ appellatur, Ad præsepe, ciborium ex argento purissimo, pensans libras sexcentas & decem, simul & rugas argenteas in ingressu presbyterii, pensantes libras octoginta, & cortinas majores sericas albas, habentes periclysin & Crucem de fundato. Immo & in sacratissimo altari majori fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Nativitatis, & S. Simeonis, & in medio Cheretismon. Simul etiam & in camera ejusdem Ecclesiæ, & in quadam porticu coronas argenteas tres, pensantes libras argenteas centum quinquaginta quinque, & uncias novem. Quæ in basilica S. Mariæ Ad præsepe.

Item & in basilica beati Christi Martyris Laurentii, sita foris muros, fecit imagines argenteas tres, Salvatoris, B. Pe- Quæ in basilica S. Laurentii.

PAGIUS Reges Northumbriæ amplius non memorabimus.

XXVII. *Post Offam & ejus filium Kenulfus in Mercia regnat.* Offa Mercinsum Rex *Ecgfertum* filium, quem alii Egfridam, alii Ecfreth appellant, Regni sui hæredem reliquit; hicque *in ipso anno obiit*, ut habent Ethelwerdus p. 842. & Simeon Dunelmensis, seu *post quatuor menses Regni*, ut refert Malmesburiensis p. 33. qui addit, eum paternæ immanitatis vestigia declinasse, & Privilegia omnium Ecclesiarum, quæ is attenuaverat, prona devotione revocasse. Ecgfertus successit *Kenulphus*, idque ante diem nonum mensis Novembris, ut ex dicendis in morte ejus palam fiet. De eo idem Malmesburiensis scribit: *Kenulphus imprimis magnus Vir & virtutibus famam supergrediens, nihil quod livor digne carperet, unquam admisit, domi religiosus, in bello victoriosus, Vir cujus merito laudes nitentur in altum, quandiu æquus arbiter in Anglia invenietur.* Ipsi Regni Initio nihil antiquius habuit, quam ut primæ Sedi Cantuariæ suus honor & locus postliminii saltem jure rediret. Legationem itaque Romam decrevit, quæ cum incerto casu irrita fuisset, aliam anno sequenti adornavit, scripsitque ad Leonem III. literas, quas Baronius num. XVIII. & seqq. recitat. *Athelardus* Dorovernensis seu Cantuariensis Archiepiscopus nihil omittendum ratus Romam anno DCCXCIX. profectus est; quod cum Alcuinus intellexisset e Taronensi Abbatia, faustum ei iter precatus est, scripsitque ad eum literas, quas refert Malmesburiensis lib. 1. de Pontif. pag. 199. Et quia Athelardus Carolum Regem adire cupiebat, Alcuinus ad eumdem Regem scripsit, & non solum Athelardum; sed etiam ejus Socios ei commendavit: *Hi omnes*, inquit, *mihi valde fuerunt fideles, & adjutores itineris mei, vel meorum defensores puerorum huc illucque discurrentium: de quibus imprimis vestram deprecor Clementiam, solita benignitate suscipere eos, quia mihi necessarii fuerunt, unusquisque in suo loco.* Porro ex Kenulphi & Alcuini literis liquet, Athelardum prius Episcoporum Synodum collegisse, quam Romanum iter aggrederetur. Meminit hujus Synodi Spelmannus pag. 316. eamque jam in annum DCCXCVIII. confert; sed Alfordus, ex literis laudatis colligit eam anno sequenti habitam esse & *Athelardum* prius Episcoporum Synodum collegisse, quam Romam pergeret, ut quod ipse Leoni proponeret, non tam suo, quam omnium ordinum ore suffragioque loqueretur. Legendus idem Alfordus an. DCCXCVII. num. X. Certum tamen aliam Synodum ab Athelardo Archiepiscopo congregatam fuisse *anno DCCXCVIII. in loco, ubi nominatur Bacanceld* et in ea dicitur, qua juxta Leonis III. mandatum prohibetur omnibus sæcularibus, ne super Ecclesias Dominium suscipere audeant. Referuntur hæc Concilia Tom. VII. Concil. & ab Alfordo Tom. I. Annal. Actum in priori de Dorovernensis Ecclesiæ prærogativa revocanda & retinenda; quod & reapse præstitum est. Westmonasteriensis enim ad annum DCCXCVII. scribit: *Kenulphus missis ad Leonem Papam Hadriani Successorem, sua & omnium Anglorum Pontificum Epistolis, ipso Archiepiscopo Athelardo Le-*

Petri Apostoli, & S. Laurentii, pensantes simul libras quinquagintaquatuor, & semis, & in sacro altari vestem sericam chrysoclavam, habentem historiam Dominicæ Passionis & Resurrectionis.

XXVII. SS. Felicis & Adaucti. S. Mennæ. S. Vitalis Sixti. Cornelii Zotici sanctæ Mariæ. Quæ in basilica S. Pauli. *Item renovavit sarta tecta beatorum Felicis, & Adaucti Martyrum juxta sanctum Paulum Apostolum. Sed & basilicam sancti Mennæ, atque tituli B. Vitalis Christi Martyris, necnon & cœmeterium beati Sixti, atque Cornelii Via Appia, simul & cœmeterium S. Zotici via Lavicana; pariter & Ecclesia sanctæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ Dominæ nostræ, sitæ in Fonticana, quæ per olitana*, hoc est antiquitatem, *marcuerat.*

Fecit autem idem Præsul in basilica Doctoris mundi beati Pauli Apostoli Confessione simul & rugas ex auro obrizo, habentes gemmas pretiosas instar beati Petri Apostoli, pensantes libras quadraginta sex, & super ipsum altare imaginem auream, habentem Salvatorem, & duodecim Apostolos, pensantes libras septuagintaquinque, & vela holoserica majora sygillata, habentia periclysin, & Crucem de fundato numero quindecim, vela promiscua majora de quadrapla in vestibus quæ pendent per arcus quadragintaquatuor. Vela modica sygillata, quæ pendent per arcus minores, ornata quadraplo viginti. Item alia vela modica de stauracio, quæ pendent per annulos decem, & alia decem, ex quibus tria habent periclysin de chrysoclavo. Item vela quatuor filo pari Alexandrina. Item vela alithino rotata, habentia periclysin, rotas cum cancellis, & in medio crucem cum gemmis, & quatuor rotas de Tyrio filo paria.

Item fecit in basilica beati Andreæ ad beatum Petrum Apostolum rugas argenteas pensantes libras octoginta & semis. Verum etiam in basilica Salvatoris quæ appellatur Constantiniana fecit cameram miræ magnitudinis. XXVIII. In basil. S. Andreæ, Constantiniana basilica. Item S. Petri.

Hic almificus Præsul fecit in altare majore beati Petri Apostolorum principis vestem chrysoclavam pretiosam gemmis ornatam, habentem historiam tam Salvatoris, B. Petro Apostolo ligandi solvendique potestatem tribuentis, quamque principum Apostolorum Petri, & Pauli passionem figurantem miræ magnitudinis in natali Apostolorum resplendentem.

Item fecit vestem in titulo Eudoxiæ super altare Tyriam habentem gryppas majores, & duas rotas chrysoclavas cum Cruce, & periclysin, blatthin, & chrysoclavum. In Titul. Eudoxiæ.

Hic autem præcipuus Præsul fecit in basilica B. Petri pharum argenteum ante In Basilica S. Petri.

PAGIUS

Legationem generaliter fungente, quod petiit impetravit.

XXVIII. *Kenulfus Rex agit apud Leonem III. pro Metropoli Cantuariensi.* Plenius hujus Legationis summa colligi potest e Leonis III. literis ad Kenulphum Regem datis, quas recitat Baronius num. XXII. & seqq. Cum tamen in illis Leo dicat: *Porro in una ex illis Epistolis* (duas enim Kenulphus ad ipsum dederat) *reperimus, qualiter gratia nostra Apostolica functionis si juxta fuissetis, animam vestram pro nobis posuissetis benigne*, apparet Leonis Epistolam, quæ a Baronio refertur scriptam fuisse post extrema illa quæ idem Leo passus est anno DCCXCIX. ad quem uterque Chronologus Saxo scribit: *Hic Ethelheard Archiepiscopus & Cinebertus Occidentalium Saxonum Episcopus, Romam profecti sunt.* Idem habet ad eum Christi annum Vigorniensis: *Dorobernensis Archiepiscopus Æthelardus, & Kinebertus Ventana Civitatis Pontifex Romam adierunt*, quia scilicet pendebat adhuc eo anno Dorovernensis Ecclesiæ causa, nec poterat plene decidi, donec Romanus Pontifex Episcoporum Provinciarum sententias audisset, ideoque Athelardus rursum Romam profectus est cum secundis literis Kenolphi Regis ad Leonem III. Westmonasteriensis laudatus uno tenore refert quæ per plures annos in ea controversia gesta sunt, anno enim tantum DCCCII. finem accepit, ut sibi videbitur.

XXIX. *Moritur Eanbaldus Archiep. Eborac.* Quoad *Eanbaldum* Eboracensem Archiepiscopum, cujus mortem cum hoc anno alligat Hovedenus loco laudato, nam Thomas Stubs in Actis Eboracensium Episc. perperam in annum sequentem differt; in Catalogo enim Præsulum Eboracensium publicato a Labbeo Tom. I. Biblioth. idem quod apud Hovedenum legitur: *Anno Incarnationis DCCXCVI. Eanbaldus XVII. sui Archiepiscopatus anno moriens, alterum Eanbaldum, qui ejusdem Ecclesiæ Presbyter fuerat, Successorem reliquit, regnante Eardulfo*, nempe in Northumbria. Præterea novus Chronographus Saxonicus, & Simeon Dunelmensis eodem anno mortem ejus collocant, additque Dunelmensis, Eanbaldum Juniorem *XVIII. Kalend. Septemb.* ordinatum esse, die scilicet Assumptioni Beatæ Virginis sacra. Licet porro tam in laudato Catalogo, quam in Actis Episcoporum Eboracensium citatis anni XVII. Eanbaldo Seniori assignentur, is tamen anno DCCLXXVIII. Egberto successerat, sed quia hic biennium, postquam dignitatem deposuit, superstes fuit, Historici Anglici annos Eanbaldi ab anno tantum DCCLXXX. deducunt; de quo diverso modo numerandi Episcoporum annos superius verba fecimus. Eanbaldus Senior Alcuini condiscipulus fuit, Junior vero ejus discipulus, ut supra ostendimus. De Juniori Malmesburiensis lib. 3. de Pontif. pag. 269. intelligendus, quando ait: *Ipse est Eanbaldus, qui cum Æthelardo Archiepiscopo Cantuariensi mutuis probitatis officiis invasionem, quam Offa Rex Merciorum super Cantuariensem Ecclesiam fecerat, ad nihilum redegit: quod Alcuinus significare videtur in Epistola ad eumdem Athelardum ita dicens:* Audiens salutem & prosperitatem vestram & conventum cum Eboracensi Episcopo filio meo Eanbaldo satis mihi placuit, speranti ex vestræ colloquio Sanctitatis unitatem Sanctæ Ecclesiæ recompaginari, quæ partim discissa est, non rationabili consideratione, sed quadam potestatis cupiditate. Ita Alcuinus apud Malmesburiensem.

XXX. Hoc anno cum dissidium inter Saracenorum Tribus in regione Palæstinæ enortum ad civile

presbyterium cum gabathis argenteis triginta, & canistrum octogoni in medio, pensans libras sexagintatres, & in cantharis argenteis tum in circuitu altaris, quam presbyterio posuit eccostruta argentea, pensantia libras ducentas duodecim. S. Petronillæ. *In altare B. Petronillæ posuit vestem de staurace, unam habentem periclysin de blatthis seu chrysoclavo.*

Basil. Const. S. Clementis. *Fecit etiam in basilica Salvatoris, quæ & Constantiniana, vestem habentem historiam Crucifixi, & Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, habentem periclysin de chrysoclavo. Sed & in basilica beati Clementis fecit vestem de staurâci etiam habentem periclysin de chrysoclavo. Fecit etiam per arcus ecclesiæ beati Petri Apostoli vela alba Paschalia. Et in natale ejusdem Apostoli vela de staurace valde pulcherrima.*

In Titul. S. Susannæ. *Ipse vero beatus Pontifex titulum beatæ Susannæ, ubi Pontifex ordinatus fuerat, ob amorem ipsius ampliavit, renovans firmissima posuit fundamenta, ædificavit Ecclesiam cum abside amplissima, & picturis de musivo decoravit, cameram, & presbyterii pavimentum pulchris ornavit marmoribus, verum dextera, lævaque porticus cum columnis marmoreis exornavit, sed & Baptisterium ibi constituit, ubi & dona obtulit, videlicet gabathas aureas fundatas tres, pensantes libras quatuor, & semis. Cruces aureas duas cum gemmis, pensantes, libras undecim, virgas argenteas, pensantes libras tres, & semis .... lucernam argenteam, pensantem libras quinque, imagines argenteas tres, pensantes libras triginta quinque. Fecit & Confessionem ejusdem altaris ex argento purissimo, pensantem libras centum tres, & uncias duas, columnas argenteas octo, & gammadias duas, & arcus duos cum Cruce ex argento, & gabathas quindecim, pensantes libras centumquinquaginta. Crucem de ...... pensantem libras quatuordecim, canistrum de ..... pensantem libras duodecim, & semis, coronam majorem de argento unam cum delphinis triginta duobus, pensantem libras trigintaduas, necnon canistrum de argento, pensans libras decem, & octo. Vasa colatoria argentea deaurata, pensantia libras quatuor, & uncias tres, gabathas argenteas habentes gryphos deauratos, pensantes libras duas, coronas argenteas duas cum delphinis decem, & octo, pensantes libras decem, & octo. Item vero idem præcipuus Antistes fecit in eadem Ecclesia vestem de chrysoclavo cum periclysi, & aliam vestem de blatthe habentem in medio Crucem in chrysoclavo, & tabulas chrysoclavas quatuor cum gemmis ornatam, atque gammadias in ipsa veste chrysoclavas quatuor, cum periclysi de chrysoclavo.*

Fecit & in patriarchio Lateranensi triclinium majus super omnia triclinia nominis sui magnitudine decoratum, ponens in eo fundamenta firmissima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in exemplis stratis, & diversis columnis tam porphyreticis, quamque albis, & sculptis cum vasis & liliis simul postibus decoravit cameram cum ab- XXIX. Triclinium Patriarchii Lateran.

fide

PAGIUS *Saraceni Palæstinam vastant & Monachos S. Sabæ occidunt.* le bellum processisset, bifariam exercitibus constitutis varias Urbes Saraceni vastavere: *Depopulati sunt frequentissimas Urbes, non paucas; Eleutheropolim, abductis in captivitatem universis, desertam fecere: Ascalonem, Gazam, & Sariphæam, aliasque Civitates violenter diripuerunt,* inquit Stephanus Monachus Sabaita in Actis Sanctorum viginti Monachorum Martyrum, Joannis, Sergii, Patricii & Sociorum, in Laura Sancti Sabæ prope Hierosolymam. Publicavit ea Acta Bollandus ad diem XX. mensis Martii, in quibus dicitur Monachos, dum cuncta timoris & desperationis plena essent, Lauram S. Sabæ non deseruisse, quamvis tuto possent inde recedere, atque in aliqua Urbium salvari. Tandem Barbari tempore Quadragesimæ ad Lauram accessere, cumque frustra peterent pecuniam, quam Monachi non habebant, telorum imbrem in eos effudere, quibus e Patribus triginta circiter sauciati sunt, lethaliter plerique. Iterum postea in Lauram irruerunt, & demum Monachos viginti antro inclusos copioso fumo diu cruciarunt, & exanimarunt. *Cæterum admiratione non caret,* inquit Stephanus Auctor coævus, *quod qui passi sunt, non omnes fuerint scientia & exercitatione virtutis consummati; erant novitii inter eos, erant & idiotæ. Sed nempe perdidicerant omnes imperare affectibus, atque redigere in servitutem quidquid in homine carnis sapientiam redolens aut voluptatem facit aut ipsam vitam æstimare atque diligere.*

XXXI. *Id hoc anno, non superiori, contigit.* Annum rei gestæ idem Auctor his verbis exprimit: *Anno ab Orbe condito sexies millesimo ducentesimo octogesimo octavo, juxta accuratissimam, scilicet Ecclesiasticam, supputationem; a nato vero secundum carnem Deo ac Domino Salvatore Nostro Jesu Christo, septingentesimo octogesimo octavo, Indictione quinta; cum Hierosolymitana Ecclesia Beatissimus Patriarcha Elias, & magnam hanc Lauram Sancti Patris nostri Divino plenus Spiritu Basilius Venerabilis gubernaret; in Regione Palæstinorum inter Saracenorum Tribus civile bellum exortum est ingens.* Utitur Stephanus, tam Era Mundana quam Era Incarnationis Alexandrinorum, quarum anni ultimi in minori numero semper inter se conveniunt. Alibi demonstravimus, ex perpetua methodo annis Incarnationis secundum Alexandrinos, septem numeros addendos, ut habeamus annum illum Incarnationis Eræ nostræ vulgaris, in qua illi Kalendis Septemb. exordiantur. Adhæc Eram Mundanam Alexandrinorum ab anno Mundi 5777. cum quo alligatur initium Diocletiani Imp. non differre a Periodo Græco-Romana, nisi in eo quod anni in hac Periodo a Kalendis Januariis, in Era vero Alexandrina a Kalendis Septembris inchoantur, certis argumentis ostendimus. Quare nullum dubium est, quin uterque annus citatus Mundi & Incarnationis initium sumat die prima mensis Septembris superioris Christi anni, ideoque quin Sancti Martyres currenti passi sint; cum Bar-

baro-

fide de masivo, & alias duas absides diversis historiis piagens, & marmorum incrustatione pariter, & in circuita decoravit.

XXX. *Et in Ecclesia beatæ Priscæ fecit idem Antistes calicem fundatum superauratum unum, & coronas tres, unam habentem delphinos decem, alias duas numero novem, & gabathas octo, pensantes simal libras vigintinovem, & vestem aliam holosericam ornatam in circuitu blatthi byzantio.* His enarratis subiiciuntur, quæ ab adversariis passus est, quæ suo loco inferius enarrabimus, quibus exacte descriptis, idem auctor reliqua eodem ordine, quo sunt facta post reditum Romam, recenset, quæ suo loco dicturi sumus.

PAGIUS barorum incursio facta sit *per Quadragesimam*; ac præterea, quin loco, *Indictione quinta*, legendum sit, *Indictione quarta*, quæ hoc anno in cursu fuit usque ad Septembrem. Sed Bollandus, qui ad Methodum a nobis traditam animum non adverterat, & Indictionem mendose descriptam esse non putabat, hoc Martyrium in annum sequentem distulit, sicque utramque Eram Alexandrinam cum Dionysiana male copulavit.

JESU CHRISTI ANNUS 797.	LEONIS PAP. III. ANNUS 2.	IRENES ITERUM IMP. ANNUS 1.

I. Annus sequitur Christi septingentesimus nonagesimus septimus quintæ Indictionis, quo Constantinus Imperator orbatus oculis simul & vita cum esset, in matrem rursum Imperium est devolutum. Rem gestam idem qui supra Theophanes res sui temporis prosequutus, & qui interfuit, narrat verbis istis: *Mense Martio exiit Imperator adversus Arabes, habens secum Stauratium Patricium, & ceteros amicos matris suæ, necnon & electam catervam peditum militum ex utrisque thematibus viginti millia. Videntes autem, qui circa Stauratium erant, alacritatem populi, & Imperatoris: timuerunt, ne forte inito bello, ille vinceret, & ipsi adinventis adversus eum frustrarentur insidiis. Ergo muneratis vigilibus, persuaserunt eis mentiri perhibendo Sarracenos fugisse. Imperator itaque multum tristatus, inefficax in urbem regressus est. Et Kalendis Maji mortuus est filius ejus Leo, & luxit eum vehementer. Porro decimosexto Kalendas Augusti ab equestri agone ad sanctum Mammatem transeunte, transmearunt ad eum comprehendendum hi, qui erant ex ordinibus, quos mater Imperatoris allocuta est. Quo ille cognito, in Chelandium suum ingressus est, & transmeavit ad Pylas, volens ad Orientalium thema confugere. Erant autem cum eo & amici matris ejus, quos ille sic esse ignorabat. Porro ipse & uxor ejus exivit usque ad Tritonem.*

II. *Porro consilio inito, amici matris ejus dixerunt ad semetipsos: Si conservatus ei fuerit populus, non jam domino constringetur, nec jam latere poterimus eum, & perdet nos. Materque ipsius congregatis in palatio Eleutherii, qui ex ordinibus fuerant collecati, introivit in palatium: & cum didicisset populi ad Imperatorem concursum, timuit nimis, & tractabat qualiter mitteret Episcopos ad eum, & acciperet verbum, ut sederet in angulo. Verum scripsit occulte ad amicos qui cum ipso erant, quia nisi modum quemlibet feceritis, & tradideritis eum, verba, quæ habetis mecum, habeo indicare Imperatori. At illi metuentes, tenuerunt eum proceres, & in Chelandium deducto eo, Subbato mane venerunt ad urbem, & concluserunt eum in domo Porphyrii, in qua & natus est. Et circa horam nonam crudeliter, & insatiabiliter oculos ejus evellunt, ita ut mors subsequens confestim extingueret consilio matris suæ, & consiliariorum ejus. Obtenebratus est autem sol per dies septemdecim, & non dedit radios suos, ita ut errarent naves maris, omnesque dicerent, quod propter obcæcationem Imperatoris sol obcæcatus radios suos retruxerit.* Porro nonnisi irato in eum numine, vindictam exposcente de suso ab eo innocentium sanguine facta hæc esse, idem Theophanes tradit, dum agit secundo anno ejus Imperii de eorumdem innocentium nece, ista subiiciens: *Non in longum Dei justitia hanc injustam ultionem misit inultam: post quinquennium namque eodem mense, & eodem die Sabbati orbatus est oculis a propria matre idem Constantinus.* Porro in Constantino sic genus Copronymi prorsum extinctum tradunt.

Constantini Imp. obcæcatio & obitus.

Dira in Constantinum vindicta.

III. Quomodo autem, ita e medio sublato Constantino Imperatore, qui ab eo deportati sunt in exilium viri sanctissimi, & inter eos eminens Plato Archimandrita sunt restituti, audies ex Theodoro Studita:* qui & ipse unus ex illis & pars magna fuit, res gestas ejusdem S. Platonis prosequutus oratione, hæc de his subiicit: *Breve (inquit) tempus intercessit, & adulterum illud Imperium, quod noluit intelligere, ut bene ageret, de medio sublatum fuit: ut & Imperatores ipsi discerent divinas leges non violare, neque iniquas persecutiones, & carceres struere, quamvis purpura nimium effe-*

Exules confessores redeunt Constantinop.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXXV. Anno Hegiræ CLXXXI inchoato die 5. Martii fer. 6. A.C. 797. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6290.

☉ 22. A. ☽ 19. P. 23. Apr. Indict. 5.

JESU CHRISTI 797.

LEONIS III. PAPÆ 3.

IRENES iterum IMP. AN. 1.

Ad num. I. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCLXXXIX. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, refert, *Irenem*, Augustam Ordinum militarium Duces induxisse, ut obrogato filio Summam Imperii sibi committerent, sed censuisse diem opportunum expectandum esse, *Junii* vero *mensis die decimo septimo, Indictione quinta* Duces molitos esse *Constantinum*, Imp. comprehendere, at eum conspecto periculo Pylas trajecisse. Tandem *Duces illi Constantinum precibus vacantem comprehendunt, & chelandio ab ipsis imposito, Sabbato mensis ejusdem die decimo quinto in Urbem summo mane deductum, in porphyra, qui primum in lucem prodiit, includunt: & circa horam nonam tanta immanitate illi oculos confodere ex matris & Consiliariorum, & ejus sententia, ut pene mortem inferrent. Ita mater ejus Irene Imperium obtinuit.* Quæ recte hoc anno Baronius ex Anastasio narrat. Theophanes ad annum II. *Constantini* solius regnantis, qui Kalend. Septemb. anni Christi DCCXCI. in-

Constantinus Imp. ab Irene matre oculis orbatur.

efferaatur. Tunc fidelissimus illa divinarum legum custos, S. Plato videlicet confessionis bravio recepto, a carcere ipso tamquam victor exiit, multisque laudationibus, & carminibus celebratus, felix dicebatur, eorum testimoniis comprobatus, qui antea ipsi obtrectabant, atque illudebant. Solent enim (ut est a Gregorio Theologo dictum) homines alicujus virtutem vel hostes ipsi admirari, cum furore extincto, res ipsa per se probata fuerit. Licet hoc luce, diverso modo res se habeat, ac dici possit. Cum enim Regina illa, quæ pacis nomen habens, Irene dicta est, rursum imperare cœpisset, & virum hunc tamquam Martyrem prosequeretur: tunc instar fluvii retro fluentis, si quis inimicus antea fuerat, in amicum, & laudatorem conversus est, ita ut custos carceris, in terra prostratus, sibi veniam dari in terra supplex petierit. Sed vir ille factis, aut dictis tam motus fuerat, quasi lapis sensus expers.

IV. Gaudium & concordia totius Ecclesiæ. *Postea vero quam ab exilio reversi fuimus: aliique ex aliis locis tamquam volucres quædam advolassent: factum illud piis hominibus admirationi erat, & cum capite ipso membra copulabantur. Diceret fortasse hoc loco (quamvis verbum hoc audax sit) clarissimus ille vates Isaias:* (a) Isaiæ 60. *(a) Leva in circuitu oculos tuos, & vide congregatos filios tuos: veniunt omnes filii tui de longe: videbis, & gaudebis, & metues, atque obstupesces corde. Ille quidem Propheta hæc diceret: ego vero addiderim. Illum etiam, qui sacris præsidebat, & in ea re principatum tenebat* (Tarasius iste erat Constantinopolitanus Episcopus) *ita affectum fuisse, ut eum, de quo dicimus, reverentia prosequeretur; qui cum se illi purgasset, ad concordiam etiam ipsum invitavit. Quod factum fuit, ajecta illa, qui adulteros conjugatos coronaverat, ut dissidium removeretur, quod beatus ille maxime fugiebat. Qua facta, victoria præmium apud universos, qui convenerant, assecutus est. Quid enim aliud Deo ipsi concordia, & conjunctione carius, modo conjunctio ipsa hominem a divinis præceptis non sejungat? Sed quidnam postea factum est? E priore monasterio gentis illius causa Byzantium migravimus. Quo loco pater ipse virtutis appetens, ne monasterii gubernationem sustineret, intra cellulam se claudens, eam vitam amplexus est.* Quod vero ad initam cum Tarasio communionem pertinet: testatur ipse Theodorus in epistola ad Simeonem, de qua inferius, se cum Tarasio, ubi rediit, communicare noluisse, nisi probasset, quæ ab ipso gesta essent. At pergit auctor cœptam narrationem:

Sed vide etiam hic admirabilis viri studium: tam multa ejus erat humilitas, ut cum fratrum societas sub duobus principibus esse non posset: seipsum vir ille Dei studiosus, atque imitator, obedientiæ legibus subjecerit; idque fecerit illis ipsis præsentibus, & ejus rei testibus, qui eo convenerant. At non peregrinum, & alienum hoc est, filium dici eum, qui antea pater dicebatur, ejus inquam filium, quem ipse in spiritu genuerat (de se ipso hæc Theodorus.) *Quidquod ei subjectus erat, cui olim imperaverat? cum præsertim tot essent illius egregia facta, ut satis illi ad laudem esse possit, si cunctarum rerum gloria non elatus modeste se gesserit. Sed admirabilis ille vir facile, & nullo negotio hoc perfecit, non ficte quodammodo, & adulterine, ut verbo tantum imperanti subjectus esset, sed sincere, & eo modo, quo Deus postulat, id ipsum faciebat. Ubi enim confessio est, illic & fiducia: ubi fiducia, illic propriæ voluntatis cematio: ubi propria voluntatis cematio, illic & obedientiæ perfectio esse solet. Recte factorum testes illi sunt, quorum causa petitiones aliquot extiterunt. Supplicabat pro aliquo propinquo, & cum petitionem assecutus esset, ejus causa, qui petitionem obtinuerat, ipse gaudebat. Quod si petitionis compos non fuisset, sed re infecta discessisset, nequaquam id moleste ferebat, unum illud propositum habens, ut re aliqua egenti utilitatem afferret, non ut voluntatem suam expleret. Hei mihi, pater (ut Propheta (b) voce utar) quare me genuisti? Patrem vocare non erubesco, qui dignus non sum, qui filius tuus nominari possim. Quorsum me ad hanc dignitatem extulisti, qui neque imperio parere aptus sum? Novit De-*

V. S. Platonis confessoris post triumphum humilitas.

(b) Isaiæ 45.

PAGIUS inchoatur, postquam scripsit, *Constantinum* patruos suos excæcasse, subdit: *Supplicium mense Augusto, Sabbati die, Indictione XV. hora nona est irrogatum. In spatium tamen haud diuturnum injustum hujusmodi facinus inultum Divina Justitia distulit. Solius etenim quinquennii exacto intervallo ejusdem mensis & Sabbati die a propria matre Constantinus ipse oculis orbatus est.* Verum alterutro in loco error in mensem irrepsit. Etenim *Constantinus* patruos excæcavit anno DCCXCII. quo post Bissextum Littera Dominicalis fuit G; & tamen hoc anno, quo ipse oculis orbatus, Litera Dominicalis fuit A, ideoque dies XV. mensis Junii currentis anni v. g. non potest incidere in eandem feriam, in quam incidit anno DCCXCII. Auctor quidem Miscellæ & Anastasius tradunt, *Constantinum* patruos suos excœcasse *XVI. Kalendas Augustas* die sc. XVII. mensis Julii, sed anno DCCXCII. dies ille non cum Sabbato, sed cum die Martis concurrebat. Quidquid tamen sit de die ac mense, certum est *Constantinum* an. DCCXCII. non vero anno antecedenti, ut perperam Baronius habet, in patruos sævisse; cum ab eo anno ad currentem quinquennium, ab anno vero DCCXCI. *Sexennium effluxerit.*

Deus quemadmodum, & tua sancta anima hujus rei rationem, quod scilicet amicitia ipsa, vel obedientia etiam potius illa, quæ supra vires sunt, ferre potest, ut brevi oratione defensionem meam comprehendam, & hoc loco finem faciam. Hæc Theodorus ingemiscens de collata ab eo ante biennium monasterii præfectura, de qua superius dictum est. Pergit vero ipse res gestas sancti Platonis, admiratione summa dignas, referre, sed hæc nobis ad Annales satis.

VI. Dicendum modo de ipso Theodoro Studita, de se adeo modeste, humiliterque scribente; illaque afferemus quæ Michael monachus, qui fuit ejus discipulus, & res ab eo gestas descripsit, quam fidelissime narrat, incipiens a Constantini nece his verbis: *Sed quoniam Rex ferus incidet in mala (sicut ait Propheta a) & via ejus tenebrosa, hoc ipsum sensit imprudens Constantinus, & pœnas iniquitatis suæ nequissimus persolvit, Imperio brevi orbatus, atque ante Imperium oculis, ut quibus vivens improbe usus erat, eorum lumine privaretur. Eo autem Regia pulso, Imperium iterum ejus pia mater obtinuit, quæ pacem statim complexa, nomini suo congruentem, nihilo illam quam antea segnius conservare studuit. Itaque exilium patribus subito relaxat, non his modo, vel illis, sed omnibus in universum, atque ante omnes ei, qui virtute omnes antecibat, pastori inquam nostro ac magistro,* Theodoro videlicet. *Quem Thessalonica redeuntem, frequens (ut par erat) omnium hominum occursus excepit. At longe clarissimus honor fuit, quo ingredientem Patriarcha, & Regina ipsa eum honestarunt. Eam ob rem qui ante alios dissensionis socius, & particeps fuit, Josephus ille presbyter, qui præfracta temeritate inaudita peregerat, sacris septis ejectus, ex sacerdotum albo expungitur, ut unius amputatione, atque casu, reliqua membra coalescant, & conjuncta cohæreant. Hoc enim Augustæ summum studium erat, unum tollere, ut omnes consentirent, nec dissidio ullo, vel schismate dissiderent. Quod ei sane feliciter cessit ex animi sententia: brevi enim omnes animis conjuncti ad pacem, concordiamque redierunt.*

(a) Ezech. 28.

Reditus Theodori ob exilio.

VII. Excusatur Tarasius.

Neque enim vel Patriarcha ipse, quantum in eo erat, aut factum id approbabat, aut non absurdum illud, & alienum ab Ecclesia judicabat, aut Patrum ærumnis non compatiebatur; sed sapiens quoddam consilium, & alta mente, qualis ejus fuit, dignum agitans, non habuit tunc ulciscendi auctores facultatem, temporis injuria, quæ vellet, agere non permittente. Quamobrem Regina ipsa utriusque prudentiam amplectens, & magnopere collaudans, summam utriusque virtutem, & in utili diiudicando intelligentiam boni consulebat, quod Patriarcha quidem de summo jure nonnihil remittens, vesanum Imperatorem a graviore malo hac ratione revocasset, minantem jam se, majorum exemplo, sacrarum imaginum hostem fore, nisi quod animo concupierat, peragere sineretur.

Theodori diversa sententia.

Pater autem, nempe Theodorus, flagitium propalam, arguendo, & acri reprehensione, atque objurgatione longius progredi prohibendo, tum eos, qui peccarant, tum cæteros, qui simile aliquid meditabantur, omnes affectibus suis non intemperanter uti edocuisset. Prorsus autem & relaxare interdum aliquid de judicio, bonum est, & exactum jus non prætereire, utilissimum, unum in finem utrumque spectans, ut quod melius est, id pro re nata præstetur. Quod utrumque divini ambo ratiocinantes, altiore quam capiat noster ferat, consilio præsentia administrabant, ita ut charitatis vinculum nulla ratione solveretur, quo coniuncti semper fuerant, & divino inter se Spiritu colligati. Quod nos certe persuadere nobis debemus, & opportune de his, quæ opportune gesta sunt, judicare, ut propositum utrique finem laudemus, & amplectamur, & eos, qui aliter sentiunt, vel affecti sunt, de sententia dimoveamus. Hæc omnia Michael Tarasium Patriarcham excusans, in quem plurimi oblocuti fuissent ulla occasione superius recitata.

VIII. Theodorus rediens in monasterium colligit monachos.

Cæterum ipse Theodorus post victoriam consequutam, haud urbis potuit retineri blanditiis, sed ardua repetit vitæ monasticæ, ad suum remeans monasterium, congregans dispersos Israel, & alios ad ejusdem vitæ instituta, sectanda virtutibus provocans, prout idem Michael ejus vitæ scriptor his sobiicit verbis: *His ergo in hunc modum transactis, Theodorus regia urbe relicta, in monasterium revertitur, optimique pastoris instar, segregatas oves convocat, quas, se absente, prædones animarum abegerant, & in omnes circum montes dispersérant. Accurrit insuper innumerabilis aliorum tam monachorum, quam sæcularium multitudo, & magni patris reditui gratulatur, divulgante illum ubique fama, Theodorumque celebrante, & Sacundionem. Respondebat autem exitus opinioni, & famam res ipsa confirmabat. Quicumque enim accedebant, meliores ab eo fiebant, & præstantiorem inde vitam auspicabantur. Plurimi ex eo tempore Byzantio profecti, ad sanctum protinus advolarunt, ejus tamquam Sirenum minime fallacium vocibus repente capti, redeundi curam penitus abiecerunt. Obtestantes, accidentes, omnia supplicum more facientes, ut sibi cum illo esse, & vi-*

ve-

vere liceret; melius longe, atque utilius id existimantes, quam in sæcula versari. Quos ille cunctos excipiens, eorumque fidem amplectens, Deo offerebat, & in virtutis disciplina exercebat. Quæ autem ipsi causa fuerit illud relinquendi monasterium, & reverti Constantinopolim, & illic præfecturam suscipere amplissimi monasterii, jam diutius monachis destituti, ejusdemque Studii appellati, ex quo & cognomentum illud est consequutus, ut Theodorus Studita sit appellatus, idem auctor enarrat. Sed quoniam ea facta noscuntur anno sequenti, de his nos suo loco dicemus.

IX. Quod spectat ad res Occidentales, Barcinona civitas, quæ a Francis defecerat, per Zatum Sarracenorum Præfectum Carolo Magno reddita est. Cum & Habdalla Sarracenorum Princeps in Africa a fratre pulsus, ad eumdem Carolum Magnum confugit, quem cum filio suo Ludovico in Hispaniam proficisci jussit. Quo anno pariter res bellicæ eidem Carolo prospere ex sententia successere. Cum autem degeret Aquisgrani, accepit

PAGIUS

II. *Barcinona Carolo a Saracenis tradita.* Ad num. IX. Eginhardus in Annal. hoc anno hæc habet: *Barcinona Civitas in limite Hispanico sita, quæ alternante rerum eventu, nunc Francorum, nunc Sarracenorum Ditioni subjiciebatur, tandem per Zatim Saracenum, qui tunc eam invaserat, Regi (nempe Carolo) reddita est. Nam is æstatis initio Aquasgrani ad Regem venit, seque cum memorata Civitate spontanea deditione illius potestati permisit.* Refert postea *Carolum*, cum Aquisgranum venisset, ibi Abdellam Saracenum, filium Ibiminangæ Regis de Mauritania ad se venientem suscepisse, & Ludovicum de Hispanica expeditione regressum ad se venire jussisse, ac eum ad Aquitaniam remisisse, *cum quo & Abdellam Saracenum ire jussit. Qui postea (ut ipse voluit) in Hispaniam ductus, & illorum fidei, quibus se credere non dubitavit, commissus est.* Ludovicus Aquitaniæ Rex Caroli patris mandatis pariturus accessit Tolosam, ubi Conventum Generalem Regni habuit; ibique Legatos suscepit, quos ad confirmanda pacis fœdera miserat *Adefonsus* Asturiarum & Gallæciæ Rex. *ubi Bahaluc quoque*, ut scribit Auctor Vitæ ejusdem Ludovici, *Saracenorum Ducis, qui locis montuosis Aquitaniæ proximis principabatur, Missos pacem petentes & dona ferentes suscepit & remisit.*

III. *Dissidia Saracenorum Christianis conducunt.* Accidit autem ut *Abdalla* Saracenus *Abderramanis Abenbumeja* filius, corrupte ab Eginhardo *Ibinmanga* dictus, qui ab *Issema* fratre Hispaniarum Rege, ex Hispania pulsus in Mauritaniam trajecerat, statim ab obitu *Issemi*, antequam filii ejus *Albaca* novi Hispaniarum Regis initia firmarentur, in Franciam se contulerit, *Caroli* patrocinium imploraturus. Hic hominem blande exceptum *Ludovico* filio in Hispaniam proficiscenti tradidit: *Qui postea*, ut inquit Eginhardus, *in Hispaniam, quo voluit ductus illorum fidei quibus credere se non dubitavit, commissus est.* Constat ex Roderico in Historia Arabum cap. 23. *Abdallam* Civium voluntate Valentiam occupasse, & *Zulema* fratre ex Mauritania evocato in spem rerum novarum in vicina Oppida & agros irruptionem fecisse, donec collatis signis duo fratres cum *Albaca* Hispaniarum Rege nepote dimicarunt; in quo prælio Zulema cecidit. Abdalla victus Valentiam evasit, & fœdere cum Hispaniarum Rege facto arma posuit, ea lege ut sibi tributum annuum penderetur; quo vitam exigere posset. Quæ circa annum octingentesimum Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 26. acta esse recte censet, Maurorum intestina dissidia rei bene gerendæ occasionem Christianis præbuere. Ea quæ ab illis egregie & fortiter facta sunt, accurate descripsit Auctor Vitæ Ludovici. Temporum vero ratio petenda ex Eginhardo citato, qui priorem Ludovici expeditionem Hispanicam ad hunc annum refert, alteram ad sequentem, vel saltem ad annum DCCXCIX. de qua infra sermo erit.

IV. *Legatio Imperatricis ad Carolum.* Aquisgranum quoque ad Carolum venit Theoctistus, de quo Annalista Loiselianus: *Illuc & Legatus Niceta, qui tunc Siciliam regebat, nomine Theoctistus venit, Imperatoris Epistolam portans, quem magnifice suscipiens, post paucos dies absolvit.* Idem habent alii Annalistæ nec nec non incertus Auctor, & Monachus Egolismensis in Vita Caroli. Sed vana fuit ea Legatio, quia jam *Constantinus* Imp. oculis orbatus fuerat, & in ordinem redactus. Regino & Annalista Metensis Legatum Nicetæ Theophilum appellant, ut etiam Baronius habet, sed plures Annalistæ eum Theoctistum vocant, & Monachus Egolismensis illum Nicetæ non Legatum sed filium dicit.

V. *Annus XXVI. belli Saxonici.* Annalista Lambecianus ad annum DCCXCVII. hæc scribit: *Iterum eodem anno* (ubi *eodem* pro eo ponitur, cum ab illis verbis Annalista annum istum auspicetur) *introivit Rex Carolus Saxonia* (pro, in Saxoniam) *& pervenit ad pagum, qui dicitur Vurmubati, ubi firmitas eorum facta fuit, & ipsa firmitate interrupta, introivit Rex cum exercitu suo in pagum illum, vastavit & incendit pagum illum. Et tunc denuo venerunt ad eum omnes Saxoni* (pro Saxones) *de universis finibus & angulis, ubi habitabant; & tulit inde aut obsides, aut de ipsis, quantum ipse voluit, & de Frisionibus similiter; & Rex Carolus rediit in Franciam. Et post aliquantas hebdomadas iterum intravit in Saxonia, & ibi habitavit ipsam hyemem & fecit sedem suam juxta locum, ubi Timella fluit in Vuisaraha* (idest, in Wisurgim) *quem etiam Heristelli appellavit, eo quod ab exercitu suo fuerunt constructa ipsa mansiones, ubi habitabant.* Hæc verba transcripsit Chronographus Moissiacensis. Sed de Frisonibus alii Annalistæ non loquuntur, qui tamen cum finitimi Saxonibus essent, ab his in rebellionis societatem facile trahi potuerunt. Carolus e Saxonia reversus, per aliquot hebdomadas Aquis mansit, donec in Saxoniam iter mense Novembri rursum sustrepit.

VI. *Carolus Capitulare XI. ad res Saxonicas spectantia condit.* Priusquam in Saxoniam secundo proficisceretur, Conventum habuit Episcoporum, Abbatum, Comitum, atque etiam Saxonum, tam Ostphalorum, quam Angariorum, & Westphalorum, ediditque Capitulare, quod Holstenius in Collectione Romana part. II. publicavit, & post eum Baluzius Tom. I. Capitularium Reg. Franc. pag. 275. Cointius hoc anno num. VIII. aliique. In Præfatione præter quintum Kalendas Novembris, tres Chronologici characteres, annus Incarnat. Dominicæ, annus Caroli Regis in Francia, & annus ejusdem Regis in Italia seu Longobardia, sic exprimuntur: *Anno ab*

pit legationem a Constantino Imper. antea missam. Qui ea functus est, fuit Theophilus Nicetæ Siciliæ Præfecti filius verum anno sequenti a Carolo susceptam, hoc vero anno missam a Constantino adhuc superstite alii tradunt. Sed ejus audita nece, omnia vana cessere.

Sep-

PAGIUS *ab Incarnatione Domini N. J. Christi DCCXCVII. & XXX. ac XXII. regnante Domno Carolo Praecellentissimo Rege, convenientibus in unum Aquis Palatio in ejus obsequio venerabilibus Episcopis & Abbatibus, seu Illustribus Viris Comitibus V. Kalendas Novembris, simulque congregatis Saxonibus de diversis pagis*, &c. Cointius laudatus recte advertit errorem esse in anno Regni Italiæ, & loco, *anno XXII.* reponendum esse annum XXIV. sed perperam ait suspectum esse characterem ab Incarnatione Dominica, quod talis annorum computus in usu non esset apud Francos ætate Caroli. Verum cum is character diserte memoretur *in* Consilio Germanico anno DCCXLII. & in Suessionensi anno DCCXLIV. celebratis minime dubium est, quin in Actis publicis annus Incarnationis, antequam Carolus regnaret, adhibitus fuerit, sæpeque etiam omissus, at ex variis, quæ supersunt Monumentis intelligimus. In eo Conventu condita undecim Capitula Tomo VII. Concil. legenda. Porro Carolum mense Novembri in Saxoniam profectum esse narrat his verbis Annalista Loiselianus; *Rex Novembrio mense mediante ad hybernandum cum exercitu Saxoniam intravit.*

Digitized by Google

I. SEptingentesimus nonagesimus octavus Christi annus, qui sequitur, Indictione sexta signatur. Quo in Oriente Arabes Sarraceni sub Duce Habdimelech Romano Imperio infestissimi, cum petenti pacem Irenæ Imperatrici negassent, infesto agmine progressi sunt Constantinupolim, usque ejus suburbia deprædantes, onustique spoliis sunt reversi. Hæc Theophanes pluribus. Quorum occasione factum est, ut Theodorus, de quo anno superiori plura dicta sunt, quo ab horum infestatione monachos sibi subditos salvos redderet, atque securos, eosdem Constantinupolim duxerit, atque Studii monasterium habitare cœperit. Rem gestam Michael his præsens sic narrat: *Impiis Arabibus Romanum Imperium per id tempus infestantibus, cum feder passim servitutis metu verterent, non solum propinqui, verum etiam remoti, ac procul dissiti: necessario faciendum patri visum est, ut tempori cederet nec manifesto periculo se, sociosque (quod amentis erat) objiceret. Quare in regiam urbem se recipit, Patriarchæ optabilis & Augustæ, quibus adventu suo se socium incredibilem attulit. Qui mox summis ab eo precibus contenderunt, ut Studii moderator cœnobii*, quod in urbe erat, *esse vellet, & in eo monasticæ exercitationis scholam collocare, ut hac ratione a tanto viro civitatum princeps ornaretur. Magnificum plane, ac præcellens ejus cœnobii templum, & sive pulchritudinem, sive amplitudinem spectes, paucis concedens.*

Theodorus ob Sarracenorum incursiones cum suis migrat Constantinop.

II. Unde autem acciderit, ut idem monasterium, Studium sit appellatum, licet nos suo loco superius diximus, rursum istud audi ab eodem auctore, rem breviter perstringente, cum pergit: *Venerat* (inquit) *ab Urbe Roma vir genere, & opibus præstans, Studius nomine (Euprepium lingua nostra vocare solet) qui & Patriciæ, & Consulis honorem fuerat adeptus. Hic cum in hac urbe domicilium collocasset, præclarum hoc templum magno præcursori Baptistæ posuit, monachorum deputans habitationi. Et quidem nullo umquam tempore defuerunt, qui communem in eo vitam agentes, præclara virtutis, ac religionis suæ argumenta darent, quoad Deo invisus Constantinus Copronymus, indicto monachis bello cum ceteris omnibus hos pariter ejecit. Postquam vero in pristinum statum res Ecclesiæ redierant, cessavitque schismatis persecutio: eumdem locum monachi iterum sed perpauci, nec plures (ut ferunt) numero quam duodecim inhabitarunt.*

Monasterii Studii nomen, & origo.

III. *Hoc ergo cœnobium pater cum insigni templo aptissimum, & ornatissimum nactus, ex conditoris mente scilicet adiit, discipulosque suos in eo constituit. Sic enim revera conveniebat, eum, qui virtute omnibus antecederet, suum ipsius templum apponere, eumdem ejus incolam, ac pastorem esse, & pastorem longe præstantissimum, cujus oves & numero plurimæ, & virtute perinsignes essent. Cui enim & cura omnis, & studium erat fidei suæ creditas, meliores in horas reddere, & quicquid pulchrum, ac honestum esset, eis proponere; atque inserere, earumque salutem suam salutem ducere: hos par erat augere maximis incrementis, & vitæ perfectionis apicem capessere. Quorum sane monasterium propterea clarissimum nomen obtinuit, omniumque aliorum celeberrimum evasit. At enim cum multi, crescente ejus fama, quotidie confluerent, partim laici, partim monachi, nonnulli etiam delicatæ vitæ dediti, & voluptuariæ, quibus adeo nulla virtutis cura fuisset, benigne omnes pariter excipiebat, & divinæ scripturæ documentis instruebat, atque ad meliora ducebat, nullius rei præterquam virtutis studio capi docens, boni immortalis ac perpetui.* Pergit auctor pluribus dicere de

Monasterium Studii restitutum, & auctum.

V v mo-

PAGIUS. SÆC. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXXVI. Anno Hegiræ CLXXXII. inchoatæ die 22. Febr. fer. 5. A. C. 798. 1.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6291.

☉ 23. G. ☽ 1. P. 8. April. Indict. 6.

JESU CHRISTI 798.

LEONIS III. PAPÆ 4.

IRENES iterum IMP. 2.

ANNum I. ad VIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCI. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato, ait: *Hoc anno Abimelech in Romaniam suscepta profectione cum prædatoriis militum expeditorum turmis ad usque Mangana penetravit. Inde vero ex improviso in Stauracii stabula irruens, ejus equis, nec non ipsa, quo Imperatrix vehebatur, equitatu raptis, citra damnum pedem retulit. Cæteri vero in Lydiam usque penetrantes, maximam prædam inde reportaverunt. Alterum autem eorum agmen excursionibus exercitatum, in Paulum Patricium Opsicii Comitem incidens, multa cæde in universum exercitum, & ejus Optimates debacchatum est: & accepto belli toto apparatu, ipsum postmodum restituit, & ad suos remisit.* Mangana locus erat Constantinopoli sic dictus, quod in eo asservarentur machinæ bellicæ totius Urbis, & materiæ mechanicæ, & cætera ad Urbium oppugnationes idonea instrumenta, ut docet Codinus pag. 38. Μάγγανα, tam a Græcis, quam a Latinis recentioribus Scriptoribus machinas bellicas appellari, ostendit Ducangius in Glossario Mediæ Latinitatis.

Saraceni Constantinopolim usque excurrunt.

Sa-

Digitized by Google

monasticis ab eo suis discipulis traditis institutis, admiratione quidem maxime dignis iisdemque scriptis metro, de quibus hæc ait:

IV. Theodorus monastica instituta scripsit.

Edidit præterea institutiones Jambicis versibus conscriptas, quemadmodum unumquemque imperata facere oporteret. Quorum versuum contextus initium a Præposito ipso duceret; cum deinde cæteros omnes ad infimum usque percurrens, definit ac statuit quibus pœnis, quibusque separationibus aut genuflexionibus affici debebat, qui ad divinas laudes tardius venerit, qui vas confregerit, aut temere projecerit, ac negligentius tractarit: qui fratrem in re quapiam offenderit: qui in loquendo modum excesserit, & linguæ frænum non injecerit. Quibus omnibus congruentes pro delicti modo pœnas imposuit. Porro monachorum numerum ad decem pervenisse centenaria, idem auctor unus ex illis affirmat, qui pariter occasione laboris operum manuum singulis præscriptorum, ejusdem Theodori scripta recensuit: sed primum in describendis codicibus ejus labores sic narrat: *Memor autem beati Pauli dicentis (a): Neque gratis panem manducavi, sed manus istæ mihi, & iis, qui mecum erant, ministraverunt: laborare & ipse constituit, manus continuo versans in codicibus, operamque suam ad eos adjungens ex discipulis, qui opus manu faciebant. Extant apud nos ad hunc diem ejus manuscripta pulcherrima.*

(a) 2. Thess. 3.

V. Theodori Studitæ scripta diversa.

Composuit & libros alios, quos propria lingua dictavit, quorum sensus manifestam quamdam divinæ gratiæ vim ostendunt. In his primum locum tenet, qui Parva dicitur Catechesis quatuor & triginta supra centum distinctu sermonibus, quos quidem fratribus ipse pronuntiavit, congruentes cuique dici singulos, lectissimis sententiis, verbisque ornatissimis scite admodum pertractans nunc de animæ fortitudine, adversorumque contemptu, de monasticæ observationis perseverantia, & membrorum mortificatione: nunc de constantia in quotidianis certaminibus, & præstante adversus casus omnes animi contentione. Ex hoc libro tres sermonum particula prima quaque die hebdomadis apud nos in Ecclesia recitari consueverunt. Alterum deinde librum elaboravit, Magnum Catechisticum tribus membris, seu partibus comprehensum, qui egregia cœnobii instituta singillatim declarat, disciplinam tradens supra quam dici queat utilissimam. Quantum vero utrique insit gratiæ, cælestisque philosophiæ, cuivis notum, qui eorum lectionem vel leviter attigerit. Etenim multi sane libros multos, eosque utiles elucubrarunt elegantia, & sermonis ornatu excellentes; mihi tamen sic persuadeo, nullo ex alio tantum lucis, tantumque compunctionis haurire animam, quantum ex patribus Catechesibus, quæ singularem cum suavitate persuadendi vim habent, & conjunctam cum utili gratiam præseferunt.

VI.

Scripsit præterea vir divinus panegyricum volumen, in quo insignes Domini dies festos enarrat, & præclaris orationibus exornat, nec Domini solum, verum etiam Deiparæ, & præcursoris item Joannis Baptistæ, cujus etiam solitudinem, vitamque ab hominum congressu semotam eleganti hymno celebravit. Scripsit & librum Jambicis versibus, in quo & primi parentis ortum, lapsumque descripsit, Caini que invidiam ac manum, qua fratri, heu, injecta, cædem patravit iniquissimam. Henochi deinde gratam innocentiam, ac Noe, ejusque filiorum exortum, vitam, conversationem. Recensuit insuper eodem opere universam Iconomachorum hæresin, quos ut malorum fautores, atque auctores anathematis nota perstrinxit. Epistolarum autem ejus libri quinque sunt numero, qui apud nos hactenus asservantur. In his & singularem patris libertatem, videre est, & solicitudinem ac sedulam industriam, & quemadmodum inter calamitates erectus semper manserit, & invictus, nullis ærumnis fractus, nihil remittens de mentis proposito in tantis incursibus, & temporum injuriis.

Theod. libri quinque epistolarum.

Præter hos omnes Dogmaticum etiam librum composuit, in quo valida insunt disputationes refutatoria mirabiliter contexta, ad dissolvenda Iconomachorum sophi-

VII. Dogmaticus liber Theodori.

PAGIUS

Saraceni itaque hoc anno usque ad Constantinopolim excurrere, tuncque, ut recte observat Baronius ex Michaele Monacho, Sanctus Theodorus Studita Constantinopolim se recepit, ubi rogatus est curam suscipere Monasterii Studitarum, de quo alibi egimus. Ibi varia Opuscula scripsit, ex quibus plura adhuc inedita, & alia magna ex parte periere. Adhæc idem Sanctus Theodorus Studita in Vita Sancti Platonis Hegumeni Saccudionis cap. V de Platone habet: *Propter gentis barbaræ incursionem ex priori Monasterio migravimus Byzantium, ubi Pater noster, virtutis amantissimus, ne cogeretur resumere habenas regiminis vitam reclusam elegit.* Paulo post: *Claudebatur Pater; cella autem angustissima erat, & æstatis tempore adeo calida, ut altera Babylonica fornax videretur, propter inflammationem plumbi, quo tegebatur, &c. Sed neque hoc prætermisero, memoria utique dignissimum, quod catenam ferream satis ponderosam pedi circumponens, in tali labore perseveravit (quam autem molestum fuerit cum ejusmodi vinculo dormire, vigilare, operari, facile apparet intelligenti) idque non ut clausuram ostentaret, aut velut virtutis officium jactaret, quomodo Chiron ille antrum Thessalicum habitans (longe enim aberat a tali vitio) sed virtutem quidem extenuabat, ut qui eam non prout par erat toleret, catenam vero abscondebat artificiosa humilitate, adeo ut fere cunctos lateret, quoad e cel-*

Digitized by Google

phismata, quibus illi sic urgentur, & anguntur, ut nec spirare eos sinat, verisque dogmatum argumentis illorum mendacia expugnet, ac deleat. Contra impios autem Imperatores multis invehitur, illos pariter congruenti oratione contingens, quæ illorum vitæ moribusque perpetuam notam inussit. Atque hi sunt libri, quos Deifer pater ore suo edidit, ac disertissima lingua explanavit.

Semper enim præsentem habuit secum veram sapientiam primam omnium intus insonantem, & mentis aciem illustrantem, parum aut nihil penitus egens humana sapientia, quam contemnebat jamdudum, ex quo ad sublimiorem illam oculos converterat. Quo fiebat, ut abundantis gratiæ ope nixus, multa quotidie indefessus præstaret, scribens ipse, aliis dictans, facienda præcipiens, divinis rebus incumbere persuadens, atque (ut uno verbo dicam) omnibus commodans, omnes aptis ad salutem rebus instituens. Hactenus de scriptis Theodori Studitæ Michael ejus discipulus: quæ quidem magna ex parte desiderari videntur. Quas autem ex Columnensi bibliotheca nacti sumus epistolas ad Annales spectantes, eas una cum vita ipsius a dicto Michaele conscripta Sirmundus Parisiensis Theologus Societatis Jesu professor, me rogante, Latinitati tradidit, quo nomine non ego solum, sed & universa ei plurimum debet Christiana religio: nos eas suis locis pro temporis ratione reddemus. Utinam inveniatur aliquis vir doctus, qui majori ocio cuncta sanctissimi atque doctissimi viri egregia monumenta e bibliothecarum diversarum latebris aliquando in lucem vendicet, eademque Latinitati beneficio omnium, donet. Cæterum erit ut inferius ipsum Theodorum Studitam novis auctum coronis ex novis persecutionibus repetita sæpe confessione visurus sis: sinas eum interim ocio monastico bene uti, & operosa frui quiete una cum suis Angelicam vitam in monasterio pie sanctèque ducentibus. Jam vero, quæ anni hujus sunt reliqua, prosequamur. Misisse hoc anno Irenem Augustam Legatos ad Carolum Magnum, veteres tradunt Annales Francorum, auditosque ab eo Aquisgranni, redditumque illis ab ipso quem petierunt Sisinnium fratrem Tarasii Patriarchæ olim in bello captivum.

Quæ Theodori sint latinitati tradita.

VIII. Quod ad res Hispanicas pertinet, hæc

PAGIUS

cella egressus propter Dominum, eam vel invitus patefecerit.

II. *Legatio Irenes Aug. ad Carolum.* Annalista Loiselianus loquens de bello Saxonico a Carolo gesto, de quo mox refert, dum ille ad Palatium Aquisgrani pergeret, *Legationem Græcorum a Constantinopoli missam suscepisse: Erant enim legati*, inquit, *Michael Patricius quondam Phrygiæ, & Theophylus Presbyter, Epistolam Irenæ Imperatricis ferentes: Nam filius ejus Constantinus Imperator anno superiori a suis comprehensus & excæcatus est. Hæc tamen Legatio tantum de pace fuit. Quos cum absolvisset, absolvit etiam cum eis & Sisinnium fratrem Tarasii Constantinopolitani Episcopi jamdudum in prælio captum.* Idem habent Regino, Eginhardus in Annalibus, variique Annalistæ.

III. *Duplex Legatio Adefonsi Regis Asturiarum ad Carolum.* Ad num. VIII. *Adefonsus* Rex duas hoc anno Legationes ad Carolum misit, memoratas a Reginone in Chronico, & Annalistis Metensi Bertiniano, & Fuldensi. Baronius utramque refert ex Annalista Fuldensi. Prior obita est per Floram vel Frolam vel Froiam, posterior per Frolam & Basiliscum vel Basilicum, postquam Ulisipona direpta fuit ab Adefonso. Addit Annalista Metensis: *Insulæ Baleares a Mauris, & Saracenis deprædatæ sunt*, quod & Eginhardus in Annal. habet. Verum hic posterioris tantum Legationis meminit. Contra vero Auctores citati anno superiori nullam Legationem ab Adefonso Rege ad Carolum missam referunt. Quare, quam anno superiori recitat Eginhardus, ab istis Auctoribus cum præsenti anno copulatur, quia nempe is annum incipit a Paschate, illi vero a Nativitate Christi. Hæc itaque Eginhardi verba ad annum DCCXCVII. *Ibi* (nempe in Saxonia) *Legatum Adefonsi Regis Asturiæ atque Galliciæ dona sibi deferentem, suscepit*, intelligenda de primi Legatione hoc anno hyeme & in Saxonia habita per Floram, cujus nomen reticet Eginhardus.

IV. Gesta hoc anno in Saxonia his verbis narrat Annalista Lambecianus: *Ipse anno fuit Rex Carolus in Saxonia, & apud Haristallia novo ipsam hyemem ibi resedit, & ibi celebravit Pascha; quem locum, ut nos audivimus, ipse Rex ita appellavit, quia ab hoste ipse ipsa mansiones, in quibus habitabant, constructa sunt* (& tamen ipsamet anno superiori, ut ibi vidimus, scribit eas ab exercitu Caroli fuisse constructas. Unde suspicor loco, *hoste ipse*, legendum esse, *exercitu ipse*. *Et in ipsa æstate pervenit cum exercitu suo ad Bardunwich, & illi omnes se tradiderunt in manus ejus & tulit inde illos capitanios, quos voluit*, (sed cum Chronographo Moissiacensi qui hunc Auctorem transcribit, loco *capitanios*, legendum, *captivos*), & *de obsidibus quantum ei voluntas fuit. Et interim congregati sunt Sclavi nostri, qui dicuntur Abotridi*) (Lambecius ad hæc verba ait *Abotridos* illos sive Obotritos habitasse in Ducatu Mechlemborgensi juxta Helmoldum Presbyterum Bosoviensem & Arnoldi Abbatis Lubecensis antiquum Chronicon Sclavorum (*cum Missis Domini Regis ad illos Saxones, qui in Aquilonis parte aberant, & vastaverunt terram illam & invaserunt; & illi Saxones congregaverunt se in unum, & commissum est forte prælium inter eos, & quamvis illi Abotridi paganici erant* (idest Gentiles & Ethnici) *tamen fides Christianorum & Domni Regis adjuvit eos, & habuerunt victoriam super Saxones, & ceciderunt de ipsis Saxonibus ante eos in ipsa pugna duo millia DCCCCI.* (prædictus Chronographus habet duo millia octingenti & unus); *& in North-Thuringos ibi pervenerunt ipsi Sclavi ad Domnum Regem, & honoravit eos Domnus Rex, ut digni erant mirifice. Et inde Rex remeavit ad Franciam, & de ipsis Saxonibus tulit secum, quos voluit, & quos noluit dimisit, & ipse pervenit ad Aquis Palatio, & ibi hyemavit*. Eginhardus in Annalibus, Regino, & Annalistæ Bertinianus ac Metensis rem paulo aliter nar-

Annus XXVII. belli Saxonici.

de Alfonso cognomento Casto habent Annales Francorum, & vetus Chronicon a Pithœo editum: *Hoc anno Hadefuns (quod idem est quod Adefonsus sive Alfonsus) Rex Gallaciæ, & Asturiæ per Frojum Legatum suum papilionem miræ pulchri-* in-

PAGIUS narrant, aliaque addunt quibus explicandis immorari non possumus.

V. *Episcopatus Salisburgensis in Archiepiscopatum erigitur.* Hoc anno Episcopatus Salisburgiensis in Archiepiscopatum erectus. In brevibus enim Annalibus Ratisponensibus a Mabillonio Tom. IV. Analect. pagina 477. publicatis legitur: DCCXCVIII. *Arn. Archiepiscopus factus est*, Arno scilicet, quem anno DCCLXXXV. Sancto Virgilio in Episcopatum Saltzburgensem successisse ostendimus. Recte itaque scripsit Aventinus lib. 4. Annalium Boiorum: *Archiepiscopus de Batavia Laureacoque Juvaviam anno restituta salutis septingentesimo nonagesimo octavo translatus est, ubi adhuc existit*. Idem habent Brunnerus lib. 6. & Adlzreitterus part. I. lib. 8. Historiæ Boiorum. Sed tam illi quam Hundius in Metropoli Salisburgensi, Cointius hoc anno num. XLVI. aliique passim valde hallucinantur, cum scribunt *VValdricum* Pataviensem Episcopum fuisse etiam Metropolitam Laureacensem, eoque hoc anno demortuo Sedem Metropolitanam Laureaco Salisburgum in *Arnonis* jam a quibusdam annis Salisburgensis Episcopi gratiam, translatam fuisse, immo & jus Metropolicum, quod alias ad Salisburgum pertinuerat, restitutum esse. *Saltzburgum* enim numquam antea Civitas Archiepiscopalis fuerat & ab anno circiter DCLX. in universa Francia Orientali nullus Archiepiscopus fuerat, ut eo anno ostendi. Eo itaque sensu Sedes Metropolitana Laureaco *Saltzburgum* seu Jovaviam translata, quod alias *Laureacum* Civitas Metropolitana fuisset, non vero quod hoc sæculo Laureacum quod excisum fuerat, ea prærogativa potiretur. Quoad *VValdricum* Episcopum Pataviensem, cujus Episcopatui unitum fuerat *Laureacum* recte a citatis Auctoribus creditur hoc anno vita functus, cum verosimile non sit, eam transflationem quæ in ejus Sedis præjudicium erat, eo vivente factam esse. Certe Hundius refert, scriptum esse in Catalogo Episcoporum Pataviensium, quod *Reinhacius* seu *Reginarius* Episcopus Pataviensis cum Arnone, Archiepiscopo Salisburgensi pro Pallio decem annis contenderit. Mitto fabulas, quæ in narratione Hundii, & Scriptorum Rerum Bavaricarum, cum de Episcopis Laureacensibus post hunc annum sedentibus verba faciunt continentur; sed non dubito, quin ex hac translatione inter Episcopos Patavienses & Metropolitas Saltzburgenses lites exortæ fuerint. Poeta enim Anonymus, qui Versus *de Ordine Comprovincialium Pontificum* composuit, quique hoc ipso tempore vivebat, enumerat omnes metropolitas Saltzburgenses, & omnes Episcopos Sedium illi subiectarum, usque ad annum circiter DCCCXL. quo egregiam suam opellam absolvit; sed cum loquitur de Episcopis Pataviensibus Catalogum suum in Waldrico terminat, & in suis Versibus *Laureaci* nunquam meminit, cujus rei vix alia ratio assignari potest, quam quod is in Saltzburgensi Archiepiscopatu vixerit, & de Episcopis Pataviensibus qui durantibus illis controversiis Patavii sederunt, verba non facienda esse existimarit. Illud itaque certum maneat, nullum Archiepiscopum Laureaci hoc sæculo fuisse.

VI. Subjugata anno septingentesimo nonagesimo sexto a Pippino Italiæ Rege *Hunnia*, Saltzburgensis Episcopatus amplissimus fuit, cum ea ei attributa fuerit, ut eo anno diximus: *Postquam Carolus Imp. Hunnis ejectis, & Episcopatus dignitatem Iuvavensis Ecclesia Rectori commendavit, Arnoni scilicet Archiepiscopo, & suis Successoribus, tenendi perpetualiter atque regendi perdonavit; cœperunt populi, sive Sclavi seu Bajoarii inhabitare terram, unde illi expulsi sunt Hunni, & multiplicari*, inquit Anonymus, discipulus Beati Eberardi Archiepiscopi, in Vita Sancti Virgilii Episcopi Salisburgensis. apud Canisium Tom. VI. Antiq. Lect. ubi etiam in Vita Sancti Ruperti Salisburgensis Episcopi primi legitur: *Interim contigit anno videlicet Nativitatis Domini DCCXCVIII. Arnonem jam Archiepiscopum, a Leone Papa, accepto Pallio remeando de Roma venisse ultra Padum, eique obviasse Missum Caroli cum Epistola sua, mandans illi ipso itinere in partes Sclavorum ire, & exquirere voluntatem populi illius, & prædicare illis Verbum Dei. Sed quia hoc facere nequivit antequam responsum redderet sua Legationis, festino pervenit ad Imperatorem, & retulit, ei quidquid per eum Dominus Leo Papa mandavit. Post expletam Legationem ipse Imperator præcepit Arnoni Archiepiscopo pergere in partes Sclavorum, & providere omnem illam Regionem, & Ecclesiasticum Officium more Episcopali colere, populosque in fide & Christianitate prædicando confortare, sicut ille fecit, illuc vadendo consecravit Ecclesias, ordinavit Presbyteros, populumque prædicando docuit, & inde rediens nunciavit Imperatori, quod magna ibi potuissent effici, si quis inde habuisset certamen. Tunc interrogavit illum Imperator, si aliquem haberet Ecclesiasticum Virum, qui ibi lucrum potuisset agere Deo. Et ille dixit se habere talem ut Deo placuisset, & illi populo Pastor fieri potuisset. Tunc jussu Imperatoris ordinatus est Theodoricus Episcopus ab Arnone Archiepiscopo Juvaviensium, quem ipse Arno & Geroldus Comes producentes in Sclaviniam, dederunt in manus Principum, commendantesque illi Episcopo Regionem Karinthanorum, & confines eorum occidentali parte Dravi fluminis, usque dum Dravus fluit in amne Danubii ut potestative populum regeret sua prædicatione, & Evangelica doctrina doceret servire Deo, & ut Ecclesias constructas dedicasset, Presbyteros ordinando constituisset, totumque Ecclesiasticum Officium in illis partibus, prout Canonicus Ordo exposcit, perficeret: Dominationem & subjectionem habens juvavensium Rectorum, sicut ille fecit, quandiu vixit.* Ubi hic Auctor Carolum Imperatorem per anteceſſum appellat, priusquam esset Imperator. Legendus Bollandus ad diem V. mensis Februarii in Vita Beati Domitiani Ducis Karinthiæ, ubi varia habet de conversione Slavorum & Karentanorum. *Amplitudo Archiepiscopatus Saltzburg.*

VII. *Felix Episc. Urgella ad vomitum redit.* Hoc circiter anno Felix Urgellitanus Episcopus libellum, quo suam propugnabat hæresim, Alcuino Monasterii Turonensis Abbati direxit; de quo libello Alcuinus lib. 1. adversus Elipandum sic loquitur: *Felix infeliciter a vestrae regionis fugiens partes, sopitos infidelitatis cineres verbis exhortationibus resuscitare intendit. Cui ego in has adveniens partes charitatis calamo Epistolam exhortatoriam, ut se Catholicæ jungeret unitati, dirigere curavi. Cui ille non Epistolari brevitate, sed libelli prolixitate respondere* ni-

tadinis Regi Carolo misit. Et inferius eodem anno: *Hadufans quoque supradictus Rex prædata Ulyssipona Hispaniæ civitate, insignia victoriæ suæ loricas, mulos, captivosque Mauros per Frojam, & Basilissam Legatos suos Carolo misit.* Hæc ibi.

PAGIUS *missus est, atque in eo omnes perfidiæ suæ venena maxime aperuit, asserens Christum & veterem hominem esse & nuncupativum Deum, & adoptivum filium, & secunda indiguisse regeneratione, & alia plurima Ecclesiasticæ doctrinæ inconvenientia.* In Epistolis vero IV. & VIII. Carolo Regi inscriptis ait Alcuinus: *Ego solus non sufficio ad responsionem. Provideat vero tua Sancta pietas huic operi tam arduo & necessario adjutores idoneos, quatenus hæc impia hæresis omnimodis extinguatur, antequam latius spargatur per Orbem Christiani Imperii, quod Divina Pietas tibi tuisque filiis commisit regendum, atque gubernandum.* Ita Alcuinus in Epistola VIII. qui in Epistola IV. poscit adjutores Paulinum Patriarcham Forojuliensem, Richboldum Archiepiscopum Treverensem & Theodulphum Episcopum Aurelianensem: *De libello infelicis, non Magistri sed subversoris, placet mihi valde quod vestra sanctissima voluntas & devotio habet curam respondendi ad defensionem fidei Catholicæ. Sed obsecro, si vestræ placeat Pietati, ut exemplarium illius libelli Domno dirigatur Apostolico, aliud quoque Paulino Patriarchæ, similiter Richbono & Theodulfo Episcopis, Doctoribus & Magistris, ut singuli pro se respondeant. Flaccus vero tuus tecum laborat in reddenda ratione Catholicæ fidei; tantum detur ei spatium, ut quiete & diligenter liceat illi & pueris suis considerare Patrum sensus, quid unusquisque diceret de sententiis, quas posuit præfatus subversor in suo libello.* Ubi Alcuinus *Flacci* nomine se ipsum exprimit; vocabatur enim Flaccus Albinus, sive Alcuinus.

VIII. *Id contigit hoc anno vel circiter.* Hunc libellum Felix Epistolam vocat in Confessione fidei ad Urgellitanos missa: *Synodus*, inquit, *nuper in Roma hac intentione præcipiente gloriosissimo ac piissimo Domino nostro Carolo adversus Epistolam meam, quam dudum venerabili Viro Albino Abbati Turonensis Ecclesiæ scripseram, congregata est.* Quibus ex verbis liquet, exemplar libelli Feliciani, ut Alcuinus per literas petierat, Romam a Carolo directum, oblatumque Leoni Pontifici. Paulinus Patriarcha Forojuliensis contra Felicem tres statim edidit libros; Alcuinus vero quamvis ad responsionem Feliciano libello faciendam se solum negaret sufficere, manum tamen admovit calamo tam feliciter, ut Felicem egregie septem libris refutarit. Leo Romanus Pontifex lectis cum Paulini tum Alcuini Scriptis, Synodum anno sequenti Romæ congregavit adversus Libellum, quem Felix Alcuino dudum scripserat. Quis exitus Synodi fuerit, idem Felix in Confessione fidei declarat: *In qua Synodo præsente Leone Apostolico, & cum eo cæteris Episcopis num. LVII. residentes, & plerique Presbyteri ac Diaconi cum eis, in Domo Beatissimi Petri Apostoli, per quorum omnium auctoritatem istas jam dictas sententias nostras, non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut oportuit exclauserunt.* Porro Alcuinus lib. 1. adversus Elipandum annum conversionis Felicis his verbis indicat: *Idem Felix anno præfati gloriosi Principis* (nempe Caroli) *tricesimo secundo advocatus voluntarie veniens ad Aquis Palatium, &c. in pacem Catholicæ unanimitatis reversus est cum suis discipulis*, ideoque exeunte anno Christi septingentesimo nonagesimo nono, quo annus Caroli XXXII. die XXIV. Septembris inchoatus est. Felix autem *dudum* antequam Synodus illa cogeretur, Epistolam quæ tunc damnata est a se scriptam testatur in textu jam allegato, hoc nempe, vel circiter, anno.

IX. *Alcuinus Carolo suadet, ut Hunnos ad solutionem decimarum non adstringat.* Inter Epistolas Alcuini septima inscribitur *Domino Excellentissimo & in omni Christi honore devotissimo Carolo Regi Germaniæ, Galliæ, atque Italiæ, & Sanctis Verbi Prædicatoribus.* In ea Alcuinus Carolum hortatur, ut erga Hunnos, qui se dediderunt ejus Ditioni, Christianamque fidem amplexi sunt, mitem se clementemque præbeat, nec illam gentem ut cæteras, solutioni decimarum adstringi patiatur: Deinde Præcones Evangelii monet, ut Baptismum non ante conferant, quam populum erudierint, docetque ex Sancto Augustino libro de Catechisandis rudibus, quis ab eis ordo servari debeat, cum viros ætate perfectos instruunt. Deinde ex his Domini verbis, *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos* &c. servandum hunc ab eis ordinem scribit, ut doceant gentes, deinde doctas aqua intingant. Quoad solutionem decimarum hæc ejus verba: *Vestra sanctissima pietas sapienti consilio prævideat, si melius sit rudibus populis in principio fidei jugum imponere DECIMARUM, ut plena fiat per singulas domus exactio illarum, an Apostoli quoque ab ipso Christo Deo edocti, & ad prædicandum mundo missi, exactiones decimarum exegissent, vel alicubi demandassent dari considerandum est: Scimus quia decimatio substantiæ nostræ valde bona est, sed melius illam amittere, quam fidem perdere. Nos vero in fide Catholica nati, nutriti & edocti, vix consentimus substantiam nostram pleniter decimare. Quanto magis tenera fides, & infantilis animus, & avara mens illarum largitati non consentit? Roborata vero fide & confirmata consuetudine Christianitatis, tunc quasi perfectis fortiora danda sunt præcepta, quæ solida mens Religione Christiana non abhorreat.* Ex illo textu Cointius hoc anno num. XVII. colligit Epistolam VII. Alcuini hoc anno datam esse; ex Epistola enim XI. quam anno sequenti eidem Carolo scriptam esse constat, ubi sermonem de exactione decimarum facit, testatur, se de ea materia jam scripsisse ut sensisse, *quia forte melius est, vel aliquanto spatio ut remittatur publica necessitas, donec fides cordibus radicitus inolescat.*

X. *Alcuinus Hispanos triplicis erroris arguit.* Hoc etiam anno scripsit Alcuinus Epistolas duas, alteram quæ est numero LXXXVI. *Leidrado* nuper electo Lugdunensi Archiepiscopo, alteram, quæ ordine est LXIX. Monachis Lugdunensibus. Prioris titulus est: *Pontifici fratri, amico Leidrado Electo* (idest Leidrado) *Albinus salutem.* In ea testatur se flagrantissimo mutuæ collocutionis desiderio flagrare, sed nec quando, nec ubi hæc haberi possit, se se scire. Voti compos videtur factus; Epistolam enim LXIX. quam ad Lugdunenses fratres dedit, his verbis inchoat: *Religiosæ in Christo conversationis vestræ, per Leidradum Electum Pontificem, laudabilem audiens sollicitudinem, magno me esse gaudio distributum fateor.* Quæ tamen per literas Leidradus Albino significare potuit. Quo consilio scripserit, his verbis docet: *Novas vero, fratres charissimi, Hispanici erroris sectas tota vobis cavete intentione.* Triplicis er-

ro.

ibi. Ex quibus patet magnam amicitiæ consuetudinem intercessisse inter Alfonsum Castum, & Carolum Magnum, ambos Reges pietate insignes. Testatur & hoc ipsum Eginhardus in vita Caroli, cum ait: *Adeo namque Adelfonsum Gallaciæ, at-*

PAGIUS

roris redarguebat Hispanos, quod Christum Filium Dei adoptivum dicerent, salem afferrent in Sacrificium Corporis Christi mittendum esse, contra universalem Ecclesiæ consuetudinem in Baptismo sub invocatione Sanctæ Trinitatis unam mersionem agendam affirmarent. Quidam enim Hispani salem in sacrificio Corporis & Sanguinis Domini dicebant offerendum; *quam*, inquit Alcuinus, *consuetudinem, nec universalis observat Ecclesia, nec Romana custodit auctoritas*. Paulo post: *Numquid caro Christi computruit in sepulchro, ut nunc sale indigeat corpus ejus in sacrificio?* Et inferius citat Canones Carthaginenses cap. XXIV. *De sacrificio Corporis & Sanguinis Domini nihil amplius offeratur quam quod ipse Dominus tradidit, hoc est panem & vinum aqua mixtum.* Tertio de trina in Baptismo mersione ait: *nobis de Hispania, quæ olim tyrannorum nutrix fuit, nunc vero schismaticorum, contra universalem Sanctæ Dei Ecclesiæ consuetudinem de Baptismo quæstio delata est. Affirmantes quidam sub invocatione Sanctæ Trinitatis unam esse mersionem agendam. Videtur enim Apostolus huic observationi esse contrarius*, &c.

XI. *Inter eos errores numerat unicam mersionem in Baptismo.*

In Epistola LXX. quæ superioris membrum esse videtur, sermonem etiam de trina mersione facit: *Nobis vero juxta parvitatem ingenioli nostri videtur, ut sicut interior homo in fide Sanctæ Trinitatis ad imaginem sui Conditoris reformandus est, ita & exterior trina mersione abluendus esse, ut quod invisibiliter Spiritus operatur in anima, hoc visibiliter Sacerdos imitetur in aqua. Nam originale peccatum tribus modis actum est, delectatione, consensu, & opere. Itaque & omne peccatum aut cogitatione, aut locutione, aut operatione efficitur. Ideo triplici generi peccatorum trina videtur ablutio convenire, vel propter originale peccatum, quod in infantibus valet ad perditionem, vel propter illa, quæ in provectioris ætatis hominibus, voluntate, verbo, vel facto, adduntur.* Non diffitetur quidem objectioni locum esse ex quibusdam Gregorii Magni litteris, sed ad eam his verbis respondet: *Epistolam vero, quam a Beato Gregorio de simpla mersione dicunt esse conscriptam, in Epistolari suo libro, qui de Roma nobis allatus est, non invenimus. Alias vero omnes perspeximus in libro, quem ad Occidentalium partium Ecclesias, Pontifices vel Reges, scripserat. Ideo dubii sumus an illius sit, an ab aliquo hujus sectæ auctore ejus sub nomine scripta sit.*

XII. *Sed ea ex præcepto Gregorii M. ab Hispanis recte adhibita.*

Verum Menardus in Observat. ad librum Sacramentorum Sancti Gregorii Papæ, Mabillonius Sæc. I. Benedict. in Elogio Historico Sancti Leandri Hispalensis Metropolitæ, & Cointius hoc anno num. XXVII. & seqq. hanc Alcuini opinionem validis argumentis jam refutarunt. Licet enim illa Gregorii Epistola deesset in exemplari Alcuino Roma allato, ejus tamen meminit Isidorus Hispalensis in lib. de Script. Eccles. cap. 27. Concilium Toletanum IV. Canone V. & Joannes Diaconus in Vita Gregorii Magni non longe post Alcuini mortem ab eo scripta. Quare perperam *Alcuinus* Gregorio Magno abjudicat Epistolam, qua Hispani innixi simplicem in Baptismo mersionem tuebantur, constanter adhærentes & responsio tanti Pontificis, & Toletanæ Synodo, quæ Canonem ex iisdem Gregorii literis concinnatum promulgarat. Cum enim *Ariani* in Hispania, qui tres Naturas Divinas in tribus Personis esse demonstrarent, trina mersione uterentur, visum est Gregorio M. in lib. I. Epist. XLI. ad Leandrum Hispalensem Episcopum Metropolitanum data, ut una mersio ab Hispanis fieret; ne sequentes ritum Arianorum, sequi & doctrinam viderentur.

XIII. *Error Hispanorum in Baptismo ab Alcuino merito reprehensus.*

Hoc quoque anno Alcuinus Epist. LXXXI. Paulino Patriarchæ Forojuliensi dedit, in qua non tantum questus est, ut supra, de illis, qui in Baptismo unica duntaxat utebantur mersione, sed etiam de aliis, qui tres quidem mersiones in Hispania adhibebant, sed tres personas Sanctæ Trinitatis ad singulas mersiones nominabant: *Alii vero*, inquit, *trinam volentes facere mersionem, & in unaquaque mersione invocationem Sanctæ Trinitatis, ut per hoc totas tres personas ter nominare studentes, dum ipsa veritas præciperet (Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.)* Quos Alcuinum merito reprehendere ostendit Cointius citatus num XXXIII. & seq.

XIV. *Felix a Paulino tribus libris, & septem ab Alcuino confutatus.*

Has ad Paulinum Patriarcham literas direxit Alcuinus, postquam tres ab eo libros contra Felicem Urgellitanum Episcopum prosa scriptos, & fidei regulam Versibus exaratam accepit. Sub initium enim Epistolæ ait: *Cum sacratissimæ fidei vestræ libellum recensui, Catholicæ pacis puritate ornatum*, &c. *totius animi mei habenas in lætitiam laxavi*. Paulinus tres hos libros Carolo dicavit, qui eosdem statim Alcuino direxit, ut ex Epistola laudata liquet. Ut a Paulino tres, sic ab Alcuino septem adversus Felicem libri prodiere. Causam susceptæ contra Felicem scriptionis ipsemet aperit in libro contra Elipandum: *Felix sufolicitor ad vestras refugiens partes sopitos infidelitatis cineres vobis exhortantibus resuscitare intendit, cui ego in has adveniens partes charitatis calamo Epistolam exhortatoriam, ut se Catholicæ jungeret unitati, dirigere curavi. Cui ille non Epistolari brevitate, sed libelli prolixitate respondere nisus est*. &c. *Cui libello ejus septem nostra devotione libellis respondimus*. Quare septem libri illi contra Felicem perperam alius Paulino Forojuliensi Patriarchæ attributi.

XV. *Synodus ab Ethelardo Archiep. Cantuaria celebrata.*

Ethelardus Archiepiscopus Cantuariensis celebravit magnum Concilium apud Bacanceld, recitatum a Spelmanno Tom. I. Concil. Angliæ, cujus hoc est initium: *Anno Dominicæ Incarnationis DCCXCVIII. congregatum est magnum Concilium, in loco ubi nominatur Bacanceld, præsidente eodem Concilio Cenulfo Rege, nec non Reverendissimo Archiepiscopo Athelardo, cum Episcopis Abbatibus, & multis aliis idoneis personis* (in eo Athelardus dixit): *Sicut ego mandatum a Domino Apostolico Leone Papa recepi; ut ex hoc tempore nunquam temerario ausu super hæreditatem Domini, idest, Ecclesias, Laici præsumant sæculares Dominium suscipere*, &c. Alfordus hoc anno num. III. suspicatus illud ab Ethelardo post ejus Roma reditum congregatum fuisse.

XVI.

Habita & alia Synodus ab *Eanbaldo* Juniori Eboracensi Archiepiscopo, de qua loquitur Hovedenus pag. 406. postquam narravit mortem *Edil-*

Digitized by Google

atque Asturiæ Regem sibi societate devinxit, ut is cum ad eum litteras, vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam proprium suum appellari juberet. Hæc Ipse.

Sep-

PAGIUS *Synodus ab Eanbaldo Jun. Archiep. Eboracensi habita.*

Edilberti, Pren appellati, Cantii Regis: *Eadem anno*, inquit Hovedenus, *qui est annus tertius Kenulfi prædicti Regis, Synodo congregata in loco qui dicitur Pincbanhal, præsidente Eanbaldo Archiepiscopo, aliisque quamplurimis principalibus & Ecclesiasticis Viris. Multa de utilitate Sanctæ Dei Ecclesiæ, gentisque Northanhymbrorum, omniumque Provinciarum consiliati sunt, &c. Præcepit Dominus Antistes Eanbaldus, recitare quinque Synodorum fidem, de quibus in Historia Anglorum sic scribit*, suscipimus Sanctas, & Universales Quinque Synodos Beatorum & Deo acceptorum Patrum, sicut præsentis libri continet textus, &c.

Quoad *Edilbertum* Cantii Regem, Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Reg. pag. 21. testatur, eum biennio regnasse, dubiumque esse quo fine defecerit, & *Cutbredum* ejusdem factionis & calamitatis hæredem solo nomine VIII. annis regnasse, quia scilicet *Kenulfus* Merciorum Rex supremum in Cantio Imperium sibi arrogabat. Hoc etiam anno Westmonasteriensis & Annalista Mailrosensis Edilberti Regis finem collocant. XVII. *Cutbredus Edilberto succedit in Regnum Cantii.*

I. Septingentesimus nonagesimus nonus annus Christi Redemptoris, Indictione septima inchoatur, idemque valde Ecclesiæ Romanæ lugubris, quo immane facinus commissum, atque sacrilegium ingens perpetratum est adversus summum Pontificem a scelestis quibusdam ac prorsus impiis Ecclesiæ Romanæ potentioribus clericis, quod nec a Gentilibus infensis nomini Christiano Imperatoribus, vel ab hæreticis, Catholicæ Fidei perduellibus fuisset aliquando tentatum. Nepotes siquidem Hadriani Pontificis militantes in Romani cleri primis ordinibus invidia tabescentes ob Leonis electionem, odio implacabili ipsum persecuti, calumniisque insectati, tamdem eo furoris, & insaniæ sunt perducti, ut non sint veriti in ipsum sacrilegas manus injicere, effodere ipsius oculos, atque radicitus linguam præcidere. Accessit ad tantis sceleris immensitatem, quod totum id factum est, cum idem Pontifex esset in sacri muneris functione, eapiando per litanias populum ritu solemni. Sed & sacrilegia sacrilegiis comulata sunt, dum rursus in Ecclesia ante altare, juxta Confessionem tantum sit repetitum rabido furore flagitium. Ista autem tam nefanda, tam horrenda, & execranda quomodo se habuerint, præ sceleris immanitate declamato ubique facinore, tam Occidentales quam Orientales historiarum scriptores sunt prosequuti. Nos accipiemus ab Anastasio ejus sæculi scriptore antiquiore, qui ea paulo latius narrat his verbis:

Leo Papa quæ passus a suis persecutoribus.

II. *Cum die quadam more solito in litania, quæ ab omnibus Major appellatur, Leo Pontifex procederet, ubi sibi populus obvium sacra religione occurrere deberet, ut secundum annuam consuetudinem litanias, & Missarum solemnia cum sacerdotibus celebraret, & omnipotenti Domino pro salute Christiani populi preces funderet. Et cum secundum olitanam traditionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in Ecclesia beati Georgii Christi Martyris, in ejus natali, ipsa litania prædicta fuisset: omnes tam viri quamque feminæ devota mente caterva tim in Ecclesia beati Christi Martyris Laurentii, quam Lucinæ dicunt, sive ad eratienlam,* ut hic habent Annales Francorum, *ubi Collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum prædictus venerabilis Pontifex patriarchio egressus fuisset: obvium illi sine planeta Paschalis Primicerius occurrit, & in hypocrisi veniam illi petebat, dicens: Quia infirmus sum, & ideo sine planeta veni. Tunc sanctissimus Præsul veniam illi dedit. Similiter & Campulus Sacellarius:*

Processio S. Leonis in litania majori.

Quam execranda in S. Leonem impii patravere.

PAGIUS

Sæc. VIII. Anno Æræ Hisp. DCCCXXXVII. Anno Hegiræ CLXXXIII inchoato die 12. Febr. fer. 3. A. C. 799.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6292.

☉ 24. F. ☽ 2. F. 31. Mart. Indict. 7.

JESU CHRISTI 799.

LEONIS III. PAPÆ 5.

IRENES iterum IMP. 3.

I. Annum I. ad X. Romæ hoc anno ingens facinus commissum est adversus Leonem Summum Pontificem, quod ex Anastasio in ejus Vita refert Baronius. Anastasio suffragatur Annalista Lambecianus, qui hoc tempore scribebat: DCCXCVIIII. *Iterum Domnus Rex Carolus apud Aquis Palatio celebravit Pascha, & instigante diabolo Romani comprehenderunt Domnum Apostolicum Leonem in ipsis Letaniis, quod est VII. Kal. Maii, & absciderunt linguam ejus, & voluerunt eruere oculos ejus, & eum morti tradere. Sed juxta Dei dispensationem, malum, quod inchoaverunt, non perfecerunt. Et Domnus Rex eodem anno introivit in Saxoniam, & resedit ad Padrobrunna, & ibi venit ad eum Domnus Leo Apostolicus, quem antea volebant Romani interficere, & suscepit eum Domnus Rex honorifice, & multis donis & honoribus eum honoravit, & postea cum pace & honore magno eum remisit ad propriam Sedem, & Missi Domni Regis deducebant eum honorifice, & eos, qui in mortem ejus consiliati sunt, transmiserunt ad Domnum Regem &* SUNT MODO, *ut digni* SUNT, *in exilio,* (quibus ex verbis recte colligit Lambecius hunc Auctorem eo tempore vixisse quo hæc contingere) *& Domnus Rex inde tulit multitudinem Saxanorum cum mulieribus & infantibus, & collocavit eos per diversas terras in finibus suis, & ipsam terram eorum divisit inter fideles suos, idest, Episcopos, Presbyteros, Comites & alios Vassos suos, & ibi ad Padresbrunnum ædificavit Ecclesiam miræ magnitudinis, & fecit eam dedicare, & post hæc reversus est in pace ad Aquis Palatium, & ibi resedit.* Quæ verba exscripsit Chronographus Moissiacensis. [1]

Immane facinus Romanorum adversus Leonem III.

II. Quoad ea quæ spectant ad sacrilegium Romæ

NOTÆ [1] Anno isto die 20. januarii, juxta ac Dukerus in chronico Salisborgensi adnotat, Synodus Reispacensis celebrata fuit, cujus memoria extat in veteri relatione conventionis inter Cundarium Abbatem, & Attonem episcopum Frisingensem, relata in histor. Frisingensi to. I. part. I. pag. 94. Ita vero in charta illa legitur: *Id factum est ad Rispach in Synodo in præsentia istorum VValtrib episcopus Arn archiepiscopus, Adalvuinus episcopus, Vuolf abbas, Hetto abbas.* Est autem Rispach, seu Raspach locus in ducatu Bavariæ in episcopatu (ut credo) Frisingensi. Concilii hujus mentio in nova Veneto-Labbeana collectione facta est to. 9. col. 212. MANSI

vius: qui in ipsorum dolositate pariter in Pontificali obsequio pergentes, & dulcia verba, quæ non habebant in pectore cum eo loquentes, maligni, & iniqui ac perversi, falsique Christiani, prorsus Pagani, filii diaboli, in unum se satanice colligentes, pleni iniqua cogitatione, in ipso itinere, ante monasterium sanctorum Stephani, & Silvestri, quod domnus Paulus Papa fundaverat, clam armata assistero, atque repente de loco insidiantium exsilientes, ad ipsum (quod dictu nefas est) trucidandum, absque ulla reverentia confluxerunt, Paschale ad caput stante, & Campulo ad pedes, secundum iniquum eorum consilium. Accidisse autem, id septimo Kal. Maii Addo confirmat. Pergit Anastasius:

III. Quæ nefanda summus Pontifex pati coactus. *Quo facto, omnis qui circa eum erat populus, cum esset inermis, & in divino officio præparatus, timore armorum perterritus, in fugam conversus est. Ipsi vero insidiatores, atque operatores malorum, Judaico more, sine ullo divino, vel humano honoris intuitu, ferino more comprehendentes, in terram projecerunt, & absque ulla misericordia scindendo, expoliando eum, crudeliter oculos evulsere, & ipsum penitus orbare conati sunt: nam & lingua ejus ab ipsis præcisa est. Et ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cæcum eum & mutum in media platea dimisere. Verum ipsi maligni Paschalis, & Campulus sicut veri Pagani, & impii ad ipsius monasterii Ecclesiam ante Confessionem eum trahentes, ante ipsum venerabile altare iterum oculos, & linguam amplius crudeliter eruere, & plagis eum diversis, ac fustibus cedentes laniaverunt, & semi-*

vivum in sanguine revolutum ante ipsum altare dimisere. Postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimisere.

*Timore autem perterriti, ne a Christianis hominibus inde furatus esset, tunc malignum consilium adepti, sicut ipse Hegumenus monasterii sancti * Gerasimi professus est, fecerunt eum ad se venire clam per noctem tam Paschalis malignus, qui tunc Primicerius erat, quam Campulus Sacellarius, & Maurus Nepesinus, & miserunt in prædictum monasterium S. Silvestri, cum pluribus iniquis consentaneis ipsorum malefactoribus sic eum per noctem exinde abstrahentes deduxerunt in monasterium sancti Gerasimi, & in arcta, & angusta custodia eum recluserunt.* IV. * al. Erasmi. S. Leo totus sauciatus in custodiam detruditur.

Sed Dominus omnipotens, qui eorum malitiam præsciendo, diu patienter sustinuit, ipsos eorum iniquos conatus mirabiliter destruxit. Contigit enim cooperante Domino, & beato Petro Apostolo suffragante, quod antedictus Papa cum ab ipsis carnificibus in monasterium S. Gerasimi in custodiam mitteretur, & visum recepit, & lingua ad loquendum ei restituta est, ut ostenderet omnipotens Dominus super suum famulum solitam misericordiam & magnum miraculum, & divino ejus nutu a fidelibus Christianis viris, videlicet Albino Cubiculario, & aliis fidelibus Deum timentibus, ex ipso eum claustro occulte auferentes, in basilicam beati Petri Apostolorum principis, ubi ejus sacratissimum corpus quiescit, deduxere. Eripitur Leo Pont. & perducitur in basilicam S. Petri.

V. *Qui omnes audientes, & videntes mirabilia Dei, qui innocentem, & justum Pontificem de manibus inimicorum eruit, glo-*

PAGIUS

Leo III. in Franciam venit. mæ perpetratum, diem eundem notavit Anastasius, cum ait, id contigisse *cum venerabilis & sanctissimus Præsul die quadam more solito in Letaniis, quæ ab omnibus Majores appellantur procederet*. Majores autem Letaniæ *VII. Kalendas Majas* celebrantur. Addit Anastasius, Leonem postea singulari Dei beneficio extra periculum positum, & oculorum & linguæ usum cum prospera valetudine recuperasse: *Et, ut ostenderet*, inquit, *Omnipotens Deus super famulum suum solitam suam misericordiam & magnum miraculum, Divino nutu ejus a fidelibus Christianis Viris, videlicet per Albinum Cubicularium cum aliis fidelibus Deum metuentibus, ex ipso eum claustro occulte abstollentes in Basilicam Beati Petri Apostolorum Principis deduxerunt*, &c. *& in ipsam B. Petri Apostoli Aulam conjungente præfato Pontifice confestim Vinnighis gloriosus Dux Spoletanus cum suo exercitu obviavit ei*, quod & Annalistæ Bertinianus, Metensis, Regino & Eginhardus in Annal. habent. Winigisus Childebrando in Ducatum Spoletanum successerat, hicque Ducatus Romano conterminus erat; eum autem Spoletum deduxit Winigisus Dux ut interim Carolum Regem moneret, *cujus rei nuntium cum Rex accepisset, ipsum quidem ut Vicarium S. Petri & Romanum Pontificem cum summo honore ad se præcepit adduci*, inquit Eginhardus in Annal.

III. Prudens Alcuini consilium Carolo datum. Alcuinum de Romanorum flagitio certiorem fecit Carolus, & ab eo postulavit quid in temporibus adeo difficilibus agendum existimaret, ut liquet ex Epistola XI. Alcuini ad eum data, qua ad ejus literas quæ periere, respondet: *Tres personæ*, inquit, *in mundo altissimæ hucusque fuerunt. Apostolica sublimitas, quæ Beati Petri Principis Apostolorum Sedem Vicario munere regere solet. Quid vero in eo actum sit, qui Rector præfatæ Sedis fuerat, mihi veneranda bonitas vestra innotescere curavit. Alia est Imperialis dignitas, & secundæ Romæ sæcularis potentia. Quam impie gubernator Imperii illius* (nempe Constantinus) *depositus sit, non ab alienis, sed a propriis & concivibus, ubique fama narrante crebrescit. Tertia est Regalis dignitas, in qua vos Domini Nostri Jesu Christi dispensatio Rectorem populi Christiani disposuit. Cæteris præfatis dignitatibus potentia excellentiorem, sapientia clariorem, Regni dignitate sublimiorem*, &c. *Tempora sunt periculosa, olim ab ipsa veritate prædicta, quia refrigescit charitas multorum. Nullatenus capitis* (scilicet Romani Pontificis) *cura omittenda est. Levius est pedes dolere quam caput. Componatur pax cum populo nefando* (Romano nempe) *si fieri potest. Relinquantur aliquantulum minæ, ne obdurati fugiant; sed in spe retineantur, donec salubri consilio ad pa-*

Gratiæ Deo redditæ pro erepto Pontif. *glorificaverunt Dominum Deum*, dicentes: Benedictus Dominus Deus Israel qui facit mirabilia magna solus, & non deserit sperantes in se, sed in eo adimplevit misericordiam suam, ut manifestaretur gloria Dei & mirabilia in illo, quemadmodum promisit sperantibus in se Psalmista dicente* (a): *Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ a quo trepidabo? Et iterum* (b): *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis. Et vero a tenebris eum Dominus eripiens, lumen reddidit, & linguam ad loquendum restituit, & totis ejus consolidatis membris, in omnibus operibus mirabiliter deducens, confortavit. Quantum gaudium habuere Christiani homines, & fideles, tantum mœrore, & tristitia angustiati illi nesciebant, quid agerent, & in periculo se esse existimantes, quærebant semetipsos interficere. At dum non invenirent, quid aliud agerent, domum Albini fidelis B. Petri Apostoli, & ejusdem Pontificis deprædantes, destruxerunt.*

(a) Psal. 26.
(b) Psal. 18.

Leo Papa Spoletum ducitur. *In ipsa B. Petri Apostoli aula cum degeret præfatus Pontifex, confestim Vvinigisus gloriosus Dux Spoletanus cum suo exercitu obviavit: & cum summum Pontificem videntem, & loquentem conspexisset, venerabiliter eum recipiens, Spoletum deduxit, glorificans Deum & laudans Dominum, qui per talia mirabilia eum clarificavit.* Habent Annales Francorum, apud sanctum Petrum tunc contigisse morari Legatos Caroli Magni: erat ex iis unus Wiraldus Abbas, quorum ope fultus Pontifex, una cum Duce Spoletano Winigiso Spoletum (ut dictum est) perductus fuit. Pergit vero Anastasius:

VI. Ereptus Leo proficiscitur ad Carolum Magnum. *Quo audito, per diversas civitates Romanorum fideles ad eum occurrere, & pariter cum aliquibus ex ipsis civitatibus Episcopis presbyteris, seu clericis Romanis, & primatibus civitatum ad excellentissimum dominum Carolum Regem Francorum, & Longobardorum, atque Patricium Romanorum profectus est. Ipse vero Christianissimus, & Orthodoxus, atque præcipuus, clementissimusque Rex, illico ut audivit, misit in obviam ejus Hildevaldum Archiepiscopum, & Capellanum, & Ascharium Comitem, & postmodum proprium filium suum Pipinum excellentissimum Regem cum aliis Comitibus obviam ei iterum, & usque ubi ipse magnus Rex ei obviavit, & sicut Vicarium B. Petri Apostoli venerabiliter, & honorifice cum hymnis, & canticis spiritualibus eum suscepit; & pariter se amplectentes, cum lacrymis se osculati sunt. Et prædicto Pontifice, Gloria in excelsis Deo inchoante, & * juncto clero suscipiente oratione super cuncto populo data: tunc benignissimus dominus Carolus Magnus Rex * addictum Pontificem conspiciens, gratias Deo retulit, qui tam magna mirabilia super famulum suum per suffragia principum Apostolorum Petri, ac Pauli operatus est, & ad nihilum prædictos viros iniquos deduxit.*

* cuncto
* ante

☞ Porro de his omnibus Carolus Magnus Albinum Flaccum reddidit certiorem, qui horrendum facinus detestatus, rescribens ad Carolum hæc de his habet: (c) *Ecce in te solo tota salus Ecclesiarum Christi inclinata recumbit: Tu vindex*

(c) Albin. ep. 4. t. 1. Antiq. lect.

PAGIUS *parem revocetur. Tenendum est quod habetur, ne propter adquisitionem minoris, quod majus est* (scilicet Regnum Longobardicum) *amittatur. Servetur ovile proprium* (ideoque Romani non erant proprii subditi Caroli) *ne lupus rapax devastet illud* (idest insurgat aliquis tyrannus ad quem Romani, si nimis premantur, confugiunt). *Ita in alienis suadetur* (in componenda nempe Republica Romana) *ut in propriis damnum non patiatur*, in iis scilicet quæ ad Regnum Longobardicum pertinent. Ex quibus intelligimus, Imperatores Constantinopolitanos Urbe Romana hoc tempore potitos non fuisse. Secundo, neque etiam Carolum ejus Dominium habuisse, aut collegam Summi Pontificis in administratione Urbis extitisse; alioquin non diceret Alcuinus tres esse in mundo supremas Potestates, majoremque fore Regni Italici amissionem, quam Romanæ alienæque Urbis acquisitionem. Quare vel ex hac sola Alcuini Epistola evertitur opinio Marcæ & Cointii, qui volunt Dominium Urbis & Exarchatus Ravennatensis ab anno DCCXCVI. penes Pontificem Romanum & Carolum fuisse, & utrumque pari jure eisdem præfuisse. Si enim hoc ita se habuisset, Alcuinus Romanos alienos non appellasset, nec Carolum monuisset, ut caveret ne *propter acquisitionem minoris*, Regnum integrum perderet. Beneventanus Dux hoc ipso tempore in armis erat contra Francos, & nova rerum conversio in Urbe Constantinopolitana timendi locum dabat, ne Græci a Francis alieni tumultus, si in Italia exorirentur, foverent. Unde Alcuinus Carolo suasit, ut ab illis scopulis caveret, & in eisdem literis iterat quod in Hunnorum favorem anno superiori ad eum scripserat: *Olim Vestræ Sanctissimæ Pietati de exactione decimarum dixi, quia forte melius est, vel aliquanto spatio ut remittatur publica necessitas, donec fides cordibus radicitus inolescat.*

IV. Ei obviam venit Pippinus & postea Carolus. Carolus in Aquisgranensi Palatio Paschate celebrato, pridie scilicet Kalendas Aprilis, posteaque trajecto Rheno, Paderbornam usque processit, ubi Leonem Papam ex Italia venientem præstolatus est. Tunc Alcuino Epistolam XII. direxit, eumque ad iter Romam suscipiendum invitavit; huic enim obsequio complures Episcopos & Abbates jam destinarat. Ad eum respondit Alcuinus: *De illo itinere longo & laborioso Romam eundi, nullatenus infirmum, & quotidianis fractum doloribus corpusculum meum fragilitatis perficere posse arbitror. Desiderium jam habuissem, si potestas esset peragendi. Ideo obsecro clementissimam Paternitatis Vestræ benevolentiam, ut dimittatis me fideliter & instanter orationibus*

cum

dex scelerum, tu rector errantium, tu consolator mœrentium, tu exaltatio bonorum. Nonne Romana in Sede, ubi religio maxime pietatis quondam claruerat ibi extrema impietatis exempla emerserunt? Ipsi cordibus suis excæcati, excæcaverunt caput proprium. Nec ibi timor Dei, nec sapientia, nec charitas esse videtur. Quid boni esse poterit, ubi nihil horum invenitur? Si timor Dei esset in ais, non auderent. Si Sapientia, numquam voluissent. Si charitas, numquam fecissent. Tempora sunt periculosa, olim ab ipsa veritate prædicta, quia (o) refrigescet charitas multorum. Nullatenus capitis cura omittenda est. Levius est pedes dolere, quam caput. Componatur pax cum populo nefando. Si fieri potest, relinquantur aliquantulum minæ ne obdurati fugiant, sed in spe retineantur, donec salubri consilio ad pacem revocentur, &c. Ita Albinus, cujus consilium Carolus secutus esse videtur, ut dicta declarant. Pergit vero Anastasius, de Carolo dicens ☞:

(o) Matt. 24.

Quæ sint addita a sacrilegis scelera.

Qui dum in magno honore apud se aliquantulum tempus cum ipse serenissimus Rex habuisset: hæc præfati iniqui, & filii diaboli audientes, post dira, & iniqua incendia, quæ in possessionibus, seu rebus B. Petri Apostoli gesserunt: moliti sunt Deo contraria, falsa adversus sanctissimum Pontificem imponere crimina & post eum ad prædictum mittere Regem quæ probare nequaquam potuissent, qui per insidias & iniquitates ipsorum tulia nec dicenda, sanctam Ecclesiam humiliare volentes, proferebant.

VII. *Sed dum apud prædictum clementissimum magnum Regem præfatus Pontifex cum magno & condecenti honore degeret, ex omni parte tam Archiepiscopis, quam Episcopis, & cæteris sacerdotibus venientibus, una cum filiis ejusdem pissimi magni Regis, omnibusque eximiis Francis, Deo pravis, illam * remeantem in suam Apostolicam Sedem honorifice cum nimio (ut decuit) remiserunt honore: qui per unamquamque civitatem, tamquam ipsum suscipientes Apostolum, usque Romam deduxerunt. Quum Romani præ nimio gaudio suum recipientes Pastorem; omnes generaliter in vigiliis beati Andreæ Apostoli tam proceres clericorum cum omnibus clericis, quamque Optimates & Senatus, cunctaque militia, & universus populus Romanus cum sanctimonialibus, & diaconissis, & nobilibus matronis cum universis feminis, simul etiam & cunctæ scholæ peregrinorum, videlicet Francorum, Frisonum, Saxonum, atque Longobardorum, simul omnes connexi ad pontem Milvium cum signis & bandis, & canticis spiritualibus susceperunt, & in Ecclesiam beati Petri Apostoli eum deduxerunt, ubi & Missarum solemnia celebravit. Et omnes communiter corpus, & sanguinem Domini nostri Jesu Christi fideliter participati sunt, & alia die secundum olitanam consuetudinem natale beati Andreæ Apostoli celebrantes, Romam ingredientes cum multo gaudio & lætitia, in Patriarchium Lateranense introivit.* ☞ Porro totam hanc historiam scias tunc fuisse carmine egregie scriptam ab Alcuino (ut stylus arguit) editam vero nuper a Canisio in tomo primo collectionis Antiquæ lectionis in qua habentur, quæ prætermissa noscuntur ab aliis. Tu ipsam consulas, cujus delecteris sicut veritate, ita & rerum tunc temporis varietate. ☞

* remeare

Remittitur Romam Leo Papa magno cum honore.

VIII. Delinquentium causa tractata.

Post hæc autem ab eis qui a Carolo Magno missi sunt, quæstio habita est de iis qui tam enormia scelera perpetrarant, de quibus hæc apud eumdem Anastasium scripta leguntur: *Post aliquantos dies fidelissimi Missi, qui cum eo venerunt in Pontificale obsequium, videlicet Gildivaldus, & Arno reverendissimi Archiepis-*

PAGIUS

cum Deo servientibus apud Sanctum Martinum, vestrum iter adjuvare. Venit Paderbornam Leo Papa, *quod Rex illico ut audivit, misit obviam ei Hildivaldum Archiepiscopum & Capellanum & Ascharium Comitem. Et postmodum proprium filium suum Pippinum excellentissimum Regem cum aliis Comitibus obviam ejus iterum, & usque ubi ipse magnus Rex obviavit, & sicut Vicarium Beati Petri Apostoli venerabiliter & honorifice cum hymnis & canticis spiritalibus eum suscepit.* Hildivaldus ille alius non est ab *Hildebaldo* sive *Hildebaldo* Archiepiscopo Coloniensi & Archicapellano Sacri palatii. Ibi primum *Hildebaldus Archiepiscopus* appellatus reperitur, antea enim tam ipse quam ejus Decessores, Episcopi appellari. Quare primus ipse fuit Archiepiscopus Coloniensis, & e paucis tantum annis Colonia in Metropolim erecta, falluntur que qui eam ante Carolum Magnum Metropolitanam fuisse credidere. Secundo, Pippinum ex præcepto patris obviam Leoni processisse docet etiam Alcuinus in Poemate de ejusdem Leonis adventu:

Hinc jubet extemplo Pippinum occurrere magno
Pastori, pacem & placidam portare salutem.
Obvius ire parat genitoris jussa facessens.
Pippinus centum latus cum millibus ibat.

V. Leo III. Romam redit.

Alcuinus vero in eodem Poemate nullam *Ludovici* Aquitaniæ Regis mentionem facit, ubi describit venationem, cui Carolum cum de Romanorum tumultu nondum quidpiam audivisset, cum Regina Liudgarda suisque liberis fingit indulsisse, quamvis multa scribat de eodem Carolo & de Liudgarda; de Caroli filiis, Carolo & Pippino Juniore; de filiabus, Rotrude, Bertha, Gisla, Rothaide, Theodrada & Hildrude. Carolum filium Carolus Rex ad Albim tunc miserat, ut prodit Eginhardus in Annal. ubi ait: *Habito generali Conventu super*

piscopi, atque Cunipertus, Bernhardus, Atto, & Jesse reverendissimi & sanctissimi Episcopi, necnon & Flaccus electus Episcopus, una cum Kelmgoth, Reticareo, & germano gloriosis Comitibus, residentes in Triclinio ipsius domini Leonis Papæ, & per unam, & amplius hebdomadam inquirentes ipsos nefandissimos malefactores, quam malitiam ab ipsorum Pontifice habuissent tam Paschalis, quam Campulus cum sequacibus eorum; & nihil habuerunt adversus eum quod dicerent. Tunc illos comprehendentes prædicti Missi Magni Regis, emiserunt eos in Franciam. Hæc ibi. Quæ omnia facta esse subdit ante adventum ipsius Caroli Magni Romam, qui contingit anno sequenti, licet judicium hujusmodi præsente Carolo factum alii tradant.

IX. Leo pro persecutoribus rogat. Sed dices, quomodo fieri potuit, ut tam deformia perpetrata scelera, levi exilio punirentur? Regino satisfacit, dum tradit pro suis persecutoribus exorasse ipsum Leonem Pontificem, ne quid detrimenti in ipsorum corporum membris paterentur; idque ipsi enixe roganti concessum esse, cum tamen antea capitis sententiam accepissent; & in eos lege agendum esse, definitum esset: quod & testantur Annales Francorum, sub Ludovico filio Caroli Magni conscripti. Sed & in vita Caroli per annos singulos scripta, hæc leguntur: *Post paucos autem dies jussit Carolus eos, qui Papam anno superiori dehonestaverant exhiberi, & habita * decies secundum legem Romanam, ut majestatis rei, capite damnati sunt. Pro quibus tamen Papa pio affectu apud Imperatorem intercessit, & vita, & membra eis concessa sunt, sed pro facinoris magnitudine exilio deportati sunt.* Hæc ibi, eademque reliqui ejusdem sæculi scriptores, sed sequenti anno id factum tradunt, postquam Carolus acclamatus, & coronatus est Imperator. Nos tamen sequimur Anastasium, indecens existimantes, quod primum de Pontifici objectis criminibus actum sit, quam de adeo facinorosissimis delinquentibus. Porro de causa Pontificis tractata anno sequenti, ubi Carolus Romam venit, suo loco dicemus. Cæterum judicium hoc anno factum esse cum idem auctor affirmet, sententiæ autem executionem, expectato Caroli adventu, insequentem annum esse dilatam, idem, qui supra, auctor affirmat, nosque suo loco ex eodem Anastasio dicturi sumus.

* decisione.

X. Leo Papa dedicat Altare Eccles. Paderburens. His de judicio delinquentium enarratis, recitatisque cunctis, quæ hoc anno ipsi Leoni Pontifici contigerunt, prætermittendum non putamus, quæ ab ipso facta esse narrantur, cum adhuc apud Carolum in Germania esset: & inter alia dedicatum ab eo altare Paderburnæ, ubi convenit ipsum Carolum Magnum, de quo hæc in translatione sancti Liborii fideliter scripta leguntur (a): *Religiosum ejus, Caroli videlicet, & salutare Christianitatis dilatandæ studium nobiliter inchoatum, Leo Papa Apostolica auctoritate firmavit, atque in Ecclesia tunc ibidem noviter constituta, quoddam altare consecrans, adorandas in eo reliquias Protomartyris Stephani, quas secum Roma detulerat, collocavit, fiducialiter id Principi promittens, quod oratorium illud tanti Martyris patrocinio munitum non ulterius passurum foret injuriam, quam ipso referente, prius ei contigisse cognovit,* ut

(a) Apud Sur. t. 4. die 23. Jul. in translat. S. Liborii.

PAGIUS *per Rhenum, in loco, qui Lippenheim vocatur, ibique eodem amne transmisso cum toto exercitu suo ad Padrabrunnam accessit, ibique in castris considens, Pontificis ad se properantis præstolatur adventum. Misit interea, Carolum filium suum ad Albim cum parte exercitus, propter quædam negotia cum Vvilsis & Abrotitis disponenda, & quosdam Saxones de Nordliudis* (idest Transalbianis) *recipiendos. Cujus reversionem cum expectat, venit Pontifex, &c. Quo dimisso,. Rex paucos ibidem dies moratus Legatum Michaelis Patricii de Sicilia, nomine Danielem, ad se missum absolvit.* Leo Romam reversus est, delegatis a Carolo Rege, qui venirent *in Pontificale obsequium fidelibus missis, videlicet Hildevaldo & Arno Reverendissimis Archiepiscopis; & Cuniberto, Bernharto, Hattone, & Thesse sanctissimis Episcopis,* &c. inquit Anastasius, Bernharius seu Bernardus ad Wormatiensem Episcopatum, *Hatto* ad Frisingensem, & *Jesse*, qui corrupte dicitur Thesse, in Ambianensem nuper assumti fuerant. Fallitur enim Cointius hoc anno num. XLV. qui existimat, *Hattonem* seu Attonem fuisse Episcopum Pataviensem; cum ex incerti Poetæ Versibus de *Ordine Comprovincialium Pontificum*, a Mabillonio Tom. IV. Analect. editis constet, nullum hoc tempore Hettonem Ecclesiæ Pataviensi præfuisse; contra vero Attonem quintum Episcopum Frisingensem fuisse, & ex dicendis anno DCCC. eo anno adhuc vixisse. Anastasius scribit, Leonem *in Vigiliis Beati Andreæ* Apostoli Romam pervenisse, & summo omnium applausu fuisse susceptum. Theodulfus vero Aurelianensis Episcopus lib. 3. Carmine VI. de Leonis III. persecutione, de recepta sanitate ac recuperata Sede verba facit.

VI. *Postquam Ecclesiam Paderbornensem consecrasset.* Ad num. X. Recitat Baronius verba, quæ leguntur in libro, qui Vitæ Sancti Liborii Cenomannensis Episcopi subiicitur, & ejus Reliquias Cenomanno Paderbornam translatas testatur. In eo Leo Paderbornæ consecrat, altare, ibique Reliquias Sancti Stephani Roma delatas recondit. Subdit Ido Presbyter Paderbornensis illius Libelli Auctor: *Hoc ordine Paderburnensis Ecclesia Sedis Episcopalis tam Imperatoris sanctione, quam Apostolica benedictionis auctoritate primitus constituta, ob causam superius memoratam commendata fuit aliquandiu tuitioni Præsulum Capella Orientalis Franciæ, quod sermone barbaro VVirzburg appellatur.* Baron. ad. DCCXCV. num. LXVI. ex his verbis infert, post eum Christi annum *Harimarum* constitutum fuisse primum Episcopum Ecclesiæ Paderbornensis. Verum

Digitized by Google

ut videlicet ob incolarum loci perfidiam, & odium in Christianam religionem aliquoties igni traderetur. Et ob hanc maxime causam easdem reliquias ibi rogatu Imperatoris recondidit, non sine effectu congrua fiducia, sponsionisque sua, cum nihil tale postmodum illic perpetratum esse certissimum sit. Hoc igitur ordine Paderburnensis Ecclesia sedes Episcopalis tam Imperatoris sanctione, quam Apostolica benedictionis auctoritate primitus constituta, ob causam superius memoratam commendata fuit aliquandiu tuitioni præsulum Capellæ Orientalis Franciæ, quod sermone barbaro Vvirtzburg appellatur.

Invisit Leo Papa corpus S. Severini. Hæc de his auctor. Contingit etiam, ut cum esset in itinere, pertransiens Coloniam licet festinus ad Carolum properaret, ibi tamen substitit, & ingressus in Ecclesiam S. Severini, cujus corpus haud pridem in domum suam fuerat restitutum, illic oravit. Habet enim ista auctor, qui de ejus translatione scripsit

(a) *Apud Sur. to. 5. die 23. Oct. in translat. S. Severini.* historiam, aitque: (a) *Cum Roma præfatus Pontifex Leo profectus propter pœnas injuste sibi illatas, ad Imperatorem Carolum migraret in Franciam: devenit ad locum, quo viri Dei Severini corpus venerabile requiescit, ibique præter morem, quem in via servaverat, oratum Ecclesiam introivit: comites autem ejus mirantes, causam hujusmodi sciscitabantur. Quibus ille: Loci (inquit) hujus defensor domus est: ideo non ausus sum illam præterire insalutatam. Hinc ergo consuetudo civibus inolevit: ut uno die per singulas hebdomadas ad sancti Severini sepulcrum veniant; & ut per totam hebdomadam ejus patrocinio fulciantur, supplici devotione deposcunt.* Hæc de his ibi.

Hoc eodem anno idem Leo Papa dedicavit capellam a Carolo Magno constructam in Eresburg, eumdemque locum ejusmodi privilegio munivit (b): XI.

(b) *Extat apud Registrum Innoc. IV.*

*Leo servus servorum Dei, Carolo Magno * Romanorum Imperatori.*

* Regi Francorum

*Piæ tuæ petitioni per omnia congaudentes, quod jubes, annuere non tardamus. Igitur hunc montem Eresburg, quem expugnatum cum tota Saxonia Deo obtulisti, & per nos beato Petro consecrasti, liberum ab omni humana potestate esse, & fratrum inibi ad Christi servitium adunatorum ditioni tantummodo parere censemus. Qui ne aliquid in hoc impedimenti patiantur, neve Regni vestri invasoribus aliqua rebellandi fiducia præparetur: sub anathemate, sancti Petri auctoritate, interdicimus, ne quis umquam bellica in ipso monte præsidia collocare, aut per ea collata prædia, aut decimas circa montem per duas Saxonicas rastas, quas illuc delegasti, audeat diripere. Hæc conservantibus sit pax a Deo Patre, infringentibus excommunicatio, & a beatorum collegio sit separatio in æternum. Dat. Eresburg per manus Joannis Bibliothecarii, & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ VIII. Kal. Januar. anno Domini..... Leonis III, quarto, Indictione * septima, die dedicationis Capellæ in Eresburg. De Saxonia oblata a Carolo Magno S. Petro sunt etiam litteræ Gregorii Papæ septimi suo loco recitatæ.* * octava

Eo-

PAGIUS rum Ido Presbyter non dicit, Sedem Paderbornensem hoc anno primitus fuisse constitutam sed tantum asserit, Ecclesiam Episcopalem quæ antea a Carolo constructa fuerat, currenti consecratam esse, & in ea Reliquias Sancti Stephani positas; postea vero eam commendatam fuisse tuitioni Præsulum Capellæ Franciæ Orientalis. De hac consecratione loquitur Annalista Lambecianus, cujus verba num. I. retulimus.

VII. *Leo III. non fuit in loco Eresburg.* Ad num. XI. Dicit Baronius a Leone III. dedicatam quoque Capellam in Eresburg, ubi *Irminsul* quondam steterat, celeberrimum apud Saxoniæ populos idolum, de quo egimus anno DCCLXXII. num. IV. & in medium affert Privilegium; quo Leo III. hunc locum munit in Regesto Innocentii IV. Hujus Privilegii hoc initium est: *Leo servus servorum Dei, Carolo Magno Romanorum Imperatori.* Finis vero: *Dat. Eresburg. per manus Joannis Bibliothecarii & Cancellarii Ecclesiæ Romanæ VIII. Kal. Januar. anno Domini..... Leonis III. quarto Indictione septima, die Dedicationis Capellæ in Eresburg.* Idem Privilegium ex Baronio recitat Labbeus Tom. VII. Concil. verum illud mere supposititium; hoc enim anno, quo Leo III. ad Carolum venit, is non vocabatur *Imperator*, ut inter omnes convenit. Secondo, Carolus quoad vixit nunquam cognominatus fuit *Magnus*, ut anno DCCXXV. num. II. diximus, rursumque in morte ejus magis declarabimus. Tertio, Leo Pontificatus sui annum nunquam literis suis adscripsit. Quarto, nunquam se Leonem III. appellavit. Quinto, *VIII. Kal. Januarii* jam Romam redierat, quo die XXIX. Novembris ingressus est. Cointius, qui has literas fictitias esse agnovit, aliam falsitatis notam desumit ex eo quod in earum inscriptione Leo nomen Caroli suo postponit; cum tam ipse quam qui eum præcessere, nomina Regum aut Imperatorum, ad quos scripsere, primo loco collocarint; quam in rem plura exempla profert. At hæc satis innititur fundamento vel dubio vel falso. Cantelius enim in Historia Metropolitanarum Urbium part. II. Differt. I. cap. I. ostendit, ante Nicolaum I. quemque Pontificem Romanum nomen suum pro arbitrio vel primo loco posuisse, vel ultimo; id autem sibi sumsisse Nicolaum, ut semper quasi certa lege, cum Episcoporum, tum Regum etiam nominibus suum præponeret; quæ consuetudo nostra ætate obtinuit. Aliquando nomen suum postponit Leo Magnus: *Gloriosissimo & Clementissimo Theodosio Augusto Leo Episcopus, & Sancta Synodus Romæ collecta.* Idem tamen Leo illud aliquando præponit: *Leo Episcopus, & Sancta Synodus, quæ in Urbe Roma convenit, Theodosio semper Augusto.* Mitto alia exempla apud Cantelium legenda, qui tamen inter ea, quibus Pontifices nomen suum præposuere, per-

pe-

Digitized by Google

XII. *Eodem pariter anno Patriarcha Hierosolymorum per suum monachum misit ad Carolum Magnum sacrosancti Sepulcri Redemptoris nostri claves, quem dimittens ipse Carolus, Zachariam presbyterum illi adjunxit, qui dona ad loca illa sancta* — Hierosol. Patriarcha claves sancti sepulcri ad Carolum mittit.

PAGIUS

peram refert istud Leonis Tertii, cujus Epistolam quam fictitiam esse non dubitemus, germanam & sinceram supponit: *Leo servus servorum Dei Carolo Magno Imperatori Romanorum*. Denique Epistolarum Pontificiarum inscriptiones Librariorum vitio aliquando mutatæ, aliquando prætermissæ, & postea earum loco aliæ substitutæ, ut infinitis exemplis monstrari potest.

VIII. *Carolus in pauperes munificus.* Ad num. XII. Quod refert Baronius ex lib. IV. Capitul. in Append. cap. XXXI. *de eleemosyna mittenda in Hierusalem* e Carolo scilicet illius Capitularis auctore, lucem accipit ex iis, quæ Eginhardus in Vita Caroli M. habet: *Circa pauperes sustentandos & gratuitam liberalitatem, quam Græci eleemosynam vocant, devotissimus, ut qui non in patria sua solum & in suo Regno eam facere curaverit; verum trans maria in Syriam & Ægyptum atque Africam, Hierosolymis, Alexandriæ, atque Carthagini, ubi Christianos in paupertate vivere compererat, penuriæ illorum compatiens, pecuniam mittere solebat.* Cæterum Annalistæ Bertinianus, Fuldensis & Metensis cum Reginone, & Eginhardo in Annal. scribunt hoc anno Monachum quemdam de Hierosolymis venisse, & Reliquias multas Regi ex parte Patriarchæ attulisse, nisi quod aliqui habent *benedictionem & Reliquias de Sepulcro Domini*. Baronius tamen ait Annales Francorum narrare *Sacrosancti Sepulcri Redemptoris nostri claves* attulisse. Sed quos Annales intelligat Cardinalis doctissimus non exprimit.

IX. *Synodus Romana adversus Felicem Episc. Urgellitanum.* Tom. VII. Concil. editionis Labbeanæ refertur Concilium Romanum ex Schedis Pithœanis, quod Baronii tempore ignotum erat. Habitum illud non anno XXXII. Caroli Regis, ut habet ibidem Labbeus, sed anno XXXI. ejusdem Regis die XXIV. mensis Septembris superioris Christi anni inchoato; cum enim Leo III. die XXV. mensis Aprilis hujus anni a Romanis excæcatus fuerit, & postea in Galliam venerit, unde Romam ante diem XXX. mensis Novembris non rediit, & Felix Urgellitanus Episcopus anno XXXII. ejusdem Regis Aquisgrani hæresim abjuraverit, ut mox ostendam, Concilium istud Romanum nonnisi ineunte hoc anno haberi potuit, ut recte vidit Cointius ibidem num. XIV. & seqq. Hujus itaque anni initio Leo Papa Concilium illud in Basilica Sancti Petri cum Episcopis LVII. celebravit adversus Libellum, quem idem Felix Alcuino nuper direxerat. In eum Libellum *Felix* hæreseos sæpius e se damnatæ capita omnia conjecerat, ideoque a Synodo confutatus est, & ipsi Felici, nisi resipisceret, anathema dictum. Hujus Concilii ipsemet Felix meminit in Confessione fidei, quam sub hujus anni exitum emisit, postquam ad Ecclesiæ Catholicæ gremium rediit: *Per auctoritatem*, inquit, *Synodi, quæ nuper in Roma hac intentione præcipiente gloriosissimo ac piissimo Domino nostro Carolo adversus Epistolam meam, quam dudum venerabili Viro Albino Abbati Turonensis Ecclesiæ scripseram, congregata est. In qua Synodo, præsente Leone Apostolico, & cum eo cæteri Episcopi numero LVII. residentes, & plerique Presbyteri ac Diaconi cum eis in Domo Beatissimi Petri Apostoli, per quorum omnium auctoritatem istas jam dictas sententias nostras, non qualibet, ut dictum est, violentia, sed ratione veritatis, ut oportuit, excluserunt.*

Extant tantum Excerpta ejusdem Synodi ex tribus prioribus Actionibus. In priori Leo Papa ait: *Pejores hæreses, vel majores blasphemias, quam ante in ejus scriptis vel dictis unquam audissemus, ibidem cognovimus.* In secunda dicit Leo Felicem *& semel & bis & tertio perjuratum* effectum esse. In primis enim ut ibidem explicat Leo, in Ratisponense Concilio, *confessus est se ex ipsa hæresi male dixisse*. Et iterum sub Hadriano Papa ad eum directus a Carolo; & tertio in Concilio quod coram eodem Carolo habitum est, post quod *per suum blasphemum libellum, quem ad Venerabilem Virum Albinum Abbatem Monasterii S. Martini misit, in pejorem latrationem devenit, quam antea.* In tertia Actione legitur: *Felici Orgellitanæ Ecclesiæ Episcopo, si noluerit declinare ab hæretico dogmate suo, in quo ausus est Filium Dei adoptivum asserere, anathema sit.* — X. *In eo Felix damnatur.*

XI. *Synodus Urgellitana adversus Felicem.* Interim Carolus *Leidradum* Lugdunensem Archiepiscopum Urgellam misit, ut Felicem ab hæresi revocare conaretur. Hunc autem obtinuisse commeatum ad Carolum, ut coram eodem Rege in Episcoporum Conventu suam exponeret opinionem, ipsemet declarat in Confessione fidei ad Urgellitanos suos postea emisse: *postquam*, inquit, *ad præsentiam Domni nostri ac piissimi gloriosique Caroli Regis perductus sum, & ejus conspectui præsentatus licentiam ab eo secundum quod & venerabilis Domnus Laideacus* (seu Laidradus) *Episcopus nobis in Orgello pollicitus est, accepimus; qualiter in ejus præsentiam in conspectu Episcoporum, quos ad sacram ordinationem gloriosi Principis nostri convenire fecerat, sententias nostras, quas ex libris Sanctorum habere nos de adoptione carnis in Filio Dei, seu nuncupatione in humanitate ejus credebamus, præsentaremus; qualiter non in violentia, sed ratione veritatis, nostra assertio nostra judicaretur, si ab illis per auctoritatem Sanctorum Patrum minime repudiaretur. Quod ita factum est.* Felix solum nominat Leidradum; profecti tamen sunt Orgellum cum eodem Leidrado Nefridius Narbonensis Archiepiscopus, Benedictus Anianensis Abbas, aliique multi cum Episcopi tum Abbates. Quod constat ex Alcuino, qui quatuor adversus Elipandum libros iisdem Archiepiscopis, Episcopis & Abbatibus inscripsit, cum in Hispaniam secunda vice pergerent, Felice ad meliorem frugem apud Aquisgranum converso, & Carolo nondum Imperatore, idest, anno Christi octingentesimo; quia Felix verum confessus est fidem apud Aquisgrenum anno Caroli Regis XXXII. jam cœpto, sive hoc anno exeunte, & Carolus acclamatus est Imperator anno sequenti exeunte.

XII. *Hujus Synodi Patres anno sequenti Urgellam iterum se conferunt.* Alcuinus super his singulatim audiendus. Libris adversus Elipandum hanc præfigit inscriptionem: *Dominis in Christo charitate venerabilibus atque dilectissimis Laidrado Episcopo Lugdunensi, & Nefridio Episcopo Narbonensi, & Benedicto Abbati, simulque Sanctissimis nobisque valde honorabilibus Gothiæ Provinciæ partibus Episcopis, Abbatibus, & fratribus humillimus Sanctæ Ecclesiæ filius Albinus salutem.* Libro primo sic loquitur de Synodo Aquisgranensi & Felice hæresim ejurante in præsentia Regis: *Felix anno prosperi gloriosi Principis tricesimo secundo advocatus voluntarie veniens ad Aquis Palatium, ibique in præsentia Domni Regis, & Optimatum il-*

cta deferret. Hæc Annales Francorum. Innotuerat in Oriente etiam tanti Regis Christianissimi pietas, atque potentia, adeo ut ad hunc unum respicerent omnes, tamquam unicum Christianæ religionis, temporibus istis perditissimis, quibus sub Sar-

PAGIUS *illius, sive Sacerdotum Dei rationabiliter auditus, & veraciter convictus, atque Deo dante gloriam, veramque confessus fidem in pacem Catholicæ unanimitatis reversus est cum suis discipulis, qui ibi tunc temporis erant præsentes.* Et in ipsa Præfatione eosdem Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, quibus opus suum inscribit, sic alloquitur: *Per Divina suffragia Pietatis hanc nebulosam impietatis sectam clara veritatis luce pridem discutere studuistis, etiam & Deo Christo donante coeptum prædicationis opus multa ex parte perfecistis. Ad cujus piissimæ prædicationis venerabile opus, mandante glorioso Principe, & devotissimo in omni bonitate Carolo Rege, vos iterum ituros esse audivimus. Quapropter paucorum arripui laborem dierum in solatium sanctissimi itineris vestri, quatenus haberetis in manibus cujusdam Epistolæ meo nomini directæ ab Elipando Toletano Episcopo pias & pernecessarias responsiones, ne forte aliquorum ex ejusdem Epistolæ lectione mentes maculentur quia ejusdem audivimus literas in aliorum prius pervenire manus, quam nobis, cui missæ sunt, redditæ essent.*

XIII. *Libri Alcuini adversus Elipandum post Synodum Urgellensem scripti.*

Hoc itaque anno *Laidradus* & *Nefridius* Archiepiscopi, *Benedictus* Abbas, aliique complures cum Episcopi tum Abbates Orgellum se contulerunt, ut *Felicem* ad Catholicam fidem revocarent. Celebratam ab iis Urgellæ Synodum observant Baluzius in Notis ad Agobardum adversus Felicem cap. 18. & Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 12. num. V. sed hic eam in annum DCCXCIV. male conjicit. Rem ita se habuisse recte existimat Cointius citatus. Hoc anno Caroli Regis XXXI. *Leidradus*, aliique Præsules Orgellum directi sunt, convocata Synodo Felicem damnarunt, eidemque non liberum commeatum dederunt, ut in Episcoporum Cœtu, præsente Rege, causam suam ageret. Hoc etiam anno, Caroli vero Regis anno XXXII. jam inchoato, *Felix* Aquisgranum perductus est, publicam in Synodo coram Rege disputationem iniit, & veritate coactus, rediit ad Ecclesiam Catholicam. Distinguenda itaque duplex pro causa Felicis in Hispaniam profectio Laidradi & Sociorum; una quæ præcessit Aquisgranense Concilium; altera quæ suscepta est Felice jam in ea Synodo orthodoxam fidem amplexo. Utramque in Præfatione librorum adversus Elipandum distinxit Alcuinus; priorem sic attigit: *Deo Christo donante coeptum prædicationis opus multa ex parte perfecistis*; posteriorem sic: *ad cujus piissimæ prædicationis venerabile opus, mandante glorioso Principe & devotissimo in omni bonitate Carolo Rege vos iterum ituros esse audivimus.* Deinde statim palam significat libros illos a se scriptos adversus Elipandum, cum prædicti Præsules in procinctu essent itineris in Hispaniam secunda vice suscipiendi: *Quapropter paucorum arripui laborem dierum in solatium sanctissimi itineris vestri, quatenus haberetis in manibus cujusdam Epistolæ meo nomini directæ ab Elipando Toletano Episcopo pias & pernecessarias responsiones.* Imo in fine ejusdem operis pag. 994. dicit Alcuinus se quatuor libris adversus Elipandum scriptis subjunxisse *Epistolam illius Elipandi ad Felicem quondam illius defensorem facta, nunc vero Deo donante Christianæ fidei Prædicatorem.* Addit Alcuinus; *Ejus conversionis ad fidem Catholicam, Epistolam imponere curavimus.* Quæ utraque Epistola in fine libri 4. adversus Elipandum etiam hodie legitur. Quare cum certum sit utramque Epistolam sub hujus anni finem datam esse, & antequam *Laidradus* & Socii Urgellam redirent, nullum dubium est, quin Baluzius, qui accurate Synodum Urgellensem post Romanam, & ante Aquisgranensem collocavit, perperam crediderit libros adversus Elipandum ab Alcuino transmissos esse Laidrado cæterisque Præsulibus, ut eos perlegerent in itinere, cum *Felix* adhuc Orgelli moraretur, & hæresim in Aquisgranensi Conventu nondum ejerasset. De libris illis Alcuini adversus Elipandum anno sequenti, quo ad Laidradum missi, agemus.

Exeunte hoc anno, cum *Carolus* apud Aquisgranum erat, annumque Regni sui XXXII. jam numerabat, *Felix* illuc venit, & præsente Rege in Episcoporum ac Procerum Conventu suam rursus damnavit hæresim, ut Alcuinus lib. 1. adversus Elipandum testatur: *Idem Felix anno præfati gloriosi Principis XXXII. adveniens*, & reliqua num. XII. a nobis memorata. Ipsemet Felix rem totam, ut gesta est, statim exposuit in Confessione fidei ad Presbyteros, Diaconos, Clericos, cæterosque fideles in Urgellitana Diœcesi commorantes. Istius Confessionis hoc initium est: *In Dei nomine Felix olim indignus Episcopus, Dominis in Christo Fratribus*, &c. quibus ex verbis Baluzius laudatus colligit ipsummet Felicem, priusquam hanc fidei Confessionem scriberet, in Aquisgranensi Concilio depositum fuisse ab Episcopatu; quod & disertis verbis Agobardus citatus asserit. De hoc Concilio Anonymus, qui Vitam Alcuini scripsit, hæc habet: *Advocans Albinum* (nempe Carolus) *institutorem suum Turonis, & misserum Felicem hæresis hujus adstructorem de Hispaniæ partibus, congregavit Synodum magnam Episcoporum in Aquisgrani Imperiali Palatio; in quorum ipso sedens medio, Felicem, licet valde repugnantem, de natura Filii Dei secundum carnem cum Albino doctissimo disputando rationabiliter confligere jussit. Tum quantum Episcoporum tunc extitit silentium! O quam clara & inexpugnabilis Caroli cum auctoritate Magistri sui fidei confessio atque defensio! per plura autem Felix fugiens latibula, plurioribus ab Albino confossus est jaculis, intantum ut pene omnem Civitatem semel consummaret, quousque filius hominis veniret. Nam a secunda usque ad septimam Sabbati parvum aliud gestum est. Omnibus denique ejus patefactis sordibus atque ab universis Apostolicis auctoritate hæresi confutata, soli sibi latuit deformiter, usque dum dicta Cyrilli Martyris ab Albino sibi directa legit lamentabiliter. En naturam, quæ per diabolum vitiata est, super Angelos exaltata est propter triumphum Christi, atque ad dexteram patris collocata. Hanc ergo legens sententiam, tandem se recognovisse & impie egisse voce & nimio fletu testatus est.* His addit Ado: *Felix perpetuo exilio apud Lugdunum relegatus est, quem ferunt in ipso suo errore mortuum*: qua de re anno sequenti num. ultimo.

XIV. *Felix in Synodo Aquisgranensi hæresim suam ejurat.*

XV. Ante *Felicis* conversionem Alcuinus convenerat Elipandum Toletanum decrepitæ ætatis senem, eumque hortatus fuerat, ut Ecclesiæ Catholicæ unitatem præponeret Felici, & paucis ejus sectatoribus, *qui in montibus latitant.* Con-

tra

Sarracenorum jugo gemebant, decus & ornamentum. Porro pro restauratione Ecclesiarum Hierosolymorum Carolus collectam more majorum indixit. Est ea de re titulus

PAGIUS *Alcuinus in conversione Elipandi frustra insudavit.*

tra iste humanissimis Alcuini literis respondit atroci stylo; & novi Arii in partibus Austriæ exorti convicio Virum pium proscindens, exprobrat illi divitiarum affluentiam, & viginti millium servorum famulitium; monens eum interim, ne Caroli animum commovere pergat adversus Felicem. Insinuat autem excitatum Alcuinum suggestionibus *Beati*, & ejus relatione atque eruditione instructum adversus novitatem; cujus Beati sic dicti per antiphrasim auctoritatem elevat, eo quod abstentus esset ob stuprum. Hæc enim sunt ipsa Elipandi verba calumniæ & iracundiæ plena; *Mendacio plenus esse ostenderis, sicut & Magister tuus Antiphrasius Beatus, Antichristi discipulus, carnis immunditiis fœtidus & ab Altario Dei extraneus, pseudo-Christus, & pseudo-Propheta.* Ad eumdem Beatum pertinent & sequentia; *Nam sicut Magister tuus fœtidus & horribilis maculavit Libanum; ita tu Regnum Cælorum Austriam.* Alibi diximus Beatum Abbatem apud Astures egisse cum Etherio Episcopo, quos errori suo contrarios esse Felix quoque conquestus erat in Libello ad Alcuinum, ut iste docet in libro primo adversus Felicem. Porro apud Astures erat montana Regio *Liebana* dicta, tum apud Ptolemæum, tum in veteribus chartis. Quare significat Elipandus, sicut a Beato Asturiorum Regnum infectum est hæresi; sic quoque fœdari ab Alcuino Austriam, idest Franciam, quam vocat Regnum Cœlorum. Ita rem narrat & explicat Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 12. Sed cum Sanctus Beatus anno superiori ad Deum migrarit, ut supra ostendimus, hæc Elipandi Epistola ante præsentem annum data.

XVI. *Elipandus infestus conversioni Felicis ad eum scribit.*

Felix post Aquisgranense Concilium ad Clerum ac populum Urgellitanum scribit de sua conversione, ut jam diximus. Extat ejus Epistola in Alcuini Operibus pag. 998. sub hoc titulo; *Confessio fidei Felicis Orgellitanæ Sedis Episcopi.* Eodem circiter tempore Elipandus Archiepiscopus Toletanus ea quæ gesta fuerant Aquisgrani ignorans, Epistolam Felici direxit, quæ ibidem extat pag. 995. In ea Elipandus dicit se litteras ejus accepisse *exeunte Julio*, easque statim Cordubam *ad fratres* (idest ejusdem hæresis consortes) misisse; se exeunte Augusto eidem scripsisse, & novissime hanc illi mittere Epistolam, in qua etiam senem se fatetur & annorum LXXXII. Porro Alcuinus in fine suorum librorum adversus Elipandum pag. 994. ait; *maxime origo hujus perfidiæ de Cordua Civitate processit, sicut in Epistola illius Elipandi ad Felicem prolatum directa intelligi potest, dum eumdem Felicem adhuc sui erroris catenis constrictum esse arbitrabatur.*

XVII. *Legatio Græcorum ad Carolum.*

Carolus, cum adhuc Paderbornæ morabatur, Legationem e Siciliæ Præfecto suscepit, & Ducem Geroltum Bajoariæ Præfectum, atque Henricum Forojuliensem Ducem interfectos, illum in Pannonia, hunc in Liburnia, accepit. Audiendus Eginhardus in Annal. postquam narravit discessum e Galliis Leonis Papæ: *quo dimisso, Rex paucos dies ibidem* (idest Paderbornæ) *moratur, Legatum Michaelis Patritii de Sicilia nomine Danielem, ad se missum absolvit. Accepit etiam triste nuntium de Geroldi & Erici interitu; quorum alter, Geroldus videlicet Bajoariæ Præfectus, commisso cum Hunis prælio, cecidit; alter vero, idest, Ericus post multa prælia & insignes victorias apud Tarsaticam Liburniæ Civitatem insidiis oppidanorum interceptus atque interfectus est.* Regino quidem, Annalista Metensis, & Monachus Egolismensis non Paderborne, sed Aquisgrani, Carolum Legationem illam suscepisse asserunt. Verum Eginhardo in Annalibus, Loiselianus ac Bertinianus Annalistæ, & incertus Auctor in Vita Caroli consentiunt, ajuntque; *in eadem expeditione Legatus Michaelis Siciliæ Præfecti, nomine Daniel, ad Dominum Regem venit*, &c. Recte existimat Cointius hoc anno num. XLIX. objectæ Legationis scopum esse potuisse, ut & Francos inter ac Græcos pax arctius firmaretur, & Siculis, si quod eis periculum a Saracenis Balearės insulas anno priore populatas imminebat, opem ferrent Franci.

XVIII. *Duo Caroli Proceres in Hunnia occisi.*

Regino in Chronico ad hunc annum scribit; *Eodem anno gens Avarorum a fide quam promiserat, defecit, & Henricus Dux Forojuliensium post tot victorias prospere gestas juxta Tharsicum Liburniæ Civitatem insidiis Civium oppressus est. Per id tempus Geroldus, cum esset Bajoariæ Præfectus, commisso cum Avaribus prælio, interficitur, & in Augia sepelitur: de quo in visione Vvetini legitur quod inter Martyres sit adnumeratus.* Epitaphium Geroldi refertur a Canisio Tom. VI. Antiq. Lect.

Mole sub hac magni servantur membra Geroldi,
Hujus jura loci cunctis, qui viribus auxit,
Pannoniis vera Ecclesia pro pace peremptus
Oppetiit, sævo, Septembribus, ense Kalendis,
Sideribusque animam dedit: artus Saxo fidelis,
Abstulit, huc retulit, dignoque hic clausit honore.

XIX. *Carolus bello Hunnico finem feliciter imponit.*

Geroldi mors Francis, Boiisque animos auxit; hoc enim anno finis impositus est Avarico bello anno DCCXCI. inchoato; *Maximum omnium*, inquit Eginhardus in Vita Caroli M. *quæ a Carolo gesta sunt bellorum, præter Saxonicum, bello, contra Wilsos successit illud, quod contra Avares sive Hunnos susceptum est, quod ille & animosius quam cætera, & longe majori apparatu administravit. Unam tamen per se in Pannoniam (nam hanc Provinciam ea gens tum incolebat) expeditionem fecit, cæteras filio suo Pippino ac Præsidibus Provinciarum, Comitibus etiam atque Legatis perficiendas commisit. Quod cum ab his strenuissime fuisset administratum, OCTAVO tandem ANNO completum est. Quot prælia in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua omni habitatore Pannonia, & locus in quo Regia Cagani erat, ita desertus, ut ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt. Neque ullum bellum contra Francos exortum humana potest memoria recordari, quo illi magis ditati & opibus aucti sint. Quippe cum usque in id temporis pene pauperes viderentur, tantum auri & argenti in Regia repertum, tot spolia pretiosa in præliis sublata, ut merito credi possit, hoc Francos Hunnis juste eripuisse, quod Hunni prius aliis gentibus injuste eripuerant. Duo tantum ex Proceribus Francorum ex bello perierunt; Ericus Dux Forojulii in Liburnia juxta Tarsaticam maritimam Civitatem insidiis oppidanorum interceptus; & Geroldus Ba-*

(a) Capit. lib. 4. in append. c. 32.

lus in ejus Capitularibus, his verbis inscriptus (a): *De eleemosyna mittenda in Hierusalem, propter Ecclesias Dei restaurandas proximo Natali Domini.* Ipsum vero decretum, seu capitulum excidit.

PAGIUS

Bajoaria Praefectus, dum in Pannonia contra Hunnos praeliaturus aciem strueret, incertum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ac singulos hortantem comitabantur, interfectus est. Caeterum incruentum pene Francis hoc bellum fuit, & prosperrimum exitum habuit, tametsi diutius sui magnitudine traheretur.

XX. *Britanni Cismarini a Caroli Ducibus domiti.*

Eginhardus in Annal. Postquam Geroldi & Erici mortem narravit, subdit: *Rebus autem Saxonum* (apud quos Paderburna fita erat) *pro rerum opportunitate, dispositis, Rex in Franciam reversus est: & cum Aquisgrani hyemaret, VVido Comes ac Praefectus Britannici limitis, qui eodem anno cum sociis Comitibus totam Provinciam Britonum perlustraverat, arma Ducum qui se dedidere, inscriptis singulorum nominibus, detulit. Videbatur enim quod ea Provincia tum esset ex toto subacta, & fuisset, nisi perfida gentis instabilitas cito animum aliorsum, more solito, convertisset. Allata sunt & signa, quae occisis in Majorica Mauris praedonibus erepta fuerunt. Et Azan Saracenus Praefectus Osca claves Urbis cum aliis donis Regi misit, promittens eam se dediturum, si opportunitas eveniret.* Subdit Eginhardus *Carolum* Natalem Domini in Palatio Aquisgranensi celebrasse. Cismarinam Britanniam Regno Francorum adjecit Clodoveus Magnus; sed Britanni Francorum Dominationem excutere saepe tentarunt, & Regium etiam titulum plerumque affectarunt; at eos Francorum Reges semper repressere.

XXI. Idem Eginhardus in Annal. ad annum DCCCI. scribit. *Ipsa aestate capta est Barcinona Civitas in Hispania jam biennio obsessa: Zatin Praefectus ejus & alii complures Saraceni comprehensi.* Quare hujus Urbis obsidio hoc anno inchoata. Quoad Insulas Baleares, haec de illis habet Monachus Egolismensis in Vita Caroli: *Insulae Baleares, quae anno priore depraedatae sunt a Saracenis & a Mauris, postulato & accepto a Domno Rege auxilio, tradiderunt se illi, & defensae sunt a praedonibus. Nam praelio facto Franci Mauros & Saracenos prostraverunt, & signa sublata Domno Regi repraesentaverunt.* Ex quibus colligitur, Balearium insularum incolas auxilium a *Carolo* postulasse, se seque ei dedisse. In illis Insulis Sedes duae Episcopales fuerunt; una in primaria Majoricae Urbe, cui nomen *Palma*, hodie Majorica; altera in primaria Minoricae Civitate, cui nomen Jamna, hodie *Citadella*. Suos etiam Episcopos habuit *Ebusus* insula, aliquot milliaribus a Majorica dissitis, & ab Hispanis *Yvica* appellata. In notitia enim Episcoporum Africae a Sirmondo publicata, inter Episcopos, qui ab Hunerico Vandalorum Rege in exilium ob fidem Orthodoxam missi sunt, memorantur *Macarius* de Minorica, *Helias* de Majorica, *Opilio* de Evuso-Fides in iis insulis sub Saracenorum Dominatu extincta fuerat, cum Jacobus Aragoniae Rex anno MCCXXIX. Majoricam recuperavit, ibique Episcopum statuit, cui Minoricam insulam paulo post captam subjecit. Recepta & ab eodem anno MCCXXXV. *Ebusus* insula, sed quia expeditionis caput fuit *Guillelmus Mongriou* Archiepiscopus Tarraconensis hanc suae Dioecesi adjecit, ut videre est lib. 4. Marcae Hispanicae pag. 526. & seq. Unus itaque Majoricae Episcopus tantum erat.

Caroli Duces adversus Saracenos rem prospere gerunt.

I. Caroli Magni adventus in Urbem.

OCtingentesimus Redemptoris nostri illucescit annus octavæ Indictionis, ad cujus finem Carolus Magnus Romam se contulit, ut Ecclesiam illam, impiorum factionibus perturbatam, in securitatem pristinam restitueret. ☞ Cogitans autem Romam Carolus, optavit secum ducere Albinum Flaccum virum prudentissimum, qui tunc Turonensem Abbatiam curabat. Sed renuit ipse, hæcque ad eumdem rescripsit inter alia (*a*): *Sed & de hoc quidem mihi improperare voluistis, me fumo sordentia Turonorum tecta auratis Romanorum arcibus præponere. Scio vestram legisse prudentiam Salomonicum illud elogium* (*b*): *Melius est, inquit, sedere in angulo domatis, quam cum muliere litigiosa in domo communi, & ut pax dictat: Magis ferrum nocet oculis, quam fumus.* Ita plane alludens ad Leonem Pontificem ferro excæcatum. Pergit autem: *Turonis enim fumosis tectis contenta, Deo donante, per vestræ bonitatis providentiam in pace permanet. Roma vero, quæ fraterna discordia initiata est, mixtum dissensionis venenum hucusque tenere non cessat, vestræque venerandæ dignitatis potentiam ad hujus partis cognoscendam perniciem e dulcibus Germaniæ sedibus festinare compellit, &c.* Scripta inquam videntur ista, dum Carolus Romam cogitaret anno superiori, cum nondum missus in Urbem Leo fuisset, de quo in fine epistolæ:

Qui tristis venit, redeat jam lætus ad Urbem

Por

(*a*) Albin. Ep. 7. t. 2. Antiq. lect.

(*b*) Prov. 21.

PAGIUS Sæc. VIII. Anno Eræ Hisp. DCCCXXXVIII. Anno Hegiræ CLXXXIV. inchoato die 31. Januar. fer. 5. A. C. 800. I. Gesta hoc anno a Carolo.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6293.

☉ 15. ED. ☽ 3. P. 19. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 800.

LEONIS III. PAPÆ 6.

CAROLI IMP. I.

IRENES iterum IMP. 4.

AD num. I. & seq. Annalista Lambecianus, qui hoc tempore vivebat, ait: DCCC. *Ipsum hyemem resedit apud Aquis Palatio, & circa Quadragesima tempus circuivit Villas suas, seu etiam corpora Sanctorum, usque dum post Pascha pervenit Toronis, ubi corpus Beati Martini requiescit; & fuerunt cum eo filii sui Carolus & Pippinus. Sed & Clodoveus* (idest, Ludovicus) *ibi advenit filius ejus, nec non Liudgardis conjux Domni Regis ibi defuncta est, & facta ibi oratione solemniter, & cum pace reversus est ad propriam sedem. Et in æstivo tempore congregavit Optimates & fideles suos ad Moguntiam Civitatem, & cum cognovisset undique per omnes fines suos pacem, rememoravit de injuria, quam Romani Apostolico Leoni fecerunt, & direxit faciem suam, ut iret partibus Romæ, & ita fecit. Et ibi fecit Conventum maximum Episcoporum seu Abbatum cum Presbyteris, Diaconibus & Comitibus seu reliquo Christiano populo, & ibi venerunt in præsentia, qui ipsum Apostolicum condemnare voluerunt; & cum cognovisset Rex, quia non propter aliam justitiam, sed per invidiam eum condemnare volebant, tunc visum est & ipsi piissimo Principi Carolo & universis Episcopis & Sanctis Patribus, qui ibi adfuerunt, ut si ejus voluntas fuisset, & ipse petisset; non tamen per eorum judicium, sed spontanea voluntate se purificare debuisset, & ita factum est. Et ipso sacramento expleto incipiebant illi Sancti Episcopi cum universo Clero, seu ipso Principe Carolo cum devoto Christiano populo hymnum* TE DEUM *laudamus, Te Dominum confitemur. Quo expleto & ipse Rex & universus populus fideliter cum eo dabant laudem Deo, quia ipsum Apostolicum Leonem & sanum in corpore & in animo custoditum meruerunt habere; & ipsam hiemem Romæ fecit.* Idem habet Chronographus Moissiacensis, nisi quod post hæc verba, *& fuerunt cum eo filii sui Carolus & Pippinus & Ludovicus*, vel ipse Chronographus vel potius aliquis Interpolator ista subjecit, *& dispensuit Regnum filiis suis*. At de Regni illa divisione tunc a Carolo inter filios facta nullus Annalista mentionem fecit, eaque sine dubio ficititia.

II. Classem instituit adversus Normannos Galliæ infestantes.

Carolus *medio Martio mense Aquisgrani Palatio digrediens littus Oceani Gallici perlustravit, in ipso mari, quod tunc pyratis infestum erat, Classem instituit, præsidia disposuit, Pascha in Centulo apud Sanctum Richarium celebravit. Indeque iterum per littus Oceani Rotumagum Civitatem profectus est: ibique Sequana amne transmisso, Turonis ad Sanctum Martinum orationis causa pervenit, moratus ibi dies aliquot propter adversam Domnæ Liudgardæ conjugis valetudinem, quæ ibidem & defuncta & humata est. Obiit autem die pridie Non. Jun. Inde per Aurelianos ac Parisios regressus Aquasgrani reversus est,* inquit Annalista Loiselianus, cui Metensis & Bertinianus cum Eginhardo in Annal. consentiunt, nisi quod Eginhardus habet, *in ipso mari, quod tunc pyratis Nordmannicis infestum erat*, quæ verba valde notanda; Monachus enim Fontanellensis Anonymus in Libello de Miraculis S. Wandregisili Abbatis Fontanellensis primi a Mabillonio publicato, Sæc. II. Benedictino, cap. 5. scribit: *Temporibus quo gravissima Danorum pyratarum lues, Deo permittente, flagitiisque exigentibus nostris, Oceani littus infestum haberet, Galliarumque quaquaversum maxime adjacentes & contiguas fluvio Sequanæ misera cæde vastaret Provincias, quod retroactis temporibus quando misericors Deus illius præcepta servante suo fuit cum populo nequaquam factum audivimus, sed neque legimus, anno videlicet irruptionis sua in prædictum magnum fluvium Sequanæ decimo octavo; ex quo vero Oceanum ingressi pyraticam exercere aggressi fuerant, quinquagesimo octavo; Regis autem præcellentissimi Caroli* (sc. Calvi) *decimo septimo, sanctissima ossa piique cineres præfati egregii Confessoris Christi Wandregisili ac S. Præsulis Ansberti ob metum & conculcationem horum nefandorum Gentilium de Fontanella Monasterio propriis effossa sepulcris, ad ipsorum Sancto-*

Digitized by Google

Per pia deum patris, consiliumque sacrum.
Quod petit inveniens, quicquid speravit adeptus,
Hinc Christo laudes hymnidicas referens.

Cum vero accepisset Albinus jam Carolum Romam versus iter arripere, ipsi in via occurrendam putavit. ☞ Sed quæ ista præcesserint, quibusne itineribus se contulerit in Italiam, primo dicendum. Habent veteres Annales Francorum in vita ejusdem Caroli Magni, ipsum hoc anno celebrasse sacrum diem Paschatis in Centulo, seu Centula apud S. Richarium: erat illic insigne monasterium, quod ejus gener Angelbertus sive Engelbertus (utroque modo apud antiquos scriptus reperitur) erexit, ubi postea præfectus Abbas vitam duxit Angelicam. Aderat una cum Carolo tunc inter alios Albinus Flaccus, qui & Alcuinus, illicque dum degeret: scripsit vitam (a) ejusdem S. Richarii Confessoris, in qua ita ad ipsum Carolum præfatus est epistola nuncupatoria: (a) Apud Sur. die 26. Apr. t. e.

II. *Domino semper venerabili, semperque desiderabili, pissimo sanctæ Ecclesiæ tutori, gratia Dei semper Auguste Carolo vestræ salutis perpes amicus Albinus.* Adjectum est postea nomen Augusti, quod consequutus est anno sequenti:

Remorante vestræ excellentia pietate in loco sancto & merito venerabili Centula: cum & ego vestræ gloriæ servus, vestræ pie- Albinus scribit vitas SS.

PAGIUS *llorum prædium, quod dicitur Bladulfi Villæ, deportata sunt.* Ita Anonymus ille, qui sæculo nono vixit, quique per annum XVII. Caroli Calvi intelligit annum Christi DCCCLVIII. quod ex eodem Auctore cap. 7. certo argumento Mabillonius demonstrat. Quare est hic primus annus infestationis a Normannis factæ in littora Oceani Gallici, annusque Christi DCCCXLI. primus ex quo per Sequanam fl. in Gallias ingressi sunt. Annus enim ille XVII. Caroli Calvi a die XX. mensis Julii, qua Ludovico Aug. patri successit, proficiscitur. Harum duarum Epocharum opera irruptiones Normannicas in Galliam annis suis certius reddemus.

III. *Pascha celebrat in Monasterio S. Richarii.* Centulense Monasterium, quod sæculo septimo Sanctus Richarius in paterno solo condidit, Carolus elegit, ut ibi Pascha celebraret, quia Angilbertus eidem percharus ejusdem Monasterii Abbas erat, & Alcuinus Abbas Monasterii Sancti Martini, quem etiam valde diligebat, procul hinc non aberat. Baronius num. I. dicit Centulense Monasterium ab Angilberto erectum fuisse, eumque illi postea præfuisse. Verum Monasterium illud a Sancto *Richario* longe ante hæc tempora conditum, ut an. DCXL. num. IX. ostendimus, dum de hujus Sancti morte, quæ anno circiter DCXLV. contigit verba fecimus. Angilbertus septimus illius Monasterii Abbas fuit, teste Ariulfo, in ejus Vita cap. 1. sed incertum, quo anno ad Præfecturam illam evectus fuerit. In Monumentis publicis non reperitur nominatus Abbas ante an. DCCXCIV. quo in secunda sua Legatione ad Hadrianum Papam is eum non tantum Abbatem, sed etiam Ministrum Capellæ vocat: *Directum a vestra clementissima præcelsa Regali potentia suscepimus fidelem familiarem vestrum, videlicet Engilbertum Abbatem & Ministrum Capellæ, qui pene ab ipsis infantiæ rudimentis in Palatio vestro enutritus est, & in omnibus consiliis vestris receptus,* inquit Hadrianus. Ariulfus in Vita ejusdem Angilberti ad hæc Adriani Papæ verba respiciens, dicit eum a Carolo *Primatum Capellanorum* factum. Cointius vero anno DCCXCIV. num. XXIX. existimat, Ariulfum recte auctorem illarum literarum interpretatum esse, sed eas supposititias credit, cum Angilbertus nunquam Primas Capellanorum fuerit. Quis enim, inquit, Virum tanta nobilitate atque auctoritate conspicuum, unum ex minoribus Capellanis fuisse credat?

IV. Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. 1. in Elogio Historico Sancti Angilberti num. XX. eam Epistolam Hadriani sinceram esse ac germanam non dubitat, sed arbitratur *Archicapellani* dignitatem per hoc tempus divisam in duas fuisse, in honorariam scilicet ad Legationes obeundas, & in ordinariam ad regendum Clerum Palatii & negotia Ecclesiastica tractanda: & priorem quidem concessam *Angilberto*, Hildeboldo Archiepiscopo Coloniensi posteriorem, ut scilicet semper præsens esset, qui causas ageret, qui Palatinos Clericos regeret, qui benediceret cibos Regiæ mensæ; cum id officii Archicapellano tribuat Theodulphus Aurelianensis Episcopus in lib. 3. Carmine 3. Denique Baluzius in Notis ad Epistolam XCVII. Lupi Ferrariensis ad Hilduinum datam existimet, munus Archicapellani sic tribui solitum a Principe, ut ei cui datum erat, adimi posset pro arbitrio ejus; cum Hilduinum moneat Lupus, ut quia scire non potest quam diuturna futura sit hæc administratio, tempore bene utatur, justumque se in judiciis reddendis exhibeat. Quod si ea dignitas perpetua non fuit, Angilbertus Archicapellanus esse potuit. Verum hanc dignitatem fuisse perpetuam & Angilbertum Archicapellanum non fuisse non videtur in dubium revocari posse, post hæc Hincmari verba in Opusculo XIV. *Tempore Pippini & Caroli Ministerium consensu Episcoporum per Fulradum Presbyterum, tempore etiam Caroli per Engelramnum, & Hildiboldum Episcopos, tempore denique Hludowici per Hilduinum Presbyterum, & post eum per Fulconem item Presbyterum, deinde per Drogonem Episcopum extitit hoc ministerium executum.* Hildiboldus enim Archiepiscopus Coloniensis & tertius sacri Palatii Capellanus secundum Hincmarum, superstes fuit tam Carolo Magno quam Angilberto. S. Angilbertus Archicapellanus sacri Palatii non fuit.

V. *Sed summus Cancellarius Archicapellanus dictus.* Res itaque Ecclesiasticas in Palatio non curavit Angilbertus, sed sæculares, & Caroli M. Cancellarius fuit. Cancellaria enim Capella sæpe appellabatur, quod in Capella Principis, seu Oratorio, Archivum, Diplomata & Regni Monumenta olim, ut & hodie asservarentur, uti Ducangius in Glossario suo verbo *Capella* aliquot testimoniis ostendit. Hinc Scribæ, Secretarii & Amanuenses *Regii Capellani* dicti, & summus Cancellarius Archicapellanus nuncupatus, ut anno DCCCXXVI. num. IX. de Eginhardo loquentes ostendemus. In Epistola LXXXIII. apud Alcuinum vocatur a Carolo M. *Auricularius*, ab eodem Alcuino Epi-

pietatis vestigia ibidem prosequutus, aliquantisper commorarer: oraverat parvitatem meam vir magnus in Christo, dominus & venerabilis Abbas Angelbertus, quo in laudem Conditoris, qui mirabilis semper apparet in electis suis, quemdam libellum stylo simpliciori digestum de vita sanctissimi, ac vere magnifici Confessoris Richarii cultius annotarem, &c. Adjecit ad finem præfationis more suo distichon, de eo quod illo libello contineretar, in hunc modum:

Gesta sacerdotis magni tenet iste libellus
Richarii, cujus Centula corpus habet.

(a) Apud Sur. die 7. Nov. t. 6.

Scripsit & idem Albinus (a) vitam quoque Wilembrordi, qui & Clemens dictus, quæ extat, & alia plura id genus.

Caroli iter Romam versus.

Sed redeamus ad Carolum, qui recedens e Centulo per litus Oceani venit Rotomagum, inde per Sequanam profectus est ad sepulcrum S. Martini orationis causa: ubi & defunctam pridie nonas Junii Laitgardem conjugem sepelivit, piam valde feminam S. Liobæ virginis observantissimam, cujus res gestæ scriptis mandatæ extant. Post hæc habuit conventum generalem Moguntiæ: inde iter Italiam versus arripuit, Ravennam cum pervenisset, ibi ordinata expeditione in Beneventanos, post septem dierum inducias Romam versus dirigit iter, præmisso exercitu cum Pipino filio adversus Beneventanos, in Romanam Ecclesiam tunc infestos. Romam vero pervenit ad octavum Kal. Decembris.

Quo

PAGIUS

stola LXIII. ad Hadrianum Papam Regiæ voluntatis *Secretarius*, in ejus Vita num. II. dicitur, *Silentiarius*, & in Epistola Caroli Regis ad Leonem Papam *manuensis familiaritatis*, scilicet Leonis cum Carolo, quæ omnia officia in Cancellarium cadunt. Villelmus Neubrigensis lib. 5. cap. 27. *Eliensis Episcopus ad auriculam Principis pro officio positus; nam Cancellarius erat Regius*. Idem itaque Auricalarius ac Consiliarius, & Amanuensis idem ac Secretarius. Nec refert quod nulla Diplomata Caroli nomine Angilberti subsignata & recognita extent; nulla enim etiam Eginhardi nomine notata extant; & ex iis pleraque sine subscriptione sunt; in aliis nomen tantum Oppidi, in quo ea emissa exhibetur, & in paucissimis nomen Secretarii, qui scripsit, aut Cancellarii, qui recognovit annotatur. Certe nunquam incidi in aliquod Diploma, in cujus fine Eginhardi nomen legatur, cum tamen certum sit eum fuisse primum Cancellarium seu Capellanum, & postea summum Cancellarium seu Archicapellanum.

VI. *Solvuntur dubia in contrarium.*

Conjectura Cointii vim nullam habet; cum literæ laudatæ Hadriani, in quibus Angilbertus dicitur *Minister Capellæ*, Regiæ scilicet, non denotent eum fuisse Archicapellanum, ut ipse eas perperam interpretatur. Neque etiam ex eodem titulo cum Mabillonio inferri potest *Archicapellani* dignitatem in duas divisam fuisse, in honorariam scilicet & ordinariam; cum hujus honorariæ dignitatis nullum exemplum afferri possit; & quicumque in Monumentis antiquis Archicapellani nuncupantur, ordinarii fuerint & toto vitæ tempore munus illud gesserint. Lupus enim in Epistola citata XCVII. ad Hilduinum, qui Archicapellanus & ætate provectus erat, satis ostendit, se non de diuturnitate hujus dignitatis, sed de diuturnitate vitæ loqui. Hæc ejus verba: *Exercete ubicumque potestis justitiam, & quibuscumque sufficitis impendite misericordiam: quia qui vobis bene agendi facultatem largitus est, quamdiu id permissurus sit, ignoratis. Ipsius vox est:* Vigilate quia nescitis diem neque horam. Matthæi 25. *Angilbertus* Monasterium Centulense plurimum amplificavit; tres enim eo in loco erexit Basilicas, ad quas per triangulare claustrum seu dormitorium iter continuum erat: in quibus Acœmetarum more perpetua jugisque Psalmodia celebrabatur. In his Æræ multæ, Reliquiarum sacrarum & ornamentorum immensa suppelex: quæ omnia vel contulit *Angilbertus*, vel Carolo donante promeruit, ut videre est apud Arinlfum Monachum Centulensem in ejus Vita, ubi pluribus hæc prosequitur. Præterea *Sancti Richarii* Centulensis Monasterii fundatoris Vitam per Alcuinum elegantiori stylo expoliri curavit, quod ei injunxit hoc anno Carolus, cum Pascha eo in Monasterio celebravit. Alcuinus tamen statim manum operi admovere non potuit, ut ipsemet in Præfatione ad eam Vitam testatur, & ex eo etiam liquet, cum ea Præfatio dicata sit *piissimo Sanctæ Ecclesiæ Tutori, gratia Dei semper Augusto Carolo*; is autem in die Nativitatis Christi currentis anni Augustus nuncupatus, ut mox videbimus.

VII. *Moritur Liudgarda Regina.*

Carolus Centula egressus Rotomagum venit, indeque Turonos, ubi Alcuinus Abbas erat Monasterii Sancti Martini, & moratus est *ibi dies aliquot propter adversam Domnæ Liudgardæ conjugis valetudinem, quæ ibidem & defuncta & humata est; obiit autem pridie Non. Jun.* inquit Annalista Loiselianus. De Liudgardæ obitu duas Alcuinus ad Carolum literas dedit quæ ordine sunt XXI. & XXII. quibus afflictum ejus a mœrore animum erexit. Eginhardus in Vita Caroli M. de ejus uxoribus loquens ait: *Liudgardim Alemannam duxit, de qua nihil liberorum tulit. Post cujus mortem quatuor habuit concubinas, Mathalgardim scilicet quæ peperit ei filiam nomine Rothildim; Gersuindam Saxonici generis, de qua ei filia nomine Adeltrudis nata est; & Reginam quæ ei Drogonem & Hugum genuit, & Adellaidam, ex qua Theodoricum procreavit.* Ubi Eginhardus non dicit, quod eas concubinas simul habuerit, sed tantum quod eas post Liudgardæ mortem habuit, sed successive & diversis temporibus. Cointius anno DCCCIII. num. XLIX. & alibi contendit, tum Himiltrudem, ex qua Carolus Pippinum suscepit, quam quatuor præfatas feminas legitimo connubio ei copulatas fuisse. Verum paradoxum illud contra Eginhardi & Antiquorum, qui eas semper concubinas appellant, fidem, non est admittendum.

VIII. *Carolus Romam proficiscitur.*

Cupiebat Carolus, ut Alcuinus secum Romam veniret, sed is valde ætate provectus ad illud iter suscipiendum induci non potuit: *quod vestra benignitatis litera*, inquit in Epistola XIII. ad eum data, *Flacco taciturnitatis culpam inge-*

ge-

III. Quomodo exceptus Carolus in Urbem veniens.

Quo modo autem exceptus fuerit ab ipso Leone summo Pontifice, ex Francorum sæpe citatis Annalibus ita fideliter reddimus: *Pridie* (inquiunt) *quam Carolus Romam veniret, Leo Papa apud Numentum occurrit, & cum magna veneratione ibidem suscepit. Post cœnam, qua simul refecti sunt, ibi illo manente, Pontifex ad Urbem processit. Posteroque die missis obviam Romanæ Urbis vexillis, ordinatis etiam, atque dispositis per congrua loca tam peregrinorum, quam civium turmis, qui venienti laudes dicerent: ipse Leo cum clero & Episcopis equo descendentem, gradusque ascendentem suscepit; dataque oratione, in basilicam beati Petri, psallentibus cunctis introduxit. Facta sunt hæc octavo Kalend. Decembris. Post septem vero dies, Rex concione vocata, cur Romam venisset, omnibus patefecit. Et exinde quotidie iis propter quæ venerat faciendis operam impendit. In quibus ut maximum, ita difficillimum erat, quod primo inchoatum est, de investigandis videlicet, quæ Pontifici objiciebantur. Qui tamen postquam nullus eorumdem criminum probator esse voluit; coram omni populo, in basilica B. Petri Apostoli Evangelium ferens, ambonem conscendit, invocatoque sanctæ Trinitatis nomine, de objectis se criminibus jurejurando purgavit.* Hæc Annales sub Ludovico Caroli Magni filio scripti, & ex aliis, a quibus vita Caroli Magni contexitur.

IV. Leonis causa in Synodo proponitur discutienda.

Sed quod ait: Postquam nullus eorumdem criminum probator esse voluit, alii habens, Probator existeret. Hæc autem quomodo se habuerint, apud Anastasium satis accurate ita narrata reperies: *Fecit Carolus Magnus in eadem Ecclesia congregare Archiepiscopos, & Episcopos, Abbates, & omnes nobiles Francorum, atque inclytos Romanorum, & sedentes pariter tam magnus Rex, quam beatissimus Pontifex fecerunt residere sanctissimos Archiepiscopos, Episcopos, & Abbates, stantibus reliquis sacerdotibus, & Optimatibus Francorum, & Romanorum, ut crimina, quæ adversus almum Pontificem dicta fuerant, examinarent. Qui universi Archiepiscopi, & Episcopi, & Abbates unanimiter audientes dixerunt: Nos Sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum, judicare non audemus: Nam ab ipsa nos omnes, & Vicario suo judicamur, ipsa autem a nemine judicatur, quemadmodum antiquitus mos fuit: sed sicut ipse summus Pontifex consuevit, jubeat, canonice, obediemus. At venerabilis vero Leo Præsul inquit: Prædecessorum Pontificum vestigia sequor, & de talibus falsis criminationibus, quæ super me nequiter exarserunt, me purificare paratus sum.*

Leo Papa publice se juramento purgat.

Alia vero die in eadem Ecclesia beati Petri Apostoli, in eorum præsentia amplectens venerabilis Pontifex sancta Christi quatuor Evangelia, coram omnibus ascendit ambonem, & sub jurejuranda clara voce dixit: Quia de istis falsis criminibus, quæ super me imposuere Romani, qui inique me persecuti sunt, scientiam non habeo, nec talia egisse me cognosco: Et hoc peracto, omnes Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, & cuncti clerici litania facta, laudes dedere Deo, atque Dei Genitrici semperque Virgini Mariæ dominæ nostræ, & B. Petro Apostolorum principi, omnibusque Sanctis Dei. Habetur autem totidem verbis concepta ipsa formula purgationis, a Leone Pontifice facta, in hunc modum:

V. Formula purgationis Leonis Pap. III.

Nota res est, fratres carissimi, malos adversum me homines insurrexisse, meque, ac vitam meam gravissimis criminibus infamasse. Cujus rei cognoscendæ gratia clementissimus hic, ac serenissimus Rex Carolus una cum sacerdotibus ac Principibus suis in hanc Urbem se contulit. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. a nemine judicatus, neque coactus, sed mea voluntate impulsus, purgo me, præsentibus vobis coram Deo, & Angelis ejus, qui conscientiam novit, & B. Petro principe Apostolorum, in cujus conspectu consistimus, neque sceleratas res, quas mihi objiciunt, perpetrasse, neque perpetrari jussisse, Deum testans, in cujus judicium venturi sumus, & in cujus conspectu consi-

PAGIUS

gerunt, quem fervor mensis Augusti desidem, non voluntatis efficacia pigrum efficit, &c. Nos lacrymis absentiam, & precibus iter vestrum continuis prosequimur, &c. Recitat eas literas Baronius in Appendice ad hunc annum. Carolus vero *mense Augusto inchoante Moguntiacum veniens, iter in Italiam conduxit*, inquit Annalista Loiselianus, ideoque eo mense literas illas ab Alcuino accepit. Moguntia Carolus *profectus cum exercitu Ravennam venit: ibique septem non amplius dies moratus, Pippinum filium suum cum eodem exercitu in terram Beneventanorum ire jussit: movensque Ravenna simul cum filio, Anconam usque pervenit. Quo ibi dimisso, Romam proficiscitur*, inquit Eginhardus in Annal. qui addit, Carolum Romam pervenisse *VIII. Kal. Decemb.*

IX. Gesta Romæ a Carolo.

A num. III. ad XXII. Annalista Lambecianus qui annum a Nativitate Christi exorditur, de adventu Caroli Romam hæc habet: *DCCCI. Et quia tunc cessabat a parte Græcorum nomen Imperatoris, & femineum Imperium apud se habebat, tunc visum est & ipso Apostolico Leoni & universis Sanctis Patribus, qui in ipso Consilio aderant, seu (loco &, ut alibi sæpe) reliquo Christiano populo, ut ipsum Carolum Regem Francorum Imperatorem nominare debuissent, qui ipsam Romam tenebat, ubi semper Cæsares sedere soliti erant, seu reliquas sedes quas ipse per Italiam seu Galliam, necnon & Germaniam te-*

stimus. Et hoc facio, non legibus ullis obstrictus, neque hanc consuetudinem, aut decretum in sancta Ecclesia successoribus meis, & fratribus Coepiscopis imponere cupiens, sed ut certius iniquis vos suspicionibus liberem. Hæc ex sacris ritibus Romanæ Ecclesiæ prodita sunt. Porro hæc ibi gesta traduntur ante Natalem diem Domini.

VI. Qui autem annos Redemptoris a Natali die Domini auspicari sunt soliti, in sequentem reiiciunt annum coronationem ipsius Caroli Magni in Imperatorem, quæ ipso die Natali Domini facta est; qui autem a Kalendis Januarii initium anni sumere consueverunt (ut & nos facimus) hoc certe anno ipsam ponere necesse habent. De qua hæc apud Anastasium leguntur: *Post hæc adveniente die Natalis Domini nostri Jesu Christi, in jam dicta basilica beati Petri Apostoli omnes iterum congregati sunt: & tunc venerandissimus almificus Pontifex manibus suis propriis pretiosissima corona coronavit eum. Tunc universi fideles Romani videntes tantam defensionem, & dilectionem, quam erga sanctam Romanam Ecclesiam, & ejus Vicarium habuit, unanimiter altisona voce, Dei nutu atque beati Petri clavigeri Regni cælorum exclamaverunt, CAROLO PIISSIMO AUGUSTO A DEO CORONATO, MAGNO, PACIFICO IMPERATORI VITA ET VICTORIA. Ante sacram Confessionem beati Petri Apostoli plures Sanctos invocantes, ter dictum est ab omnibus, & constitutus est Imperator Romanorum. Illico sanctissimus Antistes, & Pontifex unxit oleo sancto Carolum, & excellentissimum filium ejus Regem in ipso die Natali Domini nostri Jesu Christi.* Theophanes vero coronatum tradit Carolum a Romano Pontifice Kalendis Januarii Indictionis nonæ, verum errore labitur, Latinis omnibus adversantibus.

Carolus Magnus coronatus Imperat.

VII. Non omisit idem Imperator juramento tunc se obligare Romanæ Ecclesiæ defensorem: quod jusjurandum his verbis concipi a posteris etiam consuevit. *In nomine Christi spondeo, atque polliceor ego Carolus Imp. coram Deo, & beato Petro Apostolo, me protectorem, ac defensorem fore hujus sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero, poteroque.* Hæc in sacrorum libro rituum, quem vetustas, Romanum Ordinem, appellavit. Dum agit de eodem a Leone coronato Imperatore Eginhardus, id ipso Carolo nihil præsciente, factum affirmat, atque ait: *Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Ecclesiæ statum, ibi totum hiemis tempus protraxit, quo tempore Imperatoris, & Augusti nomen accepit, quod primo tantum aversatus est, ut affirmaret se, eo die, quamvis præcipua solemnitas esset, Ecclesiam non intraturum fuisse, si consilium Pontificis præscire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Constantinopolitanis super hoc indignantibus, magna tulit patientia, vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua ejus proculdubio præstantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epistolis, fratres eos appellando.* Quinam autem isti fuerint, idem auctor superius docet, his verbis:

Defensorem semper fore profitetur Rom. Eccl.

VIII. *Imperatores etiam Constantinopolitani Nicephorus, Michael & Leo ultro amicitiam & societatem ejus expetentes, complures ad eum misere Legatos, cum quibus tamen propter susceptum a se Imperatoris nomen, & ob hoc quasi qui Imperium eis surripere vellet, valde suspecto, fœdus firmissimum statuit, ut nulla inter partes cujuslibet scandali remaneret occasio.* Subiicit idem auctor petitum tunc a Leone Pontifice, sicut antea factum fuerat ab Hadriano, ut idem Carolus Imperatoria veste uteretur, clamyde scilicet, ait enim: *Peregrina vero indumenta quamvis pulcherrimam respuebat, nec umquam eis indui patiebatur, excepto quod Romæ semel Hadriano Pontifice petente, & iterum Leone successore ejus supplicante, longa tunica, & chlamyde amictus, & calceis Romano more formatis, induebatur.* Hactenus Eginhardus, qui cum esset a secretis eidem Carolo Magno, rei gestæ interfuisse putatur.

Imperatores Const. cum Carolo Magno quærunt pacem.

At

PAGIUS *nebat; quia Deus Omnipotens has omnes sedes in potestatem ejus concessit; ideo justum eis esse videbatur, ut ipse cum Dei adjutorio, & universo Christiano populo petente, ipsum nomen haberet. Quorum petitionem ipse Rex Carolus denegare noluit, sed cum omni humilitate subjectus Deo & petitioni Sacerdotum & universi Christiani populi, in ipsa Nativitate Domini Nostri Jesu Christi ipsum nomen Imperatoris cum consecratione Domni Leonis Papæ suscepit. Et ibi primus omnium ipsam Sanctam Ecclesiam Romanam de ea discordia, quam inter se habuerunt ad pacem & concordiam revocavit, & ibi celebravit Pascha.* Quæ verba exscripsit Chronographus Moissiacensis, paucissimis mutatis. Ex his, aliisque, quæ hujus anni initio ex eodem Annalista retulimus, lucem accipiunt quæ Baronius ex Anastasio in Vita Leonis III. narrat a Carolo Romæ gesta fuisse.

X. Ipso Natalis Christi die Carolum a Leone Papa Imperatorem & Augustum nuncupatum esse tradunt omnes Auctores Latini, nec ab eis dissentit Theophanes, qui ait id factum *Indictione nona, mensis Decembris die vigesimo quinto*, vel *octavo Kalendas Januarias Indictionis nonæ*: ut legitur in versione Anastasii & in Auctore Miscellæ. Quare nonnisi memoriæ lapsu Baronius num. IV. scribit, Theophanem perperam tradere, id contigisse *Kalendis Januarii*. Non recte etiam scribit Cardinalis doctissimus translatum

Augustus & Imp. a Leone III. dictus.

tunc

Digitized by Google

De Imperio collato Carolo testes.

At non ipse tantum & Anastasius de collata per Leonem Romanum Pontificem Imperiali dignitate Carolo Magno sunt testes, sed & fatentur id ipsum (ut uno verbo dicam) Latini omnes, & Græci auctores, utpote de re haud intra parietes domesticos gesta, sed in ipso orbis theatro, Urbe Romana, in amplissima basilica Vaticana, non solum Romanis ipsis præsentibus, atque spectantibus, sed quotquot ex toto Christiano orbe solerent illuc religionis causa confluere, peregrinis, & ipsis, quos idem Carolus secum duxerat exercitibus.

IX. A Deo dari Reges.

Rem tantam considerans, tu velim Lector, in primum auctorem horum omnium bonorum conjicias oculos, in ipsum omnipotentem Deum optimum maximum, sciasque secundum divinum illud oraculum (a): *Quod dominatur excelsus in Regno hominum, & cuicumque voluerit dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum.* Et quod ipse verbis istis confirmat (b): *Per me Reges regnant, per me Principes imperant.* Intelligasque pariter, tanta ista gravi divini Judicii statera, pensari nec quicquam posse sibi sumere homines quamtumlibet violenti, nisi ipse retum Dominus (c) dederit, de his enim hæc sunt divina eloquia (d): *Regnum a gente in gentem transfertur propter injustitias, & injurias, & contumelias, & diversos dolos.* Et datur a Deo (si meruerit populus) optimo Principi. Secundum quod ibidem scriptum est (e): *In manu Dei potestas terræ, & utilem rectorem suscitabit in tempus super illam.* Id quod ipse Redemptor dixit (f): *Auferetur a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus ejus.*

(a) Dan. 4.
(b) Prov. 8.
(c) Joan. 19.
(d) Eccl. 10.
(e) Ibid.
(f) Matt. 21.

Hæc idcirco proposuisse voluimus, ne quod per ministerium hominis factum apparet, id humanitus & non divinitus actum putetur. Dei autem id fuisse consilium, satis perspicue declararunt eventa, secundum (g) veram illam Gamalielis in concilio Judæorum sententiam: *Si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissolvetur, si vero ex Deo, non poteritis dissolvere illud.* Quod igitur id quod per Leonem Pontificem factum est, ut translatum ante Occidentale Imperium in Orientem revocatum fuerit in Occidentem, & semper steterit, & hactenus perseveret: nonnisi divino consilio id factum esse, vel fieri potuisse, nemo prudens inficias ire poterit. Sed & quod totum id sit opus Dei, utique ut quod factum est, ita fieret per Romanum Pontificem totius Christianæ religionis Antistitem, æque divina dispositio fuit.

(g) Act. 5.

Divina dispositione translatum Imperium in Occidentem.

X.

Quis enim negandum putet, concessum Christi Ecclesiæ, quod scimus traditum Synagogæ? in qua Deus per ministerium sacerdotum, ut voluit abstulit, & transtulit Regna, novosque divinæ ex voluntatis arbitrio Reges instituit. Ita per Samuelem primum Judæorum Regem Saulem creari (h) voluit, & per eumdem ex ipso in Davidem (i) transferri. Sic per Eliam (k), & Elisæum transmitti Regnum e domo Achab in Iehu, & restitui illud rursum per Jojadam (l) sacerdotem. Sic pariter etiam externum Regnum Syriæ disponi voluit per Eliam, dum jussit ei, ut Hazael (m) famulum Regis Benhadad ungeret Regem Syriæ.

(h) 1. Reg. 9. 10.
(i) Reg. 16.
(k) 3. Reg. 19. 4. Reg. 9.
(l) 2. Par. 23.
(m) 3. Reg. 19.

Secundum ergo quod dictum est a Domino ad Jeremiam (n): *Constitui te hodie super Gentes, & Regna, ut evellas, & destruas, & dissipes, plantes, & ædifices*, impleri id voluit in Ecclesia sua, de qua mystice dictum (o): *Major erit gloria domus hujus quam primæ.* Nempe præstantiorem fore Ecclesiæ gloriam, quam Synagogæ. Sed & ministros novæ legis longe superare gloriæ splendore ministros antiquæ legis, firmissima assertione Paulus (p) docuit verbis illis: *Si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur: quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria.* Si igitur in veteri Testamento per sacerdotes servos suos voluit Deus Reges institui, & Regna transferri: quomodo non & id concessum ab eo dixerimus Sacerdotibus novæ legis?

(n) Jerem. 1.
(o) Agg. 2.
Major gloria Ecclesiæ, quam Synagogæ.
(p) 2. Cor. 3.

Ista

PAGIUS tunc fuisse a Leone III. Imperium in Carolum, aut, ut Bellarminus lib. 1. de Translatione Imperii cap. 9. loquitur, translatum fuisse Occidentale Imperium a potestate Græcorum ad Ditionem Francorum. Vox enim translationis rem gestam non bene explicat, quia *Irene* Imperatrix Orientis nihil de jure suo aut remisit aut amisit. Præterea Imperium Occidentale extinctum erat, ideoque in aliquem Principem transferri non poterat, sed tantum renovari; quod & reipse præstitit Leo, ut demonstrant Nomismata Caroli, quæ adhuc supersunt, in quibus legitur, RENOVATIO IMPERII. Quare hanc renovationem recte explicavit Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ ad annum DCCCI. ubi inquit: *Hunc dignitatis Imperatoriæ titulum, cum in Momyllo Augustulo, ultimo Occidentis Imperatore, ante trecentos ferme annos sub Regnum Gothorum in Italia defecisset, in eodem Occidente Pontifex renovavit, ut haberet Ecclesia Romana adversus infideles, hæreticos, ac seditiosos, Tutorem, cujus officium repudiasse jampridem Imperator Orientis videretur.* Eginhardus in Annal. de Carolo ait, *omisso Patricii nomine, Imperator & Augustus appellatus*, quia enim Romanæ Ecclesiæ Defensio in titulo Imperatoris Carolo collato comprehenderetur, frustra *Patricii* titulum retinuisset.

Quon-

Digitized by Google

XI. Decebat per S. Leonem Papam tanta impleri.

Ista quidem ea convenientia; ex qua pariter afferendum, quod cum in Ecclesia (ut est omnium Orthodoxorum sententia) super omnes emineat visibile caput Romanus Antistes, jureque semper prædicatus ipse Catholicæ Ecclesiæ Episcopus: ista per ipsum præstari conveniens fuisse, quisque sapiens affirmabit, consentietque æque conveniens extitisse, translationem istam, de qua est sermo, impleri potissimum debuisse per talem sanctissimum Pontificem, mitissimum super omnes homines, super quem Deus præ cæteris ostendisset omnipotentiam suam, eripiendo eum de manibus hostium, & sanando immaniter trucidatum; quem & oculis orbatum, & lingua radicitus præcisum, tanto miraculo videntem reddidisset, atque loquentem; cum alioqui etiam per ministros aliquando, qui male audirent, suam in his perfici voluerit voluntatem; uti accidit de eo, qui missus est ungere Jehu in Regem (a): licet enim putaretur insanus & diceretur falsa locutus: movit tamen Deus animos eorumdem, qui talia de eo crederent, ac prædicarent, ut ejus dictis fidem adhiberent, & obedirent, & quæ essent ab eo dicta, suo ministerio adimplerent. Tanta est vis divinæ potentiæ, ut quæ Deus vult, per quem vult (qualiscumque is sit) impleri velit, frustra omnibus repugnantibus.

(a) 3. Reg. 9.

XII. Juste per Leonem & digne in Carolum translatum Imperium.

Quod igitur (uti ostendimus) conveniens fuit per Leonem impleri, pariter decens fuisse in Carolo Magno eapleri, nemo puto erit, qui secus senserit, utpote viro piissimo, fortissimo, mitissimo, justissimo, adiice & doctissimo, de Ecclesia Catholica, & statu publico semper in omnibus optime merito, optimis Christianis Principibus in omnibus coæquando, & in multis etiam præferendo. Si cui igitur fuit istiusmodi beneficium divinitus conferendum, per quem potius, quam per Leonem, & in quem melius, quam in Carolum? Sed & quando opportunius, quam hoc tempore? Jacebant absque possessore titulus, juraque Occidentalis Imperii, a Græcis ob hæreses, quibus pertinacius inhæsissent, juste Pontificia auctoritate sublata: nec enim dignus est habitus Constantinus licet Catholicus, & de Fide Catholica bene meritus videretur, cui restitui deberet, utpote qui ablatos a prædecessoribus hæreticis Imperatoribus Archiepiscopatus, & Episcopatus, qui essent immediate sub juribus Romanæ Ecclesiæ & dempta ejusdem amplissima patrimonia, admonitus licet per Hadrianum Pontificem, minime restituere voluisset, ob quam causam ejus sententia excommunicandus esset, atque hæreticus decernendus. Sunt ista omnia expressa in fine epistolæ ejusdem Hadriani Pontificis ad Carolum Magnum data pro defensione Nicæni secundi Concilii.

XIII. Conveniens & necessaria translatio Imperii.

Sed quod conveniens fuisse dictum est, idem pariter utile, & necessarium etiam extitisse, si quis tempora posteriora consideret, non negabit. Quam deforme, & penitus indecens esset, ut Orientali Imperio in deterius, atque in ruinam penitus prolabente, posteriores qui fuerunt schismatici ab Occidentali Ecclesia divisi, iidem dicerentur Occidentalis orbis Imperatores, cui nec religione communicarent? Sed quanto deformius ut idem jus, ac titulus propagaretur in Turchas Christianæ religionis infensissimos hostes, in quos Dei indignatione, in ultionem populorum schismaticorum, traditum est destruendum potius, quam regendum Orientis Imperium? Quo nomine plurimas omnium bonorum auctori Deo optimo maximo gratias agendas esse, sed & tantæ rei ministro Leoni Pontifici esse pariter persolvendas, fidelis nemo negarit, nisi Novator hæreticus Catholicæ Ecclesiæ perduellis, & Romanorum Pontificum infensissimus hostis, suomet judicio condemnatus extra corpus Ecclesiæ exulare, qui communi totius corporis bono non gaudeat, sed secundum illud Davidicum: (b) *Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet*, doleat infelix, obtrectet, furat, clamet, stridat, adversariumque stylum exacuat.

(b) Psal. 11.

Quod

PAGIUS XI *Quas Ditiones obtineret.*

Quantascumque *Carolus* Provincias, ut Historici Francici observant intra veteres Occidentalis Imperii fines possidebat, eas partim hæreditaria sibi successione devolutas, partim legitimo bello partas, aut spontanea populorum deditione traditas acceperat. *Irene* Augusta præter Orientem nonnullas in Occidente Provincias obtinebat, atque in ipsa Italia Ducatum Neapolitanum, & quidquid ultra Cervarom ac Sinarum fluvios ad fretum usque Siculum porrigitur. Carolus universam Galliam; in Hispania quidquid a Pyrenæis jugis occurrit ad Rubricatum usque amnem cum Balearibus insulis; in Italia quidquid Longobardicæ Ditionis fuerat cum adjacentibus Istria & Liburnia, Insulaque Corsica; Rhætiam quoque Vindeliciam, Noricum, & quidquid Danubium & Alpes interjacet; atque ultra Danubium partem non modicam Pannoniarum & Germaniam non tantum cis Albim; sed etiam ulterius ad Oderam usque flumen, & ad mare Balticum, in sua tenebat potestate. Carolinæ Ditiones intra limites Occidentalis Imperii, partim erant, partim non erant; Imperatores enim Occidentis ultra Rhenum & Danubium via quid unquam possederunt. *Leo*, cum coronam imposuit Carolo, speravit facilius ei nupturam Irenem Augustam, si prius Imperatorem Romæ coronatum resciret. Quod quanto Christianæ Reipublicæ foret emolumento, nemo non intelligebat

XIV. Quod antem ex conventia, utilitate exigente, & necessitate poscente, Deo volente, factum diximus: id ipsum ex insita ipsi Romano Pontifici concessa divinitus auctorltate fuisse impletum, pariter affirmamus. Neget si quis ista: plane impius, & infidelis, ac rerum Ecclesiasticarum penitus rudis esse convincitur. Convertat isto oculos in antiquiorem Ecclesiam, quam dicimus Synagogam, & videbit sacerdotes antiquæ legis ejusmodi auctoritate non caruisse, fuisseque apud eos concilium magnum Judæorum pontificum, ac primatil summique omnium sacerdotis, penes quos inter alia potestas esset, de Regibus judicare, ut si causa exigeret, e throno dimitteret, & in ejus locum alinm subrogaret, quorum amplissimam potestatem Herodes tyrannus ejus judicio postulatus aliquando veritus, ejusmodi concilium mutavit, occisis illis, suffectis aliis, quos sciret sibi consentientes, ut Josepho auctore, tomo primo Annalium, suo loco narravimus. Dixeris ne tu, Christi Ecclesiam ejusmodi potestate caruisse, quæ etiam in Synagoga vigebat? cum ampliora charismatum dona collata esse Christi Ecclesiæ, quam Synagogæ, fuerit semper absque controversia una semper omnium Orthodoxorum sententia?

Romani Pontificis auctoritas in Imperium.

XV. Hanc potestatem esse in Ecclesia Dei, & in ipso Pontifice primario residere, posseque ipsum, si causa postulet, Apostolica plenissima potestate infestum Ecclesiæ Regem, sive Imperatorem deponere, inque locum ipsius justum, & pium sufficere, ex Dei verbo, jure divino, & lege naturæ necessaria assumptione probari, exploratissimum est.

Petro subditi omnes Principes. Si enim Christi verbo unus in primis a Christo Redemptore jussus est Petrus pascere suas (a) oves, pascere agnos; ex ovium Christi numero demoveas necesse est Reges, & Imperatores, si a Petri eos segreges pastorali regimine, atque censura, ut opus sit inter (b) hœdos colloces, quos ab ovibus segregas; nisi velis eos potius inter leones, lupos, dracones, & alias feras bestias numerare: sed & de his æque Petro dictum scias (c): *Occide, & manduca.* Verum inter Christi oves recensendos esse Principes omnes, nemo Orthodoxorum, aut hæreticorum hactenus dubitavit, cum secus sentire nihil aliud sit, quam eos inter reprobos collocare.

(a) Joan. 21.

(b) Matt. 25.

(c) Act. 10.

XVI. Rom. Pont. censuræ subditi Reges. Cum igitur superiori tomo, & aliis omnibus sequentibus, doctrina, & exemplis frequentissime iteratis sit clarissima luce demonstratum, Romanum Pontificem præsidere Patrem, atque Pastorem Ecclesiæ universæ, idque semper fuerit a sanctis Patribus cognitum, & declaratum, & præsenti sæculo nostro plurimorum scriptione librorum a veris Orthodoxis, iisdemque doctissimis adversus Novatores hæreticos demonstratum: si Pontifex Romanus est Pastor; utique & Principes oves illi subiici (si non insanis) debeas affirmare, & ipsum his præesse debere, simul asserere. Ex quo ordine hierarchico necessario sequitur, ut si quævis ovium erret, corrigenda sit a pastore. Et si error adeo sit perseverans, ut non solum nolit ipsa sanari, sed quærat alias perdere: plane fatui, & non prudentis pastoris erit, eam non extra gregem abiicere. Sed da aliquem non existentem ovem, sed mentientem, oviumque pelle contectum lupum includere, quid aget pastor? quid ipsi faciendum omnes alii suadebunt, nisi longe procul (quisquis iste fuerit) abiicere? nec est istud politicum statum destruere, sed perficere, & conservare.

XVII. Ex naturali ratione probari præfecturam sacram. Etenim natura docet hoc ipsum, ut præsidens animus corpori, sectionem imperet putridi membri, cujus sit desperata curatio (d). Sumus nos invicem membra, & omnes unum corpus in Christo, in quo caput cæteris præstare membris quis neget, & animam corpori imperare quis dubitet? divinamque potestatem humanæ, cœlestem terrenæ, spiritualem carnali præesse debere, quis non affirmet? Ita Paulus, qui ad conservationem politici status hæc dixit (e): *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit*, de Principibus loquens. Sed idem dicit con-

(d) Rom. 12.

(e) Rom. 13.

PAGIUS bat. *Pippinus* Caroli filius relicto cum exercitu *VVinigiso* Duce Spoletano, qui bellum ad comprimendam Grimoaldi Ducis Beneventani rebellionem susceptum perficeret, in Urbem venit, ubi unctus est in Regem, Italiæ scilicet, ut habet Anastasius in Leone III.

XII. *Ante hæc tempora anni incarnat. a Natali Christi inchoati.* Sigebertus, Regino, Hermannus Contractus in Chronicis, & plerique Annalistæ Francorum coronationem Caroli cum anno DCCCI. copulant, quia cum die Nativitatis Christi peracta fuerit, ab eo die Auctores isti annos Christi exordiuntur, eamque etiam ob causam tam illi, quam Marianus Scotus mortem Hadriani Papæ, quæ die Nativitatis Christi anni DCCXCV. accidit, cum anno DCCXCVI. alligant. Certe ante præsentem Christi annum Era Incarnationis a die Nativitatis Christi in Francia initium sumebat, quod vel solæ Synodi Germanica & Suessionensis extra omne dubium ponunt, ut in illis exponendis ostendimus. Quoad *Indictionis* notam, nullus Francorum Regum ante Carolum, nec ipse ante assumtum Imperatoriæ dignitatis titulum, in suis *Diplomatis* & *Præceptis* ea usus est; etsi aliquando in iis ea legitur, Interpolatoribus attribuenda. Verum *Carolus* statim ac Imperator acclamatus fuit, Orientalium Imperatorum more *Consulem* se dixit, & *Indictionis* characterem suis Diplomatis addidit: quod utrumque variis infra exemplis demonstrabitur.

cunctis Christianis, simulque Principibus: (a) *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis: ipsi enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Idemque in omnes discolos vigilare Apostolicam disciplinam sic docet (b): *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum.* Et Paulo post: *In promptu habentes ulcisci omnem inobedientiam, &c.* Et Petrus qui dicebat (c): *Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti, &c.* Idem adversus male judicantes sublimiores potestates (d): *Oportet*, inquit, *obedire magis Deo, quam hominibus.* Et qui dixit Episcopis (e): *Pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee, & non dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo.* Idem ipse (f) Ananiam, & Saphiram mentientes Spiritui sancto interfecit spiritu oris sui; ut intelligeret unusquisque, sic in divinis verbis insinuari humilitatem, ut velit Deus conservatam esse in omnibus potestatem.

(a) Hebr. 13.
(b) 2. Cor. 10.
(c) 1. Pet. 2.
Ex divina scriptura probari subduntur Principes Pontificibus.
(d) Act. 5.
(e) 1. Pet. 5.
(f) Act. 5.

XVIII. Hinc factum est ut Gregorius Magnus, idemque ejus nominis primus, mitissimus super omnes homines, & corde humillimus, pro conservatione tamen bonorum xenodochii, & monasterii ipsos Francorum Reges Regno privet, si quid ab eisdem abstulerint piis locis. Nam in privilegio concesso Augustodunensi xenodochio, hæc ad finem ipsius habet (g): *Si quis vero Regum, sacerdotum, Judicum, ac personarum sæcularium hanc Constitutionis nostræ paginam agnoscens, contra eam venire tentaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat.* Habet eadem (h) in privilegio concesso monasterio S. Medardi Suessionensi: Si igitur ob unius hospitalis domus, vel monasterii unius invasa a Regibus bona, eis S. Gregorius Regno privationem comminetur: quid agant successores ejus, cum viderint Reges, & Imperatores universam Ecclesiam, sive bellorum vi, sive hæresibus pessundare? ut non mireris si alter Gregorius ejus nominis Secundus æque sanctus Imperatorem hæreticum & Invasorem rerum Ecclesiæ Romanæ in Oriente (ut vidimus) privaverit juribus Occidentalis Imperii, quæ hic Pontifex, de quo est sermo, contulit meritissimo Carolo Magno Ecclesiæ defensori.

(g) Greg. l. 11. ep. 10. Ind. 6.
Privationem Regni comminatur Gregor.
(h) Greg. lib. 12. ep. 32. Ind. 7.

XIX. His offensum crabronum examen excitatum exurgit, & exerto aculeo obvium quemque petit. Talis est Novatorum hujus temporis schola, cujus qui in historica facultate apud eos esse profitebatur antistes, commentarium (i) scripsit adversus eos, qui assererent collatum esse Occidentis Imperium per Romanum Pontificem in Carolum Magnum: quam quidem scriptionem si quis mendaciorum nuncupaverit officinam, proprio quidem titulo mendax opus inscripserit. Cum nescio an quis alius sit inveniri hujus temporis scriptor, qui plura, majora, patentiora dicam, & putentiora, ac magis deformia, una simul in uno volumine, mendacia coacervaverit. Qui ista non credit, & figura hyperbolis, amplificationis causa non uti existimet; inspiciat ipse oculis easdem, tamquam in nundinis palam expositas merces patentes omnibus factas. Qui enim ejusdem officinæ abdita penetravit, veritatis lucerna singula perscrutatus, quæ tenebrarum essent offusa caligine qualia essent non omnibus nota, jam adversaria sciptione palam fecit, & cunctis perspicue demonstravit vir doctissimus Bellarminus, hodie Collegii Apostolici decus, & ornamentum Cardinalis amplissimus, qui id, quod conatus est, adeo est feliciter consecutus, ut nobis, vel aliis non sit admodum laborandum, sed gratulandum potius, uti potentissimo vindici veritatis; agendæque gratiæ quod labore plurimo liberaverit immittendi falcem in adeo densam, immensamque mendaciorum silvam: nam contemnendus est potius, quam confutandus ille, qui mendaciorum frigidus defensor accedens, post collapsos tuba (k) Josue muros Jerico, levem maceriem excitavit, quæ sponte corruat, indigna penitus, ut ad ejus demolitionem iterum buccina sacerdotalis insonet.

(i) Sugillat auctor Centuriatores, & eorum Principem Matthiam Illyricum.
Confutatus defensor falsæ Regiæ immunitatis.
(k) Josue. 6. 6.

XX. Cum igitur Dei & Apostolicæ Sedis gratia totum hoc, quod acceperunt, Occidentalis orbis Imperatores se consequutos intelligant: par est utrisque Deo, atque Apostolicæ Sedi gratos esse, non immemores, quod cujus facultatis est dare, ejusdem est potestatis adimere, & pro Ecclesia sancta sua exurgere vindicem Christum Dominum, qui est comminatus Hebræis: *Auferetur* (l) inquit) *a vobis Regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum ejus.* Quod quidem cum eis, atque cum aliis Gentibus sæpe factum, produnt sæculis cunctis Annales. Sed magna Dei benignitate inde parta est Imperio Occidentali securitas, ut maneat semper, quia ædificata est supra petram tanta moles structuræ: quod (m) Domini verba demonstrant, & exempla declarant. Stetit enim immobile, & inconcussum, percussum licet, & exagitatum valde Imperium Orientis, quamdiu ejus inhæserunt fundamenta petræ; ubi vero eadem sæpe nutantia sunt inde omnino dimota: mox totum corruit ingenti fragore, nec amplius exurrexit. Sed jam cœptam historiam prosequamur.

(l) Matt. 21.
Imperii securitas quæ.
(m) Matt. 7.

XXI. Quas autem tunc post coronationem idem Carolus oblationes obtulerit Romanis

Caroli Imper. oblationes datæ Ecclesiis.

nis basilicis, habes apud Anastasium verbis istis: *Post celebrationem Missarum obtulit ipse serenissimus domnus Carolus Imperator mensam argenteam cum pedibus suis, pensantem libras .... Sed & in Confessione ejusdem Dei Apostoli una cum præcellente filio suo Rege, & filiabus diversa vasa ex auro purissimo in ministerium ipsius sancti, pensantia libras .... sed & coronam auream cum gemmis majoribus, quæ pendet super altare, pensantem libras quinquagintaquinque, & patenam auream majorem cum gemmis diversis, pensantem libras triginta, & calicem majorem cum gemmis, & ansis duabus, pensantem libras octo. Item calicem communiorem fundatum cum scyphone, pensantem trigintaseptem libras: immo & calicem alium majorem fundatum, pensantem libras trigintasex.*

Obtulit & super altare sanctissimum B. Pauli Apostoli mensam argenteam minorem cum pedibus, pensantem libras quinquagintaquinque, cum diversis vasis miræ magnitudinis, quæ ad usum ipsius mensæ pertinent.

Item in basilica Salvatoris Domini nostri, quam Constantinianam vocant, obtulit Crucem cum gemmis hyacinthinis, quam almificus Pontifex in litania præcedere constituit, secundum petitionem ipsius piissimi Imperatoris. Item & altare cum columnis argenteis & ciborio, veruntamen, & Evangelium ex auro mundissimo cum gemmis ornatum, pensans libras .....

Item & in basilica Dei Genitricis Ad præsepe obtulit * *sclumaca argentea majora, pensantia libras ....* Hucusque de oblationibus Caroli Imperat. Post hæc vero de exilio perditissimorum damnatorum hominum ista subiicit.

XXII. Exilium sceleratorum.

Postmodum vero dum deducti fuissent iniquissimi illi malefactores, videlicet Paschalis, & Campulus, & sequaces eorum in præsentia piissimi domni Imperatoris, circumstantibus nobilissimis Francis, & Romanis, & omnes simul exprobrantes de malis ipsorum consiliis, & operationibus, increpabat Campulus Paschalem, dicendo: Mala hora faciem tuam vidi, eo quod tu me misisti in istud periculum, & cæteri similiter, alter alterum condemnantes, manifestabant suum ipsorum reatum. Quos cum tales iniquos cognovisset piissimus Imperator, in partes Franciæ misit. Hucusque de his apud Anastasium.

Eodem autem die, quo Leo Pontifex coram populo se purgavit (a): *Zacharias presbyter, qui anno superiori missus fuerat ad loca sancta Hierosolymam cum eleemosynis, bene perfuncto legationis mu-*

(a) *Vita Caroli Magni hoc anno.*

PAGIUS XIII. *Joannes per hæc tempora Patriarcha Hierosolymorum non fuit.*

Ad num. XXII. & seq. Monachus Egolismensis in Vita Caroli Magni loquens de iis, quæ hoc anno Romæ gesta, dum ibi Carolus esset, ait: *Eadem die* (nempe VIII. Kalend. Decemb.) *Zacharias cum duobus Monachis, uno de Monte Oliveti, altero de Sancto Saba de Oriente reversus Romam venit, quos Patriarcha ad Regem misit. Qui benedictionis causa Claves Sepulcri Dominici ac loci Calvariæ, Claves etiam Civitatis & Montis Oliveti cum Vexillo detulerunt; quos Rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, & Aprili mense remuneratos absolvit.* Refert eumdem locum Baronius, sed nactus erat Codicem interpolatum, in quo legebatur, *quos Joannes Patriarcha ad Regem misit*. Nam Joannis nomen in eum locum intrusum; cum nec in aliis exemplaribus laudatæ Vitæ Caroli M. nec in Reginone, nec in Eginhardi Annalibus, nec in Annalistis Metensi, Bertiniano, aliisque, qui eamdem rem narrant, Patriarchæ nomen exprimatur. Porro certum est, non *Joannem* per hæc tempora Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuisse, sed *Georgium*, quem supra ostendimus successisse Eliæ, qui tempore septimæ Synodi a sua Ecclesia exulabat, ad quam ante mortem restitutus est. Fictitius iste Patriarcha acceptus ex Antiquitatibus San-Dionysianis a Dobleto editis lib. 4. cap. 3. ubi multa de Carolo Magno fabulosa habet. Ait enim *Joannem* Patriarcham Hierosolymitanum a Saracenis e sua Sede pulsum ad Constantinum Imp. ejusque filium Leonem Constantinopolim fugisse, conjunctimque eum utroque, quibus novissimam Christianorum in Palæstina calamitatem exposuerat, Nuncios ac literas ad Carolum Imp. direxisse cum hac Epigraphe: *Servus servorum Dei Joannes Urbis Hierusalem divina misericordia Episcopus*, &c. Addit Dobletus, *Carolum* lectis literis & ab Archiepiscopo Remensi Tilpino explicatis, præcepisse, ut omnes arma sumerent; perrexisse in Orientem, Urbem Hierosolymam, totamque Terram, quam Sanctam cognominant, eripuisse Saracenis, indeque Constantinopolim venisse, & onustum Reliquiis Aquisgranum, indeque ad Monasterium San-Dionysianum rediisse. Mitto alias fabulas in eadem narratione contextas, quia inter Eruditos convenit, *Carolum* nunquam Hierosolymam, nec Constantinopolim profectum esse. Cointius hoc anno num. XXVIII. & seqq. pluribus fabulam illam confutat, quibus superfluum esset aliquid addere. Is tamen perperam num. XXVII. fictitium illum *Joannem* pro vero Patriarcha Hierosolymitano habet, & de isto interpretandos esse censet Auctores laudatos, qui de Patriarcha Hierosolymitano ejus nomine non expresso, verba faciunt. Sed ex Patriarcharum Hierosolymitanorum serie a nobis in hoc Opere accurate consignata, manifestum est, nullum *Joannem*, Regni & Imperii Caroli tempore, Ecclesiæ Hierosolymitanæ præfuisse.

XIV. *Aaron Calipha Saracenorum Legatos ad Carolum mittit.*

Quoad Claves Sepulcri Dominici ad Carolum missas Eginhardus in Vita Caroli M. de ea Legatione hæc habet: *Cum Aaron Rege Persarum, qui excepta India, totum pene tenebat Orientem, talem habuit in amicitia concordiam* (Carolus scilicet), *ut is gratiam ejus omnium, qui in toto Orbe terrarum erant, Regum ac Principum amicitiæ præponeret, solumque illum honore ac munificentia sibi colendum judicaret: ac proinde cum Legati ejus, quos cum donariis ad Sacratissimum Domini ac Salvatoris nostri Sepulcrum locumque Resurrectionis miserat, ad eum venissent, & eidem Domini sui voluntatem indicassent,*

Claves S. Sepulcri, & civitatis Hierusalem missæ ad Carolum.

vere, cum duobus monachis, uno de monte Oliveti, altero de Saba monasterio de Oriente reversus, Romam venit, quos Joannes Patriarcha ad Regem misit: qui benedictionis causa claves Sepulchri Dominici, ac loci Calvariæ, claves etiam civitatis, & montis Oliveti cum vexillo detulerunt. Quos Rex benigne suscipiens, aliquot dies secum detinuit, & Aprili mense sequentis anni remuneratos absolvit. Hæc ex Annalibus Francorum in vita Caroli Magni.

XXIII. Scribit Eginhardus, ipsum Regem Saracenorum, Aaron dictum, dono dedisse locum illum venerandi Sepulcri ipsi Carolo. Sunt enim hæc verba Eginhardi: *Cum Aaron Rege Persarum, qui, excepta India, totum pene tenebat Orientem, talem Carolus habuit in amicitia concordiam, ut is gratiam ejus omnium, qui toto orbe terrarum erant, Regum, ac Pontificum amicitiæ præponeret, solumque illum honore, & amicitia sibi colendum judicaret; ac proinde cum Legati ejus, quos cum donariis ad sacratissimum Domini ac Salvatoris nostri Sepulcrum, locumque Resurrectionis miserat, ad eum venissent, & ei domini sui voluntatem indicassent, non solum, quæ petebant, fieri permisit, sed etiam sacrum illum, & salutarem locum, ut illius potestati adscriberetur, concessit, & revertentibus Legatis suos adjungens, inter vestes, & aromata, & cæteras Orientalium terrarum opes ingentia illi dona transmisit, cum ei paucos ante annos, eum, quem tunc solum habebat, mitteret elephantem.* Hæc Eginhardus.

Sed de his monendus Lector, quod cum sit de Carolo scriptum, quod recuperaverit Terram sanctam, quod ejusmodi claves acceperit: error ex eo natus, quod id factum armis dixerunt alii. Sed nonnisi donatione Regis Sarracenorum id evenisse constat. Verum non hoc anno gesta sunt ista, cum paucos post annos a misso elephante accidisse testetur: cum tamen elephantis donum sequenti anno contigisse, suo loco dicturi sumus, ubi & de legatione ab eodem Rege missa ad Carolum agemus anno sequenti ☞ Hoc anno, quo expeditio Caroli Magni adversus Beneventanos viguit, Grimoaldo Duce eidem refragante, contigit, quod Agobardus Archiepiscopus Lugdunensis narrat accidisse prodigiosum in Galliis, quod creditum opera Grimoaldi factitatum: ait enim (a): *Ante hos paucos annos disseminata est quædam stultitia, cum esset mortalitas bo-*

(a) Agob. cont. infulsam opin. vulg. de grand. & tonitr. in fin.

PAGIUS *sent, non solum quæ petebantur fieri permisit; sed etiam sacrum illum & salutarem locum, ut illius potestati adscriberetur, concessit: & revertentibus Legatis suos adjungens, inter vestes & aromata & cæteras Orientalium terrarum opes, ingentia illi dona direxit, cum ei* PAUCOS ANTE ANNOS *eum, quem tunc solum habebat, roganti mitteret Elephantem.* Quod hic ab Eginhardo dicitur de Elephante *ante paucos annos* misso, locum controversiæ facit, utrum Carolus ex *Aaronis* munificentia Sepulcrum Dominicum hoc anno sub sua potestate tenere cœperit, an anno DCCCVII. quo Legati Aaronis cum duobus Monachis de Hierusalem ad Carolum pervenere, munera deferentes, quæ *Aaron* Calipha Saracenorum Imperatori miserat, ut eo anno dicemus. In posterioris opinionis confirmationem Annalistæ citari allegari possunt; navim enim, qua vehebatur Elephas, *portum Veneris* in ora maris Genuensis, ingressam testantur, *anno DCCCI. mense Octobri*, serius videlicet quam Vexillum ex Oriente Carolo delatum perhibeant, & Eginhardus laudatus, postquam scripsit, Aaronem Calipham ultro concessisse, *ut Sacratissimum Domini Sepulcrum ac Salvatoris Mundi Sepulcrum potestati* Caroli *adscriberetur*, proxime subjungit, Elephantem eidem Carolo *ante paucos annos* ab Aarone missum fuisse. Cointius hoc anno num. XXVII. stat a priori opinione, totamque controversiam auctoritate eorumdem Annalistarum recte dirimit, rerum gestarum ordine sic observato. Carolus anno DCCXCVII. tres Oratores in Orientem direxit, Lanfridum, Sigismundum, atque Isaacum & per eos elephantem ab Aarone postulavit. Eodem anno *Aaron* illos Legatos excepit, audivisque remisit in Franciam per Africam cum Elephante, duobusque Legatis, quos ejusdem itineris socios adjunxit.

XV. Loca sacra Hierosolymorum eidem conceduntur.

Anno DCCXCIX. cum Carolus e Saxonia jam reversus apud Aquisgranum morabatur, *Monachus quidam de Hierosolymis veniens, benedictionem & Reliquias de loco Resurrectionis Dominica, quas Patriarcha Regi miserat, detulit.* Rex eumdem *Monachum reverti volentem absolvens, Zachariam quemdam Presbyterum de Palatio suo cum eodem ire jussit, cui & donaria sua ad illa veneranda loca deferenda commisit*, inquit Eginhardus in Annal. Ad illam profecto Legationem referendus est supra jam allegatus locus ex Eginhardo in Vita Caroli M. *Cum Legati ejus* (nempe Caroli) *quos cum donariis ad Sacratissimum Domini ac Salvatoris Mundi Sepulchrum locumque Resurrectionis miserat, ad eum* (idest ad Aaronem) *venissent, & ei Domini sui voluntatem indicassent, non solum quæ petebantur fieri permisit; sed etiam sacrum illum & salutarem locum, ut illius potestas adscriberetur, concessit.* VIII. Kal. Decemb. præsentis Christi anni *Zacharias Presbyter, quem Rex Hierosolymam miserat, cum duobus Monachis, quos Patriarcha cum eo ad Regem misit, Romam venit*, ubi tum Carolus degebat. Hæc Eginhardus in Annal. Ii Monachi *benedictionis gratia Claves Sepulcri Dominici ac loci Calvaria cum Vexillo detulerunt.* Carolus anno sequenti Pascha Romæ celebravit; *Post Pascha, VII. Kalend. Maii Roma profectus Spoletum venit. De Spoleto Ravennam venit, & aliquot dies ibi moratus, Papiam perrexit. Ibi nunciatum est ei Legatos Aaron Regis Persarum portum Pisas intrasse. Quibus obviam mittens, inter Versellas & Eporediam eos sibi fecit præsentari. Hi Isaac Judæum, quem Imperator ante quadriennium ad memoratum Regem Persarum cum Lantfrido & Sigismundo Legatis suis miserat, reversum cum muneribus nunciaverunt; nam Lantfri-*

Digitized by Google

* Grimoaldum.

Pulveris sparsi prodigium diabolicum.

* suggerere.

*boum, ut dicerent * Grimoaldum Ducem Beneventanorum transmisisse homines cum pulveribus, quos spargerent per campos, & montes, prata & fontes, eo quod esset inimicus Christianissimo Imperatori Carolo; & de ipso sparso pulvere mori boves. Propter quam causam multos comprehensos audivimus, & vidimus, & aliquos occisos, plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos, atque necatus: & quod mirum valde est comprehensi ipsi adversus se dicebant testimonium, habere se talem pulverem, & spargere. Ita namque diabolus occulto, & justo Dei judicio, accepta in illos potestate, tantum eis * succedere valebat, ut ipsi sibi essent testes fallaces ad mortem & neque disciplina, neque tortura, neque ipsa mors deterrebat illos, ut adversum semetipsos falsum dicere non auderent. Hoc ita ab omnibus credebatur, ut pene pauci essent, quibus absurdissimum videretur. Nec rationabiliter pensabant unde fieri posset talis pulvis, de quo soli boves morerentur, non cætera animalia; aut quomodo tantus portari posset per tam latissimas regiones, quos * super spargere pulveribus homines non possunt, nec sibi Beneventani Viri, & Feminæ, senes, & Juvenes cum ternis carris, pulvere * carricatis egressi de regione fuissent. Tanta jam Stultitia oppressit miseros*

* Idintisimus pro onustis.

PAGIUS

fridus & Sigismundus ambo in eodem itinere defuncti sunt. Tum ille misit Eacherbaldum Notarium in Liguriam ad classem parandam qua elephas, & ea qua cum eo afferebantur, subveherentur, inquit Eginhardus in Annal.

XVI. *Mittit & elephantem ac alia munera.*

Ex omnibus his textibus inter se collatis liquet, *Carolo* prius Elephantem, quam Vexillum ab Aarone missum fuisse, licet Carolus Vexillum sibi delatum prius acceperit, quam Elephantem ab Aarone sibi missum nörit. Præsenti anno, mense Decemb. oblatam ei Vexillam Sepulcri Dominici. *Anno DCCCI. mense Octobri, Isaac Judaus de Africa cum elephante regressus, portum Veneris intravit, & quia propter nives Alpes traiicere non poterat, in Vercellis hyemavit*, ait Eginhardus in Annal. Tandem *anno DCCCII. mense Jul. XIII. Kal. Aug. venit Isaac cum elephante, & cateris muneribus, qua a Rege Persarum missa fuerant, & Aquisgrani omnia Imperatori detulit*, inquit Eginhardus ibidem. Poeta Saxonicus eodem anno DCCCII. Elephantem adductum testatus, nec Sepulcrum Dominicum Carolinæ Ditioni serius adscriptam contendit; imo donationem hanc ab Aarone prius factam quam supradictus elephas in Galliis conspiceretur, sic insinuat.

Hoc de longinquis elephas regionibus anno
Primitus adductus; mira spectacula Regno
Francorum dederat Persarum denique Princeps
Hunc Aaron.

Paulo post de eodem Aarone ait:

Nam gemmas, aurum, vestes & aromata crebro,
Ac reliquas Orientis opes direxerat illi,
Adscribique locum sanctum Hierosolymorum,
Concessit propria Caroli semper ditioni.

Ab eo tempore frequentiores fuerunt e remotissimis Provinciis in Palæstinam peregrinationes.

XVII. *Fabula de pulvere sparso ad boves interficiendos.*

Baronius in Appendice ad hunc annum refert ex Agobardo disseminatum fuisse per Gallias, cum esset mortalitas boum, *Grimoaldum* Ducem Beneventanum transmisisse homines cum pulveribus, & de ipso sparso pulvere boves mortuos esse. Verum hæc ad annum DCCCX. referenda, quo Eginhardus in Annal. postquam locutus est de expeditione eo anno a Carolo habita, scribit: *Tanta fuit in ea expeditione boum pestilentia, ut pene nullus ex tanto exercitu superesset, quin omnes usque ad unum interirent: & non solum ibi, sed & super omnes Imperatori subjectas Provincias, illius generis animalium mortalitas immanissime grassata est.* Adhæc in Capitulari quod Carolus promulgavit *anno X. in Aquis Palatio*, idest, anno X. ejus Imperii, capite tertio legitur: *De homicidiis factis anno presenti inter vulgares homines, qua propter pulverem mortalem acta sunt*, vel, ut habet caput XXIX. Appendicis secundæ librorum Capitularium; *de homicidiis factis anno præsenti inter vulgares homines, quasi propter pulverem mortalem.* Rem clare explicat Baluzius in Notis ad illud caput Tom. II. Capitularium pag. 1199. Anno DCCCX boum mortalitas fuit in Regno Francorum. Fama vulgatum est, eam cladem ortam esse ex pulvere venenato, quem nonnulli homines spargebant per campos & montes, prata & fontes. Hinc commotum vulgus, boum jacturam ulturum, sævit in suspectos criminis. Homicidia itaque patrata sunt propter pulverem mortalem, quæ causa & occasio fuit homicidiorum, non vero per pulverem, ut aliqui caput illud perperam explicant; cum constet nullum aliud animalium genus quam boum hac calamitate affectum fuisse. Auctor istius interpretationis est Agobardus Archiep. Lugdunensis in lib. de grandine & tonitruis cap. 16. *Ante hos paucos annos disseminata est quadam stultitia, cum esset mortalitas boum, ut dicerent Grimoaldum Ducem Beneventorum transmisisse homines cum pulveribus, quos spargerent per campos & montes, prata & fontes, eo quod esset inimicus Christianissimo Imperatori Carolo & de ipso sparso pulvere mori boves. Propter quam causam multos comprehensos audivimus & vidimus, & aliquos occisos, plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos. Et, quod mirum valde est, comprehensi, ipsi adversum se dicebant testimonium habere se talem pulverem & spargere.* Et infra: *Nec rationabiliter pensabant unde fieri posset talis pulvis de quo soli boves morerentur, non catera animalia.*

XVIII. *Alcuinus libros suos adversus Elipandum publicat.*

Alcuinus hoc anno Opus suum quatuor in libros divisum adversus *Elipandum* Archiepiscopum Toletanum absolvit. Nam libro primo meminit Felicis veram confessi fidem apud Aquisgranum in præsentia Caroli Regis, anno Regni ejus XXXII. exeuntis scilicet, ut anno superiori ostendimus. Serius enim libri illi exarati non sunt; cum in illis, imo & in Præfatione Carolus Rex semper, nunquam Augustus appelletur. *Laidradus* Archiepiscopus Lugdunensis, iterum missus est in Hispaniam, ut sanam illic doctrinam populo prædicaret. Additi cooperatores, *Nefridius* Narbonensis Archiepiscopus & *Benedictus* Anianensis Abbas, quia illa Hi-

*ferum mundum, ut nunc sic absurde res credantur a Christianis, quales numquam antea ad credendum poterat quisque suadere Paganis, Creatorem omnium ignorantibus. Haec itaque rem propterea ad medium deduximus, quia huic, unde loquimur, Similis est: & exemplum poterat * vel exemplum tribuere de iuani seductione, & vera sensus diminutione.* ☞

* f. velut

Odin-

PAGIUS Hispaniarum pars, quam Franci subegerant, Narbonensi Metropolitæ subjacebat. Alcuinus cum de altero, quod in Hispaniam suscepturi essent itinere fama jam spargebatur, calamo manum admovit, ut in utilitatem causæ publicæ nonnihil subsidii conferret, ut ipsemet in sua Præfatione indicat; his enim verbis utrumque sic alloquitur: *Per Divina suffragia pietatis hanc nebulosam impietatis sectam clara veritatis luce pridem discutere studuistis etiam, & Deo Christo donante captum prædicationis opus multa ex parte perfecistis. Ad cujus piissima prædicationis venerabile opus, mandante glorioso Principe & devotissimo in omni bonitate Carolo Rege, vos iterum ituros esse audivimus. Quapropter paucorum arripui laborem dierum in solatium sanctissimi itineris vestri quatenus haberetis in manibus cujusdam Epistolæ meo nomini directæ ab Elipanto Toletano Episcopo piae & pernecessarias responsiones*, &c. Alcuinus in libro primo Elipandum, ut ad Catholicam fidem rediret, exemplo Felicis jam conversi hortatus est: *Cujus tu*, inquit Alcuinus, *cum tuis discipulis, venerande Pater humilitatem sectari studeo*. Cessit tandem Alcuino Elipandus, & pie mortuus est, ut testatur Tamayus in Toletanorum Archiepiscoporum Catalogo. Alcuinus quatuor suos adversus Elipandum libros misit ad Laidradum & Nefridium, cæterosque Gothiæ Episcopos, qui Caroli jussu iterum conveniebant, ut Synodi Provincialis opera hæresim Felicianam in partibus Hispaniæ extinguerent. Eos enim illuc iterum ituros esse, supra ex eodem Alcuino monstravimus. Is vero in fine præfati Operis ita Laidradum & socios alloquitur: *Ego in procinctu ob vestri itineris festinationem hæc qualicumque sunt dictavi, ita ut tempus mihi relegendi vel emendandi non fuit idoneum, vestra charitati committe tantummodo lectione atque emendatione. Si dignum vestra consideratione videatur, fraterna ostendite* CONVENTU. *Sin autem, sub gremio piissimæ charitatis vestræ abscondite, donec omni consilio tractemus, quid de hoc agendum sit Opere*. Quem successum ita Conventus habuerit, incompertum.

XIX. *Felix* Episcopus Urgellensis, qui hæresim deposuerat, Lugdunumque exul missus fuerat in suo errore mortuus est, dum Agobardus Lugdunensis Archiepiscopus esset. Is enim initio libri ad Ludovicum Augustum contra Felicianum dogma scribit: *Post obitum Felicis illius, qui fuerat quondam Episcopus in Urbe Orgellitana, inventa est a nobis quædam schedula ab eo edita sub specie interrogationis & responsionis, quam cum legentes consideraremus, inspeximus hominem diligenter & fraudulenter instaurasse quantum in se fuit, omnem pravitatem dogmatis sui, in qua dudum fuerat detectus & convictus, & propter quam ab honore Episcopatus depositus, qui licet aliqua verba, quæ prius imprudenter efferebat, postea suppresserit, aliqua tamen nunc addidit, quæ tunc reticuit. Quam schedulam ego ut potui, juxta veritatem fidei cum reprehendissem, vel reprehendendam publicassem, quidam ex fratribus, ut comperi indigne tulerunt & non perversitate animi, ut puto, sed simplicitate ingenii, arbitrati sunt me id non fecisse zelo fidei, sed zelo invidentiæ, sicut moris est eorum, qui inanis gloriæ cupidi, idcirco bonis detrectant, ut se illis superponere nitantur, &, si detractionibus obtenuerint, ut illi admirentur, isti admirationis gloriam consequantur. Et quoniam non desunt inter nos tales, quibus necesse sit & integritatem fidei cognoscere, per quam valeant malum perfidiæ declinare, & rectis judiciis obtemperare, ut mereantur in dogmate Pietatis proficere opportunum putavi ea, quæ prædictus vir male sensit, exaggeranda adsumere, & verbis ejus in quibus a veritate Fidei excessit, Sanctorum Patrum sententias opponere, ut quisquis dignatus fuerit legere, agnoscat, quæ cautela Catholicæ veritatis purissimum sensum sequatur.* His consentientia scribit Ado in Chronica: *Perpetuo exilio apud Lugdunum relegatus est, quem ferunt in eodem ipso suo errore mortuum.* Felicem Virum doctum fuisse, indicat Alcuini Epistola XV. scripta ad Carolum Regem in qua loquens de disputatione Felicis cum quodam Saraceno, quam *Carolus* petierat, eam se non habere ait, attamen dictum sibi fuisse eam apud Laidradum Episcopum Lugdunensem inveniri posse.

Felix Episc. Orgella in hæresi mortuus.

Digitized by Google

I. (a) *Vita Caroli Magni hoc anno.* Terræmotus ingens Italiam quatit.

OCtingentesimus primus annus sequitur notatus Indictione nona, quo (ut habent Annales (a) Francorum) *Carolus Magnus Imperator septimo Kalendas Majas Roma profectus, Spoletum venit: & dum esset ibi, pridie Kalendas Maii hora noctis secunda terræmotus maximus factus est, quo & tota Italia graviter concussa est. Quo etiam terræmotu Romæ tectum basilicæ B. Pauli Apostoli magna ex parte cum suis trabibus decidit; & in quibusdam locis urbes, & montesque ruerunt, &c.* De hac vero clade, quam tunc Romæ passa est basilica S. Pauli, Anastasius agit his verbis in ipso Leone:

Basilica S. Pauli terræmotu concussa.

Nona vero Indictione, peccatis nostris imminentibus, subito terræmotus factus pridie Kalendas Maii, Ecclesia beati Pauli Apostoli ab ipso terræmotu concussa, omnia sarta tecta ruere. Quæ conspiciens magnus, & præclarus Pontifex, in magnam venit tribulationem, & lamentari cœpit tam pro argento, quam pro cæteris speciebus, quæ ibidem dimolitæ, & confractæ sunt. Sed Domino annuente, & beato Principe Apostolorum protegente, præclarus Pontifex totis nisibus suis, certamen petentis instar, sicut antiquitus existebat ampla, & maxima, fortitudine potens, in meliorem deduxit statum, & in meliorem speciem eam marmoribus decoravit, & tam presbyterium, quam totam Ecclesiam marmoravit, & ejus porticus renovavit: similque & navem, quæ est super altare, sarta tecta omnia noviter restauravit: qui etiam & tres imagines aureas ibidem obtulit, scilicet Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli. Sed & aliam imaginem Salvatoris deauratam super postes in introitu posuit pensantem libras sexaginta: sed & omne argentum ibidem, quod quassatum erat, noviter restauravit. Necnon & fenestras ipsius ecclesiæ miræ pulchritudinis ex metallo Cyprino decoravit. Et inferius de eadem basilica:

II. De ornamentis collatis in Basilicam S. Pauli.

*Item fecit in eadem basilica beati Pauli calices majores fundatos ex argento purissimo, ex ipsius Apostoli domit, qui pendent inter arcus majores numero undecim, alios qui pendent inter columnas majores dextera, lævaque numero quadraginta, simul pensantes libras ducentas, & sexagintaseptem. Fecit & * ciborium cum columnis quinquagintaquinque super altare miræ magnitudinis, & pulchritudinis ex argento purissimo, pensant duo mille, & quindecim libras, necnon & Crucem anaglypham pendentem in pergula ante altare, pensantem libras tredecim, atque velum rubeum, quod pendet ante altare, habens in medio Crucem de chrysoclavo.* Et rursus: *Fecit ibidem idem beatissimus Pontifex canistros ex argento puro numero quadragintaseptem, pensantes simul libras ducentas quadraginta.* Et inferius: *Fecit in eadem basilica Doctoris mundi B. Pauli Apostoli Angelos ex argento purissimo duos, juxta imaginem Salvatoris in ingressu vestibuli, pensantes libras centum, & semis. Verum & polycandilum pendentem in pergula ante Confessionem cum catenulis aureis, quæ pensat libram unam. Præterea & in ingressu basilicæ super regas majores*

* Ciborium

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXXXIX. Anno Hegiræ CLXXXV. inchoato die 20. Januar. fer. 4.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6294.

☉ 26. C. ☽ 4. P. 4. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 801.

LEONIS III. PAPÆ 7.

CAROLI IMP. 2.

IRENES iterum IMP. 5.

I. *Victoria Caroli & Leonis III.*

ANNo I. ad IX. Dum Carolus Romæ adhuc esset, hæc contigisse Annalista Loiselianus nos edocet: *Ordinatis deinde Romanæ Urbis, & Apostolici, totiusque Italiæ, non tantum publicis; sed etiam Ecclesiasticis & privatis rebus (nam tota hyeme non aliud fecit Imperator, missaque iterum in Beneventanos expeditione cum Pippino filio suo, ipse post Pascha, VII. Kal. Maji Roma profectus Spoletum venit.* Quare per tres integras hebdomadas in Urbe post Pascha mansit Imperator. Ad illud tempus quo Res Italiæ Carolus Augustus ordinabat, Cointius hoc anno num. III. refert victoriam, quam Leo & Carolus ad Ansidoniam Urbem Tosciæ de suis hostibus insigni miraculo reportarunt, ut ex eorum patet Diplomate, nec non ex alio quod in ejusdem postea confirmationem Alexander Papa IV. emisit; quod utrumque recitat Ughellus in Ostiensium Episcoporum Catalogo in Episc. XI. Leo III. & Carolus Imp. in suo Diplomate sic loquuntur: *Dominus noster Jesus Christus per Angelum suum in visione nobis videre fecit, ut caput prædicti Martyris* (Anastasii scilicet) *ad ejus pugnam, quam nos ad præfatam Civitatem* (nempe Ansidoniam) *habebamus, cum Dei laudibus adveniret; nostris vero inimicis dicebat, ut vincebamus, & nos ita salva fecimus: & nunc auxiliante Deo, & isto præfato Martyre, adveniente ejus capite* (quod ex Monasterio prope Romam ad Aquas Salvias fuit delatum est) *terra motus venit super nostris inimicis, & terror apprehendit eos, & parietes ceciderunt, inimici vero nostri in nostris manibus devenerunt, & omnes interfecti fuerunt.* Alexander IV. in suis ad Abbatem Fratresque Monasterii Sancti Anastasii literis confirmat Ecclesiam

res fecit imagines ex argento quinque, pensantes libras ducentas vigintinovem. Fecit & ubi supra Aquamanas ante .... deauratos duos argenteos pensantes libras quatuordecim. Fecit & super cerostratas majores versatiles anaglyphos ex argento purissimo, pensantes simul libras octogintasex, & uncias octo, atque lucernas majores fusiles bimixas anaglyphas duas pensantes libras quinquagintaseptem. Et constituit ejus beatitudo, ut quotidianis noctibus ante altare ipsius Apostoli ardere debeant.

III. *Idem divina inspiratus gratia investivit trabem majorem, quæ est sub arca principali ex argento mundissimo pensante undique libras mille trecentas quinquagintaduas. Fecit & super altare majus vestem chrysoclavam mira pulchritudine decoratam, habentem historiam Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, sanctæque ejus Genitricis, atque duodecim Apostolorum cum periclysi de chrysoclavo, undique ex margaritis ornatam, atque ab utroque latere blatthi cum chrysoclavo, qua in natalibus Apostolorum ibidem poni constituit. Fecit etiam ibi super Crucem majorem ex auro fulvo nimis epanoclystum ornatam gemmis pretiosis, pensantem libras quadragintaduas, & uncias duas, necnon & cerostatorum paria quatuor investita ex argento deaurato, pensantia simul libras septuagintaseptem.* Ac rursum inferius hæc habentur: *Fecit & in basilica eadem vestem super altare habentem historiam Resurrectionis, & imagines Apostolorum chrysoclavam ornatam margaritis, & imagines Apostolorum duas ex argento deaurato, pensantes libras octogintasex.* Post multa vero aliis collata Ecclesiis, hæc habentur ad eamdem Ecclesiam pertinentia:

IV. *Fecit & in basilica Doctoris mundi beati Pauli Apostoli vestem chrysoclavam habentem in medio Salvatorem, dextera, lævaque beatum Petrum & Paulum Gentibus prædicantes cum periclysi de chrysoclavo, & gemmis pretiosissimis.* Et inferius: *Fecit in basilica S. Pauli thuribula ex auro purissimo duo.* Ac rursum:

Fecit in eadem Ecclesia S. Pauli Crucifixum ex argento purissimo miræ magnitudinis decorum, pensantem libras quinquaginta duas, verum etiam fecit ibi super tetra vela alba holoserica rosata, ex quibus unum habens in medio Crucem de chrysoclavo, & gammadias de chrysoclavo numero octo, quæ pendent in pharo in medio basilicæ pensante libras duodecim. Ingressum vero corporis ejus super... ex marmoribus candidis miro decore ornavit, atque rugas areas ibidem posuit. Super columnas vero marmoreas quæ stant in circuitu altaris ipsius Doctoris mundi, ubi trabes quondam ligneæ positæ fuerant, quæ etiam nimia vetustate marcuerant, hic sacer Antistes super ipsas columnas lilia poni fecit .... & capitella ex metallo, & super ipsos marmoreas platonias posuit, & diversis picturis opus miræ magnitudinis decoravit, necnon ibi fecit vela Alexandrina majora numero quinque, quæ pendent super rugas majores in ingressu basilicæ mirifice decorata. Et post multa: *Fecit in basilica beati Pauli Apostoli Doctoris Gentium phara canthara ex argento purissimo cum delphinis suis numero quinque, pensantia libras sexagintaseptem, & uncias quatuor.* Et ibi supra: *Vestivit altare beati Pauli Apostoli ex argento mundissimo deaurato pensante libras centum, & novem. Necnon & Confessionem ipsius, atque faciem altaris ipsius vestivit ex auro purissimo pensante libras centum viginti quinque, & uncias octo.*

Fecit & super in ingressu corporis scutum argenteum purissimum, in quo Orthodoxæ Fidei Symbolum scribi fecit, quod pensat libras triginta duas. Fecit ibi desuper, coronas majores tres ex argento purissimo pensantes in unam libras nonaginta tres. Hæc omnia post terræmotum ab eodem Pontifice facta ponuntur. Quæ autem ante terræmotum, sed postquam ex Germania est reversus, ab ipso diversis in locis diversis Ecclesiarum ornamenta confecta sunt: ex eodem auctore hic describemus. Sed primum V. Symbolum fidei in scuto argenteo.

quæ

PAGIUS clesiæ eorum *Civitatem Ansedonia cum omnibus Ecclesiis & pertinentiis suis, olim ab infidelibus & iniquis hominibus possessa, sed præterea a memorato Carolo Imperatore una cum præfato Leone Prædecessore nostro* (inquit Alexander) *meritis & auxiliis B. Anastasii Martyris, ejusdem capitis ostensione devictam & destructam, propter quam victoriam Ecclesiæ supradicti Martyris præfatas possessiones donavit.*

II. Italia terra motu concussa. Imperator Urbe digressus Spoletum accessit. *Ibi dum II. esset, Kal. Maii hora noctis secunda, terra motus maximus factus est, quo tota Italia graviter concussa est*, inquit Annalista Loiselianus, cui cæteri suffragantur. In Annalibus Fuldensibus, hic *terra motus per totam Italiam tam vehemens* fuisse dicitur, *ut in quibusdam locis Urbes ruerent & montes, & tectum Basilicæ Beati Pauli Apostoli Romæ cum trabibus suis magna ex parte decideret.* Sigonius refert, ob id institutum esse a Leone, *ut præcedentibus tribus* Ascensionem diebus, supplicationes ad diversa templa haberentur. Quam rem Mamertus Episcopus Viennensis in Ecclesiam primus intulerat. Et in libro de Vitis Romanorum Pontificum, qui nomine Luitprandi Diaconi circumfertur, & Auctorem exeunte nono sæculo Monachum germanum habuisse creditur. Leo III. cap. 98. dicitur constituisse, *ut tres dies ante Dominicam Ascensionem Litania celebrarentur.* Mamerti Rogationes, quæ Domini Ascensionem

ad-

quæ ad ædificia pertinent, his verbis:

Triclinium Vaticanum. *Præfatus vero sanctissimus Pontifex juxta Ecclesiam beati Petri Apostoli fecit in triclinio majori miræ pulchritudinis decoratam absidem musivo ornatam, & absides duas dextera, lævaque super marmore, & pictura splendentes, & in pavimento marmoreis exemplis stratis cum cæteris amplis ædificiis tam in ascensu scalæ, quam post ipsum triclinium compte.*

VI. Vetera monumenta custodienda. Quod autem ad vestes pertinet & alia ornamenta: hic pariter eadem ipsa in Annalibus cum cæteris superius memoratis tamquam in armario recondamus, sic fiet, ut vestes nullis tineis corrodantur, nec vasa a furibus auferantur, neque quamvis temporum injuria pereant. Cum enim & in eisdem antiquatum Ecclesiarum memoria conservetur, & de multis aliis scitu dignis admoneamus: nequaquam putes in his recensendis ociose nos laborare: Sic se habent:

In Eccl. S. Petri. *Fecit in Ecclesia beati Petri Apostoli vestem a chrysoclavo cum pretiosis gemmis ornatam, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis, & inter arcus vela serica alba, & vela de staurraci pulcherrima. Post reversionem suam ob nimium amorem fecit eidem nutritori suo presbyterium noviter tatum marmoreum pulchrum sculptum, & compte erectum: sed & super altare majus fecit tetra vela holoserica alithina quatuor cum astillis, &* * *rosis chrysoclavis, & in eodem sacro altari fecit aliam vestem cum historiis Crucifixi Domini.*

* rotis

In Eccl. S. Pauli. *Et in Ecclesia Doctoris mundi beati Pauli Apostoli fecit tetra vela holoserica alithina quatuor, & vestem super altare albam chrysoclavam, habentem historiam Nativitatis Domini, & sanctorum Innocentium. Item & aliam vestem Tyriam habentem historiam cæci illuminati, & resurrectionem.*

Idem autem sanctissimus Præsul fecit in basilica beatæ Mariæ Ad præsepe vestem albam chrysoclavam, habentem historiam sanctæ Resurrectionis, sed & aliam vestem in orbiculis chrysoclavis, habentem historiam Annuntiationis, & SS. Joachim & Annæ. VII. In Eccles. S. Mariæ Ad præsepe.

Fecit in Ecclesia B. Laurentii foris muros idem Præsul vestem albam rosatam cum chrysoclavo. Sed & aliam vestem super sanctum corpus ejus albam stauracinam, & chrysoclavam cum margaritis. S. Laurentii extra muros.

In titulo Callisti vestem chrysoclavam ex blathi Byzanteo, habentem historiam Natalis Domini, & S. Simeonis. S. Callisti.

Item in Ecclesia sancti Pancratii vestem Tyriam habentem historiam Ascensionis Domini. S. Pancratii.

Sed & in sancta Maria ad Martyres fecit vestem Tyream, ut supra. In titulo S. Sabinæ, ut supra. In diaconia S. Bonifacii, ut supra. In diaconia S. Mariæ, quæ vocatur Cosmedin, ut supra. S. Mariæ ad Martyres. S. Bonifacii. S. Mariæ in Cosmedin.

In basilica SS. Cosmæ, & Damiani fecit vestem de Blathi Byzanteo cum periclysi de chrysoclavo, & margaritis. SS. Cosmæ, & Damiani.

Item in Ecclesia S. Valentini fecit vestem chrysoclavam, & aliam vestem de fundato pulcherrimam. S. Valentini.

In diaconia SS. Nerei, & Achillei fecit vestem de stauraci. SS. Nerei, & Achillei.

In diaconia sanctæ Dei genitricis, quæ vocatur Dominica, fecit vestem de stauraci. VIII. S. Mariæ in Dominica.

In monasterio S. Sabæ fecit * *butronem argenteum cum canistro suo pensantem libras duodecim, & vestem de stauraci cum chrysoclavo, & margaritis.* S. Sabæ.

Item in monasterio S. Gerasimi fecit vestem de stauraci cum periclysi de chrysoclavo. S. Gerasimi.

Necnon in monasterio Clivi Scauri fecit vestem de stauraci cum periclysi de chrysoclavo.

Verum etiam in titulo Pammachii fecit vestes duas, unam de stauraci cum periclysi-

PAGIUS antecedunt Litaniæ Gallicanæ appellatæ sunt, quia earum institutio a Gallia, & Litania Minor, ut hæc a Majori distingueretur, quæ VII. Kalendas Maii celebratur. Frodoardus in Fragmento de Romanis Pontificibus a Mabillonio sæc. III. Benedict. part. II. edito, dum de Leone III. verba facit de his Rogationibus Gallicanis ait:

Hæc & multa subhinc numerosis dotibus auget,
Jura precum simulat, servandaque Gallica tradit
Adscendens iter Domini præcuntia vota.

III. Recitat istum teneris motum Baronius ex Anastasio, & ex eodem verba facit de variis ædificiis a Leone III. constructis, variisque ornamentis Ecclesiis Urbis Romæ ab eodem donatis. Verum Baronius tam de iis quæ Leo III. ante terræ motum, quam de illis quæ post illum egit, promiscue loquitur. Certum tamen Anastasium in Vita Leonis III. ejus opera publica temporis ordine servato recensere; qui ordo, cum ad graves difficultates solvendas aliquando conducat, in Annalibus minime invertendus. Anastasius itaque pag. 121. Edit. Regiæ quatuor incipit enumerare opera publica Leonis III. ante suum ex Urbe discessum. Tum pag. 123. & seqq. loquitur de ejus persecutione & Romam reversione. Deinde pag. 127. & seqq. usque ad finem Vitæ Leonis III. sigillatim enumerat dona ab eo variis Ecclesiis collata, plurimaque ædificia ab eo Romæ condita. Terræ vero motum, qui hoc anno accidit, loco suo refert pag. 128. De Triclinio Leonino sermonem habet pag. 123. paulo antequam de ejus persecutione sermonem habeat, ut anno superiori insinuavimus, dum refellimus Alemannum, qui cum non animadvertisset, Anastasium in hujusmodi operibus pu- *Leonis III. Opera publica Anastasius ordine recenset.*

S. Gregorii. *elysi de chrisoclavo, & aliam vestem de * imezino.*

* S. Andreæ in Silice. *Item supradictus Antistes Ecclesiæ beati Andreæ Apostoli sita via Appia in silice in trigesimo lapide sarta tecta noviter restauravit una cum baptisterio, & porticu. In qua Ecclesia presbyterium constituit, ubi & dona obtulit tam in argento, quam in vestibus, & libris.* Hæc de rebus atque ad terræmotus tempus Anastasius: atque de his satis, jam ad Carolum redeamus.

IX. Hoc eodem anno, ab ipso Imperatore datæ reperiantur leges, quæ Mutinæ adhuc legi hac præfatione dicuntur (a).

(a) Sigon. l. 4. Reg. Ital. hoc anno. De legibus a Carolo Imp. sancitis.

Carolus divino nutu coronatus Romanorum regens Imperium serenissimus Augustus omnibus Comitibus, Castaldis seu cunctis Reip. per provinciam Italiæ a nostra mansuetudine præpositis, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCI. Indictione IX. anno Regni nostri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. Consulatus autem nostri primo. Cum in Italiam propter utilitatem sanctæ Dei Ecclesiæ ac provinciarum disponendarum venissemus: multa, atque diversa per urbes singulas ante conspectum nostrum quæstiones venerunt, tam de Ecclesiasticis, quæ de publicis, & privatis rebus per ea, quæ statim recitata, ex Romana seu Longobarda lege competenti sententia terminata sunt, quorum judicialis sententia a legislatoribus aut penitus omissa est, aut a posteris oblivioni tradita. Quocirca nos considerantes utilitatem nostram, & populi a Deo nobis concessi, ea, quæ ab antecessoribus nostris Regibus Italiæ in edictis legis Longobardicæ ab ipsis edita prætermissa sunt, juxta rerum, ac temporum considerationem addere curavimus, solicitis, ut necessaria, quæ legi defuerunt, supplerentur, ut in rebus dubiis non quorumlibet arbitrium, sed nostræ legis auctoritas prævaleret. Hæc ibi.

X. De capitulis a Carolo additis. Sed & Eginhardus in vita ipsius ista de legibus: *Post susceptum,* inquit, *Imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse (nam Franci duas habent leges plurimis in locis valde diversas) cogitavit, quæ deerant, addere & discrepantia unire, prava quoque, & perperam prolata corrigere. Sed in iis nihil aliud ab eo factum est, quam quod pauca capitula, & ea imperfecta legibus addidit. Omnium tamen nationum, quæ sub ejus ditione erant, jura, quæ scripta non erant, describi, ac litteris mandari fecit.* Hæc Eginhardus. Numerant viginti tria capitula legum Caroli Magni, duoque ex illis reperiantur recitata a Gratiano, atque primum illud (b) de Romana Ecclesia his verbis:

(b) Dist. 19. c. 3.

In memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam Sedem, ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas: UT LICET VIX FERENDUM AB ILLA SANCTA SEDE IMPONATUR JUGUM: TAMEN FERAMUS, ET PIA DEVOTIONE TOLEREMUS. Si vero (quod non decet) quilibet sive sit presbyter, sive diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolica Sede detulisse epistolam, vel aliud aliquid, quod inde non venerit: salva fide, & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas, utrum cum in carcerem, aut aliam detrudat custodiam, usquequo per epistolam, aut per idoneos suæ partis Legatos Apostolicam interpellet sublimitatem, ut potissimum tam sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus justo ordine statuat lex Romana definire, ut & is corrigatur, & cæteris modus imponatur. Recitatam hoc ipsum capitulum, & repetitum apparet in Concilio Tiburiensi (c), utpote tanto Principe Christianissimo dignum.

Quid de Romani Pontificis litteris falsis utentibus.

(c) Conc. Trib. c. 36.

XI. Vidisti, Lector, Caroli Magni erga Sedem Apostolicam reverentiam, animique summissionem erga Romanum Pontificem, omnibus Christianis Principibus positam in exemplum, utpote potentissimi, atque prudentissimi Principis: cui idcirco dederit Deus subiicere sibi Reges, & populos, eum noverit ille se subiicere propter Christum successori hominis piscatoris. Considerasti pariter, quam modeste agat de cognitione Apostolicarum litterarum, ut nolit ipse, nec aliquis

PAGIUS publicis recensendis temporis ordinem servare, arbitratus est Triclinium Leoninum, in quo exhibentur variæ Inscriptiones, præsertimque una in honorem Caroli Regis, ante præsentem annum ædificatum non fuisse, sicque viam sibi præclusit iisdem inscriptionibus recte explicandis, ut ibidem vidimus. Baronius an. DCCXCVI. num. XXX. suo loco de illo Triclinio egit, uti & Cointius eo anno num. CIV. & seqq. & Marca lib. 3. de Concordia cap. 11. licet nec Cointius nec Marca animum adverterint ad ordinem temporis ab Anastasio in Vita Leonis III. servatum, perperamque existimarint, cum Vexillo Sancti Petri eo anno a Leone III. ad Carolum transmisso collatum ei fuisse Dominium Urbis.

IV. Carolus addit leges ad Longob. A num. IX. ad XX. *Agit* Baronius de variis legibus a Carolo Imp. dum adhuc in Italia versaretur emissis. Num. IX. refert ex Sigonio Præfationem legum a Carolo Imp. Mutinæ datarum & directarum *cunctis Reip. per Provinciam Italiæ Præpositis, anno ab Incarnatione D. N. Je-*

Digitized by Google

quis ea suis provinciarum Præsidibus eas, an veræ sint, vel falsæ, cognoscere, & perscrutari, etiamsi de læsa majestate causa tractetur, sed totum judicium vult per Episcopum agitari, & ejus sententiam capectari. Ista cum egit, & adeo se legibus Ecclesiasticis obsequentem exhibuit, bene consuluit Regno Francorum, ut Deo protegente, licet civilibus, & externis bellis diu multumque fuerit fatigatum, permanens semper fuerit, liberumque a gente Sarracenorum longe lateque ubique locorum terrarum orbis dominantium, atque semper divino auxilio fuerit integrum feliciter propagatum ad posteros.

XII. Ea alia autem lege, quæ extat (a) apud eumdem Gratianum mutilata, integra autem in Capitularibus (b) Regum Francorum, vide quam faverit, Theodosii exemplo, judicio Episcoporum.

(a) 11. q. 1. c. 37. volumus.
(b) Capit. Franc. l. 6. c. 281.

Volumus, atque præcipimus, ut omnes ditioni nostræ, Deo auxiliante, subjecti, tam Romani, quam Franci, Alamanni, Bajoarii, Saxones, Thuringii, Fresones, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Vascones, Beneventani, Gothi, Hispani, cæterique nobis subjecti omnes, licet quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sexto decimo Theodosii Imperat. libro, capitulo videlicet undecimo ad interrogata Ablavii Ducis illi, & omnibus rescriptam sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenendam consultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum quam laicorum posuimus, lege cunctis perpetua tenendam, id est.

XIII. Quantum Carolus detulerit Ecclesiastico foro. *Quicumque litem habens, sive possessor, sive petitor fuerit, vel in initio litis, vel decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive cum incæperit promi sententia, si judicium elegerit sacrosanctæ legis Antistitis: illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur. Multa enim, quæ in judicio captiosæ præscriptionis vincula promi non patiuntur, investigat, & promit sacrosanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque causæ, quæ vel prætorio jure, vel civili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ perpetuo stabilitatis jure firmentur. Nec liceat ulterius tractare negotium, quod Episcoporum sententiis decideril. Testimonium etiam ab uno licet Episcopo perhibitum, omnes Judices indubitanter accipiant; nec alius audiatur, cum testimonium Episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod a sacrosancto homine conscientia mentis inlibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes, ut miseri homines longis, ac pene perpetuis actionum laqueis implicati ab improbis petitionibus, vel a cupiditate perpera maturo fine discedant. Quicquid itaque de sententiis Episcoporum clementia nostra censuerat, etiam hac sumus lege complexi, gravitatem tuam, & cæteros pro utilitate omnium, in perpetuum observare conveniet.*

XIV. Ista sunt, quæ ex Theodosio Carolus Imp. ab Imperatore mutuatus, pius ex pio, justissimus a justissimo, utroque Christianæ religionis decore maximo, & ornamento, sive virtutem militarem spectes in eis, sive cultum Fidei Orthodoxæ, vel erga subditos sibi populos regimen probatissimum. Hæc audiant, & erubescant illi, qui his penitus adversarias leges statuunt, & contraria edicta proponunt, timoribus exagitantes populos, novis adinventionibus inhibentes, quacumque occasione prætensa, via indirecta procurant, ne laici ipsi attingant limen Ecclesiastici fori. Timeo, timeo istis, ne quando si ista facere perseverant (quod absit) Deus vindex tandem exurgens *virga furoris ferrea*, secundum illud Davidicum, *tamquam vas figuli confringat eos*. Unde & ob imminens, quod astat, periculum æque cum eodem ipso ex alto corde vociferor: *Nunc Reges intelligite, & erudimini, qui judicatis terram.* Et exemplo discite Caroli, ea obedientia & observantia erga Apostolicam Sedem Regna & Imperia propagare, atque firmiter stabilire.

Salubris auctoris admonitio.

XV. Quod rursum ad eumdem Carolum in his

PAGIUS N. *Jesu Christi DCCCI. Indict. IX. anno Regni nostri in Francia XXXIII. in Italia XXVIII. Consulatus autem nostri primo.* Quibus ex verbis patet, eas leges hoc anno post Kal. circiter Junias datas esse; cum Carolus an. DCCLXXIV. circa Junii initium universi Regni Longobardici possessionem inierit. Liquet secundo, Carolum, Orientalium Imperatorum exemplo, ipso die quo Imperator acclamatus est, *Consulatum perpetuum* capessiisse, quod Caroli exemplo a Ludovico Pio, & a quibusdam aliis Successoribus ejus etiam in usum vocatum. Præfatæ Præfationi subiiciuntur octo Capitula, quæ dicuntur addita *ad legem Longobardorum*, & recitantur a Baluzio Tom. I. Capitularium Reg. Franc. pag. 346. & a Labbeo Tom. VII. Concil. pag. 1159.

V. Varii populi Carolo subjecti. Baronius num. XII. refert partem legis Caroli Imp. quæ integra recitantur lib. VI. Capitularium Franc. cap. 366. & apud Baluzium citatum pag. 986. In ea Carolus numerat populos sibi subditos Romanos, Francos, Alamannos, Bajovarios, Saxones, Turingios, Fresones, Gallos, Burgundiones, Britones, Langobardos, Vascanos, Beneventanos, Gothos & Hispanos. Ubi dubium esse non potest, in-

quit

Carolus abstinet a novis condendis legibus.

his spectat, quam parcissimus fuit in novis condendis legibus, adeo ut cum tamdiu vixerit Rex, atque Imperator, perpauca legum capita sanxisse dicatur; sed in veteribus restituendis, ut servarentur, multus fuit; hinc apparet, colligi jussisse centum sexaginta octo capitula legum Ecclesiasticorum ex sacrosanctis Conciliis, atque decretis summorum Pontificum, ut per ea in Ecclesia disciplina vigeret. Ne autem vel ex hoc videri posset præscribere ipse leges Episcopis: collectioni suæ ista ipsa quam religiosissime præfatus est:

Præfatio domni Caroli Imperatoris.

Collectio Caroli jussu facta legum Ecclesiasticarum.

Regnante Domino nostro Jesu Christo in perpetuum. Ego Carolus gratia Dei, ejusdemque misericordia donante, Rex, & rector Regni Francorum, & devotus sanctæ Ecclesiæ defensor, humilisque adjutor omnibus Ecclesiasticæ pietatis ordinibus, seu sæcularis potentiæ dignitatibus in Christo Deo æterno perpetuæ pacis, & beatitudinis salutem.

Considerans pacifica mentis intuitu una cum sacerdotibus, & consiliariis nostris abundantem in nos, nostrumque populum Christi clementiam, qua necessarium est non solum toto corde, & ore ejus pietati agere gratias incessanter, sed etiam continua bonorum operum exercitatione ejus insistere laudibus, quatenus qui nostro Regno tantos contulit honores, sua protectione nos, nostrumque Regnum in æternum conservare dignetur.

XVI. Admonitio Caroli ad Episcopos.

Quapropter placuit nobis vestram rogare solertiam, o pastores Ecclesiarum Christi, & ductores gregis ejus, & clarissima mundi luminaria, ut vigili custodia, & sedula admonitione populum Dei per pascua vitæ æternæ ducere studeatis, & errantes bonorum exemplo operum, seu adhortatione humeris intra Ecclesiasticæ firmitatis muros reportare satagatis: ne lupus insidians aliquem, canonicas sanctiones transgredientem, vel paternas traditiones universalium Conciliorum excedentem (quod absit) inveniens devoret. Ideo magno devotionis studio admonendi, & adhortandi sunt, immo compellendi, ut firma fide, & infatigabili perseverantia intra paternas sanctiones se contineant. In quo operis studio sciat certissime sanctitas vestra nostram vobis cooperari diligentiam. Quapropter & nostros ad vos direximus Missos, qui ex nostri nominis auctoritate una vobiscum corrigerent quæ corrigenda essent. Sed & aliqua capitula ex canonicis institutionibus, quæ magis vobis necessaria videbantur, subjunximus.

XVII. Modesta excusatio Caroli.

Ne aliquis, quæso, hujus pietatis admonitionem esse præsumptuosam putet, vel judicet, qua nos errata corrigere, superflua abscindere, recta coarctare studeamus; sed ut magis benevolo charitatis animo suscipiat. Nam legimus in Regnorum libris, quomodo sanctus Josias (a) Regnum sibi a Deo datum circumeundo, corrigendo, admonendo, ad cultum veri Dei studuit revocare. Non ut me ejus sanctitati æquiparabilem faciam, sed quod nobis sint ubique Sanctorum semper exempla exequenda, & quoscumque poterimus, ad studium bonæ vitæ in laudem, & in gloriam Domini nostri Jesu Christi congregare necesse est. Quapropter, ut prædiximus, aliqua capitula notare jussimus, ut simul hæc eadem vos admonere studeatis, & quæcumque vobis alia necessaria esse scitis, ut & ista, & illa æquali intentione prædicetis. Nec aliquid, quod vestræ sanctitati, populoque Dei utile, omittatis, ut piæ studia nos admoneatis, quatenus & vestra solertia, & subjectorum obedientia æterna felicitate remuneretur. Hucusque præfatus est Carolus.

(a) 4. Reg. 22. 23.

XVIII. Quod rursum pertinet ad leges, ab eodem Carolo Magno pro Ecclesiastica præsertim immunitate sancitas: ut omnino servarentur, ita ipse scripsit (b) ad Pipinum filium, in Italia regnantem.

(b) Apud Sigon. an. 802.

Caroli ad Pipinum Regem epistola pro Ecclesiastica immunitate.

Carolus serenissimus Augustus a Deo coronatus, Magnus, pacificus Imperator, Romanorum gubernans Imperium, ac per misericordiam Dei Rex Francorum & Longobardorum, dilectissimo filio suo Pipino glorioso Regi sempiternam in Domino salutem.

Pervenit ad aures clementiæ nostræ, quod aliqui Duces, eorumque juniores Castaldii, Vicarii, Centenarii, Venatores, & cæteri per singula territoria habitantes, vel discurrentes mansionaticos & par

ac-

PAGIUS

quis Baluzius in Notis ad illud Capitulum, quis per Gallos intelligi debeant homines originis Gallicæ. Franci quidem Francico Imperio subjecti, sed qui genus repetebant a vetustis Galliæ incolis ante Francorum adventum. Gothi & Hispani Francico Imperio subditi eamdem Regionem incolebant, idest, eam Hispaniæ partem quæ nunc Catalania dicitur usque ad fluvium Rubricatum, ubi fuit limes Regni Francici. Gothi igitur in ea Hispaniæ parte habitantes ii erant, superstites ex Regno Gothorum; Hispani vero qui ex ea Hispaniæ parte orti erant, quam Saraceni tenebant, & se in Regnum Francorum contulerant, ut se se Saracenorum jugo subtraherent.

VI. Capitulum de honoranda Sede Apostolica.

Baronius num. XV. recitat Præfationem libri primi Capitularium ab Ansegiso Abbate collectorum, in qua cum Carolus dicatur tantum *Rex & Rector Regni Francorum*, apparet, tam Præfationem illam, quam Capitula LXXXII. quæ ei subjiciuntur, ad hunc Christi annum, quo jam Carolus Augustus erat, non pertinere. Ea itaque edita anno DCCLXXXIX. ut eodem anno insinuavimus. Baronius jam antea num. X. retulerat Capitulum *de honorando Sede Apostolica*, quod ibi annumerat legibus Caroli, quem-

vis

Digitized by Google

.... *accipiunt non solam a liberis hominibus, sed etiam ab Ecclesiis Dei, monasteriis videlicet virorum, ac puellarum, & xenodochiis, atque per diversas plebes, insuper servientes Ecclesiarum Dei in eorum opera, id est, in vineis, campis, sive pratis, necnon & in eorum ædificiis illos faciunt operari, sed carnaticum, & vinum contra omnem justitiam ab eis * exactare non cessant: & multas patiuntur oppressiones ipsi Ecclesiæ Dei servientes.*

* exigere.

XIX. *Ideo charissime fili, has litteras ad tuam dilectionem direximus, ut hoc anno, hanc causam diligenter, & prudenter inquirere facias; & si veritas est, quod ita factum sit, deinceps omnimodis emendare, & corrigere studeas; quatenus in diebus nostris citius pax Ecclesiarum Dei, sive illarum servientium in omnibus conservetur; & ut merces copiosa nobis, & tibi exinde jugiter accrescat. Audivimus etiam quod quadam Capitula, quæ in lege scribi jussimus, per alia loca aliqui ex nostris, ac vestris dicunt, quod nos nequaquam hanc causam per nosmetipsos * conditam habeamus, & ideo eam nolunt obedire ac consentire, ac pro lege tenere. Tu valde nosti quo modo, vel qualiter tecum locuti sumus de ipsis Capitulis. Et ideo admonemus tuam amobilem dilectionem, ut per universum Regnum tibi a Deo commissum ea nota facias, & obedire, atque implere præcipias.* Hactenus epistola Caroli ad Pipinum.

* cognitam.

XX. Legatio Regis Sarracenorum ad Carolum.

Ista de legibus Caroli satis dicta sunto: prosequamur modo ipsum ex Italia in Gallias redeuntem. Habent hæc Annales Francorum sub Ludovico filio ipsius Caroli Magni descripti: *Imperator de Spoleto Ravennam venit, & dies aliquot ibi moratus, Papiam pervexit. Ibi nunciatum est, Legatos Aaron Regis Persarum Pisas intrasse, quibus obviam mittens, inter Vercellas, & Eporedium, vel Hipporediam, eos sibi fecit præsentari. Unus eorum erat Persa de Oriente Legatus prædicti Regis (nam duo fuerant) alter Sarracenus de Africa Legatus Amiraté Abraham, qui in confinio Africæ Fossato, id est, castris, præsidebat. Hic Isaac Judæum, quem Imperator ante quadriennium ad memoratum Regem Persarum cum Lanthfredo & Sigismundo Legatis suis miserat, reversum cum magnis muneribus nunciaverat: nam Lanthfridus, & Sigismundus ambo in eodem itinere defuncti sunt. Tunc ille misit Ercelbaldum Notarium in Liguriam ad classem parandam, qua elephas, & ea, quæ cum eo afferebantur, subvehi possent. Ipse celebrato die natalis S. Joannis Baptistæ Hipporediæ, Alpes transgressus, in Gallias reversus est.* Hæc de his ibi. Porro tum elephantem, tum reliqua munera relicta esse in Africa, & comparata classe, illuc reversum Isaac ac deferenda ea in Italiam, idem auctor inferius docet.

XXI. De S. Salvio Episc. Engolism. martyre.

Hoc eodem anno de martyrio Salvi, sive Salvii Episcopi hæc refert Sigebertus: *Sanctus Salvus Episcopus veniens ab Aquitania ad Fiscum Valentianas a Voimgardo filio Genardi procuratoris ipsius Fisci martyrizatur; & super ejus corpore requirendo Carolus magnus Imperator divinitus tertio admonitus, corpus quidem inventum honorifice sepelivit, interfectores autem ejus gravi pœna mulctavit, nec tamen per hoc in eos ultio divina cessavit.* Hæc Sigebertus. Sed corrige in ipso quod ait Salvum pro Salvio. Fuit iste Episcopus Engolismensis, qui prædicationis Evangelicæ causa, una cum socio in Gallias veniens, a dicto nefario homine clam comprehensus in capite securi percussus interiit. Qua morte pariter affectus est ejus socius, Superius nomine, quorum natalis martyrii dies agitur vigesimasexta Junii, elevatio autem Idibus Octobris. Plura de his Molanus habet in natalibus Sanctorum Belgii. De ipsorum autem corporum inventione habet ista: *Corpora in stabulo jumentorum sunt defossa beati Salvii subtus, & cometis ex transverso in formam Crucis. Quorum sepulturæ locum taurus quasi dux, & custos armenti a reliquis animalibus, & ab immunditia conservavit. Visa sunt a diversis etiam luminaria in stabulo. Sed Carolus Imperator ter ab Angelo admonitus est, ut corpora Sanctorum quæreret. Quæ inventa ex Martyrum manifesto indicio, ad Ecclesiam S. Martini sunt translata, ubi usque hodie sunt, & miraculis clara coruscant.* Hæc de his ipse.

De rebus Orientalibus anni hujus illud visum magni momenti, quod Theophanes ait: *Martio mense, nona Indictione, Irene pia Imperatrix Byzantii civilia donavit tributa.* Quanti autem ponda-

---

PAGIUS vio ad annum DCCCXCV. illud attribuat Canonibus Synodi Triburiensis. Baluzius in Notis Capitularium Tom. II. existimat, Ivonem Carnotensem Episcopum primum fuisse, qui illud Carolo tribuerit, hinc deceptum quod apud Burchardum sequatur statim post duo Capitula, quæ vere sunt Caroli; cum certum sit illud reperiri inter Canones Synodi Triburiensis. Idem Baluzius in Additione ad lib. 2. de Concordis cap. 96. recte conjicit, Patres Synodi Triburiensis Capitulum illud ex legibus Caroli mutuatos esse, atque ita suam fecisse legem quam approbaverunt.

VII. Ad num. XXI. Imperator celebrato *die natali Sancti Joannis Baptistæ apud Eporeiam, Alpes transgressus, in Galliam reversus est*, inquit Eginhardus in Annal. cui varii Annalistæ consentiunt. Alcuinus, qui Turonis febri labo-

deris fuerit ifta Icenes munificentia: ex epiftola Theodori Studitæ, tunc ad eamdem Imperatricem fcripta, facile cognofces, feptima eft ordine pofito libro primo epiftolarum in codice Columnenfi, quæ fic fe habet:

Irena Augufta Theodorus.

XXII. *Vox in Ramma audita eft, (ait vifionum Dei fpectator (a) Jeremias) ploratus, & ululatus multus: Rachel tum plorans filios fuos. Nunc vero qualia, & cujufmodi funt præfentia? Undenam beflerni, domina optima, facri Palatii tui nuncii, quos vidimus, & audivimus, cum recentes nobis operum tuorum laudes commemorarent? Perfonuerunt revera ambæ aures noftræ. Quid ergo? Quia fuftulifti fignum ab extremis finibus tantæ pietatis. Et ecce ad te veniunt undique nubium inftar advolantium preces quamplurimæ, Deum laudantes pro aufpicatis actionibus tuis. Dic nobis domina: Ecquis ille eft, qui caftiffimam mentem tuam erexit ad altiffimos fenfus veritatis, ut tamquam ex edita fpecula & fublimi hæc talia cerneres Deo grata & fancta? Doce, unde tantus tibi pietatis amor inceffit, ut Deo placentia infatiabiliter expeteres, & ad fummum culmen pertingeres faluberrimæ erga Chriftianorum tum animas, tum corpora providentiæ? An ut divina intelligens, & amplectens maternum in morem non fatis duxifti, populum cœlefti ore ex Egyptiaca quadam fervitute, impia inquam fide liberaffe; nifi ad præterita, & fiderum inftar varie collucentia beneficia tua, hanc veluti quemdam virtutem tuarum colophonem, adjiceres gratiam?*

(a) Jerem. 31.

Theodori Studitæ epift. ad Iren. Aug.

Laudes dictæ Irenæ de relaxatis tributis.

*Sanctus, Sanctus, Sanctus. * Lætetur cœlum defuper, cum facra vocis (b) Ifaia dicamus, (tametfi temerarium eft) quia Deus per te mifertus eft populi fui. Impletum eft ergo univerfum Regnum tuum gaudio, & exultatione, quoniam ablatum eft jugum, quod premebat, & fceptrum de collo potentiæ hujus. Quis talia audivit? Eja dicite viri: Quis fub alio Imperio tale, ac tantum facinus vidit? Laudate eam omnes populi, magnificate eam mecum Principes, & fubditi, facerdotes, & monachi, & Chriftianorum natio univerfa.*

* Laudate cœli Vulg.

(b) Ifai. 44.

Non enim admiranda folum fuit tot auri talentorum remiffio (quamquam incomparabilis illa res eft) verum etiam quod injuftitiæ multiplex via hac fimul ratione præcifa eft, opus fuit longe fanctiffimum. Sublati funt e medio nexus violentarum, lethiferarumque exactionum, quæ prædeceffores tuos omnes latuerunt, licet ex eis nonnulli pie fancteque impetraverint. Hoc enim tibi fervabatur. Ceffit jusjurandum, crebra dejeratio, vel potius perjurium exigentium fimul, & debentium, utrifque fimul pro re mala altercantibus, dum ille celare debitum exprobrat; hic contra fe opprimi, facramento adjurat. Ceffavit cuo- XXXIII.

Quanta bona ex remiffione tributorum provenerint.

PAGIUS

Alcuinus de negotiis fecularibus deferendis cogitat.

borabat, ubi Carolum cis Alpes reverfum audivit, felicem ei reditum ftatim gratulatus eft miffis per Candidum munufcolis ac Epiftola quæ inter Alcuinianas eft ordine XXIII. In ea teftatur fe magno defiderio teneri, ut a fæcularibus occupationibus liber omnino fiat: *Fere ante hoc quinquennium feculares occupationes, Deum teftor, non ficto corde declinare cogitavi. Sed veftra pia providentia confilio translatus fum in fervitium Sancti Martini, fidei Catholicæ & Ecclefiafticæ fanctioni, donante Deo, proficuum. Non receffit tamen de corde prioris voluntatis effectus, ficut tranfacto anno Veftræ Pietati jam prodidi.*

VIII. Ante Idus Octobris ad Schaldim pervenit *Carolus*; illis enim Idibus Elevationi Sancti *Salvii* prope Valentianas interfuit. *Salvius* qui Engolifmenfem Epifcopatum geffit in Aquitania Secunda, Valentianas Regium ad Schaldim Fifcum adiit, ut reliquias Ethnicæ fuperftitionis in ea Regione penitus extirparet; fed cum ingreffus fuiffet cum focio domum *Genardi* Fifcalis Procuratoris, a quo fuerat ad epulas invitatus, fupervenit ejufdem Genardi filius, nomine *Vinegardus*, qui ob aureum calicem & indumenta pretiofa, quæ Beatus Vir ob Myfteriorum dignitatem fecum ferebat, fua faceret, eum non multo poft per famulos fuos occidendum curavit. *Carolus* cædis fuctores gravi pœna mulctevit, & apud *Brenam* erexit Ecclefiam, quam tertia fui fifci parte locupletavit ad alendos Canonicos. *Sanctus Salvius* memoratur in Martyrologiis Romano, Ufuardi & Molani ad diem VI. Kalendis Julii. *Carolus Va-*

S. Salvius Epifc. Egolifmenfis Martyrium facit.

lentianis profectus eft ad Aquifgranenfe Palatium, ubi Natale Domini celebravit, ut varii Annaliftæ annotarunt.

IX. Eginhardus in Annal. ad hunc Chrifti annum fcribit: *Ipfa æftate capta eft Barcinona Civitas in Hifpania, jam biennio obfeffa. Zatim Præfectus ejus, & alii complures Saraceni comprehenfi: & in Italia Teate Civitas fimiliter capta & incenfa eft, ejufque Præfectus Rofelinus comprehenfus. Caftella quæ ad ipfam pertinebant Civitatem, in deditionem accepta funt.* Alcuinus, cum de bello Beneventano rumor fpargebatur, fcripfit Epiftolam XXIV. ad Carolum, in qua meminit prioris per Candidum famulum fuum miffæ, & Carolum rogavit, ut attente perpenderet, quid utilitatis ex bello Beneventano adepturus effet Orbis Chriftianus: *Optime nofti quomodo Divina pro te pugnabat Providentia. Patrem fratremque hujus impiiffimi hominis* (nempe Grimoaldi) *in brevi tulit articulo. Sic etiam, fic faciet, credimus, fi illius fancta voluntas difpofuit, ut ifte,* (nempe Grimoaldus) *pereat, fine aliquo fidelium damno tuorum eveniat.*

Bellum Beneventanum & Saracenicum.

X. *Zatum* five *Zaddo* Ludovico Aquitaniæ Regi ad Ilerdæ expugnationem proficifcenti, & per iter publicum in confpectu Barcinonæ pergenti Urbem non tradiderat ex legibus hominii: *cui Barcinonæ appropinquanti*, inquit Auctor Vitæ Ludovici, *Zaddo Dux ejufdem Civitatis tamquam fubjectus occurrit, nec tamen Civitatem dedidit.* Quare obfidio Barcinonis an. DCCXCIX. cœpta; cum per biennium protracta æftate hujus anni finem acceperit. Idem Auctor Vitæ Lu-

Barcino Saracenis erepta.

Digitized by Google

inopum afflictio, & pauperum solicitudo, non jam quo remedio mendacitatem depellant, quaerentium, sed ut praevaricationem, & quod desursum quodammodo ut peccati foetus irrupit, exactoribus persolvant. Non pendunt nunc *viae terra, marique vectigalia.* Consona sunt haec magni, & sancti Chrysostomi verbis: *Non spectantur injuste pecunia mediterranei ab iis, qui angustos viarum aditus obsident, agrestis cujuspiam daemonis more, aut immansuetae ferae, delibantes semper aliquid ex sarcina pauperis viatoris. Nec turpium hujusmodi quaestuum metu domi se continent egeni, neque oppida, neque maritima loca frequentantes: ubique enim iniquitatis scopuli prominent.*

XXIV. *Non amplius nautae ab oriente, & Occidente, & Aquilone solventes, navigando praefocantur, tamquam ex gutture angustis faucibus portorium reddituri. Liberati sunt, qui venandi artem exercent, expedite nunc illam obeuntes, Irene sacrosancta: piscator, qui tres forte pisces traxit, idque post magnum prorsus laborem totius diei, unum pendere non cogitur. Auceps cum arcu, aut visco paucula forte aves ceperit, ad victum sibi necessarias, rationum expers manens, beatius vivet. Militum uxores, domesticum luctum habentes ob virorum amissionem, non acerbe insuper flebunt miserabilem, & inhumanam pro mortuo exactionem. Missos facio subulcos, ovium institores, vini emptores, mittolanios, textores, ferrarios, sutores, fullones, aromatarios, & architectos, atque ut paucis complectar, artem omnem, quae in muro, vel in ligno: vel in alia demum materia cernitur, ne longior sim.*

Ad hanc monetae sectionem, optima domina, plauserunt omnes suis manibus, & gavisi sunt gaudio magno valde, dicentes: Benedicam te Domine, quoniam misertus es mei, & factus es mihi in salutem. Propterea fiduciam summam in hoc divinitus dato Imperio tuo. Haec omnia laudis plena, & praedicationis, Irene Deo cara, dulcis res, & nomen. Haec non solum, qua patet Imperii tui potestas, sed ad ipsos usque orbis terrae terminos celebrabuntur: audientque de nobis exterae Gentes, & mirabuntur, & obstupescent sapientissimarum actionum tuarum felicitatem. Reverentur enim hominum virtutem etiam hostes, ait Theologorum clarissimus.

PAGIUS Ludovici prodit, Zaddonem nimis credulum familiaris cujusdam sui verbis, & jam annonae penuria laborantem, accessisse Narbonam, scilicet ut aequas conditiones deditionis acciperet: *Zaddo Dux Barcinonensis*, inquit, *suasus est a quodam sibi, ut putabat, amico Narbonam usque procedere. Qui comprehensus, Ludovico Regi est adductus, & Patri Carolo itidem perductus.* Ludovicus capto Duce, ut faciliorem sibi capiendae Urbis occasionem paratam videbat, validum exercitum in Aquitania instruxit; ejus partem penes se Ruscinone commorantem retinuit, alteram, cui Comes Gerundae *Rostagnus* praeerat, ad Barcinonem arcta obsidione premendam ac vallo fossisque cingendam direxit; tertiam verum, quam ducebat *Vuillelmus*, postea Monachus, in excubiis posuit adversus hostes, si qua subsidia obsessae Urbi ferre tentarent. *Albaca* Rex Cordubae, seu Saracenorum Hispaniis incolentium de periculo commonitus ab obsessis, graves copias mittit: quae tamen ultra Caesaraugustam non ausae progredi, in Asturum Regiones incubuerunt. Tandem obsessi ad desperationem ultimam versi eum, quem pro *Zaddone* constituerant, se, & Civitatem dediderunt, ut inquit Auctor Vitae Ludovici; quod contigit post hebdomadas sex ab adventu ejusdem *Ludovici* in castra, declinante aestate. Vetus erat Dominatio Francorum in Civitate Barcinonensi, sub Praefecti tamen Saraceni administratione, qui Regiam Majestatem colebat. Sed tandem hoc anno Civitas haec Mauris omnino erepta est, cui regendae Ludovicus Rex praefecit *Beram* Comitem, ut scribit Auctor Vitae ejus.

XI. *Cultus Divinus Barcinonae restitutus.* *Tradita ergo & patefacta Civitate, primo quidem die custodes Rex illuc destinavit; ipse autem ab ejus ingressu abstinuit, donec ordinaret qualiter eam digna Deo gratiarum actione cupitam atque susceptam victoriam ejus nomini consecraret. Antecedentibus ergo eum in crastinum & exercitum ejus Sacerdotibus & Clero cum solemni apparatu & laudibus hymnidicis portam Civitatis ingressus, & ad Ecclesiam sanctae & victoriosissimae Crucis pro victoria sibi collata gratiarum actionem Deo acturus progressus est*, inquit idem Auctor. Marca lib. 3. Marcae Hisp. cap. 26. ubi de Barcinonensi obsidione agit, num. IX. scribit: Caeterum ex narratione Auctoris Vitae „ Ludovici patet Christianorum Barcinonensium „ Basilicam ea tempestate titulo Sanctae Crucis „ fuisse insignitam, quem Cathedralis Ecclesia „ etiamnum retinet. Ipsa quoque Sacerdotum „ & reliqui Cleri mentio docet Christianos libere sacros ritus in ea Civitate peregisse sub „ ditione Regum Francorum. Verum eruditissimum Praesulem eruditissimum falli. Saraceni enim ab annis circiter nonaginta per quos celebrem illam Urbem in littore maris positam tenuere, Ecclesias Christianorum in fana Mahumetica converterant, & manifestum videtur Auctorem Vitae Ludovici Pii loqui de Sacerdotibus & Clero domestico Regis, qui exercitum sequebantur: & qui eo Urbem ingrediente non ante eum venere, neque ex ea egressi sunt, sed processere cum eo ac ante illum usque in Ecclesiam Sanctae Crucis, sic ab eodem Auctore per anticipationem appellatam. Incertum vero, an Ecclesia illa antequam Barcino in Saracenorum potestatem venisset, Sanctae Cruci dicata fuerit, vel titulum illum quem adhuc retinet, tunc a Ludovico acceperit.

XII. *Auctor Vitae Ludovici Pii in notatione temporum non accuratus.* Hanc Urbem praesenti anno a Ludovico captam, testantur Eginhardus in Annal. ac tam Annalista Bertinianus quam Loiselianus. Verum Auctor Vitae Ludovici Pii, qui rem gestam accurate narravit, in notatione temporum, praesertim in iis quae in Hispania gesta, valde erravit; quod mirum videri non debet, cum ipsemet fateatur quae de Ludovico antequam imperaret, scripsit se tantum relatione accepisse; *porro quae scripsi usque ad tempora Imperii*,

simus. Ita conservatur inconcussum Imperium tuum, ita cedunt, & lubenter obediunt tibi subditi.

XXV. *Hac arte Deum colis, hac electos Dei Angelos lætificas, immo & illos, qui sancte ac juste vitam ducunt, Irene divinum nomen, in his pietas tua elucet, in his os omne, & lingua in laudes tuas aperitur. Hæc vera est gloria Ecclesiæ: hoc sigillum offertæ in te paternæ, & divinitus inspiratæ Christianorum Fidei Orthodoxæ, vindex Dei, & veritatis propugnatrix. Tanta sunt virtutum tuarum incrementa: quam magna, & præclara merces tua! Quanta, & quam excellens retributio ab universorum Deo! Magnum enim & prorsus est, vel unum servare: Quid ni enim? cum dicat divina scriptura (a): Qui educit dignum de indigno: erit sicut os meum. Tot animas, & populum omnem servasse, quomodo magnum non censeatur, & gloriosum, & cælesti munificentia dignum? Tuum ergo magnum revera, & efficax nomen, Imperium cum omni bono aggressa es: tu easdem justitiæ reliquias semper vigere finas.* Hæc Theodorus Studita de proficua valde populo Imperatricis in remissione tributorum munificentia. Verum bene operantes Deus ad maiorem probationem sæpe affligi, terrenisque bonis nudari permittit, ut in majoribus reddantur digni muneribus. Regia via ista est Sanctorum attrita vestigiis, per quam pariter, cum postea ambulare Deus Irenem concessit, non reprobationis signum, sed quod Deo gratior esset, fuit certius argumentum.

(a) Jerem. 15.

An-

PAGIUS *rii, Adhedmari nobilissimi & devotissimi Monachi relatione didici, qui ei coævus & connutritus est. Posteriora autem quia ego interfui rebus Palatinis, quæ vidi & comperire potui, stilo contradidi.* Zaidus Ludovico anno DCCXCIX. ad Ilerdæ expugnationem proficiscenti, & Barcinonæ appropinquanti *jam subjectus occurrit, nec tamen Civitatem dedidit.* Et tamen hic Auctor dicit, id contigisse *Rege Romam proficiscente, ibidemque insulas Imperatorias suscipiente*, anno nempe DCCC. Quod manifeste a veritate alienum; alioquin Barcino per biennium obsessa non fuisset, cum ipsemet asserat Ludovicum æstate in Hispaniam contendisse. Tum narrat gesta a Ludovico anno DCCCI. atque; *Redeunte tempore æstivo* Carolum Saxoniam petiisse, & totam Saxoniam subegisse, ac bello XXXIII. annorum finem imposuisse. Et tamen Carolus eo anno in Saxonia non fuit, bellumque Saxonicum nonnisi anno DCCCIV. profligatum. Tertio scribit, *hyeme transacta*, ideoque anno DCCCII. Carolum ab externis bellis quiescentem loca sui Regni mari contigua circuisse, & Ludovicum filium sibi Turonis occurrisse. Et tamen eo anno Carolus Aquisgrano non discessit, & Turonos profectus non est, nisi anno DCCC. ut habet Eginhardus in Annal. Subdit hic Auctor, *æstate sequente*, anno nempe DCCCIII. Zadonem Ducem Barcinonensem a Ludovico captum, *& succedente tempore visum esse Regi & Consiliariis ejus, ut ad Barcinonam oppugnandum ire deberent.* Et deinde de obsidione Barcinonensi verba facit, anachronismo nempe quatuor aut quinque annorum. Quare nec obsidionem Barcinonensem, nec ternam Tortonæ seu Dertosæ aggressionem, de qua infra hic Auctor, suis annis reddidit, & ex Annalistis Francicis corrigi debet.

I. *Deponitur Irenes Imperat. Nicephorus.*

ANnus sequitur Redemptoris octingentesimus secundus decimæ inchoatæ indictionis, quo (inquit Theophanes) pervenerunt Constantinopolim Legati, sive Apocrysarii a Carolo Magno Imp. & a Leone Romano Pontifice ad Irenem Augustam missi, pro pace, & perpetua concordia ineunda. Auctor est Zonaras, Carolum Imper. per Legatos Constantinopolim missos, expetiisse conjugium Irenæ Imperatricis: ipsamque a tali connubio minime abhorruisse. Porro quasi hi missi essent non ad conciliandas nuptias, sed ad spectandam tragœdiam, omnia sub eorum oculis continuo mutata sunt: nam Constantinopoli cum adhuc essent, ipsa Augusta e solio turbata, atque in ordinem redacta, Nicephorus Tyrannus invasit Imperium. Quomodo autem ista se habuerint, ex eodem Theophane primum audi: *Sequenti autem anno, qui primus annus Nicephori, pridie Kalendas Novembris, Indictione undecima, quarta noctis hora, quæ feria secunda lucescit, idem Nicephorus cum esset Patricius, & Logotheta generalis, tyrannidem adversus Irenam piissimam cogitavit, Deo quidem ineffabilibus ob nostrorum multitudinem peccatorum judiciis indulgente, cooperantibus ei Niceta Patricio, ac Domestico scholarum, & Sisinnio Patricio fratre ejus, viro perjuriis, & fraudulentiis pleno, & Niceta Triphilio. Erant autem & cum eo Leo Patricius Maasulatii, & Theoctistus Patricius, & Petrus Patricius & Quæstor, seducentes quosdam e populo, qui erant ex ordinibus.*

II. *Quomodo tyrannidem arripuit Nicephorus imp.*

Cumque venissent ad portam, quæ dicta est Chalce, custodesque falso, ac subito decepissent, persuaserunt eis ut crederent, quod ab ipsa fuerant destinati, quatenus eumdem Nicephorum Imperatorem appellarent, eo quod Aetius Patricius sibi vim inferret ad annuntiandum fratrem suum Leonem Imperatorem. Qui mendacio tanto credentes, Imperatorem pariter pronuntiaverunt eum, qui erat Tyrannus. Taliter ergo ad magnum palatium iidem venientes ingressi sunt illud; indeque per totam urbem ignobiles servos dirigentes, acclamationem fecerunt ante medium noctem, & custodes in medio palatii, quod Eleutherii nuncupatur, posuerunt, ubi contigit Imperatricem esse. Diluculo sane accersentes eam, concluserunt eam in majori palatio, & ita processerunt ad magnam Ecclesiam ad coronandum scelestum.

Convenit interea universa multitudo urbis; & omnes quæ super his gerebantur, moleste ferebant. Maledicebant coronanti, & coronato, cunctisque congratulantibus ei. Equidem cum ratione, & religione viventes, divinum mirabantur judicium, qualiter eam permiserit, quæ pro recta Fide more Martyrum agonizaverat, a subulco expelli, præsertim cum ei devotissimi ejus præcipue adhærere propter avaritiam proposuerint, Leo scilicet Patricius Eunuchus, & Sacellarius Synopeos, & Deo perosi trium filii, ac Patricii, qui superius dicti sunt, qui donis plurimis ab illa ditati sunt, & cum ea sæpe convescentes, & adulationibus cum juramentis horribilibus certum reddentes, omnibus mundi rebus se necessariorem re-

Ann. Eccl. Tom. XIII. Bbb pu-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXL. Anno Hegiræ CLXXXVI. inchoato die 10. Januar. fer. 3. Anno Hegiræ CLXXXVII inchoato die 30. Decemb. fer. 6. A. C. 802. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6295.

☉ 27. B. ☽ 5. P. 27. Mart. Indict. 10.

JESU CHRISTI 802.

LEONIS PAPÆ 8.

CAROLI IMP. 3.

NICEPHORI IMP. 1.

ANnum I. ad VII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCIII. qui Kalendis Septemb. anno Christi DCCC. inchoatur, ait: *Hoc anno, quo Indictio nona numerata est mensis Decembris die XXV. Francorum Rex Carolus a Leone Papa coronatus est: Siciliamque classe adoriri meditatus, consilium mutavit, cum Irene conjugium & pacem contrahere animo gerens, cujus gratia insequente anno Indictione nimirum decima Legatos destinavit.* Cum itaque Indictio X. Kalendis Septemb. superioris anni Christi auspicata fuerit, eo etiam Christi anno Legati illi a Carolo Constantinopolim missi. Tum anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCIV. subdit Theophanes: *Hoc anno Aetius Patricius Stauracii metu liber* (qui scilicet jam obierat), *& ab ea cura exoneratus, summam Imperii potestatem in fratrem suum transferre omnem operam adhibebat: qua de causa supremum exercitus Ducem per Thraciam & Macedoniam eum institui curaverat, ipse qui Orientalium & Opsicianorum Themata trans fretum posita regebat. Tali arrogantia plenus & exsultans, Proceres ad dignitates evectos despiciens, reliquos nihil æstimandos opinabatur. Quare graviter irati seditionem in Imperatricem parantes, eam ad finem perducere moliti sunt. Porro Apocrisarii a Carolo & a Leone Papa missi Irenem Carolo matrimonio conjungendam, atque ita Orientis & Occidentis Imperii in unum componenda postulantes advenerunt: quibus ipsa assensura erat, si non Aetius ipse post Imperatricem, ut sæpe memoravimus, cuncta administrans, ac Imperium in fratrem transferre meditatus, ejus se consiliis opposuisset.* Hæc currenti anno peracta.

De Conjugio Caroli & Irenæ irrito conatu actum.

Idem

Digitized by Google

putare quam haberent erga illum benevolentiam, affirmabant. Alii autem ut in extasi facti gestorum certitudinem minime sentientes, somnium se vidisse putabant. Alii autem, qui dumtaxat perpendere bene sciebant, præteritam felicitatem beatificabant, & futuram infelicitatem per tyrannidem lugebant, maximeque hi, qui maligni voti Tyranni experientiam quamdam antea perceperant. Porro universos communiter possidebat caligo, & sine consolatione mentis defectio, ut per singula illius miseranda diei deformia verba scribens, protelem sermonem.

III. Convenit Nicephorus Imperatricem,

Denique sequenti die, sumptis quibusdam ex Patriciis, ascendit ad Imperatricem custodiæ mancipatam, simulans (ut ei moris erat) falsam benignitatem, per quam & plures decepit; & excusans se, quod invitus ad Principatum ascenderit, nec hunc umquam desideraverit: maledicebat autem his, qui se provexerant, & illum insidiis appetiverant, ut proditor Judas Dominum postquam cum ipso cœnaverit, quos & imitatores illius testabatur. Ostendit autem nigris calciamentis, amare se calibus uti præter leges Imperatorias affirmabat; fiduciamque habere, dolose monebat eam, etiam cum juramentis de omni corporali requie, quam consequi dominam a servo deceret, nullamque arbitrari ærumnam casus illius hortabatur. Commonebat postremo nil occulere a se Imperialium thesaurorum; & diminuabat avaritiæ vitium, hoc illam habere non ferens: languebat enim eo vehementer omnia devorans, omnemque in auro spem, & fiduciam ponens.

IV. Quæ Irene Aug. in Nicephorum tyrannum.

At vero dilecta Deo Irena quamvis congrueret, ut passione tam repentina commutationis, utpote mulier, teneretur, forti prudentia dixit ad eum: Qui heri quasi servus perjurus fuerat, hodie solers & seditiosus Tyrannus ac impudens habetur. Ego quidem, o homo Deum deputo, & pridem cum essem orphana, exaltasse me, ac dein super solium, cum essem indigna, provexisse me: causam vero depositionis mihimet applico, & peccatis meis adscribo. In cunctis autem, ac modis omnibus sit nomen Domini benedictum. Porro modum promotionis tuæ Deo redde. Verumtamen delatas mihi contra te super dignitate, qua nunc circumdaris, auditiones non ignorabam, quas veras fuisse rerum finis ostendit: quas si moleste tulissem, facile mihi erat te interficiendi; sed modo juramentis tuis fidendo, modo tibi parcendo, multos mihi devotos parvipendi, Deo quæ mea sunt dans, per quem Reges regnant, & potentes obtinent terram. Sed & nunc cum sic pius, & ab ipso profectus, te adoro & peto, meæ parcere infirmitati, & concede mihi domum Eleutherii a me constructam in refocillationem incomparabilis calamitatis meæ. Ac illa: Si hoc vis fieri tibi, jura mihi per omnem divinam virtutem, non absconsuram te quicquam ex thesauris Imperii, & adimplebo postulationes tuas, & omnem placationem faciam. Quæ juravit ei ad pretiosa, & vivifica ligna, quia non movebo a te obolum unum: quod & fecit. Verum ille consequutus quod desiderabat, protinus exilio relegavit eam ad Principem insulam in monasterio, quod ipsa ædificaverat. Hæc cum adhuc essent in urbe Missi Caroli, & quæ agebantur, aspicerent. Anno ab Incarnatione Domini DCC. XCV. secundum Græcorum supputationem. Irene deportatur in exilium.

V. Nicephorus vorax cum rerum Imperio potitus esset, nec saltem parum voluit hypocrisim tegere, sed quasi recesurus justitiam, nequam in Magnaura, & injustum fore constituit judicium. Intentio namque Tyranni inerat, ut res ipsa ostenderunt, non pauperibus jura tribuendi: sed per hoc omnes, qui magni erant, inhonorandi, & captivandi, & ad se, quæ cunctorum erant, transferendi. Videns autem adversus se omnes contristatos, & pavens, ne forte memores Irenæ beneficiorum adsciscerent eam iterum in Imperium, Novembre mense, hieme nimium gravi imminente, non est ipsius misertus immisericors ille, sed exilio deportari præcepit in insulam Lesbum, & cautissime

PAGIUS II. Nicephorus dejecta Irene Imperium usurpat.

Idem Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCV. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: Hoc anno mense Octobris die trigesimo primo, Indictione undecima, hora noctis quarta illucescentis feria secunda, Nicephorus Patricius, & Generalis Logotheta in piissimam Irenem, Deo delictorum nostrorum multitudine irritato, & ineffabilibus suis judiciis ita permittente, tyrannidem excitavit, hoc scilicet Christi anno. Narrat postea quibus adjutoribus usus sit, additque circa noctis medium Imperatoris designationem perfectam esse, & ex Eleutherii Palatio Irenem sub diluculum translatam in magno Palatio inclusam fuisse. Postridie nonnullis Patriciis comitatus, (nempe Nicephorus) ad Imperatricem sub custodia detentam se contulit, familiarisque sibi benevolentiæ fallacem speciem, qua multos decepit, præ se ferens, invitum omnino ad Imperium (ab ejus siquidem acerbo cupidine alienus erat.) evectum se excusabat, &c. quare eam sibi confidere cum juramentis monitam corpori solatium omne, quale decet Imperatricem a servo, a se expectare. Irene generoso atque prudenti animo respondit, se exauctorationis suæ causam delictis suis adscribere, eumque tamquam a Deo promotum Imperatorem venerari. Petiit tantum ab eo, ut Eleutherii ædem a se constructam habere permitteretur; quod ille promisit, modo illa juraret, se Imperii thesaurorum nihil occultaturam. Sed postquam Irena juravit, is desideriorum compos in Princi-

Digitized by Google

me custodiri, quin & a nemine contueri. Hactenus de rebus Nicephori anni hujus Theophanes.

Legati a Carolo missi ad Irenem redeunt cum pace. Qui autem missi fuerant Legati a Carolo Magno Imperatore ad Irenem Augustam, acceptis a Nicephoro novo Imperatore litteris pacis, ad Carolum Magnum reversi sunt una cum Legatis Imperatoris anno sequenti. De his enim hæc Ado: *Irena ab Imperio deposita, Nicephorus Imper. Constantinopoli creatur, qui Legatos suos una cum Legatis Imperatoris Caroli remisit. Nam Imperator Carolus Jesse Episcopum Ambianensem, & Elmigaudium Comitem Constantinopolim direxerat. Susceperunt autem Legati Nicephori Imperatoris epistolam inscriptam de fœdere pacis, sicque tali pacto Constantinopoli reversi sunt.* Hæc Ado, & alii anno sequenti de eorum reditu.

VI. Nicephorus omni ex parte impius. Quod pertinet ad ejusdem Nicephori fidem: Catholicus licet haberetur, tamen ter impius semper apparuit diversis ex causis; quod scilicet (ut Theophanes auctor est) faveret Iconoclastis hæreticis, probaret (ut dicitur) Manichæorum hæresim, & pro ea stabilienda Synodum congregarit; quodque studeret Manichæorum incantationibus, quod insuper ut adversarius Evangelii deridebat colentes divina mandata, quod etiam sacra cuncta ut profana habebat; quod omnem Ecclesiasticam immunitatem pessum dedit, jubens Præfectos suos, ut Episcopis, & clericis veluti mancipiis uterentur; quod itidem sanctas Ecclesias, & sacra hospitalia, omnesque religiosas domos sub tributo redigeret, diras ab eis exactiones extorquens: hoc enim suo Imperii primo anno facere aggressus est, ut ea Theophane senties; postremo autem (quod cæteris omnibus evidentius ejus impietatem ostendit) quod adversatus est Romani Pontificis communionem, adeo ut nec passus sit Nicephorum Catholicum Patriarcham recens creatum, postquam Tarasius obiit, mittere ex more pro communione Catholica litteras ad Romanum Pontificem: id enim nonnisi post Nicephori obitum præstare Patriarchæ licuit sub Michaele Imperatore, ut idem Theophanes in eodem Michaele testatur. Omittimus autem modo dicere ejus impietatem de his, quæ ad politicum statum pertinent: Quæ omnia ex Theophane rerum inspectore cognosces.

VII. Concilium Altinense. Quod ad res Occidentales attinet, hoc anno celebrata reperitur Synodus Altinensis ab Episcopis ejus provinciæ, præsidente ipsi Paulino Patriarcha Forojuliensi, sive Aquilejensi, a quo scripta extat epistola Synodalis ad Carolum Magnum. Causa autem hujus celebrandæ Synodi fuisse videtur immane scelus a Duce Venetorum hoc tempore perpetratum, cum in Gradensem furens Episcopum, eumdem e turri præcipitem dedit. Porro Paulini studium Carolum Magnum implorantis illud fuisse videtur, ut eum adversus Venetos in ultionem tanti sceleris provocaret, ut ejus ostendit epistola, quæ sic se habet:

Catholico, semperque inclyto triumphatori domno Carolo, divina coronante clementia * *Imperatori, Paulinus minimus omnium servorum servus concordi parilique devotione, cum fratribus, & cum consacerdotibus nostris roseo in Christo Jesu cruore æternas multipliciter supplices concinnamus stylisona voce salutes.*

* Regi, alii textus habent.

Et sacris Paternorum canonum valenter incitantibus documentis, & vestris (ut verum resonat) mellitis salubribus irrorantibus syllabis in hac, cui Deo auctore, licet indignus, indignoque famulatu deservio, sede, Concilium habitum Altinò fu-

PAGIUS

sipi Insulam, in Monasterium ab ipsa ædificatum, Caroli Legatis adhuc in Urbe agentibus, & quæ gerebantur spectantibus eam relegavit, &c. mense Novembri, frigore asperrimo jam terris incumbente, inclemens ac nulla in eam pietate motus, in Insulam Lesbum deportari, & sub strictissima teneri custodia, & a nemine penitus conspici mandavit, &c. Pluse ibidem Theophanes de Nicephori avaritia & crudelitate verba facit. Legati Caroli, acceptis a Nicephoro novo Augusto literis pacis rediere in Franciam cum aliis Legatis ipsius Nicephori, de quorum adventu in Germaniam anno sequenti agemus.

III. *Joannes Patriarcha Gradensis nefarie occisus.* A num. VII ad XIV. Administratio Reipublicæ Venetæ erat hoc tempore penes *Joannem* Ducem & annuos Tribunos. *Christophorus* homo Græcus, Olivolensis Episcopus, *Joanne* Duce Venetiarum contendente, constitutus est. Quod cum iniquo animo ferrent Tribuni, *Joannem* Patriarcham Gradensem rogarunt, ne Christophorum consecraret; quibus eam hic obsecutus esset; *Joannes* Dux adeo exarsit ira, ut, Mauritio filio Duce assumto, Classem Gradum adduxerit, & Civitate primo adventu capta Joannem Patriarcham excelsissima turri præcipitarit, ut narrat Sigonius lib. 4. de Regno Italiæ, ad hunc Christi annum. *Olivola* Insula est, quæ partem hodiernarum Venetiarum constituit, illam videlicet, in qua Sedes primum Episcopalis fuit, deinde Patriarchalis ad hodiernam usque diem perseverat.

IV. *Concilium Altinense.* Audito hoc immani scelere *Paulinus* Foro-Juliensis seu Aquilejensis Patriarcha Concilium *Altini* mox celebravit, ut constat ex Synodalibus literis, quarum fragmentum Baronius publicavit, per quas Carolum *Imperatorem* Paulinus visus est ad ultionem provocare. Porro *Altinum* Urbs olim Episcopalis, ab Hunnis Sæculo quinto excisa est, indeque Sedes Episcopalis ob Longobardorum metum translata *Torcellum* anno DCXXXV. atque ab hinc dictus Episcopus Torcellanus sub Gradensi primum Patriarcha, deinde sub Veneto, cui etiamnum subditur. Ex eo vero quod *Paulinus* Altini Concilium celebravit, liquet illud Oppidum non

Conc. Altinensis Synodalis epist.

fuisse, sub nomine Regis tranquillissimis vestræ serenitatis auribus operæpretium duximus humillimis horum, quamvis cultorum apicum, suppliciter notulis intimare. Et inferius:

VIII. *De sacerdotibus autem plagis impositis semiquevivis relictis, vel certe deabolico fervescente furore, per ejus satellites interemptis, non meum, sed vestræ definitionis erit judicium: in vestræ itaque potestatis altitudine, in quodam judiciali libello a sanctis olim Patribus salubriter pralibato legisse me recolo reservatum. Ob quam igitur causam hæc fecerint, vestris certius scio omnino non latuisse, neque latere sacris memoriis. Neminem namque alium arbitrati sunt sanctam Ecclesiam de illatis injuriis, tam potentissime, quam regali animadversione ulcisci, vicariam ab eo vicissitudinis expetens curam, ut quemadmodum illa eum & in præsenti sæcula, & inter bella spiritalibus non cessat coronare triumphis, & cælesti Regno, divinam implorando clementiam, participem fieri imprecatur; ita & ille principalem adeptus potentiam, & ab inimicis ejus valenter eam defendere, & de hostibus ejus ulterius invectionis sententia non desinat vindicare.*

IX. Carolus excitatur in ultionem necis sacerdotum.

Non igitur dedignetur benignitatis vestræ excellentia, solicitudinis erga eam pro hoc negotio vigilanter gerere curam, rememorantes per omnia sacri fontis utero, de quo multa longe felicius estis renati, fideique lactis dulcedine enutriti, quam prius materna bene, quamvis vulva generati, carnalibus est uberibus ablactati. Egrediatur quapropter (si placet) una de hac re, per universam Regni vestri late diffusam monarchiam decretalis sententiæ ultio, quæ nulla unquam possit inimica veritatis, & adversatrix justitiæ, qualibet urgente refragationis instincta oblivio abolere. Valde enim hujus sceleris truculenta præstigia, ob incuriam disciplinæ, per cunctas mundi Ecclesias prævaluere partes. Unde vestri est censura magisterii rescanda hæc noxialis morbi modis omnibus pestis, & potentissima, docilique funditus manu extirpanda; quatenus sit sancta Ecclesia, vestris adjuta præsidiis, libera ab humano sanguine impolluta, quæ Christi est pretioso sanguine purpurata; quocirca ejusdem retenti feliciter gremio, & in hac vita incolumes, & gloriosi, & æterna beatitudine gaudebundi, semper potiamini, & felices; per Jesum Christum Dominum nostrum, qui cum Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat Deus in Trinitate perfecta per omnia sæcula sæculorum. Amen. Hæc sunt, quæ via elicere potuimus ex Vaticano mendosissimo codice.

X. Dux Venet. Joan. quid in Gradensem Patriarcham.

Cæterum quod spectat ad sacerdotes interemptos, produnt Annales Veneti, Joannem Ducem adversus Joannem Gradensem Patriarcham ira commotum, classe comparata, ingentem patrasse cædem, ipsumque Patriarcham e celsa turri præcipitem dedisse. Adversus ista adeo nefanda, ejus regionis Episcopi in unum coacti litteris scriptis auxilium postulavere Francorum. Porro sequenti anno in locum necati Patriarchæ substitutus est Fortunatus, cui Leo Papa pallium concessisse reperitur eodem anno Indictione undecima duodecimo Kalend. Aprilis. Sed quæ causa præcesserit, ut Joannes Episcopus Gradensis tam immaniter trucidaretur, sic accipe:

Joanni Gradensi Episc. necato Fortunatus substitutus.

Christophorus homo Græcus Ulivolensis Episcopus, Joanne Duce concedente, ac gratiæ Nicephori Imperatoris ea in re serviente, fuerat constitutus. Quam rem cum iniquo animo ferrent Venetiarum Tribuni, Joannem Gradensem Patriarcham ne illum consecraret, orarunt. Itaque Joannes obsequutus, Christophorum non solum non consecravit, sed etiam a piorum communione semovit. Quo facto Joannes Dux usque adeo exarsit ira, ut Mauritio filio Duce assumpto classem

PAGIUS non ad Episcopatum Torcellanum, qui Patriarchæ Gradensi subjacebat, sed ad Concordiensem tum pertinuisse, qui Patriarchæ suberat Aquileiensi. Interim Tribunorum Venetorum studio Joanni Patriarchæ Gradensi suffectus est *Fortunatus* ejus propinquus, cui Pallium Leo Papa concessit, ut liquet ex ejus Epistola Fortunato Patriarchæ Gradensi data, quam Cointius anno sequenti num. XI. ex Ughello Tom. V. Italiæ Sacræ recitat. In ejusdem Epistolæ fine legitur: *Scriptum per manum Benedicti Notarii & Scriniarii S. R. E. in mense Martio, Indict. XI. bene valete. Datum XII. Kal. Aprilis per manum Eustachii Primicerii Sanctæ Sedis Apostolicæ, Imperante nostro Domino Carolo piissimo Augusto, a Deo coronato, magno, & pacifico Imperatore anno tertio, Indict. XI.* idemque sequenti Christi anno. Fortunatus cum a Joanne & Mauritio Venetorum Ducibus plurimum sibi timeret, *consilium Franciam adeundi cepit, ut Carolum adversus Duces incenderet, res Nicephori majore, quam par erat, studio complectentes. Quo excepto consilio, Duces subito Classem Gradum iterum promoverunt, ac Fortunatum & Obelerium inde excedere coegerunt. Ibi cum se Tarvisium contulissent Obelerius a Venetiis exulibus Dux est declaratus. Fortunatus in Franciam, ut constituerat, properavit,* inquit Sigonius laudatus.

V. Ejus epocha.

Porro Concilium *Altinense*, quod Cointius in annum sequentem differt, ab hoc anno, quo illud Baronius collocavit, removeri non potest; cum Paulinus, ut statim ostensurus sum, hoc anno ad Deum migrarit, & Leo III. Joannis Patriarchæ Gradensis Successori Pallium miserit mense Martio sequentis Christi anni, Paulinus in Litteris Synodalibus ad Carolum datis, postulat, ut judicet *de Sacerdotibus plagis impositis, semique vivis relictis, vel certe diabolico fervescente furore, per ejus* (nempe Ducis Vene-

Digitized by Google

sem Gradum adduxerit, atque oppido primo adventu capto, Patriarcham arreptum excelsissima turri præcipitarit. Joanne inde mortuo suffectus est studio Tribunorum Fortunatus, sanguinis illi conjunctione propinquus. Hic autem ob turbas inter Venetos civili bello mutuo inter se concertantes abire jussus, ad Carolum Magnum in Gallia se contulit, in quo securitatis suæ diploma ejusmodi retulit:

XI. *Concedit Carolus Imperator Augustus Fortunato Patriarchæ Gradi, ut ipse, sacerdotes servi, & coloni ejus in terra sua, in Istria, Romaniola, & Longobardia, & ubicumque quiete degant: jubetque, ut in possessionibus, quibus rite investitus est, nullus Judex publicus injuste ad causas audiendas, freda exigenda, * mansiones, aut paratas faciendas in justas redhibitiones inquirendas exercere audeat. Datum Idibus Augusti.*

* mansos

Sed & hoc anno defunctum esse ipsum Paulinum Patriarcham Aquilejensem, habent veteres Annales Franciæ ex Pithæi bibliotheca proditi. Porro idem (ut dictum est) Forojuliensis Patriarcha idcirco appellatus reperitur, quod sedes Aquilejensis Forumjulium esset translata, de quo nomine Forojuliensi in super citato loco hæc leguntur: *Hoc anno Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit.* Sed de eo superius pluribus dictum est.

Quod rursum ad eumdem Paulinum spectat, in monumentis Aquilejensis Ecclesiæ ipsum, dum vixit, & post mortem miraculis claruisse, æque legitur. Sed ex iisdem Francorum Annalibus corrigas, quæ habentur in ejus vita, ipsum diem obiisse anno Domini octingentesimo quarto, & quod legitur in diplomate illo nomine Caroli Imperatoris, datum ipsum anno tertio Imperii ipsius, Indictione prima: non enim ista sibi cohærent de annis Imperatoris, & Indictionis. Porro meminit (a) ejusdem Paulini Vualfridus Strabo, cum de hymnis Ecclesiasticis agit his verbis: *Traditur*

Paulinus Patriarcha Forojuliensis obit diem.

(a) Vualfr. Strab. de reb. Eccl. c. 25.

PAGIUS

nectarum) *satellites interemptus*. Baluzius in Præfatione ad lib. 2. Miscell. pollicetur se integram Sancti Paulini Epistolam ad Carolum M. scriptam de rebus gestis in Concilio Altinensi in lucem emissurum. [1]

VI. *Moritur S. Paulinus Patriarcha Foro-Julii.*

Super anno, quo *Paulinus* ad Deum migravit, non est una omnium sententia. Cointius cum Ferrario, qui hujus Sancti Vitam concionavit ex Monumentis Foro-Juliensibus, eum anno DCCCIV. mortuum existimet, ut videre est eo anno num. I. & seqq. Bollandus ad diem XI. Januarii in Elogio Historico Paulini num. XXVI. suspicatur Paulinum diem obiisse anno DCCCIII. quo Fortunatus Joannis Successor Pallium a Leone III. impetravit. Verum cum Annalista Fuldensis scribat: *An. DCCCII. Paulinus Patriarcha Forojuliensis obiit*, totidemque verbis idem habeant Annalista Hildesheimensis & Annalista Cæsareus a Lambecio editus, ac etiam Hermannus Contractus juxta editionem Canisii indubitatum videtur, Baronium accurate mortem ejus cum hoc Christi anno copulasse. Jam alibi diximus, Aquilejenses Patriarchas, quod Forojulii domicilium fixissent, Forojulienses etiam non

NOTÆ [1] Datam fidem liberavit Baluzius, nam Paulini Epistolam integram vulgavit in tomo VII. Miscellaneorum edito anno 1715. pag. 6. Ibi vero nonnisi summa exhibetur eorum, quæ in concilio Altinensi decreta fuerunt; actum enim in eo dicit Paulinus *de causa orthodoxæ fidei, de statu ac formosa ecclesiastici culminis dignitate, de rerum quarumcumque dispendiosa jactura; de quibuscumque necessariis suffragantium quamquam petitionem, de quibus juste recteque conqueri potest; quarumque querela disputationis exhibitio, nodosa etiam allegatione contrita, sacerdotali nihilominus desiderabat enodatam decretione resolvi*. Hæc epistola inscribitur *Carolo &c. Regi* unde deducit P. Rubeus in Dissert. de schismate Aquilejensi cap. XXI. datam fuisse ante assumptionem Caroli ad Imperium, anno 800. Verum id parum probat; cum eodem anno 802. exstet privilegium Caroli ad Episcopum Concordiensem, in quo se regem non Imperatorem Carolus appellat. Vide Ughellium tom. V. p. 326. novæ edit. Insuper in codice Vaticano, in quo exordium & finis epistolæ hujus multo correctius, quam in editione Baluziana exhibentur, non *Rex*, sed *Imperator* legitur, ut ex Baronio idem exordium referente intelligimus; quam lectionem etiam Pagius probare videtur hic num. IV.

Concilium hoc Altinense multo probabilius ad sequentem annum 803. differremus facem nobis præferente P. Madrisio in dissert. VI. ad opera S. Paulini Aquilejensis nuper anno 1737. Venetiis edita. Notat ille Nicephorum Imperatorem anno 802. die XXXI. octobris imperialem sedem occupasse; hujus autem Nicephori gratiam ut iniret Joannes Gradensis Patriarcha, Christophorum Episcopum Olivolensem electum consecrare renuit, qua de causa invidiam incurrit Tribunorum Venetorum, quorum molitione idem Patriarcha interemptus fuit. Nefandum hoc scelus ad Paulini aures delatum in causa fuit, cur Altinense concilium indiceret. Quis autem credat intra duos omnino menses, quot excurrerunt ad exitum anni 802. hæc omnia præmitti potuisse, ac deinde eodem anno Concilium celebrari? Hinc discimus obitum S. Paulini serius aliquanto consignandum esse, quam a Pagio hic constituatur. Idem P. Madrisius illum revocat ad annum 804. hoc potissimum argumento innixus. Concilium Altinense anno 803. nec sane, quantum videtur, exoriente S. Præsul celebravit. Cum autem depositio ejus die 11. januarii in vetustis omnibus Calendariis exhibeatur, nec ex dictis satis cedere potuerit januarii anni 803. ad eumdem mensem sequentis anni retrahenda est. Hæc si non evidenti, saltem probabili argumento ab illo asserta, retinenda sunt, quoadusque lux veritati major affulgeat. MANSI

Digitized by Google

ditur quidem Paulinum Forojuliensem Patriarcham sæpius, & maxime in privatis Missis, circa immolationem sacramentorum hymnos vel ab aliis, vel a se compositos celebrasse. Ego vero crediderim tantum, tantæque scientiæ virum hoc nec sine auctoritate, nec sine rationis ponderatione fecisse. Hæc Strabo. ☜ Laudatissimus plane vir, cui cum Albino Flacco hujus sæculi face summa familiaritas intercedebat: quod testantur plures quæ adhuc extant ejusdem Albini ad eum epistolæ, in quarum ultima hæc ad finem (a): *Contende meritis esse, quod nomine vocaris: clama, ne cesses, exalta quasi tuba vocem tuam. Sis guttur tuum tuba Dei, prædica importune. Tu gallus in prædicatione, succinctus in castitate. Tu aries in veritate fortissimus, cui nullus Regum resistere poterit. Tu lucerna super candelabrum in domo Dei. Tua lingua cælum claudit & aperit, aperit primum per prædicationis devotionem.* Hæc & alia ad ejus Apostolatum congruentia. Coluit eum Luitgardes, sive Liutgardes uxor Caroli Magni, de cujus ad eum munusculis hæc idem Albinus (b): *Tertium pro filia mea Luitgarde femina religiosa, Deo devota. Nam illa sanctitati tuæ duas direxit armillas auri obryzi pensantes XXIV. denarios minus de nova moneta Regis quam libram plenam, ut orares pro ea cum sacerdotibus tuis, quatenus divina clementia dies suos disposuisset in salutem animæ suæ, & sancta suæ exaltationem Ecclesiæ.* ☚

(a) Albin. ep. 50. 60. 82. 62. 63. t. 3. Antiq. lect.

(b) Albin. ep. 62.

XII. Hujus si primordia repetas, invenies, antequam ad Patriarchatum vocaretur, fuisse artis Grammaticæ professorem: quod ejusdem Caroli diploma significat. Docuisse Grammaticam hoc sæculo etiam homines Ecclesiasticos tradit Eginhardus in vita Caroli Magni, dum de Caroli eruditione scribens, hæc inter alia habet: *Artes liberales studiosissime coluit, earumque doctores plurimum veneratus magnis afficiebat honoribus. In discenda Grammatica Petrum Pisanum diaconum senem audivit.* Testatur Lupus (c) Abbas monasterii Ferrariensis hujus temporis auctor, se didicisse Grammaticam ab Aldrico Archiepiscopo Senonensi. Affirmat id ipse in epistola prima ad Einardum, quem alii nominant Eginhardum: ait enim de ipso: *Doctorem Grammaticæ sortitus sum, præcepta ab eo artis accepi sic: Quoniam a Grammatica ad Rhetoricam, & deinceps ordine ad cæteras liberales disciplinas transire, hoc tempore fabula tantum est, &c.* Ita plane, quod qui sciret tantum Grammaticam isto sæculo rudi, doctissimus haberetur. Sed ad Paulinum redeamus. Quantum autem coluerit Carolus ipsum, antequam fieret Patriarcha, adhuc Grammaticis facultatibus operam dantem, ejusdem Caroli tunc de donatione ipsi facta de nobili villa Laberiana, diploma declarat, quod in ejus vita descriptum hic reddere, haud fuerit otiosum. Sic enim se habet:

Episcopi docentes Grammat.

(c) Lup. ep. 1.

XIII. Donatio Caroli facta Paulino.

Carolus Dei gratia Rex Francorum, & Longobardorum, & Patricius Romanorum omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Castaldis, vel omnibus fidelibus nostris præsentibus, & futuris. Merito quidem a nobis sublevantur muneribus, qui nostris fideliter obsequiis famulantur. Et ideo si petitiones eorum, pro quibus nostras pulsaverint aures, ad effectum perducimus, regiam consuetudinem exercemus, atque illorum animum nobis deserviendo provocamus. Igitur notum sit omnium vestrum magnitudini, qualiter cedimus, & donamus a nobis viro valde venerabili Paulino artis Grammaticæ magistro, hoc est, res quondam, & facultates, quæ fuerant Vualdandi filii quondam Mimoni de Laberiano,

PAGIUS non raro appellatos reperiri. Magna fuit *Paulini* cum *Carolo Rege* familiaritas; is eum rebus non in Italia solum; verum etiam in Gallia & Germania componendis præfecit, ipseque variis Synodalibus Conventibus sub eodem Rege coactis plurimum interfuisse se, profitetur in Concilio Forojuliensi, non sine querela, qui suæ interim Provinciæ, quam optabat, adhibere curam non potuerit. Fuit etiam magna illi cum *Alcuino* ipsius Caroli Magistro animorum conjunctio, forsan ex utriusque in literas politiores affectu ac studio, ut inquit Bollandus laudatus num. XI. & seqq. ubi Alcuini literas omnes memorat, in quibus Paulini meminit, ejusque Poema recitat, in quo Alcuinus se ejus precibus & lachrymis commendat. Scripsit Paulinus libellum de Sanctissima Trinitate adversus Elipandum Toletanum & Felicem Urgellitanum Antistites, & libros tres contra eumdem Felicem, ac præterea Opusculum *De Salutaribus Documentis*, quod inter Opera Divi Augustini ante ultimam eorum editionem a Patribus Benedictinis curatam circumferebatur, quod illi ex fide Codicum MSS. eidem restituerunt. Dies mortis ejus incertus, cum nonnisi in Martyrologiis & in recentioribus Auctoribus memoretur.

VII. Carolus anno DCCLXXVI. cum in Italia esset, insignem donationem bonorum cujusdam hominis privati fisco suo addictorum *Paulino* tunc Grammaticæ Professori fecit, quam Baronius hoc anno & Bollandus loco citato referunt, sed insigni errore eum anno DCCLXXIII. conjungunt. Nam hæc hujus donationis subscriptio est: *Data XV. Kal. Julii, anno octavo Regni nostri e Loreia Civitate.* Caroli autem Regis annus VIII. per mensem Junium, quo hoc Diploma exaratum, cum anno Christi DCCLXXVI. convenit; cum Carolus mense Septembri anno DCCLXVIII. Pippino patri successerit. *Loreiam* Cointius anno DCCLXXVI. num. VIII. interpretatur hodiernum Loretum, vulgo *Loredo*, ad Athesim su-

Carolus munificus ergæ S. Paulinum.

*no, quæ ad nostrum devenerunt palatium pro eo quod in Compo cum Foticanso inimico nostro a nostris fidelibus fuerit interfectus, casa videlicet in Laberiono eam omni integritate, & soliditate sua, id est, cum terris, domibus, ædificiis, ac * colabiis, manciptis, casis, massaritiis, cum servis & aldionibus, vineis, silvis, campis pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus, & immobilibus, omnia & ex omnibus quantumcumque prædictus Vualdaadus ibi, aut ulicubi habere visus fuit tam ex domo Regum, aut Judicum, seu de comparato, aut de quolibet adtracto, prædicto Paulino a die præsenti tradimus, atque cedimus perpetualiter ad possidendum, ita ut ab hac die prædictas Paulinus suprascriptis de rebus quieto ordine teneat, & possideat, & quicquid exinde facere voluerit, liberum in omnibus perferatur arbitrium. Præcipientes ergo jubemus, ut nullus quamlibet de fidelibus, aut successoribus nostris prædicto Paulino de jam dictis rebus ullo unquam tempore inquietare, aut calumniam generare præsumat: sed omni tempore ex dono largitatis nostræ ipsas res jure proprietario valeat possidere firmissimo. Et ut hæc præceptio firmior habeatur, vel nostris, vel futuris temporibus melius conservetur, manu propria in æternum decrevimus roborare, ac de annulo nostro jussimus sigillari. Dat. XV. Kal. Julii anno octavo regni nostri e Loreja civitate in Dei nomine feliciter.* Hactenus diploma datum anno Domini septingentesimo septuagesimo tertio, quo Ipse Carolus adversus Desiderium in Italiam venit: quo numerari contigit octavus annus ejusdem Regni. Hæc de his, quæ ad Paulinum spectant.

XIV. *Bonæ litteræ a Carolo Magno restitutæ.* Ut autem dicere pergamus de Carolo, hoc nomine etiam plurimum illi debet hoc sæculum, quod bonas litteras penitus collapsas restituit. Eo namque profundi mersæ erant, ut si quis nobilioris ingenii vellet addiscere, magistrum non inveniret, qui doceret: Carolus Magnus autem effecit, ut scientiæ obrutæ ignorantia surgerent. Sed audi Lupum ista scribentem (a) in epistola ad Eginhardum, sive Einardum, qui erat eidem Carolo a secretis: *Nisi, inquit, intercessisset inopia Præceptorum, & longo situ collapsa prio-*

(a) Lup. ep. 1.

PAGIUS fluvium in Ducatu Veneto, sed quo situ fuerit Urbs in Casali Diplomate expressa, plane incertum; ejus certe Cluverius in Italia Antiqua non meminit.

VIII. *Carolus literas in Galliis restituit.* Ad num. XIV. & seq. ostendit Baronius ex illorum temporum Auctoribus, qui Caroli studium in literis restituendis certatim commendant, quantum huic Principi res literaria debeat. Ea in re usus est incentore simul & adjutore imprimis Alcuino, qui eas non solum libris editis docuit; sed etiam in publicis Scholis, illis maxime quas in Turonensi Sancti Martini Cœnobio, cujus Abbas erat, ipse aperuit: *Ego Flaccus vester*, inquit Alcuinus in Epistola I. ad Carolum *secundum exhortationem & bonam voluntatem vestram, aliis per tecta Sancti Martini Sanctarum mella Scripturarum ministrare satago: alios vetere antiquarum disciplinarum mero inebriare studeo: alios Grammaticæ subtilitatis enutrire pomis incipiam: quosdam stellarum ordine, seu picto cujuslibet magna domus culmine, illuminare gestio. plurima plurimis factus, ut plurimos ad profectum Sanctæ Dei Ecclesiæ, & ad decorem Imperialis Regni vestri erudiam. Ne sit vacua Omnipotentis Dei in me gratia, nec vestræ bonitatis largitio inanis. Sed ex parte desunt mihi eruditionis scholasticæ libelli; quos habui in patria, per bonam & devotissimam Magistri mei industriam, vel etiam mei ipsius qualemcumque sudorem. Ideo hæc Vestræ Excellentiæ dico, ne forte vestro placeat totius sapientiæ desiderantissimo Consilio, ut aliquos ex pueris nostris remittam, qui excipiant inde nobis necessaria quæque, & reducant in Franciam flores Britanniæ, ut non sit tantummodo in Euborica hortus conclusus, sed in Turonica, emissiones paradisi, cum pomorum fructibus, &c.*

IX. *Alcuinus docuit in Palatio Regio.* *Alcuinus* duobus in locis docuit, in Palatio primum, deinde Turonis, ut ex ejus Epistolis liquet. Queritur Epistola nona, se despectum a novissimis Palatinorum studiorum Magistris, qui spreta Latinorum opinione, quam in Palatio cum applausu, docuit, Ægyptiorum calculos anteponunt. Eos insidet ob temeritatem, pueros per contemptum vocat, seque comparat *Entello*, qui *Daretu* fidentem viribus & animis exultantem apud Virgilium lib. 5. Æneid. prostravit: *Ego, inquit, tandur, ego mei ipsius immemor, vestrorum forsitan digne puerorum sustinui flagellum. Entellus senior effœto corpore dudum cæstus deposuit suos, ætate florentibus cedit illos indui, ideo aliquis illorum seniorem ingenti pugno percussit, ita ut caligo obversaretur oculos senioris. Et vix resumptis viribus frigidus circa præcordia recaluit sanguis. Et, ut ad rem veniam, ne ignorantia fomentis caput percussi mederi incipiam, ego imperitus, ego ignarus, nesciens Ægyptiacam scholam in Palatio Davidico versari Gloria*, (idest in Palatio Caroli, quem Davidem nuncupabat). *Ego abiens* (scilicet e Palatio seu Comitatu Regio) *Latinos ibi dimisi. Nescio quis subintroduxit Ægyptios. Nec tam indoctus fuit Memphiticæ supputationis, quam benevolus Romanæ consuetudinis. Annum tunc natæ Christo & crescentis luce initiare secundum Latinos volens, non cum Ægyptiis, qui tenebræ interpretantur, & supervenientibus tenebris ordiri: quia scio me olim cum Moyse tenebras Ægyptiorum relinquere, & modo in terra repromissionis, lucis & lætitiæ, cum Jesu Duce nostro libertate honoratum stare, & nullatenus secundum quod Dux meus, imo & Dominus noster dixit, iterum ad Ægyptiacas redire tenebras. Unde miror, cur pueri vestri annum legitimum a mense Septembrio incipere velint, & partem transacti decennovalis sequenti connectere circulo, caudam vertentes in caput, & non magis omnibus Lunæ & Syderum augmentis vel detrimentis explosis ad novum annum, & ad caput supervenientis circuli recursus libere intremus.*

X. Id contigit in prima Alcuini mora apud Gallias, post annum scilicet, Christi DCCLXXXI. quo tempore *Angilbertum* cui cognomen indidit *Homero*, aliosque Viros illustres literis imbuit

Digitized by Google

priorum studia pene interiissent: largiente Domino, meæ aviditati satisfacere forsan potuissem. Siquidem vestra memoria per famosissimum Imperatorem Carolum (cui litteræ eousque deferre debent, ut æternitati parent memoriam) cepta revocari; aliquantulum quidem extulere caput, satisque constitit, veritate subnixum præclarum dictum, Honos alit artes, & accenduntur omnes ad studia gloriæ. Hæc de Carolo adeo de bonis litteris bene merente Lupus. Testatur id ipsum Jonas Aurelianensis Episcopus, qui, quantum profecerint Germaniæ, & Galliæ Ecclesiæ bonarum studio litterarum opera ejusdem Caroli Magni, docet his verbis: *Non solum apud Germaniam studium litterarum, & amor sanctarum scripturarum, verum etiam apud eamdem Galliam ejus memorabilis viri solertissimo studio, & ferventissimo desiderio actum est, ut Domino opem ferente in sibi commissæ Ecclesiæ filiis, & liberalium artium apprime disciplina, & divinarum scripturarum perfecta polleret intelligentia.* Hæc Jonas in exordio commentarii sui adversus Claudium Taurinensem, de quo inferius suo loco dicturi sumus. Ansegisus insuper hæc in eandem sententiam (a): *Carolus siquidem constituit, in singulis monasteriis, & episcopiis scholas esse, ubi ingenuorum, & servorum filii Grammaticam, Musicam, & A-* (a) Anseg. l. 1.

PAGIUS *Quando primum in Galliis moratus est.* bnit. Cum vero computum Ecclesiasticum secundum Romanæ Ecclesiæ ritum Scholaribus Palatinis tradidisset, postea calculatores Ægyptiaci, ii scilicet qui calculum Alexandrinum sequebantur, admissi sunt in Scholam Palatinam, de quibus queritur Alcuinus. Mabillonius in Præfatione ad Sæc. IV. Benedict. num. CLXXVIII. & seqq. suspicatur, Ægyptiacos illos Præceptores Scotos esse ex Hibernia ortos, qui olim sequebantur Paschalem circulum Alexandrinorum, qui Pascha Lunæ quarta decima die, si quando in Dominicam incidisset, celebrabant. *Theodulphus* enim Aurelianensis Episcopus in Carmine ad Angilbertum, Scotum quemdam in aula degentem ac docentem salsis amarolentisque dicteriis impetit. Et forsan is erat *Clemens Scotus*, quem in Gallia ad docendum fuisse relictum a Carolo, tradit Monachus San-Galleosis initio libri primi. Ex laudatis porro verbis Epistulæ IX. *annum cum nato Christo & crescente luce initiare secundum Latinos volens*, patet, *Alcuinum* annos Christi ab ejus Nativitate, non a vero Kalendis Januarii exorsum esse, uti in more positum erat apud Anglos, idemque faciendi Scholares suos in Gallia docuisse. Cum vero Alcuinus in prima sua mora apud Gallos assidue in Palatio versaretur, ut *Carolum* variis disciplinis imbueret, factum est, ut conditor Universitatis Parisiensis creditus fuerit; quod tamen nullo Veterum testimonio probari potest. Porro Cointius anno DCCXCIII. num. XVII. & seq. qui duplicem Alcuini in Francia moram in ejus Vita diserte memoratam non animadvertit, quique eum anno illo in eam adventasse credidit, perperam etiam arbitratus est, *Alcuinum* Scholis Palatinis tunc præfectum fuisse, & aliquot post annos *Carolum Magnum* docuisse, quod utrumque ex dictis plane corruit.

XI. *Universitas Parisiensis a Carolo M. non fundata.* Institutio Universitatis Parisiensis a plerisque adscribitur Carolo M. ab ipso etiam Bulæo, qui ejusdem Academiæ Historiam nostra ætate conscripsit. Verum Stephanus Pasquierus in *Disquisit. Rerum Francicarum*, lib.3. cap.23. Petrus Bonfonsius in *Antiquit. Parisiensibus cap.* 23. & post utrumque Lambecius lib. II. Biblioth. Cæs. cap.2. ubi agit de Universitate Viennensi in Austria, in cujus statutis identidem inculcatur, eam quasi filiam ad exemplum Academiæ Parisinæ tanquam matris ordinatam esse, demonstrarunt, fundationem Parisiensis Academiæ (si, ut hic fit, nomine Academiæ intelligatur, non quodcumque Collegium literarium, sed tale duntaxat, in quo per specialem Principis Privilegii prærogativam omnes quatuor facultates Theologia videlicet, & Jurisprudentia, & Medicina, & Philosophia publice traduntur, & secundum eruditionis profectum *Tituli* quoque ac Dignitates *Graduum* Scholasticorum publica auctoritate conferuntur;) perperam attribui Carolo Magno, ac revera attribuendam esse *Ludovico* VII. qui regnare cœpit in Gallia anno MCXXXVII. & filio ejus *Philippo* II. qui patri in Regno successit anno MCLXXX. Certe in Codice *Constitutionum Regum Galliæ*, qui sub Rege Henrico IV. in lucem editus est, & in quo *Privilegia & Statuta Academiæ Parisiensis* continentur, nullum refertur Privilegium Regium quod sit anno *millesimo ducentesimo* antiquius. Hinc *Claudius Jolyus* Cantor & Canonicus Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis in Tractatu Historico lingua vulgari scripto *de Scholis Episcopalibus & Ecclesiasticis*, exordium Universitatis Parisiensis cum eo Christi anno illigat; quæ sententia omnium probabilior.

Nulla itaque *Caroli Magni* ætate, imo & sæculis proxime consequentibus Parisiis *Universitas* fuit, sed tantum Schola Ecclesiæ Cathedralis Parisiensis, in qua non solum Grammatica; sed etiam Theologia, Jus Civile & Canonicum ac Medicina docebantur, ut refert *Claudius Hemeræus* in libro de *Academia Parisiensi*, ab annis circiter sexaginta edito. Sæculo undecimo Abaelardus *extra Civitatem in monte Sanctæ Genovefæ Scholarum suarum castra posuit*, ut ipsemet scribit in Historia calamitatum suarum lib. 1. cap. 1. *Invenisse* denique inquit Hemeræus laudatus, *locum sibi etiam in ejusdem Scholæ* (nempe Ecclesiæ Parisiensis) *pulpitis, Philosophicas, Mathematicasque disciplinas, unus Abailardus exemplo erit indubitato: qui etsi Sacras Literas in claustro* (scilicet Ecclesiæ Parisiensis) *aliquando docuerit, quia tamen hac imprimis laude excelleret, ut in exponendis præceptis Dialectica Magister egregius haberetur, eo quo Dialectici nomen tulit, Minervæ obsecutus versificatusque suo, Philosophica se & Mathematica in Schola Parisiensi tradidisse, non uno loco testatus est.* Subdit statim Hemeræus: *Aliæ porro artes humanitatis, per claustrales domos, perque Scholas minores Parœchiarum late fusæ abierunt; ne Sacrarum Litterarum majestati minorum artium vicinia officeret, & profundas meditationes supremorum Magistrorum Grammaticalis auditorii murmur interturbaret.* Denique Loiseius in Tractatu de *Universitate Parisiensi*, ejus institutionem Carolo M. adscriptam inter fabulas recenset. Quod si, inquit, Academia Parisiensis ab hoc Imperatore condita, ubinam ea fuit re- XII. *Nulla ibi diu alia Schola fuit, quam Schola Ecclesiæ Parisiensis.*

& Arithmeticam doceantur. Et in Concilio (*a*) Cabilonensi, de quo inferius suo loco, de hujusmodi Caroli Constitutione mentio habetur his verbis: *Oportet etiam, sicut dominus Imperator Carolus vir singularis mansuetudinis, fortitudinis, prudentiæ, justitiæ, & temperantiæ præcepit, scholas constituant, in quibus litterariæ solertiæ disciplina, & sacræ scripturæ documenta discantur, & tales ibi erudiantur, quibus merito dicatur a Domino* (*b*): *Vos estis sal terræ*, &c. His addunt alii Parisiis tunc scholas erigi cœptas, atque studio successorum Regum præ cæteris in dies magis majori claritate fulsisse; sed & constitutas esse scholas litterarum Latinarum, & Græcarum in Ecclesia Osnaburgensi in Saxonia, ut ad usum legationum in Orientem mittendarum pueri erudirentur, constat ex privilegio ab ipso Carolo eidem Ecclesiæ concesso, quod inferius suo loco ponetur.

(*a*) *Conc. Cabil. c. 3.*

(*b*) *Mat. 5.*

PAGIUS regnantibus Stirpis Carolinæ Regibus, & qui ibi tunc Professores literas docuere? Ubinam ea fuit regnante *Hugone Capeto*, qui non Parisiis, (cujus Civitatis jam ipse, quam pater & avus Comites & Domini erant), sed Remis sub *Gerberti postea* Silvestri II. nomine Pontificis Romani disciplina *Robertum filium* ac Successorem erudiri voluit? Ubinam ea fuit *Henrico & Philippo*, primis eorum nominum Regibus in Gallia dominantibus, quo tempore aliæ Galliæ Urbes, non minus aut forte plus quam Lutetia literis & eruditione inclarescebant? Legendus Jolyus laudatus, qui fuse probat, *Carolum M.* non solum Academiam Parisiensem non fundasse; sed nequidem Scholam ullam Parisiis instituisse, ac ibi usque ad sæculi XII. finem tantum viguisse Scholam Ecclesiæ Cathedralis ejusdem Civitatis; quæ enim in medium adducit, rem mihi evincere videntur.

XIII. *Synodus Aquisgranensis.* In Annalista Lambeciano hoc anno legitur: *Eo anno demoravit Dominus Cæsar Carolus apud Aquis Palatium quietus cum Francis sine hoste; sed recordatus misericordiæ suæ de pauperibus, qui in Regno suo erant, & justitias suas pleniter habere non poterant, noluit de infra Palatio pauperiores vassos suos transmittere ad justitias faciendum propter munera, sed elegit in Regno suo Archiepiscopos & reliquos Episcopos & Abbates cum Ducibus & Comitibus, qui jam opus non habebant super innocentes munera accipere, & ipsos misit per universum Regnum suum, ut Ecclesiis, viduis & orphanis, & pauperibus & cuncto populo justitiam facerent. Et mense Octimbrio congregavit Universalem Synodum in jam nominato loco, & ibi fecit Episcopos cum Presbyteris seu Diaconibus relegi universos Canones, quos Sancta Synodus recepit, & Decreta Pontificum, & pleniter jussit ea tradi coram omnibus Episcopis, Presbyteris & diaconibus. Similiter in ipsa Synodo congregavit universos Abbates & Monachos, qui ibi aderant, & ipsi inter se Conventum faciebant, & legerunt Regulam Sancti Patris Benedicti, & eam tradiderunt sapientes in conspectu Abbatum & Monachorum, & tunc jussio ejus generaliter super omnes Episcopos, Abbates, Presbyteros, Diacones, seu universo Clero facta est, ut unusquisque in loco suo juxta Constitutionem Sanctorum Patrum sive in Episcopatibus, seu in Monasteriis, aut per universas Sanctas Ecclesias, ut Canonici juxta Canones viverent, & quidquid in Clero aut in populo, de culpis aut de negligentiis apparuerit, juxta Canonum auctoritatem emendassent, & quidquid in Monasteriis seu Monachis contra Regulam Sancti Benedicti factum fuisset, hoc ipsum juxta ipsam Regulam Sancti Benedicti emendare fecissent. Sed & ipse Imperator, interim quod ipsa Synodus facta est, congregavit Duces, Comites, & reliquo Christiano populo* (loco reliquum Christianum populum) *cum Legislatoribus, & fecit omnes leges in Regno suo legi, & tradi unicuique hominum legem suam, & emendare ubicumque necesse fuit, & emendatam legem scribere, & ut judices per scriptum judicassent & munera non accepissent, sed omnes homines, pauperes & divites in Regno suo justitiam habuissent* (pro judicarent, acciperent & haberent,) *Et eo anno pervenit elephas in Francia.* Hæc omnia Chronographus Moissiacensis ex hoc Annalista exscripsit.

XIV. *Floret Ordo S. Benedicti.* Porro ex his verbis patet, in Ditionibus Caroli Magni nullos hoc tempore fuisse Monachos, qui Ordinem Sancti Benedicti non profiterentur, & unam eamdemque Regulam observarent. Imo longe ante hæc tempora omnes in Gallia Monachos Regulam Sancti Benedicti amplexos esse, insinuat Capitulare Interrogationis, quod anno Imperii sui XI. edidit, in quo inter plures quæstiones, quas Episcopis & Viris doctis sui Imperii solvendas proponit, duodecima his verbis exhibetur: *De conversatione Monachorum, & utrum aliqui Monachi esse possint, præter eos, qui Regulam Sancti Benedicti observant. Inquirendum etiam, si in Gallia Monachi fuissent, priusquam traditio Regulæ Sancti Benedicti in has Parochias pervenisset.* Quare aliæ Monachorum Congregationes a tot annis in Ordinem Sancti Benedicti transierant, ut ne memoria quidem earum superesset. Eodem spectat sequens quæstio in cap. 22. *qua Regula Monachi vixissent in Gallia, priusquam Regula Sancti Benedicti in ea tradita fuisset; Cum legamus, S. Martinum & Monachum fuisse, & sub se Monachos habuisse, qui multo ante Sanctum Benedictum fuit.* Quod si Caroli ætate, aut præcepto, Regula Benedictina in Cœnobia Galliarum invecta fuisset, id ille non ignorasset; alioquin absurda fuisset Interrogatio. Hujus Concilii Aquisgranensis nullo alio in loco mentio præterquam in Chronico Moissiacensi apud Lambecium Tom. II. Bibl. Cæs.

XV. *Missorum Dominicorum Potestas & Officium.* Cointius hoc anno num. IX. & seq. varia profert de Missis Dominicis, quibus confirmantur quæ Annalista Lambecianus de Caroli zelo erga justitiam, memoriæ prodidit. *Missi Dominici* dicebantur, qui missi a Rege erant. Provincia, seu Regio, quæ Missis Dominicis assignabantur, *Missaticus* appellabatur & *Missaticum*. Regnum pro Regis arbitrio in plura vel pauciora *Missatica* dividebatur. E Regni Proceribus alii Clerici erant, alii Laici, & ex utroque illo ordine, qui Missi fierent Dominici sumebantur Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Duces, Comites, aliique nobiliores Viri. Ad unumquemque Missaticum duo, ut plurimum, *Missi* destinabantur; unus Clericus, alter Laicus; raro plures. *Missi Dominici*, postquam suis Missaticis a Rege designati fuerant, ab eo quoque priusquam illuc proficiscerentur, accipie-

XV. Cæterum ejusmodi in docendis, & addiscendis litteris fervor viguit, usque dum Carolus vixit: post obitum vero Ipsius, ipsum studium litterarium refriguisse nonnihil, idem qui supra vetus assertor rerum suorum temporum Lupus affirmat, probro nimirum tunc adscribi consuevisse, si quis rei litterariæ operam daret: nam in dicta (a) ad Eginhardum epistola sic ait: *Amor litterarum ab ipso fere initio pueritiæ mihi est innatus; nec earum, ut nunc a plerisque vocantur superstitiosa ocia, fastidio sunt.* Et paulo inferius de suo tempore, nempe sub Ludovico filio Caroli Imperatoris: *Nunc* inquit, *oneri sunt, qui aliquid discere affectant, & velut in edito sitos loco studiosos quosque imperiti vulgo aspectantes, si quid in eis culpæ deprehenderint, id non humano vitio, sed qualitati disciplinæ*

(a) Lup. Ferrar. epist. 2.

PAGIUS piebant *Capitula*, quæ passim admonitiones, commonitoria, instructiones, ordinationes dicantur. *Episcopi* Missos Dominicos honoris gradu *præcedebant in* suis Diœcesibus, potestatem tamen ac auctoritatem eorum in multis rebus agnoscere tenebantur. *Præcipuum* officium eorum erat in justitia facienda. Mittebantur in Provincias, ut & justitiam facerent, & ab aliis faciendam curarent. Denique cum ad Palatium redierant, Rex eos interrogabat, quid dignum relatu ex Provinciis adferrent. *Si quid vero fuerit*, inquit Carolus lib. 3. cap. 22. *unde dubitetur, ad proximum Placitum nostrum, quod cum ipsis Missis habituri sumus, interrogetur*. Ad eas interrogationes ac responsiones novi fiebant Capitula, quæ postea ferebantur in Missatica. Quæ Cointius loco citato confirmat probationibus ab ejusdem Caroli ævo petitis, & patent ex iis, quæ ex Annalista Lambeciano mox in medium adducimus.

XVI. Reges Episcopis cooperari debent. Ludovicus Pius lib. 2. Capit. cap. 2. in Admonitione generali ad utriusque Ordinis homines, id est, Episcopos & Comites, docet Reges a Deo constitutos, ut Ecclesiæ & Regni curam gerant; Summam autem ministerii hujus ita in persona Regum consistere, ut Divina auctoritate & humana ordinatione per partes divisum sit, Episcopis nempe & Comitibus, & unusquisque in suo loco & ordine partem ministerii Regii habeat: *Unde apparet*, inquit Ludovicus, *quod ego omnium vestrum admonitor esse debeo, & omnes vos nostri adjutores esse debetis. Nec enim ignoramus quid unicuique vestrum in sibi commissa portione conveniat: & ideo prætermittere non possumus, quin unumquemque juxta suum Ordinem admoneamus*. Statim vero monet Episcopos, ut in ministerio suo accurate versentur, & subjungit, *ut quantum ad vestrum ministerium pertinet, nobis veri adjutores in administratione ministerii nobis commissi existatis, ut in judicio non condemnari pro nostra, & vestra negligentia, sed potius pro utroruumque bono studio remunerari mereamur*. Deinde cap. 4. & 6. Comites admonet, ut vicissim partem ministerii sibi commissi fideliter peragant; hoc inter Episcopos & Comites discrimine constituto, quod illis a Divino Numine commissa sit ministerii sui cura, Comitibus vero ex Regio mandato: *Sed quamquam Summa hujus ministerii in nostra persona consistere videatur, tamen & divina auctoritate, & humana ordinatione, ita per partes divisum esse cognoscitur, ut unusquisque vestrum in suo loco & ordine partem ministerii nostri habere cognoscatur*. Quare mirum videri non debet, si Carolus, ejusque Successores adeo diligenter rebus Ecclesiasticis se impenderent; cum eas ad ministerium suum pertinere existimarent; scilicet ut admonitores se præstarent, quo Episcopi ministerium suum juxta Canones peragerent, & in eo capite ministerii Regii adjutores essent. Quæ ad Missorum Legationem pertinerent, passim in libris Capitularium occurrunt; qui a *Missis discurrentibus* distinquendi sunt, quorum munus erat mandata Principis deferre per Provincias. De illis non raro mentio in Regum Francorum Capitularibus.

XVII. S. Liudgerus fit primus Episc. Monasteriensis. *Sanctus Ludgerus* Saxonum Apostolus, hoc anno, vel sub exitum superioris, Mimigardefordensis in Westphalia creatus est Episcopus, qui locus postea a Monasterio ibi a Sancto Viro constructo appellatus est Monasterium, vulgo *Munster*. Altfridus quidem tertius Episcopus Monasteriensis, qui ejus Vitam diligenter conscripsit, annum evectionis ejus ad Episcopatum non exprimit, sed Bollandus, qui primus eam publicavit ad diem XXVI. mensis Martii, recte colligit ex variis donationibus Monasterio Werthinensi, cujus Ludgerus Abbas erat, anno præcedenti, mensibus Maio & Augusto illius anni factis, eum nondum Episcopum fuisse. Hæc Altfridi lib. 1. cap. 4. de ejus in Episcopatum evectione verba: *Interea per dispositionem misericordiæ Dei Saxones conversi sunt ad Dominum, & Rex Carolus eundem Virum Dei Ludgerum Pastorem in parte Occidentali Saxonum constituit: cujus Parochia Sedes est principalis in pago Sudergoe, in loco cujus vocabulum est Mimigerneford, ubi Domino ipse honestum construxit Monasterium, sub Regula Canonica Christo famulantium. Itaque more solito cum omni aviditate & sollicitudine rudibus Saxonum populis studebat in doctrina prodesse; eruoisque idololatriæ spinis, Verbum Dei diligenter per loca singula serere, Ecclesias construere & per eas singulos ordinare Presbyteros, quos Verbi Dei cooperatores venerabiles, sibi ipse nutriverat. Cupiebat igitur in cœpta evangelizandi opere multis subvenire gentibus, sed tamen Pontificalem gradum humiliter declinare: idcirco suos frequenter petiit alumnos, ut aliquis ex eis pro eo Episcopalem susciperet Ordinem. Cui cum Hildebaldus Archiepiscopus persuaderet, ut Episcopus ordinari debuisset, illud Apostolicum ei respondit, dicens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. At ille ut erat humilis, & Viro Dei amicissimus, cum gemitu dixit: hoc in se minime fuisse completum. Tandem consensu omnium superatus & magis Dei dispositione coactus adquievit; ne plurimorum consilio, imo Dei voluntati pertinaciter inobediens esse videretur*. Ludgerus Monasteriensis Episcopus primus tria construxit Monasteria, unum Clericorum *sub regula Canonica Christo famulantium*, ut mox diximus, illudque situm erat Mimigardevurdæ, ab ipso Monasterio *Monasterium* sæculo XI. dictæ. Alterum *Werthina* ad Ruram fluvium apud Westphalos, quod adhuc subsistit. Tertium denique *Helmstadiense* in Ducatu Brunsvvicensi positum, in quo identidem ex prædicationis labore fatigatus se se recreabat. Illud etiam adhuc superest.

In

narum assignant. Ita dum alii dignam sapientiæ palmam non capiunt, alii famam verentur indignam, a tam præclaro opere destiterunt. Hæc ipse.

Quibus vides, Lector, quas suo tempore Carolus pene extinctas revocavit bonas litteras, easdemque cum ipso ferme defunctas, vel saltem languore correptas, suo genuino caruisse virore; ut non mirum sit, si eo tempore, qui doctiores esse viderentur, iidem juxta Apostolum, (a) infirmi, & imbecilles extiterint, & dormierint cæco ignorantiæ somno, ut non fuerint ulletenus assecuti, quæ de sacris imaginibus Nicænum Oecumenicum Concilium statuisset, & Romana Ecclesia comprobasset, ut suo loco superius de ipsis est pluribus demonstratum, & alia occasione iterum dicetur inferius in Ludovico.

(a) 1. Cor. 11.

PAGIUS XVIII.
Grimoaldus Beneventi Dux reprimitur.

In Ducatu Beneventano varia fortuna bellum hoc anno gestum, de quo Eginhardus in Annal. scribit: *Ortona Civitas in Italia in deditionem accepta. Luceria quoque frequenti obsidione fatigata, & ipsa in deditionem venire præsidiumque nostrorum in ea positum. Imperator æstatis tempore in Arduenna venatibus indulgens, misso in Saxoniam exercitu Transalbianos Saxones vastavit. Grimoaldus Beneventanorum Dux in Luceria Vuinigisum Comitem Spoleti qui præsidio præerat, adversa valetudine fatigatum obsedit, & in deditionem accepit; captumque honorifice habuit. Imperator Aquisgrani Natalem Domini celebravit.* Tum anno sequenti: *Vuinigisus a Grimoaldo redditur est.* Idem habent alii Annalistæ. Ortona mari Adriatico adjacet, indeque cognominatur Ortona ad mare. Incertum vero an Eginhardus Nuceriam ultra Sarnum, vel Nuceriam ad Cerbalum intellexerit. Cointius hoc anno num. V. existimat eum de ista secunda intelligendum, quia Luceriæ nomen Nuceriæ mutum, quæ sita est ad Cerbalum tribuitur, & varii Annalistæ de Luceria tantum verba hoc anno faciunt. Abhinc per novem annos altum de bello Beneventano apud Scriptores silentium.

XIX.
Brithricus Occident. Saxonum Rex moritur.

Brithricum Occidentalium Saxonum Regem hoc anno periisse diserte tradunt Westmonasteriensis, Hovedenus pag. 407. Annalista Mailrosensis, & Ethelwerdus pag. 842. Hic narrata Leonis Papæ persecutione, quæ an. DCCXCIX. contigit, scribit: *Transeunte triennio Brithric Rex obiit.* Quare perperam Alfordus mortem ejus cum anno Christi octingentesimo alligavit, aeque Hovedenus notat, cum genti suæ *annis XVII.* nobilissime præfuisse. In uxorem acceperat *Eadburgam* filiam Offæ Merciorum Regis, quæ more paterno tyrannice vixit, & quorum mortem a Rege impetrare non poterat, veneno eos clam necabat. Quare cum adolescentem quendam marito valde charum veneno extinguere velles, illud Rex ignoranter gustavit, & mortuus est. Fugit illa postea cum innumerabilibus thesauris ad Carolum Regem, cui cum munera pretiosa detulisset, sic eam affatus est: *Elige Eadburg, quem velis, me, vel filium meum qui mecum in solario adstat;* quæ cum filium ejus elegisset, quia junior esset, ei Carolus respondit, *Si me elegisses, haberes filium meum, sed quia illum elegisti, nec me, nec illum propitium habebis.* Itaque in Monasterio locatam, quo vitam opulenter degere posset, non multo post depulit stupri ream. Ita Malmesburiensis pag. 40. & laudati Auctores. Idem Malmesburiensis pag. 16. annos tantum XVI. *Brithrico* assignat, quia scilicet ultimum incompletum, ut sæpe fit, *prætermittit.* Brithricum enim hoc anno mortuum testantur etiam Huntindoniensis pag. 344. ubi ait eum defecisse *post triennium* a persecutione Leonis Papæ, & idem Malmesburiensis, cujus verba statim referam.

XX.
Ei succedit Egbertus.

Egbertus Regis Inæ abnepos Brithrico successit in Regnum. Is dum viveret, Egbertum e medio tollere cogitabat: *Quod Egbertus præsentiens ad Offam Regem Merciorum fuga lapsus est; quem dum ille sedula diligentia obumbraret, consecuti sunt Brithrici Nuncii qui perfugam ad supplicium repeterent, habentes in manibus traditionis pretium. Accedebat, quod suo Regi filia ipsius postulabant nuptias, ut genialis thori fœdus perpetuas inter eos contineret amicitias. Ita Offa, qui bellicis minis non cederet, ad blanditias connivente, Egbertus transnavigato mari Franciam venit; quod Dei consilio factum intelligo, ut Vir ille ad tantum Regnum electus regnandi disciplinam a Francis acciperet, &c. Itaque defuncto Brithrico frequentibus suorum Nunciis Britanniam reversus, moxque imperare jussus patria desideriis satisfecit, anno Dominica Incarnat. octingentesimo, regnante in Francia Carolo Magno, anno XXXIV. qui etiam XII. annis supervixit,* inquit Malmesburiensis; sed loco, *octingentesimo*, legendum, *octingentesimo secundo*, ut annus XXXIV. Caroli, & XII. ante mortem ejus certo demonstrant. Egbertus ante mortem suam toti Insulæ legem dedit, & sparsa per eam Sceptra in unum collegit, ut infra videbimus.

XXI.
Ethelardus confirmatur Primas Magnæ Britanniæ.

Ethelardus Cantuariensis Archiepiscopus, cum diu Romanam Sedem fatigasset, tandem a Leone III. Ecclesias omnes Britanniæ sibi subjici obtinuit literis a Malmesburiensi lib. de Pontif. pag. 210. recitatis, in quarum fine legitur: *Data decimo quinto Kalend. Februarii, per manum Primicerii Eustathii Sanctæ Sedis Apostolicæ; imperante Domino Carolo, piissimo Consule Augusto, a Deo coronato magno pacificoque Imperatore, anno secundo, post Consulatum ejusdem Domini, Indictione decima*, ideoque hoc Christi anno quo in cursu erant Indictio X. & a die XXV. mensis Decembris superioris Christi anni secundus ejus Consulatus. Eas literas recitat etiam Alfordus in Annal. Angl.

JESU CHRISTI ANNUS 803.	LEONIS PAP. III. ANNUS 8.	CAROLI MAGNI 3. NICEPHORI 2. IMPP.

I. Redemptoris annus octingentesimus tertius Indictione undecima inchoatur, quo mense Augusto moritur in exilio Irene Augusta ærumnis confecta Nicephori Tyranni sævitia. Sed & Bardanes in Oriente frustra suscepit Imperium: extincti sunt alii complures nobiles ejusdem Imperatoris sævitia, de quibus scribit Theophanes, qui res gestas Nicephori hujus anni ita recenset: *Pridie Kalendas Maii mortuus est Niceta Triphilus (ut ajunt) a Nicephoro veneno extinctus. Et nonis Maii feria quinta, cum Nicephorus ad suburbana Chalcedonis exiisset, equumque mansuetissimum ascendisset, hic ipsum ex Dei providentia ejiciens, pedem ejus contrivit. At vero decimoquarto Kalendas Augusti, feria quarta, hora prima, Bardanes Patricius, & Prætor Orientalium, qui cognominatus est Turcus, appellatus est Imperator ultro ab omnibus suis thematibus. Qui multum renitens, ut evaderet illos, minime valuit, & descendens usque Chrysopolim, & cum circuisset diebus octo, & minime receptus fuisset, rediit usque Malagma. Qui metuens Deum, & recogitans, ne forte pro se mactatio Christianorum efficeretur, misit ad Nicephorum, & accepto in scriptis propriæ manus ejus, in quo & sanctissimus Tarasius Patriarcha, & omnes Patricii subscripserunt, quod illæsus, & indemnis cum omnibus, qui cum ipso erant, foret reservandus, sexto Idus Septembris clam fugiens, descendit in civitatem Bithyniæ, in monasterium Heraclii, & invento chelandio, quod ab Imperatore fuerat ad hoc missum, tonsus est, & indutus stola monastica, & ingressus illud, abiit in insulam, quæ dicebatur Prima, in qua ædificaverat monasterium, opinatus, quod foret veriturus terribile verbum, quod dederat sibi contemptibilis Nicephorus, & in nullo esset lædendus. At ille primum quidem denudat eum substantia ejus, & accepta occasione, omnes thematum principes, & habitatores quosdam de regia urbe captivavit, exercitum autem privatum toga deseruit.* Addit inferius de eodem misero Bardane ab eodem Nicephoro luminibus privato.

Bardanes acclamatur Imperator.

II. De obitu autem Augustæ hæc habet: *Verum quis sermo enarrare sufficiet digne cætera, quæ diebus illis ab eo gesta sunt propter indulgentiam Dei pro commissis nostris? Nona vero die, mense Augusto undecimæ Indictionis defuncta est Imperatrix Irene Augusta in exilio, in insula Lesbo, & translatum est corpus ejus in insulam Principis, in monasterium, quod ipsa construxerat.*

Irenes Augustæ obitus.

Eodem anno secundo Imperii sui Nicephorus coronavit filium suum Stauratium per Tarasium sanctissimum Patriarcham in ambone majoris Ecclesiæ in Imperatorem, cum esset inutilis modis omni-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXLI. Anno Hegiræ CLXXXVIII. inchoato die 29. Decemb. fer. 3. A. C. 803.

Anno Periodi Græco-Romanæ 6296.

☉ 28. A. ☽ 6. P. 16. April. Indict. 11.

Jesu Christi 803.

Leonis III. Papæ 9.

Caroli Imp. 4.

Nicephori Imp. 2.

I. Moritur Irene Imp.

Ad numer. I. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alexan. DCCXCV. Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoato, ait: *Mense Augusti die nono, Indictione undecima Imperatrix Irene in Lesbum Insulam relegata diem obiit*, ideoque currenti anno, ut recte Baronius. Colitur a Græcia Sancta Irene die XIII. Augusti, *cujus Opera Deus cuncta, quæ prior discordia, instar serpentis lubricissima Ecclesiæ irrepens, distraxerat in rectæ fidei unam confessionem clementissima benignitate adduxit*, inquit Ignatius Diaconus, & vasorum Custos Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ in Vita Sancti Nicephori Patriarchæ Constantinop. loquens de Septima Synodo Irenes opera congregata. Ignatius autem hoc ipso tempore floruit, & Sancto Tarasio Nicephori Decessori morienti adstitit.

II. Nicephori Imp. infausta administratio.

Deinde Theophanes anno Incarnat. DCCXCVI. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato, scribit: *Hoc anno mense Decembri Indictione duodecima Nicephorus filium suum Stauracium Tarasii Sanctissimi Patriarchæ manibus in ambone magnæ Ecclesiæ Imperatorem coronavit, hominem sive vultus speciem, sive corporis robur, sive denique mentis captum species, ad eam dignitatem plane ineptum.* Addit Theophanes: *Cæterum mense Augusto adversus Arabes profectione suscepta ad Crasum Phrygiæ obviam illis factus, certamine inito superatus est: pluribusque suorum prostratis parum adfuit, quin hostium in manus incideret, nisi Procerum nonnulli animo & robore præstantes eum non sine difficultate periculo eripuissent.* Sed hæc pugna, quam Baronius cum hoc anno conjungit, ad sequentem pertinet; cum habita fuerit mense Augusto. Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. hæc accuratius refert: *Anno CLXXXVII.* (Arabico scilicet, die XXX. Decemb. superioris Christi anni inchoato) *profectus est Rasidus* (ita vocabatur Haron Saracenorum Calipha,) *cum copiis suis, donec imminuit portas Heracleæ, diripiens omnia, incendens, atque vastans. Petiit autem Nicephorus ab eo pacem, certa summa tributum annuum ei pollicens: quod Rasidus non recusavit; eoque negotio transacto, reversus est Raccam. Sed magno oborto frigore, pacem fregit Nicephorus, sciens Moslemos* (ita vocantur Saraceni tanquam recte credentes) *reverti ad eam non posse, præ nivis copia, & frigoris vehementia. Quod audiens*

mnibus ad tantam dignitatem, tam aspectu, quam robore, & sensu. Hæc Theophanes, additque mense Augusti in prœlio adversus Arabes Nicephorum posteriores tulisse, in discrimenque vitæ inductum a suis vix ereptum. Sed ad res Occidentales.

III. Legati Nicephori Imp. redeunt cum pace Constantinopoli. Hoc anno Legati Caroli Magni, qui cum pace a Nicephoro Impeaatore dimissi fuerunt, una cum Legatis ipsius ad Carolum in Germaniam pervenere, de quibus hæc in vita ejusdem Imperatoris hoc anno: Missi domni Imperatoris de Constantinopoli reversi sunt, & venerunt

PAGIUS *diens Rasidus, difficillimo tempore ad eum reversus est, cumque arcte pressit, cervici ejus imminens. Unde Nicephorus pacem probavit; attulitque pecuniam a se promissam. Et tunc ab eo discessit. Anno CLXXXVIII.* die XIX. Decemb. hujus Christi anni inchoato) *misit Rasidus exercitum bellum illatum Romanis: qui Regionem Romanorum ingressus est per portam Safsafa. At prodiit Nicephorus cum magno exercitu, ei in occursum, estque victoria Muslimis, qui eos vicerunt. Et vulneratus fuit Nicephorus tribus vulneribus, ac Romanorum XL. millia sunt cæsa. Muslimi autem, multis acceptis spoliis, salvi reversi sunt.* Quibus ex verbis intelligimus, Safsafam in Phrygia fuisse, aut saltem non longe ab ea sitam.

III. *Carolo fausto omnia procedunt.* Ad num. III. Annalista Lambecianus hoc anno habet: DCCCIII. *Ipso anno Imperator Carolus celebravit apud Aquis Palatium Pascha, & Conventum habuit ad Moguntiam, & ipse sine hoste fecit* (pro fuit) *eodem anno, excepto quod scaras suas* (idest, cohortes militares) *transmisit in circuitu, ubi necesse fuit,* quibus verbis Annales suos decem annorum narrationem complectentes absolvit. Et descripsit Cosmographus Moissiacensis, sicuti jam aliis annis ab eodem factum. Carolus Moguntiæ varia Capitula publicavit, quæ Tom. I. Capitularium Reg. Franc. & Tom. VII. Concil. legenda. Annalista Metensis, hoc anno scribit: *Missi Imperatoris a Constantinopoli regressi sunt, & venerunt cum eis Legati Nicephori Imperatoris, qui tunc Rem publicam regebat, quorum hæc sunt nomina, Michael Episcopus, Petrus Abbas, Callistus & Candidatus* (sed legendum, *Calistus Candidatus*, quem in duos perperam distinguit, ut liquet ex aliis Annalistis.) *Qui venerunt ad Imperatorem in Germania super fluvium Sala, in loco, qui dicitur Saltz, & pactum faciendæ pacis in Christo susceperunt. Inde dimissi cum Epistola Imperatoris Romam venerunt; inde Constantinopolim regressi sunt. Venit quoque Fortunatus Patriarcha de Graecis, afferens secum inter cætera dona duas portas eburneas, mirifico opere sculptas. Imperator autem Bajoariam profectus, venationem bubalorum, cæterarumque ferarum, per saltum Hercanum exercuit. Inde vero ad Regunesburg veniens, dispositis his, quæ utilia videbantur esse, adventum exercitus de Pannonia redeuntis præstolabatur. Quibus reversis obviam illi ad Regenesburch venit. Ibi etiam cum illis Zodan Princeps Pannoniæ veniens, Imperatori se tradidit. Multi quoque Sclavi & Huni in eodem Conventu fuerunt, & se cum omnibus quæ possidebant Imperatoris Dominio subdiderunt. Constitutisque omnibus utilitatibus, quæ in illis partibus necessariæ erant, per Alemanniam & per Vvarmatiam hyemis tempore ad Aquis Palatium venit, ibique Natalem Domini celebravit.* Idem habent varii alii Annalistæ, nisi quod de Fortunato non loquantur.

IV. *Fortunatus Patriarcha Gradensis in Franciam venit.* Erat *Fortunatus* Patriarcha Gradensis, qui in Annalibus Metensibus dicitur *Patriarcha de Graecis* indicans eum Venetiis venisse juxta modum loquendi Leonis Papæ III. in Epistola ordine XI. ad Carolum Magnum, in qua ait: *Retorimus in eis* (nempe literis Caroli), *quatenus a Gradensi insula, ubi Fortunatus Archiepiscopus suam propriam Sedem habere videbatur, propter persecutionem Græcorum seu Veneticorum exul esse dignoscitur.* Ubi Venetici, apud quos Gradus, Græci appellantur. Richerius tamen in Chronico Senoniensi lib. 2. cap. 6. Fortunatum Gradensem Patriarcham Hierosolymitanum fecit; tradit enim: *Tempore Caroli Magni, Vir quidam Venerabilis Fortunatus nomine, Patriarcha Hierosolymitanus, corpus Sancti Joseph Sepultoris Domini, Paganos qui tunc Terram Sanctam vastabant, fugiens apportavit.* Fortunatus quippe Gradensis Patriarcha ex Oriente in Franciam fugit, ut prodit Eginhardus in Annal. ad annum DCCCXXIV. & multas Reliquias in Europam attulit, ut docent Dandulus in Chronico & Ughellus Tom. V. Italiæ Sacræ in Patriarchis Gradensibus. Quare non dubito, quin Richerius, qui post medium sæculum decimum tertium Chronicon suum exaravit, *Fortunatum* Gradensem, Hierosolymitanum Patriarcham crediderit; cum aliunde complura scribat a veritate dissentanea, & quia Papebrocius in Historia Chronolog. Patriarcharum Hierosolymitanorum innixus Libello de Successoribus Sancti Hildulfi, ex Archiepiscopo Trevirensi Abbatis Mediolacensis in Vosago Fortunatum Gradensem inter Hierosolymitanos Patriarchas perperam numerarit. Certe ipsemet animadverti Annales Francorum ab anno DCCVIII. ad DCCCVIII. deductos, & a Duchesnio Tom. II. ex Joannis Tilii MS. editos, post Georgium Patriarcham Hierosolymitanum memorare *Thomam*, qui anno DCCCVII. Ecclesiam Hierosolymitanam regebat, ut eo anno videbimus. Denique *Fortunatus* Patriarcha Gradensis hoc tempore in Franciam venit, uti anno superiori diximus, & Idibus Augusti hujus anni cum in Regio comitatu ad Salam esset, Diploma a Carolo obtinuit, *Dat Id. Aug. anno tertio Imperii nostri*, ut videre est apud Ughellum, qui illud integrum recitat loco laudato.

V. *Carolus Pannoniam consulit.* *Carolus* e Palatio, quod Salæ fluvio adsidebat, in Bajoariam profectus est, ut mox diximus ex Annalista Metensi, ibique vastitati Pannoniarum consuluit, ut scribit Brunnerus in Historia Bojorum lib. 6. num. 4. *In Boioam redit, ut quando nuper bellis Hunnorum rer attrita magnaque Pannoniæ pars cultore nudata fuerat, pulcherrima fertilissimaque Provincia caveretur, ne in solitudinem abiret; quo tempore in agrum vacuum colonias ductas vicinarum gentium, Bojorum maxime, credere non abnuerim.*

VI. *Hunnorum instructionem Arnoni Archiep. Salisburgensi committit.* Mense Octobri Carolus adiit Salisburgum, & Arnoni Salisburgensi Archiepiscopo concessionem a Pippino filio quandam factam confirmavit, idest erudiendorum Hunnorum curam, quam anno DCCXCVI. Pippinus post debellatam illam gentem eidem Arnoni commiserat, *usque ad præsentiam genitoris sui Caroli*, ut videre est apud Anonymum editum a Canisio Tom. VI. Antiq. Lect. ubi Caroli confirmationem

Digitized by Google

runt cum eis Legati Nicephori Imperatoris, qui tunc Rempublicam gerebat (nam Irenam post adventum legationis Franciæ deposuerunt) quorum nomina sunt, Michael Episcopus, Petrus Abbas, Callistus Abbas, Candidatus Abbas, qui venerunt in Germaniam super fluvium Sala in loco, qui dicitur Sales; & pactum faciendæ pacis in scripto susceperunt: & dimissi cum epistola Imperatoris

PAGIUS nem Vitæ Sancti Rutperti sublicit, aitque: *Anno Domini octingentesimo tertio Carolus Imperator Bojoariam intravit, & in mense Octobri in Saltzburg venit, & prefatam concessionem filii sui iterans potestative multis adstantibus fidelibus suis affirmavit, & in evum in convulsum fieri concessit.* Deinde Arnonis Archiepiscopi zelum in promovenda per Karinthiam & Pannoniam religione sic laudat, *Simili modo etiam Arno Episcopus, Successor Virgilii, Sedis Juvavensis deinceps curam gessit Pastoralem, undique ordinans Presbyteros, & mittens in Sclaviniam, in partes videlicet Karintanas atque Inferioris Pannoniæ illis Ducibus atque Comitibus sicut pridem Virgilius fecit, quorum unus Ingo vocabatur, multum charus populis & amabilis, propter suam prudentiam. Cui tam obediens fuit omnis populus, ut si cuique vel chartu sine litteris ab illo directa fuit, nullus ausus est suum negligere praeceptum. Quod etiam mirabiliter fecit. Vero servos credentes secum vocavit ad mensam, & eos qui eis dominabantur infideles, foris quasi canes sedere fecit, ponendo ante illos panem & carnem, & fuscu vasa cum vino, ut sic sumerent victus. Servis autem scapis deauratis propinare jussit. Tunc interrogantes primi deforis dixerunt. Cur facis nobis sic? At ille, non estis digni, non ablutis corporibus cum sacro fonte renatis communicare, sed foris domum ut canes sumere victus. Hoc facto fide Sancta instructi, certatim cucurrerunt baptizari & sic deinceps Religio Christiana succrescit.*

VII. *Synodus Ratisponensis adversus Chorepiscopos.* Labbeus Tom. VII. Concil. pag. 1152. Concilium *Ratisponense*, cujus mentio lib. 7. Capitularium cap. 187. ad annum circiter DCCXCIX. refert. Verum, ut observat Cointius hoc anno num. LXIV. & seqq. Carolus anno illo a Bajoaria procul abfuit, semelque deinceps illuc profectus legitur, hoc scilicet anno. Testatur Carolus loco citato tam Presbyteros, quam laicos questos esse de Chorepiscopis, & affirmasse laicos, *quod talium Ministrorum vel Sacerdotum, idest, qui a Chorepiscopis erant quasi ordinati, officia audire nollent, nec eorum infantes majores vel minores, aut familiam eorum per manus impositionem consignari vel confirmari usquam vellent, ne magis unctus, quam benedictionem acciperent,* &c. *Quapropter Arnonem Archiepiscopum ad Leonem Apostolicum misimus, ut inter cetera qua ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, ut quidquid super iis definiendum esset Apostolica auctoritate, a nostris Episcopis regulariter sapiretur.* Pergit Carolus: *Cum eodem Arnone, permittente prefato Apostolico, mitius tractantes, jam dictos villa nos Episcopos inter Presbyteros statuerunt, ita ut nihil amplius de Episcopali Ministerio præsumerent, nec ipsi deinceps a quoquam fierent, qui gradus sui periculum vitare vellet. Decretum namque est in illa Synodo, quam Reginisburc pro eadem vel pro aliis causis Apostolica auctoritate prefato praeeunte habuimus, nihil ex prædictis a quoquam eorum agere; nec facere volentibus consentire,* &c. In Synodo itaque Reginoborgensi tres Sanctiones adversus Chorepiscopos editæ, prima, ut Chorepiscopi de Ministerio Episcopali nihil præsumerent; altera ut in posterum Chorepiscopi non fierent; tertia, ut quæ gesta fuerent a Chorepiscopis haberentur irrita. Chorepiscopi tamen multo tardius extincti sunt, ut ex infra dicendis liquebit. [1]

Monachus Anonymus Nonantulanus, qui scripsit Vitam Sancti Anselmi Abbatis Nonantulani in Italia primi, recitatam a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. 1. refert, Sanctum Abbatem mortis suæ diem Monachis suis prædixisse, eamque accidisse *regnante Domino & Maximo Carolo Imperatore hic in Italia anno trigesimo Regni sui, ipsiusque magnifici Anselmi Abbatis quinquagesimo.* Subdit idem Anonymus: *Benedixit eos, & inter manus fratrum Monachorum ex hoc saeculo migravit ad Caelos, quinto Nonas Martii sexto feria die, in qua Mundi Redemptor hominem fecerat, ipsumque redemerat.* Quare Sanctus Anselmus hoc anno, in quem notæ illæ Chronologicæ conveniunt, animam Deo reddidit, ut recte Mabillonius ibidem, & Bollandus ad diem III. Martii, qui partem Vitæ S. Anselmi ante Mabillonium retulerat. Sancti Viri corpus in monasterii Nonantulani summo Altari hono- VIII. *Moritur S. Anselmus Abbas primus Nonantulanus.*

ri-

NOTÆ [1] IN libello de gestis Episcoporum Cenomanensium a Mabillonio Analectorum pag. 288. vulgato, quædam occurrunt, ex quibus certiora quoad chronologiam Concilii Ratisponensis erui posse arbitror. Narratur ibi cap. XVII. Gauziolenus quidam Cenomanorum Episcopus, cum munia Episcopalia exercere præ cæcitate impediretur, initiari a tribus Episcopis in Chorepiscopum curasse Merolum quendam, eo quod per illa tempora Carolus Pippini filius, *una cum Legatis Apostolicis, & omnibus Episcopis* in frequenti concilio sanxisset, ut nullus *Chorepiscopus crisma conficeret, virgines sacraret, Spiritum Paraclitum traderet, neque ecclesias dedicaret, vel altaria erigeret, aut sacraret, etiam oleum ad infirmos ungendos benediceret, nisi a tribus esset ordinatus.* Sermonem hic esse de concilio Ratisponensi, in quo sancitum fuit ne chorepiscopi a tribus non ordinati munera Episcopalia exercerent, facile cuivis suaderetur. Merolus iste annis 30. sedit, incompletis tamen; nam Carolo jam rerum potiente cœpit, ejusdemque Regis anno regni 29. mense decembri, idest Christi 796. vacuam ejus morte cathedram Franco occupabat ut liquet ex diplomate ejusdem Caroli dato anno & mense eodem in eo libello recitato. Hinc fit Concilium Ratisponense tempore ordinationis Meroli habitum, ad annum 768. circiter pertinere. Neque Carolus in capitularibus, in loco a Pagio hic allato, contrarius est; non enim ait, ut Pagius explicat concilium Ratisponense celebratum fuisse occasione legatorum, quos miserat ad Leonem III. ad causam chorepiscoporum tractandam, sed cum narrasset legatorum illorum missionem, tunc apte subdit mentionem de concilio Ratisponensi a se *pro eadem causa* non vero eodem tempore, sed ante aliquot fortu annos celebrato. MANSI

(a) *Apud Sigon. de Reg. Ital. l.4. hoc an. & seq.*

ris Romam regressi, & in Constantinopolim reversi sunt. Hæc ibi.

Hoc (a) anno Indictione undecima, decimo Kalendas Aprilis, Leo papa pallium concessit Fortunato Gradensi Patriarchæ in locum Joannis suffecto, qui occisus fuerat a Joanne Duce Veneticorum.

Ostin-

PAGIUS

rifice locatum conspicitur, hactenusque subsistit Monasterium Nonantulanum, quod in Oppidum accrevit, translatum a Monachis Nigris ad Cistercienses ab anno MDXIV. Mabillonius existimat, Anonymum illum Monachum Nonantulanum paulo post Anselmum vixisse, tum quia eam ætatem sapit stylus orationis, tum quia is qui seriem Abbatum Nonantulensium anno MXXXVII. ordinare desiit Monachus Anonymus, hanc Vitam Sancti Anselmi laudat.

IX. *Synodus Cloveshoensis.*

Ethelardus Magnæ Britanniæ Primas Provinciales Episcopos, eos nimirum quos olim Gregorius Magnus ejus Sedi subjecerat, in unum convocavit. Romani Pontificis mandatum exposuit, & cavit imprimis ne ullus imposterum Metropolitanæ suæ Sedis prærogativam aut minuere aut delibare præsumeret. Refert hanc Synodum Spelmannus, & ex eo Alfordus hoc anno ac Labbeus Tom. VII. Concil. In ejus fine legitur: *Actum est in celebri loco, qui vocatur Clofeshoas, anno ab Incarnatione Christi octingentesimo tertio, Indictione undecima, die quarta Id. Octob.* Angli Indictionem a die XXV. mensis Septemb. exordiebantur, ut alibi ostendimus. Verum, ut ex hoc Concilio variisque Diplomatis Regum Anglorum constat, circa sæculi noni initium *Indictiones* cum annis Incarnationis a die natali Christi auspicari cœpere, alioquin hoc anno mense Octobri, non Indictio XI. sed Indictio XII. numeranda fuisset. Porro *Ethelardus* seu *Adelardus* hoc anno mortuus est, teste Vigorniensi, cui suffragantur Huntindoniensis pag. 344. & Hovedenus pag. 411. qui postquam asseruere Egbertum anno Christi octingentesimo Regnum Westsaxonum iniisse, subdunt: *Quarto post hunc anno decessit Edelred Archiep. Kentensis, & VVulfredus successit; unde vero post biennium Cudredus Rex Kentensis obiit*, anno scilicet DCCCV. ut infra ostendam. Alfordus Adelhardi mortem in annum sequentem differt illo testimonio Huntindoniensis & Hovedeni iisdem verbis scripto innixus. At cum ipsemet Alfordus mortem Cuthredi Regis cum anno Christi DCCCV. recte copulet, Huntindoniensis & Hovedenus de annis IV. incompletis pariter intelligendi. Malmesburiensis pag. 199. Gervasius in Actis Pontif. Cantuar. aliique annos XIII. Sedis Adelhardo assignant, eumque plurimum laudant.

Digitized by Google

I. Leo Pap. iterum venit in Germaniam ad Carolum Magnum.

Octingentesimus quartus annus Redemptoris duodecima Indictione signatur, in cujus fine Leo Romanus Pontifex rursum in Germaniam se contulit ad Carolum Magnum, de cujus adventu, & ejus ratione hæc habent Annales Francorum in vita Caroli Magni per singulos annos digesta: *Medio Novembrio allatum est Carolo, Leonem Papam Natalem Domini cum eo celebrare velle ubicumque hoc contingere potuisset. Quem statim, misso ad S. Mauritium Carolo filio suo honorifice suscepere jussit. Ipse obviam illi ad Rhemorum civitatem profectus est, ibique suscepit eum. Primo Carisiacum villam, ubi Natale Domini celebravit, deinde Aquisgranum perduxit, & donatum magnis muneribus per Bajoariam ire volentem reduci fecit usque Ravennam. Causa adventus ejus hæc erat. Perlatum est ad Imperatorem, æstate præterita, Christi sanguinem in Mantua civitate fuisse repertum. Propter hoc misit ad Papam, petens ut hujus famæ veritatem inquireret. Qui accepta occasione exeundi, primo in Langobardiam, quasi pro inquisitione ista profectus est, inde ad Imperatorem veniens, mansit cum eo dies octo, reversusque est Romam.* Hæc ibi, & quidem summatim collecta.

Cæterum quod ad sanguinem Christi pertinet, re multum examinata, inventus est & comprobatus ille fuisse, qui ex Christi corpore fluxit, tempore Passionis ejus, non autem ille, qui Beryti (ut vidimus) ex sacra Crucifixi imagine fluxerat. De qua veritate extare dicuntur sacra diplomata Romanorum Pontificum, ut de his non sit amplius dubitandum. Sed ego non vidi.

Quod

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXLII. Anno Hegiræ CLXXXIX inchoato die 8. Decemb. fer. 1. A. C. 804.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6297.

☉ 1. GP. ☽ 7. P. 31. Mart. Indict. 12.

JESU CHRISTI 804.

LEONIS III. PAPÆ 10.

CAROLI IMP. 5.

NICEPHORI IMP. 3.

I. Adventus Leonis III. in Franciam.

Ad num. I. Annalista Metensis de adventu Leonis III. in Franciam hæc habet: *Medio Novembrio nunciatum est, ei Leonem Papam Natalem Domini cum eo celebrare velle ubicumque illi placuisset. Quod Rex gratanter suscepit, & statim misso filio suo Carolo ad Sanctum Mauricium, eum suscipere honorifice præcepit. Ipse vero obvians illi apud Rhemorum Civitatem in Basilica Beati Remigii Episcopi & Confessoris profectus est; ibique susceptum ad Carisiacum usque perductum, cum eo Natalem Domini celebravit. Inde pariter proficiscentes pervenerunt ad Suessonis Civitatem, in qua dimisso Papa, ad colloquium Germanæ suæ Gislæ quæ in his diebus egrotabat, ad Calam Monasterium pervenit. Fruitusque ejus colloquio, ad Carisiacum villam Leonem Papam, quem apud Sanctum Medardum dereliquerat, sibi obviam venire fecit. Deinde Aquis perduxit, & honoratum magnis muneribus per Bajoariam ire volentem a suis duci fecit usque Ravennam. Causa adventus ejus hæc fuit. Nunciatum est Imperatori, Jesu Christi Domini nostri Sanguinem in Mantua Civitate fuisse repertum: & Imperator ad Papam direxit, rogans ut veritatem rei perquireret. Qui accepta occasione a Roma exeundi, primo in Longobardiam quasi pro inquisitione prædicta profectus est: Deinde arrepto itinere, subito ad Imperatorem usque pervenit. Mansitque apud illum dies octo, & sicut dictum est Romam repedavit.* Eadem narrant alii Annalistæ, Regino, Monachus Engolismensis, & Incertus Auctor in Vita Caroli.

II. Mantua Sede Episcopalis a Leone III. efficitur.

Etsi autem hi Auctores scribant, *Christi Sanguinem in Mantua Civitate repertum fuisse*, certum tamen illis temporibus Mantuam titulo Civitatis & Episcopali Sede caruisse. Urbs hæc post persecutionem Diocletianeam *jussa est ad arbitrium Mediolanensis Antistitis respicere; qui, iidem spiritualibus attributis administres, per plures annos Mantuanam Ecclesiam suæ Jurisdictionis agnovit. Paruit deinde Archiepiscopo Ravennati, Pelagio Primo Summo Pontifice ita jubente, annitenteque Smaragdo Ravennate Exarcho Mantuaque Gubernatore, qui per id tempus Constantinopolitano Cæsari Vicariam operam præstabat anno DLXXXV. Anno vero DCCXXIX. Gregorius II. Pontifex a Luitprando Longobardorum Rege exoratus, divulsam a Ravennate Jurisdictionem, Patriarchatui Aquileiensi, majoris honoris ergo illius Sedis, illam adjecit. Sed cum postea Leo III. ex fama reperta spongia anno DCCCIV. Sanguine Christi imbuta, a Longino olim diffossa Mantuam venisset, hausissetque oculis admirabilis Reliquiæ veritatem, tum primum Mantuæ Episcopalem dignitatem attribuit, ejusque Præsulem Aquileiensi Patriarchatui voluit suffragari*, inquit Ughellus Tom. I. Ital. Sacr. in Episc. Mantuan. Pontifex & Imperator Remis Suessionem simul profecti sunt, sed accepto nuncio de morbo, quo *Gisla* Caroli soror Abbatissa Calensis in Agro Parisiensi laborabat, relicto apud Suessionem Papa, statim Imperator iter Calam versus arripuit, indeque recta Carisiacum perrexit; quo se quoque Pontifex Suessione mox contulit. Illic ambo Natalem Domini celebrarunt, simulque manserunt dies octo, deinde Aquisgranum contenderunt. Eginhardus in Vita Caroli M. de eo ait: *Erat ei unica soror, nomine Gisla, a puellaribus annis religiosæ conversationi mancipata, quam similiter ut matrem magna coluit pietate; quæ etiam paucis ante obitum illius annis in eo quo conversata est Monasterio decessit.*

III. Leo III. Romam redit.

Leo Papa & Carolus Imp. dum Aquisgrani essent, egerunt de Episcopis Istriæ, qui Patriarchæ Forojuliensi tunc submittebantur, & statuerunt, ut ad Gradensem redirent Provinciam, e qua fuerant ab annis tantum aliquot avul-

Digitized by Google

II. Quod vero spectat ad res gestas a Leone in Germania: prolixior de cunctis narratio habetur in epistola S. Ludgeri his verbis (a): *Idem S. Leo Papa, anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo* * *tertio cum magna solemnitate suorum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum, & Primatum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniens, & ab eodem Imperatore Imperialiter cum suis susceptus, inter multa pietatis suæ opera, instantia ejusdem serenissimi Imperatoris, & Regis, Aquisgrani in Palatio dedicavit Ecclesiam perpetuæ Virginis Mariæ, donans eamdem Ecclesiam multis indulgentiis. Deinde humili petitione, & instantia venerabilis patris Gerboldi Episcopi Leodiensis consecravit Ecclesias gloriosæ Virginis Mariæ tam in Tungris, quam in Viseto. Et in Colonia Agrippina, tam ad sanctum Martinum, quam in Capitolio altaria consecravit, & multa alia monasteria, & altaria, & capellas per Alemanniam, & Galliam consecravit, ubique multas indulgentias conferendo. Tandem devota instantia gloriosissimi Imperatoris Caroli, & venerabilis viri Hildebaldi Archipræsidis Coloniensis, venit a Colonia idem sanctus Papa Leo navigio in Vverdam stipatus Imperatoria majestate, ac sacrato choro sanctorum Cardinalium, & Archiepiscoporum, & multorum procerum. Cui occurrunt usque ad Rhenum devoti fratres conventus sancti Suiberti processionaliter cum incolis ejusdem oppidi de Vverda, introducentes eum cum Imperatore, & cæteris in Ecclesiam sancti Suiberti, multum devote, ac honeste. Et die illo, quo intravit, jejunaverant incolæ de Vverda cum toto conventu auctoritate Apostolica.*

(a) Epist. S. Ludg. cap. 9. apud Sur. in Suiber. die 1. Mart. tom. 2.

* quarto.

Res gestæ a S. Leone Pap. in Germania.

Indulgentiæ concessæ a Leone Papa.

III. Relatus inter sanctos S. Suibertus.

Altera vero die, qui fuit pridie Nonas Septembris, tam Papa sanctus Leo, quam Carolus Imper. & alii convenientes in Ecclesia, & conventu S. Suiberti, ibi oratione finita omnium convenientium in Ecclesia statim celebrante solemniter summam Missam Felice Hildebaldo Coloniensi Archiepiscopo, & sanctissima vita ipsius Suiberti cum innumeris miraculis conscripta per venerabilem presbyterum Marcellinum socium, & conterraneum ipsius Sancti ibidem lecta, Papa sanctus Leo, de assensu pariter, & consensu suorum Cardinalium, cæterorumque prælatorum illic coram astantium solemniter catalogo sanctorum Confessorum ipsum adscripsit. Quo facto, pulsata campana, conventus per aliquot horas ad honorem Dei, & gloriam ipsius Sancti, cum per dulcia modulamina laudum fratres devotissimo Deo rependissent gratias, cantando humiliter hymnum, Te Deum laudamus; & reliquiæ, sive ossa ipsius ex monumento, in præsentia sanctissimi Apostolici Leonis, & Caroli Imperatoris, cæterorumque per præfatum Archiepiscopum Coloniensem tollerentur devote, maxima dulcissimi odoris in eodem loco cælitus effusa est fragrantia, cujus suavitas omnium ora, & corda adstantium reficiebat, ita ut nullus ambigeret, ibidem adesse Angelorum choros.

IV *Facta sunt hæc pridie Nonas Septembris, præsentibus ibidem victoriosissimo Carolo semper Augusto, Romanorum Imperatore, & Francorum Rege, venerabilibusque Patribus, Cardinalibus, Archiepiscopis, Bernardo Ostiensi, & Fortunato Treverorum, Theodoro Sabinensium, Nicolao tituli S. Crucis in Hierusalem, Eustochio S. Praxedis, Bonifacio tituli sanctorum Marcellini, & Petri pres-*

Ann. Eccl. Tom. XIII.

PAGIUS avulsi postquam Istris dominari cœperant Franci. Pontifex enim in Epistola sua ad Carolum, ordine XI. ait: *Reservatur in ipsis vestris Imperialibus apicibus, quomodo in Aquis Palatio nobiscum providistis de Aquileiensi Ecclesia, velut una quæ suam Sedem haberet.* Cum vero Annalistæ affirment, Papam apud Imperatorem mansisse tantum *dies octo*, & Natalem Domini simul celebrasse, apparet, illum anni sequentis initio Romam accessisse.

IV. A num. II. ad VIII. Refert Baronius ex Epistola Sancti Liudgeri Monasteriensis Episcopi, quæ Leo III. positus in Francia egerit. *Rixfridus* Trajectensis Episcopus *Luidgerum* per literas rogasse, dicitur, ut Elevationem & Canonizationem Sancti *Swiberti* cum Miraculis in scripta dirigeret; quæ libro de illius Vita conscripto addi possent. Liudgerus, ut hisce Rixfridi literis plenissime satisfaceret, responsum edidisse perhibetur, in quo multa commemoravit miracula, quæ a Sancto Swiberto dicuntur facta. Verum totam illam narrationem Vitamque Swibertinam posteriorum commenta esse, supra sæpe insinuavimus, & Morinus in Commentario de Administratione Sacramenti Pœnitentiæ lib. 10. cap. 20. solide refutavit Epistolam illam Liudgeri de multarum Ecclesiarum, Capellarum & Altarium consecratione per Leonem III. de S. Swiberti relatione in Catalogum Sanctorum; de concessione specialium Indulgentiarum in Dedicationibus prædictarum Ecclesiarum, Capellarum & Altarium, atque in Festo Sancti Swiberti. *Conficta est*, inquit Morinus, *Epistola ante forsan trecentos annos, aut ut maximo ante quadringentos, nomine Sancti Ludgeri, ab aliquo Vverdensi Monacho in sui Monasterii commodum & gloriam. Quæ scribit de tempore itineris Leonis III. ad Carolum, de mora ipsius in Caroli comitatu, de variis cum eo itineribus susceptis, omnia ἀνεπίγραφα ficta sunt, & cum iis, quæ referunt illius temporis Auctores, constare non possunt, ut utrumque ista comparanti evidens erit. Deinde Sancti Swiberti in Sanctorum Catalogum relationem eo modo & ordine enarrat, quo nunc, & ab annis quadringentis celebrari solet. Certum est autem hanc celebrationem cœpisse trecentis post Leonem III. annis & amplius. Primus, quem perhibent antiqua docu-*

IV. Canonizatio S. Suidberti commentitia.

*presbyteris Cardinalibus, Gerbaldo Leodiensi, Volquino Normensium Episcopis, & præsertim Felice Hildebuldo Colonensi Archiepiscopo, cujus industria, & pia instantia sanctus Leo Vverdam navigavit, & S. Suvibertum in * divos retulit, cum multis aliis prælatis, & proceribus.*

* *sanctos.*

Indulgentiæ concessæ Ecclesiæ S. Suviberti.

Statuit insuper sanctissimus Papa Leo illum diem canonizationis, & exaltationis S. Suviberti egregii Episcopi, perpetuis temporibus per totum oppidum a cunctis incolis Vverdæ celebrandum ob honorem sancti Suviberti Apostolici Episcopi. Obtulit autem idem sanctus Papa eidem Ecclesiæ speciales indulgentias cunctis fidelibus celebrantibus festum S. Suviberti Episcopi, & ad divina confluentibus. Item idem Papa obtulit parvam auream Crucem refertam particula S. Crucis Domini nostri Jesu Christi.

*Imperator vero Carolus obtulit duos aureos calices ex auro puro, & totidem ampullas ejusdem auri cum multis aliis Ecclesiarum * Cimeliis pretiosis, ut dum divinum mysterium in Vverdensi conventu peragoretur cum eisdem, ipsius Imperatoris jugis fieret memoria. Obtulerunt pariter omnes a majori usque ad minorem, juxta devotionem, & inspirationem spiritus, & pro facultate, ut fieret solemnis capsula, & pretiosum feretrum, in quo collocarentur sacrosancta ossa sancti Suviberti Episcopi, ad laudem, & gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui vivit, & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti per infinita sæcula sæculorum. Amen.* Quid præterea mirandum acciderit, cum adhuc esset ibidem S. Pontifex Leo, in eadem S. Ludgeri Episcopi epistola ita narratur:

*

Oblationes factæ S. Suviberto.

V. *Igitur cum rumor adventus sancti Leonis Papæ, & Caroli serenissimi Imper. cæterorumque prælatorum, & Principum in Vverdam ad canonizandum sanctum Suvibertum, ubique per vicinam provinciam pervolasset, confluebant multi populi utriusque sexus cum filiis, & filiabus suis Vverdam, ad percipiendum a sancto Papa remissionem suorum peccatorum, & Apostolicam benedictionem, & ad intuendum tantæ celebritatis actum. Inter quos erat quædam nobilis domina Irmgardis mulier honesta, & proba, germana venerabilis patris Hildeboldi Coloniensis Archiepiscopi, uxor strenui Bartoldi domicelli de Geubergem habitans, & residens illo tempore in Troja, sive Xantis. Quæ domicella cum duabus solummodo pedissequis, & primogenito suo Gocellino * semiocto annorum puero, & cum multis aliis honestis personis ex Xantis Vverdam navigans eidem celebritati consensu mariti sui interesse voluit, & decrevit. Et appropinquantes Vverdæ, cum nauta propter multas alias naves ibidem congregatas subito amplustre mutaret, ut convenientius litori navim applicaret; Gocellinus stans prope matrem in prora navis ex collisione navium cespitans pedibus corruit extra navim in Rhenum, & submersus est. Quod mater ejus videns (quæ etiam excidit ex collisione navium in navim) & puerum suum juvare non valens, seipsam in Rhenum præcipitare conabatur, sed tenta, & impedita per pedissequas, & alios probos homines, scisso velamine capitis sui, præ nimio dolore inconsolabiliter flens magno ejulatu, & lamentis implevit litora Rheni. Erat autem ora fere quinta vespertina. Archiepiscopus vero frater ejus illa audiens ingemuit, & mul-*

* *octo cum dimidio.*

De puero in Rhenum merso.

PAGIUS *mentis solemniter a Pontificibus canonizatum fuisse est Hugo Carthusianus & Gratianopolitanus Episcopus; secundus est Sanctus Bernardus. Sed considera quæ Epistola, sive Bulla Pontificum de Istorum Sanctorum Canonizatione referunt, & ea compara cum iis quæ Auctor ille de Sancti Suiberti Canonizatione scribit, deprehendesque ceremonias hodiernas a Leone III. multo diligentius & copiosius quam ab Innocentio II. aut Alexandro III. fuisse observatas; quod argumentum certum est istius Epistolæ Auctorem post annum MCC. scripsisse. Ante Innocentium II. & Alexandrum III. simplex admodum erat Canonizationis ritus, ut ex Petro Damiano constat in sua Vita Sancti Romualdi, testaturque Cardinalis Baronius ad annum Christi MXXVII. Obtinebatur ab iis, quibus erat cura illa Canonizatio a Sede Apostolica facultas altare supra defuncti corpus erigendi. Eo erecto peracta erat Canonizationis solemnitas. Post illud tempus cæremoniæ sanctæ illius actionis paulatim facta sunt augustiores. Tertio sæpius recitat Episcopos, Archiepiscopos, Cardinales, & Proceres Pontifici assidentes, sed semper primo loco Cardinales collocat contra morem illius temporis & sæculorum sequentium. Innocentius II. trecentis & aliquot post verum*

Ludgerum annis ad Carthusiæ Priorem de Sancti Hugonis Canonizatione scribens Cardinales tertio loco ponit. Quarto commemorat cap. 12. Severinum quemdam patrem-familias adolescentem filium propter morbum a Studio Bononiensi revocasse. Quasi vero regnante Carolo Magno Bononiæ literarum studia florerent, & eo ex variis Provinciis confluerent adolescentes. Ita quidem vivente Gregorio IX. qui Decretalium compilationem ad Doctores, Scholaresque Bononienses direxit. Quinto cap. 2. bis vocat Huoaldum Comitem de Angiers; nominis Provinciæ formatio vernacula recens, quæ vix ante annos quadringentos usurpari cœpit. Deinde Francos vocat Francigenas, nomen Historiæ Francorum sub tertio stemmate scribentium frequens, sed antea inusitatum. Multa sunt alia ejusdem criminis argumenta, quæ longum esset persequi. Undique enim rimosa est Historia ista, & fabellis veritati assutis fatiscit.

V. Scripsit hæc Morinus anno MDCLI. annoque MDCLIX. postquam anno præcedenti Sanctus Thomas de Villanova in Album Sanctorum ab Alexandro VII. relatus fuisset; Josephus Maria San-Felicius ad Inferioris Rheni tractum Nuncius Apostolicus, peculiari Epistola ab Henschenio

Ab omnibus nunc explosa.

multum tristabatur. Pedissequa quoque concita denunciavit Bartoldo discrimen submersi pueri sui.

VI. *Domicella itaque complosis manibus, tamquam mulier vesana, intrans Ecclesiam S. Suviberti, cum magno ululatu, & gemitu Dei exoravit pietatem, ut meritis S. Suviberti filium suum sibi restituere dignaretur. Consolata denique a multis honestissimis matronis, & præcipue ab Archiepiscopo fratre suo ducente eam in hospitium suum, ut eam resocillando consolaretur. Sed ipsa quiescere nullatenus valens, noctem illam totam insomnem ducens, imploravit, assidue devoto, & contribulato corde sanctum Suvibertum, petens ut qui dudum multis in tribulationibus subveniebat, sibi etiam desolatæ solita pietate subvenire non dedignaretur, vovensque si ipsum suis suffragantibus meritis vivum recipere posset, perpetuis temporibus suo ministerio assignaret.*

Altera die cum aurora eminentibus radiis illucesceret, quidam honesti viri amore Dei, & petitione Archiepiscopi amotis navibus cœperunt submersum domicellum Gocellinum quærere sagenis, & uncis, & aliis opportunis instrumentis. Tandem hora fere octava ante Missarum solemnia, quidam dictus Lambertus Dobel de Embrica unco sentiens, & tangens ipsum veste, vocatis aliis sociis, sagaciter ex profundo Rheni per vestem sursum trahens, & elevans defunctum matri præsentavit. Quæ ipsum defunctum videns, exanguis effecta, & in extasi posita, stupuit. Sed ad se reversa, puerum ulnis amplectens, sequentibus eam multis honestis utriusque sexus personis flentibus, & ei condolentibus, deposuit illum ante sepulcrum S. Suiberti, factaque ab omnibus devota oratione, spiritus in illum rediit, oculos aperuit, & revixit, surgensque stetit supra pedes suos, admirans multitudinem, & frequentiam populorum ipsum intuentium, loquebatur matri suæ dulciter. Statimque exuentes eum madidis vestibus propter compressionem hominum, de consilio quorumdam, posuerunt in eminentiori loco, ut ab omnibus posset videri. Quo viso, factus est clamor omnium, Deum in sancto Suiberto collaudantium, de tanta, tamque manifesta gratia ibidem meritis sancti Suiberti palam omnibus ostensa. Puer mortuus revixit.

Eadem vero hora venit festinanter equester pater ejus Bartoldus cum decem tantum vernaculis, multum nimirum tristis, & dolens de perditione dilecti filii sui: erat enim Præfectus Imperatoris Caroli in illis oris. Intrans vero Ecclesiam cum audisset, & vidisset eum a morte resuscitatum, glorificavit Deum in sancto suo Suiberto. Igitur sanctissimus Apostolicus, & Imperator Carolus ista percipientes ab Archiepiscopo Coloniensi avunculo Gocellini resuscitati, eumdem puerum ad se accersiri, & adduci præceperunt. Quem vivum videntes, qui per quindecim fere horas sub aquis in profunda Rheni jacuerat, laudaverunt pietatem Dei, qui semper diversis signis dilectos suos magnificat, & honorat. Archiepiscopus vero consensu parentum, deposita argentea torque, quam circa collum gessit idem Gocellinus resuscitatus, ipsum clericum ordinavit, mutansque nomen ejus, ipsum Suibertum nominavit: qui intra monasterium S. Suiberti intrans, eidem Sancto semper humiliter servivit. Assignavitque domicellus Bartoldus eidem monasterio, amore S. Suiberti, & filii sui, certa prædia perpetuis temporibus possidenda. Hucusque auctor. VII.

Hæc autem de tempore commorationis Leonis Papæ cum Carolo Imperato- VIII.

PAGIUS nin ad diem XXVI. Martii in Commentario prævio ad Vitam Sancti Liudgeri paragrapho 8. recitata, futilem quoque & commentitiam Liudgeri Epistolam rejecit ob easdem rationes, ipseque Henschenius ibidem & Cointius anno DCCCV. num. VII. & seq. adversus eam non pauca alia notarunt. Quo tempore solemnes Sanctorum Canonizationes usurpari cœperint, discutiemus anno DCCCCXCIII. occasione Canonizationis Sancti *Udalrici* Augustani Episcopi, quæ facta fuit eo anno.

VI. *Finis belli Saxonici.* Ad num. VIII. & seq. Annalista Metensis de ultima Caroli Imp. in Saxones expeditione hæc refert: *Anno Dominicæ Incarnat. DCCCIV. Imperator Aquis hyemavit, & ab Aquis proficiscens venit ad Palatium quod dicitur Neumagum. Ibique veris tempore manens, Pascha etiam ibidem celebravit. Incipienteque æstatis tempore ad Aquis Palatium revertens, exercitum in Saxoniam misit. Transitoque Rheno, Generalem Conventum Francorum habuit juxta Lippiæ fontem. Sumtoque inde itinere, per Saxoniam profectus, castrametatus est in loco, qui dicitur Holdunstat. In quibus castris etiam Slavorum Principes adfuerunt. Quorum causis discussis, & secundum arbitrium dispositis Regem illis Trasiconem constituit. Missisque inde exercitibus suis per diversas partes Saxoniæ, tam perfides illos, quos ultra Albiam traxerat, quam illos, qui in VVigmoti manebant, & frequentibus maleficiis populum Saxonum a via veritatis averterant, cum mulieribus & infantibus Dei auxiliante sapientissima dispositione de Saxonia per diversas vias divigens funditus exterminavit, & per Gallias cæterasque Regiones Regni sui sine ulla læsione exercitus sui dispersit.* Auctor Vitæ Ludovici Pii refert, Carolum mandasse Ludovico, ut & ipse se subsequeretur, sed postea postquam Rhenum transiit, ei a patre mandatum, ut se redeuntem ibidem opperiretur: *Tota enim gente subacta Saxonum victor Carolus Imperator jam redibat*, inquit, idem Auctor, qui subdit: *Finito tandem diutino atque truculentissimo Saxonico bello, quod ut ferunt triginta trium annorum tempus occupavit, Ludovicus Rex a patre dimissus, in Regnum proprium ad hyberna se se cum suis collegit.*

re in Germania, cum in Annalibus Francorum asseratur, nonnisi octo dies apud Carolum mansisse Leonem: fortasse ad primum adventum Leonis in Germaniam referenda commodius essent: tu considera.

Saxonum coloniae divisae. Hoc eodem anno (ut iidem Annales Francorum habent) idem Carolus Imp. ob rebellantes annis ferme singulis Saxones, consilium init, ut qui positi erant trans Albim fluvium, eosdem inde deduceret, & in Franciam colonos duceret: sicque factum est, ut Saxonicum bellum triginta annorum spacio agitatum tandem quiesceret. De his autem Eginhardus in Caroli Magni vita hæc habet: *Omnibus, qui resistere solebant, profligatis, & in suam potestatem redactis, decem hominum millia ex iis, qui trans ripam Albis fluminis incolebant, cum uxoribus, & liberis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam, & Germaniam multimoda divisione distribuit, eaque conditione a Rege proposita, & ab illis suscepta, tractum per tot annos bellum constat esse finitum, ut abjecto dæmonum cultu, & relictis patriis cæremoniis, Christianæ Fidei, atque religionis sacramenta susciperent, & Francis adunati unus cum eis populus efficeretur.* Hæc ipse, qui numerat spacium belli hujus annos trigintatres.

IX. Vicus Saxonum in Urbe. Porro ex eisdem Saxonibus Romam quoque directam esse coloniam, apud Anastasium leges: datus illis locus prope basilicam S. Petri Apostoli ad incolendum, qui ob id nominatus est Vicus Saxonum, de quo inferius suo loco dicendum erit, hodie vero Saxia pro Saxonia idem locus appellatus, ubi nunc est celebre Hospitale, dictum S. Spiritus in Saxia. Consule Notas in Martyrologium Romanum, ubi agitur de SS. Martyribus Tryphone, Respicio, & Nympha, qui ponuntur in Saxonia, hoc est, in Vico Saaonum, qui nunc (ut dictum est) Saxia pro Sazonia nuncupatur.

Quid insuper? constat quidem certa fide, ipsum Carolum Magnum Imperatorem subiectam sibi Saxoniam (ut profitebatur) auxilio sancti Petri Apostolorum principis, eidem sancto Petro Apostolo obtulisse. Est de his assertio Gregorii Papæ septimi in epistola, quam scripsit ad P. Albanensem Episcopum, & G. Principem Salernitanum, quos Legatos misit in Gallias: qua etiam innotescit ejusdem Imperatoris pietas, qui collectam annuam indixit suis provinciis Ecclesiæ Romanæ exhibendam: est perbrevis ipsa epistola, quam hic tibi reddendam putamus. Sic se habet (a): (a) Gregor. VII. l. 8. ep. ult.

Gre-

PAGIUS VII. Nullum Carolo M. gloriosius fuit. Piaculum esset hic prætermittere quod Eginhardus in Vita Caroli M. de bello Saxonico literis mandavit: *post ejus* (nempe belli Italici) *finem, Saxonicum, quod quasi intermissum videbatur, repetitum est, quo nullum neque prolixius, neque atrocius, Francorumque populo laboriosius susceptum est. Quia Saxones (sicut omnes fere Germaniam incolentes nationes) & natura feroces, & cultui dæmonum dediti, nostræque religioni contrarii, neque Divina neque humana jura vel polluere, vel transgredi inhonestum arbitrantur. Suberant & causæ, quæ quotidie pacem conturbare poterant; termini videlicet nostri & illorum pene ubique in plano contigui, præter pauca loca, in quibus vel silvæ majores, vel montium juga interjecta, utrorumque agros certo limite determinant: in quibus cædes, & rapinæ, & incendia vicissim fieri non cessabant. Quibus adeo Franci sunt irritati, ut jam non vices reddere, sed apertum contra eos bellum suscipere dignum judicarent. Susceptum est igitur contra eos bellum, quod magna utrimque animositate, tamen majore Saxonum quam Francorum damno* PER CONTINUOS TRIGINTA TRES ANNOS *gerebatur. Poterat siquidem citius finiri, si Saxonum hoc perfidia pateretur. Difficile dictu est, quoties superati, ac supplices Regi se dediderint, imperata facturos polliciti sunt obsides qui imperabantur absque dilatione dederunt, Legatos, qui mittebantur susceperunt: aliquoties domiti & emolliti, ut & cultum dæmonum dimittere, & Christianæ religioni se subdere velle promitterent. Sed sicut ad hoc facienda aliquoties proni, sic ad eadem pervertenda semper fuerunt præcipites: nec sic satis æstimare, ad utrum horum faciliores verius dici possint: quippe cum post inchoatum cum eis bellum, vix annus ullus exactus sit, quo non ab eis hujusmodi facta sit permutatio. Sed magnanimitas Regis, ac perpetua tam in adversis quam prosperis mentis constantia, nulla eorum mutabilitate vel vinci poterat, vel ab iis quæ agere cœperat, defatigari. Nam nunquam eos hujuscemodi aliquid perpetrantes, impune ferre passus est, quin aut ipse per se ducto, aut per Comites suos misso exercitu, perfidiam ulcisceretur, & dignam ab eis pœnam exigeret; donec omnibus qui resistere solebant profligatis, & in suam potestatem redactis, decem hominum millia ex iis, qui utrasque ripas Albis fluminis incolebant, cum uxoribus & parvulis sublatos transtulit, & huc atque illuc per Galliam & Germaniam multimoda divisione distribuit. Eaque conditione a Rege proposita, & ab illis suscepta, tractum tot per annos bellum constat esse finitum, ut abjecto dæmonum cultu, & relictis patriis cæremoniis, Christianæ fidei atque religionis sacramenta perciperent: & Francis adunati una cum eis populus efficerentur. Hoc bello, licet per multum temporis spatium traheretur, ipse non amplius cum hoste quam bis acie conflixit: semel juxta montem qui Osneggi dicitur, in loco Theotmelli nominato: & iterum apud Hasam fluvium, & hoc uno mense paucis quoque interpositis diebus. His duobus præliis hostes adeo profligati ac devicti sunt, ut ulterius Regem neque provocare, neque venienti resistere, nisi aliqua loci munitione defensi, auderent. Plures tamen eo bello tam ex nobilitate Francorum, quam Saxonum & functi summis honoribus Viri, consumpti sunt; tandemque* ANNO TRICESIMO TERTIO *finitum est. Cum interim tot ac tanta in diversis ter-*

Gregorius Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis nostris P. Albanensi Episcopo, & G. Principi Salernitano Legatis nostræ Apostolicæ Sedis in Gallias salutem & Apostolicam benedictionem.

X. Collecta annua a Carol. Magno indicta Eccl. Rom. præstanda.

Vobis commissa negotia non latent, etiam vos ita, ac si nostra, immo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta digne peragite. Dicendum est autem omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquaque domus saltem unum denarium annuatim solvant beato Petro, si eum recognoscunt patrem, & pastorem suum, more antiquo. Nam Carolus Imperator, sicut legitur in tomo ejus, qui in Archivo Ecclesiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille & ducentas libras ad servitium Apostolicæ Sedis, id est, Aquisgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium, excepto hoc, quod unusquisque propria devotione offerebat. Idem vero Magnus Imperator Saxoniam obtulit beato Petro, cujus eam devicit adjutorio, & posuit signum devotionis, & libertatis, sicuti ipsi Saxones habent scriptum, & prudentes illorum satis sciunt.

Saxonia a Carolo oblata S. Petro.

Hucusque epistola Gregorii Papæ, quæ religiosissimi Principis pietatem magis magisque commendet.

Sed quod privilegium hoc anno quarto sui Imperii idem Carolus dedit Ecclesiæ Osnaburgensi in Saxonia videamus; integrum enim conservatum extat (a), quod sic se habet:

(a) Apud Crant. hist. Eccl. Sax. l. 1. c. 2.

In nomine sanctæ, & individuæ Trinitatis Carolus Imp. Augustus Romanum gubernans Imperium, dominus, & Rex Francorum, & Longobardorum, necnon dominator & Saxonum.

XI. Privilegium Eccl. Osnaburg.

Notum sit omnibus sanctæ Ecclesiæ fidelibus, nostrisque præsentibus, & futuris quod nos ob nostræ mercedis augmentum, Vuisoni Episcopo Osnaburgensi suæ Ecclesiæ, quam nos primam in omni Saxonia, in honorem S. Petri principis Apostolorum, & sanctorum Martyrum Crispini, & Crispiniani construximus, quoddam nemus, vel forestum intra hæc loca Farnavinchel, Rustenstheim, Angara, Osningsenethe, Dershosset, Egesterfeldt, innumera collaudatione illius regionis potentum, cum omni integritate in porcis silvestribus, cervis, avibus, & piscibus, omnique venatione, quæ sub banno usuali ad forestum deputatur ad similitudinem foresti nostri Aquisgrani in Silveto Osningi, in perpetuum pietatis usum donavimus, ea videlicet ratione, quod si quispiam hoc idem nemus nostro banno munitum sine prædictæ sedis Episcopi licentia studio venandi, vel aliud agendi unquam introierit, sciat se tam divinæ, quam regiæ ultionis vindictam incursurum, necnon pro delicto sexaginta solidos nostri ponderis, quos nobis pro banno violato debere statuimus, redditurum.

Insuper vero eidem Episcopo, ejusque successoribus perpetuum concedimus licentiam, libertatem, & ab omni regali Imperio absolutionem, nisi forte contingat, ut Imperator Romanorum, & Rex Græcorum conjugalia fœdera inter filios eorum contrahere disponant: tunc Ecclesiæ illius Episcopus cum sumptu a Rege, vel ab Imperatore adhibito, laborem simul, & honorem illius legationis assumet. Et ea de causa statuimus, quod in eodem loco Græcas, & Latinas scholas in perpetuum manere ordinavimus, nec unquam clericos utriusque linguæ gnaros deesse confidimus. Et ut hæc auctoritas firmior habeatur, & diuturnis temporibus melius conservetur, manu propria subter eam roborare decrevimus, & anulo nostro sigillare jussimus: Dat. tertio Kalendas Januarii, anno quarto, Christo propitio Imperii nostri, trigesimoseptimo Regni nostri in Francia, atque trigesimoprimo in Italia. Actum Aquisgrani in Palatio, in nomine Domini feliciter. Amen. XII.

Sic

PAGIUS

terrarum partibus bella contra Francos & exorta sint, & solertia Regis administrata, ut merito intuentibus in dubium venire possit, utrum in eo aut laborum patientiam, aut felicitatem potius mirari conveniat.

VIII. *Litera Gregorii VII. de Denario singulis in Francia domibus imposito.*

Ad num. X. Gregorius VII. in Epistola octavi libri ultima, quam ad Petrum Albanensem in Gallia Legatum scripsit, jubet ut e domibus singulis denarium unum exigat, dicens moris fuisse sub Carolo M. ut Franci singuli, qui familiarum Principes essent, singulos denarios B. Petro quotannis solverent. Addit, id pluribus *in Tomo ejus, hoc est Caroli M. qui in Archivo Ecclesiæ B. Petri habetur*, explicari; deinde eam pecuniam colligi solitam tribus in locis, Aquisgrani, apud Podium S. Mariæ, & apud S. Ægidium. Verum nulla hujus rei apud antiquos Scriptores mentio. Quare ea pecunia nec tributi, nec vectigalis, sed eleemosinæ nomine Romanæ Sedi pietatis ergo pro Caroli arbitrio data est. Certe is, ut ad an. DCCXCIX. num. VIII. diximus, in Syriam, Ægyptum & Africam pauperum illarum regionum compatiens, pecuniam mittere solebat, qui ideo erga Ecclesiam Romanam minus munificus non fuit. Legendus Cantelius in Hist. Metropolitanarum Urbium part. 2. Dissert. 3. cap. 2. ubi de Provinciis Sedi Romanæ olim vectigalibus verba facit.

Ad num. XI. & seq. Præceptum Caroli Imp. de Scholis Græcis & Latinis in Ecclesia Osnaburgensi instituendis, quod dicitur *dat. XIII. Kal. Januarias anno IV. Christo propitio Imperii nostri, & XXXVII. Regni nostri in Francia atque XXXI. in Italia. Actum Aquisgrani Palatio in Dei nomine feliciter. Amen*, exhibet Baluzius Tom. I. Capit. Reg. Franc. pag. 418. descriptum ex secunda editione Monumentorum Paderbornensium eruditissimi Præsulis Ferdinandi Furstenbergii Episcopi Paderbornensis & Co-

IX. *Præceptum Caroli pro Ecclesia Osnaburgensi.*

Sic igitur Carolus Magnus hac donatione non solum Ecclesiæ illi consuluit, sed & regiis legationibus, ut illic erudirentur homines tum Græcis, tum Latinis litteris, ut utraque præditi facultate, digne idem munus obire possent.

XIII. Hoc eodem anno Alcuinus, qui & Albinus Flaccus cognomento, de quo plura superius, idemque Abbas sancti Martini ex hac vita migravit, ut Oderannus est auctor. Meminit de ipsius scriptis Sigebertus anno Redemptoris septingentesimo nonagesimo, pariterque Honorius Augustodunensis, sed copiosius Helinandus. Præter Abbatium S. Martini nihil invenimus Alcuino collatum, nisi cellam S. Judoci ad hospitium præstandum peregrinis eidem commendatam; est de his testimonium Lupi Ferrariensis

(a) Lup. ep. 11. in epistola (a) ad Lotharium Regem: cum eamdem ipse cellam accepisset a Caroli Magni filio Ludovico Imp. ait enim: *Cellam S. Judoci, quam Carolus Magnus quondam Alcuino ad eleemosynam exhibendam peregrinis commiserat, beatæ memoriæ pater vester nobis ea ratione concessit (sicut edictum illius attestatur) ut quod eleemosynæ superesset, in nostrum usum cederet.* Hæc Lupus Abbas.

Tempus obitus Albini. ☞ Cæterum quod ad tempus ejus obitus spectat, ipsum Albinum adhuc post hæc tempora fuisse superstitem, quæ de eo inferius afferuntur, affirmare nos cogunt contra ipsum Oderannum. Verum de ipsius Albini ætate maximæ insurgunt difficultates, quandoquidem si ipse idem est, de quo Beda meminit, plane centenariam ætatem longe excessisse, dicendum esset. Quamobrem illud potius asseruerim, aut illum Albinum, cujus meminit Beda, alium omnino diversum esse ab eo, qui vixit sub Carolo Magno, ejusque hunc posteriorem fortasse fuisse discipulum; aut certe fatendum, non omnia, quæ tribuuntur Albino, ejus esse: nos autem bona fide quæ accepimus, cuncta illa damus. Quod post hæc editum reperimus ejus epitaphium, hic describendum non prætermisimus. Sic se habet (b): (b) Antiq. lect. 106. pag. 409.

Hic rogo pauxillum veniens subsiste viator, Albini Epitaphium.
Et mea scrutare pectore dicta tuo.
Ut tua deque meis cognoscas fata figuris,
Vertitur en species ut mea sicque tua.
Quod nunc es, fueram, famosus in Orbe viator:
Et quod nunc ego sum, tuque futurus eris.
Delitias mundi casso sectabar amore,
Nunc cinis, & pulvis, vermibus atque cibus.
Quapropter potius animam curare memento
Quam carnem; quoniam hæc manet, illa perit.
Cur tibi rura paras? quam parvo cernis in antro
Me tenet hic requies, sic tua parva fiet.
Cur Tyrio corpus inhias vestirier ostro,
Quod mox esuriens pulvere vermis edet?
Ut flores pereunt vento veniente minaci:
Sic tua namque caro gloria tota perit.

Tu

PAGIUS Coadjutoris Monasteriensis, ubi adnotatum est illud editum esse ex ipso Autographo Caroli M. propria manu subscriptum. Attamen Papebrocius in Propyleo ad Tom. II. April. §. 28. & Cointius anno DCCCIII. num. LXXXII. contendunt præceptum esse falsum & suppositium, sed eorum rationes aliis discutiendas relinquo, contentus monere inter Eruditos non convenire, an illud genuinum & sincerum sit.

X. Moritur Alcuinus. Ad num. XIII. Anonymus Alcuini fere æqualis, qui ejus Vitam a Duchesnio editioni Operum ejusdem Alcuini præfixam scripsit, de ejus morte locuturus ait: *Die Pentecostes, peracto Matutinali Officio, eadem hora qua ingredi consueverat ad Missas aurora patente, Sancta Albi anima carne solvitur.* Paulo post: *discessit igitur dierum plenus num. XIIII. Kal. Junii, anno ab Incarnatione Domini DCCCIV. Eadem vero nocte super Ecclesiam Sancti Martini inæstimabilis visa est splendoris claritas, intantum ut putaretur a longe positis tota igne cremari.* Hoc anno, quo ultima die Martii Pascha celebratum, Festum Pentecostes in diem XIX. mensis Maii incidit, ideoque mors ejus recte collocata ab eodem Anonymo, quod & confirmant varii Annalistæ Francorum. In fine Annalium Masciacensium in anno DCCXCVI. desinentium leguntur duo egregia additamenta; quorum alterum habet: *Obiit Alchuinus XIV. Kalendas Junii, feria I. Pentecostes, inlucescente die, Luna VI anno Incarnationis Domini DCCCIV. Indict. XII. anno XXXVI. regnante Domno Carolo; accidente paralysi VIII. idus Maii, feria V. ad vesperum, post Solis occasum Luna XXV.* Sed loco, *Luna VI.* legendum, *Luna V.* quia numerus aureus VII. in antiquo Kalendario cum die XV. mensis Maii copulatus, in cursu erat. Præterea loco, *VIII. Idus Maii*, legendum *VII. Idus Maii*, qui dies hoc anno in feriam V. conveniebat. Mabillonius, qui Sæc. IV. Benedict. part. I. Vitam Alcuini recitat, ejus mortem in annum DCCCXV. distulerat, præsertim quod Milo Elnonensis Monachus scripserit, secundam Elevationem Corporis Sancti Amandi Episcopi Trajectensis factam fuisse in Monasterio Elnonensi *anno* Incarnationis *octingentesimo nono*, & Alcuinus carmen 54. de hac Elevatione condiderit, qui ideo adhuc superstes erat. Imo Baronius anno DCCCXXXV. num. XLV. autumat Alcuinum eo anno adhuc vixisse. Sed idem Mabillonius in Addendis & Corrigendis ad Partem illam priorem Sæc. IV. opinionem mutavit, & Annalistis tam Francicis quam Germanicis hac in re standum esse recte censuit. Baronius post cujus mortem Duche,

Digitized by Google

Tu mihi redde vicem, Lector, rogacarminis hujus,
Et dic, da veniam Christe tuo famulo.
Obsecro nulla manus violet pia jura sepulcri,
Personet Angelica donec ab arce tuba,
Qui jaces in tumulo, terra de pulvere surge,
Magnus adest Judex, millibus innumeris.
Alcuine nomen erat Sophiam mihi semper amanti.
Pro quo funde preces mente legens titulum.

Post hæc ista.
Hic requiescit beata memoria dominus Alcuinus Abba, qui obiit in pace decimo-quarta Kal. Junias.
Quando legeritis o vos omnes, orate pro eo, & dicite: Requiem æternam donet ei Dominus. Hactenus tanti viri rediviva memoria.

PAGIUS chesnius Alcuini Vitam publicavit, dicit se non invenisse præter Abbatiam Sancti Martini aliquid Alcuino collatum, nisi Cellam Sancti Jodoci ad hospitium præstandum peregrinis eidem commendatam. Verum Auctor ejus Vitæ loquens de priori ejus accessu in Franciam ait: *Dedit illi* (scilicet Carolus) *duo Monasteria, Bethlehem scilicet, quod altero nomine Ferrarias vocatur; & Sancti Lupi apud Trecas.* Post secundum Alcuini adventum in Franciam Carolus Abbatiam Sancti Martini Turonensis, ut colligitur ex Epistola Alcuini XXIII. & incerto tempore Cellam Sancti Jodoci ei tribuit. In illa Monasteria ejus discipuli Viri insignes successere. Quanto studio *Alcuinus* in Rem Christianam affectus fuerit, & quantum debeant ei literæ, ostendunt quæ de eo variis locis in medium adduximus, sicuti & ejus literæ tum ad Episcopos, tum ad Monachos scriptæ, omniaque ejus Opera, quæ in altera editione augeri poterunt variis Epistolis & Opusculis post Andreæ Duchesnii obitum a Viris Eruditis in lucem emissis. Rabanus ejus discipulus Alcuini nomen suo Martyrologio inseruit, quod & in vulgato Bedæ legitur.

XI. *Translatio S. Amandi Episc. Trajectensis.* Quoad Translationem *Sancti Amandi*, eam descripsit Milo Monachus in Libello Vitæ ejusdem Sancti, in quo cap. 7. & 8. ostendit, se vixisse anno Christi DCCCLV. & Translationem illam Lotharia Ecclesiæ Sancti Amandi æditua curante peractam esse, *die vigesimo mensis Septembris, a transitu Beatissimi Amandi anno CL.* anno vero Christi octogentesimo nono. Sed Milo manifeste hallucinatus est; cum ea iis quæ diximus dum de morte *Sancti Amandi* locuti sumus, mortem hujus Sancti Præsulis longe post annum Christi DCLX. contigisse necesse sit, & in nostra sententia ea in annum Christi DCLXXIX. conveniat. Cointius anno DCCCXXVIII. num. XXVII. & seqq. Elevationem Sancti Amandi cum anno DCCXCIII. alligat. Verum eo anno dies XX. Septembris cum die Dominica non concurrebat, ideoque ea vel ad annum DCCLXXXIX. vel ad annum DCCXCV. quibus dies XX. Septembris in Dominicam incidit, & Alcuinus in Francia erat, referenda. Incertum autem, an *Arno*, qui Abbas Elnonensis fuit, Abbatiam deposuerit, cum anno DCCLXXXV. dictus est Episcopus Salisburgensis, an vero per aliquot annos Abbatiam illam retinuerit.

XII. *Capitulationes Saxonica.* Holstenius in Collectione Veterum Ecclesiæ Romanæ Monumentorum publicavit Caroli Magni Capitulationem, quæ *de Partibus Saxoniæ* inscribitur cum hoc titulo, *Hæc de partibus Saxoniæ constituta sunt*, quæ in XXXIII. Capitula dividitur, in qua cum nulla extet temporaria nota videtur referenda ad hoc tempus, quo Saxones abjecto dæmonum cultu, adunati sunt Francis, & cum eis in unum populum coaluerunt.

Chri-

I. Nicephorus tributum spondet Principi Saracenorum.

CHristi annus octingentesimus quintus, decimatertia Indictione inchoatur, *quo Princeps Surraecnorum Aaron adversus Nicepborum Imperatorem duxit exercitum trecentorum millium armatorum: cum Nicepborus videns se illi resistere minime posse, legationem pacis ad eum misit, nimirum Metropolitanum Synnadorum, & Petrum Egumenum Gylei, & Gregorium Oeconomum, qui nomine Imperatoris pacti sunt dare illi tributum annuum tricenorum millium numismatum, & tria millia numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria filii ejus. Acquiescens itaque conditionibus his Princeps Sarracenorum: ubi ab Imperatore Romanorum tributum exegit, rediit ad suos.* Hæc ex Theophano.

II. Carolus Caganum Regem suscipit, & Ducem Sclavorum perimit.

De rebus Occidentalis Imperii anni hujus hæc reddunt Annales Francorum: *Non multo post Caganus Princeps Hunnorum:* sive Avarum *propter calamitatem populi sui Imperatorem Carolum adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum Sabariam, & Carnuntum, quia propter infestationem Sclavorum, qui Behemanni vocantur, in pristinis sedibus esse non poterant (illi enim omnem terram Hunnorum depopulantes Liebonem tunc Ducem habuerunt) hunc Imperator benigne (erat enim Caganus Christianus, nomine Theodorus) suscepit, & precibus ejus annuens, muneribus donatum redire permisit, qui rediens ad populum suum, parvo tempore transacto, diem suum obiit. Et misit Caganus successor ejus unum de Optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum, quem Caganus apud Hunnos habere solebat, cujus precibus Imperator assensum prabuit, & summam totius Regni juxta priscum eorum ritum habere praecepit. Eodem anno misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Sclavorum, qui Behemanni vocantur, qui omnem illorum patriam depopulatus, Ducem eorum nomine Liebonem occidit.* Ita plane Christianissimo Principi de Ecclesia jugiter benemerenti omnia dextere contigisse videmus, ut dum ipse de Ecclesia laborat, Deus pro ipso pugnet.

Subiiciunt his iidem Annales de venatione Caroli Imperatoris in loco, qui dicitur Kamp. Sed quæ acciderint eidem Imperatori, venationi operam danti, habentur in rebus mirifice gestis S. Gudilæ his verbis enarrata (a): *Ut Eccle-* III.

(a) Apud Sur. die 8. Jan. tom. 1.

sia-

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCCXLIII. Anno Hegiræ CXC. inchoata die 17. Novemb. fer. 5. A.C. 805.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6298.

☉ 2. E. ☽ 8. P. 20. April. Indict. 13.

JESU CHRISTI 805.

LEONIS III. PAPÆ 11.

CAROLI IMP. 6.

NICEPHORI IMP. 4.

1. Haron Calipha Imperium Orientale affligit.

AD num. I. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCVIII. qui Kalend. Septemb. currentis Christi anni inchoatur, refert Haronem Rasiidum Saracenorum Calipham cum trecentis millibus militum in Romanam Ditionem impressionem fecisse, Tyanam profectum blasphemiæ suæ ædem consecrasse, & aliqua Oppida obsidione cepisse. Addit Theophanes pacem ea conditione firmatam, *ut in singulos annos triginta Nummorum Capitatorum millia, ipsius nimirum Imperatoris effigie exsculpta, aliaque pariter filii charactere notata Saracenis penderentur*. Sed vix Arabes discesserant, cum Nicephorus castra reædificavit contra pacta conventa. Qua re comperta Haron *Classe in Cyprum destinata, Ecclesias evertit, Cyprios in alias Provincias transportavit, & multis captivis abductis, pacis inita fœdera violavit.* Hæc Theophanes, quæ Baronius ex Auctore Miscellæ breviter hoc anno refert. Verum hoc bellum anno sequenti gestum. Elmacinus enim lib. 2. Hist. Sarac. illud narrat anno Hegiræ CXC. die XXVII. Novembris hujus Christi anni inchoato, sed paulo aliter ac Theophanes. Hæc Elmacini verba: *Anno CXC. bellum movit Rasidus Romanis, cum centum & triginta quinque millibus, præter spontaneos, atque eos qui libellum non habebant, & distribuit copias suas atque cohortem per Romanorum Regionem; cepitque Heracleam, & incendio eam delevit. Cepit quoque arces Sacaribam, Rsiam, & Safsafam itemque Colaniam. Aiunt autem eum ex Heraclea Civibus captivos abduxisse sedecim millia. Misitque Nicephorus tributum ad Rasidum, & pacem cum eo fecit: qui pactus est cum illo, ne Heracleam restauraret. Deinde misit Rasidus exercitum in Cyprum, per mare, eumque oppugnavit, & vastavit, multos ex incolis ejus captivos abducens. Hinc pax facta est, promissa tributo.* Elmacinus vero in Rerum Saracenicarum narratione Theophane longe accuratior.

Ad num. II. Auctor Vitæ Ludovici Pii de rebus hoc anno gestis hæc habet: *Carolus Imperator tempus opportunum nactus, utpote ab externis quiescens bellis, cœpit circumire loca sui Regni, mari contigua. Quod cum Ludovicus Rex comperisset, Rothomagum misso Legato Hademaro, petiit eum in Aquitaniam divertere, & Regnum quod sibi dederat, invisere & ad locum qui Cassinogilus vocatur, venire. Cujus petitionem pater honorabiliter suscepit, & filio gratias egit, petita tamen negavit, & ut sibi Turonum occurreret, mandavit. Quo filius veniens, gratulabunde nimis ab eo susceptus & in Franciam redeuntem Vernum usque profectus est. A quo digrediens, in Aquitaniam regressus est.* Imperator Aquisgranum citissime rediit; illic enim morabatur cum Theodorus Caganus Hunnorum ad eum venit: Hunnos Prin- II. Carolus Aug. lustrat Regnum suum.

ci-

Digitized by Google

De urso in venatione Caroli ad Ecclesiam confugiente. *starum amator semper extitit, defensorque streanus in canctis devotissimas eamdem Villam Morsellensem sacra virgini testamentis donavit legalibus & prædictum prædiolum Kamp, unde arbor advenerat, sub pluribus, & idoneis tradidit testibus, at in loco tota Villa deinceps subjecta maneret.* Et post alia hæc de venatione ejusdem subiicit auctor: *Post hac memoratus Imperator, & Rex Carolus venationi, pro more, deditus, locis vicinis venationi aptis exturbabat rabidas feras a suis saltibus, inter quas miræ magnitudinis ursum insequitur, qui jam multo spacio victus, cum nullum esset effugium, undique campis late patentibus, ac mortem imminentem, jam jamque capiendus, crebris differret flexibus: propere cursu recto tendit Morsellam, & in sancti Salvatoris irrupit Ecclesiam: ubi tum res contigit, quam facilius sit admirari, quam eloqui. Nam Deus, qui (ut* (a) Ps. 35. *scriptum est a) homines salvat, & jumenta, bestialem quodammodo ursi sensum permutavit, rationemque quamdam intelligendi in eo formavit. Erat namque cernere prope lipsana sacra virginis eum se inferre, & sub tanta protectione a strepitu insequentium tam securum procumbere; deinde oblitum feritatis suæ, flexa cervice, submissoque humiliter capite, sanctimonialium advenientium vestigia lambere, ac more lascivientium catulorum omnibus blandiri, & hoc ipso satis indicare, se fuisse defensum patrocinio famulæ Dei, ejusque deinceps paratum esse servire obsequiis. Quod ubi nuntiatum est Regi cum suis, rem, quæ in bestia divinitus agebatur, intellexit, Deique magnalia in virgine veneratus recessit sine ejusdem quidem ursi læsione, sed non sine rei, quam viderat in urso, admiratione. Jam vero ursus e silvestri cæpit esse domesticus, & in reliquum apud ejusdem loci sanctimoniales non aliter vixit, quam ab illis jussus esset.* Hactenus de his ibi.

IV. Hoc anno depressum valde fuisse Regnum Merciorum in Britannia, qui prosequuti sunt res Anglorum fidem faciunt, istis præmissis (b): *Bulredus accepta Ethelspida filia Regis Artulfi filii Egberti, affinitate illius & vectigalium pensionem, & hostium deprædationem consolatus est, sed postea, vigesimo secundo anno, ab eisdem patria deturbatus, Romam diffugit, ibique apud scholam Anglorum, in Ecclesia S. Mariæ tumulatus est. Uxor ejus tunc quidem in patria residens, postea virum secuta, apud Papiam extremam sortem incurrit. Tunc Regnum a Danis cuidam Celulpho * Burredi ministro traditum, & ne altera placitam teneret, juramento firmatum: post paucos annos Elfridæ nepos Egberti obtinuit. Ita Prin-*

(b) De reb. gest. Angl. continuat. l. 2. c. 27.

Regnum Merciorum depressum.

* Bulredi.

Ann. Eccl. Tom. XIII. Eee ci-

PAGIUS eipes suos appellasse Caganos vel Cacanos, idque jam a pluribus sæculis variis exemplis liquet.

III. Carolus Aug. Hunnorum Principem tuetur & Bohemos domat. *Theodorum* Caganum Hunorum hoc anno ad Imperatorem venisse his verbis narrat Annalista Metensis: *Capcanus Princeps Hunorum propter necessitatem populi sui Imperatorem adiit, postulans sibi locum dari ad habitandum inter Sabariam* (positam ad cognominem fluvium, qui in Arabonem influit) *& Carnuntum* (sita erat hæc Urbs in ripa Danubii Viennam inter & Posonium) *quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus esse non poterat. Quem Imperator benigne suscepit, ejusque precibus favit. Erat enim Capcanus Christianus nomine Theodorus: & precibus ejus annuens, muneribus donatum redire permisit. Qui rediens ad populum suum, pauco tempore transacto diem obiit. Et misit alter Caganus unum de Optimatibus suis, petens sibi honorem antiquum dari, quem Caganus apud Hunnos habere solebat. Cujus precibus Imperator assensum præbuit, & Summam totius Regni juxta priscum eorum ritum Caganum habere præcepit. Eodem anno, cum esset Imperator in Palatio, quod situm est Aquis, misit exercitum suum cum filio suo Carolo in terram Sclavorum, qui vocantur Behemi* (qui hodie Bohemi vocantur, quique tunc adhuc idololatræ erant, & Hunis Christianis injurias inferebant,) *& per tres vias in eamdem Regionem exercitum penetrare præcepit. Partem autem exercitus cum Carolo Rege filio suo per Orientalem partem Franciæ seu Germaniæ ire præcepit, ut Hercano saltu transiecto, eum dictos Sclavos invaderet. Aliam vero partem per Saxoniam dirigens, ut ea altera parte cum Saxonibus & innumerabilibus Sclavis transite ab Aquilone jam dicto saltu in Sclavos prorumperet. Tertia quoque ex parte expeditionem totius Bajoariæ in eamdem Regionem intrare jussit. Venientes autem undique in planitiem Behemi universi Principes diversarum gentium in conspectu Regis Caroli pervenerant* (erat autem Carolus junior Rex Neustriæ secundum Chronicon San-Dionysianum). *Castra metati sunt autem haud procul a se illi innumerabiles exercitus distantes. Caroli autem Regis & Principum, qui cum eo erant imperio usus totus ille exercitus, ipsam Regionem invasit. Sed Sclavi in vias & saltus penetrantes, se minime ad pugnam præparaverunt. Vastatu autem & incensu per XL. dies eadem Regione, Ducem eorum nomine Lechonem occidit. Et dum nec jam pabula equis, aut cibaria exercitui superessent, vastata & ad nihilum redacta jam dicta Regione ad propria reversus est.* Addit Annalista Metensis Imperatorem Julio mense Aquisgrano relicta, ad Theodonis villam pervenisse, ibi ad eum ambos filios suos Pippinum & Ludovicum venisse, & in eadem villa Natalem Domini celebrasse. Idem habent Eginhardus in Annal. cujus verba refert Baronius, Annalista Bertinianus, Loiselianus, aliique.

IV. Burbedus diu post hunc annum regnavit in Mercia. Ad num. IV. Narrat Baronius ex Malmesburiensi lib. 2. de Gest. Reg. Angl. cap. 4. depressionem Principatus Merciorum, dum in eo regnaret *Barbedus*. Verum longe post hæc tempora Regnum Merciorum iniit Burhedus, ut anno DCCCLII. num. IX. videbimus. Interim corrigendus error Librarii, qui irrepsit in locum Malmesburiensis in editione Baronii, & loco, *anno Dominicæ Incarnat. DCCCLXXXV.* legendum, *anno Dominicæ Incarnat. DCCCLXXV.*

Vi-

cipatus Merciorum, qui per tumidam gentilis viri insaniam subito effloruit, tunc per miseram semiviri Regis ignaviam omnino emarcuit anno Dominicæ Incarnationis quingentesimo octogesimoquinto. Hæc auctor.

Se-

PAGIUS V. *Cantii Regnum in finem vergit.*

Vigorniensis mortem *Cuthredi* Cantii Regis hoc anno consignat, & de eo Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Reg. pag. 21. postquam de ejus Decessore locutus est, ait: *deinde ejusdem factiones & calamitatis hæres Cuthredus solo nomine VIII. annis regnavit. Hinc Regiæ dignitatis abortivum Baldredus postquam Cantiam XVIII. annis obsederat potius, quam rexerat, ab Egberto Rege West-Saxonum prælio pulsus in exilium concessit.* Sed hac de re postea.

I. Tarasii Episcop. Constantinop. obitus.

SEquitur Christi annus octingentesimus sextus Indictionis decimæquartæ, quo mensis Februarii vigesima quinta Tarasius Constantinopolitanus Episcopus moritur sanctitate clarus. Scripsit res ab eo præclare gestas Ignatius monachus, qui morienti præsens fuit, & de ejus ad Deum transitu ista scripsit memoria digna:

Post plurima certamina, & profundum doctrinæ infiatum, & vitæ honestæ puritatem, & veræ Fidei confessionem, & ratione prædititi gregis ad ea, quæ sunt præstantiora, & divina ejus montis deductionem, & in alendis pauperibus copiosam suppeditationem, & assiduam sanctis rebus datam operam, & in pastorali munere diuturnam moram (viginti enim & duos annos Pontificalem decoravit cathedram) ingruens morbus, & valde gravem ei dolorem afferens, non persuasit, ut oblivisceretur perpetui, & divini officii. Nam & morbo, & senio laborans, nequaquam satiatur sacrosancti mysterii celebratione, sed intenso amore ad Deum ardens, & morbi nullam ducens rationem, pectore innitens mensæ ligneæ, quæ ponebatur ante aram divinam, sancta peragebat infirmus videlicet! o fidem, & sapientem in rebus divinis diligentiam! o interminatum in Deum amorem! Non enim curam gerebat corporis, ut cum rerum divinarum eum cæpisset satietas, mysteria divina interrumperet, sed laboribus corroboratus, & cum Paulo clamans: (a) Cum infirmor, tunc potens sum, acriter vacabat divino cultui.

(a) 2. Cor. 12.

II. *Invaluit ergo morbus, & eum de cætero cessare faciens a divinorum operatione, ei paravit lectum infirmitatis: quod utinam non fecisset, ante oculos eorum, qui eum numquam in lecto conspexerant. Tunc fit miraculum novum, & terribile, quod nos, qui aderamus, admiratione implevit, & timore, videntes eum velut in extasi, & luctantem cum adversariis, qui non cadunt sub aspectum. Non enim adversus (b) carnem, & sanguinem erat certamen, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus spiritualia nequitiæ. Tamquam enim verba faciens cum aliquibus, qui eum examinabant, & actæ vitæ rationem ab eo exigebant, ita causam suam agebat. Quamobrem multis videbatur esse reus debendi, & rationem reddere exactionis. Erat vero justum judicium superni auxilii, omnem vitæ maculam eluere, & nullum illinc ferre delictum; appellari autem lucis participem, & simul obire cælestibus materiæ expertibus potestatibus. Nam quamdiu quidem habuit linguam iis, quæ audiebat sensa aperta explicantem, verbis resistebat, & prompta dabat responsa ad ea, quæ obiiciebantur, dicens, se nullius eorum esse sibi conscium, quorum eum accusare voluerant. O nulli culpæ affinem cum Deo conjunctionem! Non potuerunt maligni inimici eum vel parva in re deprehendere obnoxium, vel abominandis suis sceleribus ei aliquid affingere, sed eos redegit ad omnem consilii inopiam per generalem, & terribilem inficiationem, ut nec in eum quidem possent ullam causam in speciem dicere probabilem. Quando autem linguæ obtorpuit instrumentum, nec se verbis poterat defendere, labro in manu, & nutu eos evertebat, & non cessabat eos expellere. Videbatur enim nobis tamquam in inimicos ferociter fremere, & eos cum ira repellere, donec sensus cœperunt connivere: tunc enim tranquillissimo habitu, vespertinas laudes celebrante Ecclesia, & clamante, Inclina Domine, & exaudi me: ipse pelliceum hunc exuit amictum, & relictis vinculis carneis, venit ad luminosa atria cælestium, & habitat in ineffabili lætitia,*

(b) Ephes. 6.

Tarasii morientis pugna adversus dæmones.

* locus obscurus.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXLIV. Anno Hegiræ CXCI. inchoato die 16. Novemb. fer. 2. A. C. 806.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6299.

☉ 3. D. ☽ 9. P. 12. April. Indict. 14.

JESU CHRISTI 806.

LEONIS III. PAPÆ 12.

CAROLI IMP. 7.

NICEPHORI IMP. 5.

I. ANnum I. ad XVII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCXCVIII. qui Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoatur, hæc habet. *Hoc anno mensis Februarii die vigesimo quinto, Indictione decima quarta Tarasius Sanctissimus Constantinop. Archiepiscopus gloriosam mortem obiit.* Paulo post: *Mensis vero Aprilis die duodecima magna Paschatis Dominica Nicephorus Sanctissimus Patriarcha, prius a Secretis, populi totius, Sacerdotum, atque etiam Impp. suffragio electus est. Plato autem & Theodorus Studitarum Monasterii superiores, Nicephori ordinationi non assenserunt, quia imo dissidium a cæteris meditati firmiter obstiterunt, probabili videlicet argumento ducti: Non oportere aliquem ab imo Laicorum statu ad supremum Episcopatus fastigium proxime evolare: quos Imperator Nicephorus Urbe eiicere consilatus, adversa nonnullorum sententia cohibitus est,. qui odiosam fore Patriarchæ ordinationem exposuerunt, si Monachi ad septingentos usque sub Theodoro militantes, ejusque Monasterium adeo celebre, illa afferta dissiparentur, & a fundamentis ruerent. Porro id neque novum in Ecclesia, neque*

Obitus S. Tarasii Constantinop. Patriarchæ.

quæ percipitur intelligentia, ex ea, quæ hic est, improbitate in anima nullum signum inferens. Nam cum hic ageret, virtutibus morte afferat mortale hoc tabernaculum, &c. Subiicit dicere de luctu populi totius, & Imperatoris, atque frequenti concursu omnium ad corpus ejus, deque sepulcro ipsius in monasterio, quod ædificaverat in templo omnium Martyrum in Bosphoro: narratque miracula ab eodem post obitum divinitus edita diversi generis, quæ qui cupit, legere poterit.

III. De successore deligendo a Nicephoro Imp. consulitur Theodorus.

Defuncto Tarasio, Imperator cogitare cœpit de ejus successore deligendo, in quo ut speciem saltem ostenderet pietatis, consuluit Theodorum Studitam virum quidem pietate insignem, ut proferret in medium, quem sciret tanto sacerdotio dignum. Arte enim regnandi scelestissimus Imperator, præsefesebat pium, religiosum in omnibus, induens lupum pastoris habitu, Tyranni diluens nomen justis quibusdam rationibus, quod videlicet non liceret uni feminæ Romani Imperii moderari habenas, nec quidem expedire in tanto orbis discrimine, imminentibus undique Saracenis, uni feminæ creditum periclitari Imperium. Hæc & alia ipse populo ingerens, & viris religiosis monachis servis Dei, non solum Tyranni nomen abolevit, sed bonum quoque nomen fuit consecutus, ut de eo, quæ essent optimi Principis, prædicarent non adulantes aulici tantum, sed viri quoque sanctissimi, ut Theodorus inter alios, quem ipse de futuro eligendo in locum Tarasii Episcopo successore consuluisset: ad quem ipse respondens, ad eum litteras dedit (a):

(a) Cod. Column. bibl. epist. 16.

IV. Epistola Theodori Studitæ ad Nicephorum Imp.

Omnino sic futurum erat, ut bonus Deus noster Ecclesiæ suæ curam gerens, pietatem vestram, hac ætate, Imperio præficeret Christianorum, ut non sæcularis solum dominatio male constituta rectius componeretur, sed Ecclesiasticus etiam principatus, si quid desideraretur, assurgeret, & nova quædam conspersio fieret in utroque. Quod quidem in altero membro præclare ipsius gratia jam præstitum est a Christi amante Imperio vestro: atque adeo præstare pergeret cælesti numine corroboratum. Reliquum modo est ut alterum pari cura fruatur, parique prudentia. Id vero post Deum, & cum Deo a vobis tribueretur per approbationem legitimæ electionis futuri Archiepiscopi.

De quo quando ex nobis etiam peccatoribus sciscitari voluisti, coram Deo, qui nos judicaturus est, de eo, quod dicturi sumus in die Judicii, hic est sensus noster. Non novimus, nec scimus ullum (non quod defecerint viri vita, & sermone illustres, sunt enim & Deo perspecti, & hominibus, impari licet ratione, atque in primis præclaræ menti tuæ) sed quia talem ratio deposcit, & desiderium Imperii vestri, qui possit corde perfecta Dei justificationes exquirere; qui gradu, atque ordine ab inferiore sensim ad superiorem ascenderit, qui tentatus fuerit per omnia, qui ex eis, quæ passus est, tentatis possit opem ferre. Et quid multis apud te verbis opus est, qui omnia nosti, & ex tui ipsius statu, ac dignitate tantum virum tibi repræsentas? Prælucere cæteris oportet non secus ac solem inter sidera.

V.

Cum igitur talem non videamus, nec suffragium ferre audemus. Hoc vero memoriæ causa non sine metu, & reverentia suggerimus, quod ipsum plane non fugit peritissimam, & divinam prudentiam tuam, ut ex Episcopis etiam, & ex præpositis, & ex stylitis, & ex inclusis: tum deinde ex clero delectum habens, ex illis ipsis perfectis desumas, prudentia, sensu, ac vita cæteris præstantiorem. Descendat enim Stylita, exeat Inclusus; quandoquidem publicum est commodum, quod quæritur. Discerne, & confer & cum ipsis deprehendas digniorem. Et beati estis, & vere ter beati, si hæc omnia exequamini Christi imitatores Domini nostri.

Hinc magis, magisque confirmabitur Imperium vestrum, magnificabitur nomen vestrum in generationes, augebuntur denique anni Principatus vestri. Duo siquidem hæc Christianis munera tribuit Deus, sacerdotium, & Imperium, per quæ colitur; per quæ ornantur, & gubernantur cælestium exemplo terrena. Utrumvis er- — Sacerdotium & Imperium bene disponendum.

PAGIUS *recens excogitatum fuit factum; cum multi etiam alii de Laicis Episcopi creati, Deo convenienter in Sacerdotali dignitate se gesserint.* Ignatius Diaconus Magnæ Ecclesiæ Constantinop. & dein Nicææ Metropolitanus in ejus Vita cap. XI. dicit etiam *Tarasium* die XXV. Februarii animam Deo reddidisse, postquam scripsit: *Viginti & duos annos Pontificalem decoravit Cathedram*, narravitque varia miracula ad sepulcrum ejus patrata.

II. *Nicephorum*, qui Tarasio successit, Patrem suum appellat Ignatius; qui scripsit ejus Vitam a Bollando ad diem XIII. mensis Martii primum publicatam, quod aliquando in hæreseos errorem ipsemet attractus fuerit, deploeat, ac ejus patrocinio & exemplo se ad viam veritatis reductum indicat. Certe tanta Leonis Isauri & Theophyli Impp. exagitandis Orthodoxis, qui Sacras Imagines damnare nollent, violentia fuit, ut pauci fuerint per Orientem, quos immanis illa ruina non involverit. *Nicephorus* Patriarcha a pueritia ingenuis studiis deditus fuit, Grammaticis scilicet, Poeticis, Rhetoricis, Mathematicis, aliisque Philosophicis disciplinis, cum quibus ipsam Rerum Theologicarum scientiam copulavit. Ad ætatem virilem provectus, Constantini cum Irene matre Constantinopoli imperantium Secretarius fuit, & in — *Virtutes S. Nicephori Tarasii Successoris.*

ergo præter dignitatem se habuerit, totum una periclitari necesse est. Quare si optima Imperio vestro decernere vultis, & per Imperium vestrum omnibus Christianis, æqualem, quoad fieri potest, Imperatoriæ virtuti vestræ sortietur Ecclesia Præsulem suum, ut exultent cœlestia, læteturque terrena. Dux vobis sit Dei manus, in qua & cor vestrum est, ostendatque meliora, & ab ea recipietis ob susceptos pro opere hoc labores, curas, & solicitudines Regnum sempiternum. Hactenus Theodorus ad Imperatorem.

VI. Quæsivit idem Imperator & S. Platonis de futuro eligendo Patriarcha sententiam: quænam autem ipse rescripserit ad Imperatorem accipe ab ipso etiam Theodoro Studita, ubi res gestas ejusdem scriptis prosequutus, hæc ait: *Cum vero e vita excessisset divinus ille vir, qui tunc Episcopatui præsidebat: quisnam Patriarcha futurus esset, suffragiis quærebatur: quæ quidem de multis ferebantur, cum plerique alius alium cooptaret, prout benevolentia, aut veritate ducebantur. Quæsitum est & patris nostri suffragium non solum ab iis, qui sacerdotio insignes erant, sed ab ipso etiam Imperatore. Quid igitur (vos quæso) faciendum illi erat? An non decebat eum, qui bonarum rerum causa certaverat, & accuratæ vitæ legem omnibus se proposuerat, libere, ac vere sententiam suam proferre, id quod ad communem vitæ utilitatem spectaret, considerantem? Minime inquiunt, irrisores, & obtrectatores, sed vel ignorantiam simulare, vel abjectius suffragium illud concedere oportebat; quorum alterum mendacium habet, alterum simulationem, utrumque respuendum. Ille igitur suffragium suum misit. Cui autem illud detulerit, omitto dicere. Misit autem, Deo ipso teste. Quod & illi libenter acceperunt, nescio quomodo, quod scriptum fuerat, confirmantes. Qui enim suffragium ipsum accepit, revolvit calculos ipsos, ac pervertit.*

Platonis de eligendo Patriarcha sententia.

VII. *Et Plato quidem ipse, quoniam necesse erat, ut pro capite proponendo, singula membra suo fungerentur officio, ad quemdam eorum, qui eodem habitu induti erant, Cæsaris ipsius propinquum, communis utilitatis causa egredi ex eo loco, in quo erat, nequaquam veritus, nocte adiit: cui cum ea dixisset, quæ decebant, in cellam celeriter rediit. Ille vero cum hæc audisset, in furorem versus est, ac paululum moratus quoad tantum ad id, quod consultaverat, perficiendum satis esset, sanctum virum cum illo, & nos una comprehendit, & quatuor & viginti dies munito quodam in carcere detentos, domum postea redire permisit.* At ista quidem, quæ ingerit Theodorus de carcere Platonis, suique, & aliorum, post electionem Patriarchæ acciderunt, cum Plato, atque Theodorus ipse, redarguissent Imperatorem, quod Josephum illum damnatum ante novem annos a Tarasio, quod coronasset subintroductam feminam Constantini, in statum pristinum revocasset. Sed de his dicturi postea sumus, de electione modo novi Patriarchæ agendum est.

In carcerem trusi Plato & Theodorus.

VIII. Cum autem diversa suffragia (ut dictum est) in diversos pro affectione cujusque ferrentur, placuit tandem eligere Nicephorum laicum adhuc hominem, sed quem virtutes ornabant: nobilis hic civis erat, diuque in curia apud Imperatores militaverat, ministerio illo, quod a secretis appellari consuevit, de quo ista habet Ignatius monachus hujus temporis scriptor in Tarasio, ubi agit de his, qui interfuerunt Nicæno Concilio posteriori: *Inter quos fuit Nicephorus, qui erat a secretis Imperatoris, qui cum vixisset in sanctitate, & esset ornatus divinis virtutibus, & doctrina, ac dicendi scientia, Byzantii sedem Patriarchalem suscepit post Tarasii sanctam consummationem.* Hic ipse mundi rerum inquietum, ac mobilem statum, animæque periculosum admodum esse intelligens, ut animæ suæ saluti consuleret jam ante ista, nuntium remiserat sæculo, & in solitudinem se contulerat, non ut statim monachus fieret, sed ut experiretur, & assuesceret vitæ monasticæ, quam meditabatur. Cum ergo placuisset Imperatori, illum deligere virum: eum accitum, immo vi abstractum perduci curat Constantinopolim: sed reclamans licet, & renuens, cogitur tamen impositum onus Episcopatus subire, qui ut uni animæ suæ vacaret, abdicata honorifica functione, jam (ut dictum est) aufugerat in solitudinem. Testatur hæc ipse pluribus

Nicephorus eligitur Patriarcha Constantinop.

PAGIUS & in septima Synodo adhuc Impp. a Secretis prævis parentum suorum vestigiis insistens, velut e sublimi specula *venerabilium Imaginum antiquam Religionem ac adorationem inclamans atque dilucide explicans, Confessor sacro consessui etiam ante sacras infulas effectus est.* Vitam Aulicam multis & molestiarum, & vanitatum generibus obnoxiam expertus, deposito Secretarii munere, solitariam auspicatur, ad specum contra Bosphorum Thracium sitam Monasterium constituit, & ipse Monachorum junctus collegio, *diu noctuque precibus, ac sacris cantibus vacans, optimeque abstinentia modo se se oblectans, Divinis Lectionibus ac Disciplinis animum adhibebat.* Hæc omnia Ignatius in ejus Vita, & Nicephorus in literis ad Leonem III. Romanum Episcopum de se ipso scribit: *Ad hanc Episcopalem Sedem invitus multumque reclamans (testis est mihi Deus) protractus & tyrannide potius quam consulto, aut ullo omnino persuasione*

bus in epistola ad Leonem Pontificem, quam suo loco inferius reddituri sumus. Scripsit enim eam (ut ipse tradit) mortuo Nicephoro Imperatore, cum Michael imperare cœpisset, testatus id faciendi, sibi ob duritiam Nicephori Imperatoris, liberum non fuisse. At quanta mala passi sint servi Dei Plato, & Theodorus, & qui cum ipsis erant monachi Constantinopoli, occasione restitutionis nefarii Josephi, idem Theodorus sic pergit in Platone narrare:

IX. *Quid* (inquit) *opus est dicere, quot injuriis virum illum, vel potius virtutem ipsam affecerit Imperator videlicet, fratrum societatem furiose oppugnans, atque conturbans, & alios quidem in carcere servans, alios ad judicia tamquam reos trahens, quamvis in aliis omnibus rebus imbellis, & ridiculus existeret? Quæ omnia erant apparatus quidam malitiæ, quam ille meditabatur, & velut iniquitatis cujusdam exordium, necnon ejus nominis nugarum, & apertæ petulantiæ significatio. Propediem vexatio ista illata est, ejusque causa fuit Joseph ille, qui adulteros, quos diximus, conjugaverat: clandestinum namque malum illud, & Ecclesiæ ipsius perturbatio.* (Josephi causa Ecclesia perturbatur.) *Cujus quoniam tamquam serpentis cujusdam venenum, canonice communionem effugimus, a Cæsare ipso minæ nobis proponebantur; quique instabant parati erant. Sed qui possum paucis verbis comprehendere quam multos terrores, quot certamina, & tentationes nobis attulerit, quam sæpe nos abducendo vexarit? scit hæc tam qui ea passus fuit, quam qui prope illum, qui hæc patiebatur, tunc erat. Profecta militaris phalanx locum, in quo manebamus, ita cinxit, ut neque aliquem hiscere, aut omnino caput efferre permitteretur, intus timores, foris terror & minæ proponebantur. A quibus autem hæc proposita fuerint, non dicam, eorum, qui hæc fecerunt, personam reveritus. Heu quanta fuit temporis illius calamitas? Nemo fere impetum illum ferre potuit. Nemo fuit, qui recta consuleret, & divinae partes sustineret. Quinimmo optabile erat, ne quis iracundiam Principum magis excitaret. Hæc & miserabiliora faciebant, qui ejusdem ordinis erant participes.* Hæc de his summatim Theodorus. Quæ autem de Synodo sive potius conventu satanico, post hæc facta subdit, suo loco dicemus, quo fieri contigit.

Porro laudum suarum parcissimus Theodorus, qui in his præclare gestis rebus principem locum tenuit, ista jejune admodum percurrere visus est, ne videri posset sua facta laudare; verum in daris tunc ab eo pluribus eodem argumento epistolis, quantum in his laboris insumpserit, aperte satis significat. Sed & qui vitam ipsius Theodori perpetuitati sacravit Michael monachus ejus discipulus, paulo fusius ista est prosequutus, dum ita Nicephoro inchoat historiam:

Sed ferre non poterat inimicus, nec tenere se, quin Theodorum iterum aggrederetur, tamquam invidens ipsi perpetuo, ejusque recte factis succensens. Eum enim, qui sceptris per id tempus potiebatur, X. (Nicephorus Imp. perturbator pacis Ecclesiæ.) *Nicephorum dico improbum illum, qui piam Irenem Imperio spoliavit, & Imperium ipse per vim, atque injuriam invasit; hunc inquam, ad oppugnandum sanctum virum Theodorum impudens excitavit. Quonam autem pacto, deinceps exponam. Hic ergo Nicephorus specie quidem Christianus, eamdemque nobiscum communionem habens, revera autem, factisque ipsis, Christi hostis (quod omnium pessimum erat) conquiescere nequibat, tamquam ad malum natus, nisi omnia miscere conaretur, & quicquid in animum venisset, nihil intentatum relinqueret. Cui inter cætera nulla cura, nulla sollicitudo fuit, nec Ecclesiæ perturbare, ut ad majora, & qualia ipsum decebant, ejus malitia progrederetur.*

Hac enim pace, quam paulo ante adepta vix fuerat, frui non ferens, multis nuper agitatam tumultibus, alia rursum ratione conatus est in novos motus, seditionesque conjicere. XI. *Josephum siquidem illum, communi Ecclesiæ calculo a Tarasio jure olim ejectum ob manifestum ab eo commissum crimen, quod nemini obscurum est: non dubitavit iterum tyrannice, & contra canones in Ecclesiam revocare, atque ademptum illi sacerdotium restituere. Quid novus hic dogmatum auctor non erat dicens, quid non agens, quod denique sceleris genus prætermittens, ut cogitata, & inchoata perficeret? adeo ut quod omnium absurdissimum erat, hæc jam dicere non puderet: Nihil*

PAGIUS *ne aliis gubernandis præfectus sum.* In eadem Epistola a Baronio anno DCCCXI. num. XX. & seqq. recitata multa refert Nicephorus ex iis quæ ante Episcopatum a se gesta sunt.

III. Hoc porro anno Nicephorus Patriarcha Synodum celebravit, quam Theodorus Studita in Epistola ad Leonem III. appellat *Synodum hæreticorum & adulterantium*, quia Episcopi in ea congregati adulterium Constantini Imp. cum Theodote comprobare visi sunt, Josephum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Oeconomum, *adulterii copulatorem*, ut eum appellat idem Theodorus in Epistola XXV. in Sacerdotium restituentes. (*Synodus Constantinopolitana.*) Verum actum id a Sancto Nicephoro necessaria indulgentia, qui Imperatori resistendum non esse arbitratus est, ne Religionem Catholicam in discrimen adduceret, ut liquet ex dictis anno DCCXCV. num. VI. & ex

Digitized by Google

hil novi, inquit, aut temerarii alioqui fecerimus, si ab alio pulsum ipsi recipiamus, quinimmo charitatis legem observabimus; in quo quidem & obsequentes universos habebimus, & suffragatores, atque socios. Et legem hoc loco charitatis (o legum æquitas, & sacri sermones!) impudens commemorabat, cui nec quid lex, quid charitas sit, exploratum umquam fuit. Quem si nihil aliud, hoc certo cogitare oportebat, quamvis amens, & vecors in cæteris esset. Tametsi hunc Patriarcha Tarasius deposuerit, qui a nobis nunc abiit, & ad superas sedes emigravit; tametsi fuit alii eum sententiis damnaverint: at nobis non solum, quæ ab illis statuta sunt, transire nefas est, sed eadem confirmare, vel maxime convenire cum eadem nobis atque illis sit gratia, ne Patrum nostrorum leges mutare videamur, & studio impii esse.

XII. — Nicephorus coactus ab Imp. Josepham restituit.

Quorum ille nihil prorsus recogitans, Patriarcham vi aggreditur (Nicephorus is erat Tarasii successor) omnibus eum machinis oppugnans, ut vel invitus voluntati ejus obsequeretur, & sacerdotium redderet Josepho. Quod ille sane vi tamdem ægre adductus præstitit, veritus, opinor, vir Dei, ne atrocius quippiam insanus ille moliretur, Ecclesiamque vehementius exagitaret, si quod tantopere concupierat, non obtineret. Verum hoc non sponte, neque solus fecit Nicephorus, sed adhibito Episcoporum concilio, de quo modo dicturi sumus: at certe quidem perfacile fuit laicum hominem in palatio tantum versatum, & ad regimen tantæ molis recens assumptum pertrahi in sententiam aliorum seniorum, & qui peritiam canonum quam maxime profitebantur Episcoporum.

XIII. Hoc itaque anno Synodus jussu Imperatoris congregata est paucorum Episcoporum, qui tunc erant Constantinopoli, in qua ipse, qui antea fuerat damnatus Josephus, fuit restitutus in pristinum sacerdotii gradum, de quo ista habet Theodorus Studita ad Nicephorum Patriarcham post biennium scribens (a): *Cum enim* (inquit) *factus est conventus ille parvus, & nescio quo nomine appellem, ex carcere per id tempus redieram. Cumque viderem eos esse congregatos, qui adulterium ante susceperant,* qui scilicet conniverant, ut Theodotem duceret Constantinus, Episcopi, *& adulterii copulatorem amplexi fuerant; venit mihi in mentem illius dicti Prophetici (b): Sapiens in illo tempore silebit, quoniam tempus malum est. Sed jam dicat idem (c): Tacui, numquid semper tacebo? propterea tempore congruenti calumnia pressus, hæc tandem protuli, quia quantum in me fuit omni ratione cavi duobus his annis, ne res in apertum prodiret, illud mecum volvens, quandoquidem Episcopi dignitate præditus non essem, ut arguendi habeam potestatem, sufficere si me ipse custodiam, & non participem illius communionis, eorumque qui scientes cum illo sacra faciunt, quoad scandalum de medio tollatur.* Ista quidem Theodorus, ubi vidit hominem in Synodo male absolutum, tradit; quæ & aliis epistolis sæpe refricat, & inculcat.

(a) Theod. Stud. ep. 25. Cod. Columu.

Synodus Const. in qua absolvitur Josephus.

(b) Eccl. 20.

(c) Isai. 42.

XIV. Cæterum ne quis errore labatur, dum apud Theophanem, immo & apud Theodorum ipsum Studitam, necnon Michaelem in Theodoro nonnisi unius Synodi mentionem habitam esse videt, qua ipsis sanctis exilium decretum est: constat ejusdem Theodori assertione in epistola ad Leonem Romanum Pontificem, duplicem ab illis esse Synodum congregatam, quarum priori receptus est Joseph, altera, qua anathematizati sunt, qui cum illo non communicarent, quam & secuta sunt exilia sanctorum: Dicemus nos de ea suo lo-

Synodus adulterantium.

PAGIUS ex iis, quæ anno DCCCVIII. num. II. & seqq. in medium adducemus. [1] Hujus Synodi mentio in Libello Synodico post Baronii mortem edito his verbis: *Beatissimus Nicephorus, qui Sancto Tarasio successerat, divinam & sanctam particularem Synodum de consensu Imperatoris Byzantii congregavit: & per dispensationem, Josephum, quem defunctus Tarasius, propter conciliatas incestas nuptias Constantini Imp. filii Irenes deposuerat, in Presbyterum recepit: unde quidam, qui a Christi Ecclesia per simplicitatem abrupti fuerant, rursus sunt uniti.* Accuratius hac de re loquitur Michael discipulus Sancti Theodori Studitæ in hujus Vita, qui de Imperatore scribit: *Patriarcham vi aggreditur (Nicephorus is erat Tarasii Successor) omnibus eum machinis oppugnans, ut vel invitus voluntati ejus obsequeretur, & Sacerdotium redderet Josepho. Quod ille sane, vi tandem & ægre adductus, præstitit; veritus, opinor, ne atrocius quidpiam insanus ille moliretur.* Plura hac de re Baronius. Ubique in Ecclesia [illegible] & [illegible] lo-

NOTÆ [1] IN Constantinopolitana hac Synodo, cujus canones ignorantur, constitutos fuisse ritus, quibus Monasteriorum Archimandritæ consecrarentur, discimus ex vita S. Hilarionis junioris, quam ex manuscripto Synaxario Divionensi exhibent PP. Bollandistæ ad diem 6. junii pag. 759. Ita explicamus verba illa Synaxerii: *Tum vero factus est Hegumenus & Archimandrita, secundum ritus ibidem a Synodo ordinatos.* Porro vir Sanctus octavum Præsulatus sui annum agebat cum Leo Armenus imperium capessivit; quare ipso anno quo Synodus Constantinopolitana habita fuit, regimen assumpsit. MANSI

Digitized by Google

loco. Porro quod ad præsens pertinet conventiculum: nominat id Theodorus in epistola ad Leonem, Synodum hæreticorum, vel Synodum adulterantium, eorum scilicet, qui adulterium comprobassent Imperatoris.

Sequenti autem die a Synodo congregata, ipse ad Nicephorum Patriarcham Theodorus (*a*) scripsit epistolam, studens, avocare eum ab iis, quæ statuta essent, de receptione damnati, se excusans pariter, si illius communicationi minime admisceri vellet: Epistola sic se habet:

(*a*) *Teodor. Studit. l. 2. ep. 30. Cod. Columm.*

XV. Theodori Studit. epistol. ad Nicephorum Episcopum Constant.

Necesse non erat litteris indicare Angelo beatitudinis tuæ, quæ ore ipso jam significata sunt, quamvis per humiles nos ambos non fuissent. Attamen ne qui hesterno die jussu tuo conventus habitus est Episcoporum, diversum aliquid docens ab iis, quæ cum illo dicta a nobis sunt, sacrat aures vestras conturbet: consentaneum duximus, summatim referre totam Apologiæ nostræ rationem. Nos igitur, beatissime, Orthodoxi sumus in omnibus, omnem hæresim reiicientes, omnemque Oecumenicam, & Localem Synodum approbatam recipientes, necnon editas ab eis sacras & canonicas constitutiones arte complectimur. Neque enim veritatem prorsus tenet is, qui rectam fidem habere se existimans, divinis canonibus non regatur. Ad hæc, legitimas a Sanctis pro tempore usurpatas dispensationes admittimus, quando & nos humiles sanctitatem tuam per Oeconomi ejectionem amplecti, non exactum jus sectantium est, sed admodum dispensantium, & conspicantium. Et prædecessorem sanctitatis tuæ Patriarcham eadem ratione suscepimus in hoc ipso negotio, quando reversi ab exilio sumus, dirupto adulterino conjugio, & Oeconomo sacerdotii munere dejecto. Non enim (ajebamus) nobis pars tecum neque hic, neque in futuro sæculo, propterea quod adulter promiscue a sanctitate tua participarit. Illo vero contra, dicente: Dispensatione usus sum, ut etiam impartirem ad tempus. Deinde hac subiiciente, manus meæ abscissæ fuerunt in adulterina coronatione. Numquid ego ulla ratione coronavi? Post hæc communicavimus usque ad obitum ipsius, & sanctitatem tuam rursus suscepimus ad dignitatem Archiepiscopatus; quemadmodum & mentionem ejus quotidie facimus in sacrificio: nec alia re discrepamus, quam propter Oeconomum per sacros canones depositum multis modis, ac præcipue quod post novem annorum excommunicationem iterum sacris operetur, neque id in abdito (ferendum enim id esset nobis ejus rei minime consciis) sed in ipso fonte sacerdotii vestri, hoc est, cum sincera conversatione tua assidue pergens ad sacrificandum. Æquum igitur, & sanctum, ac sine scandalo populo Dei fuerat, in primisque ordini nostro, eiici, & privari sacerdotio, qui indigne prosiliit: nobis sanctitatis tuæ memoriam servantibus, & ab omni Episcopo, & sacerdote, qui manifesto reprobus non sit, communicantibus juxta Theologum. Quid si hoc nulla ratione factum propter peccata nostra: num ut aliquid (non ex metu sermo, sed commiseratione communi) in humilitatem nostram a sanctitate tua illicitum fiat, & contra canones, quoniam perferemus nos quidem, Dei virtute, atque utinam id nobis contingat ejus concessu.

Cur publice non communicet.

XVI. Remedium ut communicet.

Verum testor sanctitati tuæ coram Christo, & sanctis Angelis audientibus, magnum a te schisma conflari in Ecclesia nostra. Quod si potestati subiicimur ut homines, atque sub sacrorum & divinorum canonum potestate, velimus, nolimus, regimur, & obsequemur. Cæterum oramus sanctitatem tuam: flecte aurem tuam, & audi vocem nostram, ut peritus medicus, ut pastor bonus ovem unam prohibe a sacrificio, & omne a scandalo redime, ne unius scabie tota Ecclesia nostra inficiatur, quam acquisivit Dominus, & Deus noster sanguine suo. De nugis enim nugentur, qui volunt, & calumnientur sycophantæ, parati sumus ad omnem defensionem, refutationemque accusatoriæ objectionis. Amici, & laudatores tui sumus: in primisque piissimorum, & triumphatorum dominorum nostrorum. Cumque tales simus, quamobrem turbatio? Qua de causa eveniunt quæ eventura sunt, siquidem contraria Dei præceptis? Tribue nobis sacras preces tuas. Hactenus ad Patriarcham Theodorus.

Quid ad hæc Patriarcha rescripserit, non habemus, sed potius non rescripsisse eum, verus dici potest, secundum ea, quæ idem Theodorus ad Simeonem præpositum (*b*) scribens ait: *De Patriarcha enim quid attinet loqui? Qui nec responsa dare vult, nec admittere qui verba faciat: Qui in omnibus Cæsari inservit.* At sic licet subduxerit se Theodorus cum suis a communicatione Josephi Oeconomi, secrete id quidem, & sub silentio per biennium fecit, quo tempore & cum ipso Patriarcha communicare non destitit, ut idem ipse testatur; ita tamen, quod licet in publicis precibus ipse ejus me-

(*b*) *Theodor. epist. 20. in Cod. Colum.*

PAGIUS Invenias Viros Sanctissimos, inquit Combefisius in Apparatu ad Biblioth. Concionat. pag. 24. dum loquitur de Josepho Archiepiscopo Thessalonicensi, quem verum parentem esse Orationis *in Festum Exaltationis Sanctæ Crucis* affirmat.

A num.

memoriam faceret in sua monasterii Ecclesia, accedere tamen ad sacra ejus, quibus interesse soleret perditus ille Josephus, penitus detrectaret: nam audi quid ad Basilium scribat (a):

(a) *Theod. ep. 28. in Cod. Colum.*

XVII. Quomodo cum Patriarcha communicasse Theodorus dicatur.

Nos ergo & sanctissimi Patriarchæ mentionem facimus (ut convenit) in Mystagogia, sicut & piorum Imperatorum nostrorum: & cum omni sacerdote inculpato communicare non detrectamus. Scripsimusque ad ipsum Patriarcham: quod & pii Imperatores nostri sciunt, nos in nulla re discrepare præterquam de Josepho. Et simul ac depulsus fuerit sacerdotio, cum ipso statim communicaturos: etenim desiderabilem nobis virum esse, non solum quod caput sit Ecclesiæ nostræ, sed quia jam olim reverendus nobis erat, & singula ipsius bona laudare non cessamus. Hæc Theodorus. Sed jam quæ sunt anni hujus reliqua prosequamur, nonnisi post sequentem annum eum iterum conventuri, quando rursus adversus eum tempestas est excitata.

Conventus in villa Theodonis, in quo tripartitum Regnum filiis a Carolo Magno.

Quod igitur pertinet ad res Occidentales: prodant Annales Francorum hoc anno habitum esse conventum ab Imperatore Carolo in Villa Theodonis, atque ex testamento tribus filiis tripartitum esse ipsum Regnum, singulas singulis partes esse divisas, si contigeret eos post patris obitum esse superstites. Extat ipsum quidem ejusmodi testamentum, sive divisionis decretum ab eodem Carolo Magno constitutum hoc anno, appositum parergon ad vitam ipsius, atque ex Pithæi bibliotheca in lucem editum verbis istis:

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Imperator Cæsar Carolus Rex Francorum invictissimus, & Romani rector Imperii, pius felix, ac triumphator semper Augustus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, & cuncto populo Catholico præsenti, & futuro gentium, ac nationum, quæ sub ejus Imperio, ac regimine constitutæ sunt.

XVIII. *Sicut omnibus vobis notum esse, & neminem vestrum latere credimus, quomodo nos divina clementia, cujus nutu ad occasum tendentia sæcula per successiones generationum reparantur, tres nobis dando filios, magno miserationis, ac benedictionis suæ ditavit munere, quia per eos, secundum vota nostra & spem nostram de Regno confirmavit, & curam oblivioni obnoxiæ posteritatis leviorem fecit. Ita & hoc vobis notum fieri volumus, quod eosdem per Dei gratiam filios nostros Regni a Deo nobis concessi, donec in corpore sumus, & post nostrum ab hac mortalitate discessum hujus a Deo conservandi Regni, vel Imperii nostri hæredes relinquere, sic divina Majestas annuerit, optamus. Non ut confuse atque inordinate, aut sub totius Regni dominatione jurgii controversiam eis relinquamus; sed trina partitione totum Regni corpus dividentes, quam quisquis illorum tueri, vel regere debeat, portionem distribuere, & designare volumus, eo videlicet modo, ut sua quisque portione contentus, juxta ordinationem nostram & fines Regni sui, qui ad alienigenas extenduntur, cum Dei adjutorio nitatur defendere, & pacem, atque charitatem cum fratre custodire.*

Testamentum Caroli M. quo Regnum partitur inter filios.

Divisiones vero a Deo conservati, & conservandi Imperii, vel Regni nostri talem facere placuit, ut Aquitaniam totam, & Vuasconiam (excepto pago Turonico) & quicquid inde ad Occidentem, atque Hispaniam respicit, & de civitate Nivernis, quæ sita est super fluvium Ligerim cum ipso pago Nivernense, pagum Avalensem, atque Alsensem, Cabillonensem, Matisconensem, Lugdunensem. Saboium, Moriennam, Tarentasium, Montem Cinisium, Vallem Segusianam usque ad Clusas, & inter terminos Italicorum montium usque ad mare, vel usque ad Hispanias continetur, hoc est, illam portionem Burgundiæ, & Provinciam, ac Septimaniam, vel Gothiam, Ludovico dilecto filio nostro consignavimus. XIX.

Italiam vero, quæ & Longobardia dicitur, & Baioariam, sicut Tassilo tenuit exceptis duabus villis, quarum nomina sunt Ingoldestat, & Lutrahahof, quas nos quondam Tassiloni beneficiavimus, & per-

PAGIUS IV. *Carolus Aug. Regnum suum inter filios partitur.*

A num. XVII. ad XXVII. *Conventum habuit Imperator cum Primoribus & Optimatibus Francorum de pace constituenda & conservanda inter filios suos, & divisione Regni facienda in tres partes: ut sciret unusquisque illorum quam partem tueri & regere debuisset, si superstes illi eveniret. De hac partitione & testamentum factum, & jurejurando ab Optimatibus Francorum confirmatum: & constitutiones causa conservanda pacis facta: atque hæc omnia literis mandata sunt, & Leoni Papæ, ut his sua manu subscriberet, per Einhardum missa. Quibus Pontifex lectis, & assensum præbuit, & propria manu subscripsit*, inquit Eginhardus in Annal. ubi Eginhardus, ut passim alibi, appellatur. Idem habent Annalistæ Bertinianus, Metensis, aliique. Illud Caroli Imp. testamentum seu divisionis chartam recitat Baronius. In ea Carolus agit tantum de Regni divisione inter filios, & ubi Imperium nominatur, Regnum suum intelligit. Concedit Ludovico Aquitaniam totam & Vasconiam excepto pago Toronico, & quidquid inde ad Occidentem atque Hispaniam respicit, pagos Nivernensem, Avalensem, Alsensem, Cabillonensem, Matisconensem, Lugdunensem, Saboiam, Moriennam Tarantasiam, Montem Cinisium, Vallem Segusianam usque ad clusas, & inde per terminos Italicorum montium usque ad mare, & quidquid ab eis contra Meridiem & Occidentem usque ad mare, vel usque ad Hi-

Digitized by Google

pertinet ad pagum, qui dicitur Norchgovve, & de Alemannia partem, quæ in Australi Ripa Danubii fluminis est, & de ipso flumine Danubii currente limite usque ad Rhenum fluvium sursum versus usque ad Alpes, quicquid intra hos terminos fuerit, & ad Meridiem, vel Orientem respicit, una cum Ducatu Curiensi, & pago Burgovve, Pipino dilecto filio nostro.

XX. *Quicquid autem de Regno nostro extra hos terminos fuerit, id est, Franciam, & Burgundiam, excepta illa parte, quam Ludovico dedimus, atque Alemanniam (excepta portione, quam Pipino adscripsimus) Austriam, Neustriam, Thuringiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Bajoariæ, quæ dicitur Northgovv, dilecto filio nostro Carolo concessimus, ita ut Carolus, & Ludovicus viam habere possint in Italiam ad auxilium faciendum fratri suo, si ita necessitas extiterit, Carolus per vallem Augustanam, quæ ad Regnum eius pertinet, & Ludovicus per vallem Segusianam. Pipinus vero & exitum, & ingressum per Alpes Noricas, atque Curiam.*

Hæc autem tali ordine disposuimus, ut si Carolus, qui major est natu, prius quam cæteri fratres diem obierit, pars Regni, quam habebat, dividatur inter Pipinum, & Ludovicum, sicut quondam divisum est inter nos, & fratrem nostrum Carolomannum, eo modo ut Pipinus illam portionem habeat, quam frater noster Carolomannus habuit, Ludovicus vero illam partem, quam nos in illa partitione suscepimus. Si vero Carolo, & Ludovico viventibus, Pipinus debitum humanæ naturæ compleverit, Carolus, & Ludovicus dividant inter se Regnum, quod ille habuit. Et hæc divisio tali modo fiat, ut ab ingressu Italiæ per Augustam civitatem accipiat Carolus Eboreiam, Vercellas, Papiam, & inde per Padum fluvium termino currente usque ad fines Regiensium, & ipsum Regium, & civitatem novam, atque Mutinam usque ad terminos S. Petri. Has civitates cum suburbanis, & territoriis suis, atque Comitatibus, quæ ad ipsas pertinent, & quicquid inde Romam pergenti ad lævam respicit de Regno, quod Pipinus habuit, una cum Ducatu Spoletano hanc portionem, sicut prædiximus, accipiat Carolus.

Quicquid autem a prædictis civitatibus, vel Comitatibus Romam eunti ad dexteram jacet, de prædicto Regno, id est, portionem, quæ remansit de regione Transpadana una cum Ducatu Tuscano usque ad mare Australe, & usque ad Provinciam Ludovicus ad augmentum sui Regni sortiatur. Quod si cæteris superstitibus Ludovicus fuerit defunctus, eam partem Burgundiæ, quam Regno ejus adjunximus cum Provincia, & Septimania, sive Gothia usque ad Hispaniam Pipinus accipiat, Carolus vero Aquitaniam, atque Vvasconiam.

Quod si talis filius cujuslibet istorum trium fratrum natus fuerit, quem populus eligere velit, ut patri suo succedat in Regni hereditate, volumus, ut in hoc consentiant patrui ipsius pueri, & regnare permittant filium fratris sui in portione Regni, quam pater ejus, eorum frater habuit. XXI.

Post hanc nostræ auctoritatis dispositionem placuit inter prædictos filios nostros statuere, atque præcipere propter pacem, quam inter eos perpetuo permanere desideramus, ut nullus eorum fratris sui terminos, vel Regni limites invadere præsumat, neque fraudulenter ingredi ad conturbandum Regnum ejus, vel marcas minuendas, sed adjuvet unusquisque illorum fratrem suum, & auxilium ei ferat contra inimicos ejus juxta rationem, & possibilitatem sive intra patriam, sive contra exteras nationes.

Neque aliquis illorum hominem fratris sui pro quibuslibet causis, sive culpis ad se confugientem suscipiat, ad intercessionem pro eo faciendam: quia volumus, ut quilibet homo peccans, & intercessione indigens intra Regnum domini sui, vel ad loca sancta, vel ad honoratos homines confugiat, & inde justam intercessionem mereatur.

Si-

PAGIUS Hispanias continetur, hoc est illam portionem Burgundiæ, & Provinciam ac Septimaniam vel Gothiam. Donat Italiam Pippino, *quæ & Longobardia dicitur*, & Bajoariam, excepta duabus villis ibidem memoratis, & Alamanniæ partem, quæ in australi ripa Danubii fluminis sita est, & de ipso flumine Danubii usque ad Rhenum fluvium, & quidquid inter hos terminos fuerit, una cum Ducatu Curiensi & pago Durgouve. Quidquid autem de Regno ejus extra hos terminos erat, idest, Franciam & Burgundiam, excepta illa parte quam Ludovico dedit, atque Alamanniam, excepta portione quam Pippino adscripsit, Austriam, Neustriam, Turingiam, Saxoniam, Frisiam, & partem Bajoariæ Carolo concedit.

Super omnia autem jubemus, inquit piissimus Imperator, *ut ipsi tres fratres curam & defensionem Ecclesiæ Sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Carolo, & beatæ memoriæ genitore Pippino Rege, & a nobis postea suscepta est; ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur, & justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulaverit, habere faciant.* De filiabus hæc statuit: *De filiabus autem nostris, sororibus scilicet prædictorum filiorum nostrorum, jubemus, ut post nostram ab hoc corpore discessum licentiam habeat unaquæque eligendi sub cujus fratris tutela & defensione se conferre velit, & qualiscumque ex illis Monasticam Vitam elegerit, liceat ei honorifi-* V. *Filiis defensionem Ecclesiæ injungit.*

ce

Digitized by Google

XXII. *Similiter præcipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra ejus voluntatem dimiserit, & de uno Regno in aliud profectus fuerit: neque ipse Rex suscipiat, neque hominibus suis consentiat, ut talem hominem recipiant, vel juste retinere præsumant: hoc non solum de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus ordinandum, ut nulla discordiis relinquatur occasio.*

Quapropter præcipiendum nobis videtur, ut post ab hac mortalitate discessum, homines uniuscujusque eorum accipiant beneficia unusquisque in Regno domini sui, & non in altero, ne forte per hoc, si aliter fecerit, scandalum aliquod accidere possit. Hæreditatem autem suam habeat unusquisque illorum hominum absque contradictione in unoquoque Regno, quod eum legitime habere contigerit.

Ut unusquisque liber homo post mortem domini sui licentiam habeat se commendandi inter hæc tria Regna ad quodcumque voluerit, similiter & ille, qui nondum alicui est commendatus.

De traditionibus autem, & venditionibus quæ inter partes fieri solent: præcipimus, ut nullus ex his tribus fratribus, suscipiat de Regno alterius a quolibet homine traditionem, vel venditionem rerum immobilium, hoc est, terrarum, vinearum, atque libertatem servorumque qui non casati sunt, sive terrenorum, quæ hæreditatis nomine censentur, auro, argento, & gemmis, armis, ac vestibus, necnon & mancipiis non casatis, & his speciebus, quæ proprie ad negotiatores pertinere noscuntur. Cæteris vero liberis hominibus hoc nomine interdicendum judicavimus.

XXIII. *Si quæ autem feminæ, sicut fieri solet, inter partes, & Regna fuerint ad conjugia postulatæ, non denegentur juste poscentibus, sed liceat eas vicissim dare, & accipere, & affinitatibus populos inter se sociari. Ipsæ vero feminæ potestatem habeant rerum suarum in Regno, unde exierant, quando in alio propter mariti societatem habitant.*

De obsidibus autem, qui propter credentias dati sunt, & a nobis per diversa loca ad custodiendum destinati sunt, volumus, ut ille Rex, in cujus Regno sunt absque voluntate fratris sui, de cujus Regno sublati sunt, in patriam eos redire non permittat, sed potius in futurum in suscipiendis obsidibus alter alteri mutuum ferat auxilium, si frater fratrem hoc facere, rationabiliter postulaverit. Idem jubemus & de his, qui pro suis facinoribus in exilium missi, vel mittendi sunt.

Si causa, vel intentio controversiæ talis inter partes propter terminos, & confinia Regnorum ortæ fuerint, quæ hominum testimonio declarari, vel definiri non possint: tunc volumus, ut ad declarationem rei dubiæ, judicio Crucis, Dei voluntas, & rerum veritas exquiratur, nec unquam pro tali causa cujuslibet generis pugna, vel campus ad examinationem judicetur. Si vero quilibet homo de uno Regno hominem de altero regno de infidelitate contra dominum suum accusaverit, mittat eum dominus suus ad fratrem suum, ut ibi comprobet, quod de homine illius dixit.

Sed antequam ulterius progrediamur, hic considerandum est, quod sicut hic probatur judicium Crucis, ita alibi ab eodem prohibitum reperitur examen Crucis; & sicut illud licite fieri posse demonstrat, ita hoc certum est fuisse vetitum ejusdem Caroli Imperatoris sancito decreto; siquidem libro primo Capitularium, capitulo centesimo octavo ista leguntur: *Sancitum est, ut nullus deinceps quamlibet examinationem Crucis facere præsumat, ne Christi passio, quæ est glorificata cujuslibet temeritate contemptui habeatur.* Quodnam autem fuerit istud examen, vel judicium Crucis nobis hactenus est incompertum. Pergit vero dignum tanto Principe Christianissimo præceptum iisdem tribus filiis ejusmodi publica, solemnique testificatione insinuare, sic dicens: XXIV. Judicium & examen Crucis.

Super omnia autem jubemus, UT IPSI TRES FRATRES, CURAM ET DEFENSIONEM ☛ S. PETRI ☚ SIMUL SUSCIPIANT, sicut quondam ab avo nostro Carolo, & beatæ memoriæ ge- Reges Francorum constituit defensores Roman. Eccles.

PAGIUS *& vivere sub defensione fratris sui, in cujus Regno degere voluerit. Quæ autem juste ac rationabiliter a condigno Viro ad conjugium quæsita fuit, & ei conjugalis vita placuerit, non ei denegetur a fratribus suis, si & viri postulantis & feminæ consentientis honesta & rationabilis fuerit voluntas.*

VI. Hujus divisionis Charta germana ac legitima. „ Hanc portionem Regnorum Caroli Imp. inquit Baluzius Tom. II. Capitul. Reg. Franc. pag. 1068. dubiæ fidei esse ac merito numerari posse inter tot singularis otii commenta quæ sequiora nobis sæcula ingeniaque pepererunt scribit Petrus Pithæus in Præfatione ad XII. Scriptores coætaneos Historiæ Francorum, hinc persuasus quod in chartaceo „ exemplari Thegani operi recentiore manu „ subjuncta fuit. Sed ego vetustissimum illius „ exemplar reperi in Bibliotheca Thuana, licet non integrum; eademque a Joanne Nauclero edita pridem fuerat, & Aventinus eam „ memorat in Annalibus Bojorum. Immo Eginhardus diserte illius mentionem facit, „ seque eam jussu Imperatoris ad Leonem Papam „ detulisse, ut ejus subscriptione firmaretur. „ Illi præterea fidem & auctoritatem conciliat „ Charta divisionis Imperii facta a Ludovico Pio „ anno DCCCXXXVII. cujus omnia ferme capita descripta sunt ad verbum ex illa Caroli; & tamen ista falsi accusata non fuit a „ Pithæo, qui primus eam vulgavit in eodem Vo- „ lu-

Digitized by Google

nitore Pipino Rege, & a nobis postea susceptu est, ut eum cum omni adjutorio ab hostibus defendere nitantur, & justitiam suam, quantum ad ipsos pertinet, & ratio postulat, habere faciant. Similiter & de cæteris Ecclesiis, quæ sub illorum fuerint potestate, præcipimus, ut justitiam suam, & honorem habeant, & pastores, & rectores venerabilium locorum habeant potestatem rerum, quæ ad ipsa pia loca pertinent, in quocumque de his tribus Regnis illarum Ecclesiarum possessiones fuerint.

Quod si de his statutis, atque conventionibus aliquid casu quolibet, vel ignorantia (quod non optamus) fuerit irruptum: præcipimus, ut quam citissime secundum justitiam emendare studeant, ne forte propter dilationem majus damnum possit accidere.

XXV. *De filiabus autem nostris, sororibus scilicet prædictorum filiorum nostrorum jubemus, ut post nostrum ab hoc corpore discessum, licentiam habeat unaquæque eligendi sub cujus fratris tutela, & defensione se conferre velit. Et qualiscumque ex illis monasticam vitam elegerit, liceat ei honorifice vivere sub defensione fratris sui, in cujus Regno degere voluerit. Quæ autem juste, & rationabiliter a condigno viro ad coniugium quæsita fuerit, & ei coniugalis vita placuerit, non ei denegetur a fratribus suis, si & viri postulantis, & feminæ consentientis honesta, & rationabilis fuerit voluntas.*

De nepotibus vero nostris, scilicet filiis prædictorum filiorum nostrorum, qui eis vel jam nati sunt, vel adhuc nascituri sunt; placuit nobis præcipere, ut nullus eorum per quaslibet occasiones quemlibet ex illis apud se accusatum sine justa discussione, atque examinatione aut occidere, aut membris mancare, aut excæcare, aut invitum tondere faciat; sed volumus, ut honorati sint apud patres, vel patruos suos, & obedientes sint cum omni subiectione, quam decet in tali consanguinitate esse.

XXVI. *Hoc postremo statuendum nobis videtur, ut quicquid adhuc de rebus, & constitutionibus, quæ ad profectum, & utilitatem eorum pertinent, his nostris decretis, atque præceptis addere voluerimus, sic a prædictis dilectis filiis nostris observetur, atque custodiatur, sicut ea, quæ debes jam statuta, & descripta sunt, custodire, & observare præcipimus.*

Hæc autem omnia ita disposuimus, atque ex ordine firmare decrevimus, ut quamdiu divinæ Majestati placuerit nos hanc corporalem agere vitam, potestas nostra sit super a Deo conservatum Regnum, atque Imperium istud, sicut hactenus fuit in regimine, atque ordinatione, & omni dominatu regali, atque Imperiali, ut obedientes habeamus prædictos dilectos filios nostros, atque Deo amabilem populum nostrum cum omni subjectione, quæ patri a filiis, & Imperatori, ac Regi a suis populis exhibetur. Hucusque Caroli de divisione decretum, sive testamentum factum in Villa Theodonis, subscriptum ab Optimatibus Francorum, & Romam missum per Eginhardum a secretis ad Leonem pontificem confirmandum, atque subscriptione muniendum. Sub cujus dispositione de Imperio discernendum reliquisse visus est, ut cui vellet, Pontifex daret, cum nullam de eo in testamento mentionem habere voluerit, de quo ante omnia fuisset ipsi testandum, si hæreditarium existimasset, & non potius Romani Pontificis arbitrio electivum. Porro iis omnibus, quæ statuta fuerunt a Carolo, Leo Pontifex & assensum præbuit, & propria manu subscripsit. Hæc veteres Annales Francorum. — Cur de Imperio nihil disposuit Carolus Magnus.

XXVII. Verum etsi dum viveret, totius Imperii, & Francorum Regni Carolus apud se retineret plenum dominium, tamen administrationem illis concessit, Consiliarios illis tribuens viros prudentes, ac religiosos. Pipini siquidem lateribus junxit Hadelharrum virum sanctissimum, cujus vitæ admirandæ monumenta extant (a). Quod vero ad reliqua ejusdem bona pertinet, idem Imperator triennio ante obitum de rebus mobilibus condidit testamentum, sive donationem causa mortis, quæ ad finem vitæ ejus apud Eginhardum posita legitur, nosque suo loco reddituri sumus.

(a) Sur. die 9. Jan. to. 1.

XXVIII. Urgentibus autem diversorum sacerdotum accusationibus, factum est ut ex Synodo per Carolum Magnum missa fuerit consultatio ad Leonem Romanum Pontifi-

PAGIUS » lomine Scriptorum coætaneorum. Denique » hujus divisionis a Carolo factæ clara & manifesta mentio est in capite tertio Capitulorum » apud Niumaga statim post Imperii divisionem editorum. Ita Vir doctissimus cui suffragantur Cointius aliique passim Eruditi. Imo Mabillonius Tom. IV. Analect. pag. 34. Itineris Germanici refert se in fine quorundam Operum MSS. Alcuini in Bibliotheca Monasterii Sancti Galli asservatorum hæc verba legisse; *Anno DCCCVI. ab Incarnatione Domini, Indictione XIV, anno XXXVIII. Regnante Karolo Imperatore, VIII. Idus Februarii, die Veneris divisum est Regnum illius inter filiis suis, quantum unusquisque post illum habet: & ego alio die hoc opus (perfeci)*. Ex quo & intelligimus hoc tempore in Germania Incarnationis Epocham a die Natali Christi, aut saltem a Kalendis Januarii fuisse deductam.

VII. A aun. XXVII. ad XXXII. Baluzius Tom. I. Ca-

-tificem rogatum de ipsis sacerdotibus criminosis quid agendum, cum probatio certa deficeret. Est de ea mentio in Capitularibus ipsius Caroli his verbis (*a*): *Et hoc vobiscum magno studio pertractandum est, quid de illis presbyteris criminosis, unde approbatio non est, & semper negant, faciendum sit: Nam hoc sæpissime a nobis, & progenitoribus, atque antecessoribus nostris ventilatum est, sed non ad liquidum hactenus definitum. Unde ad consultandum Patrem nostrum Leonem Papam sacerdotes nostros mittimus: & quicquid ab eo, vel a suis perceperimus, vobis una cum illis, quos mittimus, renuntiare non tardabimus. Vos interdum vicissim tractate attentius, quid ex his vobiscum constituamus una cum prædicti sancti Patris institutionibus, ut murmur cesset populi; & nos his satisfacientes, illæsi, Domino auxiliante, ab utrisque maneamus.* Quid autem de his statutum fuerit, sequens declarat Constitutio istis verbis (*b*):

(a) Capitul. l. 3. c. 33.

(b) Ead. l. 3. c. 34.

XXIX. *Omnibus vobis visu, aut audita notum esse non dubitamus, quod sæpissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diversa obiiciantur; sed quoniam qualiter ex eis ab his rationabilis examinatio, & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ domni genitoris nostri Pipini, sive pristis temporibus a sanctis Patribus, & reliquis bonæ devotionis hominibus sæpissime ventilatum fuerit: nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quivimus. Nostris quippe temporibus, ad ipsam a sanctis Episcopis, & reliquis sacerdotibus, & cæteris Ecclesiasticæ dignitatis ministris nostris in Regnis, seu in aliis Deo degentibus, nobisque una cum eis agentibus sæpissime propter multas, & nimias reclamationes; quæ ex hoc ad nos ex diversis partibus venerant, ventilatum est. Sed qualiter consultu domni, & Patris nostri Leonis Apostolici, cæterorumque Romanæ Ecclesiæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum seu Orientalium, & Græcorum Patriarcharum, & multorum sanctorum Episcoporum, & sacerdotum, necnon & nostrorum Episcoporum, omniumque cæterorum sacerdotum, ac levitarum auctoritate, & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consulta definitum est; vobis omnibus utriusque ordinis ministris scire volumus.*

Statutum est namque ratione, & necessitate, & auctoritate prædicta, consulta omnium: ut quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen imponitur: si ipse accusator talis fuerit, ut recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus pleniter expressum est.) Si autem, ut dictum est, ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum cum legitimo numero virorum, & bonorum testium approbare in conspectu Episcoporum poterit: tunc canonice diiudicetur; & si culpabilis inventus fuerit, canonice damnetur, XXX.

Si vero eum supradicto prætextu approbare ipse accusator minime poterit: & hoc canonice definiatur. Ipse ergo sacerdos si suspiciosus, aut incredibilis suo Episcopo aut reliquis suis consacerdotibus, sive bonis, & iustis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit: ne in crimine, aut in prædicta suspicione remaneat, tunc tribus, aut quinque, vel septem bonis, ac vicinis sacerdotibus exemplo Leonis Papæ, vel eo amplius, si suo Episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi id esse prospexerit; & cum aliis bonis, & iustis hominibus se sacramento coram populo super quatuor Evangelia data, purgatum Ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, & quicquid de accusatore faciendum sit: pleniter in canonibus reperire poterit. Hucusque Caroli Constitutio in Episcoporum Concilio comprobata, ex sententia Leonis Romani Pontificis confirmata: spectant ad idem Concilium, quæ in sexto Capitularium libro ita leguntur:

Capitularium Dominicum datum anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCVI. ad Theodonis villam anno Imperii domni Caroli VI. XXXI.

I. *Ut lectiones in Ecclesia distincte legantur.*

II. *De cantu: ut secundum ordinem, & morem Romanæ Ecclesiæ fiat Cantatus.*

III. *De Notariis: Ut unusquisque Episcopus, & Abba, & singuli Comites suum Notarium habeant.*

IV. *De cæteris disciplinis Ecclesiæ, ut secundum canones, & regulam fiant.*

V. *De medicinali arte, ut infantes hanc discere mittantur.*

VI. De

PAGIUS *Varia Capitularia Caroli Aug.* Capitul. Reg. Franc. seu Capitularia ad præsentem annum refert. Primum complectitur divisionem Regni Francorum inter *Carolum*, *Pippinum* & *Ludovicum* Caroli Magni filios. Tria sequentia constant duobus ac viginti Capitulis, quibus *Carolus M.* legem Bojoariorum adauxit. Quintum est Noviomagense. Sextum habet tria & viginti Capitula excerpta de Canone. De priori Capitulari mox egimus. Secundum, III. & IV. referuntur a Cointio ad annum Christi DCCXCII. & quintum ad hunc annum. Sextum denique, quod excerptum est de Canone, descripsit ad annum DCCCII. uti ante eum Sirmondus.

Ad

VI. De Ecclesiis sine honore manentibus absque officiis, & luminariis, & de his, qui decimas assumunt, & de Ecclesiis non curant, ut hoc omnimodis emendetur.

VII. De altaribus: Ut non superflua sint in Ecclesiis.

VIII. De compoto: Ut veraciter discant omnes. Hactenus de his, quæ spectant ad Concilium præsentis anni in Theodonis Villa habitum.

XXXII. Hoc insuper anno Carolum Imperatorem audisse legationem Venetorum, & Dalmatarum, iidem habent Annales. Diversas insuper expeditiones hoc eodem anno a filiis ejusdem Imperatoris feliciter gestas, summatim referunt: numerantque, ac describunt munera missa ab Aaron Rege Saracenorum in Oriente ad Carolum Magnum, & inter alia horologium admirando opificio elaboratum. Rursum ista ab Adone hoc eodem anno facta narrantur: *Tunc temporis*, inquit, *delata sunt ossa beati Cypriani Carthagi-*

Corpus S. Cypriani delatum in Gallias.

gi-

PAGIUS VIII. *Carolus Aug. Venetorum & Dalmatarum Legatos suscepit.*

Ad ann. XXXII. Eginhardus in Annal. narrat Carolum Aug. Venetos & Dalmatas in suam amicitiam recepisse. Hæc ejus verba: *Statim post Natalem Domini venerunt Vuillerus & Beatus Duces Venetiæ, nec non & Paulus Dux Jaderæ, atque Donatus ejusdem Civitatis Episcopus Legati Dalmatarum ad præsentiam Imperatoris cum magnis donis: & facta est ibi ordinatio ab Imperatore de Ducibus & populis tam Venetiæ quam Dalmatiæ.* Idem habent varii alii Annalistæ ad hunc annum. Addit Eginhardus: *Classis a Nicephoro Imperatore, cui Nicetas Patricius præerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur.* Ab aliquot annis Veneti domestico laborabant bello, uti jam an. DCCCIII. indicavimus. Illo anno *Fortunatus* Patriarcha Gradensis & *Vuillerus*, quem Sigonius *Obelerium* vocat, Metamaucensis Tribunus, solum vertere coacti, Tarvisium se contulerunt, quod Ditionis Franciæ Oppidum erat. *Fortunatus*, ut constituerat ad Carolum Augustum properavit; Obelerius vero seu Willerius Dux a Veneto exulibus est declaratus. Hoc anno *Obelerius*, Tarvisio cum valida armatorum manu egressus, *Metamaucam* repente repetiit, ac Joanne Mauricioque Ducibus exactis, Ducalem ipse coronam accepit, & consensu populi Beatum ac Valentinum fratres honoris sibi consortes adscivit. Deinde comparato cum Tribunis exercitu, Heracliam, unde *Joannes* & *Mauricius* originem trahebant, in eorum contemptum invasit, ac funditus evertit. Heracliani, quæ major erat nobilitatis Venetæ pars, quia *Heraclia* per aliquot annos sedes Imperii fuerat, alii *Metamaucum*, alii *Torcellum*, sed plerique *Rivoaltum* petierunt. *Fortunatus* etiam Patriarcha reversus e Francia Gradum sub idem tempus rediit. Porro *Joannes* & *Mauricius* Metamauco pulsi, *Nicephorum* Imp. Constantinopolitanum de tota gestarum rerum serie, deque exilio, quod patiebantur, certiorem mox fecerunt, nec omiserunt id sibi dedecoris atque infortunium illatum, quod propensiore erga eum animo ac studio essent. Rumor paulo post increbuit, *Nicephorum* Classem ad eos reducendos missurum. Eo nuncio territi *Obelerius* & *Beatus*, Valentino fratre domi relicto, una cum Paulo Duce & Donato Episcopo Jadertinis, *Carolum* Augustum in Theodonis villa cum filiis hybernantem adierunt, ut mox diximus ex Eginhardo.

IX. *Cum utrisque fœdus init.*

Interim *post solemne Natalicium*, ut Sigonius, qui præcedentia narrat, subjicit, *Obelerius & Beatus* Venetiæ Duces cum Dalmatarum Legatis *Carolum in Theodonis villa magnificis donis cultum rogarunt, ut Venetos ac Dalmatas in amicitiam reciperet, ac Duces, populosque suos confirmaret. Quibus auditis, Carolus haud gravate assensit, ac fœdere concesso dimisit.* Fœdus illud initium fuit contra Joannem, Mauricium, aliosque quoscumque Venetus, qui vel profugerant ad Græcos vel erga Nicephorum propensiore, quam par erat, animo ferebantur. Quoad Classem a Nicephoro missam, de qua Eginhardus citatus loquitur, hæc habet idem Sigonius, *Nicetas Patricius cum Classe in Adriaticum sinum venit, a Nicephoro ad comprimendas intestinas Dalmatarum Venetorumque discordias.* Utrumque tentavit Nicephorus irrito pene conatu. Nam Nicetas, ut recte Coletius hoc anno num. LXV. in Dalmatia, quidquid scribat Sigonius, parum profecit; in Venetia, ut veteres Annales anno proximo citandi tradunt, hyemem egit. Pippinus Rex Italiæ hoc anno nihil aggressus est, variis tantum pollicitationibus & artibus videtur usus, ut socios Venetos in fida pro Regia dignitate retineret.

X. *Ecclesia Polana committitur Fortunato Patriarchæ Gradensi.*

Fortunatus Patriarcha Gradensis audito *Nicetæ* adventu rursum in Franciam navigavit, & *Joannes Diaconus* Patriarcham se dixit, ut videre est apud Ughellum Tom. V. Ital. Sacr. in Patriarch. Grad. Tunc Ecclesia *Polana* Interpontificio laborabat. Carolus a Leone Papa petiit, ut Fortunatus, donec Ecclesiæ Gradensi restitueretur, Polanam regeret, quæ priusquam Istriæ Civitates in potestatem Francorum devenirent, ad Diœcesim seu Provinciam Gradensem pertinebat. Annuit Leo; sed ea lege, ut Ecclesiæ Polanæ nihil jurium, facultatumque subtraheretur. Extat illa de re Leonis ad Carolum Epistola, Tom. VII. Concil. ordine XI. in cujus embolo de prædicto Fortunato addit Leo: *Et hoc Vestra Serenitati intimare curavimus de præfato Fortunato, ut sicut semper pro illius honore temporali laboratis; ita & de anima ejus curam ponatis, ut per vestrum favorem suum ministerium melius expleat: quia non audivimus de eo sicut decet de Archiepiscopo, neque de partibus Franciæ, ubi eum beneficiastis. Tamen gratias agimus Deo, quia omnia vobis incognita non erunt. Interrogate quidem fideles vestros, & omnia vobis nota fient, eo quod illi, qui vobis eum collaudant, hoc per munera & calciaria faciant. Quid nobis plus amabile est, quam vestra dulcissima anima?* &c.

XI. *Carolus Aug. per Carolum & Pippinum filios bellum gerit.*

Carolus Aug. hoc anno per filios bellum gessit. Carolus natu maximus tumultum Soraborum ad Albim compescuit: *Inde* (nempe Noviomago), *post non multos dies* (a Paschali videlicet Solemnitate) *Aquisgrani veniens Carolum filium suum in terram Sclavorum, qui dicuntur Sorabi, & sedens super Albim fluvium, cum exercitu misit. In qua expeditione Miliduoch Sclavorum Dux interfectus est, duoque Castella ab exercitu ædificata, unum super ripam fluminis Salæ, alterum juxta fluvium Albim. Sclavis-*

vise.

Digitized by Google

giue cum reliquiis beatorum Scillitanorum Martyrum Sperati, sociorumque ejus, & posita sunt in Ecclesia beati Joannis Baptistæ in civitate Lugdunensi. Hæc Ado sui sæculi res gestas scribens. Extat carmen Agobardi Episcopi Lugdunensis de translatione Sancti Cypriani, & quorumdam aliorum Martyrum Sacrorum pignorum, hac inscriptione notatum (a):

(a) Editum cum aliis ejusdem auctoris operibus Parisiis eusit anno 1605.

Agobardi carmen post obitum Caroli, & Leidradi Lugdunensis Episcopi.

Rector magnificus, piusque Princeps
Augusto Carolus decore fultus,
Sceptrum nobile Francicum regebat,
Subiectos populos pie gubernans;
Lectos æquora jusserat secare.
Ac jam propitio sibi Tonante,
Post multos nimiæ viæ labores,
Ingressu reduci salum petentes
Intrarunt Libycos repente fines:
Qua Chartago gravi jacens ruina
Deflet præteritæ decus juventæ.
Hic dum basilicas Deo dicatas
Et Christi subeunt veneranda templa,
Cernunt ut tua Cypriane Martyr
Servaret loculus neglectus ossa:
Tum vero nimio dolore moti
Et magno gemitu polam intuentes,
Poscunt auxilium Dei perennis,
Pro quo sancte tibi caput rescissum est.
Et mox poplitibus precando flexis,
Pandunt sarcophagum, studentque sacros
Artus stringere linteis paratis,
Committuntque sacrocorpus locello
Sperati quoque Martyris beati
Nec non Pantaleonis ossa ruptim
*Tollunt cuncta simul, liguntque * pennis,* * pannis.

Con-

BAGIUS *visque paratis Carolus cum exercitu regressus, in loco qui dicitur Seli, super ripam Mosæ fluminis, ac Imperatorem venit*, inquit Eginhardus in Annal. cui alii Annalistæ consentiunt. Addit Eginhardus: *Missa est & manus de Bajoaria & Alemania atque Burgundia, sicut anno superiore in terram Behemannorum* (idest, Bohemorum) *vastataque terra non minima portione absque ullo gravi incommodo regressa est.* Eginhardus in Vita Caroli M. testatur duo bella, quæ post Saxonicum anno DCCCIV. profligatum, exorta sunt, *Bohemicum* videlicet & Hilinonicum a Carolo Caroli Imp. filio confecta esse. *Bohemicum* hæc anno terminatum, de Hilinonico, infra agemus. Denique Pippinus in Italiam reversus Classem in Corsicam insulam, quam Saraceni ex Hispania invaserant, statim direxit: *Eodem anno*, inquit Eginhardus in Annal. *in Corsicam insulam contra Mauros, qui eam vastabant, Classis de Italia a Pippino missa est. Cujus adventum Mauri non expectantes abscesserunt. Unus tamen nostrorum Hadumarus, Comes Civitatis Genuæ, imprudenter contra eos dimicans, occisus est.*

XII. *Carolus Aug. Dalmatas in amicitiam suscipit.* Supra diximus, Dalmatas, Legatos misisse ad Carolum Imp. nam *Nicephori* jugum excusserunt Dalmatæ, qui, ut notat Joannes Lucius in Historia de Regno Dalmatiæ lib. 2. cap. 15. Græcorum viribus maritimis in Adriatico in dies decrescentibus, splendore potentiæ *Caroli* invitati Croatorumque freti vicinitate, ac Venetorum amicitia, ad Francorum protectionem confugerunt; sed adveniente Classe *Nicephori*, sub Græcorum Dominium iterum redire coacti sunt. Hoc anno Carolus, ut Venetos, ita & Dalmatas in amicitiam recepit. Is teste Eginhardo in ejus Vita, sub sua potestate tenuit *Histriam & Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis Civitatibus, quas, ob amicitiam & junctum cum eo fœdus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit.* Ab anno DCCLXXXIX. præter Histriam Francis parabat *Liburnia*, quæ pars Veteris erat Dalmatiæ. Reliquam Dalmatiam Carolus in amicitiam hoc anno recepit rexitque, donec aliter cum Græcis convenit.

XIII. *Carolus Aug. Legatos ad Leonem III. mittit.* Carolus Imp. per Halmengaudum & Hunfridum Comites, quos Romam direxit, Ecclesiam Beati Petri novis ditavit muneribus, significavitque, *Pippinum* ad Apostolorum limina sub mediam Quadragesimam perventurum, ut eruitur ex Epistola VIII. Leonis III. ad Carolum Augustum scripta, & Tom. VII. Concil. recitata. In ea refert Pontifex se Imperatoris literas *Octavo Kal. April.* recepisse, & ejus Missos ad se pervenisse, seque nihil prætermissurum, ut quod Imperator optat, veniat ad perfectionem, *idest ut pax & concordia inter nos firma & stabilis Deo mediante constituatur*, inquit Leo, subditque: *De vero Ecclesiæ Dei, ut suas habeant justitias, atque littoraria nostra & vestra ab infestatione Paganorum & inimicorum nostrorum tuta reddantur atque defensa, nos, quantum Dominus virtutem donaverit, cum ipso prædicto filio nostro* (nempe Pippino) *studium ponimus, sed vestrum consilium & vestrum solatium & nobis & illi necesse est. De autem Insula Corsica, unde & in scriptis & per Missos vestros nobis emisistis, in vestrum arbitrium & dispositum committimus, atque in ore posuimus Helmengaudi Comitis, ut vestra Donatio semper firma & stabilis permaneat, & insidiis inimicorum tuta persistat.* Leo de justitiis non factis iterum queretur, & Carolus incursiones Saracenorum a Beati Petri patrimoniis in Corsica sitis arcebit.

XIV. *Navarri cum Ludovico Rege Aquitaniæ reconciliantur.* Hoc anno *Navarri* in Ludovici Aquitaniæ Regis amicitiam suscepti sunt. Eginhardus enim in Annal. scribit: *In Hispania Navarri & Pampilonenses, qui superioribus annis ad Saracenos defecerant, in fidem recepti sunt.* Ad Saracenos autem Navarri defecerant, postquam insidias Carolo Magno in Franciam redeunti in Pyrenæi jugo struxissent, regnante in Navarra *Inigo Aristba* Decessore & patre Eximini Enneconis, cui hoc tempore Navarræ Regnum parebat.

XV. *Prima expeditio Ludovici Regis adversus Dertosam.* Auctor Vitæ Ludovici Pii priorem expeditionem ejus in Hispaniam, ut Tortosam sibi subiiceret, his verbis narrat: *Succedente æstate, cum quanto visum est ei, bellico apparatu in Hispaniam proficiscitur, profectusque per Barcinonam, & veniens Tarraconam, quos ibidem reperit, cepit, alios fugavit, universaque loca, Castella, municipia usque Tortosam vis militaris excidit, & flamma vorax consumpsit.* Pluribus posta refert quæ ibidem ab eodem Ludovico adversus Saracenos gesta, concluditque: *Quos apprehenderunt* (Duces nempe ab eo adversus Saracenos missi) *necaverunt, & læti ad prædam quam reliquerant, redierunt: ac tandem post dies viginti sua degressione ad Regem alacres, paucissimis suorum amissis, redierunt. Rex autem Ludovicus suos lætanter recepit, & terra* ho-

Digitized by Google

Conscendunt celeres ratem paratam,
Nec sævi metuunt pericla Ponti,
Egressis Arelas opima portu
Occurrit placido, sinuque læto
Fessos excipit, ac fovet benigne.
Hac mox cum audit optimus sacerdos
Lugduni placidam tenens cathedram,
Sanctorum eximio calore flagrans,
Intendensque sacris ubique rebus
Ledradus specimen, decusque Cleri,
Orat, postulat, imperatque raptim,
Ut sanctissima Martyrum piorum
Nostris mœnibus ossa conderentur
Lugduni ad placidam Joannis aram
Qui Christum vitrea rigavit unda.
Illic cum sociis honore clara
Florens inclyte Cypriane dormis.

Locupletatæ sunt tunc & Venetiæ eodem thesauro sancti Cypriani reliquiis, quas Legati redeuntes a Carolo dono acceptas in patriam detulerunt, quibus a Ve-

PAGIUS *hostili usquequaque vastatâ domum rediit.* Dertosam itaque seu Tortosam Ludovicus non cepit, sed armorum ejus terror in causa fuisse videtur, cur Navarrei a Saracenorum fœdere recesserint, seque Francis adjunxerint, ut mox ex Eginhardo in Annal. diximus.

XVI. *Reliquiæ SS. Cypriani & aliorum in Franciam deferuntur.* Eginhardus in Annal. ad hunc annum etiam scribit: *Legati, qui ante fere quatuor annos ad Regem Persarum missi sunt, per ipsas Græcarum navium stationes transvecti, Tarvisani portus receptaculum, nullo adversariorum sentiente, regressi sunt.* Jam ad annum DCCCII. dixerat, venisse ad Carolum Isaac cum elephanto & cæteris muneribus a Rege Persarum missis. Quare Legatos Caroli Aug. Isaacum comitatos esse oportet. Hos Caroli Legatos Sancti Cypriani Carthaginiensis Episcopi, aliorumque Martyrum Reliquias detulisse testatur Ado in suo Chronico, postquam munera Regia Persarum ad Carolum Imp. delata commemoravit: *Tunc delata sunt ossa Beati Cypriani a Carthagine cum Reliquiis Beatorum Scillitanorum Martyrum, Sperati, Sociorumque ejus, & posita sunt in Ecclesia Beati Joannis Baptistæ in Civitate Lugdunensi.* Scillitani Martyres anno Christi CCII. capti, XIV. Kal. Augustas intra quatriduum consumpti sunt, juxta eorum Acta a Baronio recitata, ubi & numero duodecim fuisse legitur, uti etiam habetur in Martyrologio Usuardi ad XVI. Kal. Sextiles, & inter eos numeratur *Speratus*. Mabillonius Tom. III. Analect. pag. 398. exhibet antiquissimum Kalendarium Ecclesiæ Carthaginiensis in quo ad XV... Kal. Augustas habetur, *Sanctorum Scilitanorum.* Sed redeo ad Adonem, qui in suo Martyrologio ad diem XIV. Septemb. narrato Sancti Cypriani Martyrio, subdit: *Post multa curricula annorum gloriosissimo Carolo Francis imperante, contigit Legationem Francorum ferentibus, illustres ac sapientia circumspectos Legatos transitum per Africam fecisse. Hi cum Carthaginem dirutam, & loca venerabilia Sanctorum Martyrum, revertentes a Rege Persarum Aaron, qui excepta India totum pene tenebat Orientem, vidissent, fœdere sibi conciliato Principe, ac favorem in re tali præstante, pro magno munere rogaverunt, ut ossa Beati Cypriani eis ferenda permitteret. Quod ille non magni ducens, continuo postulata concessit, utque pro Imperatori, cujus gratiam omnium, qui in toto terrarum Orbe erant, Regum ac Principum amicitia præponeret, ipsi ea ferrent, libenter assensit.* Asserit postea Ado Legatos attulisse in Franciam membra Beati Sperati Martyris, caput Sancti Pantaleonis Martyris & Ossa Beati Cypriani, & Leidradum Lugdunensem Episcopum obtinuisse ab Imperatore, ut ad Civitatem suam beata ossa Martyrum deferre liceret. Horum Martyrum translationem Versibus enarravit Agobardus, quorum partem recitat Baronius in Appendice ad hunc Christi annum.

XVII. *Initium Principatus Africæ & Mauritaniæ.* Africa usque ad hunc circiter annum Calipha Abbasidis Bagdadi residentibus paruit; cum vero hoc tempore Africani adversus *Haroonem Rasidum* Calipham rebellassent, misit is *Ebrahimum Aglabi* filium cum ingentibus copiis, qui cum eos domuisset, Principatu Africæ & Mauritaniæ a Calipha donatus fuit. Duravit hic *Aglabitarum* Principatus ab anno Christo octingentesimo usque ad nongentesimum octavum, quo, ut habet Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. in fine cap. 18. *Prodiit in Occidente quidam dictus Abu-Abdalla Mahtasibus fugavitque exercitus filii Aglabi, & milites ejus occidit, ac dominatus est in Occidente,* nempe in Africa & Mauritania, ex quibus fundatus biennio post Principatus *Fatimidarum*, qui Cairavani in Africa regnarunt, ut anno CMX. dicemus: *Calipha Fatimida Ægyptum* postea in suam potestatem redegere annoque Christi nongentesimo septuagesimo primo *Muazzus Lidinilla* Africæ & Ægypti Calipha *Josephum Bolquinum* e familia Zeiri, Africæ & Mauritaniæ Principem seu Regem renunciavit, hujusque posteri per annos fere ducentos in Minori Africa Saracenis dominati sunt. Porro *Mauritania* a Bugia Canarias usque extenditur, *Africa* vero *Minor* a Bugia usque ad Barcam. Josephi Bolquini posteri anno Christi millesimo quinquagesimo octavo Mauritaniam amisere, fundatusque novus Principatus ab *Abubekro*, cujus Successores *Marorbiorum* Regnum condiderunt; sed cum Mauritania Orientalis ab Occidentali divisa fuisset, ex ea paulo post constituta alius Principatus nempe *Mauritaniæ Sitifensis*. Hæc summarie ex Noweirio, aliisque Arabibus, quæ varia Annalium Ecclesiasticorum loca lumen affundent, & suis locis magis explicabuntur.

XVIII. *Leidradus Episc. Lugdunensis res a Carolo M. obtinet.* *Agobardus* superstite *Leidrado* Lugdunensis Ecclesiæ Chorepiscopus fuit, deinde eidem Leidrado in Archiepiscopatum Lugdunensem successit, obiitque anno DCCCXL. Pontificatus sui tempore Leidradus res perfecit valde mirabiles, complures, quæ pertinent ad cultum Divinum & ad ornatum Ecclesiarum, perstrinxit in literis ad Carolum Imp. quas Baluzius post Agobardi Opera, Cointius sequenti anno num. X. & seqq. ultique retulerunt. Destitutæ sunt eæ Notis Chronologicis; sed ex iis discimus, inter alia singularem Leidradi zelum fuisse in restaurandis Ecclesiis, quas Saraceni everterant, & in reparando Barbarensi Monasterio diligentem operam posuisse. Vulgati textus hoc est initium: *Monasterium Regale Insulæ Barbaræ situm in medio Araris fluvii, quod antiquitus est dedicatum in honorem Sancti Andreæ Apostoli & omnium Apostolorum, nunc autem in honorem Sancti Martini recens videtur esse fundatum jussu Domni Caroli Imperatoris, qui ibidem præfecit Domnum Benedictum Abbatem cum quo simul dederit suos Codices, ita restauravi, ut,*

Digitized by Google

Venetis erecta est in Murano nobilis sancti Cypriani memoria, quæ hactenus perseverat. Ex Adone autem corrigitur Sigebertus, qui translationem corporis sancti Cypriani, necnon Primi, & Spirati Scillitanorum factam dicit anno octingentesimo secundo.

PAGIUS

ut, &c. Baluzius, Claudius Laborator in Ruderibus Barbarensibus, & Cointius citatus censent, eum locum interpolatum esse, & quilibet eum restituere conatur. Idem Cointius ita legendum esse existimat: *Monasterium Regale Insula Barbara situm in medio Araris fluvii, ita restauravit, ut tecta de novo fuerint, & aliquo de maceriis a fundamentis erecta, ubi nunc Monachi secundum regularem disciplinam numero nonaginta habitare videntur.* Plura de eodem Monasterio Cointius.

XIX. *S. Vuillelmus Monachum induit.* *Sanctus Vuillelmus* gestorum magnitudine & præliorum copia clarissimus hoc anno Monachum induit in Monasterio Gellonensi, sito in Septimania ac in Urbe Lutevensi, quod ipse a paucis annis ædificaverat, eoque Monachos induxerat. In ejus enim Vita numer. XXIII. legitur: *Anno ab Incarnatione Domini octingentesimo sexto, Imperii vero Caroli quinto, die Natalis Apostolorum Petri & Pauli, Vuillelmus Comes auro textis depositis vestibus, per Dei gratiam solemniter benedicitur, totus ille in eo sacer ordo perficitur, &c. Nondum Monasterium ad perfectum ex toto perduxerat; sed postea in habitu Sanctæ Religionis, adjuvantibus eum filiis suis Bernardo scilicet & Gaucelino, quos Comitatibus præfecerat suis, Comitibusque vicinis, perfecit sicut coeperat.* Sed loco, *Imperii vero Caroli quinto*, legendum *Imperii vero Caroli sexto* a Natali Christi *præcedentis Christi* anni inchoato. Antequam sæculum desereret, duabus sororibus suis *Albana* & *Bertana* sub habitu Sanctæ Religionis militare cupientibus construxit Monasterium, easque sacrificium Deo in odorem suavitatis obtulit. In suo testamento, quod adhuc extat, memorat utramque sororem, uxores itidem duas, *Chunegundem* & *Guidburgam*; liberos, *Bernardum*, *Vuitcharium*, *Gotcelmum* & *Linbruch*. Perstat etiamnum *Gellonense Monasterium*, vigetque sub Benedictinis Sancti Mauri Congregatione, sed Monasterium Sanctimonialium in eodem loco degentium, nunc est Ecclesia Parœcialis, sub nomine Sancti Bartholomæi. De Guillelmi virtutibus in morte ejus sermo fiet.

Annalista Cæsareus a Lambecio publicatus ad annum Regni Caroli XXXIX. scribit: *Grimoaldus Dux Beneventanus moritur.* Et Peregrinius docet ante ejus Epitaphium hæc verba legi: *Tumulus Grimoaldi Principis in Beneventani, filii Principis Arichis, qui obiit anno DCCCVI.* Post illum constitutus est alter *Grimoaldus* Dux Beneventi cognomento *Storesaiz*. XX. *Moritur Grimoaldus Dux Beneventi.*

I. Sarraceni suo damno in S. Nicolaum peccant. Decimaquinta inchoata Indictione incipit annus Redemptoris octingentesimus septimus, quo Aaron Sarracenorum Princeps in Oriente, dum comparata valida classe Rhodum pessumdat, & Miram Lyciæ civitatem aggreditur, & arcam reliquiarum S. Nicolai disjicere parans, in aliam in locum ejus suppositam irruens, ipsam contrivit: qui sic illusus dedit tamen nihilominus pœnas pravæ ejus animi voluntatis: siquidem turbinibus agitata classe, & disjecta, fluctibus marinis magna ex parte obruta est, vixque ipse præter spem evasit incolumis, pœnitens facti, quod magno suo damno divina temerario ausu tentasset.

Quo pariter anno Nicephorus iniquitates cumulans, ad præterita scelera hoc adjecit, ut quærens uxorem Staurario filio suo, Theophaniam cognatam Irenes defunctæ Imperatricis alii desponsatam viro, ipsi conjunxerit, reliquas vero duas virgines cæterarum pulcherrimas inter alias ad delectum quæsitas homo turpissimus factus ludibrium cuncto populo deflorаverit: eructavit vero civitatem sanguine nobilium civium, qui adversus eum pro vindicanda Republica conspirassent. Hæc Theophanes pluribus hoc anno sexto Nicephori, mense Januarii, ut affirmat:

II. Conspiratores in Nicephorum male mulctati. *Mense autem Februarii* (subdit Theophanes) *simultatem excogitantes adversus Nicephorum Imperatorem multi ex proceribus, Arsatium Quæstorem, & Patricium virum pium, & rationabilissimum elegerunt. Quod cum multiformiter Nicephorus cognavisset, ipsum quidem casum, ac tonsum monachum fecit, & exilio relegatum in Bithyniam misit, reliquos autem cædibus, & tonsuris, & publicationibus insuper, & exiliis subdidit, non solum mundialis vitæ participes, sed & Episcopos, & monachos, necnon & majoris Ecclesiæ Syncellum, & Sacellarium, & Carthophilacem viros venerabiles, & reverentia dignos.* Hæc Theophanes hoc anno sexto Imperii ipsius. Ita Nicephorus novis semper occasionibus, quas haud invitus captabat, acrius & acerbius semper sævit.

III. Hoc eodem anno (ut attingamus res Occidentis) *adversus Mauros Carolus sub Du-*

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXLV. Anno Hegiræ CXCII. inchoato die 4. Novemb. fer. 7. A.C. 807.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6300.

☉ 4. C. ☽ 10. P. 28. Mart. Indict. 15.

JESU CHRISTI 807.

LEONIS III. PAPÆ 13.

CAROLI IMP. 8.

NICEPHORI IMP. 6.

I. Rhodus a Saracenis devastatur. Ad num. I. & II. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCC. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatur, ait: *Hoc anno mense Decembri Indictione prima, Aaron Arabum Dux* (idest Caliphs) *Chumidreum valida Classe adversus Rhodum instruxit. Is ex improviso navigatione suscepta, Rhodum appellens ingentem prædæ copiam ex ea abegit, arce sola vastitatis immuni servata. At certo redeuntem Sanctus & Mirandorum opifex Nicolaus manifesta ultione exagitavit. Myra etenim occupata, cum sacram ejus Urnam confringere tentaret, & in vicinam ex errore vim & ictus inferret, extemplo immanis ventorum procella, marinorum fluctuum impetui tonitruum fulgurumque promiscua tempestas adeo Classem jactavit, ut pleræque naves conquassatæ submergerentur, ipseque Dei hostis Chumed Sancti virtutem expertus, vix ac præter spem eam potuit effugere.*

II. Infame conjugium Stauracii Imp. *Mense autem Decembris die vicesimo Nicephorus Stauracio filio uxorem copulaturus, Virginum Romana Ditione accurata disquisitione præmissa, Theophanem Atheniensem Beatæ Irenæ affinem Vico, cum quo frequentius decubuerat, desponsatam, & ab eo sejunctam infelici Stauracio locavit: ut qui leges omnes violare solitus erat, etiam in hoc transgrederetur impudenter. Duas autem alias puellas istam forma longe superantes, quas una cum ea delegerat, in ipsis nuptiarum solemnibus diebus palam non sine hominum visu vir execrandus constupravit.*

III. Conjuratio adversus Nicephorum Imp. Quæ sequuntur pertinent ad ann. DCCCVIII. *Cæterum mense Februario Proceres haud pauci conspirationem in eum machinati Arsaber Quæstorem & Patricium Virum religiosum & eruditum designaverunt Imperatorem. Ubi Nicephorus dolis adversus alios parandis exercitatissimus insidias habuit detectas, Arsaberem verberibus cæsum & capillitio damnatum, inter Monachos reliquum vitæ acturum in Bithyniam relegavit: cæteros plagis impositis, exiliis & facultatum proscriptionibus, non sæculares modo convictus Proceres; sed & Sanctos Episcopos, Monachosque, nec non ipsos Magnæ Ecclesiæ Syncellum, Sacellarium, & Cartophylacem Viros spectabiles omnique veneratione dignos supposuit.* Ita Theophanes.

IV. Haron Saracenorum Kalipha ad Carolum Imp. munera mittit. Ad num. III. & IV. Eginhardus in Annal. hæc habet: *Rodbertus Legatus Imperatoris, qui de Oriente revertebatur, defunctus est: & Legatus Regis Persarum nomine Abdella cum Monachis de Jerusalem, qui Legatione Thomæ Patriarchæ fungebantur (quorum nomina fuere Georgius & Felix) ad Imperatorem pervenerunt, munera deferentes, quæ prædictus Rex Imperatori miserat: videlicet papilionem & tentoria atrii, miræ magnitudinis & pulchritudinis: erant enim omnia byssina, tam tentoria, quam & funes eorum, diversis tincta coloribus. Fuerunt præterea munera præfati Regis, pallia serica multa & pretiosa, & odores atque unguenta, & balsamum, nec non & horologium ex aurichalco, arte mecha-*

Digitized by Google

Sarraceni male mulctati ob captos monachos.

Duce Burchardo classe immissa in Sardinia atque Corsica adversus eos pugnavit, atque iterum profligavit, qui eidem Sarraceni & aliis in locis pugnando tulere posteriores: quæ infortunia ea ex causa sibi contigisse noverunt, atque confessi sunt, quod anno superiori pyraticam exercentes in Patelaria insula sexaginta monachos captivos duxerunt in Hispaniam, ac vendiderunt, quorum aliquos postea Carolus Magnus sua liberalitate redemit, qui in pristinum locum sunt reversi. Hæc auctor, sui temporis scribens Annales, a quibus Regino & alii.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

Lectiones colligi ex patribus jubet Carolus Magnus.

Porro idem Carolus Magnus sicut armis ita & in religione pollens, hoc anno (ut auctor est Sigebertus) ex Patribus colligi fecit lectiones suis quasque temporibus recitandas: ait enim: *Carolus Imperator per manum Pauli diaconi decerpens optima quaque de scriptis Catholicorum Patrum, lectiones unicuique festivitati convenientes per circulum anni in Ecclesia legendas compilari fecit.* Hæc ipse. Sed etiam ad hæc ipsa spectat quod Eginhardus, qui fuit illi a secretis, in vita ipsius Caroli hæc ait: *Legendi atque psallendi disciplinam dili-*

Ggg 2 gen-

PAGIUS

nica mirifice compositum: in quo XII. horarum cursus ad clepsydram vertebatur, cum totidem æreis pilulis quæ ad completionem horarum decidebant, & casu suo subjectum sibi cymbalum tinnire faciebant: additis in eodem ejusdem numeri equitibus, qui per XII. fenestras completis horis exibant, & impulsu egressionis suæ, totidem fenestras, quæ prius apertæ erant, claudebant: nec non & alia multa erant in ipso horologio, quæ nunc enumerare longum est. Fuerunt præterea inter prædicta munera, candelabra duo ex aurichalco miræ magnitudinis & proceritatis: quæ in Aquensi Palatio ad Imperatorem delata sunt. Imperator Legatum & Monachos, per aliquantum tempus secum retinens, in Italiam direxit, atque ibi tempus navigationis exspectare jussit. Idem habent alii Annalistæ, qui Regis Persarum nomine intelligunt *Haronem seu Aaronem* Saracenorum Calipham in Persida morantem. *Thomas* proximus Successor fuit Georgii in Patriarchatum Hierosolymitanum, ut supra diximus adversus Papebrocium, qui Fortunatum Patriarcham Gradensem Georgium excepisse putavit.

V. Saraceni in Corsica & in Sardinia victi.

Subdit Eginhardus: *Eodemque anno Burchardum Comitem stabuli sui, cum Classe misit in Corsicam: ut eam a Mauris, qui superioribus annis illuc prædatum venire consueverant, defenderet. Qui juxta consuetudinem suam de Hispania egressi, primo ad Sardiniam appulsi sunt, ibique cum Sardis prælio commisso, & multis suorum amissis (nam tria millia ibi cecidisse perhibentur) in Corsicam recto cursu pervenerunt. Ibi iterum in quodam portu ejusdem insulæ, cum Classe cui Burchardus præerat, prælio decertaverunt: victique ac fugati sunt, amissis XIII. navibus, & plurimis suorum interfectis. Adeo illo anno in omnibus locis adversa fortuna fatigati sunt, ut ipsi sibi hoc accidisse testati sint, eo quod anno superiore, contra omnem justitiam de Pantalaria Insula LX. Monachos asportatos in Hispania vendiderunt. Quorum aliqui per liberalitatem Imperatoris, iterum ad sua loca reversi sunt.*

VI. Pax Francos inter & Venetos sancita.

Nicetas Patricius, qui cum Classe Constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino Rege, & induciis usque ad mensem Augustum constitutis, statione soluta, Constantinopolim regressus est. Hoc anno Imperator Pascha Aquisgrani celebravit, nec non & Natalem Domini. Juxta hæc ultima verba videtur Eginhardus annum auspicari a Kalend. Januarii, cum Natalem Domini in hujus anni fine memoret. Sed quia mortem Hadriani Papæ & coronationem Caroli Magni, quæ utraque contigit die Nativitatis Christi, alligat cum annis DCCXCVI. & DCCCI. non dubito, quin e Natali Domini annum inciperet, non vero a Paschate, ut Co-

intius contendit, quam opinionem plane evertit, quod antea Eginhardus habet: *Hoc anno pridie Kal. Febr. fuit Luna XVII. quando stella Jovis, quasi per eam transire visa est: & III. Idus Febr. Eclypsis Solis stante utroque sydere in XXV. parte Aquarii. Iterum IV. Kal. Martii fuit Eclypsis Lunæ: & apparuerunt acies eadem nocte miræ magnitudinis; & Sol stetit in XI. parte Piscium: & Luna in XI. parte Virginis. Nam & stella Mercurii XVI. Kalend. April. visa est in Sole, quasi parva macula nigra paululum superius medio centro ejusdem syderis, quæ a nobis octo dies conspicitur: sed quando primum intravit, vel exivit, nubibus impedientibus minime notare potuimus.* Easdem Eclypses cum præsenti anno, quo eas accidisse calculus mathematicus demonstrat, copulant Regino in Chronico, ac Annalistæ Metensis & Bertinianus, quos idea certum videtur, annum a Paschate non exordiri, ut aliqui Viri doctissimi autumarunt. At quomodo dici potest Eginhardum annum a Paschate incipere; cum mortem Caroli M. quæ mense Januario anni DCCCXIV. contigit; cum eodem etiam Christi anno alliget.

VII. Paulus Diaconus colligit Homiliarium.

Supersunt Caroli Magni literæ, in quibus præter utriusque Testamenti recognitionem, commendatur etiam *Homiliarium*, quod ejus jussu Paulus Diaconus Monachus tum Casinensis collegit, ut *per totius anni circulum congruenter cuique Festivitati distincte & absque vitiis lectiones* essent. Baronius anno DCCLXXVIII. num. XXII. & seq. Epigrammata de recognitione ac emendatione totius Divinæ Scripturæ ab Alcuino elaborata valde laudat, nec desunt, qui Homiliarii etiam Alcuinum Auctorem faciant. Verum recte illud Baronius Sigebertum in lib. de Script. Ecclesiast. cap. 81. secutus adjudicat Paulo Diacono; perperam tamen id ad hæc tempora refert; Alcuinus enim qui ante triennium obiit, Paulo Diacono superstes fuit. In laudatis Caroli Magni literis anno MCCCCLXXXII. Spiræ typis datis, & postea a Mabillonio Tom. I. Analect. a Cointio anno DCCXCVII. num. XXXVIII. aliisque Carolus dicit: *Id opus Paulo Diacono familiari nostro elimandum injunximus, scilicet ut studiose Catholicorum Patrum dicta percurrens, veluti florentissimis eorum pratis certos quosque flosculos legeret, & in unum quæque essent utilia, quasi sertum aptaret. Qui nostræ Celsitudini devote parere desiderans, tractatus, atque sermones & homilias diversorum Catholicorum Patrum perlegens, & optima quæque decerpens, in duobus Voluminibus per totius anni circulum congruenter cuique Festivitati distincte & absque vitiis nobis obtulit lectiones.* Jam scripserat Carolus se reperisse lectiones ad nocturnale offi-

cium

gentissime emendavit; erat enim utriusque admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret, nec nisi submisse, & in commune cantaret. Fecit & aliam iisdem ferme temporibus collectionem idem Carolus ad componendos bonos mores regularium personarum, de qua est mentio in Capitularibus ejusdem Caroli Imperat verbis istis (a):

(a) Capitul. l. 1. c. 85.

IV. Mos Caroli in sanciendis legibus ad Ecclesiam spectantibus.

Quia vero canonica professio a multis partim ignorantia, partim desidia dehonestabatur; operæpretium duximus, Deo annuente, apud sacrum conventum ex dictis sanctorum Patrum, velut ex diversis pratis quosdam vernantes flosculos carpendo, in unam regulam canonicorum, & canonicarum congerere, & canonicis vel sanctimonialibus servandam contradere, ut per eam canonicus ordo absque ambiguitate possit servari. Et quoniam illam sacer conventus ita etiam laudibus extulit, ut usque ad unum jota observandam percenseret: statuimus, ut ab omnibus in eadem professione degentibus indubitanter teneatur, & modis omnibus sive a canonicis, sive a sanctimonialibus canonice degentibus deinceps observetur. Hæc Carolus. Quibus & intelligis quomodo gerere se soleret in promulgandis legibus Ecclesiæ profuturis: nimirum ut nihil ageret Episcopis inconsultis, eisdemque in Conciliis congregatis, quibus & porrigere soleret, quæ cuperet observari, ut antequam in publicum ederentur, ab ipsis

PAGIUS eas compilatas esse sine Auctorum suorum nominibus, & *solœcismos* in eis perstrapere. Præterea esse literas ante annum Christi DCCC. ad quem Paulus non videtur pervenisse a se scriptas esse his verbis ostendit: *Karlus Dei fretus auxilio Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum, religiosis lectoribus nostræ Ditioni subjectis*, ubi se Regem Francorum, non vero Imperatorem dicit. Mabillonius loco laudato notat insertas fuisse in illud Homiliarum homilias quasdam a posteris, nempe Herici Monachi Autissiodorensis, qui mortuo Paulo floruisse constat, regnante Carolo Calvo; imo additas fuisse etiam Homilias Haymonis Episcopi Alberstadiensis, qui post Pauli Diaconi mortem floruit, ex quibus colligere est, Pauli Collectioni variis temporibus additiones factas esse. Denique cum Auctor Vitæ Alcuini fere æqualis tradat: *Collegit multis de Patrum Operibus Homiliarum duo Volumina*, Cointius laudatus recte suspicatur, Alcuinum Paulo superstitem, Opus Pauli post ejus mortem recognovisse ac auxisse. [1]

VIII. *Capitulare hoc anno datum.* Baluzius Tom. I. Capitol. Reg. Franc. edidit Capitulare hoc anno emissum, quod eruit ex vetere Codice MS. Sancti Vincentii Metensis, cujus titulus est: *Iste capitulus fuit datus in anno septimo ad Aquis Palatium.* Tum: *Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultra Sequana omnes exercitare debeant.* Continet illud Capitula septem ibidem legenda.

IX. *Leo Papa apud Carolum queritur.* Hoc anno Leo III. apud Carolum questus est, quod ab ejus Missis, qui justitiam facturi credebantur, damnum potius accepisset, ut videre est in Epistola ejus ad Carolum data, quæ ordine XII. est Tom. VII. Concil. In ea dicit Pontifex se ad eum misisse Oratores suos, Joannem Reverendissimum Episcopum & Basilium religiosum Hegumenum, subjungitque: *Misit pia Serenitas Vestra Missos suos, ut justitiam nobis facere debuissent, sed magis damnum quam profectum nobis fecerunt. Veruntamen Missos vestros, qui ad nos venerunt, interrogare dignemini, & ipsi viva voce insinuare possunt ea, quæ in nostris hominibus audierunt vel viderunt peracta. Sed & præsens Joannes Episcopus Missus noster per singula vestra potest innotescere Imperiali potentiæ, quia omnia, quidquid per vestrum pium ac legale judicium de causa videlicet Palatii Ravennatis recollectamus, unde & jussistis, ut nullus quilibet homo impostorum conquassare aut in judicio promovere præsumeret, tam de vulgario, quam etiam de mansis, quos per vestrum dispositum Herminus fidelis vester nobis reconsignavit, omnia tam casis, vineis, seu laboribus atque peculiis abstulerunt, & nihil exinde nobis remansit. Quamobrem quæsumus vestram Imperialem clementiam, ut sit de vestra a Deo accepta Donatione, quam prædicto Dei Apostolo obtulistis peragere debeatis quatenus in nulla minuatur parte*, &c.

Aliam, quæ in eodem Tom. VII. Concil. ordine III. est, Epistolam ad Carolum dedit Leo post prædictorum Legatorum reditum, ex quibus intelligimus non defuisse malignos homines, qui semina rixarum inter utrumque spargere conarentur. Ait Pontifex Legatos suos sibi ejus literas reddidisse, additque: *Continebatur in sexto Capitulo, quod Missos invenire non valetis, qui nobis placeant: de qua re valde tristatur vestra Serenitas, & nullus de ipsis, qui jam ad nos fuit directus, per suam voluntatem amplius missus erit, excepto quod obedientiam vestram voluntarie unusquisque adimplere cupit, & non solum Missi vestri timent vestram portare Legationem ad nostram pusillitatem, verumetiam alii jam non sunt ausi quærere a vobis auxilium, quia nullus est, qui vestram quasivit clementiam, ut dicunt, qui postmodum ad plenam potuisset pervenire gratiam nostram, & quia plures directos habuistis Missos fideles, ex quibus jam alii mortui sunt, & ipsi blasphemati fuere, & de ipsis qui vivunt nullus jam sine*

X. *Iterum apud eundem queritur.*

NOTÆ [1] Hoc anno *Carolus M.* in *Aquisgranensi* palatio, mense *Aprili* consedebat, ut ex ejus diplomate pro monasterio Prumiensi, a Martenio in Collectione amplissima Anecdotorum tom. I. pag. 61. edito, patet. Hujus diplomatis initium est: *In nomine Patris &c. Karolus Serenissimus Augustus a Deo coronatus, magnus, pacificus Imperator Romanorum gubernans Imperium, qui & per misericordiam Dei rex Francorum & Langobardorum.* In fine: *Data IIII. Kal. Maii anno VII. Christo propitio imperii nostri, atque anno XXXIX. regni nostri in Francia, & XXXIIII. in Italia, Indictione XV. Actum Aquis palatio nostro publico in Dei nomine, feliciter. Amen.* Vid. Eccardum rer. Francic. lib. XXVII. n. XLVIII. GEORGIUS

ipsis Episcopis probarentur: sed & si res gravior esset, ipsum consulerent Romanum Pontificem, cujus auctoritatem tanti faciebat, ut etiam partitionem Regni in filios factam, confirmari, atque subscribi voluerit ejusdem manu Pontificis, ut suo loco superius dictum est.

V. Ludovicus restituit Christianam disciplinam collapsam in Aquitania.

Interea Ludovicus Caroli filius, cui a patre anno superiori Aquitaniæ Regnum est traditum, illuc profectus collapsam Christianam disciplinam restituere laboravit; erectisque in ea provincia pluribus monasteriis, reddidit eam spiritualium aquarum irriguo, tamquam alterum Dei paradisum. De his enim hæc hujus sæculi scriptor accuratissimus ista habet (a): *Et Regis quidem ab ineunte ætate, sed tunc quam maxime circa divinum cultum, & sanctæ Ecclesiæ exaltationem piissimus incitabatur animus; ita ut non modo Regem, sed ipsius opera potius eum vociferarentur sacerdotem.*

(a) *Aimoin. l. 5. c. 2.*

Nam totius Aquitania qui videbatur, clerus, antequam ei crederetur (utpote sub tyrannis agens) magis equitationi, bellica exercitationi, missilium librationi, quam divino cultui operam dare noverat: Regis autem studio, undecumque adductis magistris tam legendi, quam cantandi studium necnon divinarum, & mundanarum intelligentia litterarum citius quam credi poterat coaluit. Pracipue tamen affecta illorum ducebatur, qui sua pro Domini amore cuncta relinquentes, contemplativa curabant fieri participes vita. Nam antequam Aquitania sub eo regnaret, collapsus erat in ea hujuscemodi ordo. At sub eo adeo coaluit, ut etiam ipse avi fraternum Carolomanni imitari gestiens memorabile exemplum, ipse quo-

PAGIUS

sine blasphemia esse videtur. Unde nobis, fili dulcissime, quid agendum est, nisi preces pro his qui talia verba mentiti sunt, ad Dominum fundamus? Sicut scriptum est, Orate pro inimicis vestris. Credat enim nobis vestra Serenitas, quia ea, qua ad anima vestra salutem cognoverimus, nullo modo tacemus; & si ante tacuimus, nunc autem non cessamus, sive de bonis, sive de malis, vestra intimare potentia. Nam qui per mendacium & malas machinationes vult filium separare a matre, judicium habebit cum ipso Clavigero Regni Calorum Beato Petro Apostolo. Paulo post: *De autem accusatoribus Missorum vestrorum, de quibus nobis emisistis, ut aut in nostram, aut in vestram prasentiam ad discutiendum veniant, si placet pietati Vestra, Missum vestrum dirigite absque illis, qui omnia liquidius inquirat, & vestra Imperiali potentia fideliter nunciet, quid & quomodo isti in partibus egerint, qualem profectum exinde Sancta Dei Ecclesia Mater vestra habeat. Verum tamen omnia in vestro committimus sagacissimo arbitrio,* &c.

XI. *Synodus Salisburgensis.*

Hoc anno celebratum est *Salisburgiense* Concilium, in quo de ratione Decimarum potissimum disputatum, decretumque factum, de illis quadrifariam, more institutoque Majorum, dividendis. Actorum summam Brunnerus lib. 6. Rer. Boicarum n. 4. sic descripsit: *Cum se congregasset Synodus Episcoporum, Abbatum, caterorumque Clericorum Bojoaria Provincia ad Metropolim Saltzburgensem, & ibidem non pauca utilitatis sua pertractassent, moverunt iidem Episcopi, Arno Archiepiscopus, Atto, Adalwvinus, Emricus, Hatto, quastionem de Decimis fidelium populorum, qua afferuntur ad Ecclesias; lectis inde capitulis ex Canonum auctoritate, quid inde agi debuisset, invenerunt quatuor portiones fieri, unam Episcopo, alteram Clericis, tertiam pauperibus, quartam fabricis Ecclesia. Tum consenserunt ibi cuncti Abbates, qui prasentes aderant huic decreto, secundum Canones, & reddiderunt portiones Episcoporum Episcopis, quo illos contigissent, idest Meginhart, Urolf, Joannes, Vwolfdrego, Vwolfganhart, Kerich, Hepsido, & cateri, unusquisque suo Episcopo, ea ratione, ut ulterius exinde nulla inter illos discordia deinceps semper maneret. Act. VII. Kal. Febr. an. VII. imperante Carolo Glorioso Augusto, post Consulatum ejus.* Ubi annus VII. refertur ad Consulatum ejus, alioqui dicendum fuisset anno VII. Imperii ejus post Consulatum ejus septimo. *Arno* primus Salisburgensis Archiepiscopus fuit, *Atto* quintus Episcopus Frisingensis, *Adalwvinus* quintus Episcopus Ratisponensis, *Emricus* sive Einricus Sabionensis Episcopus quintus, qui *Albuin* successit anno incerto, ideoque Poeta incertus qui Versus composuit de Ordine Comprovincialium Pontificum Episcopos omnes, qui quando Opusculum suum composuit in vivis erant, non nominavit. Catalogum enim Episcoporum Sabionensium duobus his Versibus claudit:

Prasul Albinus erat meritis, qui & dogmate quartus.
Quintus honore sedet ill. fultus eodem.

Catalogum etiam Episcoporum Pataviensium sic terminat,

Nuper VValdricus felix Vir in ordine sextus.
Nunc sedet ANTISTES magnus ill. Sedes honorem.

Et tamen liquet ex hoc Concilio Salisburgiensi *Emricum* seu *Enricum* hoc tempore *Albino* successisse, & ex infra dicendis patebit, *Reginarium*, seu *Reginerium* Episcopum Pataviensem anno DCCCXXIX. litem movisse *Adelramo* Archiepiscopo Salisburgiensi ob regiones quasdam quas ad suum Episcopatum pertinere contendebat. Porro hæ litteræ *ill.* alias ponebantur loco nominis proprii, uti hodie littera N. *Hatto* Episcopus erat Laureacensis, ut interpretatur Aventinus lib. 4. Annal. Bojorum pag. 220. ubi hujus Concilii summarium recitat. Cointius quidem hoc anno num. XXVI. scribit, *Hattonem* ad Pataviensem Episcopatum promotum esse anno DCCXCVIII. quo existimat Metropolitanam dignitatem Salisburgiensem Ecclesiam recuperasse. Verum versus laudati, quo tempore Cointius scribebat, e tenebris nondum emerserunt, ipseque *Rudbertum* anno DCXXIII. e vivis excessisse existimabat; cum tamen Rudberti mors in annum DCCXVIII. inciderit, & Salisburgiensis Ecclesia ante annum DCCXCVIII. Metropolitana non fuerit. Eo itaque anno *Vvaldrico* sexto Episcopo Pataviensi & Laureacensi Archiepiscopo demortuo, Archiepiscopatus ad Ecclesiam Salisburgiensem translatus fuit, in-cer-

Digitized by Google

quaque Theoricæ comprehendere nitebatur culmina vitæ. Sed hujus voti ne compos fieret, obicem se præbuit reseratio pateris, vel potius divinæ nutus voluntatis, quæ tantæ pietatis virum noluit sub suæ tantum solius salutis delitescere, sed potius per eum, & sub eo multorum salutem adolescere.

VI. Monasteria a Ludovico Rege in Aquitania erecta. *Et quidem multa, ut dictum est, ab eo sunt in ejus ditione reparata, immo ædificata monasteria, sed præcipue hæc, monasterium sancti Philiberti, monasterium sancti Florentii, monasterium Karoffi, monasterium Concas, monasterium sancti Maxentii, monasterium Menatæ, monasterium S. Magniloci, monasterium Musciacum, monasterium S. Sabini, monasterium Masciacum, monasterium Nobiliacum, monasterium S. Theotfredi, monasterium S. Pascentii, monasterium Dosoræ, monasterium Solemniacum, monasterium Puellare S. Mariæ, monasterium Puellare S. Radegundis, monasterium de Vera, monasterium de Utera in pago Tolosano, monasterium Vadala in Septimania, monasterium Anianæ, monasterium Galinæ, monasterium S. Laurentii, monasterium S. Mariæ, quod dicitur Nieubide, monasterium Caunas, & cætera plurima, quibus veluti quibusdam lychnis totum decoratur Aquitaniæ Regnum. Hoc ejus exemplum, non modo Episcoporum multi, sed & laicorum quamplurimi æmulati collapsa restaurabant, & nova certabant monasteria instituere, quod cernere oculis est. In tantum denique Respublica felicitatem Aquitanici profecerat Regni, ut proficiscente quolibet Rege, vel in palatio residente, vix aliquis reperiretur se conquerens aliquid injuste perpessum. Tribus enim diebus Rex per singulas hebdomadas rei judiciariæ intererat, &c.*

Sed & Italia sub Pipino Rege optime per sanctum Adelhardum Abbatem disposita est, quam anno superiori Pipinus a Carolo Magno in partem acceperat: ita quidem testatur Paschasius (a) Ratbertus hujus & ipse temporis scriptor, qui & de Leone Papa eum Romæ excipiente ista testatur: *Adelhardus ubi a domino Leone tunc temporis Apostolico tanto familiaritatis officio est susceptus, ut neminem constiterit Francorum antea suscepisse. Unde nostrorum quidam narrant, sibi jocose dixisse animo: Francæ, inquit, sciendo scias, quia si te aliud invenero, quam te credo, non ultra necesse est Francorum aliquem huc venire, cui credere debeam.* Hæc ipse. VII. De Italici Regni Pipini administratione per S. Adelhardum.

(a) Apud Sur. die 2. Jan. tom. 1.

Re-

PAGIUS certumque, an Pataviensis a Laureacensi tunc divisus fuerit.

XII. Moritur S. Suibertus Episc. Verdensis. Bollandus ad diem XXX. mensis Martii loquens de *Sancto Pattone* Episcopo Verdensi in Saxonia Inferiori hæc verba refert ex Chronico Verdensi, quod servabatur in Archivo loci illius: *Anno Incarnat. Domini DCCLXXXVI. fundata est & instituta Sedes Cathedralis hujus Ecclesiæ Verdensis a glorioso D. Carolo Magno, anno Regni sui XIX. Præsidente Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Hadriano Papa I. Moguntinæ Ecclesiæ Lullone, & subdita est Civitas & commissa Beato Viro Suiberto hujus loci primo Episcopo ... præfuit Sedi Verdensi viginti & uno annis: Cœlitum auxit numerum anno DCCCVII.* Hæc sunt prima verba illius Chronici quod cujus antiquitatis sit non dicit Bollandus. Porro non confundendus *Sanctus Suibertus* primus Episcopus Verdæ ad fluvium Aleram positæ cum Sancto Suiberto Frisonum Apostolo, qui vivere desiit anno DCCXIII. & apud Cæsaris-Verdam ad Rhenum in Episcopatu Coloniensi sepultus est, *ut* suo loco ostendimus. Pace Monasteriensi nostra ætate sancita Episcopatus Verdensis suppressus, & Civitate Suecis tradita Sanctorum Reliquiæ alio translatæ.

Digitized by Google

I. Theodorus, & alii palam profitentur nolle cum Nicephoro communicare.

Redemptoris igitur annus octingentesimus octavus primo inchoata Indictione, quo Joseph Archiepisc. Thessalonicensis, & Theodorus Studita ejus frater, atque S. Plato cum suis monachis detecti non communicare cum Patriarcha, asserentes, se non communicaturos fore cum eo, nisi ejecto Josepho Oeconomo, qui coronaverat Theodotem pellicem, quam superinduxerat Constantinus: magnam sustinuere persecutionem, qua de causa magnæ sunt excitatæ turbæ in Ecclesia Constantinopolitana.

De his dicturi, primum omnium, per quem res detecta, & in lucem prodita sit, dicendum: mox vero de causa ipsa erit agendum, num justa fuerit, propter quam sanctissimi viri isti se a communicatione separaverint Patriarchæ & aliorum, qui Josephum Oeconomum recepissent. De quibus singulis, & aliis dicendum cum sit, recitandæ erunt ipsius Theodori, quæ ad rem pertinent, tunc scriptæ ad diversos epistolæ, quas nunquam hactenus Latinitas novit, sed nunc primum ex codice Columnensis bibliothecæ acceptæ, atque Latinitate donatæ sunt opera, & diligentia Sirmundi Parisiensis Societatis Jesu professoris, cui tu Lector, sicut & ego, ob tantum elargitum munus, bene preceris.

II. Res quomodo in apertum deducta.

Qui primus rem occultam in apertum deduxit, atque tumultuari cœpit, fuit Logotheta Dromi, nobilis magistratus, qui considerans Episcopum Thessalonicensem morantem Constantinopoli, plurimis diebus festis abstinuisse ab Ecclesia, in quam conveniebat Patriarcha cum reliquo clero, & populo, causam rogans, invenit, se a Patriarchæ abhorrere communione, propterea quod ipse cum Josepho illo communicaret in sacris, qui coronarat Constantini adulteram. Sic igitur re jam in apertum deducta, quod non esset amplius tempus dissimulandi, Theodorus ipsa monuit monachos suos monasterii Saccudionis, hunc ad eos scribens epistolam, qua rei gestæ seriem texuit. Sic enim se habet (a):

(a) Theodor. ep. 31. Cod. Columm.

Theodori Studit. epistol. ad suos de communione denegata Oeconomo.

Fratribus, qui sunt in Saccudione.

Quamdiu tempus fuit dissimulandi, & occultandi consilium non communicandi cum Josepho Oeconomo, fecimus id studiose, filii, ac fratres, non metu correpti, quamvis peccatores simus, sed dispensatorie condescendentes, imitantesque quodammodo sanctos Patres nostros, quatenus & illi opportuno tempore & id observantes, subduxerunt seipsos tentationibus; partim quidem, ut infirmioribus & vexantibus parcerent, partim ut aliquantulum remittentes, gubernatorum more, scopum suum postmodum attingerent. Postquam vero nunc Deo sic visum est, ut in apertum res prodiret: scribimus & ipsi. Quomodo autem? per Logothetæ Dromi interrogationem, & Archiepiscopi Thessalonicæ *responsionem.*

III. *Sic enim ille: Cur hactenus (inquit) nobiscum non communicas, nec cum Patriarcha, cum tot dies festi præterierint? Dic causam confidenter: Et confessus est, & non negavit. Neque adversus pios Imperatores nostros quicquam habeo, neque adversus Patriarcham, sed adversus Oeconomum, qui adulterum coronavit, ideoque depositus est sacris canonibus. Ad hæc Logotheta: Pii Imperatores nostri te opus non habent, nec Thessalonicæ, nec alibi. Post hæc verba nec responsum amplius datum est, nec interrogatio alia proposita, cum elapsi sint dies tredecim, nisi quod litteras misimus ad dominum Simeonem, quas istis inseruimus, ut totius rei naturam cognoscatis. Pervenit autem res ad Patriarchæ aures, & totius ferme civitatis. Et sunt sane multi, qui nobiscum affliguntur, & consentiunt, sed nocturni* Dei

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCCXLVI. Anno Hegiræ CXCIII. Inchoata die 25. Octob. fer. 4. A. C. 808. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6301.

☉ 5. BA. ☽ cc. P. 26. April. Indict. 1.

JESU CHRISTI 808.

LEONIS III. PAPÆ 14.

CAROLI IMP. 9.

NICEPHORI IMP. 7.

ANNUM I. ad XXXIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCI. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoato, ait: *Theodorus Studii Præpositus, & ejus frater Joseph Thessalonicensis Archiepiscopus, una cum Platone Incluso, & reliquis Monachis a Nicephori Sanctissimi Patriarchæ communione, ob Joseph Oeconomum corollas nuptiales Constantino & Theodotæ illegitime pridem imponentem, se ipsum segregavit. Imperator autem Nicephorus commodam occasionem nactus, variis Episcopis & Monasteriorum Præpositis in unum collectis, Synodum agi mandavit: cujus decreto Monasterio & Urbe dejecti, mense Januario Indictionis, secunda in exilio pulsi sunt.* De illa Synodo ac Sanctorum Theodori & Platonis exilio anno sequenti cum Baronio agemus, hic vero de divisione Theodori & Platonis a Patriarcha Nicephoro, quod cum Josepho illo communicaret in Sacris, qui anno DCCXCV. illegitimam conjugem Constantini Imp. coronarat, ut eo anno exposuimus. In hoc versabatur dissidium, ut

SS. Theodorus & Plato se segregant a communione S. Nicephori Episcop. Constantinop.

Dei cultores, qui in sole libertatem ostendere non possint. Nos vero, filii, & fratres, fiducia in Deum nixi, & veritatis fundamento, ipsoque adeo præterito, & palam agnito, justitiæ eventu, in iis, quæ mundus vidit circa adulterum, ejusque adjutores, immobiles in mandato, paternisque canonibus insistamus, nec prodamus pietatem, neque adeo destruamus, quæ per exilii constantiam recte ædificavimus, ne legis prævaricatores videamur. Divina autem lege innixi vincamus, ut ante vicimus, omnia optantes, omnia sustinentes, si permiserit Deus, potius quam ne illius eorumque qui cum eo sacrificant, communionem attingamus, quoad privetur, depositus ministerio.

IV. *Multa igitur blaterabunt homines, illudentque, & irridebunt; quodque gravius est, ex iis, qui ejusdem sunt habitus, ordinis ejusdem, & qui amici esse videntur, non pauci. Sed novum nihil. Scriptum est* (a)*: Inimici hominis domestici ejus. Et si lenocinati sunt, servieruntque adulterinis nuptiis, una ederunt, una biberunt, & calamum tinxerunt in exilium nostrum. Sed Dominus, qui tum exurrexit in ultionem legis suæ, & adulteri quidem Regnum cæcitate perfregit, socios autem ignominia perfudit, sicut sacerdotes Baal; nos denique humiles præter spem ad monasterium nostrum reduxit: Ipse idem nunc adest: Ipse quamvis ad breve spacium permiserit iterum nefariam conjunctionem; attamen rursus improbare dignatus est lætitiam adulteros copulantium, & amantium Nazaræorum, per æquissimum judicium piorum Imperatorum nostrorum, qui reddiderunt post mortem adulterum legitimæ conjugi suæ, adulteram appellantes eam, quæ mœcata fuerat, & prolem ejus adulterinam exheredem relinquentes, tamquam illegitimam, & injustam, ut ipsimet affirmarunt, me audiente, juxta leges Romanas.*

(a) Matth. 10.

V. *Et tamen, qui scelus patrarunt, non se abdunt, nec latebras quærit, qui in sacris precibus in conjugum coronatione usitatis adversus sanctum Spiritum blasphemavit, sed insiliit felis instar in Ecclesiam Dei: rursum incipit sacra polluere, & iniquitatem justitiam esse probare nititur, & quod dici solet, ipsum ostendere Præcursore ac Baptista sanctiorem. Cum tamen reprehenderit ille Herodis adulterium, & pro veritate mortem oppetierit; hic secundum Herodem adulterio patefactum & coronavit, & amplexus est usque ad mortem, non quidem verbis, sed factis ipsis loquens, & dicens, errasse Joannem Præcursorem, qui injuste, & inepte arguerit, mortuusque sit. Quid autem Joannem dico maximum omnium Sanctorum? Christo ipsi (quod temerarium est dictu) contradixit, repugnavitque impio ore suo. Nam cum adulterum vocet Christus eum, qui legitimam uxorem dimittit; adulteriumque peccatum sit gravissimum homicidæ par, masculorumque, & brutorum concubitori, venefico & idololatræ, ut docet canon divini Basilii: hic illum ad altare ducens, in totius populi corona impiat illas contra Spiritum sanctum voces edere ausus est: considerate quam horrendæ, & absurdas,* videlicet ex Rituali libro in hunc modum:

VI. Sacer ritus benedicendi matrimonium contrahentes.

Tu Domine, mitte manum tuam ex sancto habitaculo tuo, & conjunge famulo tuo famulam tuam, connecte illos in mutuam concordiam: uni eos in carnem unam, quos tibi placuit inter se copulari: honorabiles nuptias redde, immaculatum eorum thorum custodi, sine macula ipsorum contubernium permanere concede in puro corde.

Non exhorruistis hæc audientes? Quantam censetis Spiritus sancti indignationem fuisse ob hujusmodi blasphemiam? quam graviter una succensuisse Angelos sanctos? Aut quomodo non statim velut Dathan, & Abiron assumpsit dehiscens terra mendacii promulgatorem? qui tenebras lucem dicit, & Christum in contrarias sententias pertrahere conatur. Prorsus enim quæcumque enuntiat sacerdos, eadem Deus confirmare, ac rata habere se profitetur, juxta magnum Dionysium. Attamen qui flagitium hoc commisit, exemplum subditis ad improbitatis imitationem præbuit, ut res ipsa docet; quin etiam procul positis Principibus, & Ducibus, sicut imitando jam factum est in Lon-

PAGIUS *ut inquit* Baronius num. IX. quod nulla prævia pœnitentia *Josephus* Oeconomus tanquam nullius transgressionis reus fuerat in Ecclesiam admissus & Sacerdotio restitutus, eo prætextu, quod etsi factum illud ab eo perpetratum illicitum esset, tamen per dispensationem licite absque culpa dicerent fieri potuisse; sicque uti nullius criminis reus *Joseph* innocens judicatus in communionem admissus fuerit, & restitutus in Sacerdotium: quod quidem grande piaculum fuit, & satis dignum, ut ob eam caussam ipse cum suis Theodorus ab eorum communione, qui ista fecerunt, se subtraxerit, quod & fecit. Ita Baronius, qui tamen aliter sentire visus est anno DCCXCV. num. XLVI. ut ibidem vidimus.

II. S. Tarasio Episc. Constantinop. vivente S. Theodorus illegitimas nuptias Constantini Imp. improbarat.

Sed præstat audire Ignatium, quem Baronius non viderat, in Narratione de Theodoro Studita, quam Combefisius habuit ab Allatio. *Necessariis quibusdam temperamentis, & in negotiis administrandis perpetua memoria dignos Patriarchas Tarasium & Nicephorum usos fama est, prout alibi jam manifestavimus (in Vita* scilicet utriusque Patriarchæ.) *Et hæc sunt quæ narratione nostra illustranda aggredimur. Constantinus Imperator Irenes Christum amantis Imperatricis filius, vita conjugique consorte expulsa, & invita reluctanteque in Monasterio detensa,*

Longobardia, & Galliæ ejus confinibus: neque enim apud Gentiles tale quid perpetratur. Et non erubescit miser, sed sacrificat (sicut dictum est) profanus: & eas, qui ipsam merito aversantur, relegare conatur. Dominus autem adjutor eorum, qui pro ejus mandata decertant; qui inflectet corda piorum Imperatorum nostrorum, ut vindices se præbeant Ecclesiæ suæ, quemadmodum in adultero; eiectque hunc placeat sacro ministerio, prout expedit sanctissimo Patriarchæ, totique Ecclesiæ Catholicæ.

VII. *Quamobrem, confidete filii, ac fratres, ut ne terreamini, nec succumbite: tempus confessionis, tempus resistentiæ, tempus certaminum fortuſe aliarumque afflictionum, sed & coronarum, & gloriæ cœlestis; ait enim (a): Glorificantes me glorificabo, & qui contemnit me, erit ignobilis. Et: Beati, qui non declinant a mandatis ejus. Ideo gaudete, & exultate, quoniam merces vobis cum sustinueritis, multa est in cœlis: operibus vestris intenti estote. Pro Imperatoribus vestris orate: pro Patriarcha, ut eiiciatur Joseph: pro pace Ecclesiæ, ambulantes in via immaculata, in mandatis ejus valentes nimis; in omni honesta, & canonica conversatione; quoad aliquid amplius audiatis, aut a nobis significetur. Christus sit vobiscum: Deipara protegeat vos: Præcursor, & Theologus custodientes vos. Sancti omnes, precibus patris mei, ac patris vestri. Omnis salutat unanimiter: Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum omnibus vobis, filii dilecti.* Hactenus ad suos monachos monasterii S. Platonis Theodorus.

(a) 1. Reg. 2.

VIII. De causa Theodori adversus Patriarcham.

Jam vero antequam his alligatas litteras (ut testatur) ad Simeonem inspiciamus, nobis præstandum, quod pollliciti sumus, inspicere scilicet an in Theodoro, atque suis causa justa fuerit, ut se subducerent, vitarentque communicare cum Patriarcha in sacris solemnibus coram populo in magna Ecclesia: nam privatim in monasterio se ejus retinuisse communicationem, ut in Missis ejus nomen recitare numquam prætermiserit, sæpe ipse suis litteris professus est. Magna faoc de his concertatio fuit, usque adeo, ut complures, atque potissimum ipse Patriarcha jactaret tam Theodorum, quam reliquos ipsum sequentes esse schismaticos, quod absque digna causa sese a communione ipsorum subduxissent, sicque Ecclesiam scidissent: cum tamen non destiterit ipse Theodorus suam ornare defensionem apud omnes id expetentes. Ista ut tu intelligas primum omnium illud accipe, non in eo quæstionem, atque controversiam versatam esse, num delinquenti, in gravissimum quemvis errorem lapso, ab Ecclesia juste dejecto, digne pœnitenti aperienda esset Ecclesia, & in sacerdotii gradum, ex quo ejectus fuerat, esset ipse recipiendus. Ista quidem in dubitationem minime deduci potuerunt, num lapsus ab Ecclesia ejectus, possit per pœnitentiam in Ecclesiam revocari. Non enim adeo vecors Theodorus vir doctissimus fuit, ut id fieri posse negaret, ut hujus rei gratia se a Patriarchæ communione subduceret, licet de restitutione illius in pristinum sacerdotii gradum, a quo exciderat juste privatus, dubitari aliquo modo potuisset.

IX. Justissima causa Theodori.

Sed res erat hujusmodi: quod nulla prævia pœnitentia, sceleris que admissi detestatione, & deploratione idem Josephus Oeconomus, tamquam innocens, nulliusque transgressionis reus fuerat in Ecclesiam admissus, & sacerdotio restitutus, eo nimirum prætextu, quod etsi factum illud ab eo perpetratum illicitum esset, tamen per dispensationem licite absque culpa dicerent fieri potuisse; sicque uti nullius criminis reus Joseph innocens judicatus in communionem admissus fuerit, & restitutus in sacerdotium: quod quidem grande piaculum fuit, & satis dignum, ut ob eam causam ipse cum suis Theodorus ab eorum communione, qui ista fecerant, se subtraxerit, quod & fecit. Rem plane ita se habuisse, ex ejusdem Theodori epistola intelliges, quam ad Theoctistum scripsit his verbis (b):

(b) Theod. Stud. lib. 1. ep. 24. Cod. Colum.

Theoctisto Magistro.

X. *Quod de nobis pro eximia sua pietate solicita sit excellentia tua: declarant sane*

PAGIUS *sa, uxorem aliam ejus loco substituerat (nempe Theodotem:) ac Tarasius quidem Sanctus Vir, is enim tunc Ecclesiæ Constantinopolitanæ clavum regebat, tali facinori nusquam præbuerat assensum; Presbyter tantum fuit ejus Ecclesiæ nomine Joseph, qui celebratas hujusmodi nuptias contrahentes connubialibus corollis ausus fuerat redimere. Re cognita magnus Theodorus Imperatorem Ecclesiæ devortio damnavit, & Virum fervore illo cælesti motum Principem illegitimis facinoribus sacras leges lædentem corripere aggressum; plures alii ejus consilia zeloque ducti secuti sunt. Theodorus ipse Ecclesiæ ingressu & Patriarcha congressu semet continuit: quod quamvis nefandum conjugium haud verbis probasset Patriarcha, severiore tamen pœna non perstrinxerat, nec in eum, qui tam casto sceleri præstiterat opem, læsæ majestatis divinæ pœnas exercuerat. His accessit, quod cælesti consilio & permissu irrogata Constantino oculorum mulcta, & Imperii potestate eidem ablata, & Irene ejus matre solio dignitateque pulsa, Nicephorus, qui ex insidiis eam exauctoravit, Imperii sceptrique compos, præter alia quæ adorsus est nefaria scelera, Joseph memoratum superius Presbyterum depositione damnatum ad pristinos honores in Ecclesia revocandum induxit.*

ne quæ per reverendissimum præpositum significasti; at non minus illa, quæ nunc per fratrem nostrum cereu missas relationes, & responsa. Et pro hac quidem tanta propensione tua mercedem ille omnino, etiam tacentibus nobis, retribuet, qui omnia in pondere, & mensura dividit Deus. Quamnam vero dispensationem, domine, fieri pro parte nostra convenit, majorem ea, qua usi sumus? qui subduximus nos hactenus, silentium servantes, ego & Archiepiscopus, Thessalonicensis videlicet, *quoniam tempus est tacendi, & tempus loquendi, omnem operam adhibentes, ne in apertum res veniret. Sed judicans judicavit, nec mentitus est qui*

(a) Matth. 10. *dixit (a):* Nihil *occultum quod non revelretur: ut nobis etiam nolentibus, eum eo statu res essent, non diu aliquid quam erant, esse viderentur. Nunc autem dispensatione quoque utentes, duo hæc dicimus. Aut abstineat depositus a munere sacerdotis, & confestim communicamus cum sanctissima Patriarcha, quod quidem expedit in commune. Aut si ferendum id non est, manemus & nos in eadem, qua prius, subtractione, hujus rei vindictam Domino relinquentes. Amplius his si quid est: non est, ignosce, dispensationis modus, sed iniquitatis, & divinorum canonum transgressionis crimen.*

XI. *Dispensationis enim terminus est, ut nosti, neque eorum, quæ constituta sunt, violare quicquam; neque eum parum aliquid remittere licent pro tempore, ac ratione, ut inde quod re ipsa quæritur, consequare; ad duriora prorsus, & jacturam sacrra potiorum. Atque hoc ipsum didicimus inter Apostolos quidem ex Paulo sanctificante, & circumcidente Timotheum: inter Patres, ex Magno Basilio Valentis munus accipiente, Deique nudam vocem ad tempus reticente in mentionem Spiritus sancti. Cæterum nec Paulus sanctificare perstitit, nec Basilius Valentis dona capere, Deumque Spiritum sanctum non prædicare; quia ambo rerum, pro utrisque mortem præoptasse videntur. Ad hunc modum quicumque unquam usus est dispensatione, a recto non aberravit, quin citius assecutus est, quod parumper*

Obiecta diluit adversariorum.

intermisit, sicut accidere solet gubernatori, clavum nonnihil remittenti propter adversam venti tempestatem. Qui vero aliter progressus est, aberravit a scopo, prævaricationem inducens pro dispensatione. Et exempla omnino multa sunt, quæ scribere supervacaneum est propter nimiam prolixitatem.

Quod vero a dominatione tua dictum est, in canone Apostolorum de his, qui per pecunias ordinant, vel ordinantur, remissione quadam usum videri Chrysostomum erga sex Episcopos, quos deposuit: nihil id discrepare videtur, cum privane illos omni prorsus sacerdotio, solam illis ad altare participationem permiserit. Demus autem discrepare, & remissionem inesse; imitentur hinc, qui volent, nullus prohibebit: os enim est ipse Dei, & Apostolorum contubernalis, cujus multa memorantur in hunc diem, & nemo de hac re dissentit. At longe dispar hic ratio. Qui enim mœchum coronavit, quasi absurdè nihil egerit, sacris iterum operatur, neque id in abdito quopiam loco sed in ipsa Ecclesia Catholica, tamquam egregium exemplum sacerdotibus propositus. Ista quidem ad significandam illius impœnitentiam. Pergit vero reliquis objectionibus Theodorus occurrere, ista subiiciens:

Quænam vobis Valentiniani Ethnici bigamia? & quis propterea quod illum coronarit, sanctus prædicatur, & non injustus? si tamen coronatus ille fuit, & quis e sanctis, qui tum vivebant, Patribus, sancte fecisse Valentinianum prodidit cum duas uxores duxit; atque ita fieri deinceps oportere? Multi ergo, & alii, quandoquidem velle ipsis lex est, non divina, sed humana, & reprehendenda, id fecerunt, faciuntque fortasse, quamdiu res stabunt. Sed Dei Ecclesia illæsa permansit, tametsi multis impetita telis, & portæ inferi prævalere adversus eam non poterunt: nec præter statutos canones agere, aut dicere quicquam sustinet, quamvis multi persæpe pastores insanierint. Quippe qui etiam Synodos magnas, ac frequentissimas coegerunt, & Ecclesiam Dei seipsos nuncuparunt, & pro canonibus in specie solliciti fuerunt, cum adver- XII.

PAGIUS III. *Sese a communione Nicephori Successoris Tarasii segregat.*

Nicephorus alter Sanctitate conspicuus defuncti Tarasii loco suffectus Imperatoris Nicephori consiliis obsecundavit, & in Ecclesia collegiam Joseph prius rescissum admisit: ex quo rursum nunquam Theodorus ejus se communione segregavit. Is enim vere Sanctus Theodorus repudium prorsus illegitimum jam ab antiquo proscripserat, ac licet Constantinus Imperator propositis muneribus allicere, & artibus variis Virum ad se pertrahere conaretur, & cum propria morte, tum aliorum subsidio, tum ipsius sibi præter legum fas conjuncta mulieris patris adgnata flectere nequiret, exiliis, custodia, compedibus, plagis tergi inflictis, probatis etiam generis a-lliorum tormentis, Virum cuncta patienter ferentem de Divino Zelo quicquam remittere, nullatenus adegit, aut instantium necessitatum vi inferiorem se reddere. Viro quippe tanta Sanctitudine præstanti, leve vel modicum Constantini delictum non apparebat. Ab ipso siquidem Imperatore ducens originem, ad infinitarum animarum ruinam jam fecerat progressum. Hominum namque plurimi, maxime voluptatis sectanda faciliores, occasione arrepta, & exemplo dato, nefastum Imperatoris factum fas rati adimplendo venerea cupiditatis ardori per ejus vestigia gradiebantur: & uxoribus quondam legitime conjunctis domo expulsis, alias quas deperi-rent,

Digitized by Google

vetus canones revera concitati fuerunt. Accidit hoc quidem, cum post sextam Synodum iterum convenientes Orientales Episcopi centenos, & amplius sanxerunt canones adversus antiquos, & usu receptos in Ecclesia canones, ut suo loco diximus. Pergit vero auctor: *Quid ergo mirum si nunc quoque quindecim forsitan congregati, hominem per canones duplici ex causa depositum, innocentem declararunt, absolveruntque, ut sacerdotio fungatur? Synodum ergo facit, domine, non simpliciter congregari Episcopos, & sacerdotes, quamvis multi sint: Melior*
(a) Eccl. 4. Eccl. 16. *enim unus (ait a) faciens voluntatem Domini, quam mille prævaricatores, sed in nomine Domini ad disceptationem, & observationem canonum, & ad ligandum, solvendumque, non quomodo libet, sed ut veritati congruit, & canoni, regulæque exactæ discussionis. Aut probabunt, se hoc fecisse, qui convenerunt, & nos cum eis adhæremus; aut si non probabunt, ejiciant indignum, ne vitio ipsis vertatur, imputetarque etiam apud posteros. Verbum enim Dei tale non est, ut alligari queat: & potestas Episcopis nullatenus data est, ut canonem ullum transgrediantur, sed tantum, ut decreta sequantur, hæreantque cum prioribus. Nescio, an aliquid sit, de quo canon nullus editus sit, quodque neglectum fuerit. Extat S. Basilii canon de presbytero, qui juraverat, se propria Ecclesia contentum fore, usque in alia munus oblaturum: & Synodi Carthaginensis de iis, qui ordinant eos, qui deserunt monasteria, nec debere tales sacrificare in alia Ecclesia, præterquam in ea, in qua habent singuli præfecturam: deponi autem eos, qui ordinarunt. Si ergo in his parvis, & quæ vulgo nihili æstimantur, qui peccarunt, non inulti abibant divino judicio: quanto minus in re præsenti?*

XIII. *Non licet, domine, non licet nec Ecclesiæ nostræ, nec alteri alli quicquam præter statutas leges, & canones committere: quoniam si hoc detur, inane est Evangelium, incassum canones. Unusquisque Episcopatus sui tempore, quando ipsi integrum est cum suis quod libet, facere, novus erit Evangelista, alius Apostolus, alius legislator, sed absit. Mandatum enim habemus ab ipso Apostolo (b),* (b) Gal. 1. *præter id, quod accepimus, præter id, quod canones sanciunt Synodorum universalium, & Localium, quæ diversis temporibus fuerint, si quis dogmatizet, aut facere aliquid jubeat, recipiendum non esse, ne censeam illum in sorte Sanctorum, ut omittam male ominosum illud, quod Apostolus imprecatur. A vobis igitur, qui extra mundum estis, aliud nihil debetur, quam in ea investigare, & facere, ex quibus nos etiam simul extollamur, & ad æmulationem provocemur. Et siquidem in his vita ducetur, recte habebit; sin minus, expedire exules, & extorres totum orbem circumire cum omni afflictione, & angustia. Adjuvet ergo nos quoad potest Deo cara anima tua, divinorum æmulatrix.* Hactenus ad Theoctistum Theodorus.

Sed videamus eas ad Simeonem scriptas litteras a Theodoro quidem, ut ipse testatur, sed nomine S. Platonis inclusi, ut in earum contextu significatur. Sic enim primo loco positæ se habent (c): (c) Theod. l. 2. ep. 99. Cod. Columen.

Simeoni Monacho.

XIV. Epist. Platonis reclusi ad Simeonem. *Et antea perspeximus, pater, quis, qualisve fueris erga humilitatem nostram in omnibus adversis, quæ nobis acciderant, cum lenire ea studeres, & dirigere in nostram utilitatem. Et nunc vehementer solicitum te esse scimus ob fratris tui re præsenti professionem. Verum quid faciamus, cum extet Dei mandatum, & Patrum canones arcentes nos a tali communione? Huc adsit velox propensio tua, sinceru sque erga Deum & nos peccatores affectus, ut tamquam decumanum quemdam fluctum removeas tentationem, tranquillisque agitationem piorum dominorum nostrorum. Non enim adversus illos nobis sermo est vitatæ communionis, nec causa controversiæ: quin potius honor, veneratio, amor, & congressus, prout res exigit; sed adversus illum, qui præter jus, fasque omne, manifestum ex Domini sententia adulterum coronavit, qui ausus est tanti sceleris adjutor, & assertor fieri coram universo mundo, quem Christus ipse de-*

PAGIUS *rent, ad sponsæ prioris thalamos inducebant. Luem hujusmodi in multas jam provincias grassantem videre magnus Theodorus non sustinuit: quare in Imperatorem ipsum Divinum zelum, ut præmisimus exacuit, & in eo tenendo ad finem usque perseveravit.*

IV. Uterque Patriarcha usus est dispensatione ac œconomia. *Et is quidem hoc pacto se habuit. Patriarcharum vero, de quibus institutus sermo, hic quidem nimirum Tarasius ideirco consentire visus est, & attentatum a Constantino scelus nulla animadversione perstringere, quod nisi placitis acquiesceret Patriarcha, Principum proxime præteritorum hæresis renovaturum, & Sanctarum Imaginum cultum proscripturum se Imperator Constantinum minaretur. Hujus gratia vigoris nonnihil laxare decrevit, ne in majoris momenti rei summum induceret discrimen. Sanctus autem Nicephorus, in alterius Nicephori, qui postmodum Imperium tenuit, sententiam abiisse, tum vero pravos ejus mores & animi perversitatem expertus, & ne ordinem Ecclesiæ perturbaret, & sursum deque verteret metuens, assensum quoque præstitit, & Joseph quem depositum diximus, in priorem gradum restituit. At sive magnus Theodorus sacras leges vindicaturus, ac libertate sua usus ad extremum usque discrimen obsistens præclarius se gesserit, sive Patriarcha ob allatas in medium rationes res difficiles prudenter atre-*

posuit duorum canonum reum, ut alios omittam. Unius quidem, qui nec epulari presbyterum in bigami nuptiis permittit (adulteri enim scribere non est ausus canon) quanto minus coronare? Alterius vero quoniam qui in crimen aliquod lapsus sit, ac propterea excommunicatus, nisi intra annum pro reconciliatione sua pugnet, amplius admitti ejus vocem non licet. Hic vero, qui novem annos excesserat, insiliit in Ecclesiam. Si igitur hic innocens: multo magis adulter ipse; si vero reus iste peccat, quis de eo ambigat, qui conjunxit, & in Spiritum sanctam blasphemavit, quia impurior sit, & detestabilior?

XV. *Hæc sunt, pater, quæ cor nostrum contrahunt, & timorem incutiunt. Hanc ob causam quod cum isto non communicarem, nec cum præcedente Patriarcha, qui adultero communionem dabat: exclusus ego quidem fui in quo resides loco; Præpositus autem, & reliqui Thessalonicam relegati. Sed congregavit nos Deus precibus tuis. At nec sic quidem temere nos adjunximus Patriarchæ, nisi postquam fassus est recte nos fecisse. Si ergo cum regnaret adulterium, & canonum transgressio, metu minime dissimulavimus Dei virtute freti: quo modo nunc pio dominante Imperio, unius presbyteri causa timidiores erimus, prodemusque cum aperto animæ periculo veritatem? Nequaquam. Sed ferenda nobis potius omnia usque ad mortem, quam ut cum eo communicemus, vel cum iis, qui cum illo sacrificant, quoad privetur, quemadmodum sub priore Patriarcha, sacerdotio. Esto Oeconomus. Cur etiam indigne sacris operatur? Desiit esse presbyter. Quod si hæc illis non placent, qui cum eo sacrificant, videbunt quo modo se gerent: parcant humilitati nostræ, qui non provocamus, nihilque ad hunc usque diem locuti sumus, sed biennio nos toto continuimus, ex quo ingressi sunt, ut pacatius hoc modo viveremus, domini nostri optimi sequestres, & arbitri æquitatis, eorum fautores, qui veritatem libere defendunt, & præstantiore suo sæpe denuntiant. Ferant sacerdotes more sacro; aut persuadebitur illis, aut ipsi persuadebunt; sin horum nihil; sed ne mutire quidem nos ferendum putant; Deus intuetur, quo major est nemo, cujus solius terror est formidabilis, & tribunal illud, cui sistemur omnes de omnibus judicandi.*

Cæterum oramus bonitatem tuam, & tamquam sacris vestigiis tuis advoluti obsecramus obtestamurque, ut misericordiam nobis impertiat, & commune emolumentum tam piis Imperatoribus nostris, quam Patriarchæ sanctissimo, & Ecclesiæ universæ, non huic solum, quæ apud nos est, sed quæ per totum orbem, ut desinat unus, ad gloriam Dei, & non perturbetur ejus Ecclesia. Sin minus; at saltem hoc secundum, ut maneamus nos in eodem statu, quo per decem hos annos. Nam de cæteris, quamvis innumerabiles sint Episcopi sacerdotes, & præpositi, qui cum eo communicant: nihil mirandum, quandoquidem iidem ipsi cum adultero consenserunt, & nemo quicquam locutus est. Hæc Deus per nos (licet) audax sit dictum) & hortatur, & denuntiat, & sicut jubet. Hactenus Theodorus Platonis nomine, ut apparet, qui cum suis inventus est solus, qui contra improbitatem surgeret ex adverso: tanta boni, rectique penuria tunc inerat Ecclesiæ Orientali. XVI.

Extat ejusdem alia epistola (a) eodem quoque argumento conscripta, qua fusius adversus canonum perversorem Josephum differit, æque sancti Platonis titulo. Visum est namque Theodoro senioris nomine, viri sanctitatis fama etiam hostibus reverendi, ista peragere, quo majoris ponderis eædem apud adversarios haberentur. Est ejus epistolæ hoc exordium: *Et iterum hortari sanctitatem tuam, optimum factu visum est.* Platonis namque utramque esse epistolam ex verbis illis intellige, quæ in utraque leguntur in hunc modum: *Inclusus ego quidem fui in quo præsides loco: Præpositus autem* (hic erat Theodorus) *& reliqui Thessalonicam relegati* sub Constantino videlicet. Habet autem inter alia hanc ad eumdem Simeonem obtestationem post alia multa: *Propterea pietatem vestram obtestamur, accuratamque juxta sacrum ha-* XVII.

be-

(a) Theod. ep. 22. Cod. Columen.

De alia ejusdem Platonis epistola.

PAGIUS *tractare maluerint, & apposito temperamento emollire, aliis quibus lucidius mentis acumen, & ad res hujusmodi discernendas animi sensus vegetiores discutiendum relinquimus. Sane Epiphanium Cypri Episcopum inter Sanctos celebrem parem Theodoro nostro ardorem, & invictum animi robur adversus Imperatricem Eudoxiam demonstrasse novimus. Ipsi namque, ut Divinus Chrysostomus in exilium ejiceretur, idolorum templa quam primum aperturam se minitanti nullatenus manus dedit, aut obsequendum Sanctus Vir duxit: quinimmo, Innocens ego sum ab hujusmodi judicio, exclamans, & eam in minas & furorem conversam relinquens, generose excessit.*

Aliam quoque dissensus Patriarchas inter & Theodorum causam extitisse ferunt: quod nimirum e Laicorum ordine ad Patriarchale solium confestim evecti, nec in iis ordinandis posita ab Ecclesia leges fuerunt observata. Ad quæ objecta, qui gesta eorum conscripsit, respondet, Sacros Canones promotiones hujusmodi non omnino damnare: sed ne consecrandus rerum gradus congruarum peritia privatus in periculum Ecclesiam adducat, tantum cavere. Iidem vero, magnus inquam Tarasius, & sacer Nicephorus in magnos recessus Ecclesiam progredi studuerunt, & in cunctis æquo bonoque consultum esse voluerunt. Qua de causa Canonem eos carpere nulla ratione

V. Altera causa dissidii inter Patriarchas & Theodorum exorti.

Digitized by Google

bitum nostrum curam disciplinæ, uti verba hæc ad piorum dominorum aures perferatis. Confidimus enim, si hunc, approbante sanctissimo Patriarcha nostro, represserint, applausuros esse Angelos, laudaturos esse Sanctos omnes, exultaturam Ecclesiam universam, accessurum denique ipsorum Imperio cælestis auxilii magnum incrementum; tum hostium, inimicorumque compressionem, tum pacatæ, diuturnæque vitæ felicitatem. Hæc, & alia multa per Simeonis internuntium agens ipse, quod Imperator, & Patriarcha nollet quemquam ipsorum ad auditum admittere. Sed & Theodori frater Josephus Archiepiscopus Thessalonicæ ejus sententiæ defensor, & propugnator, nec audiri potuit, immo calumniam passus, quod malis artibus Archiepiscopatum esset adeptus. Quod cum scisset ipse, istas ad eumdem Simeonem monachum litteras reddidit (*a*) tunc, cum Imperator egredi coactus est adversus Bulgaros, qui Sardicam civitatem excidissent:

(*a*) *Theodor. l. 2. epist. 23. Cod. Columm.*

XVIII. Josephi Episcopi Thessalon. epistola ad Simeonem.

In his, quæ nobis, pater sancte, significasti, nihil molestius fuit, quam quod nolint pii domini nostri nos de more accedere, dignarique veneranda ipsorum adoratione, & propempticus, ut votivas, ut cæteri faciunt, in eorum discessu voces reddere. Sed non semper ad humiliationem nostram sit facile placabile, & injuriarum immemor, Christique æmulum cor eorum, quippe quod hostibus ipsis reconciliari novit, nedum ut nos rejiciat, qui sincero corde illos colimus, & amamus. Bellè autem sanctitas tua responsa nostra sacris illorum auribus subjecit, quibus quod annuerunt, tribuendum est magnanimæ, & divinæ eorum prudentiæ; optime enim de divinis judicant, ut sapientia pleni, & Dei scientia referti.

Ironia.

Jubes autem interrogare, quamobrem ingesserimus nos in Episcopatum, cum manifestum sit vitium.

De Episcopatu Apologia.

Ad hoc quoque nos cum reverentia respondemus: quod quantum in nobis erat, nolebamus, partim quidem propter anceps periculum dignitatis, partim etiam propter id, quod de Oeconomo jam dicebatur. Postquam vero advenerunt Thessalonicenses supplicantes tanquam nomine totius civitatis, & domini nostri ad decretum accesserunt: veriti sumus, non obedire & reluctari Deo, ipsisque dominis nostris, cogitantes, quod possit, cum a propriis Episcopis sit ordinatio, prædictum periculum declinari.

XIX.

Quod vero ad alterum caput, occurrebat quod procul hinc semotus sit, fierique possit, ut peregre agens, devitetur multis modis, deinde quod mortes contingant, & de medio tollatur scandalum, quemadmodum & nobis humilibus contigit, qui hic residentes, hucusque conservati sumus dispensatione utendo. Oportet enim, quoad licet, tentationes subterfugere, illos præsertim, qui episcoporum dignitatem non gerunt. His de causis, Deo teste, nos ingessimus, existimantes (ut hoc etiam dicamus) haudquaquam prorsus ignotum fuisse piis dominis nostris, qui longe proculque posita prospiciunt summa cum solertia; sed neque ipsi Patriarchæ sanctissimo, quoniam ad ipsum etiam tunc scripsimus de ea re, quod nos propterea communicare nollemus cum eo, qui adulterum coronaverat, nec cum antecedente Patriarcha, cum ei tantummodo impertiret: diversis modis exilium pertulerimus, præterquam quod venerandum ipsum os eorum sæpe discussit, & comperit hoc ita se habere: hoc est responsum nostrum. Idque ut innuis, perfer ad ipsorum audientiam. Hactenus Episcopus Thessalonicæ ad Simeonem monachum, qui licet sequestrem pacis se gereret, tamen haud sincere per ipsum negotium geri, conquestus est ipse Theodorus, scribens his diebus ad alium Simeonem præpositum epistolam: in qua post alia, quibus eum laudat, ut bonarum partium studiosum, ista habet (*b*):

Reddit rationem de separatione sua.

(*b*) *Theod. ep. 26. ex Cod. Columm.*

XX. De Patriarcha & Simeone querela.

Scire aves quid novi acciderit in præsenti negotio, & nos dicere non possumus, eo quod Imperatores in castris nunc versantur. De Patriarcha enim quid attinet loqui? qui nec responsa dare vult, nec admittere, qui verba faciat, qui in omnibus Cæsari inservit. At dominus Simeon bilinguis nunc quidem sic, nunc aliter variat: nisi quod iterum contulimus sermonem, & veritatem minime dissimulavimus, & pa-

PAGIUS *ne affirmandum. Quinimo omni mentis attentione observandum, Patriarchis æterna memoria dignis, & Dei motu semper ullis, magnum Theodorum crimen impingere voluisse, & ab Ecclesia Catu eorum causa se segregasse, & ipsius Theodori non leve delictum a Patribus fuisse judicatum: illi siquidem accurato vigore remisso, majus damnum evitatum senserunt.*

VI. Theodorus erratum ante mortem emendavit.

Erratum sane Theodorus emendavit, ut alibi narratum est: & scripta de iisdem & Theodori gestis Historia fidem hujus facit: & magnus insuper Methodius sermone ad Studitas, de quo superius, misso, testatum reliquit. Sententiam enim quam animo præceps hauserat, ipsum reprobasse, & ad Ecclesiam demum se adjunxisse, ac vitæ termino propinquum cum felicis memoria Nicephoro misericordiam, dilectionem, & individuam animorum unionem servasse manifeste confitemur. In eo igitur, quod enunciant Psalmi de Viro justo adimpletum est. Si ceciderit, non confringetur, quia Dominus supponit manum *suam. Obvio namque, & e grege Sacerdotum cuilibet noxam, si hæresis labe varet, inferre si unqui periculi est, qualis mulcta facinus dignum, quod ejusmodi Pontifices & Pontificum Principes, magis vero Apostolos ipsos, ut Magni Dionysii verbis utar, aggreditur & recenset. Hoc certe dictum divinus Methodius Studitis Sancti disci-*

pu-

Digitized by Google

& parum quidem emollitur. Cæterum idem manet, illa quærens, & sentiens, quæ omnino grata sint verum patientibus. Cum autem egrederetur pius dominus noster; iterum scripsimus, ipso sic volente, nec tamen in conspectu venire nos voluit. Manemus autem nos peccatores, si vigilant preces vestræ, eodem in statu, nolentes prodere veritatem, nec attingere illorum communionem, etiam si impendeat exilium, & fulgeat gladius, & ignis accendatur, &c. Addit preces, & salutationes Archiepiscopi, Calogeri, & Abbatis Leontii.

XXI. Nicephori expeditio adversus Bulgaros. *Quod autem pertinet ad Nicephorum Imperatorem, cum filio in castris existentem, quæ ipsos occasio progredi fecerit, Theophanes ita narrat: Eodem anno ante solemnitatem Paschæ Crumnus Bulgarorum Dux acie contra Sardicam directa, dolo hanc cepit. Ex militiis autem Romaicis interfecit sex millia, absque multitudine privatorum. Nicephorus autem adversus eum tertia feria hebdomadæ salutaris Passionis egressus, dignum quidem sermone nihil gessit. Hos autem Principes, qui de cæde Bulgarica salvatè verbum salutis deposcunt, cum dare dedignatus fuisset, amisit, inter quos erat & Cumatius Spatarius, mechanicæ artis expertus. At Nicephorus multa dedecore juratoriis sacris regiæ urbi persuadere satagebat, ut crederent, quod festivitatem Paschæ in aula Crumni celebraverit.* Hæc de expeditione hoc anno ab eo Paschali tempore inutiliter auspicata. Subdit auctor de cædibus, & exiliis ab eodem hoc anno mandatis: cum tumultuantem populum repressit, quod pati nollet recens impositum vectigal, ob restaurationem Sardicæ civitatis.

XXII. Cum autem interea magis magisque perseveraret aversio Nicephori Patriarchæ adversus Theodorum, Platonem, atque Josephum Archiepiscopum Thessalonicæ, & alios ejusdem sententiæ viros, eosdemque aperte schismaticos appellaret: ad tantam diluendam calumniam ipse Theodorus istam ad ipsum Patriarcham epistolam scripsit, Apologiam instituens, ut se, suosque tanta calumnia liberaret. Sic enim se habet (a):

(a) Theodor. l. 1. epist. 25. ex Cod. Columen.

Tamquam velo quodam utentes tenui epistola nostra, Angeli beatitudinis tuæ reverentia, sistimus nos ipsos sacratissimo ejus culmini, necessitate cogente. Jam enim renuntiatum nobis est a Leone conservo, & discipulo nostro, quemadmodum ad venerandam tui adorationem admissus, alieno quædam, nobisque abominanda ex ea audierit, Aposchitæ, inquit, schismatici scilicet *vos estis ab Ecclesia. Qui ergo poterat, beatissime, animam nostram ob hanc causam non contristari? quomodo non respondere sanctitati tuæ, nec silentio accusationem confirmare? Ego vero ante responsionem, cum reverentia hoc repræsento:* Non oportere cuilibet *aures temere dare, qui aliquid velit contra quempiam loqui. Num enim lex vestra (inquit) hominem judicat, priusquam illum audierit, & cognoscat quid faciat? Sic & beatitudo tua, cum triste istud, & acerbum de nobis audisset. Quodnam enim malum gravius esse queat, quam ut ab Ecclesia separeris, & Archipastorem ovis amittat, sive compastorem? Est enim etiam nobis peccatoribus quamvis immerito, & unctio a Deo, & nomen pastoris. Debuit, dicere audeo, discutere, arguere, qua privatim, qua publice, juxta traditam a Domino (b), inter te, & ipsum solum, aut inter duos, disciplinam: atque ita si persisteres, sicut ipse ait, sit tibi tamquam Ethnicus, & Publicanus. Nos vero hactenus, neque per internuntium, neque coram tale quicquam a sancta anima tua, vel audivimus, vel moniti fuimus, ut sic inferretur condemnatio. Consideret perfectio tua, num jure molestum id filiis tuis acciderit.*

(b) Matth. 18.

XXIII. *Nunc autem pergimus ad purgationem coram Deo, qui omnia cernit, & coram Archipræsulatu tuo verba facturi. Non sumus Aposchitæ,* id est, segregati, nempe schismatici, *a sanctum caput, ab Ecclesiis Dei, absit, ut id umquam nobis eveniat. Sed quamlibet aliis peccatis obnoxii teneamur, sumus attamen Orthodoxi, & Ecclesiæ Catholicæ alumni, hæresim omnem repudiantes, omnemque Universalem, aut Localem Synodum approbatam recipientes, necnon editas ab eis canonicas constitutiones. Neque enim perfectum esse Orthodoxum, sed dimidiatum, qui fidem quidem rectam habere videatur, divinis vero canonibus non regatur. Beatitudinem tuam, quando promota fuit, suscepimus, quemadmodum palam ei testes sumus. Et ex eo tempore in hunc usque diem, in Mystagogia, ipso Missæ sacrificio commemoramus. Et sicut testis est Deus, si illo die communicare nos voluisset, communicassemus plane cum ipsa, nihil discernentes; eam desideranda nobis fuerit ab initio.*

De

PAGIUS *pulus perpendendum jure merito obiicit, his verbis utens: Tu Monachus es, tu Sacerdotes inquirere non tuum est, ipsis subtici te decet ipsos, tibi subiicere, vel eorum vitam perscrutari u te omnino sit alienum.* Temperamentum, quo usus est *Tarasius*, laudavit etiam Michael discipulus Sancti Theodori in ejus Vita, cujus verba recitat Baronius anno DCCXCV. n. LIV. immo & ipsemet Baronius eo anno n. XLVI. cujus verba retuli anno DCCXCV. num. VI. Tarasii consilium commendat.

Digitized by Google

De Oeconomo autem, cujus causa hæc jactantur, quem veritas ipsa deposuit, multis canonibus obnoxium, cum vel ante apertum adulterium, cum mœcharetur in variis personis præcedens Imperator non solum sacrificavit ipse, & communionem impertivit, & una epulatus sit, sed partem etiam cum eo posuerit, unde & promptus extitit ad publicam incontinentiam, Deum contemnens, & divina judicia. Atque ut manifestius fiat, quod diximus, non docendi studio, absit, sed renovandæ memoriæ gratia, ipsam si places quæ dum coronatur sponsi, usurpatur, Mystagogiam sacram resumat, & perspiciet, quantam hic conjicere liceat Spiritus sancti indignationem in tantis contraditionibus. Omnino enim quæcumque sacerdos pronuntiat, ea impleturum se promittit Deus, juxta magnum Dionysium. Propterea ergo rogamus profectionem tuam, ut depositum a canonibus, & a prædecessore sanctitatis tuæ prohibitum totis novem annis, præter rationem ingressum, cessare jubeas a sacerdotio.

XXIV. *Nunc si quidem humile os nostrum aperuimus, quando vocati fuimus. Cum enim factus est conventus ille parvus (& nescio quo nomine appellem) ex carcere per idem tempus redieram: cumque viderem eos esse congregatos, qui adulterium ante susceperant, & adulterii copulationem complexi fuerant: venit mihi in mentem illius dicti Prophetici: (a) Sapiens in illo tempore silebit, quando tempus malum est. Sed cum dicat idem (b): Tacui, num semper tacebo? propterea tempore congruenti calumnia pressus hæc tandem protuli: quin quantum in me fuit, omni ratione cavi duobus his annis, ne res in apertum prodiret, illud mecum volvens; quandoquidem Episcopi dignitate præditus non essem, ut arguendi habeam potestatem, sufficere si me ipse custodiam & non participem illius communionis, eorumque, qui scienter cum eo sacra faciunt, quoad scandalum de medio tollatur.*

(a) Eccl. 10.
(b) Isai. 42.

Hoc igitur oramus, & obtestamur, ut persuadere sibi sinas sancta anima tua, istum hominem coerceri, ne vituperetur inculpabilis sanctitas tua, ne polluatur divinum altare depositi hominis ministerio, ne denique oriantur justæ schismatum occasiones. Vere enim, & sincere hoc sciat beatitudo tua, quod nisi hæc ita fiant, Deum amantis animæ tuæ nutu, & piissimorum, ac triumphatorum Imperatorum nostrorum (zelo siquidem pleni sunt, de nobis quidem pro mandato pugnantibus quid futurum sit, Deus novit) schisma quidem, Deo teste, electisque Angelis, magnum fiet in Ecclesia nostra. Sed miserere, pastor bone, sed adjuva perite medice gregem tuum, oves tuas, Ecclesias tuas sapientiæ tuæ modis, prudentiæ tuæ verbis, remediis artis tuæ. Ovem unam exclude a solo sacrificio, & universas lucrare. Et ne unius scabie Ecclesiam infice, quam acquisivit Christus & Deus noster sanguine suo. Hæc ad Patriarcham Theodorus.

Accidit autem, ut cum hæc de Theodoro, ac sociis extra Constantinopolim progressa, Romam usque perlata audita essent, nempe Theodorum cum suis, facto schismate, seorsum agere, nec cum Patriarcha communicare: ipsius namque Patriarchæ litteris id innotuisse Pontifici, par est credere: a quo eum in deteriorem partem accepta ista fuerint, factum est, ut Romæ iis divulgatis, Theodorus tam ab ipso, quam ab aliis schismaticus haberetur: cujus rei causa Basilius Abbas monasterii S. Sabæ Romæ existentis, licet intima esset cum eo germanitate conjunctus, tamen sese ab ipsius Theodori communicatione subduxerit, significans se in ipsum schismaticum ab Ecclesia separatum (ut par erat) dicere anathema. Verum cupiens amicum ad unitatem Ecclesiæ revocare, non deseruit eum extra Ecclesiam esse (ut putabat) in schismate, sed scribens ad eum litteras, & munera quoque addidit, quo eum a schismate, quo putabat revera teneri, penitus liberaret. Quas ubi Theodorus accepit, ingenti dolore perculsus rescribens, tum de ipso, tum etiam de Leone Papa conqueritur. Ista quidem ipse tunc vehementi animi angore turbatus paulo licentius. Postea vero æquanimior redditus longo diversas ad ipsum Leonem litteras scripsit, quas suo loco reddituri sumus: nunc autem illa audi, quæ ad ipsum Basilium Theodorus amaro animo tunc rescripsit (c): XXV.

(c) Theod. l. 1. ep. 28. ex Cod. Column.

XXVI. Epistola Theodori ad Basilium Abbatem Romæ existentem.

Accepimus litteras tuæ fraternæ charitatis, miratique sumus ejus repentinam mutationem. Prioribus siquidem verbis (ut cætera sileam) quæ ad rem minus necessaria, Josephum Oeconomum accusabas, ut qui perperam sit ingressus in Ecclesiam: posterioribus innocentem plane ostendebas: & qui eumdem in eadem re nunc laudas, nunc vituperas. Quod a quodam Sanctorum dictum est: scire debuisti. Sed pro nihilo id habeatur, quamvis aperta sit contradictio. Quale vero illud est, quod adeo inconsiderate provectus es, ut priusquam examinares, & exacte cognosceres, adversus humilitatem nostram pronuntiaveris discessionem ab Ecclesia nostra, ac proinde anathematismum? Attende tibi ipsi, ait (d) scriptura, & priusquam interroges ne vituperes: & primum cognosce, tum corripe. Tu vero nihil horum observans, nec cogitans, posse & nos ex ratione agere, ac loqui: sic tamquam imperitos, (d) Eccl. 11.

ac

Digitized by Google

ac rationis expertes, tamquam vita monastica tyrones, ac discipuloc increpasti: nec hoc solum, sed duriuc objurgasti. Atque utinam hoc solum egissec, quin etiam anathemati devovisti. O rec humanas! & quomodo major tibi cura non fuic amicitia jura conservandi? Hac enim si sancte coleret reverentia tua: numquam sic ex abrupto tenuitatem nostram proscidisset. Verum his nos digni sumus: nec mirandum, si ab amicitia etiam tua lacessimur. Caterum qui sumus, Deo quidem innotuimus: aquum autem & prudentia tua, quandoquidem offenditur & scandalezatur, aperire.

XXVII. Non sumus Aposchita, o mirande, ab Ecclesia Dei. Absit, ut nobis hoc eveniat. Sed quamvis aliis peccatis plurimis obstricti simus, attamen unius cum illa corporis sumuc, ejusque alumni & divinorum documentorum; & canones ejus & constitutiones servare cupimus. Turbare autem, & ab illa sejungi, qua maculam revera nullam habet, neque rugam, tum in fidei ratione, tum in canonum sanctione ab omni avo usque ad nostram memoriam, eorum est, quorum fides transversum agitur, & vita exlex, & sine regula, quorum ex numero Joseph ille, qui adulterum coronavit, & qui cum eo tamquam innoxio offerre non dubitant, quique adeo illum defendunt, ut sine culpa sacrificantem. Quomodo enim si canonice ad nos scribit pietas tua, canones ignorat, & quod juxta illos depositus vir fuerit? Nam si in bigami nuptiis epulari presbyterum vetant: quod jus in eum, qui bigamum coronat? Et quidem in adulterinis nuptiis triginta totos dies convivari? Quid, quod perniciosius est, etiam coronare eum, quo ex Domini sententia sit adulter? sacras in conjugio preces recitare adulterii copulatorem, & divinam gratiam impie pro impio invocare? Execrandus profecto, juxta magnum Dionysium, Deo est, profanusque qui hac facit. Supervacaneum fuerit alios in eum canonec proferre. Quod vero ex quo depositus ab altero Patriarcha fuit, novem annorum spacium exegerit, & canon nisi intra annum absolvatur, absolvi postea quemquam vetat, quo loco reponemus? At objicitur prorsus, absolutum fuisse. Verum si solutus fuerat, cur non sacrificabat? & si solutus erat, cur absolvi a Synodo petiit? planum enim est, solutionem ab eo peti, qui vinctus sit, non qui solutus. Quare hic etiam in seipsum impegit, contra veritatem erigi volens. Sacrorum enim profanatio est, frater, istum sacris operari, cunctamque magna perturbatio talia negligere. Quid enim est, quod ait Chrysostomus, periculo non vacare, si in sacerdotem non inquiratur, non de fide (ut malo censes) sed de vita integritate? Interrogare quidem, & excutere unumquemque, quomodo se habeat, nihil est opus: gratia enim etiam super indignum per eos, qui accedunt, descendit. In iis autem, qui manifesto rei sunt, qualis est Joseph, & quidem magni sceleris, quod in oculis omnium commisit, vetitas a Domino nuptias copulanc, ipsoque adultero manifestior, dum eum conjunxit, quandoquidem hac non discrepant, juxta Theologum, dissimulare perspicua est proditio veritatis, & canonum corruptela.

An nescit benevolentia tua, Deum ipsum vindicem fuisse, quando non insurrexit, qui Ecclesiam tum gubernabat, ut Samuelis quondam accidit erga insanum Saulem? XXVIII. juniorisque Herodis, quod ad modum adulterii spectat, Regnum evertisse: idem enim Herodes illius flagitium fuit, qui a populo suo pulsus est, & accusus, quippe qui Areta Regis filiam, legitimam conjugem dimisit, injuste sibi copulans Philippi fratris Herodiadem. Quod si hac vindicare non convenit: erravit charitatis tua judicio Joannes (quod temerarium est affirmare) cum Herodem reprehendit, mortemque oppetiit ob reprehensionem. Erravit & Chrysostomuc, cum pro vidua agro validum certamen instituit. Pro bono enim (a) inquit audet quispiam mori, ut non commemorem similes alias Sanctorum pro similibus contentiones. An rursus ignorat reverentia tua, cum duabuc ex rebus constet Christianismus, fide, & operibus, si alterum desit, alterum non prodesse? Æmuletur itaque, rogamus, divina. Primum quidem ut communis patris filius excitetur pariter ad honesta; deinde ut a beato Saba eruditus, accuratam non solum fidei, sed etiam canonum rationem amplectatur: deinde germanus cum sit, fraternam, eamdemque nobiscum sententiam teneat: hortamurque propriam sedem servet, ne quo pacto inde claudicemus circa pracipua. Ignosce fraterne monentibus, sicut & nos tibi: neque oportet nos monitos indignari. Ne igitur succenseat reverentia tua, sed ad charitatem potiuc accendatur, & talia scribat quotiescumque volet. Nullum enim damnum aliud cupimus, quam ut securius vivamus.

(a) Rom. 5.

His igitur a Theodoro cum ingenti animi amaritudine scriptis, eodem impetu in Pontificem ipsum, de quo falsa audierat, movet stylum, quo non ratio, sed dolor impellit. Passi sunt interdum instar solis & Sancti deliquium: sed sicut ille paulo post pristino radiorum fulgore mundo resplendet, sic accidit Theodoro. Nam quem atræ bilis nube ad momentum passum eclipsim intelligis, paulo post clarioribus intueberis radiis coruscare, ex epistola quam scripsit ad ipsum XXIX.

Leo-

Leonem Romanum Pontificem, quam suo loco reddituri sumus inferius. Sed audi modo, quæ obiter suggessit ingens, quam diximus, animi qua tenebatur amaritudo.

De Papa autem, inquit, *quid ad nos, hoc agat, an illud? qui proprie (ignosce) captus est alio, ut dicitur. Cum enim de manifestis sacerdotii delictis nihil curare dixit, non qualemcumque sacerdotem, sed caput Ecclesiæ ita derisit, & aspernatus est, ut vel audire nos pudeat. Quod si id verum est, o Hierarchiam? Cæterum prudenter, & sobrie, quæso, moveamus linguam adversus capita, & non adeo acriter pronuntiemus.*

XXX. *Si vero dicturi sunt homines, ut scribis, nos cum ab hoc Patriarchatu excidissemus, ad aliud argumentum versos fuisse: ne curet reverentia tua; novit Deus motionem primam, & secundam; sed & tertiam ipse probabit, ipse redarguet, ipse repræsentabit formidando tribunali, reddens, ipse prout tractaverimus, & egerimus. Illud enim* (a): *Si hominibus placerem, Christi servus non essem; non a nobis peccatoribus dictum est. Nos ergo & sanctissimi Patriarchæ mentionem facimus (ut convenit) in Mystagogia, sicut & piorum Imperatorum nostrorum, & cum omni sacerdote inculpato communicare non detrectamus. Scripsimus & ad ipsum Patriarcham, quod & pii Imperatores nostri sciunt, nos in nulla re discrepare, præterquam de Josepho: & simul ac depulsus fuerit sacerdotio, cum ipso statim communicaturos. Etenim desiderabilem nobis virum esse, non solum quod caput sit Ecclesiæ nostræ, sed quia jam olim reverendus nobis erat, & singula vitæ ipsius bona laudare non cessamus. Si vero contingat, quod & ipse quoque zelum accipiat.*

(a) Gal. 1.

XXXI. *Mitto enim de sanctis Episcopis dicere, de Præpositis, & monachis, deque laicorum multitudine: quid tum dicet reverentia tua? Quare scito Ecclesiæ schisma nullum esse, sed veritatis defensionem, divinorumque canonum victoriam. Alterum vero illud, quod asseruit charitas tua, veritatis infractionem, & canonum eversionem esse: ac tibi illud dici recte posse:* (b) *Sacerdotes legem meam spernebant, & profanabant sanctuaria mea, propterea & sancta non distinguebant, sed erant illis communia omnia. Nullam enim maculam habere, aut rugam (ut iterum dicam) sic intelligendum, quod non recipiat impia dogmata, nec ausus illicitos, & canonibus contrarios, neque adeo consentiat iis, qui vetita ipsi committunt, ut quodam loco ait divinus Basilius, de quibus & (c) Paulus, nec edere cum talibus permittens. Etenim ab Apostolis & deinceps multa persæpe in eam hæreses irruerunt, & flagitia illicita, canonibus adversa fuerunt, sicut nunc sunt: illa tamen (quemadmodum dictum est) sine schismate, & macula mansit, & permanet in æternum, subtractis, & ejectis ab ea male sentientibus, maleque agentibus, tamquam fluctibus ab inconcusso maximo saxo repulsis.*

(b) Ezech. 22.

(c) 1. Cor. 5.

XXXII. *Ad nos igitur redeamus, frater, & veritatis lucem, sacrorumque canonum aspiciamus, quemadmodum dogmata tenere videmur, nos potissimum, qui monachos agimus, & aliquid esse existimamur. Si enim* (d) *lumen quod in nobis tenebræ sunt: tenebræ quantæ erunt? Et si sal* (e) *infatuatum fuerit, in quo salientur laici? Arbitramur te (idque precamur) eorum, quæ ibi sunt, servatorem fore, & lumen, & lucernam perfectionis, ac pietatis, non omnia te omnibus exhibendo, sed virtutis excellentia, vita ex canonum lege acta, sanctaque conversatione, & æquo animo per fratris tui admonitionem ex charitate profectam, studioque veritatis, & divino judicio. Plura dicere animus desiderabat, sed epistolæ prolixitas finem facere coegit. Accepimus eulogiam tuam prædivitem, & curam, quam geris de humili monasterio: argumentum quod parcas, & labores pro eo. Labor tuus magnus, sed Dominus tibi retribuat quæ desideras, virtutum incrementum, & perennium ipsius bonorum fruitionem.* Hactenus ad Basilium Theodorus. Quæ autem post hæc gesta fuerint anno sequenti, suo loco dicentur. In qua epistola dum legisti Theodorum in Romanum Pontificem oblocutum: plane intellexisti, quam verum sit, quod dicebat Theologus perdifficile esse modum tenere in litigando, ac differendo; dum quis se justitiæ defensorem exhibens, quemque obvium adversarium putans, impetu, quo fertur ferit, impellit, & urget: ut hic vidimus factum a viro magni nominis Theodoro in Leonem Papam plus æquo commotum. Sed quiesce modo: auditurus eris inferius illum longe aliter de eo sentientem, atque loquentem.

(d) Matt. 6.

(e) Matth. 5.

XXXIII. Quod rursus ad Orientales res pertinet: hoc eodem anno mortuo Rege Saracenorum Aaron, de quo superius men-

PAGIUS VII. Ad num. XXXIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCI. qui Kalendis Septemb. hujus Christi anni auspicatur, scribit: *Hoc anno, mense Martio, Indictione secunda Arabum Dux* (nempe Calipha) *Aaron in interiore Persia, Chorasan agnominata mortuus est: Muamed autem ejus filius ad omnia prorsus ineptus Imperium suscepit: adversus quem Abdelas ejus frater seditione mota, ex Provincia Chorasan cum paternis viribus erumpens, civilis belli per nationem illam auctor fuit. Subinde qui Syriam, Ægyptum, & Libyam incolunt in va-*

Moritur Haron Saracenorum Calipha.

Mortuo Aaron Rege Sarracenorum, duo filii bello civili pugnant.

tio facta est, ejus filii Mahumat, & Habdalla de primatu Regni certantes, non inter se solum cuncta cæde miscentes, sed Christianos cædibus, incendiis, rapinis infestantes, magnorum malorum causa fuere: *Ac per hoc ecclesiæ* (inquit Theophanes) *quæ in sancta Dei nostri erant civitate, desertæ factæ sunt, & monasteria duarum magnarum Laurarum, sanctæ videlicet memoriæ Charitonis, & Cyriaci, atque Sabæ, necnon & reliqua sanctorum cœnobia Euthymii, & Theodosii, quæ erant in desertis Palæstinæ, pariter monachis destituta fuere.* Hæc ipse.

Rex Nordanhumbrorum pulsus Regno restitutus per Leonem Pap. & Carolum Imp.

Quod vero ad res pertinet Occidentales anni hujus, illud accidit memoria dignum quod in Annalibus quibuslibet Francorum præsertim veteribus scriptum fideliter reperitur, Regem nimirum Nordanhumbrorum a suis e Regno pulsum, per Legatum Apostolicæ Sedis, & Caroli Imperator. in Regnum fuisse restitutum. In Annalibus enim Francorum sub Ludovico Caroli Magni filio scriptis hæc leguntur: *Interea Rex * Nordhumbrorum de Britannia insulæ veniens nomine Ardulf, Regno, & patria pulsus, ad Imperatorem, dum adhuc Noviomagi moraretur, venit. Et patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur; Romaque rediens, per Legatos Romani Pontificis, & domini Imperatoris in Regnum suum reducitur. Præerat eo tempore Romanæ Ecclesiæ Leo tertius, cujus Legatus in Britanniam directus est * Adolfus diaconus, de ipsa Britannia Saxo, & cum ipso missi ab Imperatore duo Abbates Rathfridus Notarius, & Nazarius Abbas de sancto * Othmano.* Hæc ibi.

* Nordanhumbrorum.

* Aldulfus.

* Audomaro.

XXXIV.

Sequuta est absque obstaculo ejus in Regnum restitutio, nefas omnes ducentes,

PAGIUS *tias factiones divisi, Remp. & privatos quosque pessumdederunt, cædibus, rapinis, alisque flagitiis, cum in se invicem, tum in subditos Christianos confuse desævientes. Istbinc sane per Sanctam Christi & Dei nostri Civitatem Ecclesias desolatio & vastitas occupavit: istbinc in duarum magnarum Laurarum Monasteria, Sancti dico Charitonis & Cyriaci, atque Sancti Sabæ, & in reliqua Sanctorum Euthymii & Theodosii Cœnobia maximæ clades erupit. Invaluit Arabici Imperium confusio hujusmodi, cadesque mutuæ inter se, & nobis illata annos . . . . . .* deest numerus, nec suppletur ab Anastasio in sua Versione, qua Baronius usus est, in qua cum nec mensis Martius, nec Indictio secunda memoretur, ea omissio illum induxit, ut *Haronis* seu Aaronis mortem eum hoc Christi anno alligaret, quæ tamen ad sequentem referenda est. Elmacinus enim lib. 2. Hist. Sarac. scribit, Aaronem Rasidum mortuum esse *die sabbati, tertia Giumadæ posterioris*, & dies III. posterioris Giumadi, anni Hegiræ CXCIII, concurrit cum die XXIV. mensis Martii anni Christi DCCCIX. qui in diem Sabbati incidit. Præterea Elmacinus citat Chronologum, qui tradit primum diem & ultimum ejus Imperii fuisse Sabbatum, & Haronem mortuum esse *elapsis annis Hegiræ centum & nonaginta duobus, & diebus centum & quinquaginta duobus*. Quare Regnare cœperat anno Christi DCCLXXXVI. die decima quarta mensis Octobris, quæ cum die Sabati concurrit, & e vivis excessit die XXIV. mensis Martii anni Christi sequentis, in quem Sabbatum cadebat.

VIII. *Succedit ei Alaminus seu Muhammad.*

Memorabile est quod de Harone prodit Elmacinus: *Summæ*, inquit, *inter Caliphas fuit humanitatis & liberalitatis: (maxime in Poetas, vehementer enim delectabatur bonis versibus, eorumque auditu & imitatione) fortis, & magnanimus, multi certaminis & peregrinationis, &c. cumque peregrinaretur, peregrinari cum eo solebant centum docti, &c. neque in Aula ullius Caliphæ tot convenerunt Consiliarii, Judices, Docti, Eruditi & Poetæ, atque in Aula Rasidi.* Haroni successit ejus filius *Abu-Abdalla Alaminus, qui & Muhammed Abu-Musa vocatus fuit*, Calipha vigesimus septimus. *Creatus fuit Calipha tempore matutino ejusdem diei, quo pater ejus vita excessit, qui Sabbati fuit tertia e Giumada posterioris, anni Hegiræ* CXCIII. ut subjungit Elmacinus, qui his verbis confirmat quod jam scripserat, & Haronis initium cum die XIV. mensis Octobris anni Christi DCCLXXXVI. copulandum esse ostendit. Pluribus narrat Elmacinus prælia inter *Alaminum* Calipham & *Almanonem* ejus fratrem circa successionem habita, sed hæc ad rem nostram non faciunt.

IX. *Carolus Imp. Carolum filium adversus Danorum Regem mittit.*

Ad numer. XXXIV. Eginhardus in Annal. Gesta hoc anno a Carolo Aug. his verbis narrat: *vere inchoante Imperator Noviomagum profectus, transactoque ibi Quadragesimali jejunio, celebrato & Sancto Pascha iterum Aquasgrani regressus est: & quia nunciabatur Godefridum Regem Danorum in Abroditos cum exercitu trajecisse, Carolum filium suum ad Albiam* (seu Albim fluvium) *cum valida Francorum & Saxonum manu misit: jubens vesano Regi resistere, si Saxoniæ terminos aggredi tentaret. Sed ille statuis per aliquot dies in littore habitis, expugnatis etiam & manu captis aliquot Sclavorum Castellis cum magno copiarum suarum detrimento reversus est. Nam licet Drasconem Ducem Abroditorum, popularium fidei diffidentem, loco depulisset, Godelaibum, alium Ducem, dolo captum patibulo suspendisset, Abodritorum duas partes sibi vectigales fecisset; optimos tamen militum suorum, & manu promptissimos amisit; & cum eis filium fratris sui, nomine Reginoldum, qui in oppugnatione cujusdam Oppidi, cum pluribus Danorum Primoribus interfectus est. Filius autem. Imperatoris Carolus Albiam ponte junxit, & exercitum cui præerat in Linones & Smeldingos (qui & ipsi ad Godefridum Regem defecerant) quanta potuit celeritate transposuit, populatisque circumquaque eorum agris, transito iterum flumine cum incolumi exercitu in Saxoniam se recepit. Erant cum Godefrido in expeditione prædicta Sclavi qui dicuntur Vultzi; qui propter antiquas inimicitias quas cum Abodritis habere solebant, sponte se copiis ejus conjunxerunt. Ipsoque in Regnum suum convertente cum præda quam ab Abodritis capere potuerunt, & ipsi domum regressi sunt. Godefridus vero priusquam reverteretur, destructo emporio (quod in Oceani littore constitutum lingua Danorum Retic dicebatur, & magnum Regno illius commoditatem, vectigalium persolutione, præsta-*

Digitized by Google

tes, non parere Romano Pontifici, atque tanto Imperatori resistere. Porro cœpta sunt ista hoc anno, sequenti perfecta, cum & reversurus Romam Adolfus Apostolicæ Sedis Legatus a piratis est captus, sed redemptus a Cœnulpho Rege, ut iidem Annales testantur.

Vidisti in his Romani Pontificis auctoritatem factis expressam? Quod enim non satis sibi suppetere juris intelligeret Imperator, Regem ejectum in Regnum pristinum restituere: ab ipso Pontifice Romano id præstari posse sciens, dimittit ipsum Regem Regno privatum Romam ad Leonem Pontificem, cujus auctoritate restituatur in Regnum. Vidisti pari-

PAGIUS *stabat) translatisque inde negotiatoribus, soluta classe, ad portum, qui Liesthor dicitus, cum universo exercitu venit. Ibi per aliquot dies moratus, limitem Regni sui qui Saxoniam respicit, vallo munire constituit, eo modo ut ab Orientalis maris sinu (quem illi Ostarsalt dicunt) usque ad Occidentalem Oceanum, totam Egidore fluminis Aquilonaris ripam munimentum valli prætexeret, una tantum porta dimissa, per quam carra & equites emitti & recipi possent. Diviso itaque opere inter Duces copiarum, domum reversus est.* Hæc de bello Danico & Livonico. Porro Obotriti seu Abodriti Sedes habebant, ubi nunc est Ducatus Meclebargensis seu Megalopolitanus, Adamo Bremensi Krantzio, Helmodo, aliisque testibus.

X. *Eardulfus Northumbrio Rex a Leone III. & Carolo Imp. in Regnum restituitur.* Pergit Eginhardus: *Interea Rex Nordanhumbrorum de Britannia insula, nomine Eardulfus, Regno & patria pulsus, ad Imperatorem dum adhuc Noviomagi moraretur, venit: & patefacto adventus sui negotio, Romam proficiscitur: Romaque rediens, per Legatos Romani Pontificis, & Domini Imperatoris, in Regnum suum reducitur. Præerat tunc temporis Ecclesiæ Romanæ Leo III. cujus Legatus ad Britanniam directus est Adulfus Diaconus de ipsa Britannia, natione Saxo: & cum eo ab Imperatore missi duo Abbates, Rotfridus Notarius & Nantharius Abbas de Sancto Aldomaro. Imperator vero ædificatis per Legatos super Albim fluvium duobus castellis, præsidioque in eis contra Sclavorum incursiones disposito, Aquis hyemavit: Natalemque Domini & Sanctum ibidem Pascha celebravit,* ubi loquitur de Paschate sequentis Christi anni, cum jam dixerit, Imperatorem Noviomagi hoc anno Pascha celebrasse, & Annalista Loiselianus, Bertinianus, aliique in tota hac narratione Eginhardo consentiant. *Nantharius* Abbas erat Sancti Audomari, seu Cœnobii Sancti Bertini, de quo sursus anno sequenti. Porro Northumbri, Eardulfum Regem, qui ab an. DCCXCVI. Ethelredo successerat, pertæsi, *Alfwoldum* Regem elegere, ut liquet ex his Vestmonasteriensis verbis ad præsentem annum: *Eardulfo Northumbrorum Rege a Regno fugato; Alfwoldus ei duobus annis successit. Fugaverat autem illum idem Alfwoldus, & Regnum ejus occupavit.* Eardulfus ad Carolum Imp. in Germaniam trajecit, indeque Romam profectus causam suam Leoni Papæ permisit; qui intellecto populi suffragio, qui eum quondam Regem elegerat, & cognito quod ab Eanbaldo Archiepiscopo & tribus aliis consecratus in Regem fuisset, eum Regno restituit, missis hanc in rem in Britanniam a suo latere Nunciis.

XI. *Queritur Carolus de Legato Leonis III.* *Leo* Pontifex Romanus in Epistola ad Carolum Aug. data; quæ ordine X. legitur Tom. VII. Concil. habet aliqua singularia hic non prætermittenda. Audito *Northumbria* tumultu, statim *Adulphus* Diaconus illuc a Leone III. directus est, iter habuit per Gallias, a *Carolo* benigne susceptus est, præparatisque navigiis in Britanniam dimissus; interpositis Leonis & Caroli nominibus, ut auctores seditionis *Eardulfum* in Franciam sanum abire sinerent, feliciter obtinuit. At cum Romam rediret, atque in Galliis jam esset, seque profecturum ad Imperatorem palam diceret, *Caroli* Nuncio a quo perducendus ad Comitatum erat, non expectato, repente contendit in Italiam. Illuc quoque Legatus *Eanbaldi* Eboracensis Archiepiscopi pervenit *Carolo* insalutato, ad quem satis esse duxit commendatitias ipsius Eanbaldi literas misisse. De utroque Legato gravissime questus est apud Pontificem Imperator, ratus eos fraudulenta fungi Legatione, quam nollent sibi notam facere, tantaque festinatione profecisti Romam, ut *Eardulfi* Regis iter prævenire possent. Legatos tanquam rudes & expertes urbanitatis aulicæ, quibus potuit verbis excusavit Leo, remisitque ad eumdem *Carolum* cum Epistola citata, ex qua hæc excuta sunt. Addit Leo: *Sicut per eorum stultitiam cognovimus in aliquod vestrum furorem, ita per infusionem Sancti Spiritus velocius a vobis vestram fratiamus misericordiam.* Datæ sunt eæ literæ *prid. Kalend. Januar.*

XII. *Angli dolose agunt cum Leone III.* Alia Epistola ordine VII. ad Carolum scripta istam præcesserat, in qua Pontifex iterum questus est de Missis Caroli, qui Ravennam ad justitiam faciendam directi damnum fecerant; deinde multa de Eardulfi Regis adventu in Galliam, de Cenulpho Rege Merciorum, & Eanbaldo Eboracensi Archiepiscopo commemorat, atque: *Nescimus si vestra fuit demandatio, quod missi vestri, qui venerant ad justitiam faciendam detulerunt secum homines plures & per singulas Civitates constituerunt; quia omnia secundum quod solebat Dux, qui a nobis erat constitutus, per distractionem causarum tollere, & nobis more solito annue tribuere, ipsi eorum homines peregerunt, & multam collectionem fecerunt de ipso populo, unde ipsi Duces minime possunt suffragium nobis plenissime præsentare. Sed valde nobis gravis esse videtur, si vobis fastidium facimus,* &c. *de autem omnibus bonis & prosperis, qua circa Missum nostrum, quem in partibus Britanniæ ad Anglorum gentem direximus, omnia pro amore Beati Petri Apostoli Fautores vestri operati estis, sicut solita est vestra clementia, magnas gratias Vestræ Pietati exinde agimus,* &c. *de vero epistolis, quibus vobis Eanbaldus Archiepiscopus & Cenulphus Rex atque Vvado emiserunt, relegentes reperimus eorum dolositatem, quam inter se habent. Unde valde contristamur, quia ipse prædictus Cenulphus Rex nec suum Archiepiscopum pacificum habet* (Archiepiscopum nempe Cantuariensem) *nec ipsum Eanbaldum item Archiepiscopum,* &c. *Misistis nobis, ut nostra Apostolica auctoritate adhortatoriam Epistolam sæpe fato Eanbaldo Archiepiscopo per idoneum Missum nostrum mitteremus, ut ad hanc Sanctam Apostolicam Sedem cum suis consentaneis venire debuisset, aut in vestra præsentia rationes deducendum. Nos vero statim ipsam Epistolam dictavimus, & vobis emisimus. Sed si placet Serenitati Vestræ, quod ipsam nostram Epistolam per idoneum Missum ipsi in*

Digitized by Google

ter quantum Papæ detulerint Angli, licet furore perciti, & regnandi cupidine inflammati, ut expulsum a se Regem eum restitutum auctoritate Pontificis recipere non detrectarint, sed statim paruerint? Sed de his satis.

Se-

PAGIUS *partibus ad Missum, quem itidem direximus, misissetes, ut una cum predicto Misso nostro ipsum Archiepiscopum adhortasset, quatenus aut hic in nostra presentia, aut ibidem in vestra una cum sociis suis conjunxisset, valde nobis recte visum fuisset, quia Missum nostrum nondum suscepimus, & ipsi homines doloси sunt, ut ne Missos super Missos suscipientes in dolositate eveniant.*

XIII. Secunda adversus *Dertosam* expeditio hoc anno a Ludovico Aquitaniæ Rege suscepta: *Sequenti tempore* inquit Astronomus in ejus Vita, *iterum Rex Ludovicus expeditionem in Hispaniam paravit. Sed pater ne per semetipsum illuc pergeret, eum impedivit. Preceperat namque tunc temporis fabricari naves contra Nordomannicas incursiones, in omnibus fluminibus quæ mari influebant. Quam curam etiam filio injunxit super Rhodanum & Garumnam & Sritdam. Attamen misit ei Missum suum Ingobertum, qui fidei prefectum preferret, & vice amborum contra hostes exercitum duceret.* Tum narratis iis, quæ Ingobertus & alii Christiani gessere, subdit: *His gestis, Christo favente, ad fines se se magno cum gaudio & opibus collegerunt. Dein etiam simul obsessa Urbe domum repedarunt.*

Dertosa iterum a Christianis obsessa.

I. Qui obices pacis immissi.

SEquitur annus Redemptoris octingentesimus nonus secundæ inchoatæ Indictionis, idemque tertius numeratus, ex quo restituto Josepho Oeconomo Constantinopolitanæ Ecclesiæ, Theodorus Studita cum suis a communione Nicephori Patriarchæ abstinuit: cum & ab eodem Patriarcha Synodus ea de causa celebrata est, & ipse Theodorus, aliique ipsi inhærentes, in exilium missi sunt. De his singulis narrationem ea rerum ordine instituturi, primo loco ejusdem Theodori hoc anno tertio a receptione Oeconomi datam epistolam ad Nicolaum Chartularium describemus; deinde agemus de Synodo adversus eosdem habita, deque sanctorum exilio postremo loco dicturi sumus.

Quod enim magis magisque increbuissent perturbationes ex separatione Theodori, & aliorum a communicatione Nicephori, & alii alia dicerent, jactarentque alii, neque Theodorum quieturum fore, etiamsi receptus profanus Josephus ejiciatur, sed contra Nicephorum Patriarcham denuo prœlium conversurum, immo & contra defunctum prædecessorem Tarasium æque bellum instituturum: cum ista rescisset Theodorus, ipse ad amovendam omnem hanc inani studio concitatam suspicionem, ad Nicolaum Chartularium reddit epistolam, qua in primis significat, quam maxime optet pacem Ecclesiæ, quamque sit erga Nicephorum Patriarcham bene affectus. Ipsa autem epistola sic se habet (a):

(a) Theod. Stud. lib. 2. ep. 32. Cod. Colum.

Nicolao Chartulario.

II. *Suspicabar quodammodo magnam pietatem tuam, domine desideratissime, alienio re animo esse ab humilitate nostra ob causa alicujus interventum. Sed revera hoc tempore ostendisti, vacuam omni odio esse venerandam animam tuam, plenamque adeo omni pietate; quando te promptum, ac paratum docuisti, ut pacis Ecclesiæ Dei studio statim ac primum hortati sumus, applicares te ad conjunctionem sanctissimi Patriarchæ nostri. Hoc indicium sinceræ amicitiæ: hoc proprium hominis Deum timentis: hæc aperta fides zeli veritatis. Itaque retribuet tibi Dominus, tametsi nihil fiat, integram justitiæ mercedem. Non enim ex rerum exitu, sed ab earum intentione, seu laudabili, seu secus, solet Deus præmia decernere facientibus. Lucratus ergo es temporis puncto non aurum, & argentum, sed juges thesauros cœlestis retributionis. Oramus autem, & hortamur amplius, ut pergas in cœpto, ut tu quidem thesaurum prædivitem acquiras, & nos humiles Patriarchæ conspectu fruamur, aut potius ut Ecclesia Dei tua opera pacem adepta, multas tibi laudum coronas nectat. Et quorsum plura?*

III. *Quoniam autem jussisti significare nos, quid sentiat humilitas nostra: jam sine fuco excellentiæ tuæ coram Christo, qui occulta novit, significamus. Nulla nobis est cum Patriarcha de communione dubitatio præterquam Oeconomi causa, eo quod depositus sit per sacros canones. Et quando prohibebitur a sacro ministerio, sicut ante Dei beneplacito, & sanctissimi Patriarchæ, piorumque dominorum nostrorum; nimirum quia Oeconomus est, & honorem gerit, tum protinus & simul sacrificabimus, & communicabimus, & manum porrigemus, nihil inquirentes de triennio hoc, quo cum eo sacrificavit operatus est, pacis studio; neque id metu aliquo sed communis utilitatis, & salutis gratia. Sileant enim linguæ mendaces adversus Dei pacem incitatæ, ut dicant, nos postquam dejectus sacerdotio fuerit Oeconomus, accusationem aggressuros Patriarchæ nostri, ut qui cum deposito jam sacrificavit: deinde etiam decessores sanctissimi Patriarchæ. Labia dolosa, quæ hæc loquuntur, calumniatorum, invidorum-*

Anno Eræ Hisp. DCCCXLVII. Anno Hegiræ CXCIV. inchoato die 15. Octob. fer. 7. A.C. 809.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6301.

☉ 6. G. ☽ 12. P. 8. April. Indict. 2.

JESU CHRISTI 809.

LEONIS III. PAPÆ. 15.

CAROLI IMP. 10.

NICEPHORI IMP. 8.

I. ANum. I. ad XLIX. Sanctus Nicephorus Patriarcha Constantinop. postquam Sancto Tarasio successit Synodum Byzantii congregavit: *Et per dispensationem, Josephum Presbyterum & Oeconomum Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quem defunctus Tarasius propter conciliatas incestas nuptias Constantini Imp. filii Irenes deposuerat, in Presbyterum recepit,* ut legitur in Libello Synodico Synodum Costantinop. anno DCCXCV. indictam exhibente. Alia Synodus in eadem Urbe hoc anno celebrata adversus Sanctos Theodorum, Platonem, aliosque, qui ob restitutum Josephum a communione Nicephori Patriarchæ se se segregarant. De qua pluribus agit Baronius, & quæ crudelia atque deformia adversus Sanctos Monachos gesta sint, fuse ac solide enarrat. Theodorus porro, aliique Sancti Monachi ob Imperatore in exilium missi, *mense Januario, Indictione secunda*, ut anno superiori ex Theophane diximus, quo ideo mense Synodus ista habita.

Synodus Constantinop. adversus S. Monachos habita.

runque inventum, & qui sanari nolint infectam volunt Ecclesiæ. Nullo modo Absit: Et Patriarcham, qui præcessit, suscepimus, & suscipimus, eoque ad mortem usque cum eo communicabimus: & sanctissimum, qui nunc est, Patriarcham suscepimus, & suscipimus: pro eo etiam offerimus quotidie.

IV. *Arceatur a sacris Oeconomus, qui adulterum coronavit, & nos (ut ante diximus) cum eo communicabimus, si jubet, in Ecclesia Catholica, juxta gradum nostrum unusquisque. Quod quidem si fiat, gaudium in cœlo fuerit, pax in Ecclesia Dei, quæ apud nos est. Cedet schisma, & concordia palam nitescet, Archiepiscopus noster laudibus ornabitur, adeo ut ad posteros transeat ejus encomium: potentissimi Imperatores una cum pretiosis infulis suis Angelica etiam laude coronabuntur. Sacerdotes (a) induent justitiam, multoque magis sancti (monachicum ordinem loquor) cum exultatione exultabunt. Dominus noster quod & quale bravium accipiet? Quid jucundi non accedat? Dicimus & hoc: Oeconomus ipse celebrabitur, & laudibus efferetur; magnamque hoc pacto misericordiam consequetur tum in hoc, tum in futuro sæculo. Et nos peccatores substrati, & adorantes, & gratias agentes re, ac verbo, congruentia Archiepiscopo præ omnibus (ut debemus) deferemus. Ad bonum autem faciendam fidem, scriptam declarationem prolixam offerimus, ut nisi postquam a sacrificio cessarit, sicut antea confestim accedamus, & communicemus. Sit in manu vestra sententia, si quid vultis; & nobis loqui amplius non liceat de hoc negotio. Et ecce non Angelus, non homo, sed Dominus ipse, qui ad te per nos transit, & impellit, & hortatur.* Hæc filius pacis, & pacem quærens, pacem petens, & nidificans in pace columba.

(a) Ps. 131.

V. Verum cum ista Theodorus scripserit, nullum de his responsum accepit, sed congregatum est ab Imperatore conciliabulum, in quo una cum Episcopis considerent magistratus, omnia in gratiam Imperatoris facientes: ut plane non fuerit dicendum Concilium in Spiritu sancto legitime congregatum, sed proditorum carnificina, quam quidem & alio infami nomine idem Theodorus in epistola ad Eupreplanum appellat mœchosynodum. Sed jam accipe quid de eo idem dicat Theodorus in historia, quam texuit de sancto Platone: *Postremo (ut summatim rem perstringam) fratrum societas noctu abrepta est, & in carcere conclusa. Quo facto, Synodo constitutus est dies, in quo vir ille sanctissimus Plato a militari manu una cum tribus aliis, velut maleficus quispiam, ad ipsam Synodum ductus fuit. Miserabile certe spectaculum, senem videre propter imbecillitatem ingredi non valentem, sublatum portari catena vinctum, qua ipsi ut pedes circumdabantur, & ab aliis humeris in alios, velut piaculum quoddam indecora trajectione transmitti. Hei mihi: hæcne fuit ordinationis Synodo congruentis ratio? Hæcne Imperii existimatio? Quæso qua in re sunt hæc illis inferiora, quæ latrocinantium insidiis, & tyrannice imperantium violentia olim patrata sunt?* Hæc de Synodi ordinatione Theodorus, qui & in epistola ad Anastasium (b) numerosam hanc Synodum appellat: *in qua inquit, tres maximæ dignitates considebant.* In eadem vero epistola plura intexit, quæ in hac etiam Synodo facta sunt, quæ audies, cum inferius hoc itidem anno reddituri sumus. Intelligis quam procul a fastu Theodorus abhorruerit, cum aliena, nempe S. Platonis certamina describens, & coronas retexens, de se ipso verbum nullum inseruit, licet esset omnium coryphæus, & Confessorum antesignanus.

Synodus Constant. contra Theodorum & ejus socios dicta Mœchosynodus.

(b) Theod. ep. 48.

VI. Tempus Synodi. Quod autem ad Synodi tempus spectat (ut hoc non prætereat) hoc anno mense Januarii, Indictione secunda habitam esse Theophanes tradit, cum de ipsa hæc ait: *Tunc Nicephorus Imper. occasione percepta, cum Episcopos, & Egumenos congregasset, Synodum adversus illos celebrari præcepit, per quam a monasterio, & urbe dejecti, exilio sunt destinati, mense Januario, Indictione secunda.* Hæc Theophanes.

Decreta Pseudosynodi. Sed quæ in hac pseudosynodo statuta fuerint, videamus, & qui potuerint esse canones talis conventus. Recenset eos ipse Theodorus epistola, quam ab exilio scripsit ad Leonem Romanum Pontificem, quam suo loco redditurl sumus, necnon in epistola ad Euprepianum. Porro ejusdem conventiculi decreta ista fuere. Primumque illud, quo anathemati subjicerent omnes, qui ipsorum errori non adhærescerent, quo (inquit Theodorus) canone universam Catholicam Ecclesiam condemnarunt.

VII. Decretumque insuper fuit ut conjugium Constantini cum Theodote, vivente adhuc legitima conjuge, quam detruserat, in monasterium, ex dispensatione dici deberet legitimum. Ad hæc etiam addiderunt decretum illud nefarium plane & pudendum, nempe leges divinas adversus Reges nihil posse. Haud dubium fuisse liquet istam Imperatoris sententiam. Adhæc illud adiecere: Ne qui pro veritate, ac justitia usque ad sanguinem restitissent, eos Præcursorem, vel Chrysostomum imitatos dicerent. Præter hæc etiam turpe illud: Episcoporum unumquemque in sacros canones præter

ea,

æa, quæ in illis statura sunt dispensando potestatem habere, pronuntiarunt. Hæc reciat Theodorus ab Imperatoria ista Synodo fuisse decreta Novatoribus congruentia, qui tanto legislatore, Nicephoro sceleſtissimo glorientur, ut volent. Sed quæ tam fœda, & enormia ista decreta sint sequuta tristia, atque crudelia illata in servos Dei ab Imperatore audiamus, atque primum quæ de sanctissimo sene Platone ipse referat Theodorus, qui ait:

VIII. Persecutio adversus Sanctos monachos.

Sed ut quæ in medio sunt, ea velut ludicra quadam prætermittam (illa enim historiæ modum implere possunt) exilium jam decretum fuit: & pater ipse circumscriptus est in una quadam insula ex his, quæ ante urbem sunt, quemadmodum & frater noster, Josephus Archiepiscopus Thessalonicæ *in alia quadam valde aspera, & munito quodam carcere ad exilium accedente. O rerum mutationem! Monachis ipsis humaniores extiterunt hi, qui communi vita utuntur, & privati homines veritè non sunt jaſtum ferre judicium, quod judices debuissent. Manifestum enim erat iniquum illud facinus. Missum facio balneum illud, in quo Imperator ipse militari acie omnium fratrum societatem invadens, tum ex monasterio illo singulos suæ voluntati subiicere conatus esset, spe deceptus, suo enim Imperio fortiores illos esse cognovit, qui divina lege nitebantur. Missos facio carceres in monasteriis constitutos, & monasteriorum præfectos carceris duces factos, hisque, quos clausos tenebant, plura quam jussi fuerant, tormenta inferentes. Prætereo quæ postea consecuta sunt: quo tempore multi abducti, & in alium locum translati, persecutiones, inquisitiones, disjunctiones, atque exterminationes pertulerunt. Quo tempore multa, & ingentes minæ, iræ, interrogationes, & responsa, multaque per omnes urbes investigatio facta est, nec ubi aliquis fratrum lateret, adeo ut nonnulli præ timore persequentium, in terræ foraminibus sese abdiderint, ut servari possent.*

Hæc autem omnia ejus rei causa facta sunt (rursus enim præ admiratione eadem tractare cogor) ut qui adulteros illos contra Evangelium, & Præcursorem Joannem coronaverat, quasi salutarem aliquam dispensationem Ecclesiæ attulisset, impune rebus sacris præesse posset: quique illum Evangelicis præceptis obtemperantes non admitterent, exleges, & a Deo alieni haberentur. O divinas leges contemptas! o persecutorem acerbissimum, Christiani nominis appellationem habentem, & Christi leges conculcare gestientem! Quid ita insanus factus es, stolidus, atque immitis una cum Leone Isaurico scilicet tibi comparo? An non vides, contra invictas Dei leges te armari, quas nemo ex his Imperatoribus, qui umquam fuerunt, superare potuit? quinimmo quicumque se, ut nunc tu, his ipsis legibus adversarium ostendit, jure optimo periit.

IX. S. Plato quæ passus ab Imp.

Sed quonam modo Dei servus abductus est? Ad illum enim ipsum redeo. Rursus translatus, rursus distractus, & a duabus hominibus huc, & illuc protrusus, eo quod non amplius progredi posset, trahebatur, & ita distractus vexabatur, ut iniquum illud facinus vel ipsis lapidibus sensus expertibus lacrymas movere posset. Hujus rei testis est celebris illius Martyris Mamantis regio, testis est & abrupta illa insula, quæ post primam fratris jam dicti custodiam, pietatis hunc custodem detinuit. O immites, & doloris sensu carentes illorum animos? Sed nescio certe, quo nomine ipsis congruente eos appellem, qui eadem opera monachi, & milites, & carceris erant custodes; qui justum illum virum omnino desertum, tamquam in lacu profundissimo, in cella quadam concluserunt, hominemque jam senio confectum, & morbo vexatum, sub unius cujusdam servi potestate, quem illi rerum terrenarum & Cæsaris servi reliquerunt, ut sanctus vir semel in die, vel bis a ministro viseretur. Quo tempore senex eum rogabat, ut ad necessarium usum corporis duceretur: & iniquus ille servus id ei exprobrabat. Petebat aliquid imbecillitati suæ consentaneum: & perversus ille fores claudebat. Cumque hæc pateretur, nihilominus tamen stabilis permansit; quodque coram Deo, & hominibus confessus fuerat, numquam denegavit. Postea vero quam ejus carceres causa eum in lethalem morbum incidisse, Cæsar audivit, animi duritiem leniorem faciens, in urbem Byzantium ipsum transtulit. Cumque illum eo ipsum transtulisset, parabat se ad id, quod male factum fuerat, corrigendum. Sed quoniam non recto proposito, ac sententia movebatur: quod proposuerat ad finem non perduxit. Siquidem, Deo vindice, a barbaris est interemptus. Sed de his suo loco.

X. Quæ passus Theodorus ab Imp.

Prosequamur modo Theodori ipsius ista scribentis diram, quam una cum suis passus est, persecutionem, a Michaele monacho descriptam, uno ex iis, qui ejus lateri inhærebant. Ita quidem divina dispensatione factum, ut qui ejusmodi scribens certamina Theodorus nihil de se magnificum dixerit, licet pars magna immo potissima esset: alius post ejus obitum ejus præclaras victorias non siluerit, ita narrationem instituens: *Ut enim (*inquit*) vidit impius Imperator, nulla in re Theodorum virum sanctum flecti, nec cedere sibi, nec factis suis assentire: monasterio illum suo, atque urbe pariter extrudit, relegatque in insulam quamdam ex iis, quæ proxima sunt*

Ey-

Digitized by Google

Byzantia, eadem pœna in Josephum fratrem, Plutanemque sapientem decreta, haudquaquam una utrosque custodia includens, sed singulas seorsum, ita ut mutuus eis conspectus negaretur, quod unicum est in carcere solatium. Reliquam vero discipulorum turbam, ut patre sua orbatam vidit, importunis minis aggressus, obscuros etiam in carceres conjecit, addita militum custodia, qui eos custodirent, quoad ipse de illis quæstionem exerceret.

XI. Certamen discipulorum Theodori cum Imp. *Statuta igitur die, adduci omnes, & coram sisti jubet. Tum ipse prior gravi supercilio consident, oculisque ac vultu, totoque corporis habitu latentem animi asperitatem ostentans, separari ante omnes illos jubet, atque in duas partes distribui: Majores & judicio præstantes a reliquis secernens, quo faciliorem sibi concertationem efficiat. Atque hoc quidem prius aggreditur: ita enim expedire sibi existimabat; quoniam cæteros, ut mentis aetate inferiores, secuturos esse non dubitabat. Hos igitur omnibus machinis adoritur, partim rationibus minisque interjectis, partim blanditiis ad durissimum quemque emolliendum idoneis, partim suppliciis, cruciatibusque propositis, si qua tandem via possit a patris partibus abductos, in suas pertrahere. Quos ubi nulla ratione manus dare sensit, sed generosis animis omnes ipsius inanes technas eludere: tum secundos conatus admovet, faciles se adversarios nactum ratus, at nullo negotio expugnabiles. Sic igitur eos alloquitur: Quicumque, inquit, Imperatori parere vultis, & cum Patriarcha, cleroque sentire: transite ad partem dexteram. Quotquot vero animis, & sententiis obsequi recusatis: ite in sinistrum, ut hinc appareat, quinam nobiscum sentiant, & quinam in nos sint contumaces. Malitiose, & vafre id agens fraudulentus cavillator, ut qui hac ratione consideret, illos loca commutando, ipsas quoque mentes, & consilia mutaturos.*

XII. *Verum invicti illi nihil hic ejus verbis permoti, nec de animi sententia tantillum dimoti, uno ore omnes verum potentem affati sunt: Nos, Imperator, & animos, & corpora, & omnia demum in patris, ac magistri nostri manu, & arbitrio ponentes, nihil minimum, aut maximum quod illi non probetur, non modo facere, sed ne animo quidem versare statuimus. Numquam vobis talia intentantibus obsequemur, nec gestis vestris suffragabimur; nec quicquam prorsus eorum, quæ per vos innovata sunt, amplectemur, præcipue cum magistrum ipsum a nobis sejunctum viderimus, qui & præsens exilium subire maluit, quam causam prodere, & partes vestras sequi. Nobis vero quid accidere gravius possit, quam si canones sacros, quos tanto studio servari convenit, aspernemur, & tam noxiis, & periculosis rebus nos dedamus? non per sancta virtutis certamina, patrisque præcepta, in quibus educati sumus, non cedemus, veritatem non deseremus, vobis non adhærebimus. Specimen nostri, quo animo, ac sensu simus, hac postulat occasio, quam nos sane minime rejiciemus, nec ignavum prorsus aliquid, aut puerile ostendemus, cum germani eorum simus, quorum periculum paulo ante fecisti, germana cum ipsis & facere, & sentire omnia parati.*

Hæc cum illi dixissent, obstupescere animo Imperator, illorumque constantiam atque in adversis insuperabiles animos mirari (admiranda siquidem etiam hostibus ipsis virtus est) præsertim cum imbecilles se nactum arbitratus, primoque impetu prosternendos: fortes contra experiretur, & invictos prorsus ac cedere nescientes. Sed quoniam hos omnes palam modo mulctare, præter quod inutile foret stolidi admodum consilii sciebat esse: satius tum habuit, arcta custodia illos adducere, mule omnino postea tractaturus, & per otium, non simul omnes, sed seorsum singulos quibus vellet pœnis excruciaturus: quamquam illum conatus sane fefellit, vindicta inquam (quæ Dei sunt judicia?) illico persequente. Cum a barbarie (ut dicetur) occisus est. Sed de his rursus inferius, quando & agemus de iterato congressu Imperatoris cum Theodoro. XIII. Imp. vincitur a discipulis Theodori.

Cum autem Theodorus detineretur in exilio, nihil antiquius habuit, quam ad sacram Apostolicam Sedem confugere, eamque in primis de omnibus, quæ gesta essent, reddere certiorem. Legationem itaque ad ipsum Leonem Romanum Pontificem misit, & litteras per Epiphanium Archimandritam: quæ cur sicut cæteræ cum aliis epistolis non reperiantur, in posteriore epistola ad eumdem conscripta ipse declarat; nimirum timore ne reperirentur, eas delevisse penitus. Ipse tamen Theodorus post Epiphanium legavit ad eumdem Pontificem Eustathium pariter monachum, cui has litteras dedit (a): (a) Theod. l. 1. ep. 33. Cod. Columu.

XIV. *Sanctissimo, & summo Patri Patrum Leoni domino meo Papæ Apostolico Theodorus minimus presbyter, & præpositus Studitensis.*

Epistola Theodori ad Leonem Papam. *Quandoquidem Petro magno Christus Deus post claves Regni cælorum pastoralis etiam principatus contulit dignitatem: ad Petrum utique, vel ejus successorem quicquid in Ecclesia Catholica per eos innovatur, qui aberrant a veritate, necesse est referri. Quod nos quoque humiles, & minimi a sanctis olim Patribus nostris*

edo-

edocti, postquam in Ecclesia nostra novitas quadam nuper exorta est, & prius quidem per religiosissimum Archimandritam fratrem, & conservum nostrum Epiphanium, & nunc per simplices litteras nostras ad supremæ beatitudinis tuæ Angelum de ea re referre nos debere, arbitrati sumus. Factus est, o divinissimum omnium capitum caput, juxta (a) Jeremiam Prophetam, cœtus revera prævaricatorum, & concilium adulterantium: quod enim ibi propter idolorum fornicationem dictum est, hic per adulterinæ copulæ confirmationem patefactam est. Utrique eumdem Dominum spreverunt, illi per leges, hi per Evangelii transgressionem.

(a) Jerem. 9.

XV. De duabus Synodis ab hæreticis factis.

Nec vero satis illi fuit, quod per priorem conventum in ejus, qui mœchos copularat, receptione, sacrorumque cum eo communioni Parasynagogi (ut divinus loquitur Basilius) facti sunt: sed ut hæresis absolutæ nomen adipiscerentur, in altera publica Synodo eos, qui pravo ipsorum errori non adhæserant, aut universam potius Ecclesiam Catholicam anathemati subjecerunt. Et quotquot hactenus in conspectum venerunt, partim longinquis exiliis mulctantes, partim carceribus includentes, pristinam usitato hic more persecutionem renovarunt. Causam vero suam improba defensione prætexunt; & justificatio ipsis nefarii sermonis usurpatio. Adulterias siquidem conjugii conjunctionem dispensationem esse decernunt: in Regibus nihil posse divinas leges definiunt: Eos, qui pro veritate, ac justitia usque ad sanguinem restiterunt, ut Præcursorem, & Chrysostomum, imitari vetant. Episcopum unumquemque in sacros canones, præter ea, quæ in illis statuta sint, potestatem habere pronuntiant. Quare si quem forte sacris initiatum contingunt, clam, palamve canonum, per quos depositio irrogatur, reum teneri, hanc sola volentis auctoritate, depositionis sortem manere. Quorum omnium testis est is qui variis canonibus aliis obstrictus tenetur, adulterii copulator, una cum ipsis publice ministrans. Testes ii, qui dum iniquitates tamquam dispensationes faciunt in eo ipso tum alios, tum seipsos sanctos vocant, & eos, qui illas non admittunt, velut a Deo alienos anathemate feriunt. Testis demum hic nata persecutio.

XVI. (b) Joan. 2.

Petiit enixe a Leone Pap. auxilium.

Quid igitur ad hæc, o beate dicendum est, nisi Apostolicum illud (b): Nunc Antichristi multi facti sunt, si divinis legibus & canonibus omnes homines subditi non sumus? His ergo a simplicitate nostra sine fuco expositis, vocem nunc illam, quam coryphæus cum reliquis Apostolis Christo emisit, cum maris fluctus excitarentur, apud Christi imitatricem beatitudinem tuam adhibemus (c): Salva nos, Archipastor Ecclesiæ, quæ sub cælo est, perimus. Imitare magistrum Christum, manumque Ecclesiæ nostræ porrige, sicut ille Petro; nisi quod ille incipienti in mare mergi, tu autem jam mersæ in hæresis profundo. Æmulare, precamur, cognominem tibi Papam, atque ut ille, pullulante tum hæresi Eutychiana, leoninum in morem spiritu experrectus est, ut omnes norunt, dogmaticis suis epistolis: sic & tu (dicere audeo) juxta nomen, quod geris, irrugi divinitus, vel potius intona contra præsentem hanc hæresim, ut decet.

(c) Matt. 8.

Abfque Rom. Pont. non cogenda Synod.

Si enim isti, arrogata sibi auctoritate, hæreticam Synodum cogere veriti non sunt, qui ne Orthodoxam quidem absque cognitione vestra (ut antiquitus mos obtinet) cogere potuerunt; quanto æquius usque adeo necessarium fuerit (cum timore suggerimus) a divino tuo principatu legitimam Synodum convocari, ut Orthodoxum Ecclesiæ dogma hæreticum excluderet: & neque suprema dignitas tua cum Orthodoxis omnibus anathemate notetur a novis nugatoribus; neque iniquitatis porro classicum adulterinam hanc Synodum nacti, quibus id placet, in peccatum facile proiabantur.

XVII. Optat litteras a Pontifice.

Hæc sicut parvitati nostræ conveniebat, ut minima Ecclesiæ membra repræsentantes, & divino pastorali vestro principatui parentes: obsecramus de cætero sanctam animam vestram, ut nos ceu proprias oves reputet, & sacris precibus suis eminus illustret, atque confirmet: quod si etiam documentis, tuæ id fuerit divinæ benignitatis, quemadmodum & Christus ad Abgarum scripsit, & multi etiam de subditis digni habiti sunt, qui ab Apostolis, Sanctisque acciperent litteras. A me autem solo peccatore, & in carcere detento mittitur hæc epistola, propterea quod pater; Plato scilicet, & conservus meus inclusus, & Thessalonicæ Archiepiscopus germanus noster in aliis insulis pariter custodiantur. Ipsi nihilominus per me, & mecum eadem dicunt, & sacris beatitudinis tuæ vestigiis advolvuntur. Hucusque Theodorus ad Leonem Romanum Pontificem.

Qui quidem primum superioribus illis ab eodem Theodoro per Epiphanium datis Leo Pontifex acceptis, ad eumdem Theodorum litteras reddidit Apostolicas, paterno amore plenas, licet non extent illæ quidem, sed eas ejusmodi fuisse, redditæ literæ ad ipsum a Theodoro (d) declarant, quibus adversus errorem, novumque dogma fortissime disputat. Datæ vero istæ habentur in primis sancti Platonis nomine & Theodori, quantumlibet illi (ut ipse testatur) essent in carcere ab invicem separati; quod fortasse id accidit, eo quod ad ambos inscriptas ipse Leo eas, quas diximus, litteras de-

(d) Theod. l. 1. ep. 34. ex Cod. Columm.

disset. Magni momenti rem agunt: siquidem patefaciunt nefandam obortam hæresim eorumdem, qui errorem mordicus adeo tenentes, defanderent dispensationem (ut ajebant) legitime factam super adulterio: hancque Mœchianorum appellant hæresim: itemque se ipsos purgant apud eumdem Leonem Pontificem, de his, quæ accepisset ille, ipsos cum quibusdam hæreticis admisceri. Epistola autem sic se habet (a):

(a) Ep. 34. ex Cod. Column.

XVIII. Epist. posterior ad Leonem a Theodoro Stud. data.

Æquali Angelis beatissimo, & Apostolico Patri Leoni Papæ Romæ, Plato inclusus, & Theodorus presbyter, ac præpositus Studiensis.

Magnum revera nobis humilibus & summi voti opus fuit, quod digni habiti sumus, qui ab Apostolica beatitudine vestra salutationis allocutionem, & sacrorum ejus, qui a spiritu moventur, sermonum significationem acciperemus per conservum, ac filium nostrum Epiphanium; & hæc inclusi licet teneamur ab hæreticis, atque ita ut tabellarium ipsum oculis conspexerimus. Quamobrem lætitia exultavimus, gavisi sumus, Domino gratias egimus, qui divinis illius precibus ea, quæ spem nostram superabant, nobis indignis miro modo largitus est, ita ut propemodum sacram ejus formam per interjectas voces videre nobis videremur. Verum illa quidem ad Christi exemplum nos humiles affata est, & mentes nostras recreavit, imbecillitate corroboravit, languentesque confirmavit, suis nos quasi perungens caput nostram excedentibus consolatoriis, monitoriisque sermonibus, in Fide Orthodoxa constanter ad finem usque manere persuadens, quod utinam propitiis ejus precibus ita nobis contingat. Nos vero nihili homunciones recte haberi existimavimus, sicuti antea per hunc fidissimum tabellarium nostrum, & postea per Eustathium alterum filium nostrum, ita etiam ad eumdem consentanea referre.

XIX. De Pseudosynodo Mœchianorum.

*Synodus, a beatissime, apud nos publica celebrata est, iis etiam, qui magistratus gerunt, una confidentibus, & Synodus ad condemnationem Evangelii Christi, cujus tu claves ab ipsomet accepisti per intermedium principem Apostolorum, & successores usque ad eum, qui sanctissimum caput tuum antecessit. Et quomodo hæc sustineat Dei imitatrix æquitas tua? Inclpiamus enim a lege, & Prophetis, & quidem (b): Non mœchaberis, inquit, Non loqueris falsum testimonium, Non assumes nomen Dei in vanum. Et * Jeremias (c). Stultus, ait, & insipiens, qui tenet adulteram. Malachias vero (d): Labia sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est. Transeamus ad Evangelium (e): Quicumque (inquit) dimiserit uxorem, & aliam duxerit, mœchatur. Et (f): Quos Deus conjunxit, homo non separet. Quanta vero sit differentia legis, & gratiæ, ex ipsis Domini verbis discimus qui ait: Et ecce plusquam templum hic. Deinde ex verbis Apostoli, dicentis. Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione, duobus, vel tribus testibus, moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcarit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, & spiritus gratiæ contumeliam fecerit?*

(b) Exod. 20.
* Proverbio.
(c) Prov. 18.
(d) Mal. 2.
(e) Matth. 19.
(f) Matt. 12.

Hæc igitur cum ita se habeant, isti nefaria lingua Domino reluctantes, legis, atque Evangelii solutionem, id est, hujus nuper Imperatoris adulterium, qui legitima ejecta, mœcham induxit, & hac ipsa majorem iniquitatem, adulterorum scilicet conjunctionem, propter falsum testimonium, quod adversus Deum locuti sunt, ejus nomen in illicita actione inter sacra mysteria usurpantes, victricesque de Christo coronas adulteris imponentes, in ipsa divinorum munerum participatione, quibus quidem velute communibus, & pollutis contumeliam fecit adulteri copulator, Angelum sa non Dei omnipotentis, sed principis mundi satguæ re ipsa declarant, omnesque una, qui huic transgressioni cooperando, eamque approbando, partem suam cum adultero, & adulterè copulatore posuerunt, salutarem Ecclesiæ Dei dispensationem appellarunt; adeo firmam illam, & apud Deum ratam, ut eos, qui ipsis non cesserunt, Synodice anathematizarent, additis carceribus, aliisque suppliciis, propterea quod fateri nolent, sanctum opus fuisse ejusmodi dispensationem. Audi cælum, ait Isaias (g), & auribus percipe terra, quæ satanas molitus est. Si enim ex Dei voluntata, ac nutu cætus ille, & anathematis pronuntiatio: Dei profecta lex non est, nec Prophetæ, cum quibus & Præcursor, qui adulterum reprehendit, nec Evangelium, contra quod isti suam illam tantopere adamatam dispensationem fecerunt. Nam si ejusdem esse, ajunt, alterum duorum necesse est, aut mendacem Christum statuens, qui olim quidem in Prophetis locutus est, & legem dedit, nunc vero per seipsum in Evangelio: aut veracem, uti certe est ipsa veritas, ipsos vero mentiri, & Dei criminatores consequenter ostendi, atque ideo anathematis, quod contra Christum, Sanctosque protulerant, reos esse, ut qui adulterium, adulterorumque copulationem, & adulterorum communionem, Dei, ejusque Sanctorum dispensationem esse confirment. Nec est profecta, quod aliter dici queat.

XX.

Urget Mœchianos Theodorus.

(g) Isai. 1.

XXI. *Non enim est personarum acceptia apud Deum, sicut indicant Mœchiani, qui ejus leges omnibus ex æquo positas negant, sed in Regibus cessare eas, comminiscuntur.*

Et

Digitized by Google

Quid Mæchiani hæretici delirabant.

Et ubinam est Regum Evangelium. Sed impie illi valde prorsus egerunt, non intelligentes quod Deus personam hominis non accipit, quemadmodum testatur (a) Apostolus, neque quod idem per unum e Prophetis ipsos increpans ait (b): Vos non servastis vias meas, sed accepistis faciem in lege. Numquid non Deus unus creavit vos? numquid non Pater unus omnium vestrum Salomon autem his verbis: (c) Audite Reges, & intelligite. Et post alia: Quoniam cum essetis ministri Regni altissimi, non recte judicastis, nec custodistis legem, neque secundum voluntatem Dei ambulastis, horrende & cito apparebit vobis, quoniam judicium durissimum in his, qui præsunt, fiet: non enim subtrahet personam cujusquam omnium Dominus. Jam vero, quod & totum Evangelium suis illis nefariis ausibus violarint, o sacrum, & divinum caput, manifestum est: siquidem peccatum unum sufficit ad evertendam totam legem. Omnia enim mandata mutuo connexa sunt, & sibi cohærent (sicut ait magnus Basilius) ita ut uno soluto, reliqua etiam solvi necesse sit. Quod quidem ille non ex seipso, sed a Christo dixit in ipso loquente (d): Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis, hic minimus vocabitur in Regno cælorum. Et beatus Jacobus (e): Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus. Solverunt itaque vetus, & novum Testamentum, o beate, solutis non minimis, sed maximis quibusque Domini mandatis, legem adversus Evangelicam legem promulgantes miseri, Regum voluntatem Deo anteferre cum voluerint. Volunt autem alii aliud, & alius aliter, ac proinde eversio fit omnium usque ad Antichristum. Unde merito quæ apud illos a satana dispensatio dicitur, Antichristi præcursio vocabitur.

(a) Gal. 2.

(b) Malach. 2.

(c) Sapien. 6.

(d) Matt. 5.

(e) Jac. 2.

XXII. De canonum enim prævaricatione quid attinet loqui? Cum enim ab Evangelio ipso aversi discesserint: otiosum est de illis curare. Ac Deus quidem per Prophetam sic ait (f): Dabo clavem domus David super humerum ejus; & aperiet, & non erit qui claudat; & claudet, & non erit qui aperiat. Inimici autem Dei quæ ille aperuit, clauserunt, dum in noxios deposuerunt, ut ipsis quidem visum est, sed non Deo; quæ vero clausit, aperuerunt, eos, qui depositionis pœnam divino judicio meruerunt, honoribus restituentes: atque ut semel dicam, sacris canonibus ad omnia, quæ arrident & placent, tamquam ministris, & famulis pro arbitrio semper abusi sunt.

(f) Isai. 22.

Hi sunt Mæchianæ hæreseos impii, & injusti conatus, hæc opera; quæ nos, ut minimi filii Ecclesiæ tibi, primo omnium Apostolico capiti nostro nuntiare, necessario optavimus. Ejus est de cætero, quæ Deo sunt placita, excogitare, & facere, Spiritus sancti ductu, a quo ut in aliis, sic enim in hoc quoque regitur, & gubernatur. Quin etiam Sanctorum, quibus idem zelus fuit, exemplo, eo adduci, ut a se dictatas, & divinitus exaratas litteras ad nos mittere dignetur, sicut nunc opulenta & meritis nostris majora ejus munera, eulogiasque accepimus.

XXIII. Se purgat de calumnia S. Theodorus.

Retulit porro nobis idem frater noster Epiphanius, o divinissime vertex, se expostulationem ejus suscepisse propter Barsanuphium, Esaiam, & Dorotheum hæreticos; quod eos scilicet pro Catholicis recipiamus. Et valde mirati sumus, si nos humiles, qui pro recta fide patimur, hæreticis adhæreamus. Obturetur os omne contra nos loquens, & calumnias submittens. Orthodoxi sumus, quamvis alioqui peccatores. Neque in hoc ab Apostolica fide illuminati discrepamus. Omnem Synodum Oecumenicam, & Localem approbatam, veritatique congruentem cum sanctis eorum canonibus amplectimur, omnem hæresim & hæreticum detestantes atque anathematizantes. Anathema Barsanuphio, Esaiæ, Dorotheo, & Dositheo, quos S. Sophronius anathematizavit. Sed & si quis alios eorum cognominis pariter hæreticus, eorum hæresim, vel aliam quamlibet sequens, sive Episcopus, sive monachus, vel quicumque demum sit: Anathema esto. Si quis item opportune (ut convenit) omnem hæreticum non anathematizat: ejusdem sortis esto. Nos enim puri sumus ab omni hæretica opinione sanctissimis precibus tuis, religiosissime.

XXIV. Excusat Epiphanium tabellarium.

Denique hoc etiam significamus, tametsi in epistola, quam per Eustathium fratrem misimus, non significatum sit: nec sacro vertici scripsisse per Epiphanium: nequaquam mentitum fuisse Epiphanium; res enim in hunc modum gesta est. Dederamus illi revera epistolam. Postea vero Imperantium metu tam expunximus. Ipse nihilominus, cum ejus notas teneret, attulit ad sacra illius vestigia, benevole id agens, postquam in exilium acti fueramus. Est enim os humilitatis nostræ. Quare sancta anima tua scandalum ne suspicetur in conservo nostro per omnia fidelissimo. Frater vester Archiepiscopus Thessalonicæ supplicibus cordis manibus beatitudinis tuæ salutationem suscepit, & per nos sanctissimum verticem tuum adorabundus salutat. Hactenus ad Leonem Romanum Pontificem Theodori cum Platone litteræ, quas dedit Epiphanio remittens eumdem iterum Romam, cui & dedit epistolam ad Basilium S. Sabæ Abbatem, illum nempe, qui ignorans, zelo tamen pietatis, in eumdem Theodorum (ut vidimus) dixerat anathema. Verum rei veritate com-

(a) Theod. l. 1. ep. 35. in Cod. Columm.

perta, erga eumdem redditus est propensissimus, ut ad eum datæ litteræ istæ tum suo, tum in primis Platonis nomine judicant, quæ sic se habent (a):

XXV. Theodori epistola ad Basilium Abbatem S. Sabæ.

Basilio religiosissimo præposito, & Archimandritæ Romæ, Plato humilis Inclusus, & Theodorus minimus presbyter, & præpositus Studitensis.

Litteras paternæ sanctitatis tuæ non aliter expectabamus, quam terra sitiens imbrem suum. Et postquam spe nostra frustrati sumus, doluimus, ut par erat vehementer. Attamen cum ex Epiphanio dilectissimo, & fidelissimo filio nostro causam cognovissemus, quod minirum coactus id fecisses non contemptu aliquo nostrum (qui simplices licet, virtutem tuam nihilominus summopere observamus) animi dolorem absterfimus, summumque lætitiam percepimus. Renuntiavit enim nobis, te eumdem esse, qui erga nos semper fuisses affectu, & charitate, quin etiam adversisse potius non parum bonitates tuæ variis modis. Zeli vero, quem pro pietate geris, quanta vis & constantia sit sanctæ animæ tuæ commemoraret, ambas nobis aures implevit. Et benedictus sit Dominus virtutum, qui te in prima omnium civitate collocavit lumen divinitus accensum, verbum vitæ præferentem bonorum operum abundantia: qui linguam tibi dedit divina Fidei Orthodoxæ documenta libere, celsoque animo eloquentem. In quo & te obtestamur, opem ferre Ecclesiæ nostræ, tum tuopte robore, tum apud sanctissimum Apostolicum intercedendo. Etenim viriles vestræ pro veritate concertatio, universa, quæ sub cælo est, Ecclesia, est firmamentum, & qui a vobis uritur zelus, semper totum orbem solet ad ferventem in spiritu sancto fidei nostræ confessionem accendere. Quare consideret religio tua, quanta vobis occasio fidei retinendæ, & quanta laus a Deo cum debitis præmiis vos maneat, illam conservando, & profitendo: quam semper constrvistis & annuntiare non cessetis, divinissimi, & admirandi Patres nostri.

XXVI. *Præterea autem iterum misimus fratrem, & vestigiorum tuorum veneratorem Epiphanium, ut renuntiet ipse de rebus nostris, quemadmodum sanctis precibus vestris recte habeant omnia, gaudentibus nobis peccatoribus, & exultantibus in persecutione, & carceribus, ita ut dicere audeamus: (b) Nobis datum est non solum credere in Christum, verum etiam pro ipso pati, ut excitet vos ad enixius orandum, & pro imbecillitatis nostræ fortitudine, & pro communi utilitate, pro qua nobis sermo est, & ad vos tertio jam repetita deprecatio, non ut e custodia liberemur, quia hanc non ducimus infamiam, sed maximam, & supra merita nostra gloriam: sed ut in commune redundet utilitas, tametsi ex eusmet simus; semper enim (ut ait Theologus) privatum commodum spernendum est pro utilitate multorum.*

(b) Philip. 1.

XXVII. Per Rom. Pont. ex more damnandi hæretici.

Utile autem fuerit (quod unum est consilium nostrum, & desiderium) per supremum Apostolicum, sicut ab initio semper factum est, Synodice damnari eos, qui contra Evangelium Christi cœtum coierunt, & anathemate illius defensores appetierunt; quod adulterium, & adulteri conjugium, & adulterii patrocinium mox receperint tamquam dispensationem Sanctorum, sicut Mœchiani statuerunt e Sanctorum nomen dantes injustis; quoniam nullus Sanctorum partem posuit cum adultero, atqui, & adulteros coronaverit, & divina eis dona tradiderit, quando nec igni, tectove, quamvis Reges essent, impertiendos docuerunt. Quid autem quod Deum ipsum contumelia affecerunt coronariis illis mysteriis, & anathema in eum dixerunt, eos, qui legem eius propugnabant, anathematizantes? Quod si hæc non fiant, petimus de cætero precum vestrorum robur, charitatis vinculi confirmationem, rescriptorum auctoritatem: quod omnino præstare dignemini, consolando pusillanimes, imbecilles corroborando, sanctissimi, & desiderabiles, & semper venerandi patres nostri. Hæc Theodorus una cum Platone ad Basilium, atque hactenus de legatione Romam missa per Epiphanium.

XXVIII. Studium Theodori in monendis singulis.

Cæterum etsi vinctus in Domino Theodorus in carcere positus esset, litterarum tamen internuntio ubique præsens erat, hos hortans, illos consulans, & roborans, vel docens: tunc enim scripsit inter alias epistulam (c) ad Euprepianum, & eos qui cum eo erant, in fide stare monens; & aperiens eorumdem hæreticorum errores, eos confutat, sed quod eosdem refellit in dicta posteriori epistola ad Leonem Papam, hic eam prætermittimus recitare. Scripsit & tunc pariter ad Arsenium (d) epistolam, qua diluit argumentationes adversariorum, quibus per dispensationem crimen licitum factum affirmarent.

(c) Theod. l. 1. ep. 36. Cod. Columm.

(d) Theod. l. 1. ep. 36. eod. Cod.

Sed & ad Theophilum præfectum eodem itidem argumento alias (e) litteras dedit, quibus eum cum in unitate persistere cohortatur, objectioni illi respondit, cur ipse Theodorus vocet hos hæreticos, quibuscum haud pridem secreto saltem communicasset, ista subiiciens: *Quod si quærat sanctitas tua, quid causæ sit, cur hæc ipsi ante dispensionem non dixerimus, sed & commemorationem ipsi fecerimus in Byzantina civitate? Hoc habeto. Synodum eo tempore nondum fuisse, nec promulgatum adhuc erat pravum dogma, & anathema. Et ante hæc tutum non erat discedere penitus a prævaricantibus, sed*

(e) Theod. ep. 39. eod. Cod.

Theodorus se excusat.

aper-

apertam illorum solum communionem refugere, & congruenti dispensatione ad tempus commemorare Patriarchæ, & Imperatoris nomine scilicet. *At postquam in apertum nunc erupit impietas hæretica per Synodum: oportet religionem tuam una cum ceteris Orthodoxis libere agere, nec communicando cum hæreticis, nec alicujus nomen commemorando ex iis, qui Mœchosynodo adfuerunt, aut qui cum ea sentiunt.* Ad finem autem ejusmodi colophonem apponens, hortatur eum his verbis:

XXIX. *Quamobrem suggero ut minimus frater, & filius: Nequaquam sileamus, ne clamor Sodomorum simus. Nequaquam terrenis parcamus, ne cœlestia amittamus: Nequaquam scandalum demus Ecclesiæ, Dei, quæ vel tribus Orthodoxis definitur, ex Sanctorum sententia, ne Domini sententia condemnetur, qua dixit (a): Ubi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, in medio eorum ego sum. Neque mea causa infelix hæc dico: Mihi enim (si dicere fas est) vel pro veritate mori, lucrum, gaudium, & vita, si modo sacris precibus vestris confirmer, sed propter veterem inter nos spiritualem dilectionem, & pro communi utilitate. Etenim si Dei Filius, ac Dominus noster se ipsum obtulit pro omnibus Deo: & Patri hostiam: quid debemus nos? Et quantam pro eo pati, ac perferre nos æquum est, monachos præsertim & renuntiatione ipsa crucifixos? si modo revera & non incassum renuntiavimus: quandoquidem non ab externa solum specie diiudicari res debet, cum multi personas sumant, & non sint id quod esse videntur, sed ab operibus ipsis species externa. Si ergo monachi sunt illi, his temporibus: factis ostendant, Monachi autem munus est, at nec tantillum sinat in Evangelio innovari; nec exemplum laicis præbentes hæreseos, atque hæreticæ communionis rationem reddant illorum perditionis.* Hæc ipse.

(a) Matth. 18.

Theodori vehemens exhortatio.

XXX. Verum cum ejusmodi Theodori epistolæ circumferrentur, quibus Synodi illius errorem jam esse conversum in hæresim, constantissime affirmaret: non ab adversariis tantum, sed ab aliquibus ex iis, qui prius ipsi adhærescere visi erant, contradictum est, inter quos unus Athanasius fuit, ad quem idem Theodorus ea ex causa epistolam scripsit, hic necessario recitandam, quo omnibus innotescat, quibus niterentur adversarii rationibus ad purgandum perpetratum facinus, quibusve Theodorus, & factum vere hæreticum, & eos, qui fecerunt, hæreticos esse demonstret. Aurea quidem ipsa, ut quæ plurimorum Confessorum coronas recenseat, & docta disputatione hæresim palam ostendat. Sic enim se habet (b):

Impugnatur sententia Theodori.

(b) Theod. lit. ep. 48. ex Cod. Columne.

* filio.

*Athanasio * fratri:*

Magna cum patientia legi litteras tuas frater carissime, & obstupui ad repentinam mutationem tuam. Mitto priora illa, quod coram cum mecum esses, hæresim esse confessus es Mœchianicam falsam opinionem: postea etiam cum Pentalogum legisses, quintuplicem eum lucem esse, pronuntiasti: Nunc vero (ut apparet) impugnandam tibi illam sumis: totam orationem tuam pristinæ illius ignorantiæ tuæ similem, ac multo etiam magis infestam humilitatis meæ dictis effutiens. Et quidem si verba mea essent, quia obscurus sum, nihil mirum esset: cum vero ex Domini voce, Apostolorumque, & Prophetarum, a Patribus etiam Deo plenis demonstratum sit, hæresim esse gravissimam: videat prudentia tua, & quisquis alius est, qui tecum sentiat, quo redigendi sitis. Argumenta enim illa, quibus hæreses non esse contenditis, ignoscite, non ex Domini verbis, neque ex ore sancto deprompta sunt, sed (ut cum Propheta loquar c) ex terra clamantium, & ex legibus alienis multitudineque omnia humano meta loqui permissa.

Theodori epist. ad Athanas. monachum.

(c) Isai. 29.

XXXI. *Ait enim, amicos omnes, ac pios, doctos juxta, & indoctos insanire, cum hæresim esse audiunt, hæc contra opponenter: Cum adversetur nemo, dicatve mœchari, & sacrilegos absolvere: quomodo hæreticos illos appellabimus? Transgressores enim mandatorum Domini, & conculcatores canonum divinorum, & sacrilegos, æquum est appellare eos scilicet? non autem hæreticos.* Hæc ille, ad quæ Theodorus: *Qui ergo possimus, non obstupescere primam diligentiam vestram, quæ eadem atque illi identidem producit in medium, & vera inde responsa refert, quæ pueris ipsis persuadere possint? Deinde rursus eadem velut oblita, quæ prius audivit, profert cum acriore controversia, & reprehensione nostra, qui hæresim esse immerito affirmemus? Hoc inquam est, in quo demirari nos cogitis. Quod vero ad ipsos adversarios attinet, hoc dico: Quo pacto, quod Synodice promulgarunt, quod confirmarunt sub eorum anathemate, ipsorum, qui dogmati se opponunt, hoc est, ipsorum dispensationi, quod etiamnum quotidie factis ipsis docent, id prædicare, & docere se negant? Quam igitur ob causam ego humilis inclusus hic teneor? Cur inclusus pater meus Plato ærumnis affectus est, ab aliis segregatus primum, deinde in eum detrusus locum, ubi nunc est?*

Probatur esse hæresis Mœchianorum sententia.

XXXII. *Cur Archiepiscopus Thessalonicæ, Josephus scilicet ipsorum judicio depositus, & in eas angustias redactus, ut cibum certa mensura caperet, ministris imperio adstrictis, tum in palatio inclusus, ut nuper etiam in exilium ejectus? Cur reverentia tua cum fratribus custodiæ tradita Thessalonicæ, & Theosostus præpositus*

ex

Digitized by Google

ex eodem civitate pulsus cum discipulis, & alter ibidem præpositus immodice diverberatus? Cur Naucratius, & Arsenius fratres arcta custodia hucusque detinentur, porique modo Basilius, & Gregorius? Cur Stephanus ille virtutis amans præpositus cum discipulis quinquaginta seu exactus monasterio, cum una cum centum & decem & cum eo, qui Episcopus ante fuerat, Mœchosynodum tamquam Evangelii infractricem anathemate damnasset, sicut missæ ab eo, litteræ testantur? Cur Antonius religiosissimus præpositus in custodiam apud Amorium datus, cum eodem quo superior modo Mœchosynodum una cum fratribus suis anathematizasset? Cur Æmilianus frater a Nicomediensi in Thyniam vinctus ductus est, verberibusque, & ludibriis affectus, direpto ab iis, qui irruperant monasterio, proinde ac si hostium spolia fuissent? Cur in Chersone persecutionem passus Leo pissimus Episcopus, Valclades cognomento & Antonius reverendus præpositus cum aliis duobus custodia septus? Cur in Lipara insula ultra Siciliam posita fratres nostri in custodia detenti? Cur Latojus in Chersone retentus, indeque sub custodia ad Imperatorem missus, tum Byzantii iterum in carcerem missus, & alii pariter in monasterio detenti?

XXXIII. Dicam rursus de nobis tribus. Cur ad Agathi nobis illa per Spatharium ab Imperatore denuntiata? Vos anathematizati estis, & a Synodo depositi. Cur illa ad S. Mamantem custodia, nobis tribus segregatis? Cur eodem advenerunt iidem Spatharius cum tribus, qui ab adversario depositionis, & excommunicationis nostræ tabulas iterum offerebant, ut audiremus, tametsi aures occludebamus? Cur nos alii alio relegati, & conclusi, tum Oeconomus, tum Arsenius fratres: alii ad duodecim ab urbe Constantinopoli millia passuum pulsi, adeo ut quidam in spelunca delitescant, quo nobis ministrent, laica veste induti: alii tota die in speluncis lateant, & quia interdiu comparere non audent, noctu inter se concurrent? Cur quotquot a militibus inveniri poterant, rapti, & in carceres conjecti, deinde ab urbe projecti fuerunt? Atque ut tertia ipsa perstringam: Cur Studitanum monasterium a militum manu subito immissa occupatum, ita ut respirare nobis vix liceret, & Nicææ, & Chrysopolis Episcopi eo adventantes, ut adulteri copulatorem susciperemus, velut qui a præcedente Patriarcha jussus, adulterii copulationem peregisset? Et quoniam, ajebant, Sanctus qui jussit sicut Chrysostomus, Sancti est dispensatio: Quare illum recipite. Cur noctu nos quatuor inde sublati per ducem ac milites, atque ad Simonem, nescio quo nomine appellandum, abducti, & quæ per illum nobis ab Imperatore significata, ut mutata sententia, ab instituto desisteremus, & dispensationem factam agnosceremus? Cur ad sanctum Sergium iterum inclusi, & Simeon eodem iterum profectus camdem ob causam?

Cur per duces repræsentati nos Synodo numerosæ, in qua & tres maxime dignitates considebant? Cur ego humilis contumeliose ibi tractatus, undique obvallatus, illud subinde audiens: Nescit quid nugeris, quid dicat: Cum ego inclamarem: Concidit præcursor, solvitur Evangelium, non est dispensatio. Et ille sæpius iteraret, dispensatio est, atque ita Sancti dispensarunt, & præcedens sanctus Patriarcha. En testes quod ille adulterii copulationem præceperit, quamquam illi non sic eam appellabant: quin fremebant, & dentibus stridebant, cum adulteri copulatorem audirent. Cur anathema iis, qui sanctorum dispensationes non admittunt, clara voce denuntiatum, & ego cum Patre meo & Calogero a ducali manu e medio exterminati? Archiepiscopus autem derelictus, atque ob eam solum causam, quod a me rogatus cum Studianis celebrasset, velut communis presbyter, ipsorum sententia depositus: Etenim a Christo & ipso, & sacris canonibus depositum adulterii copulatorem absolverunt, innoxium per omnia pronunciantes, qui & cum ipsis antea sacrificabat. Eum vero, qui deponi per canones non poterat, depositioni addixerunt, suum illud dictum factis confirmantes, posse Episcopos, prout eis visum fuerit, uti canonibus: quod illi quidem perpetuo ita faciunt; nec hoc saltem considerare volentes, si ita res se habeat, posse Episcopos, qui deponunt ab eo, quem deponunt, ipsosmet deponi, ut impleatur Apostolorum oraculum. Hæc nos vobis Episcopis constituimus. Vos vero in eis perseverantes salvi eritis, & pacem habebitis; non obaudientes autem punìemini, & perpetuum inter vos bellum geretis, abjectæ obedientiæ pœnas congruas luentes. XXXIV.

Cur quæ post Synodum gesta sunt? Fratrum per Imperatorem discussio, cum diceret, nos quidem depositos, Synodum vero sanctam esse, & a se obsignatam: quandoquidem sanctorum dispensatio esset adulterina copulatio, & indemnatus qui eam peregerat, eorumdemque cum admitteret illum nemo, aut singulorum seorsum, aut binorum, ternorumve simul, atque etiam plurium per monasteria, & castra inclusio, nonnullorum etiam flagella, & cruciatus, cum hæc jam ubique terrarum terra marique nota sint, vulgoque jactata? Quam igitur ob causam hæc omnia, ut paucis complectar? Nonne quod adduci non possent ut dicerent, aut assentirent, dispensationem fuisse Evangelii trans- XXXV.

transgressionem, quam velut salutarem, & Sanctis parem adversariis vociferabantur, factis, & verbis etiamnum in eo consistunt, id loquentes, id agentes ista persentione? Quonam igitur pacto dicunt, quod nemine adversante, aut docente, ipsos vocemus hæreticos? Phantasia sunt ista, quæ diximus, & somnia: an vera? Et quoniam vera sunt, quo modo non ubique docent, & prædicant verbis, factisque? Aut quo modo vos illis credentes, propemodum cum ipsis, qui hoc dicunt, statis? Sed & si tacuerimus nos, orbis ipse veritatem testatur, horrendum silentii judicium in vos ipsas attrahentes:

Quamobrem ego humilis cogor, non silere, sive scripto, sive sine scripto, quoad vires ferunt: cum timore, ac tremore, cum vitæ discrimine: Et si quispiam vestrum fortasse non necessario, dicam, & supervacanee me facere existimet. Verum ad rem tandem veniat oratio.

XXXVI. Ais, nemine adversante, aut docente mœchari, sacrilegasque absolvere: quo jure illos appellemus hæreticos? Mœchari ergo, & sacrilegos absolvere, verbo illi revera non docent: nam nec Gentes quæ legis non habent, mœchari docent. Neque nos unde hoc ab illis dici, posuimus, sed quod adulterinam conjunctionem approbantes, & quæ illi annexa sunt, & per eam alias Evangelii transgressiones cum canonum infractionibus, salutarem esse dispensationem interjecta anathemate, sancientes; atque hoc ipsum in dies per exilia, carceresque quos dixi vindicantes, Evangelium solverint ex Sanctorum sententia, & virtute, dispensationem in omni prævaricatione fieri adstruunt, immutabilia Dei mandata variantes, & mutabilia statuentes. Et qui possint mobilia, ac mutabilia non esse, si dispensationem esse, quando violantur, re ac verbo Synodice docent? Non enim tam impudenter mentientur, ut Synodum a se coactam negent, si adulterinam copulationem fateri nolent, dispensationem Sanctis patem appellasse, nec eos, qui illam non recipiunt, excommunicasse. Quod si excommunicasse negant, quorsum illud exclamarunt: Iis, qui Sanctorum dispensationes non recipiunt, anathema sit. Perspicuum est enim, cum recipere illas aliqui nollent, inde natam esse factionem, nisi ebrii simus. Quænam vero de re alia quæstio erat, præterquam de adulteri conjunctione? propter illam erga excommunicatio, ut quæ juxta Sanctorum dispensationes facta esset: & quidem si eorum similis sit, injustæ fuerunt Sanctorum dispensationes: at si Sancti injusti non sunt (uti verum est) excommunicati illi fuerunt, quod adulterinam copulationem non recipiant: quantumvis artificiose id agant, ut quæ perspicua sunt, obscura reddant, sed occultari nequit, quod factum est.

XXXVII. Jam vero quam immutabilia sint mandata Dei, audi Basilium magnum: Fortasse intendere animam meam, vigilantioremque in posterum reddere dominus voluit, ut homines non attendat, sed per Evangelica mandata perficiatur, quæ nec temporibus, nec humanarum rerum circumstantiis commutantur, sed eadem permanent, sicut ex beato & minime fallaci ore prodierunt, sic in ævo perseverantia. Contra vero, qui adulterinam conjunctionem, salutarem dispensationem esse dixerunt: quid aliud dicunt, quam mutabilia esse Dei mandata, quæ nunc quidem mutentur, nunc minime mutentur? Sed immutabiles agant, & nonnullis temporibus, atque humanis circumstantiis, sicut ipsi de Imperatoribus dixerunt, mutentur, & ad iniquitatem non imputentur. Rursum autem tantam vim habeant, ut qui ea non susceperint, hoc est, transgressiones, quæ ut ipsi ajunt, dispensationes sunt Sanctorum, anathemate damnentur ab Ecclesia. Ex his ergo constituitur nihil aliud, quam mutabilem, & variabilem Deum esse, ut dicto sua similis sit, qui dixit: Et Evangelium indifferens esse ad salutem & perditionem. Num enim in omnibus hominibus, & in omni mandati transgressione dispensatio est an in quibusdam, & in aliqua? Et quænam sors ista est, ut in quibusdam sit, & in aliqua, in aliquibus, & in aliqua nequaquam? A quibusdam ergo, & a quam multis hæc dispensatio? ab Episcopis solis, an etiam a sacerdotibus? Synodice, an privatim utrumque? Et si in Regibus tantum? An in adulterio solo, an in qualibet iniquitate? & quo modo a Regibus cessent Dei mandata? An omnino quasi finem habeat ejus imperium, quandoquidem nec Imperatoris cessat lex, nisi Imperator alter succedat?

XXXVIII. Sed & hoc quoque indagandum est, cum dicit Apostolus (a): Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam non habentem maculam, neque rugam, aut quid hujusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Quomodo, quæ nunc quidem adulterium, & adulteri conjunctionem admittat, aliis autem mox temporibus similes alias, sine macula, & sine ruga perfistat, ac non insulenta potius, & sordibus obsita, quod dicere perhorresco? Decidant hæc nobis novi Evangelistæ. Se ipsos enim, qui talia recipiunt, Ecclesiam Dei vocant, & eos, qui eadem non pro-

(a) Ephes. 5.

probant, Ecclesiæ adversarios decernunt. (a) Isai. 32. Sed revera, juxta Prophetam (a): *Stultus fatua loquetur, & cor ejus vana cogitabit, ut perficiat iniquitatem, & loquatur ad Deum fraudulenter.* Pessima ista hæresis hæc est. Atque illud beatissimi Apostoli usurpare est hoc loco (b): (b) Gal. 1. *Miror quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratia Christi in aliud Evangelium, quod non est aliud; nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt convertere Evangelium Christi; sed licet nos, aut Angelus de cælo evangelizet vobis aliud, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.* Præterquam autem evangelizavit nobis non Apostolus, sed Christus ipse, evangelizavit nobis Mœchosynodus adulteri conjunctionem, ex qua adulterium, & multimodam ad mœchandum inductionem, salutarem esse dispensationem, & hoc illa ubique evangelizat verbis, factisque quamvis callide dissimulet; ut postquam plurimos deceperit, & illaqueaverit, tum corybanta summiterum exultet, a qua miser ego utinam procul fugiam, & fugere vos, ut peccator, oro, licet auscultare mihi nolitis.

XXXIX. En igitur, frater, ex Evangelio, & Prophetis, necnon ex Patribus ostendi tibi, si modo fidem habere vis verbis veritatis, Mœchosynodum omnis hæresis numero sine controversia explesse, tametsi paululum quiddam in medio subtraxit, eo quod adulterinam tantum conjunctionem nominavit, vel potius prædicavit, dispensationem esse in Ecclesia Dei. Nec vero mirere, si vox una hæresim pariat, (c) Matth. 5. cum Dominum dicentem audias (c): *Jota unum, aut unus apex non præteribit a lege, donec omnia fiant.* Et cave dicas, quid opus est, nimis anxie laborare, & per unam dictionem doctas speculationes revocare, atque hoc illudve concludere? ne forte impingas in hæresim Gnosimachorum, de qua hæc auctor: (d) Damasc. de hæres. (d) *Gnosimachi sunt, qui omni Christianorum agnitioni, ac scientiæ ita adversantur, ut vanum, & minus necessarium laborem esse dicunt eorum, qui in divinis scriptis aliquam exquirunt sententiam; neque enim Deum aliud a Christianis postulare, nisi præclaras, & bonas actiones. Itaque aliquem simplici, rudique animo institutum suum persequi melius est, ut ajunt, quam omnem curam in cognoscendis decretis, atque scientiis ponere. Ad hunc ergo modum Gnosimachi.* Doce vero tu si potes, ex divinis litteris hæresim non esse: & ne mihi multitudinem objicias, nec nocturnos Dei cultores jactes, doctosque quos ais, & amicos. Nam si Deum colunt, ubi libertas? Etsi docti (neque ego inficior tales esse: multos enim confiteor me imperito doctiores) sed si veritatem tenent, scienter ostendant ex ipsa veritate, atque adeo ab exemplis, aptis dico, & non alienis, contrariisque veritatis: & Apostolicis, paternisque canonibus. Et si amici secundum Deum, quomodo hæreticorum communioni participant? neque enim sunt tales amici veri, & fideles.

Attende itaque frater, quid sanctus Basilius dicat in eos, qui veritatem metiuntur ex multitudine. XLI. *Qui deposita quæstione rationem reddere non potest, cui non suppetit demonstratio, ideoque perfugium habet in multitudine: is victum se fatetur, ut qui nullum habeat fiduciæ adjumentum.* Et post alia: *Ostendat mihi vel unus pulchritudinem veritatis, & prompta mox erit persuasio. Multitudo autem sine demonstratione auctoritatem sibi vendicans, terrere quidem potest, persuadere non potest. Aut quot hominum myriades mihi persuadeant, ut diem noctem putem, vel ut æreum nummum pro aureo habeam, & accipiam? vel certum venenum hauriam pro cibo congruenti? Ergo terrenorum quidem rerum causa multitudinem nihil verebor, si mentiatur; in cœlestibus autem decretis ad unum sine ulla ratione sequar, ab iis recedens, quæ jam olim magno consensu ex divinorum scriptorum testimonio tradita fuerunt? Non audivimus Dominum dicentem (e): Multi vocati, pauci vero electi? Et iterum (f) Angusta & arcta est via, quæ ducit ad vitam, & pauci inveniunt eam.* (e) Matt. 20. (f) Matth. 7.

XLII. *Quis ergo sanæ mentis non mavult ex paucis esse, qui per angustam introeant in salutem, quam ex multis, qui per latam ferantur ad perditionem? aut quis non magis optasset, si tempore illo vixisset, quo beatus Stephanus certamen obiit, in illius parte censeri, qui solus lapidibus petebatur, qui omnium ludibrio expositus erat, quam inter multos illos, qui propter injustam auctoritatem verisimilem causam obtinere videbantur? Pluris est unus Deo placens, quam myriades sese arroganter jactantium, quemadmodum ex veteri Testamento discimus, cum millia multa e populo cælesti plaga caderent, & (g) Phinees solus fuerit, Deumque placavit, & cessavit percussio. Quod si dixisset ille: Qui ausim ergo adversus ea, quæ tam multi tanto contemptu faciunt? Qui refrager iis, qui sic vivere decreverunt? nec egregium facinus edidisset ipse, nec cessasset malum, nec servati cæteri fuissent. Optimum ergo, optimum vel unum jure audere, & injustorum concordiam dissolvere. Tu vero, si videtur, servata Noe summersam multitudinem antepone: mihi vero permitte, ut cum paucis ad arcam convolem. Et rursum si placet, adjunge te multitudini* (g) Num. 25.

dini Sodomorum, ego vero cum Lot abibo, quamvis ſolus turbæ viriliter ſe ſubducens. Enimvero mihi etiam reverenda multitudo non inquiſitionem fugiens, ſed demonſtrationem præbens; non amore ulciſcens, ſed paterne caſtigans; non novitate gaudens, ſed paternam retinens hæreditatem. Quamnam vero multitudinem mihi prædicas blanditiis, & muneribus conductam? imperitia, & ignorantia captam? metu, & terrore proſtratam? quæ brevem peccati uſuram æternæ vitæ prætulit? quod multi aperte confeſſi ſunt. Multitudine mendacium defendis? hinc mali vim declaraſti: quo enim plures malum tangit, tanto major eſt calamitas. De his ergo in hunc modum. Cæteras autem propoſitiones tuas perſequi ſupervacaneum foret, cariſſime, tum quia epiſtolæ modum excedunt, tum quia recto ſenſu dicta accipientibus obvia erunt quæ dicuntur. Hucuſque ad Athanaſium Theodorus.

XLII. At non hic finis certaminis: quoniam hæreſim ſtabilire conantes, rurſum aliis argumentis eumdem Theodorum appetivere, iiſdemque ex divina ſcriptura petitis. Siquidem eum, ut dictum eſt, plurimos Theodorus haberet contradictores etiam extra numerum eorum, qui Mœchoſynodo interfuerunt, iidem potiſſimum innitebantur argumento ab exemplis petito, oſtendentes nimirum ſanctiſſimos Patres, ab Apoſtolo Paulo incipientes, qui ex diſpenſatione Timotheum circumcidit, diſpenſatione aliquando uſos eſſe. Ad horum vero deſtruenda omnia argumenta, idem ipſe Theodorus volumen de Diſpenſatione univerſali conſcripſit, cujus meminit in epiſt. ad Naucratium, in qua & plura diſſeruit de iiſdem. Aggreſſus eſt autem Theodorus eumdem librum ſcribere hortatu fratris ſui Joſephi Archiepiſcopi Theſſalonicæ adverſus Mœchianos, qui ſcuto illo diſpenſationis divina humanaque jura violarent, vel ab aliis violari eo falſo prætextu paterentur. Nam audi quæ ipſe ad eumdem Archiepiſcopum germanum ſuum ſcripſerit in ejus ferme exordio, ubi meminit de quaternionibus ſuaſu ſancti Platonis cognoſcendis ad eum miſſis (*a*): *Belle autem* (inquit) *accidit, quod quaterniones conſpexiſti: occaſionem enim præbuit commonitio, ſeu potius juſſio tua, ut hujuſce propoſitionis refutationem aggrederer: quam hortatu patris noſtri in quaternionibus illis miſi ſanctitati tuæ, nullam meam propriam in toto opere ſententiam texens, quoniam nec lege juſtius, nec canone rectius quicquam eſſe poteſt. Sed divinorum tantummodo Patrum, quamvis inepte documenta, & præcepta proferens, atque connectens, prout oppoſitæ propoſitionis ratio poſtulabat. Ac niſi lectionem laboris metu refugias, erit, ni fallor, operæpretium.* Hæc ipſe.

Theodori ſcriptio adverſus Mœchianos.

(*a*) Theod. l. 1. ep. 43. ex Cod. Column.

XLIII. Porro Theodorus, hoc tempore cæteris eminentior doctrina in Oriente fulgebat, ut Orthodoxi omnes ejus Eccleſiæ cum quid dubitationis in facultatibus Theologicis habere contingeret, ad eum tamquam ad oraculum ſolerent recurrere. Ipſe tamen ſumma animi demiſſione præditus nihil ſibi tribuens, ſed cuncta patri ſancto Platoni accepta ferens, intra ſepta ſanctæ humilitatis procul ab omni arrogantia, atque faſtu ſe liberum cuſtodivit. Nam accipe quæ de his ſcribat ad Stephanum Lectorem, qui eum doctrinæ nomine plurimum ſuis litteris celebraſſet. Sic enim exorditur (*b*): *Accepi literas Deum æmulantis charitatis tuæ inſcriptione quidem tamquam ab uno, ſententia vero tamquam a diverſis miſſas. Seu igitur ab uno, ſeu a pluribus de Deo interrogatus, quoad imperitia mea poteſt, congruentiſſimum reſponſum dabo. Primum ergo quibus me celeberrima lingua tua exornavit: ab his ego laudibus longe remotus ſum, cum peccator ſim, & vitam agam minime laudabilem. Si quid vero in me eſt, Dei donum eſt, ejus, qui ſpiritu me genuit, patris precibus tributum, &c.*

Theodorus omnium doctiſſimus.

(*b*) Theod. ep. 53. ex Cod. Column.

Quam bene conſuluit Deus ſua providentia, his temporibus perditiſſimis, Eccleſiæ Orientali, cum malorum Epiſcoporum, & peſſimorum Imperatorum conatu, univerſum ferme Evangelium, & reliqua divina ſcriptura in maximum diſcrimen adducerentur; dum quod divina eſſet lege prohibitum, id per diſpenſationem poſſe fieri aſſerebatur: quod & carnalis populus avide amplecteretur, qui jam exemplo Conſtantini contra canones, & Eccleſiæ morem veterem inconceſſa tentaret, ut idem Theodorus teſtatur in epiſtola ad (*c*) Naucratium: ſicque populus ſponte etiam ad deteriora difflueret, quovis prætextu, ipſi aditu a malis ſacerdotibus patefacto. Quamobrem, niſi tuba Theodori intonuiſſet tanto illato vulnere Evangelio, totus pene Oriens corruiſſet. Sed ejus clangore factum, ut quamplurimi ad reſiſtendum novæ hæreſi ſeſe pararint ad prœlium.

Theodorus ſubvenit periclitanti Eccleſiæ.

(*c*) Theod. ep. 50. ex Cod. Column.

XLIV. Sed non prætereamus dicere de aliis Confeſſoribus, hoc perſecutionis tempore eadem ex cauſa coronatis, de quibus idem Theodorus in aliis duabus ſequentibus ad Naucratium datis epiſtolis ſcribit: in prioris enim exordio, tamquam panegyri quadam laudibus ornat Philippum, atque Philonem, qui in perſecutione obierant, inter ſanctos Confeſſores ob eam rem merito connumerandos. Rurſum vero in alia ad eumdem Naucratium ſcripta iſta leguntur (*d*), cum agit in primis de pſeudoarchiepiſcopo Theſſaloni-

(*d*) Theod. l. 1. ep. 51. Cod. Column.

nicensi, qui Josephi fratris Theodori sedem invaserat:

Theodori epist. olia ad Naucratium de confessoribus.

Tria hæc in me effecerunt litteræ tuæ, fili desiderate: simul enim obstupui, admiratus sum, & cantavi. Primum propter impios, alterum propter pios, tertium propter Deum, qui corroborat eos, qui in ejus lege innituntur. At de sacro quidem Athanasio, qui antea visus est lapsus pedibus, *ejusque sociis desideratissimis, ac de fortissimo item meo Theososto, & de septemdecim ejus strenuis comitibus, cum satis dictum sit in meis ad illos epistolis, omittendum est hoc loco, quamvis longiore digni sint oratione, ac laudibus, qui divinitus, ac fortiter decertarunt. Venio ad colophonem.*

XLV. *Quis umquam adeo iniqua, & absurda Christianus audivit, ut gesta sunt a nefariis Mœchianis, nomine Episcopis, re autem sacrilegis ex Apostolico, & Patrum testimonio, etiamsi hæresim excipies? Hominem verberans quis umquam sic cecidit? non Christianam dico manum, sed etiam barbaricam. Bis centum sexagintasex verberum, ac non multo post, hic ducentis bojarum ictibus in humeros inflictis, uti generosus Archiepiscopus, seu potius Allotri Episcopus, id est, alienæ sedis infessor Episc. Thessalonicæ, neque gregarium quemquam, sed monachum, cumque Præpositum, & quidem religiosissimum Euthymium, securi rectique animi revera nomini respondentem.*

Euthymii Abbatis gloriosa confessio.

Expavit cælum hoc spectaculo, & ego miser audiens inhorrui, & mecum opinor omnes, quibus aliquis sensus est humanitatis, & misericordiæ. Quem ad Christi exemplum componi oportebat, & percussum non repercutere; is immanior feris extitit, nullum Christiani vestigium retinens, nedum Episcopi. Et quamobrem hæc dilaniatio? Ut Christi athletam eo impellat, ut ipsum commemoret tamquam Episcopum. Sed o fortem, atque invictum animum beati! sic enim loqui æquum est, quia post tot plagas, tantamque profusi sacri sanguinis copiam, ut tingerentur astantium vestigia, & in limum quodammodo concresceret purpureus ille pulvis, ad ædificationem Ecclesiæ Dei, cum sic jaceret pene examinis & elinguis, instarentque tortores, ut commemoraret Tyrannum dixerim, non Archiepiscopum: Minime, ait beatus. Eo modo ad mortem propemodum perseverans, immobili animo, fixoque in iis, quæ recte semel decreverat.

XLVI. Quomodo Euthym. liberatus.

Pene omiseram quod in primis observandum. Templum ipsum Dei Prætorium factum fuisse Piluticum. Ibi enim, hoc est, in sacra, quam vocant Archangeli, æde verberatum Martyrem fuisse ais, quem implacabiles quidem carnifices semimortuum reliquerunt. Christi vero imitator quidam in domum suam eum recepit, impositaque ad defluentis cruoris, laceræque carnis plagas recens jugulati agni pellicula, virum refocillavit, viribusque paulatim confirmatis, clam emisit, evocante mandato. Ita evasit qui jam mortuus erat, & mirabiliter revixit ad Orthodoxæ Fidei decus, triumphumque de hæreticis. Quid his impium magis esse possit? Quis Orthodoxus in hæreticum talia umquam exercuit? Et paulo post de ipso, ad quem scribit, Naucratio, ista subiicit:

De Naucratio.

Tu vero, fili carissime, tametsi alibi custodiris, ut indicas, gaude, quia plures tibi coronæ texuntur. Et quamquam Leontius, discipulus olim, nunc negator, illis præsit locis, in quibus inclusus teneris, nihil mirere: hoc enim tempus est longanimitatis Dei, ut cognoscantur electi, & (a) regnet filius Tabeel in Bethleem &c.

(a) Isai. 7.

Cum in hunc modum pseudoepiscopus Thessalonicensis, dirissimus persecutor, tam crudelia, atque deformia ageret adversus sanctissimos monachos, qui ejus communionem aversarentur, illamque Ecclesiam, ceu lupus gregem ovium vastans, mirum in modum pessumdaret: qui vere pastor erat, & pater, legitimusque Archiepiscopus Thessalonicæ Josephus ab hæreticis Mœchianis in Synodo Mœchiana depositus, his auditis magnopere cruciabatur, de hisque iterum scripsit ad ipsum germanum suum S. Theodorum: quibus ille acceptis consolatorias reddidit ad eum litteras, quæ sic se habent (b):

(b) Theod. l. 1. ep. 43. Cod. Columna.

XLVII. Theodori ad Josephum epistola.

Et prior epistola fraternæ, ac paternæ tuæ sanctitatis, tametsi brevis numero syllabarum, abundabat tamen allegorici sensus copia, & posterior omni scientia, atque humilitate, unicum habens reprehendendum, indignas infelices laudes meas. Ego vero non per antiphrasim, absit, sed vere prorsus, elucere te hic temporibus nostris in Archiepiscopali dignitate, sanctorum Patrum exemplo dixi. Nec aberrem, si columnam, & firmamentum Ecclesiæ te vocem, mi frater optime. Quisquis enim pro veritate decertat, & patitur, columen ejus est & fastigium. Et post multa, cum agit de quaternionibus, scriptis adversus emergentem hæresim jussu S. Platonis, missis ad ipsum, aliaque de pace adiicit, subiicit ista: *De civitate autem tua, columnam accendisti pietatis, quam obscurare nullus umquam possit. Neque est, quod ægre feras; quin lætare potius, uti & nos in dissipatione humilis monasterii mei; quia propter Christum hæc dissolutio. Neque ob eam causam, quod tamen multi steterunt, qui genua non curvaverunt, magna laus est; sed & quamvis unicus esset: melior siquidem unus Domini faciens voluntatem, quam decem millia prævaricantium. Nec vero ipse causa*

Digitized by Google

es illorum dispersionis, licet id garriant nonnulli, sed ego infelix. Erit autem nobis, si perferas, utriusque rei communio, tantamque ipse mercedem capies in divina fratrum dispersione, quantam ego nanciscar in reliquiis legis divina apud Thessalonicam. Et paulo post: Scito accusatum fuisse Theosostum, quod ab eo non participaret qui sedem tuam sacrilege invasit, eumdemque strenue monasterio suo pulsum fuisse, &c. Extat vero & ad eumdem Josephum germanum suum alia ejusdem Theodori (a) epistola de eadem per Mœchianos persecutione excitata. Omittimus eam brevitatis causa.

(a) Theod. l.1. ep.33. Cod. Columm.

XLVIII. Persecutores Theodori ipsum venerati.

Sed quid ipse Theodorus? Furore illo primo persecutionis effervescentis nonnihil sedato, factum est, ut iidem ipsi, qui eum fuerant persecuti, in honore haberent, & veneratione etiam prosequerentur, ipseque Nicephorus Patriarcha eum mitteret salutatum; & alii rursus aliis officiis ipsum demerere satagerent. Est de his ejusdem Theodori significatio in dicta epistola ad Josephum Thessalonicensem Archiepiscopum, in qua hæc leguntur ad finem (b): Carceris mei auctor eum exiisset, attulit mihi Patriarcha salutationem. Ignoscet tibi Deus, inquit, hic habere te volebamus ad auxilium nostrum: Abiisti, & istbic consedisti. Invideo tibi. Quod cum audissem, risi. Neque enim opus erat respondere me usque ad illa verba. Tum ego: Si invidet, inquam exeat & ipse. Relaxavit porro custodiam invitons ad refocillationem. Attulit enim & Simeonis salutationem, & quod Imperatori dicere velit, me in carcere laborare. Et a Leontio humilem salutationem: Passus sum, ait, necessitatem: non separet me Deus a sermone tuo. Et ego: Hæc ego, inquam, ab illo non requiro. Hæc Theodorus de iis, qui persecutionem moverunt, quique cum adversariis communicantes pœnitentia ducti, atque Theodori virtute convicti sunt. Ista tamen Theodorus usque ad biennium passus, ad obitum scilicet Nicephori Imperatoris. At satis jam quæ ex ejus epistolis ad rerum gestarum notitiam usque ad necem ipsius Imperatoris, historia epistolari quam fidelissime sunt collecta, numquam hactenus Latinis visa, quibus præsens Annalium tomus magnopere decoretur.

(b) Theod. l.1. ep.43. Cod. Columm.

XLIX. Quæ præterea spectant ad ejusdem Nicephori Imperatoris adversus universum populum tyrannidem, Theophanes ista habet:

Anno octavo Imperii sui Nicephorus post multas impias animadversiones, militias prorsus humiliare tractans; Christianos exules ex omni themate in Selavinias ferri jussit, horum autem substantias venundari. Erat autem hac res captivitate non minor, multis ex amentia blasphemantibus, & inimicorum cursus poscentibus, aliis nihilominus circa sepulcra parentalia lamentantibus, & defunctos beatos asseverantibus. Fuerunt autem & qui suspendio usi sunt. Et paulo inferius, numerans reliquas illatas ab eodem calamitates, sic pergit: Hæc quidem inchoata sunt a septembri mense, porro circa Pascha finita sunt.

Nicephori tyrannis in subiectos.

Secundam vero hanc afflictionem commoveas, militare præcepit egenos, & armari adversus compatriotas, conferre nihilominus etiam decem & octo, ac dimidium numisma per singulos Fisco, una cum omni proximitate ad tributa publica.

Numerantur Nicephori tyrannicæ exactiones.

Tertiam malignitatem inferens, perpendere jussit, & augeri horum tributa, & præstare * Cariacitorum causas siliquas binas.

* Cariaticorum.

Et ad quartam nequitiam, reliquos reditus omnes augmentari præcepit.

Quinta vero afflictione illata venerabilibus domorum inquilinis, orphanotrophii scilicet, ac Hospitalium, Gerocomiorum, Ecclesiarum quoque, ac monasteriorum regularium per singulos focos censas exigi a primo tyrannidis ejus anno præcepit. Et quæ meliora erant in rebus, in regiam Curatoriam deferri jubebat. t.

Sextam commovens afflictionem, a Prætoribus inspici jubet eos, qui ex paupertate repente ditati essent, & ab his pecunias exigi, quasi ab inventoribus thesaurorum.

Septimam quoque adinveniens, eos qui ante viginti annos, & usque ad hunc invenerant dolium, aut vas quodcumque, omnibus propriis jussit privare pecuniis.

Octavam, eos, qui ex avis, vel patribus hæreditaverunt, & divisa substantia pauperes facti fuerunt: ex iisdem annis viginti siclos Ærario publico jubebat præbere. Et eos, qui emerant extra Abydum corpora servilia, bina numismata in tributum dare præcepit, maxime eos, qui in Dodecaniso erant.

PAGIUS II. Nicephorus Imp. cum suis subditis tyrannice agit.

Ad num. XLIX. & seq. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCII. qui Kalendis Septemb. currentis Christi anni inchoatur scribit: Hoc anno Nicephorus, datis in publicum veteratoria & a Deo penitus aliena sua mentis, per calliditates & astutias tot indiciis, militares copias affligere ac deprimere meditatus, multos Christianos ex unoquoque Themate patriam deserere, & facultatibus divenditis in Selaviniam transmigrare Edicto promulgare sanxit, &c. Et hæc quidem a Septembri sumserunt initium, & ad Sanctum Pascha ad finem perducta sunt. Enumerat postea Theophanes tyrannicas Nicephori Imp. exactiones, quas summatim ex eo indicat Baronius hoc anno.

A num.

Digitized by Google

Nonam, naucleros, qui maritima inhabitabant, & maxime eos terreno labore minoris Asiæ viventes, emere de rebus, quæ ab illo rapiebantur, cogebat, utcumque appretiarentur ab ipso.

Decimam, insignibus Constantinopoleos naucleris collectis, dedit in usuram quatuor siliquarum numismata, cum auri duodecim librarum persolverent, simul & consueta commercia.

LI. *Hæc ex multis summatim pauca descripta sunt, significantia multimodum ad omnem speciem ejus molimen. Quæ enim in regia urbe primoribus, mediocribus, & exiguis ostensa sunt mala, nequeunt scribi. Alios quidem, eo investigante, qualiter domi viverent, ac summittente quosdom malignarum servorum derogandi dominis; in primordiisque quasi dubitante super his, quæ dicebantur, deinde vero affirmante calumniae. Id ipsum & super ignobilibus gerebat, * dignos eos honoribus judicans. Præterea domorum multas habitatorum a prima in tertiam generationem subvertebat, spe fretus, ut quanto celerius ruerent, tanto has ipse hæreditate citius possessurus esset. Dignum autem est, ut & hoc causa voluptatis, & paradigmatis memoriæ commendemus. Cocularius quidam erat in foro, ex laboribus suis locuples, & nihil agens; quo accersito, omnium vorax Imperator ait: Pone manum tuam in vertice meo, & jura quantum tibi sit auri. Qui parum, tamquam indigens, recusans, coactus est ab eo hoc facere: & centum se libras dixit habere: quas eadem hora auferri præcepit, dicens: Tu quid opus habes sollicitari? prande mecum, & tolle libras decem, & his valde contentus.* Hucusque Theophanes de iniquissimi Imperatoris rebus gestis.

* indignos.

LII. Quod ad res pertinet Occidentales, produnt Annales veteres Francorum, celebratum fuisse hoc anno Concilium Aquisgranense occasione motæ quæstionis de processione Spiritus sancti, de quo Annales sub Caroli filio Ludovico conscripti hæc habent: *His ita gestis, Imperator de Arduena Aquisgranum reversus, mense Novembri Concilium habuit de processione Spiritus sancti. Quam quæstionem Joannes quidam monachus Hierosolymis primum concitavit. Cujus definiendæ causa * Bernarius Episcopus * Vuormatiensis, atque Jesse * Episcopus, & Adelhardus Abbas monasterii Corbejæ Romam ad Leonem Papam missi sunt. Agitatum est etiam in eodem Concilio de statu Ecclesiarum, & conversatione eorum, qui in eis Deo servire dicuntur: nec aliquid tamen in eis definitum est, propter rerum, ut videbatur, magnitudinem.* Hæc Annales, eadem & alii omnes. Concilium Aquisgranense.

* Beranclius. * Vvangiomi. * Jesse Episcop. Vvormatiæ.

LIII. Hic monendum esse putamus Lectorem, non de hla dubitatum, vel tractatum, num Spiritus sanctus a Patre, Filioque procederet; sed quod tum apud Hispanos (ut vidimus, & suo loco pluribus diximus) tum apud Gallos additæ fuerunt Symbolo quatuor illæ syllabæ, FILIOQUE: num id bene factum esset, ut & ita auctum Symbolum in Ecclesia caneretur. Acceperant enim licentiam a Leone ipso Romano Pontifice Franci, ut liceret eis Nicænum Symbolum, sive dixerimus Constantinopolitanum, in Ecclesia canere. Sed cum ipsi illud canerent cum eo additamento; inde oborta est controversia, num licita illis appositis syllabis, legitime in Ecclesia cani posset; cum alioqui de ipsa processione Spiritus sancti, disputari minime debuit, neque in controversiam adduci, cum sancti Leonis Magni auctoritate constaret (ut a nobis suo loco dictum est) recte dici Spiritum sanctum a Patre, Filioque procedere. Quid autem De processione Spiritus Sancti.

PAGIUS III. Concilium Aquisgranense de Processione Spiritus Sancti.

A num. LIII. ad LXIV. Eginhardus in Annal. de Concilio Aquisgranensi hoc anno celebrato hæc habet: *Imperator de Arduenna Aquasgrani reversus, mense Novembri Concilium habuit de Processione Spiritus Sancti; quam quæstionem Joannes quidam Monachus Hierosolymis primo commovit. Cujus definienda causa Bernharius Episcopus Vvormacensis & Adalhardus Abbas Monasterii Corbeiæ, Romam ad Leonem Papam missi sunt. Agitatum est etiam in eodem Concilio de statu Ecclesiarum & conversatione eorum, qui in eis Deo servire dicuntur; nec aliquid tamen definitum est, propter rerum (ut videbatur) magnitudinem.* Idem habent reliqui Annalistæ ac Ado in Chronico, qui tamen loco *Bernharii Episcopi* Wormaciensis mendose habet, *Episcopi Cormaricensis*. Certum enim hoc tempore *Bernharium* Episcopatum Wormatiensem gessisse; ut hoc anno num. VIII. & seqq. demonstrat Cointius, ubi & refellit Sirmondum, qui Tom. II. Concil. Gall. duobus illis Legatis adnumerandum censet *Jessen* Ambianensem Episcopum, quod Sirmondus ait constare ex *Actis ipsius Legationis*, hoc est ex Collatione cum Papa Romæ a Legatis habita & ex *Vita Caroli Magni*, in qua tamen fatetor, *ibi depravatum nomen* illius Ambianensis Episcopi legi, & intelligit Vitam Caroli M. a Monacho Egolismensi scriptam, quæ etiam Baronio num. LII. imposuit. Nam a quo alio id acceperit Baronius, non reperio. Verum in illis nulla fit mentio Ambianensis Episcopi, sed in sola duntaxat inscriptione, qua Jesse Episcopus cum Bernario Episcopo & Adelardo Abbate memoratur, ut videre est apud Baronium qui illam recitat. Hæc verba inscriptionis: *Ratio quæ habita est de Symbolo fidei, in Secretario B. Petri Apostoli, inter D. Leonem Sanctissimum & Coangelicum Papam Urbis Romæ, & Bernarium atque Jesse Episcopos, seu Adelhardum Abbatem Missos D. Caroli Imperatoris per Indictionem secundam*. Nomen enim Jesse in ea inscriptione ab imperito quopiam positum esse, ut sæpe fit, patet primo ex initio Pontificiarum literarum ad

tem actum sit Romæ a Legatis a Synodo missis, vetera nos docent Ecclesiastica monumenta ex Zmaragdi ad Carolum epistola, in qua ipsa acta (a) inferuntur hac inscriptiune notata:

(a) Accepimus a Duceo Frontone Societ. Jesu, habuimus etiam in script. Cod. Antonii Augustini.

Ratio, quæ habita est de Symbolo Fidei in Secretario B. Petri Apostoli inter D. Leonem sanctissimum, & coevangelicum Papam Urbis Romæ, & Bernarium, atque Jesse Episcopos, seu Adelhardum abbatem missos D. Caroli Imperatoris per Indictionem secundam.

LIV. Epist. Caroli nomine ad Leonem III. scripta a Zmaragdo.

Lectis a prædictis Missis per ordinem testimoniis, atque a domno Apostolico diligentissime auditis, ait, ita sentio, ita teneo, ita cum his auctoribus, & sacræ scripturæ auctoritatibus. Si quis aliter de hac re sentire, vel docere voluerit, defendo: & nisi conversus fuerit, & secundum hunc sensum tenere voluerit, contraria sentientem funditus abiicio. His dictis, novi quod nonnulla colloquendo potius, quam disputando processerunt. Quorum series sensuum, seu verborum nisi tantum quod inde fuit, non satis memoriæ occurrit. Cumque eadem collatio ad hoc usque procederet, ut jam magis certa disputatio, quam ut supra collocutio habenda esset: & si non eadem fuit proprietas sermonum, in quantum recordari valeo, iste tamen fuit cursus sensuum, & summa conclusio novissimarum definitionum.

LV. Processio Spiritus sancti a Filio asseritur a Pontifice.

Missi: Quia vero, ut dicitis, ita certissimum credendum est, credendo immutabiliter tenendum, tenendo vero sicubi necesse fuerit, constantissime defendendum est: numquid non id nescientes docendum, scientibus autem, ut id attentius teneamur, confirmandum est? Papa: Ita est. Missi; Si ita est, si quis hoc nesciaret, vel ita non crediderit: num salvus esse poterit? Papa: Quisquis ad hoc sensu subtiliori pertingere potest, & id scire, audita sciens credere noluerit, salvus esse non poterit. Sunt enim multa, e quibus istud unum est, sacra fidei altiora mysteria, subtilioraque sacramenta, ad quorum indagationem pertingere multi valent: multi vero aut ætatis quantitate, aut intelligentiæ qualitate præpediti, non valent: & ideo (ut prædiximus) qui potuerit, & noluerit, salvus esse non poterit.

Missi: Si ergo ita est, immo quia ita est, quod non credere, non licet, & non docendo, docere licet: Cur non licet cantare, vel cantando docere? Papa. Licet, inquam, licet docendo cantare, & cantando docere. Sed illicite in prohibitis, nec scribendo, nec cantando licet inserere. Missi: Quia ergo utrisque notum est, quod ideo a vobis, ut id Symbolum cantando, vel scribendo inseratur, illicitum ducatur, vel dicatur: quia illi qui idem Symbolum condiderunt, non inciderunt, ut cæteræ sequentes principales Synodi, Chalcedonensis, scilicet quarta, Constantinopolitana quoque quinta, & sexta, & novum ultra Symbolum a quoquam qualibet necessitate, seu salvandi homines, devotione condere, & in veteribus tollendo, addendo, mutandove quicquam inserere prohibuerunt, non est ibi diutius immorandum. Sed hoc quæro. Hoc ut dicatur, rogo: quia id credere bonum est: bonum hodie sicut ad credendum, ita ad cantandum esse, si tunc ab eis insertum fuisset. Papa: Bonum certe, & valde bonum, utpote tam fidei sacramentum magnum, quod non licet non credere, quisquis ad hoc valet pertingere.

Petunt Legati, ut cantare liceat quod creditur.

Missi: Numquid non bene idem tum auctores fecissent, si quatuor tantum addendo syllabas, tum pernecessarium fidei sacramentum cunctis deinceps sæculis perspicuum redderetur? Papa: Sicut non audeo dicere, non bene fecisse, si fecissent, quia proculdubio sicut cætera, quæ vel omiserunt scientes utique, & non tam humana, quam divina illuminati sapientia fecerunt: ita quoque non audeo dicere, istud eos nobis minus intellexisse, perpendisse, cur dimiserunt, vel cur dimissum, ne ultra mitteretur, sicut & cætera LVI.

PAGIUS ad Riculfum Archiepiscopum Moguntiacensem, quas Sirmondus prædictis Legationis Actis subjecit. Hoc earumdem literarum exordium: *Leo Episcopus servus servorum Dei Reverentissimo & Sanctissimo Richulfo Episcopo. Cum ad limina Beatorum Principum Apostolorum Bernharius Venerabilis Episcopus una cum Adalhardo religioso Abbate Missi filii nostri Domni Caroli Serenissimi Imperatoris conjunxissent.* Patet secundo, inscriptionem illam additamentum esse cujuspiam scioli, quia Indictio secunda cum mense Augusto hoc anno absoluta est, & Annalistæ omnes testantur, Aquisgranensem Synodum mense Novembri congregatam fuisse, ideoque currente Indictione tertia.

IV. Per *Bernharium* Wormaciensem Episcopum & *Adalhardum* Abbatem Corbeiensem Synodi Aquisgranensis Legatos, Carolus Imp. Leoni Papæ literas dedit ab Holstenio primum publicatas, quibus hic præfixus est titulus: *Epistola Caroli Imp. ad Leonem III. Papam Urbem Romæ directa, a Zmaragdo edita.* In supplemento vero Conciliorum a Lalando collecto huic Epistolæ hæc inscriptio præfigitur: *Epistola Caroli Magni Imp. ad Leonem III. Papam Urbis Romæ directa a Zmaragdo Abbate Sancti Michaelis in Diœcesi Virdunensi edita de Processione Spiritus Sancti*, quam inscriptionem probat Mabillonius Tom. II. Vet. Analect. in Notis ad Chronicon Monasterii Sancti Michaelis in Pago Virdunensi. Et literæ ita exordiuntur: *Quæstio quæ de Spiritus Sancti Processione est nuper exorta, jamdudum est diligentissime a Sanctis Patribus ventilata. Sed quia jamdiu a quærentibus neglecta* ja-

A Synodo Legati ad Leonem III. missi.

tera prohibuere. Tu & tui videte quid sentiatis de vobis. Nam ut ego me illis non dico praeferam, sed etiam illud absit mihi, ut coaequare praesumam. Missi: Absit etiam Pater Deo nostro protegente, illud a nobis, ut nos quicquam horum cogitemus, vel dicamus, vel superbia inflati vel in divinis rebus humanae laudis cupidine provocati, ac si nosmet illis non tantum praeferre, verum etiam coaequare praesumamus: sed tantum secundum hujus temporis qualitatem, imbecillitatem fratrum nostrorum charitate compatientes, illud quaerimus, in eo laboramus, ut quia finis mundi appropinquat, in quo, sicut praedicta sunt, tempora periculosa: etiam ideo inter caetera maxime fratribus nostris prodesse valeamus. Quo ergo fideles in Domino in sacramento fidei reddere studeamus; & idcirco quia praefatum Symbolum a quibusdam ita cantari reperimus, & quod id Ecclesiasticae congruere fidei, sicut sentimus, utique cognovimus, atque per hoc & nunc jam plurimos doctos & sine fine usque in finem saeculi de tanto mysterio, si ita teneatur, instruendos esse cognovimus, qui nequaquam instruerentur, nisi cantaretur: melius nobis visum fuit, cantanda tantos instruere, quam tacendo indoctos relinquere. Si enim sciret Paternitas tua, quanta sunt hodie millia id scientium, quia cantatur, qui nunquam scituri essent, nisi cantaretur: fortasse nobiscum teneres, & id tuo etiam consensu, ut cantaretur, acquiesceres.

LVII. Papa: Interim assentio: Veruntamen, quaeso, respondo mihi: Num universa hujusmodi fidei mystica sacramenta, quae Symbolo non continentur; sine quibus quisque, qui ad hoc pertingere potest, Catholicus esse non potest, Symbolis inserenda & propter compendium minus intelligentium, ut cuique libuerit, addenda sunt? Missi: Nequaquam, quia non aeque omnia necessaria sunt. Papa: Et si non omnia, certe plurima sunt his similia, quae nisi a capientibus credantur, Catholici esse non possunt. Missi: Dabisne aliquid, non dico sublimius, sed saltem huic simile Symbolo deesse? Papa: Nempe dabo, & abundanter dabo. Missi: Da primo unum, & si necesse fuerit, adde alterum.

Papa: Quia amica agitur contentione, quod agitur, & pro utrarumque partium quaeritur salute, quod quaeritur (atque utinam quoties aliquid hujusmodi in majoribus, seu in minoribus Ecclesiasticis, vel Catholicis utilitatibus quaeritur, ita per omnia pacifice sine perversa * intentione quaereretur) ne quid forte de tam reverendis mysteriis temere loquamur, detur considerandi locus: & dabimus quicquid de his dederit Dominus. Non omnia quae creduntur cantantur in Symbolo. * contentione.

LVIII. Et nocturna dilatione congrua data, ait Papa: Numquid magis salutare est credere, periculosumve non credere, Spiritum sanctum a Filio sicut a Patre procedere, quam Filium sapientiam, Deum a sapientia Deo, veritatem Deum a veritate Deo genitum esse; & tamen utrumque unam sapientiam, unam veritatem, essentialiter Deum esse; cum tamen constat, id a sanctis Patribus eidem Symbolo inditum non esse? Si ergo haec duo, sicuti sapientes decet, in tam familiari disputatione ad hoc valent, ut nobiscum sentiatis, & cognoscatis, tot priores Catholicos Patres, qui hoc unde agitur, vel Symbolis non inseruerunt; vel inserere, quemadmodum caetera (ut supra dictum est) prohibuere: non praesenti ignorantia, non futura negligenti providentia praetermisisse: & praetermissum ne mitteretur prohibuisse, a coacervandis testimoniis libentissime quiescimus. Sciendum vero, non solum secundum essentiam divinitatis, verum etiam secundum mysterium Dominicae incarnationis tanta, Deo auctore, & ex eorumdem Patrum auctoritate, damus & talia, quanta non solum sapientibus satisfacere; sed etiam stul-

PAGIUS jacebat; non quievit quasi antiquitus ventilata, sed quasi quaedam his temporibus nobis subito emersit occulto; quod divinitus spiratum fideliter credens non dubito. Crebris etenim quaestionum ictibus praesens Ecclesia tunditur, ut doctrinis Catholicis erudita, sanaque fidei confessionibus elimata, in aeternum quandoque haereditate filiorum percepta vivere cum Domino valeat feliciter regnatura. Sed quia, ut praefatus sum, haec quaestio diu a quaerentibus indiscussa jacebat, voluit Omnipotens Deus in eamdem suscitare corda Pastorum, ut negligentia torpore sublato exercitationis Sanctae brachio caelestem valeant persudere thesaurum. Sermonis etenim Dominici sarculo saepius Divinarum Scripturarum Pastores debeat proscindere campum, ne zizania satoris iniqui semenque malignum formosi tritici valeat opprimere fructum: aut volans passim volucris haeretica semen Catholicam a cordibus rapiat parvulorum: haeredaque spinarum emersio Domini nitidam possit suffocare segetem. Lectionis etenim Sacrae cognitio imbecillis baculum, nervosis arma ministrant, hostium subdolas fortiter premit insidias, & victoribus aeternas feliciter promittit coronas. Ergo procul a Pastoribus negligentia torpor abscedat; procul a mentis acumine inertia damnosa recedat, mollisque lascivia corporis membra relinquat, & altus sopor mollisque somnus in rigidas lucrosasque lectionis emergat excubias, ut Ecclesiae ager optimus, Doctorumque semine satus, valeat centenos Omnipotenti reddere fructus. Jam nunc adgrediar de Spiritus Sancti Processione; quam pluribus postea Scripturae Sacrae locis egregie probat.

V. Baronius existimat non dubitatum vel tractatum in Aquisgranensi Concilio, num Spiritus Sanctus a Patre Filioque procederet, sed quod tum apud Hispanos, tum apud Gallos addita fuerunt Symbolo quatuor illa syllaba, FILIOQUE; num id bene factum esset, ut & ita auctum Symbolum in Ecclesia caneretur. Verum Cointius laudatus recte arbitratur, motam esse quaestionem de In ea Synodo actum non est de additamento ad Symbolum.

Digitized by Google

stultos valeat opprimere. Missi: *Non inquam necesse est in eo laborare, an nesciamus quod scimus, quia quicquid exinde cæteri sciunt, nos Deo auctore scimus, aut scire possumus, si non scimus.*

LIX. Reprimit Papa importunitatem petentium.

Papa: Hoc est, inquit, quod miramur, qui sine profectuoso labore potestis quiescere, laboratis ne quiescatis. Missi: *Non ideo laboramus, ne quiescamus; sed ne propter inertiam pii laboris præmium amittamus, & salva diligentiore inquisitione, declinataque pertinaci contentione, adhuc majus æstimamus lucrum, quod per hoc in corde quærentium acquiritur, quam detrimentum in eo fieri, illorum qui addiderunt, ac si per contumaciam contemptores paternarum constitutionum existerent. Aliud est enim per arrogantiam transiliendo bona contemnere, aliud bona per benevolentiam meliora efficere.* Papa: *Istud quoque etsi in quibusdam ut agatur, bonum est: non tamen ideo ubique agendum est. Qua de re multa id ita esse probantia addi poterant testimonia; sed res per se admodum patet, quanto melius sit, ut quisque quodlibet bonum ita ut est, utile reddere studeat; aut si forte id ipsum bonum melius efficere nititur; hoc primo caveat, hoc magnopere perpendat, nec se ultra, quam debuit, temerarium præsumendo, & illud, quod per se salubre erat, reddat noxium corrumpendo. Nisi quis forte asserere velit, de præsenti unde agitur, vel similibus capitulis, quæ sine periculo loco suo docere licet, & discere, ut ordo docendi licitus dimittatur, & ibi deserantur, ubi numquam deinceps docens, aut discens innocens, sed semper sane in transgressionis crimine merito culpabilis uterque judicetur. Quod te fortasse, si non dedigneris audire, non immerito tangit; qui hic quod hactenus in Ecclesia Dei, & sibi quisque sapiens scire, & sine cogitatione delicti insipienter potuit docere, jam deinceps non dico, stultus discere: sed nec ipse sapiens sine prævaricatione possit cantare, cantandove, ut vultis, quemquam docere; & dum multis alio, quam debetis, tramite prodesse eligitis, nullum in hac dumtaxat parte dimittitis, cui si vos sequutus fuerit, non noceatis. Nam de eo, quod supra docuistis, non æque judicandus, vel habendus sit ille, qui tale aliquid devote fructum quærendo ageret; illo qui hoc contumaci jussione præsumeret. Hæc defensio, vel si dici liceat, tergiversatio, non huc respicit, non istud intendit: quia non idem Patres discernendo vel decreverant, nec sanxerunt: at ipsum benevolus præsumeret, non malevolus, sed tantummodo nullus.*

LX. Licentia cantandi Symbolum data a Leone Papa.

Missi: *Numquid non a te id ipsum Symbolum est data in Ecclesia cantandi licentia? Numquid a nobis hic usus ille cantandi processit? Hinc etenim illuc, mos idem cantandi non a nobis hic advenit: & quomodo illam usque hodie cantamus?* Papa: *Ego licentiam dedi cantandi, non autem cantando quippiam addendi, minuendi, seu mutandi, & ut expressius aliquid, quia vos cogitis, loquar: quandiu vobis in hoc satis fuit, quomodo in hujusmodi cantando, vel celebrando sacrosanctis mysteriis, sancta Romana tenet Ecclesia: nequaquam aut nobis in talibus laborare, aut aliis laborandi occasionem necesse fuit ingerere; Quod vero asseritis, ideo vos ita cantare, quoniam alios in istis partibus vobis priores audistis cantasse: quid ad nos? Nos enim id ipsum non cantamus, sed legimus, & legendo docere, nec tamen legendo, aut docendo addere quippiam*

PAGIUS de ipsa Spiritus Sancti Processione, utrum scilicet Spiritus Sanctus a Patre tantum, an Patre Filioque procedat. Quotquot enim Scriptores antiqui Aquisgranensis Concilii mentionem faciunt, id manifestissime asserunt. Ado, qui uberiorem sermonem, quam cæteri de hac Synodo fecit, ait: *De Processione Spiritus Sancti quæstio agitatur, utrum sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio.* Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. Concilium scribit habitum *de Spiritu Sancto procedente a Patre & Filio.* Annalistæ Loiselianus, Fuldensis Bertinianus, ac Metensis, Eginhardus, in Annal. ac non Incertus Auctor in Vita Caroli Concilium testantur, celebratum *de Processione Spiritus Sancti*; nec ullus ex illis verbum facit de prædicto Symboli additamento in Ecclesia, vel canendo vel non canendo. Secundo, *quæstionem Joannes quidam Monachus Hierosolymis primo commovit*, ut scribunt Annalistæ, Loiselianus, Fuldensis, Bertinianus, ac Metensis, nec non incertus Auctor & Monachus Egolismensis in Vita Caroli; nec ab his dissentiunt Eginhardus in Annal. & Ado. Ille enim ait: *Quæstionem Joannes quidam Monachus Hierosolymis primo concitavit*; hic vero: *Hanc quæstionem Joannes Monachus Hierosolymis moverat.* Quare quæstio, de qua in Aquisgranensi Concilio tractatum primum Hierosolymis exorta. Quis autem sibi persuadeat, a Græcis disputatum, an in Symbolo cantandum esset illud additamentum. FILIOQUE, quod ipsi non recipiebant. Tertio *Carolus* Imp. in suis post Aquisgranensem Synodum ad Leonem Papam literis, licet bene prolixis, quarum mox initium retulimus, nullum verbum habet de Symbolo vel canendo vel non canendo, sed totus est in conglobandis auctoritatibus ex utroque Testamento, & ex authenticis Patrum Scriptis, ut quamplurimis testimoniis ostendat de Spiritu Sancto, quod non a Patre tantum, sed a Patre & Filio procedit. Ergo in Aquisgranensi Concilio, ut ait Ado citatus, agitata quæstio de Processione Spiritus Sancti, *utrum sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio.*

Denique *Theodulphus* Aurelianensis Episcopus hisce temporibus, cum quæstio de Processione Spiritus Sancti cœpit agitari, libellum de ea materia jussu Caroli conscripsit. In suo Opuscu- VI.

Digitized by Google

piam eidem Symbolo inferendo præsumimus. Quæ vero prædictis Symbolis fidei tantum non congruentia deesse cognoscimus, non (ut sæpe dictum est) inferere præsumimus: sed locis, temporibusve opportunis, quibus competit, ministrare curavimus. Missi: Ergo, ut video, illud a vestra Paternitate decernitur, ut primo illud, de quo quæstio agitur, de sæpe fato Symbolo tollatur, & tunc demum a quolibet licite, ac libere sive cantando, sive tradendo discatur, & doceatur. Papa: Ita procul dubio a nostra parte decernitur: ita quoque ut a vestra assentiatur, a nobis omnimodis suadetur.

Quid decernat Leo Pap. *Missi: Quamquam ergo (ut supra ipse dixisti) pro ambarum partium quæritur salute, quod quæritur: sublatis his, quæ vultis, bonum est, ut idem Symbolum cantetur. Papa: Bonum sane. Quod tamen, non imperando, sed ut prius permittendo dicimus. Quia illud, sicuti tunc, ita & nunc, si sincere agatur, utile indigentibus esse posse, non ignoramus.*

LXI. *Missi: Quia vero (ut dicitis, & verum dicitis) bonum est cantare id ipsum Symbolum; numquid enim, si sermo plenus recta fide e medio tollatur, idem sermo ab omnibus, ac si contra fidem sit, condemnabitur? Quale ergo dabis consilium, ne id ipsum ad aliquod transeat exitium? Papa: Si prius quam ita cantaretur, interrogatus essem: ne insereretur, utique respondissem. At nunc (quod tamen non affirmando, sed vobiscum pariter tractando dico) quantum menti occurrit, ita mihi videtur posse utrumque fieri: ut paulatim in palatio (quia in nostra sancta Ecclesia non cantatur) cantandi consuetudo ejusdem Symboli intermittatur: sicque fiat, ut quod id ipsum ut cantaretur non qualibet imperantis auctoritas, sed potius audiendi id fecerat novitas. Si dimittatur a vobis, dimittetur ab omnibus: & ita fortasse quantum esse potest, non incongrue utrumque fieri possit, ut quod jam nunc a quibusque prius nescientibus recte creditur, credatur; & tamen illicita cantandi consuetudo, sine cujusqua fidei læsione tollatur.* Hactenus habent Acta.

Soadet Papa non cantandum Symbolum.

Post hæc autem Leo Papa custos antiquitatis, ob eis præsumptæ absque consensu Apostolicæ Sedis licentia vindex assurgens, non solum verbis differendo, & præcipiendo quid vellet fieri patefecit; sed indelebile monumentum erigendum putavit, quo posteris innotesceret, in sacro Symbolo esse nihil addendum. Siquidem in basilica sancti Petri (non autem Pauli, ut aliquis asseruit *a*) duas tabulas argenteas, ad Confessionem ejusdem S. Petri affigendas curavit, in quarum altera Symbolum Latine scriptum legeretur, in altera vero Græce exaratum absque aliquo quatuor illarum syllabarum additamento FILIOQUE; sed illud in suo pristino candore voluit integrum permanere. Est mentio harum tabularum apud Anastasium in ipso Leone, dum agens de basilicæ S. Petri collatis donis, hæc ait, postquam de ornamentis oblatis eidem Ecclesiæ nonnulla præmisit: *Hic vero, inquit, pro amore, & cautela Orthodoxæ Fidei fecit ubi supra scutos argenteos duos, scriptos utroque Symbolo, unum quidem litteris Græcis, & alium Latinis, sedentes dextera, lævaque super ingressum Corporis, pensantes argenti libras nonaginta quatuor, & uncias sex.* Hæc ibi. LXII.

(a) *Magn. sentent. lib. 2. dist. 11.*

Symbolum duplex in scutis argenteis.

Quan-

PAGIUS

Quod probatur ex Theodul. ph. Episc. Aurelianensi.

sculo collegit sententias Antiquorum Patrum, qui Spiritum Sanctum a Patre Filioque procedere scripserunt. Horum indiculus ita texitur. Athanasius, Cyrillus, Hilarius, Ambrosius, Didymus, Augustinus Fulgentius, Hormisda, Leo, Gregorius, Isidorus Prosper, Virgilius Afer, Proclus, Agnellus, Cassiodorus, Prudentius. Opusculum ipsum consule cum Notis Sirmondi, qui Vigilium Thapsensem in Africa Agnellum Ravennatem in Italia, Episcopos agnoscit, & abjudicat Athanasio libros XI. de Trinitate, qui citantur a Theodulpho, & Latino tantum sermone inter Athanasii Opera circumferuntur. Theodulpho in sua lucubratione mens eadem ac Carolo in literis ad Leonem Papam jam memoratis. Uterque varia profert testimonia, quibus asserit Spiritum Sanctum a Patre & Filio procedere. Theodulphus enim quid intendat in Metrica Operis ad eumdem Carolum Præfatione sic exponit:

Imperii vestri, Rex inclyte, jussa secutus,
Defero Theodulphus hæc documenta libens.
Qui Patre seu Nato procedere Spiritus almus
Adstruitur, leges hoc reboante tuba.
Hoc Evangelium, hoc promit Apostolus Auctor,
Hoc canit unanimis vox pia sacra Patrum.

Et paulo post quonam tempore hæc quæstio moveri cœperit, ita declarat:

Inclyta Sanctorum mecum est sententia Vatum,
Quos bene spiramen Flaminis hujus agit.
Tuque manum adjicies, vegetat quem Spiritus ille
Causa tuo cujus tempore cœpit agi.

VII. Agitata igitur in Aquisgranensi Concilio hæc quæstio; utrum Spiritus Sanctus sicut procedit a Patre, ita procedat a Filio, illiusque quæstionis definiendæ causa directi Romam *Bernarius* VVormaciensis Episcopus & *Adhalhardus* Corbejensis Abbas, quorum collocutio cum Romano Pontifice, quam integram Baronius num. LIV. & seqq. recitat in annum sequentem referri debet; cum Concilium Aquisgranense mense Novembri coactum fuerit. Finis disputationis hic fuit. Symbolum cum additamento, *Filioque*, quod ei Romana Ecclesia nondum inseruerat, a Francis decantari molesta ferebat Leo; tamen id deinceps fieri non prohibuit absolute, sed rogavit hanc in Palatio sive in Regia Capella consuetudinem intermitti, ratus fore, ut morem Palatii lubenter omnis postea sequeretur Francia. Ipse autem, ut Antiquitatis tenacissimum se præberet, & ne Græcos alie-

Additamentum ad Symbolum Leoni III. non probatum.

Digitized by Google

LXIII. Quando autem, & qua occasione illa verba FILIOQUE itidem auctoritate Romani Pontificis, in Symbolum in Romana Ecclesia sint recepta, alia posce̅te causa, suo loco dicturi sumus, ac quando pariter cœptum sit idem Symbolum in eadem Ecclesia cani, par erit suo loco tractatio. Vualfridus Strabo (a) temporis hujus scriptor tradit, usum hunc cantandi Symbolum a tempore damnatæ Felicianæ hæresis in Gallia, atque Germania frequentatum; atque ea ratione factum, ut Constantinopolitanum potius, quam Nicænum in Ecclesia caneretur, quod scilicet Constantinopolitanum aptius videretur modulis musicis. Sed cur non potius, quod hoc plenius sit, utpote quod de Spiritus sancti divinitate habeat magis expressam sententiam? Sed de Symbolo satis.

(a) Vualfrid. Strab. de reb. Eccl. c. 22.

Moritur hoc eodem anno septimo Kal. Apr. S. Ludgerus Monasteriensis Episcopus egregia sanctitate conspicuus. Cujus res gestas, & miracula post obitum descripserunt monachi Verdenses omni sinceritate, extant ipsa jam cusa. Porro dies natalis ejus in Ecclesiastica monumenta relatus anniversarie in Ecclesia Catholica recolitur, atque colitur. Tradunt iidem scripta ab eo opuscula quædam, & inter alia res gestas a S. Bonifacio Episcopo Moguntino, & Martyre, necnon vitam SS. Gregorii & Alberici.

Quæ autem intercesserunt inter ipsum, & Carolum Magnum Imperatorem ultimo loco, ante obitum, ab eisdem ita memoria digna narrantur: *Carolus Imperator eum ad se pro quadam Republicæ utilitate evocari fecit. Qui cum secundum præceptum ejus venisset, & juxta palatium mansionem accepisset: primo statim mane, misso ad eum Rex cubiculario, ipsum ad se venire præcepit. Ea ipse hora persolvendis ex more cursibus*, consuetis scilicet recitandis precibus, *cum* LXIV.

PAGIUS alienaret in Basilica Sancti Petri duas Tabulas argenteas ad Confessionem ejusdem Sancti Petri affigendas prudenter curavit, in quarum altera Symbolum Græce scriptum, in altera Latine exaratum legeretur, utrobique sine hoc additamento, *Filioque*. [s] Meminit illarum Tabularum Anastasius, cujus verba Baronius num. LXII. refert. Perperam tamen scribit Cointius citatus indicare Patres Concilii Arelatensis, post quinquennium celebrati Additamentum illud, *Filioque*, constanter a Francis in Symbolo retentum fuisse, quia hanc de Spiritus Sancti Processione confessionem ediderunt; *Spiritum vero Sanctum nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre & Filio profitemur*: ait præterea illud eis a Clodovei M. temporibus traditum. At si hoc ultimum verum esset in Actis Collationis tacitum non fuisset, & primum ad rem non facit, cum quæstio tantum esset, an illud Additamentum in Missa canendum.

VIII. *Moritur S. Ludgerus Epis. Monasteriensis.* Ad num. LXIII. & seq. Altfridus Sedis Mimigardefordensis, seu, ut hodie loquimur, Monasteriensis tertius Episcopus in Vita Sancti Liudgeri Episcopi ejusdem Sedis primi, quam Bollandus ad diem XXVI. Martii & dein Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. recitarunt, hujus Sancti Antistitis mortem his verbis narrat: *Defunctus est anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo nono, septimo Kalendas Aprilis: & tricesimo secundo die sancti sui obitus, hoc est VII. Kalendas Maii, mirifice fragrans in loco præfato sepultus est*, idest, ut antea dixerat Altfridus, *in loco ubi vivus ipse decreverat*. Ejus Vitam post Altfridum, quem Baronius non vidit retractavit Monachus Anonymus Werthinensis, quædam subinde admiscens nonnihil ab Altfridi narratione discrepantia. Tertiam Vitam ex eodem Monacho Werthinensi typis vulgavit Surius in prima sui Operis editione, cujus loco tertii editores Collectionis Surianæ substituerunt Vitam ab eodem Monacho Werthinensi scriptam. *Erat Sanctus Ludgerus in Scripturis Sacris non mediocriter eruditus, sicut in libro ab eo composito de Vita Venerabilium ejus Doctorum, Gregorii scilicet & Albrici, aperte testatur; sed & primordia Sancti Bonifacii adventus atque ordinationis, quæ fuerunt in alio Opusculo prætermissa, pulchro sermone ipse conscripsit*, inquit Altfridus. Libellum illum publicavit Mabillonius loco laudato. In eo Ludgerus plura de Sancti Gregorii Presbyteri & Ultrajectinæ Ecclesiæ Rectoris Vita scripsit, & non pauca de Sanctis *Albrico* & *Bonifacio* commemoravit. Eidem *Ludgero* perperam adscribitur Epistola de Canonizatione Sancti Suiberti, passim recitata a Baronio, qui non animadverterat eam esse spuriam ac supposititiam, quod suis locis ostendimus.

IX. *Classis Constantinopolitana a Francis in fugam versa.* Eginhardus in Annal. hoc anno scribit: *Classis Constantinopoli missa, primo ad Dalmatiam, deinde Venetiam appulsa est. Cumque ibi hyemaret, pars ejus Comaclum insulam accessit: commissoque prælio contra præsidium, quod in ea dispositum erat, victa atque fugata ad Venetiam recessit. Dux autem, qui Classi præerat, nomine Paulus cum de pace inter Francos & Græcos constituenda, quasi sibi hoc esset injunctum, apud Pippinum Italiæ Regem agere moliretur, Vuillharenus & Beatus Venetiæ Ducibus, omnes conatus ejus impedientibus, atque ipsi etiam insidias parantibus, cognita illorum fraude discessit.*

NOTÆ [s] AN Leo Papa additamentum illud *Filioque* Symbolo factum improbaverit, non disputo; illud tamen constat, Leonem ipsum confessionem fidei ordinasse, quam ad omnes Orientales Ecclesias transmisit, in qua legitur: *Spiritus Sanctus plenus Deus a Patre & Filio procedens*. Vide Baluzium Miscellan. VII. qui & Epistolam monachorum Jerosolymitanorum ad eumdem Pontificem recitat, in qua Monachi illi certiorem ipsum reddunt de lite hac Hierosolymis primo mota a Joanne Monacho monasterii S. Sabbæ. MANSI

suis insistebat. Cumque his expletis, se venturum nuntio respondisset, & hoc Regi ille retulisset: secunda quoque vice, & tertia ad eum accersendum misit. Sed ille divinum servitium cunctis aliis rebus ante ponendum esse non ignorans: omnino venire distulit, donec cœptum psalmodium consummaret. Qua finita, in conspectum Regis cum venisset; cur ad imperium suum venire contempsisset, interrogavit. Ad hæc ille vultu intrepido, mente constantiori: Ego Imperator, inquit, tuum semper præceptum ita in omnibus exequendum putavi, ut tamen Deum tibi ubique præferendum non dubitarem, quem omnibus anteponendum esse, omnes norunt, omnes fatentur. Hoc & ipse mihi præcepisti, quando pastoralis curæ sollicitudinem mihi commendabas, ut Deo primum serviendum scirem, post hæc tuis consequenter imperiis cognoscerem esse obtemperandum. Hanc tui mandati auctoritatem, hanc justissimæ discretionis regulam secutus, Deum, tibi, & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo: nec tutum esse credidi, quod huic jussioni, & perspicacissimæ rationi contrarium esset. Ideo non Regiæ potestatis inhonorationem & contemptum, ut malevoli criminantur, sed potius propter tuam salutem, quæ Deo debitum exolvere curavi, & ita consequenter ad tuum expeditior servitium veni. Hanc ejus responsionem Rex optimus amplexus: Gratias, inquit, habeo Episcope, quia qualem te esse credidi semper, talem nunc te esse expertus sum. Nam aliqui quidem fuerunt, qui hoc tuum factum aliter interpretandum, & ad meum injuriam retorquendum putarunt, sed utpote sanctitatis tuæ invidos, minus deinceps gratos habebo, & nullius de cætero contra te accusationem auditurum me, Deo vo-

Sanctus ante vult preces absolvere quam parere vocanti Imp.

PAGIUS Quæ verba exscripsere Regino in Chronico, & Annalistæ Bertinianus ac Metensis. Loiselianus tamen eadem verba ad annum superiorem recitat, & Scriptores Veneti decus victoriæ ad Poolum trahere conantur, reclamantibus licet Veteribus Auctoribus.

X. *Acta in Hispania inter Christianos & Saracenos.*

Pergit Eginhardus: *At in Occiduis partibus, Dominus Ludovicus Rex cum exercitu Hispaniam ingressus, Dertosam Civitatem in Ripa Iberi fluminis sitam, obsedit: consumptoque in oppugnatione illius aliquanto tempore, postquam eam tam cito capi non posse vidit, dimissa obsidione, cum incolumi exercitu in Aquitaniam se recepit.* Quid autem hoc anno acciderit in ea Marcæ Hispanicæ parte, quæ Oscæ & Cæsaraugustæ apposita est, idest, in Subrarbii & Aragoniæ tractu, postea ibidem explicat Eginhardus: *Aureolus Comes, qui in confinio Hispaniæ atque Galliæ trans Pyrenæum contra Oscam & Cæsaraugustam residebat, defunctus est; & Amoroz, Præfectus Cæsaraugustæ locum ejus invasit, & in Castellis illius præsidia disposuit; missaque ad Imperatorem Legatione, se eum omnibus ejus obsequio traditurum promisit.* Eadem habet Monachus Egolismensis in Vita Caroli, qui addit Aureolum illum ortum fuisse e genere Felicis Aureoli Comitis Petragoricensis, sed pro *confinio commercium* habet, quæ dictio illa ætate idem erat ac confinium ac limes, ut ostendit Ducangius in voce *commercium.* Moliebatur Amoroz defectionem a Rege Cordubensi, & exemplo Ibnalarabi Ditionem Cæsaraugustanam & Oscensem sub fide Francorum retinere cupiebat. Quid autem is propterea egerit, anno sequenti dicemus. Ex his corruunt quæ habet Marca lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 18. tam de anno reptæ *Dertosæ* quam de aliis ad præcedentes expeditiones Hispanicas pertinentibus.

Subdit Eginhardus: *In Tuscia Populonium, Civitas maritima, a Græcis qui Orobiota vocantur, deprædata est.* [1] *Mauri quoque de Hispania Corsicam ingressi, in ipso Sancto Paschali Sabbato Civitatem quandam diripuerunt & præter Episcopum, & paucos senes atque infirmos, nihil in ea reliquerunt. Interea Godefridus Rex Danorum per negotiatores quosdam mandavit,* se audisse quod Imperator ei fuisset iratus, eo quod in Abodritos anno superiore duxit exercitum, & suas ultus est injurias; *addens*, velle se purgare ab eo quod obiiciebatur: fœderis ruptionem ab illis fuisse inchoatam prius, quam a se bellum. *Petebat etiam*, ut Conventus Comitum Imperatoris, atque suorum juxta terminos Regni sui ad Albim fieret: in quo res invicem gestæ proferri, & emendatione digna inter partes enumerari (vel emendari) possent. *Non abnuit Imperator, colloquiumque trans Albim habitum cum primoribus Danorum in loco qui dicitur* Badenfliot, *multisque hinc inde prolatis, atque enumeratis rebus, negotio penitus infecto discessum est. Trasco vero Dux Abodritorum, postquam filium suum postulanti Godefrido obsidem dederat, collecta popularium manu, & auxilio a Saxonibus accepto, vicinos suos VViltzos aggressus, agros eorum ferro & igni vastat: regressusque domum cum ingenti præda, accepto iterum a Saxonibus validiori auxilio Smeldingorum maximam Civitatem expugnat: atque his successibus, omnes qui ab eo defecerant, ad suam societatem redire coegit. Imperator autem cum ei multa de jactantia & superbia Regis Danorum nunciarentur, statuit trans Albim fluvium Civitatem ædificare, Francorumque in ea ponere præsidium. Cumque ad hoc per Galliam, atque Germaniam homines congregasset, armisque ac-*

XI. *Corsica a Mauris direpta & Germania bello agitata.*

NOTÆ [1] IN *Tuscia Populonium, civitas maritima a Græcis &c. deprædata est &c.* An hæc veritati cohæreant, ambigo; nam Andreas tertius Abbas Montis Viridis in Etruria coevus scriptor, in ea, quam scripsit, Vita S. Walefridi, ejusdem monasterii conditoris, diserte asserit, Mauros (ita eos appellat) qui Populonium maritimam Etruriæ urbem direpturi venerant, numero hominum sexcentos septuaginta ab incolis eorum locorum, numero hominum non ultra quadraginta cæsos fugatosque fuisse, patrocinium pugnantibus præbente Viro Sancto, cujus monasterium ibidem extructum erat. Vitam hanc S. Walfridi vulgavit Bollandus ad diem XV. Februarii. MANSI

volente, prometto. Tu, ut hactenus fecisti, Dei semper operare voluntatem, & simul nobis devotus, & fidelis pro nostri Imperii *statu orare memento, &c.* At de his satis.

PAGIUS *ac caeteris ad usum necessariis rebus instructos, per Frisiam ad locum destinatum pergere jussisset, Trasco Dux Abodritorum in emporio* Reric, *ab hominibus Godefridi per dolum interfectus est. Sed Imperator postquam locum Civitatis construenda fuerat exploratus, Egbertum Comitem huic negotio exequendo praeficiens, Albim transire, & locum jussit occupare. Est autem locus super ripam Sturiae fluminis vocabulo Esfesfelth: & occupatus est ab Egberto & Comitibus Saxonicis, circa Idus Martias* (anni scilicet sequentis) *& muniri coeptus.* Populonium civitas erat Pontificiae Ditionis ex donatione Carolina. Civitas a Mauris capta alia non potest esse quam *Mariana* vel *Nebium*, quae temporibus Caroli Magni solae erant Episcopales in Corsica.

I. *Niceph. Imp. in omnibus impius & scelestus.*

SEquitur Redemptoris annus octingentesimus decimus, Indictione restia iuchoata, quo Nicephorus Imp. persecutionem in monachos damnantes hæresim Mœchianorum prosequens, iu alios etiam convertit tyrannidem, de qua Theophanes, qui præsens ista spectabat, postquam diras, & recens adinventas exactiones recensuit, hæc ait: *Denique militares principes more servorum uti Episcopis, & inferioris ordinis clericis jussit. Aditu-ris Episcopia, & monasteria tributum imposuit persolvendum. Aurea & argentea Ecclesia vasa improbabat, eademque licet sacrata pro communibus habebat, illud Judæ de unguento exhibito Domino usurpans* (a): *Ut quid perditio ista?* Ait idem Theophanes, ipsum deridere consuevisse omnem Christianum proximum diligentem.

(a) Matth. 26.

II. *Niceph. Manichæis admodum faver.*

Sed unde (quis dicet) tanta impietus homini, in quo nec vestigium quidem Christianæ pietatis inesset? Possumus id quidem satis intelligere ex iis, quæ idem Theophanes hoc pariter anno tradit: Ipsum fuisse nimirum studiosissimum Manichæorum, de quibus hæc idem ait: *Manichæorum, de qui nunc Pauliciani, & Atingani dicuntur, quique in Phrygia, & Lycaonia constituti, confines ejus habebantur, amicus ferventissimus erat, responsis eorum semper, & immolationibus congratulatus. In quibus & cum Bardanius Patricius contra eum insurrexit, his advocatis, hunc molitionibus eorum subegit. Taurum quippe in loca quodam, ferreo palo cornibus alligans, ad terram incurvatum, sic dum mugiret, & volutaretur occidi fecit, hujusque* * *vestem in mola versa vice molens, & incantationibus usus, victoriam tulit, permittente Deo propter multitudinem peccatorum nostrorum. Isti locum sub Imperio ejus adepti sunt intrepide conversandi; unde multi seniorum nefandis eorum corrupti sunt sectis.* Hæc Theophanes. Quod igitur occulte Manichæus, faveret Manichæis non potuit non odisse magnopere Christianos, & eleemosynas facientes secundum ipsorum impietatem, suo loco superius enarratam.

* testem al. sectem.

III. *Martyres sub Nicephoro,*

Quam autem fuerit impius iste sævissimus hostis Christianorum, vel ex hoc disce, quod hoc ipso anno nono ejus Imperii diro supplicio complures oecavit Christianos, quos uti martyrio coronatos, ipsorum sanguine, & victricibus laureis ditata illa Ecclesia, anniversaria die celebrat, hocque elogio ipsi Græci in Menologio eorum agunt natalem diem vigesimatertia mensis Julii: *Commemoratio eorum, qui sunt in Bulgarea interfecti sub Nicephoro, & Stauratio Imperatoribus, anno nono Imperii Nicephori, quorum alii lethalibus plagis acceptis, cum Christum negare non paterentur, multiplicibus, & acerbissimis tormentis subiecti, e vita discesserunt; aliique ense obtruncati, alii funibus vincti & suffocati, alii sagittis confossi, alii denique carceribus, & fame consumpti expirarunt, & corona martyrii donati sunt.* Hæc Græci. De his etiam eadem omoes Latini aguot in Martyrologio, ubi hos a Nicephoro cæsos tradunt, licet Bulgaris alii tribuant. Fuisse quidem ipsum addictum sectæ Manichæorum, Theodorus Studita hujus temporis scriptor testatur iu Platone, sed & favisse Iconomachis, idem qui supra Theophanes habet: Tot habuit capita cornuta monstrum unum, quorum singulis dire infestavit Ecclesiam.

IV.

At quoniam innovatam hæresim Manichæorum rursum in Oriente sub Constantino Heraclii nepote superius pro ratione temporum sumus prosequuti ex Luca Siculo, qui floruit sub Basilio, & filiis Imperatoribus, qui de his scrisipt historiam ad Archiepiscopum Bulgarorum: hic apposite reliqua prosequamur, quæ non

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCCXLVIII. Anno Hegiræ CXCV. inchoato die 4. Octob. fer. 6. A. C. 810. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6303.

☉ 7. F. ☽ 13. P. 31. Mart. Indict. 3.

JESU CHRISTI 810.

LEONIS III. PAPÆ 16.

CAROLI IMP. 11.

NICEPHORI IMP. 9.

ANum. I. ad XVIII. Theophanes anno Incarnat. secondum Alex. DCCCIII. qui Kalend. Septemb. hujus Christi anni inchoatur, hæc habet: *Hoc anno Nicephorus, qui lege sancita fenora exercenda prohibuit, solitas sibi et Deo invisas Christianorum inspectiones, bonorum omnium & animalium, pabulorum & fructuum iniquas proscriptiones, usuras de navigiis captatas, aliaque mala infinita prorogavit in pejus: in quorum narratio ex parte instituta molesta iis sit futura, qui res gestas compendio cognoscere student. Mensis autem Octobris die primo, hebdomadæ feria tertia* (ideoque hoc Christi anno littera Dominicali F. insignito), *quidam incognitus monastico habitu tectus, educto cujuspiam militis latere gladio in Palatium irruit, Nicephoro mortem inferre meditatus. Astantium autem duos eum insequentes, ac retinere contendentes graviter vulneravit. Comprehensus itaque & tormentis examinatus, nullo criminis* an-

Nicephori Imp. publico astuat odio.

Digitized by Google

Sergius instaurator Hæresis Manichæorum.

non hoc tempore solum ab iisdem nefariis fieri contigerunt, sed ab Irenes Imperio usque Michaelem, & ejus successorem Leonem annis tredecim. Sic enim ait, de Sergio instituens narrationem, qui eamdem hæresim Paulicianorum collapsam restituit: *Nec longum (inquit) tempus abiit, cum exortus est alter veritatis inimicus ex locis Tilia civitati vicinis. Est enim in illo tractu Armia dictus, in eoque vico Drynus quidam tunc erat, cujus filius fuit Sergius, ille diaboli maximus propugnator: Sergius qui multos ex ovibus lupos fecit, & per eos Christi ovilia dissipavit: Sergius acer ipse sub ovina pelle lupus, virtutum fraudulentus simulator, quique hac arte plurimis fucum faciebat: Sergius Crucis Christi hostis, os impietatis in Christi matrem, sanctosque contumeliasus: Sergius Christi Apostolorum adversarius, qui & Prophetas odio habuit, & a divinis litteris versus ad fabulas, & mendacia se convertit: Sergius Christi osor Ecclesiæ perduellis, qui Dei Filium conculcavit, & sanguinem Testamenti pollutum duxit, & Spiritus gratiæ contumeliam fecit: Sergius, qui Paraclitum se esse mentiens, lucidam stellam se esse jactabat. Et quid diutius immorar, nec potius concludo? Ait enim opinor, nec ætas omnis ejus nequitias commemoranti sufficeret.*

V. Primordia Sergii Manichæi.

Hic itaque Sergius juvenilibus adhuc annis, Manichææ cuidam feminæ adhærens, in fraudem ab illa, erroremque perductus, præcursor factus est Antichristi. Ita nimirum conveniebat, turpissimæ sectæ ministros, vel ex Sarracenis genus ducere, vel ex servis, alios ex scortis nasci, alios ex feminis fœda errore seduci. At ne cui forte videar immerito illum accusare, res ejus exequar sigillatim, primumque exponam, qua ratione miser in hanc hæresim lapsus sit: deinde ex ipsiusmet verbis ostendam, qualis sit: aut potius qualis fuerit infelicissimus. Hic igitur cum juvenis adhuc esset, ut dixi, in feminam quamdam casu incidit moribus infamem, secta Manichæam. Illa vero diaboli sectatrix, ut callida erat, ac subdola, sic juvenem allocuta.

Manichæa quomodo seducit Sergium.

Audio, domine Sergi, te litterarum scientia, & eruditione præstantem esse, ac bonum præterea virum usquequaque. Dic ergo mihi, cur sacra Evangelia non legis? Quibus ille verbis illectus, nec occultum potius intuens nequitiæ venenum, quod latebat, ita respondit: Nobis ista legere non licet, sed sacerdotibus dumtaxat. At illa: Non ita est, inquit, ut putas; nec enim personarum est acceptio apud Deum (a): Omnes si quidem homines vult salvos fieri Dominus, & ad agnitionem veritatis venire. At sacerdotes vestri, quoniam Dei verbum adulterant, & mysteria occulunt, quæ in Evangeliis continentur, idcirco vobis audientibus omnia non legunt, quæ scripta sunt, sed quædam legunt, quædam omittunt, ne possitis pervenire ad agnitionem veritatis. Scriptum enim in illis est, quod in illa die quidam dicent (b): Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus? & respondens Rex, dicet illis, Amen, Amen dico vobis, non novi vos. Scrutare, & vide, num ita scriptum sit. Quosnam ergo istos esse putas, quibus Dominus dicet: Non novi vos?

(a) 1. Tim. 2.

(b) Matt. 7.

VI.

Ad hæc stupidissimus homo, cum imperitus, & rudis esset, hæsitans tacebat: Et nobis quidem, inquit, Evangelici dicti sententiam in promptu fuerit in hunc modum exponere: Quidam sunt, hodieque qui Christianam vitam colunt, & pie vivere videntur; cæterum incantamentis quibusdam, & dæmones expellere, & morbos curare consueverunt, sicut olim (c) Scevæ filii, & qui dicebantur Exorcistæ, qui quidem (ut in Actis est Apostolorum) a dæmonibus obsessos adjurabant his verbis: Adjuramus vos per Christum, quem Paulus prædicat: Exite ab hominibus his. Dæmones autem Christi nomine audito, trepidi fugabantur. Hoc ipsum nunc plurimi faciunt, non animadvertentes, se hujusmodi artibus salutis suæ jacturam facere. Clamabunt igitur in illa die (d): Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæmonia ejecimus, & virtutes multas fecimus? Et respondebit Dominus: Amen, Amen dico vobis, Non novi vos. Sunt & a-

(c) Act. 19.

Falsæ doctrinæ Catechesis.

(d) Matth. 7.

PAGIUS

ancillare vel conscio accusato, a dæmonio torqueri se finxit. Imperator Virum pedicis ligneis, una cum iis, qui a dæmone exagitantur, arctari jussit: quod gravis mali tam imperantibus quam subdito cuique impendentis portentum dari, quale impii Nestorii temporibus visum, augurati sunt.

II. Manichæorum & Athinganorum superstitionibus addictus.

Porro Manichæorum, quos nunc Paulicianos dicimus, & Athinganorum ex Phrygia & Lycaonia juxta patriam suam erumpentium amicus totus eorum cupidine flagrans extitit, ac eorum vaticiniis & superstitionibus omnino deditus: iis enim accitus, cum Bardanius Patricius seditionem movit, eorum præstigiis usus hominem in se rebellantem prostravit. Taurum siquidem in foveam demissum, & in terram capite proclivem cornibus ad palum ferreum alligatis, eo pacto mugientem & in luto volutantem se occidi paravit: ejusdemque Bardanis veste sub mola in retroactum gyrum contorta conteri præcipiens, ac simul incantamenta effatus, Deo ita permittente, ob innumerum peccatorum nostrorum numerum, victoriam retulit. Quamobrem sub ejus Imperium Manichæis istis libere cum aliis vivendi & Civitatis jure citra metum utendi facultas datur: ex quo multas levioris ingenii homines nefariis eorum opinionibus depravari contigit. Cangius in Notis ad hunc locum dicit, Athinganos, seu eorum reliquias ac successores, Italis *Tzyngari* no-

& alii porro, qui monasticam vitam, & inculpatam vitæ formam susceperunt, sed ignavia, & imperitia sua in errores prolapsi sunt; ideoque cælorum Regnum minime consequentur. His ne quid in illa die ab justo Judice ipsis debeatur, conceduntur hic dona curationum, ut quando vociferabuntur: Domine, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus? audient pariter: Amice non facio tibi injuriam accepisti quæ tua erant in vita tua, nunc tolle quod tuum est & vade.

VII. *Enimvero hæc, aut similia ignorans Sergius, Evangelii codicem evolvit, & verba nactus, quæ infelix illa pronuntiarat: Dic, quæso, ait, de quibus hæc Dominus dicit? Illa autem tum quidem nihil respondit, sed pergens ipsa percontari: Tu vero, inquit, de quibusnam illud a Domino dictum esse censes (a): Multi ab Oriente & Occidente venient, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Jacob in Regno cælorum; filii autem Regni ejicientur in tenebras exteriores? Quinam hi sunt filii Regni? Ille vero cum dicere nesciret, hos Israelitas esse, quorum adoptio propria fuerat, & cultus, & promissio, quos Christus ipse filios vocat, cum Chananææ dicit: (b) Non est bonum sumere panem filiorum, quique propterea ejecti sunt, quia ipsum Cruci affixerunt. Hæc, inquam, respondere nesciens infelix Sergius, & mænadem illam salutis suæ ducem se nactum ratus, sollicite cupit de his omnibus interrogare. Tum vero præclara exitii magistra, cujus os sepulcri patentis instar erat, aperte ausa est adversus Sanctos debacchari; Filii Regni, ait, Sancti tui sunt, qui & dæmones pellunt, & hominum sanant infirmitates, quos tu tamquam deos colis, relicto Domino vivente immortali, quibus utique die illa justus Judex dicet: Numquam novi vos.*

(a) Matth. 8.

(b) Matt. 15.

Ad Novatores admonitio. Videant Novatores, & recognoscant suum ipsorum cathechistam diabolum, qui eadem, quæ ipsos, docuit Sergium per Manichæum, & erubescant suam ipsorum intuentes originem, & auctorem, a quo didicerint impiam Hagiomachiam, quam eodem ferme ordine, & verborum serie, & magisterio alios ipsi docent. Sed & intellige quæ pariat monstra, credere quibuscumque absque delectu personis etiam laicis divinam scripturam: & quam procul absit a Catholicæ Ecclesiæ moribus, ut aliis quam sacris Theologiæ divinæ scripturæ committeretur legenda. Sed cœpta prosequamur. Pergit auctor:

VIII. *Eodemque filo singula percurrens Evangelii verba, & cujusque vocis sensum, prout capere illum videbat, mirifice depravans, brevi aptum reddidit diaboli instrumentum, atrumque, & ipsa contra humanum genus telum exacuit, quale ante illud tempus nullum fuerat. Qui enim hanc præcesserunt, tametsi propter grave intemperantiæ cœnum, fædaque facinorum inquinamenta, & impias in Deum voces, malitia præcipui, & insignes erant; attamen fugiendi hominibus & abominandi passim judicabantur, quo fiebat, ut pauci ab eis in fraudem pertraherentur. Hic vero rejectis omnibus illorum flagitiis, ac libidinibus, blasphemiae velut salubria dogmata complexus, virtutes nonnullas callide simulabat, pietatisque specie velut ovina pelle lupum tegens, pietatis autem abnegans virtutem, iis, qui ipsum non norant, certissimus salutis ductor videbatur. Æmulabatur enim virtutem improbitas, non secus ac lolium pro tritico conseri, & haberi vult. Atque his ille artibus, ac fuco fallunt, & percellunt instabiles: quod utinam a tam perniciosa fraude, fucoque eruamur omnes precibus, ac patrocinio immaculatæ sanctissimæ dominæ nostræ propriæ veræque Deiparæ, & semper Virginis Mariæ, Sanctorumque omnium. Illi enim, quoad extremam ad perniciem miseros homines pertraxerint, numquam eis illud magnum mysterium suum offerunt, quod est Dei abnegatio.*

Fraudulenti doctores impietatis.

IX. *Edoctus ergo ab exitiosa femina diaboli propugnatoe Sergius, cum hæresim altius imbibisset, crederetque omnes homines, qui sinceram, & illibatam Christianorum Fidem nostram, ac pietatem colunt, in pernicie versari: zelo satanico insurgit, & novus præco fit erroris, co-*

Sergius Tychicus dici vult Pauli discipulus.

PAGIUS. nobis vero Bohemos vel *Ægyptios esse*; quod ex Oriente profecti in illos partes, & inde versus nos penetrarint. Verum Constantinus Porphyrogennetus in Chronographia lib. 2. num. 3. loquens de Michaele Amoriensi Imperatore, qui ex Athinganorum secta erat, ait quidem frequentem semper multitudinem Athinganorum in Phrygia consedisse, sed eorum sectam his verbis describit: *Secta hæc, divinum quidem lavacrum ut salutare & a suis explorate agnitum probatumque, eos, qui initientur, percipere sinit; in reliquo autem omnia, præter unam Circumcisionem ex legis Mosaicæ ritu servat.* Iisdem fere verbis hanc hæresim Cedrenus in Vita ejusdem Michaelis depingit. Quare Goaris interpretatio reiicienda.

III. Pergit Theophanes: *Fuit tum in Exercitu Nicolaus quidam, Eremita nomen falso sibi arrogans, & quidam ejusdem vitæ particepe, adversus rectam fidem & Venerandas Imagines blasphemias evomere assueti. Istos sibi devincire, Pontificem vero Nicephorum, reliquosque vitam suam ad Dei placitum conformantes affligere studebat. Sæpius enim his illos insanientibus succensuit; cum ex adverso mutuas ad invicem foventes inimicitias amplecteretur; & diligentes invicem conviciis morderet, usque erat Divinorum Mandatorum acerrimus oppugnator, in id toto studio captus,*

Subditos suos crudeliter venat.

Digitized by Google

(a) Ephes. 6. Coloss. 4. 1. Tim. 4. Tit. 3.

cognomentumque assumens (a) Tychici, cujus nomen est celebre in epistolis Pauli, Pauli discipulum se vulgo jactavit, & ab eo missum ad prædicandum, non Dei verbum, sed hæresim perniciosam. Itaque civitates singulas, regionesque in quibus Apostolus veritatis verbum ante octingentos plus minus annos promulgarat, impigre circumcursans, multos ab Orthodoxa Fide avertit, & diabolo adjunxit. Quod ipsemet in quadam epistola gloriatus his verbis: Ab Oriente (inquit) usque ad Occasum, a Borea ad Austrum cucurri, nuntians Evangelium Christi, genibus meis laborans. Triginta enim, & quatuor annorum spatio, ab Irenæ Augustæ Imperio, usque ad Theophilum Imperatorem persistens, conflavit illam, quæ etiamnum obtinet, defectionem, quam Paulus Apostolus (b) Thessalonicensibus prædixerat; quaque iste magnam Christi Ecclesiæ partem graviter afflixit.

(b) 2. Thess. 9.

X. Nefanda opera Sergii Manichæi.

Alios siquidem hujusce vitæ commodis, & facultatibus privavit, sive illos spolians bonis, & ante diem periment, alios etiam æterna spe, ac jure dejecit, dum nefariis ejus ritibus obsequuntur: multos ille conjuges dissocians, eorum thoros discipulis suis inquinandos objecit: multos infantes ab uberibus matris rapiens per discipulos suos partim occidit, partim a genitoribus, Deoque vivente, qui suo eos sanguine redemit: abducens vendidit Agarenis, formosos adolescentes, adolescentulas unigenitas a parentibus sejungens, barbarorum addixit servituti; multos fratres, & sorores, consanguineosque & amicos separans, propriisque sedibus exturbans, in remotas oras ablegavit; quorum gemitus & lamenta cæli ad usque fornices penetrarunt: monachos complures, ac moniales, quæ virginitatem suam Christo devoverant, per discipulos suos corrupit, & a monastica vita revocans, a Deo simul alienavit. Multos denique sacerdotes, & levitas ab Orthodoxa religione avellens, & ex ovibus lupos faciens, hominivoros esse docuit. Multos in vinculis, & custodiis mori coegit: alios inopes reddidit ex opulentis. Et nunc tantorum malorum auctor, & artifex, adorandus fe-

licet erit ut Paracletus; ejus namque discipuli, cum in ejus nomine vota concipiunt, precari sic solent.... Spiritus sancti miserebitur nostri.

XI. Excusatio fraudulenta Sergii.

Verumtamen tantorum iste malorum causam se esse negabat: Sæpe, inquit, eos monui, & hortatus sum, ut a capiendis Romanis desisterent. Ipsi vero mihi non obtemperaverunt. At qui, obsecro, insontem te esse probas? Si enim tibi illi non obtemperabant, cur cum pervicaci populo tibi esse collibuerit, quem regere non posses? cur ad ultimum vitæ tempus cum eis versatus es? Quod si Christi vestigia sequi eos docebas: cur & hoc quoque non docebas, quod Dominus ait (c): Cum persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam? Enimvero coarguam te verbis tuis, atque convincam. In ea enim epistola, quam ad Colossenses dedit, hæc ejus sunt verba: Probationem fidei vestræ præscientes, apud vos commemoramus, quod quemadmodum præcedentes Ecclesiæ pastores, magistrosque susceperunt (Constantinum intelligit & reliquos) ita & vos, splendidam facem, & lucidam stellam, salutisque ducem excepistis, juxta id, quod scriptum est (d): Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit.

(c) Matth. 5.

(d) Matth. 6.

XII.

O ter infelix, omnique scatens impietate! Si Pauli discipulus es, cur magistrum non æmularis? ille seipsum omnium peripsema dixit, abortivum, & minimum Apostolorum. Tu vero, qui tot mala perpetrasti, nihil unquam recte aut boni egisti, ultra Pharisæum gloriaris. Non legisti quod in sacris litteris prohibitum est (e): Qui seipsum commendat, nihil est, etiam si vera dicat? At tu porro cum animo tenebricosus sis totus; quare temere lucidam stellam temetipsum, & splendidam facem, & salutis ducem appellabas? qui tot animas ad interitum adegeras, atque ipsum corporis Ecclesiæ Dei oculum occæcaras. Amens & attonite, qui cæcus eras, quomodo aliis miser dux salutis extitisti? Non illud legisti (f): Si cæcus cæco ducatum præstat, ambo in foveam cadunt? Quoniam vero illi virtutem tuam æmulabuntur, ut dicere posses (g): Imitatores mei estote, & tenete traditiones, quas a me accepistis? Fu ni-

mi-

(e) 2. Cor. 10.

Redarguitur impius Sergius.

(f) Matth. 15.

(g) 1. Cor. 11.

PAGIUS stas, ut, litibus per fas aut nefas cuilibet Christiano in Magnauro curnisicina intentatis, neminem impietatibus suis dignoscendis attendere permitteret. Militares Proceres Episcopiis & Clericis herili jure Episcopatibus & Monasteriis abductis, in servorum modum uti, eorumque bonis abuti, jussit. Ex insuper, qui ab antiquo aurea vel argentea quæque vasa Deo devota consecrassent, ipse vituperare incessebat: & quæ nunc possideret Ecclesia communibus usibus deputanda, prout Judas Dominicum unguentum deblaterabat. Adhæc qui præcesserant Imperatores, cum rerum gerendarum imperitos, moderantia in universum sublata, accusabat, affirmans neminem Principe potentiorem esse, modo caute atque strenue is Imperium gerat: sed homo Divina justitia victimus, in hisce suis vanis commentis deceptus est. Ariani Exocionitæ dicti, quod Constantinopoli in loco Exocionia appellato conventus suos agerent, ut alibi diximus. Narrat Baronius ex Historia Leonis Sicoli, quæ Manichæi ob Irenes Imperio usque ad Leonem Armenum annis XIII. gessisent.

mirum fidei, doctrinaque tuæ fructibus magnam peperisti impietatem.

XIII. Impudens jactatio Sergii Manichæi.

Discipuli tui priusquam te nossent, oves erant; nunc postquam te norunt, aut a te potius cogniti sunt, in voraces hominum feras conversi sunt. Et post alia pauca: *Nemo vos seducat ullo modo. Has vero promissiones habentes a Deo, confidite: Nos enim fiduciam habentes in cordibus nostris, scribimus vobis, quoniam imitator, & pastor bonus, ut dux corporis Christi, & lucerna domus Dei ego sum, & vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi: etsi enim corpore absum, at spiritu sum vobiscum.* O veritatis hostis, fili diaboli, omnisque nequitiæ architecte: qui talia effari ausus es, æqualem te faciens Deo (a)! *Qui enim se exaltat, humiliabitur: & ejus se ipsum glorificat, gloria nihil est.* Et qui *blasphemat (b) in Spiritum sanctum: ei non remittetur, neque in hoc sæculo, neque in futuro.*

(a) Matt. 18.

(b) Matt. 12.

XIV. Mentitor, & mutator nominum Sergius.

Rursus prosequitur: *Sed hæc dico, Ecclesiam quidem, quæ Corinthi est, condidit Paulus, eam vero, quæ est in Macedonia, Silvanus, & Titus,* quibus verbis Macedoniam appellat cæcum illum, qui Cibossæ erat. Constantinum autem, & Simeonem, Silvanum intelligit, & Titum: *Achajam vero inquit, lustravit Timotheus,* Achajæ nomine Monalim designans & Timothei nomine Genesium, qui revera Thymotheus. *Philippensem Ecclesiam administravit Epaphroditus,* ille nimirum ex scorto natus Joseph Caprarius, qui re ipsa potius Aphronetes, Philippenses vero appellat ejusdem discipulos: *Laodicensem Ecclesiam ac præterea Colossensium docuit Tychicus.* Hic vero Colossenses quidem vocat Argantas; Ephesios autem eos, qui Mopsuestiam, Laodicenses, qui Cynas incolunt, seu Caris regionem; hos autem tres unum esse ait, & ab uno Tychico erudiros. Vides quemadmodum sese in Antichristi cathedra magistrum constituat: atque ut plurimos decipiat, juxta cujusque Ecclesiarum Christi, quæ in Apostoli epistolis celebrantur, appellationem, nomina insulse, ac stulte locis imponat, quæ multis ante sæculis proprias nuncupationes sortita sunt?

XV. (c) Rom. 5. Redarguitur multimode Sergius.

Age vero dic, sycophanta, veritatis impugnator (c), Paulus Apostolus, qui ab Hierosolymis per circuitum usque in Illyricum docuit, quomodo solam condidit Ecclesiam Corinthiorum? Quod si Pauli discipuli fuerunt, quos commemoras: quandonam ab eo, & quo in loco edocti fuerunt, qui octingentis post annis nati sunt? Cur veritatem oppugnas? nec pudet tot gentes fucatis verbis, fictisque nominibus decepisse? Cur hominum gloriam dilexisti, & non Dei? Qum etiam ab omnibus recipi postulas, tamquam Apostolus Christi, & Leoni Montano sic scribit: *Tu vero cave tibi, ne fidem dividas inflexibilem. Quam enim habes contra nos accusationem? Num aliquem circumveni? aut superbe egi? non potes dicere; & si dicas, testimonium tuum verum non est. Mihi vero absit, ut odio te habeam. Solum oro te, ut quemadmodum Apostolos suscepisti, & Prophetas, qui quidem numero sunt quatuor, ita pastores, & magistros suscipias, ne feris belluis præda fias.* Et alibi rursum ait: *Prima fornicatio, quam ex Adamo ducimus, beneficium est. Secunda vero major est fornicatio, de qua dicitur (d): Qui fornicatur in proprium corpus, peccat.* Et pergens: *Nos sumus,* inquit, *Christi corpus. Quod si quis discescat a traditionibus corporis Christi, hoc est a meis, peccat, quoniam alia docentes sectatur, & sanis sermonibus non credit.*

(d) 1. Cor. 6.

XVI. Redarguitur commendator fornicationis.

Dic ergo mihi, impietatis defensor: Quomodo beneficium est fornicatio, quæ & ab ipso, qui mœchatur, post factum damnatur, & ab universa divinitus inspirata scriptura pro nihilo ducitur, & penitus profligatur? Qui ausus es & propter intemperantem tuam stupiditatem Domini verba infringere, qui fornicationem ipsam etiam adspectu definiat, cum ait (e): *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, jam mœchatus est eam.* Tu vero stabilire, ut inanem hominum gloriam aucuperis, & vilia mancipia, incontinentesque homines tibi devincias, nullam aliam fornicationem esse confirmans, quam quis a te doctrinaque tua desciverit. Quibus ergo habenda est fides? iis ne, qui a veritate ducuntur, an iis, qui a te plano, & fallaci veritatis inimico? Hæc itaque pauca de multis ejus impie dictis collecta hoc loco protulimus ad ejus reprehensionem, ac discipulorum ejus, ut pravus cordis ipsius thesaurus, pateat omnibus, & innotescat. Ex abundantia quippe cordis os loquitur.

(e) Matt. 5.

XVII. Sergius revera Manichæus.

Cæterum nemo sibi persuadeat aliam hæresim fuisse, quam Sergius docuit ab ea, quam Manes invexit: una enim, eademque fuit. Quo vero tempore docere cœpit hic Sergius, cum multos sibi discipulos cooptare studeret, & ab Ecclesia Christi, quosque passim abducere: bis terque in faciem restitit Baanæ spurio discipulo suo, & symmystæ, fictaque pietatis imagine reprehendere illum coram universis auditoribus aggressus est, non fidei nomine, sed propter immania & nefanda ipsius facinora. At Baanes contra, Sergio resistens: *Tu nuper,* ajebat, *exortus, & neminem doctorum nostrorum vidisti, cum nullo versatus es: Ego autem domini Epaphroditi sum discipulus: & sicut ab initio tradidit mihi, sic doceo.* Verum enimvero Sergius fœdam hominis colluviem,

quam

Baanitæ & Sergiotæ. *quam docebat, detestans, palamque illum incessens, hæresim in duas partes discidit; eosque, qui Baanæ studebant, Baanitas appellavit, ut ille contra Sergiotas, Sergii hujus sectatores. Post obitum deinde Sergii non ferentes ejus discipuli suam ipsorum ignominiam, & probra, quibus passim ab omnibus unerabantur, Baanitis violentas manus intulerunt, ut eorum ab se convicia abstergerent, ac delerent. Tum ex Sergii compereginorum numero, Theodotus quidam hoc spectaculo indignatus: Nihil vobis ait, & hominibus istis: omnes enim quoad vixit magister noster, unam fidem colebamus, atque ita a cæde facienda destiterunt.* Hæc auctor usque ad tempus Michaelis, qui successit post annum sequentem Nicephoro. Quæ autem statuerit idem Michael adversus hujusmodi nebulones, tradens omnes cædi: suo loco dicturi sumus.

Vidisti quos audire solitus, quibus auscultare, & quorum consilia capessere consueverit perditissimus Nicephorus Imperator, ne mirum non sit, si talis fuerit, quales numquam fuerunt omnium sceleratissimi Principes; etsi expers ipse fuit communicationis Ecclesiæ Romanæ, qui Manichæis inhærens erat. Sed quas ex tali semine fruges tandem messuerit, suo loco jam proxime dicturi sumus, anno nimirum sequenti.

XVIII. Quod ad res Occidentales attinet: *Hoc anno* (habent veteres Annales Francorum a Pithœo editi) *veniente Legato Constantinopoli, Carolus Magnus Nicephoro Imper. Venetiam reddidit.* Hæc autem ibi summatim perstricta, ut facilius percipiantur: altius est repetenda narratio ex iis, quæ in vita ejusdem Caroli magni Imp. ab auctore ejus sæculi per annos singulos digesta leguntur, atque in primis quæ habentur anno Redemptoris octingentesimo sexto, quod cum Carolus subegisset suo Imperio Dalmatiam, & alias circumpositas regiones, a Nicephoro Imperatore Constantinopoli classis missa est ad recuperandam ipsam Dalmatiam. Sed frustra: nam nihil perfecit: quæ cum continuerit se Venetiis, sequenti anno pace facta cum Pipino Italiæ Rege, Constantinopolim rediit. Post biennium vero, anno nimirum Redemptoris octingentesimo nono, cum iterum Constantinopoli classis in Dalmatiam missa tentasset expugnationem Comaclii insulæ, a præsidialibus militibus male habita, Venetias redire compulsa est. Cum vero ejusdem classis dux Paulus interim pacem tentaret cum Pipino Italiæ Rege: adversos sensit Venetorum duces Guillarium, & Beatum ejus conatus impedientes, eidemque insidiantes: quamobrem inde discessit. Cujus sceleris ultor surrexit Pipinus, qui & eorumdem ducum Venetorum defectione incitatus, Venetiam ipsam bello terra, marique statuit appetere. Factusque voti compos De rebus Venetis sub Carolo M.

Non est,

PAGIUS IV. *Franci subigunt Venetos, sed a Dalmatia repelluntur.* Ad num. XVIII. & seq. Eginhardus in Annal. hoc anno scribit: *Pippinus Rex, perfidia Ducum Veneticorum incitatus, Venetiam bello terra marique jussit appeti. Subjectaque Venetia, ac Ducibus ejus in deditionem acceptis, eamdem Classem ad Dalmatiæ littora vastanda misit. Sed cum Paulus Cephaleniæ Præfectus cum Orientali Classe ad auxilium Dalmatis ferendum adventaret, Regia Classis ad propria regreditur.* Paulo post de Carolo Imp. loquens, subdit: *Pacem cum Nicephoro Imperatore fecit. Nam Nicephoro Venetiam reddidit.* Eginhardo reliqui Annalistæ & Regino in Chronico consentiunt. At non ita censent Rerum Venetarum Scriptores; nulla enim Constantinopolitanæ Classis ac Pauli Præfecti mentione facta, Francos cum Olivola & Rivoaltum invadere statuissent æstu decedente cæsos omnes ac captos volunt. Sigonius lib. 4. de Regno Ital. de Nomine & Origine Venetiarum ait: *Urbs tota Rivoaltum & Olivolam continens, post ano Venetiarum nomine appellata. Hac ejus Urbis & Reipublicæ, quæ ad hunc usque diem opulentissima atque amplissima fuit principia fuisse feruntur.* Cointius hoc anno n. XXXVI. & seqq. Venetis & Francis Scriptoribus simul collatis, hæc certa esse existimat. Pippinus Rex *Venetiam* ingressus, illius Provinciæ complures occupavit Urbes, cum ipsa Ducum Sede *Metamauco* in Venetorum æstuariis posita. Nonnulli conjugibus & liberis in lembos impositis ad Olivolam & Rivoaltum confugerunt, rati eas Insulas ab hostili Impressione ob intercedentem magnum canalem securiores fore. Nec eos hæc fefellit opinio. Nam *Franci*, quia propter navium gravitatem aditu illorum locorum prohibebantur, iter alio converterunt, ad littoralem videlicet Dalmatiam, cujus pars *Nicephoro* Græcorum Imperatori parebat, & amicitiam societatemque cum *Venetis* inierat. *Paulus* autem Cephaleniæ, quæ insula est maris Jonii, Samos olim dicta Præfectus auxilio Dalmatis fuit cum Orientali Classe. Franci Pauli adventu *reversi sunt ad propria*. Pippinus Rex in morbum incidit, & mense Julio Mediolani obiit, ut mox dicetur.

V. *Initia Reipublicæ Venetæ.* Quæ excidium Metamauci secuta sunt Sigonius laudatus ex quorumdam Venetorum relatione sic enarrat. *Beatus Dux cum Metamaucum eversum videret, animum ad Sedem in Rivoaltum & Olivolam traducendum adjecit, eas propter magnitudinem suam satis amplas ad vicinorum populorum magnitudinem, & Republica quam sibi pollicebatur, dignitatem recipiendam fore arbitratus; atque Tribunis & Primoribus Insularum in consilium advocatis, ex eorum auctoritate Regiam eo traduxit. Beato vero, antequam res ad exitum perduceretur, vita functo, Angelus Particiacus Dux substitutus incœpta persolvere instituit.* Veteres Rerum Francicarum Scriptores, nec non Ado, Regino, Monachus Egolismensis, & incertus Auctor in Vita Caroli, non tantum subactam a Francis Venetiam, sed etiam Duces ejus in deditionem receptos testantur. Et Petrus Justinianus in Historia Veneta, lib. 2. varias opiniones, quæ de Beato Duce circumferuntur, breviter complexus ad Angelum Particiacum sic transit: *Defuncto autem Beato, seu relegato, subsecutus est Angelus*

Pa-

Digitized by Google

est, at ex insperato Venetiam subigeret, eosdemque duces in deditionem acciperet. Post hæc autem contigit quod dictum est; nempe ut legationibus intercurrentibus firmata pace inter Nicephorum, & Carolum Magnum Imperatores, idem Carolus Venetiam ipsi reddiderit: quod quidem hoc anno cœptum, sequenti vero impletum, iidem Annales docent, cum alioqui non desierint iidem Impp. legationum internuntio inter se mutuo stabilire concordiam.

XIX. Carolus Magnus quas subactas regiones Græcis dedit. Hæc sunt, quæ usque ad annum sequentem octingentesimum undecimum inter Carolum Magnum, Nicephorum Impp. atque Venetos transacta sunt, eademque ex scriptoribus (ut dictum est) ejus temporis in lucem prodita, ex quibus invenias, in quo de rebus Venetis recentiores historicos erroris arguas, & emendes. His addimus ea, quæ Eginhardus hujus etiam temporis auctor, qui fuit Carolo Magno a secretis, in eamdem sententiam habet; nimirum Carolum Magnum redegisse sub tributo Istriam, Liburniam, atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus; *quas*, inquit, *ob amicitiam & junctum cum eo fœdus, Constantinopolitanum Imperatorem habere permisit*. Et inferius de concordia inita cum Nicephoro, & successoribus Impp. firmiter conservata habet ista: *Imperatores etiam Constantinopolitani, Nicephorus, Michael, & Leo, ultro amicitiam, & societatem ejus expetentes, complures ad eum misere Legatos, cum quibus tamen propter susceptum a se Imperatoris nomen, & ob hoc quasi qui Imperium eis eripere vellet, valde suspectum, firmissimum fœdus statuit, ut nulla inter partes cujuslibet scandali remaneret occasio*. Hactenus Eginhardus.

☞ Pro pace confirmanda tunc misit Nicephorus Imperator Arsacium ad Pipinum Italiæ Regem, sed eo jam proxime ex hac vita sublato, Carolus ipse Imperator eamdem legationem suscepit, pacemque rogatam concessit, hasque literas ad Nicephorum Augustum conscripsit, quæ inter literas Alcuini, utpote ab ipso Caroli nomine conscriptæ, habentur hoc titulo prænotatæ. Caroli M. ad Nicephorum litteræ. *Epistola nona nomine Caroli Magni ad Nicephorum Imp. Constantinopolitanum* (a). (a) Alcuin. ep. 9. tom. 9. Antiq. lect.

Cum in omni humanæ actionis initio, Domini sit auxilium invocandum: maxime in hoc quod modo inter nos, Deo mediante, agitur negotio, Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi omnimodis sunt imploranda suffragia, ut qui nomine illius signati sumus, & in dispensatione Passionis ejus ab æterna mortis periculo nos redemptos esse confidimus, ea quæ ipso inspirante incohamus, ad honestum & utilem perfectionis terminum perducere mereamur, in cujus nomine atque honore Legatum fraternitatis tuæ, quem ad bonæ recordationis filium nostrum Pipinum Regem misisti, Arsacium scilicet gloriosum Spatharium ad nos cum verbis, & lit-

PAGIUS *Participatii Principatus. Qui primus in Rivalto Ducalem sedem tenuit*. Qui itaque superfuerunt e Venetorum clade, cum ad Rivoaltum & Olivolam insulas se recepissent, Ducem elegerunt *Angelum Participatium*, seu Particiacum, quod *Rivoaltum Duci, Olivolam Episcopo* destinarit, *ac primæ Ducalis Prætorii, quod loco nunc est, fundamenta* jecerit. Venetiæ hodie in Regiones sex distinctæ, & ex duplici nomine, quod quintæ Regioni tribuitur, in qua Sedes Episcopi semper fuit, duplex quoque nomen accepit Episcopus loci illius; dictus est enim primum Episcopus *Olivolensis*, deinde Episcopus *Castellanus*. Post aliquot annos *Olivolensis* titulus suppressus, & Episcopus *Castellanus* appellatus usque ad Sanctam Laurentium Justinianum, qui post Dominici Patriarchæ Gradensis obitum a Nicolao V. Papa constitutus est primus Venetiarum Patriarcha, nec deinceps auditum Patriarchæ Gradensis aut Episcopi Castellani nomen, Gradensi Patriarchatus dignitate Venetias translata, & Episcopo Castellano ad Patriarchalem thronum evecto.

VI. *Venetiarum pars a Francis occupata.* In Venetis, cum Pippinus Rex Provinciam illam pene integram subegit, præter Gradensem Patriarcham sex erant Episcopi, Caprulensis, Heracliensis, Metamaucensis, Equilensis, Olivolensis, & Torcellanus. In Francorum potestatem venerunt, Gradus, Heraclia, Metamaucus & Equilium. In Venetorum Ditione manserunt, Olivola, Torcellum & Caprulæ. Certe *Fortunatus* Patriarcha ante quadriennium in Franciam profugus, a Francis postea Ecclesiæ suæ restitutus est. Sigonius Reipublicæ Venetæ fines ait, angustissimos a Grado ad Caput aggeris hoc anno fuisse, *qua tum terminis a Grado ad Caput aggeris angustissimis claudebatur*. Sed Venetorum Ditio post tot locorum amissionem multo magis coarctata fuit, cum in ipsis æstuariis nihil eis reliquum præter Rivumaltum, Olivolam, Torcellum, Caprulas, *ac* paucas minoris nominis insulas superesset, & quidquid erat in continenti, Francis cessisset. Erat *Venetia* Provincia liberi juris, *cum* subacta est a Pippino Italiæ Rege. Hoc porro anno quo Francos inter ac Græcos ab armis cessatum est, *Venetiam*, seu Venetiæ partem, quam Pippinus antequam moreretur subegerat, a Carolo Imperatori redditam, veteres Annalistæ, aliique testantur. Quod sic accipiendum putat Cointius anno DCCCXII. num. VI. ut hoc anno, quo a Francis, Græcis, ac Venetis agi de pace cœptum, *Carolus* Venetiam se Venetis redditurum promiserit, servataque Metropoli *Grado*, cæteras quas in eadem Venetia Civitates occupaverat, Heracliam, Metamaucum & Equiliam anno DCCCXII. reddiderit, quando Michael Nicephori Imp. Successor pacem a Decessore inceptam perfecit, confirmavitque.

VII. *Moritur Pippinus Italiæ Rex.* Eginhardus in Annal. scribit, Pippinum Italiæ Regem *VIII. Idus Julias* de corpore migrasse. De anno & die ejus emortuali Auctores conveniunt; Theganus in Gestis Ludovici Pii cap. 5. hæc de ejus morte habet; *Anno Regni*

& litteris . . . . tuæ benigne atque honorifice suscepimus. Et quamvis ad nos missus non fuisset, veluti ad nos missum, adhibita diligenti cura & audivimus, & cum eo de his, quæ detulit, quia prudentem animadvertimus, collocutionem habuimus: nec immerito, cum tanta esset non solum in litteris, quas attulit, sed etiam in verbis, quæ ex ore illius nostris auribus insonuerunt, optatæ atque semper optandæ pacis copia, ut valde nobis & quibuscumque Deum amantibus hujuscemodi legatio placere potuisset. Quæ utique tanto fuit charitatis ac pacis favo respersa, ut in palato cordis cujusque fidelis veram possent sapere dulcedinem: possetque judicari penitus insipiens, cui talia videntur insipida.

Propter quod, postquam illum in fines Regni nostri pervenisse comperimus, velut præsciti optimæ & Deo complacitæ legationis ejus, temperare nequivimus; opportune eum ad nostrum præsentiam venire fecimus, maxime tamen, quod is, ad quem illum missum constabat, dilectus filius noster Pipinus Rex divino judicio jam rebus humanis excesserat; neque nos illum cum infecto negotio tanto, ad quod perficiendum directus erat, vacuum reverti pati potuimus. Et non solum propter hoc, sed etiam, quod ex tempore, quo primo Imperii tui anno, Michaelem Metropolitanum & populum, Assiduum Abbatem, Callistumque gloriosum Candidatum ad constituendam nobiscum pacem, & fœderanda atque adunanda hæc duo in Christo charitate longæva tua misit dilectio: veluti in specula positi, longa fuimus expectatione suspensi præstolantes, sive per Legatum, sive per epistolam, quando meritorum scriptis nostris amabilia fraternitatis tuæ responsa susciperem. Jamque ut se habent humanæ mentis infirmitates prope desperatio cordi nostro incipiebat oboriri: Sed fidentes sperabamus in eo qui numquam deserit sperantes in se, quod secundum Apostolum labor noster in ipso vacuus & inanis esse non deberet, ac desiderium nostrum, quod, ut confidimus, ejus inspiratione concipimus, secundum divitias misericordiæ suæ complere, & quandocumque ad effectum perducere deberet. Idcirco audito adventu memorati Legati dilectionis tuæ, Arsacii gloriosi Spatharii, magnopere gavisi sumus, confiden-

PAGIUS *qui ejus* (nempe Caroli Imper.) *quadragesimo secundo obiit Pippinus filius ejus, anno ætatis suæ XXXIII.* sed annum unum minus dicit; natus enim erat anno DCCLXXVI. idque ante Pascha, ut suo loco ostendimus. Nec mirum Theganum in eum errorem incidisse; cum una aut altera postea linea tradat, *Hildegardam* seu Hildegardem Caroli Magni uxorem *sequenti anno* obiisse; & tamen certum est mortem ejus anno DCCLXXXIII. contigisse. Eginhardus in Vita Caroli M. de liberis Pippini Regis ait: *Pippinus unum filium suum Bernardum, filias autem quinque Adelhaidem, Atalam, Gundradam, Berthradam ac Thedradam, superstites reliquit. In quibus Rex* (nempe Carolus) *pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum filio defuncto nepotem patri succedere, & neptes inter filias suas educari fecisset.* Anno DCCCXIII. Bernardus Regnum Italiæ, quod pater annos fere XXX. tenuerat, a Carolo avo obtinuit.

VIII. Obitus Rotrudis Caroli M. filiæ. Addit Eginhardus in Annal. *Rhodrudis filia Imperatoris, quæ natu major erat, VIII. Idus Januar. diem obiit,* [r] quod alii Annalistæ confirmant. Nata erat anno DCCLXXIII. & Viro non nupsit, etsi Constantino Græcorum Imperatori aliquando desponsata fuerit. Ex illicita copula peperit Ludovicum, qui *nepos Caroli Imperatoris ex filia majore natu Rotrude* nuncupatur in Annalibus Bertinianis ad annum DCCCLXVII.

IX. Idem Eginhardus in Annal. hæc prodit: *Amoroz Cæsaraugustæ Præfectus, postquam Imperatoris Legati ad eum pervenerunt, petiit ut colloquium fieret inter ipsum & Hispanici limitis custodes: promittens se in eo colloquio, cum suis omnibus, in Imperatoris Ditionem esse venturum. Quibus licet Imperator, ut fierent, annuisset, multis intervenientibus causis remansit infectum.* Æsto in Hispania Christianos inter & Saracenos. *Mauri de tota Hispania maxima Classe comparata, primo Sardiniam, deinde Corsicam appulerunt: nullo in ea invento præsidio, Insulam pene totam subegerunt.* Paulo post: *Duas Legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli, alteram de Corduba, pacis faciendæ causa, adventare narratur. Imperator Aquasgrani veniens, mense Octobrio memoratas Legationes audivit; pacemque cum Nicephoro Imperatore, & cum Abulaz Rege Hispaniæ fecit. Nam Nicephoro Venetiam reddidit; & Haimricum Comitem, olim a Sarracenis captum Abulaz remittente recepit. Corsica Insula a Mauris vastata est. Amoroz ab Abdirama filio Abulaz, de Cæsaraugusta expulsus, & Oscam intrare compulsus est.* Præcipua rei infectæ causa fuit, quod Alhacan Rex Cordubensis, cum Amoroz rebellionem accepisset, misso illico filio suo Abdiramane de Cæsaraugusta Amorozonem expulit, & Oscam se se recipere coegit. Interim *Alhacan* ex Urbe Cordubensi Legationem ad Carolum Imp. misit, & pax Aquisgrani inter utrumque Regem sancita est. Marca in lib. 3. Marcæ Hisp. cap. 18. num. L. tradit, hac pace Francia quæsitam nuper Pampelonem, & reliqua Navarræ Oppida cessisse. Verum Regnum Navarræ, in quo Vascones ultra Pyrenæum habitantes continebantur, jamdiu ante hunc Christi annum surrexerat, Vas-

NOTÆ [r] PAgii textus quoad mensem emortualem Rotrudis corruptus est. Pro eo enim quod ibi legatur *VIII. Idus Junii*, uti legunt Annalista Saxo ab Eccardo vulgatus, Albericus in Chronico a Leibnitio editus in accession. Histor. habet, *VIII. Idus januarii.* MANSI

ter nos de rebus incertis ad optatam certitudinem perventuros, & de his, quæ prædictis Missis tuis ad te perferenda dedimus, responsum esse recepturos: & revera ita factum est. Sensimus enim ex parte mea, quod desiderabamus, ad complectionem votorum nostrorum divini favorem auxilii, & in verbis ac litteris, quæ per legationem memorati Legati perlata sunt, quamvis ad filium nostrum scripta & directa essent, non minimam nos desiderata responsionis accepisse portionem. Proinde omnipotenti Deo, non quales debemus, sed quales possumus, gratias agimus, quod cordi dilectionis tuæ quam quæsivimus ac desiderabilem pacis voluntatem inspirare dignatus est, orantes secundum Apostolum, ut Deus, qui vobis in hac pace velle tribuit, ipse perficere tribuisset. Propter quod nihil morantes, sed omni cunctatione ac dubitatione penitus abjecta, Legatos nostros præparavimus ad tuam amabilem

PAGIUS Vasconesque ac Navarri has rerum conversiones cernentes Ludovico Regi sursus negotium facessere. Contigit itaque hoc anno quod narrat Auctor Vitæ Ludovici Pii: *Succedente æstate* (currentis nempe Christi anni) *acsita populi sui generali Conventu, retulit eis sibi delatum rumorem, quod quædam Vasconum pars jam pridem in deditionem suscepta, nunc defectionem meditata, in rebellionem assurgeret: ad quorum reprimendam pervicaciam iter publica utilitas postularet. Mota igitur & disposite prout oportuit exercitu Aquas* (nempe Tarbellorum) *villam pervenit, & ut ad se venirent, qui infidelitatis insimulabantur, jussit. Sed illis venire detrectantibus, ad eorum vicinia devenit, cunctaque eorum depopulari manu militari permisit. Ad ultimum cunctis, quæ ad eos pertinere videbantur, consumptis, ipsi supplices venerunt, & tandem veniam perditis omnibus magna pro munere meruerunt. Superata autem pœna difficili Pyrenæarum Alpium transitu* (ad transitum nempe Roncevallensem) *Pampelonam descendit: & in illis quandiu visum est moratus locis, ea quæ utilitati tam publicæ, quam privatæ conducerent, ordinavit.* Addit Auctor Vitæ Ludovici Pii Ludovicum Regem, cum per Pyrenæi montia angustias remeandum fuit, obsides a Vasconibus accepisse, *quo fraus illorum nullam Regi vel exercitui posset inferre jacturam.* Urbs itaque Pampelonensis, quæ mœnibus nuper exuta fuerat, remansit, ut antea, in potestate Regia Navarræ, quem Scriptores Francorum per contemptum non nominant.

X. *Pax inter Francos & Regem Cordubensem sancita.* Cæterum *Amorus* anno præterito rebus suis male consuluit, occupatis enim Francorum Castellis iram eorum in se concitavit, directaque postea ad Carolum Legatione venit apud *Alhacam*, sive Abulaz Saracenorum Regem in Hispania in suspicionem proditionis. Is Classem instruxit adversus Francos & *Abderramanum* filium suum copiis adversus Amorozum præfecit, qui *Corsicam* Insulam vastavit & *Amorozum* Oscam intrare compulit, ut ex Eginhardo in Annal. diximus. *Albaca*, ne Francos magis irritaret pacem cum Carolo imperatore constituit, ex cujus conditionibus ob eo remissus est *Henricus Comes*, seu *Aimericus*, ut eum vocat Monachus Egolismensis, qui olim a Saracenis captus fuerat. Verum hæc pax haud firma fuit, ut quæ suis locis dicemus, ostendent.

XI. *Pax inter Carolum & Nicephorum Impp. statuta.* Carolus Imp. non tantum cum Rege Saracenorum Hispanias incolentium; sed etiam cum *Nicephoro* Græcorum Imperatore Aquisgrani pacem sancivit. Hujus pacis meminit Porphyrogenneta in lib. de Administ. Imp. cap. 28. testaturque ea Francorum Principi, qui Italiæ Regnum obtineret, annuo vectigali pensitando se se Venetos obligasse. Inter Epistolas Alcuini, quæ numero est CXI. a Carolo Imperatore Romanorum missa est Nicephoro Græcorum Imperatori, & recitatur a Baronio in Appendice ad hunc Christi annum. In ea Carolus duplicis Legationis a Nicephoro missæ meminit; prioris verba fecimus anno DCCCIII. num. III. posterior vero habita est hoc anno ab *Arsatio Spataria*, qui cum literis ad Pippinum Italiæ Regem venit, auditaque morte ejus perrexit Aquisgranum, quo vocabatur a Carolo. Utrumque docet Carolus in suis ad Nicephorum literis: *Et quamvis*, inquit, *ad nos missus non fuisset, velut ad nos missum, adhibita diligenti cura, & audivimus & cum eo de his quæ detulit, quia prudentem animadvertimus, collocutionem habuimus. Nec immerito, cum tanta esset, non solum in literis quas attulit, sed etiam in verbis, quæ ex ore illius nostris auribus insonuerunt, optata ac semper optanda pacis copia, ut valde nobis & quibuscumque Deum amantibus hujusmodi Legatio placere potuisset, quæ utique tanta fuit charitatis ac pacis favo respersa, ut in palato cordis cujuscumque fidelis veram possent sapere dulcedinem, possetque judicari penitus insipiens, cui talia videantur insipida.* Sub finem vero Epistolæ ait: *propter quod nihil morantes, sed omni cunctatione ac dubitatione penitus abjecta Legatos nostros præparavimus ad tuam amabilem fraternitatem dirigendos.* In iis literis Carolus Nicephorum *fratrem suum* non semel appellavit, qua arte vicit invidiam Orientalium Imperatorum valde indignantium, quod Imperatoris & Augusti nomen accepisset: *Vicit autem eorum invidiam magnanimitate, qua eis procul dubio longe præstantior erat; mittendo ad eos crebras Legationes, & in Epistolis fratres eos appellando*, inquit Eginhardus in Vita Caroli M. De Legatis Caroli anno sequenti, quo in Orientem profecti sunt, verba faciemus.

XII. *Godefridus Danorum Rex occiditur.* Eginhardus in Annal. hæc etiam hoc anno narrat: *Imperator Aquisgrani adhuc agens, & contra Godefridum Regem expeditionem meditans, nuncium accepit Classem ducentarum navium de Nortmannia in Frisiam appulsam: totasque Frisiaco littori adjacentes insulas esse vastatas: jamque exercitum illum, in continenti esse: ternaque prælia cum Frisonibus commisisse; Danosque victores tributum victis imposuisse; & vectigalis nomine centum libras argenti a Frisonibus jam esse solutas; Regem vero Godefridum domi esse: & revera ita erat. Qui Nuncius Imperatorem adeo concitavit, ut missis in omnes circumquaque Regiones, ad congregandum exercitum, Nunciis, ipse sine mora Palatio exiens, primum quidem Classi occurrere, deinde transmisso Rheno flumine, in loco qui Lippia vocatur, copias quæ nondum convenerant, statuit opperiri. Ubi dum aliquot dies moraretur, elephas ille, quem ei Aaron Rex Saracenorum miserat, subita morte periit. Congregatis tandem copiis, quanta potuit celeritate ad Alarum fluvium contendit; castrisque juxta confluentem ejus, quo VVisura flumini conjungitur, positis in*

lem fraternitatem dirigendos. Hucuſque epiſtola Caroli ad Nicephorum, & ut puto fine carens. ☞

Porro fœdus pactum cum Carolo etiam poſt Carolum a Ludovico Caroli filio confirmatum perſeveraſſe, qui ejus res geſtas, per annos ſingulos proſequutus eſt, domeſticus ejus Annalium ſcriptor affirmat.

An-

PAGIUS *in vanum Godefridi Regis præſolatur adventum. Nam Rex ille vaniſſima ſpe victoria inflatus, acie ſe cum Imperatore congredi velle jactabat. Sed dum Imperator in memorato loco ſtativa haberet, diverſarum rerum Nuncii ad eum deferuntur. Nam & Claſſem quæ Friſiam vaſtabat, domum regreſſam: & Godefridum Regem a quodam ſuo ſatellite interfectum. Caſtellum vocabulo* Hohbuoki, *Albiæ fluminis appoſitum, in quo Odo Legatus Imperatoris & Orientalium Saxonum erat, a Vultzis captum*, &c. *Quibus illo acceptis, diſpoſita pro temporis conditione Saxonia; domum revertitur. Godefredo Danorum Rege mortuo, Hemmingus filius fratris ejus, in Regnum ſucceſſit, & pacem cum Imperatore fecit.* Idem habent Regino, Monachus Egoliſmenſis, & plerique Annaliſtæ; legendus etiam Eginhardus in Vita Caroli M.

XIII. *Egbertus Rex Britannos tributarios reddit.* Malmesburienſis lib. 2. de Geſt. Reg. cap. 2. poſtquam narravit, *Egbertum* Occidentalium Saxonum Regnum iniiſſe, ſcribit: *Interea Egbertus cum clementia & manſuetudine ſubjectorum amorem ecdemiſſet, prima virtutum documenta in Britannos, qui eam Inſulæ partem inhabitant, quæ Cornugallia dicitur, dedit: quibus ſubjugatis, Aquilonares Britannos, qui a prædictis brachio maris dividuntur, tributarios fecit.* Cerdicus Occidentalium Saxonum Rex Provinciam illam, quæ *Cornubia*, & a Malmesburienſi *Cornugallia* dicitur, Britannis permiſerat, & Chriſti legem impune colere, ut oſtendit Alfordus anno DXIX. num. XVII. Quare Britanni habuerunt Principes & Reges, qui nunc forte res novas moliti, dum viderent omnem Septentrionem, vario impetu, Auſtrum quoque & Orientem; Cantii etiam Regnum infirmiter ſtare, ſurrexerunt & ipſi, in ſpem aliquam recuperandæ Provinciæ, quam nullo juris titulo, Saxones tenebant. Sed *Egbertus*, qui paulatim Monarchiæ Anglicæ fundamenta poſuit, anno ſuperiori, ex calculo Veſtmonaſterienſis Cornubiam ſuo adjecit Regno, & currenti *Aquilonares Britannos ſubjugavit, & tributarios fecit*, inquit idem Veſtmonaſterienſis. Quotquot autem trans Sabrinam fluvium ſedem fixerant, ut a poſteris *VValli*, ſic a primis Scriptoribus *Britanni Aquilonares* appellati. *Eardulfus*, quem nuper Leo Pontifex Romanus Northumbriæ Regno reſtituit, circa hæc tempora mortuus videtur; ſed horum Regum ſucceſſionem Malmesburienſis exemplo prætermittimus, quia ut ait idem Malmesburienſis lib. 1. cap. 3. Res Northumbriæ *ad Reges Veſt-Saxonum* ſpectabat *arbitrium*,

Digitized by Google

I. ANnus sequens octingentesimus undecimus Indictione quarta qui incipit, ultionis annus Domini fuit Nicephoro Imperatori, cum a Bulgaris occisus est, sese ipsum dans impellente numine, eorum gladiis trucidandum. Ista quo modo se habuerunt, a nullo fidelius, quam a Theophane, qui is temporibus Constantinopoli degebat, accipere possumus; qui res gestas ab anni hujus exordio sic auspicatur: *Interea mense Febraario ejusdem quartæ Indictionis, primo sabbato jejuniorum obviam facti Sarraceni penes* * *Eachaicom Leoni Prætori Armeniacorum deferenti thematis rogam*, donativum militare scilicet, *hanc abstulerant cum multitudine populi copiosa. Talenta ergo erant sexdecim, libræ mille trecentæ. In his nec sic redarguitur Nicephorus, ab avaritia sua cessavit. Igitur novus Achab signis non eruditus, quin e contra Phalaride, ac Mida ambitiosior factus, contra Bulgaros prælium præparat una cum Stauratio filio suo. Et Julio mense a regia urbe digressus, jussit Nicetæ Patricio, & generali Logothetæ publicos Ecclesiarum, & monasteriorum census imponere, & octo annorum præteritorum redhibitiones a Principum domibus exigere. Et erat lamentum magnum. Cum autem querimoniam audiret a quodam proprio famulo, Theodosio videlicet Salibara Patricio dicente sibi:* Omnes o domine, *contra nos clamant; & in tempore tentationis casui nostro congratulabuntur, sic ait ad eum: Si Deus obduravit obduravit cor meum, ut Pharaonis, quid boni erit hic, qui sub manu mea sunt a Nicephoro? Theodosi, noli expectare præter quæ a te conspiciuntur. Hæc (Dominus novit), ego ipse conscriptor horum viva voce audivi a Theodosio.*

* Euchaidam.

Nicephorus exigit ob Ecclesiis tributa.

II. *Collectis itaque militiis non solum ex Thracia, verum etiam ex alterioribus thematibus, cum his etiam egenos pedites tam propriis stipendiis contra Bulgaros fundis, & virgis armatos, & blasphemantes minavit. Crumnus autem* Rex Bulgarorum *multitudinem timens cum esset Marcellis, pacem petebat. At ille nequam, consiliis, & conscientia, consiliariorum suorum persuasionibus prohibitus est: & post multos anfractus per avia loca præcipitanter temerarius simul, & pavidus ingreditur Bulgariam, decimotertio Kalendas Augusti. Cum Syrius appareret cuncta consumens, frequenter ita fatur* (a)? *Quis ibit, inquiens, & decipiet Acab. Quis sive Deus, sive adversarius trahit me nolentem? Porro priusquam ingressus fuisset Bulgariam, Byzantius dilectus ejus famulus ad Crumnum confugit Marcellis, secum subrepta veste Imperiali, & auri libris centum. Multi autem hujus fugam in malum Nicephori auspicati sunt.*

Nicephorus adversus Bulgaros pugnans obtinet victoriam.

(a) 3. Reg. 22.

Tribus itaque diebus post primos conflictus, se prosperari optantus, non prosperam facienti Deo adscribebat victoriam, sed Stauratii solius bonam fortunam, bonumque consilium prædicat; & Principibus, qui introitum inhibuerant, minabatur, & irrationabilia quoque animantia, & infantes, & omnem ætatem immisericorditer occidi præcepit, & mortua comprovincialium corpora insepulta dimisit, solius spoliorum collectionis curam faciens: claves autem, & signacula penetralibus Crumni superimponebat, eaut propria de cætero communiens; aures autem, & cætera Christianorum membra, si quis saltem tetigisset ex spoliis quicquam, abscindebat, & aulam incendit, quæ dicitur Chortis Crumni, cum ipse Crumnus vehementer esset humiliatus, & significasset, dicens: Ecce vicisti. Tolle ergo quicquid tibi placuerit: egredere in pace.

Crudelis ingressus Nicephori.

Tunc sæviens Crumnus, regionis introitus & exitus, lignea munimina mittens, III.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCXLIX. Anno Hegiræ CXCVI. inchoata die 23. Septemb. fer. 3. A. C. 811. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6304.

☉ 8. E. ☽ 24. P. 23. April. Indict. 4.

JESU CHRISTI 811.

LEONIS III. PAPÆ 17.

CAROLI IMP. 11.

MICHAELIS CUROP. 1.

ANnum I. ad XVIII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCIII. qui Kalend. Septemb. superioris Christi anni inchoatur, narrat, *mense Februario Indictione quarta, primo Quadragesima Sabbato*, Saracenos Leoni Armeniacorum Duci talenta tredecim libras mille & trecentas conficientia obstulisse, & Nicephorum Imp. in Bulgaria insigni Romanæ rei ludibrio occubuisse. *Contigerunt ista*, inquit Theophanes, *mensis Julii die XXV. Indictione IV. Crumnus autem* (erat is Bulgarorum Rex) *amputatum Nicephori caput, adventantibus ad se variis nationibus ostentandum per dies multos in Romanorum dedecus & vituperium in ligno suspendit.* In eo prælio omnis fere Græcorum nobilitas periit. Menæa ad diem XXIV. Julii celebrant memoriam eorum qui occisi sunt a Bulgaris, Nicephoro imperante. Imperavit autem annos octo, menses totidem, & dies XXVI. *Michael Rhangabe* ejus Successor *Procopiam*

Nicephorus Imperator occiditur.

Digitized by Google

Crunous Niceph. victorem circumvallat.

tent, maceria circumdedit, atque tutavit. Nicephorus autem hoc comperto, mox attonitus quidnam ageret circumient ignoravit, & iis, quibus aderant, futuram perditionem pronuntiabat asseverans: Etiam si pennati fuerimus, nemo speret exitium se evasurum. Hac autem molimina erant per dies duos, quintam videlicet, & sextam feriam. Et nocte sabbati turbationes turbarum armatarum circa Nicephorum, & eos, qui cum ipso erant, auditæ, omnes enervaverunt. Ante diei vero principium supervenientes barbari contra tabernaculum Nicephori, & magnates, qui cum ipso erant, hunc miserabiliter interficiunt; inter quos erant Ætius, Petrus & Sisinnius, Thriphilus Patricii, atque Theodosius Salibaras Patricius, qui contristavit, & multa mala beatæ ostendit Irenæ, necnon Eparchus Patricius, & Prætor Orientalium, multique Protospatharii, & excubitor Domesticus, & ordinum principes, seu Drungarius Imperialis Vigiliæ simul & Thraciæ Prætor, & multi Principes thematum cum infinitis populis; omnisque Christianorum corrupta est species: arma quoque perierunt, & Imperii vasa. Porro talis diei deformia verba absit, ut Christiani ulterius audiant, utpote omne lamentum excedentia.

Qui nobiles cum Imp. periere.

IV. Nicephori caput perpetuæ ignominiæ reservatum.

Caput Nicephori Crunnus recisum suspendit diebus multis in ligno, in ostentationem ad se venientium nationum, & confusionem omnium nostrum. Post hæc autem accipiens illud, & denudans, argentoque forinsecus induens, bibere in illo Sclavinorum Principes fecit gloriatus.

Verum licet multæ viduæ, & orphani fuerint facti uno die, & lamentatio intolerabilis haberetur: hujus tamen occisio multorum facta est consolatio. Modum vero hujus occisionis nullus eorum, qui salvati fuerunt, liquidius enarravit. Ferunt etiam quidam, quod Christiani hunc cadentem lapidibus impetiverunt. Ast effeminatorum virorum, servorum scilicet ejus, cum quibus & conambulabat, alii quidem igne, vallis, alii vero gladiis perierunt cum ipso. Hujus Principatu Christiani graviorem nullo tempore sunt consecuti. Omnes enim, qui ante se imperaverunt, ambitione, & luxuriis, atque barbariei crudelitatibus superavit, de quibus per singula persequi, & posteris invidibile, & nobis erit laboriosum. Hactenus de miserando, sed digno, meritoque casu hominis, qui non posuit (a) Deum adjutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum, & prævaluit in vanitate sua, cui & secundum illud divinum oraculum accidit (b): *Cor durum mala habebit in extremo.*

Quale Nicephori Imperium.

(a) Psal. 51.

(b) Eccl. 3. 3.

V. Interitus Nicephori Imp. prænuntiatus a Theodoro Studita.

Hic vero non prætereunda sunt, quæ Michael Studita in vita Theodori Studitæ de prævisio, & prænuntiato Nicephori interitu narrat his verbis: *Nec vero prætermittendum, quod sanguinario illi eventurum pater prædixit. Hoc ipsum quippe illi prædixit, & imminens periculum denuntiavit: tametsi nec sic quidem amens intellexit. Cum enim jam contra Scythas moveret, tumidosque, & lotos spiritus fremens gereret, probrum sibi ducens, se a sancto vinci; nec coeptum iter insistere audens, nisi sibi princ adjungeret: misit ex iis, qui cum magistratu erant, aliquot, qui vel minis, vel blanditiis, viro persuaderent, & quæ ab Imperatore acta fuerant, probare compellant. At divinus ille tum ardentiore quodam zelo succensus, & tanquam Spiritus numine afflatus ea vecorde prædixit, quæ timore illum ac metu concutere poterant, nisi amens prorsus, & rationis expers fuisset. Æquum erat, Imperator, te actorum tuorum pœnitentia duci, & medicinam malo facere, ne temporis progressu difficile ad sanandum, aut penitus etiam insanabile redderetur. Sed quoniam haud ullum morbi tui sensum habes, ut non solum ipse ultro te in laqueum inducas, sed alios etiam in eumdem impellere coneris, & ruinam volentibus ac perniciem pares: hæc tibi omnium vindex & spectator oculus meis verbis prænuntiat: Scito, te quam viam nunc ingrederis, ex ea nunquam reversurum.*

VI. Rursum de casu Nicephori.

Itaque secundum justi vaticinationem barbaricis manibus captus, non solum vitam turpiter amisit, sed caput ipsum amputatum Bulgarorum genti ad ludibrium reliquit, in quo illi inter potandum propinarent, & cladem suam, & ignominiam in omnibus conviviis misero exprobrarent. De quo quidem apte prophetatum illud dici queat (c): Domus Regis erubescite, quoniam in gladio Principes vestri cadent, eo quod legem meam prævaricati sunt, & populum meum vexaverunt.

(c) Ose. 7.

Post-

PAGIUS *plane* illius filiam in conjugem ante Imperium acceperat. *Stauracius* Procopiæ frater in Monasterium relegatur.

II. Michael Curopalates ei succedit.

Nam Theophanes anno Incarnat, secundum Alex. DCCCIV. ait: *Hoc anno mense Octobr. die secundo, Indictione quinta, feria hebdomadis quinta, hora prima Michael piissimus Curopalates a Senatu & militaribus Ordinibus in Hippodromo Imperator salutatur. Stauracius autem Imperatoris alterius audito designatione, detonsis illico capillis, monasticum habitum induit, &c. Quarta vero diei hora in ambone magnæ Ecclesiæ a Nicephoro Patriarcha Michael coronatus est, cum maximo Civitatis totius tripudio, &c. Mense subinde ejusdem die XII. Procopia Augusta mecum cum corona accepit in Augustri Triclinio, &c.*

ad

Poſtquam igitur fado in hunc modum exitu ſublatus eſt, & Stauratius ejus filius cum plagis, quas in eodem prælio acceperat, ægre in regiam urbem delatus, duobus, ut ferunt, menſibus ſupervixit, Michael, qui Curopalata dignitatem habebat, tum ſceptra ſuſcepit, vir Imperio plane dignus, & in eo adminiſtrando æquiſſimus. Hucuſque Miehael Studita de interitu Nicephori, atque Stauratii.

De Petro Patricio in monachum converſo.

Eo in prœlio militans Petrus Patricius, mira Dei benignitate a periculo liberatus, haud ingratus extitit benefactori: ſiquidem remiſſo nuntio ſæculo, ſeipſum Deo totum obtulit, dum quod reliquum ejus ſupererat vitæ tempus, in monaſtica obſervatione inſumendum tradidit: quod adeo naviter proſequutus implevit, ut egregia floruerit ſanctitate, atque poſt obitum inter Sanctos in tabulis Eccleſiaſticis adſcribi meruerit, hoc elogio die prima menſis Julii.

VII. Petrus ſanctus Pater noſter ex Conſtantinopoli quidem ſub piiſſimo fuit Irenæ Imperio Patricii filius Conſtantini, a quo etiam omnem ſcripturam didicit Gentilem, & Chriſtianam. Poſtmodum & uxori copulatus factus eſt Patricius. Et propter fortitudinem electus familiaris miles a Nieephoro Principe Stauratii genitore. Et cum Imperatore profectus in expeditionem adverſus Bulgaros, poſt ipſius cædem, & filii Stauratii fugam fuit interceptus cum aliis quinquaginta, & a vinculis per orationem, & apparitionem S. Joannis liberatus, mundo relicto, monaſticam vitam aſſumpſit, & in Olympo monte cum ſancto ſe exercuit Joannicio. Poſt ejus vero tranſitum urbem regiam petens, & in templo a ſe in Evandri loco extructo reſidens, & omnem obiens virtutem, multaque patrans miracula, conſummatus eſt. Hæc in Menologio. In quo pariter extat memoria eorum, qui tunc capti ſunt a Rege Bulgarorum; ab eo cum compellerentur a fide Chriſtiana deficere, nec acquieſcerent, ab eodem necari juſſi, martyrii coronam ſunt conſequuti. De his enim in eodem Menologio Baſilii Imp. die vigeſimatertia Julii agitur iſtis verbis:

VIII. *Sanctorum Martyrum in Bulgaria necatorum commemoratio. Sub Nicephoro Stauratii patre Imperatore geſtum eſt bellum a Romanis cum Bulgaris. Et cum Imperator magnam conſecutus eſſet victoriam: deliciis, & potubus populus vacabat exultans victoria. Sed reliquiæ barbarorum a diabolo concitatæ, in Romanos in caſtris degentes irruentes, ceperunt Imperatorem, & occiderunt, reliquorum autem alios obtruncarunt, alios duxere captivos. Hos autem Chriſtum negare cogebant; & quia non acquieverunt, multis tormentis excruciatos, alios gladio obtruncarunt, alios ſuſpendio ſuffocarunt, ſagittis alios transfixerunt, reliqui conſumpti in carcere curſum conſummarunt.* Hæc ibi. De iiſdem agitur in Latino Martyrologio, ſed mendoſe fortaſſe per Nicephorum, quod ſub Nicephoro factum eſt, dicitur. Sed ad Michaelem novum Imperatorem deſignatum redeamus.

Martyres a Bulgaris necati.

Quæ autem præceſſerunt, antequam idem Miehael Imperium ſit adeptus, ex Theophane ſic accipe: *Poſtquam Nicephorus e medio ſublatus eſt, Stephanus Patricius, & Scholarum Domeſticus, cum adeſſet quoque Theoctiſtus Magiſter, pronuntiavit Stauratium Imperatorem, licet vivente adhuc patre eodem fuiſſet ab ipſo inſignitus honore: diſplicuit populo, quo ſalvatus fuerat, qui & patris ejus interitu delectatus eſt. Michael ſane Curopalates illæſus evadens admodum ab amicis rogatus eſt, ut Imperator appellaretur. Et non admiſit propter juramenta Nicephoro præſtita, atque Stauratio. Huic Stephanus Domeſticus reſiſtebat ſpe vitæ Stauratii.*

Conſilio de Imperio Michaelis non omnes aſſentiuntur.

Porro Stauratius per urinam ſanguine immenſo prorumpente, areſactus eſt femoribus, & tibiis adeo, ut Phoreo veniret Byzantium. Hunc Nicephorus Patriarcha validiore unaus affectu, conſilium dabat ei, ut Deum placaret, & eos, qui in avaritia prægravati erant a patre ſuo, conſolaretur. Ad quem paternus ſenſus hæres germanus dicebat, non poſſe plus tribus reddere talentis. Hæc autem erat exilis pars injuſtitiæ illius: verum tamen & circa hæc pigritabatur, non vivere fidens. IX.

Cum autem fœdus illibatum, more paternæ mentis, circa neminem ſervaret, frequentius dehoneſtationibus ſummittebat Theoctiſtum Magiſtrum, & Stephanum Domeſticum, & Michaelem Curopalatem avertens animo, & Procopiam ſororem ſuam Michaelis uxorem, *ut inſidiantem ſibi*

PAGIUS *ad innumeras autem ejus* (nempe Michaelis) *virtutes & probos mores acceſſit, quod cum pietate & recta in Deum fide excelleret, eorum qui ſe quocumque prætextu, ſive legitimo, ſive perverſo, Eccleſiæ cœtu ſejunxerant, ærumna graviter offendetur. Quapropter Sanctiſſimum Patriarcham, cæteroſque omnes, qui pacis commune bonum promovere poterant, aſſiduis precibus & hortatibus interpellare non deſiſtebat. Præ cæteris vero Theodorum Studii Præpoſitum, & Platonem & Joſephum Theſſalonicæ Archiepiſcopum Theodori fratrem arctiori cuſtodia mancipatos, una cum Studitarum Monaſterii Primoribus, ad concordiam & unitatem revocare ſtudebat: quæ res ei feliciter ſucceſſit.* Hæc ſummarie ex Theophane, quæ fuſe & accurate ex Anaſtaſii Verſione refert Baronius

Digitized by Google

Stauratii studia contra Michaelem.

sibi Theophania Augustæ submissionibus. Mox quippe misera per beata imitationem Irenæ obtinere sperabat Imperium, cum sine liberis esset. Ast vero Stauratius videns se insanabiliter infirmari, habitum Imperii uxori acquirere festinabat, & Bulgaros in Christianos excitare supra praecedentia mala. Super quo paventes Nicephorus Patriarcha, Theoctistus Magister, & Stephanus Domesticus ex multa inimicitia in alteram amicitiam cum Michaele Curopalate venere.

X. *Circa finem Septembris quinta Indictione, Kalendis Octobris vespere, Stauratius advocatum Stephanum Domesticum percontabatur, quonam modo sororis suæ maritum ex propria domo posset ducere ad oculos eruendos. Quo perhibente, hoc impossibile fore hac hora propter virtutem nempe custodiam, quæ circa illum esset, & ob munitionem domus loci ejus; rogat nemini fieri nota quæ dicta sunt. At ille cum verbis persuasibilibus inflexisset eum, ne sollicitus esset: per totam noctem militiae ordinum, quæ remanserant, collegit in Hippodromo una cum Principibus proprie ad pronuntiandum Michaelem Imperatorem, quemadmodum in subsequentibus indicabitur.*

XI. *Porro Nicephorus Patriarcha scriptum a Michaele propria manus exegit de recta fide, & ut sine sanguine manus a Christianis servaret, ac de sacris hominibus, seu monachis de toto Ecclesiastico catalogo, ne percuteretur ab illo.*

Anno ab Incarnatione Domini DCCC. IV. secundum Græcorum supputationem, *Indictione quinta, tertia Nonas Octobris, Michael Curopalata mitissimus appellatus est Imperator Romanus in Hippodromo a toto Senatu, atque ordinibus, qui imperavit annos duos. Stauratius autem acclamatione hujus audita, statim comam totondit, & monachicis indutus est vestimentis, & per Simeonem monachum cognatum suum valde Patriarcham implorans. Qui venientes in Palatium una cum Imperatore Michaele, Stauratium rogabant, ne tristaretur super hoc, quod factum est: non enim per insidias, sed desperatione vitæ ipsius id gestum asseverans. At ille nequitia paterna rabie furens, non acquievit, dicens ad eum: Amicum meliorem me non habebis. Hora vero quarta coronatus est Michael a Nicephoro Patriarcha in ambone magnæ Ecclesiæ, in quo magna exultatio facta est.* Hæc Theophanes.

Michael Curop. coronatur a Patriarcha.

Porro ab ejusdem Michaelis Imperio Joannes Curopalata suam est auspicatus historiam. Sed & Leo Grammaticus Leonis sapientis mandato historiam sex sequentium Imperatorum totidem ferme verbis scripsit, ac Curopalata, sed hic habetur præ manibus; ille vero adhuc latet in bibliothecis, Vaticana scilicet, & Medicæa Reginæ Francorum, sed nobis plus satis Curopalata. In his vero quæ sunt temporis hujus, præstat audire Theophanem hujus temporis auctorem qui de eodem Michaele Imperatore hæc dicere pergit: *Donavit Patriarcha auri libras quinquaginta, & clero viginti-quinque. Vir enim magnanimus, & non avarus omnes consolatus est, qui Nicephori nequitia sunt læsi, donisque Senatum, & militiam recreavit.*

XII. *Porro quarto Idus Octobris coronata est Procopia in Triclinio * Augustali: multisque donis liberalibus auxit Senatum; mulieribus vero thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria perempti, auri quinque talenta dedit. Theophaniam autem uxorem Stauratii, monasticam vitam amplexam, & cognatos illius, qui miserabiliter sub Nicephoro vixerant, ditavit. Interque alia insignem domum, & monasterium Thebraica dictum, ubi Stauratius est sepultus, illi concessit. Omnes etiam Patricios, & Senatores, sacerdotes, & summos sacerdotes & militantes, monachos, & pauperes tam in regia urbe, quam in thematibus degentes, locupletavit, adeo ut immensurabilis avaritia Nicephori, propter quam & male periit, paucis diebus disparuisse probaretur.*

* Augusteos.

Liberalitas Michaelis Imp.

Super multos praeterea optimos mores suos, cum pissimus, & Orthodoxus esset, tristabatur super his, qui a sancta scin-

PAGIUS

tium. Porro *Michael* ab avo dictus fuit *Rhangabe*.

III. Ab hujus *Michaelis* Imperio *Joannes Curopalata* suam est auspicatus Historiam, ut Baronius num. XI. notavit. Fuit *Joannes* ille *Scylitza* natione *Thracesius*; Thracesium autem est para Asiæ Minoris ad mare Ægeum, teste Imp. Constantino Porphyrogenito lib. 1. *de Thematibus* Priusquam *Joannes Scylitza* ad dignitatem Curopalatæ perveniret, variis aliis officiis gradatim functus est; inter quæ fuerunt *Protovestiariatus*, idest, Præfectura Vestiarii Imperialis, & *magnus Drungariatus Vigiliæ*, sive Præfectura Excubiarum. Cum Protovestiarius adhuc esset, scripsit Epitomen Historiarum *ab obitu Imp. Nicephori*, hoc est ab hoc anno, usque ad initium *Imperii Isaaci Comneni*, qui Michaeli Stratiotico anno MLVII. successit. Hunc primam Scylitzæ editionem in suam Historiarum Synopsim Georgius Cedrenus verbatim transcripsit, Fatetur hoc ipsemet Cedrenus in sua Præfatione, ubi refert, se primam Synopseos suæ partem usque ad *Imp. Maximianum & Maximinum* deducta ex Georgio Syncello transcripsisse, secundam usque ad Nicephorum Imp. ex Theophane, tertiam denique usque ad *Isaacium Comnenum* ex Joanne Protovestiario cognomine Thracesio, qui, ut Allatius in Diatriba de Georgiis, Vossius lib. 2. de Historicis Græcis cap. 26. Lambecius lib. 2. Biblioth. Cæs. cap. 7. aliique Viri doctissimi affirmant, idem est ac *Joannes Scylitza*. Quare Fabrotus in Editionis Parisinæ

Joannes Scylitza & Leo Grammaticus Theophanis Continuatores.

Nicephorus Patriarcha pacis studiosus.

debantur Ecclesia, quacumque occasione, sive ratione, multumque sanctissimum Patriarcham, ac eos, qui poterant pro communi pace concurrere, rogans, non acquiescebat, inter quos & Theodorum Egumenum Studii, & Platonem, atque Joseph Archiepiscopum Thessalonicensem fratrem Theodori in studiis detentos amaris una cum principibus monesterii satagebat unire, quod & fecit. Hæc Theophanes, qui cuncta præsens, intuebatur.

XIII. De reddita autem pace Ecclesiæ, præcipue vero de restitutione S. Platonis, hæc habet ipse Theodorus Studita in vita ipsius, quam fidelissime scripsit: *Illum* (inquit) *Nicephorum scilicet diutius arrogantem, & temeritate suspensum cum fortis Dei manus ad Scythas exterminasset, illic cum toto exercitu perdidit, ut posteris narratio quadam terribilis, & dictu horrenda, Deique judiciorum, quæ comprehendi non possunt, ejusdemque sapientissimæ providentiæ exemplum, relinqueretur. Eum vero, Platonem videlicet, qui antea nobiscum una clausus tenebatur, cum eorum, qui tunc Imperia potiebantur Michaele & Procopia & pie se gerebant, gratia proprio gregi restituisset, Confessorem illum seipsum esse probavit, idque quomodo factum sit dicemus, neque enim hoc præterire consentaneum est.*

Pax Ecclesiæ restituta.

Eorum cura, qui res nostras benevolo potius, quam inimico animo disponebant, de medio sublatum fuit scandalum: quo remoto, & dissidium, quod illi cum Episcopo intercesserat, sublatum fuit, cum principes ipsi hoc eis persuasissent. Itaque sanctissimus Patriarcha se purgavit, quod quæcumque acciderant, Imperatoris violentia facta fuissent. Tunc igitur una convenerunt, & vicissim sibi satisfecerunt (quandoquidem ipsi Deo nihil ita charum est ut pax & concordia, modo concordia non sit fidei dissensio, atque divini præcepti violatio, seu denique canonis alicuius reprobatio, quemadmodum præsens coniunctio se habuit) quantum ad vos pertinebat; ea quæ interea facta fuerunt, prætermittentes ut illis similia, quæ divinorum Patrum memoria facta, & similiter dispensatione quadam neglecta fuerant, immo vero perfecta earum rerum examinatione in futuro illo sæculo illi justo, atque incorrupto Judici reservata. Hæc de restituta concordia Theodorus.

XIV. Facta autem cuncta hæc consensu Leonis Romani Pontificis, Michael Studita in vita ipsius Theodori testatur, cum de restitutis Patribus, & inita concordia ista ait:

Michael, qui Curopalatæ dignitatem tum gerebat, sceptra suscepit, vir Imperio plane dignus, & in ea administratione æquissimus. Cui ante omnia res patris curæ fuerant, ut ab exilio eum revocaret, & honore omni reducem cumularet. Quin etiam diffidentia membra mox aptissime copulavit, pulchrum Ecclesiæ corpus in unum iterum connectens, & pristinam sacerdotibus ac monachis concordiam reddens, Josepho nimirum, qui ejectus ab Ecclesia antea fuerat, ab eadem nunc tamquam inutili membro apertius reciso, & excluso, qui in locum ejus fuerat intrusus.

Pax Ecclesiæ Const. a Leone Pap. confirmata.

Placuit hoc in primis Romano Antistiti, qui per litteras, nuntiosque suos sententiam confirmavit: nam & illum sequestrem pacis & conciliatorem ad devinciendum Patrum animos, pius Imperator adhibuerat. Exinde vero sanctus & Patriarcha crescente inter illos amore mutuo, persisterunt de cætero non tam corporibus, quam animis invicem arctissime colligari, ita ut alter alterius, & uterque utrinsque consuetudine vehementer caperetur. Ista Michael.

XV. Cur adhuc Confessores aliqui detinerentur in carcere,

Porro ad hanc ineundam concordiam eo usus est consilio Michael Imperator, ne quid dissidii semen alicubi reliquum esset: noluit Confessores e carcere liberare, nisi prius pollicerentur Patriarchæ Nicephoro amplectenti quæ sunt secundum sanam doctrinam, & destruenti quæ fuerant male constructa, communicarent. Qua libenter accepta conditione a sanctis Platone, Theodoro, atque Josepho, ut alii eidem consentirent, sequestres ipsi fuerunt, ut declarat (a) epistola hoc argumento conscripta, tunc ab ipso Theodoro ad Antoninum Abbatem, qui una cum suis ea de causa in carcerem conjectus fuerat, & adhuc eo detinebatur multa passus.

(a) Theod. l. 2. epist. 55. in Cod. Col.

Antonino præposito S. Petri, & eis qui cum illo, &c.

Cum epistolas vestras magno cum animi angore, & afflictione ad nos scriptas a paterna sanctitate vestra accepissemus: quantopere ingemuerimus, quid dicere attinet, fraternis visceribus commoti, tametsi indignissimus, & ex parili mærore do-

PAGIUS Cedreni Præfatione Joannem Scylitzam Cedreni Simiam magno errore nuncupavit, & quousque Cedreni Sinopsis Historica nunc pertingit, eousque perducta fuit prima editio Compendii Historici Joannis Scylitzæ. Cæterum cum Joannes ex Protovestiario & Magno Drungario evasisset Curopalates, publicavit secundam Compendii sui Historici editionem, historiam suorum temporum auctam *ab initio Imperii Isaaci Comneni* usque ad initium *Imperii Alexii Comneni*, hoc est, ab anno MLVII. usque ad annum MLXXXI. quo Alexius Comnenus abdicato Nicephoro Botoniatæ in Imperio successit. Hujus secundæ, & a Cedreno non interpolatæ editionis MS. exemplar antiquissimum extare in Bibliotheca Cæsarea testatur Lambecius lo-

Deploratio persecutionis. *dolorem vestrum æstimantes, atque una sustinentes? Nec enim aliis licet molestias æstimare, quam iis, qui consimili affectu iisdem molestiis anguntur. Enimvero peccata nostra usque adeo in hoc sæculo iniquitatem exaggerarunt, refrigescente, juxta Domini verba, charitate, ut qui offendicula, & scandala omnia removere debeant, eos videre sit paria, ac fortasse graviora externis magistratibus facere. Carceres dicitis, probra, exilia, persecutiones, & ærumnas sustinuisse vos, ac etiamnum sustinere ab iis, qui Ecclesias Dei moderantur, quos non solum pro Dei mandato pugnantes, sed ne siquidem humanis criminibus rei essetis, talia umquam à Dei pastoribus perpeti fas esset, nedum pro veritate certantes, quibus laus debetur & beatitudo, atque hac insuper monastica professione ornati.*

XVI. (a) Matt. 7. *Ex operibus eorum cognoscetis eos, ait (a) Dominus. Haud sane talia in sanctis spectata sunt; quin ipsi contra pati potius visi sunt Apostolica voce edocti,* (b) 1. Pet. 2. *quæ de Domino sic ait (b): Qui cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur: præbebat autem placide percutienti divinam maxillam. Hinc Christi pastores noti: illinc alieni Episcopi. Sed quis sensus vester esse possit de ingruente hac ætate nostra hominum improbitate, & illi gloriam ducentes ostentant; quod iniquum est, æquum æstimantes, auctoritatemque & imperium suum ad oppugnanda Dei præcepta exercentes. Verum illi, quæ gesserunt, quæque gerunt, aliquando invenient, aut veniam potius consequantur a Judice incorrupto, qui nihil inexploratum, inultumque relicturus est in die judicii. Vos vero fratres carissimi, ac Patres reverendissimi gaudete, & exultate, quoniam divinæ beatitudinis gloriam reportastis, & Christi opprobria gloriose suscepistis, exiguis laboribus & ærumnis maxima, & sempiterna præmia consequentes.*

XVII. De pace Ecclesiæ ad quam invitat. *Et quoniam, ut jam ante scripsimus, optimi Dei beneficio, e medio sublatus est cujus causa dissidium in Ecclesia nostra extitit: victrix pax obtinuit nutu & auctoritate, & benignitate, addam & hortatu Triumphatorum, Christique amantium Imperatorum nostrorum, necnon opera, & desensione sanctissimi Patriarchæ nostri (sic eum deinceps appellare oportet) suscipiat & sanctitas vestra, quæ a nobis humilibus multa cum speculatione, & investigatione, paternarumque actionum contemplatione, ac scandalorum quoque, quæ in Ecclesia interdum contigerunt, disjudicata, & approbata fuerunt ut sic etiam in Ecclesia vestra pax Dei regnet in cordibus omnium. Nec enim, nisi hoc faciamus, sanctum a Deo reputabitur, nec victoria nobis erit, quin amittemus forsitan, rectum curiosius inquirentes, & quod hactenus præteritis laboribus bonum exegimus. Accipite ergo, vos obtestamur, & suscipite sanctissimum Patriarcham nostrum, & communicate, in quibus manifesta non est iniquitas, etiam Episcopo vestro: ea, quæ intercesserant, Domino permittentes censori, & remuneratori factorum, dictorumque. Ad hoc enim ipsum, precibus interpositis, & sanctissimum Patriarcham appellemus, ut liberemini vos quoque a custodia. Pacisque tesseram inter vos statuentes, si quid controversiæ subsit, illico decidatur; aut si tale sit, ut vestro isthæc & reverendissimi Episcopi congressu curari nequeant, coram ipso œcumenico Patriarcha morbi omnes sanentur, concurrantque universa ad pacis lætitiam, concordiæque unitatem.* Hucusque ad Antoninum Theodorus Studita de pace suscipienda, atque concordia ineunda.

Sed quæ sunt reliqua anni hujus ipsius novi Imperatoris ex Theophane recitemus, qui dictis superius ista subiicit: *Misit ad Carolum Regem Francorum pro pace, atque contractu nuptiarum in Theophylactum filium suum.* Agitur de hac legatione in Annalibus Francorum anno sequenti, quando videlicet pervenit in Gallias. Subdit vero Theophanes:

XVIII. Theophylactus coronatur Imper. *Porro octavo Kalendas Januarii quintæ Indictionis, Michael tranquillissimus imperator coronari voluit Theophylactum filium suum Imperatorem a Nicephoro Patriarcha in ambone majoris Ecclesiæ, feria quinta; & obtulit pretiosissimum stemma in sancto altario in vasis aureis, & lapidibus vetustis, & quadrangulis velis antiquitus ex auro, & purpura clare contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatum. Donavit autem & Patriarchæ auri libras vigintiquinque, & venerabili clero libras centum, splendidam reddens sanctam festivitatem, & filii pronuntiationem.*

Insuper hujus quoque Michaelis Impe-

* PAGIUS loco laudato. Quoad *Leonem Grammaticum* Theophanis Continuatorem, qui Baronii tempore ineditus erat, extat nunc inter Scriptores Historiæ Byzantinæ a Jacobo Goaro e Græco in Latinum versus. De eo legendus Honkius part. II. cap. VII. de Byzantinarum Rerum Scriptoribus Græcis.

IV. A num. XVIII. ad XLIV. Theophanes ad annum DCCCIV. Incarnat. secundum Alex. refert, *Michaelem* Imp. Legatos ad Carolum Francorum Regem destinasse qui de pace atque matrimonio cum *Theophylacto* ejus filio ineundo tractarent; *Nicephorum* Patriarcham Constantinop. Synodicas literas ad Leonem III. transmisisse, & *mense Decembris die XXV. feria hebdomadis quinta*, a Nicephoro Patriarcha eumdem

Nicephorus Episc. Constantinop. ad Leonem PP. scribit.

rii exordio, de Nicephoro Patriarcha subiicit, ista Theophanes: *Nicephorus quoque sanctissimus Patriarcha transmisit Synodicas litteras ad Leonem sanctum Papam Romanum: antea quippe hoc facien di prohibebatur a Nicephoro Imperatore.* Simulac igitur liberum fuit eidem Patriarchæ, quod facere tenebatur ipso suæ creationis exordio, officiosissime præstitit, quod ante hæc implere non licuit, prohibente id impio Imperatore. Ut primum vero licuit, litteras scripsit ad Leonem Romanum Pontificem, quibus de sua rationem redderet electione, simulque fidei suæ Catholicæ professionem eisdem litteris eidem faceret manifestam: adjecit & munera, quibus venerari placuit ipsum Romanum Pontificem, Legatumque misit, cui ea omnia perferenda dedit. Fuit is Michael Episcopus Sinnaculorum. Extat ipsa epistola ex Græco reddita Latinitati, eaque post Ephesinum Concilium studio Peltani viri doctissimi. Accepimus nos nuper & aliud ejusdem exemplar Latino idiomate scriptum ex codice Conciliorum bibliothecæ Ecclesiæ Virdunensis e Lotharingia, nobis impertitum ab insignis doctrinæ viro Frontone Ducæo Societatis Jesu professore, quod magis emendatum Græco exemplari se reperisse testatus. Sed expedire putavimus, ut quæ in ea idem Fronto præfatus est, hic ante eamdem epistolam describamus: sic se habent:

XIX. *Hæc epistola Nicephori Constantinopolitani exscripta fuit ex magno Codice Conciliorum manuscripto bibliotheca Canonicorum Ecclesiæ Virdonensis in Lotharingia, anno millesimo quingentesimo nonagesimoquinto, Latino idiomate cum Græco, ut apparet, reddita a veteri interprete, qui minime ad verbum transtulit, ut mos erat veterum illorum interpretum, ut illius, qui libros Irenæi Latinitate donavit. Et quemadmodum hujus ipsius Irenæi interpretatio Latina, licet minus elegans, in quibusdam tamen locis correctior reperta est ipso exemplari Græco Epiphanii, quo loco multo capita Irenæi recitat; sic & ipsius epistolæ interpretatio, inculta licet, & multis in locis ita obscura, ut nullus sensus appareret, emendatior tamen fuit quam exemplar illud Græcum excusum apud Hieronymum Commelinum, anno millesimo quingentesimo nonagesimoprimo in Germania una cum Synodo Ephesina ex bibliotheca Reuchliniana. Quamobrem collatione facta utriusque libri, hanc interpretationem, ubi manifeste a Græci contextus sententia abberrabat, farcivimus, & interpolavimus, illis alioquin intactis relictis, quæ in Græco ambigua erant, & utcumque ferri poterant, studio nimirum antiquitatis, & ut ejus auctoritas major esset: quamobrem & Græcas voces aliquando margini attexuimus, ut ex iis posset Lector, si vellet, alium sensum elicere. Certe idem factitasse eos, qui editioni Conciliorum Græcolatinæ Romæ præfuerunt, accepi, ut quantum fieri poterat, interpretationem veterem novæ præferrent.* Ista Fronto, qui hæc ad me misit una cum epistola antiquitus Latinitate donata, & ut puto, ab Anastasio, qui in his hoc rudi sæculo magna cum laude versatus reperitur; ipse enim (ut dictum est) Theophanem, quo usi sumus, historiam in Latinum transtulit. Porro epistolæ sic se habet titulus & inscriptio:

Epistola Nicephori Constantinopolitani Archiepiscopi ad Leonem Papam, temporibus Caroli.

In omnibus sanctissimo, & beatissimo fratri, & consacrificanti domino Leoni Papæ antiquæ Urbis Romæ, Nicephorus misericordia Dei Episcopus Constantinopoleos in Domino salutem. XX.

*Magnus quidem vere, & memorabilis, & omni favore dignus est, quicumque est fidelis ille, ac prudens servus, qualis in parabolis, (a) sacris, & Evangelicis describitur prædicationibus, a Domino constitutus in domo ejus, & dispensans in judicio mandatorum sermonem, & imprudens non supervacue: sed ad commodum creditis bene utens, dans opportune conservis tritici mensuram, & suppeditans unicuique & urgens proportionaliter quod ei competit, & propterea omnem domini gratiam & propitiationem in se * conferens, & beatitudinem ob eo accipiens, & so-*

(a) Matt. 24.

Boni Præsulis præscribitur forma.

* ὑπανάξιως alliciens.

PAGIUS dem *Theophylactum* coronatum esse Imperatorem, ut recte Baronius habet, qui & refert easdem Literas Synodicas, in quibus Nicephorus docet, quod vitæ genus, antequam Episcopus crearetur, sectatus fuerit, tum qua ratione & occasione ad Patriarchatum Constantinop. evectus sit. His subnectit suam, suæque Ecclesiæ Confessionem, qua declarat, se ab omnibus erroribus alienum esse, quæ vel Constantinopoli vel alibi aliquando extiterunt; atque ita in omnibus & per omnia se se complecti Romanæ Ecclesiæ, ut quæ reliquarum mater sit, fidem. Denique se se excusat, quod justo tardius ad Romanum Pontificem scripserit, suæque fidei rationem reddiderit. De Legatis Michaelis Imperat. anno sequenti sermo fiet. Cæterum Sanctus Nicephorus munera ad Leonem III. misit inter quæ fuit *encolpium*, de quo Anastasius ad Actionem V. Synodi VIII. *Crucem cum pretioso ligno, vel cum Reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant encolpium.* De hujusmodi *encolpiis* legendus Ducangius ad Alexiadem Annæ Comnenæ pag. 147. & seq. Denique Michael *Stauracium* alterum ejus filium eodem quo *Theophylactum* tempore coronavit, sed ille patre adhuc imperante mortuus est, teste Niceta in Vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinop.

Digitized by Google

& fore, ut super omnia, in quibuscumque eum procuraturo ordinavit, constituatur, promissionem obtinens. Dexter enim cum esset prope nimium, & optimus, fidem simul, & prudentiam accomodatissimam miscuit, & exhibuit; illic quidem benevolentiam, & fidelitatem erga Dominum suum ostendens, & minime eorum quicquam, quæ sunt credita, suberubens; hic autem cogitatione officiosa, & mentis sobrietate, & attentione, & sinceritate liberaliter quibus convenit transmittens, quæ expenduntur. Pro quibus jam præfectura tamquam dominica * dignus (a): Euge serve bone & fidelis, audiet: quia supra pauca fuisti fidelis, super multa te constituam; & in gaudium Domini sui intrare juste ei præcipitur. Talia sunt illius servi & præmia, & opera.

* habitus. (a) Matt. 25.

XXI. Ego autem non eorum, qui possunt villicare, & regere hæc sed dispositione, & regimine indigentium particeps sum, quoniam quidem pusillus nimis, & omnium minimus, & tanta parte prorsus, & bona sorte destitutus sum, & ideo neque credi Ecclesiam, quæ est secundum Apostolum (b) domus Dei, volui infirmo, & invalido natura, & divinorum institutione indigente, prout dicere convenientius est, quia qui neque mea bene dispono, neque humilia, & terrena superemineo, nec animarum regimen & curam gerere umquam elegi. Quibus enim in propriis studium non succedit ad utilitatem, multa minus hi ad eo, quæ sunt aliorum, disponenda idonei erunt. Nam simul dono illa & gratia indignum me ipsum judicans, & reputans, vellem sicuti non beatitudine illa dignus sum, nec miser esse, & pœna dignus, neque particeps oppositarum partium, & adversariæ prudentia illius maligni (c), & male operantis servi, qui propter multam segnitiem, & desidiam Domini adventum procrastinat, & gravis conservis fit, & communicat ebriis in mensa. Quæ dum fiunt, superveniens Dominus * separat, & dividens, cum hypocritis annumerat: neque talentum accipientis, & sub terra ponentis, & abscondentis, & idcirco amare pigritiæ accusati, & a quo non tantum usura, & multiplicatio exacta est, sed in sorte quoque detrimentum passi, & tenebris traditi exterioribus. Utinam non in istis deprehensus exemplar vulgo proponar & subsannatio, & irrisio his, qui in circuitu nostro sunt, ascendar, & in motionem capitis videntibus existimer; judicatus quoque, & damnatus ab eo, qui omnia videt, & scrutatur quæ nostra sunt, & ductus in flagella actionum injustarum pœnas sufficienter exolvam, ut qui in similibus rei deprehensi sunt videntes quæ patiar, coerceantur, & correctionem suscipiant. Quoniam igitur permissione, & omissione

(b) Coloss. 4.

Cur refugerit Episcopatum.

(c) Matt. 24.

* qui expectabatur.

* Dei sub jugum ejus subjunctus sum, & hoc ministerium nolens suscepi * tantum coactus, & non voluntarie, qua conditione antea fuerim, & ad quem statum provectus, ut omnes ferme qui hic sunt, noscunt, dicturus advenio.

* [illegible] cum conniventia. * [illegible] quodammodo.

XXII. Aliis quidem ars alia, & studium est aut majus, aut minus, sicut unusquisque libero arbitrio ductus, & rerum gerendarum electionem in sua potestate habens, elegit. Enimvero sicut multiformes hominum cogitationes sunt & consilia, diversi etiam mores, & vivendi ratio diversa, sic & vitæ humanæ conditiones discernuntur multis modis, & dividuntur, & in infinitas varietates, & multiplicationes producuntur. Nonnulli enim hanc miseram & conculcandam eligere decreverunt mechanicarum artium conditionem, & alii agriculturæ laborem exhibentes ostenduntur, quidam negotiationis sortiuntur cupiditatem, lucri & divitiarum amorem, aut navicularia artis amorem peregrinationis ac periculorum, alii per alias manuum artis operationes, ne singillatim omnes prosequamur, incedunt. Cæteri autem qui & pauci sunt, & potiores, monasticam & philosophicam amplectentes conversationem, animas simul, & corpora purificaverunt, & in hoc Deo appropinquare digni efficiuntur, & ad supernam, beatamque vitæ conditionem perducuntur, aut eloquentia ex rationalibus disciplinis & artibus insigniti, & bonis moribus exornati proprias animas decorarunt: Et sicut unicuique denique dulce, & gratum videbatur, & pro inclinatione naturæ contingebat. Mihi autem sic præsentis vitæ negotia evenerunt. Cum igitur ætatem virilem attigissem, & juvenilem præteriissem in regalibus versatus atriis, militiam quamdam exercebam, & ipsam non absque opera ac remissam, sed quæ per manus, & calamos exhibetur. Etenim Imperialibus intereram scriptoribus. A secretis autem eos vocare solita, Latinæ linguæ scimus esse dictionem. In hac hærens quibusdam temporibus, & humanis rebus impeditus in cognitionem rerum caducarum in hac vita & non consistentium veniens, consilia volvebam, & cogitationes animo versabam, quam nimirum difficile sit & laboriosum sibi occupatis superna capessere, præcipue vero ut qui spem aliquam meliorem concepit, ab ea non excidat: nam illa quidem ludentium, hæc vera seria tractantium esse arbitrabar, illaque valere jubebam, & istis quantum in me situm esset adhærere, neque in iis potius excellentem cernere studebam, quam illic deinceps condecoratum videri.

Diversa hominum studia.

XXIII. Me sane legislatorum, ac Prophetarum (d) optimus attendere mihi ipse edocuit & (e) omnia vanitatem esse, & quæ sit abun-

(d) Deut. 5. (e) Eccl. 1.

abundantia homini in omni labore suo, quo laborat sub sole, alius sapiens insinuavit. Pertransire autem figuram hujus
(a) 1. Cor. 7. sæculi (a), Vas Dei electum denuntiabat & alias scripturæ sacræ his similia prædicantes audiens, & simul in mente habens: quod apud quemdam eorum, qui sapientiæ nomine celebres sunt, novimus decantatum, melius esse plebejum vivere, quam magnam habere potestatem eum, qui nihil ea dignum sit præstiturus: quemadmodum scenam præsentem deflorescentem gloriam contempsi, meque ad considerationem mei extemplo converti. Idcirco re bene succedente mihi opitulante Deo, cum dignitatis contemptor sum factus, tum ab imperialibus atriis, & urbano tumultu procul abductus, vasa collegi. Solitudinem igitur quamdam occupo & jugum montis, quod erat asperum, & inaccessum, stadiis non paucis circa Proponticam regionem, regia distans ab urbe; & illic stationem facere studebam, ut etiam si possem, monachicam conversationem attingerem.

Ad hoc enim ex multo jam tempore impellebar, & amor quispiam eremi, ac tranquillitatis vehementissimus me tenebat, nec ulibi uspiam nisi illic, extremum vitæ diem obeundi. Sed quoniam quidem non omnibus omnia, quæ secundum voluntatem sunt, evenire possunt, & sunt
* Dei voluntatem fatum appellat, utrumque simul jungens, quam quod evitare non possit homo, fatum nominat. quædam in quibus * fatum imperat, & sicut vult Deus, finem inceptis ponit: contigit utique hoc etiam mihi, & ab iis, quæ in animo statueram, excidi, & nescio quibus judiciis, quæ novit, qui hæc permisit, & omisit Deus, ab amabili eremo sum abstractus, & in Regiam iterum ductus sum, tamquam sub Deo teste, decreto, & judicio eorum, qui in his sedibus collocati erant, & totius Ecclesiæ cœtu sacro ac consilio Senatus, suffragantibus absque ulla tergiversatione, & excusatione quandoquidem jam regiæ urbis Præsul vitam cum morte commutaverat, ut homo humanam, me licet admodum cunctantem & non præsumentem ad hunc sacerdotalem sedem deduxerunt quod violentia potius, quam persuasione confectum est.

XXIV. Quia ergo nolens hoc jugum subii, & vim sollicitudinis suscepi non digne, neque uti gratia conveniebat: timeo quidem primum varias, & multiplices machinationes inventoris nequitiæ, ac malorum, & invisibilium spirituum insurrectionem, ac eam me nudum, & inermem ab iis, quæ sunt ex virtute, deprehenderint, nondum enim me spiritualibus, & divinis eruditum cognoverunt, aut adversus eos exercitatam, aut concertantem luctationes perspexerunt, peccati vulnerantes sagittis, Ecclesiæ a Deo electum catervam feriant, & bene ordinatam ejus phalangem exterminent, inconsulti, & indocti ducis ruinæ cachinnis insultantes. Deinde vero cum me alienum a principatu, & objectum invidiæ viderem, dolositatem, & malignitatem invidorum vereor, qui omnia observare student, quæ nostra sunt, sive bene, sive aliter se habeant, nec trabes suis impositas oculis vident, neque glumam ab oculis purgare appetunt, & alienas festucas scrutantur, & propter pusilla nimium & vilissima, & quæ nullius sunt pretii, linguas suas adversus præeminentes injuste armant, & utrimque amare, ac injustissime vulnerant. Sed hoc suscipiens certamen, quo in hoc adjutore, & opitulatore indigeo, nisi ista permittente Deo, a quo postulo incrementum, & adjutorium, ut misereatur, & propitio oculo in meam respiciat parvitatem, teneatque manu dextera, & ad suam deducat voluntatem, & rerum, quæ nobis commissa sunt, gubernationem ad salutem: qui quidem differt punire hos difficiles, & affligentes nos, aut propter nostram malitiam, ut ad meliora nos reducat, aut ad illorum detegendam malitiam, & perversitatem in nos, ne lateat amaritudo subdole in animo, & astute nidificet, sed in lucem prodeat, & manifestetur, quod occultum est.

Si autem frater, qui adjuvatur a fratre, sicut civitas firma, & recte firmata est Regia, quemadmodum Salomonis XXV.
(b) sermo nos admonuit, aliorum etiam (b) Prov. 18.
plurium precibus indigeo ad opem ferendam, præ omnibus autem vestræ maxime in spiritu desideratissimæ, & sacræ Petit instanter preces Pontificis.
fraternitatis sacris orationibus, & ad Deum intercessionibus utar, tamquam nobis auxilium ferentibus ac juvamen, ut quæ Deo appropinquant, & ad supernum & intelligibile feruntur altare, mundo munditer loquentibus vobis, & audientibus, tacentibus, & clamantibus, sicut audiebantur Moyses, & Samuel, & si quis alius eis similis in spiritu. Idcirco suffragamini mihi in infirmitate, & manus sanctas in superna levate. Certi enim sumus habere ex confidentia virtutem desuper nobis misericordiam impetrantes, & propitium Deum reddentes ad confortandum, & roborandum, quod infirmum, & lassum
est (c), ut lorica induti fidei, & ga- (c) Ephes. 6.
lea salutis cooperti, stare possimus adversus principatus, & potestates, & mundi rectores tenebrarum sæculi hujus, adversus principalia nequitiæ, contra quæ nobis luctatio est: ad conservandam item stabilitam, & inconcussam animæ fortitudinem, & ut adversus obedire recusantes & refragantes, decenter & dextere me geram, & ad eos adoptandos in filios Ecclesiæ, & oves rationales electi Christi gregis efficiendos, & ut in divino Ecclesiæ ovili commorentur curantes, ne a la-

lupis crudeliter lacerantibus devorentur, concordiæ, & consensionis signaculis signata, ut infideles non appetita & illæsa permaneant, utque omnium nostrum capiti Christo, & Principi pastorum subjiciantur, ac freno ductiles cervices illi subjungant.

XXVI. *Ad mundandos autem nos & clarificandos, & ut fiamus perfecta perfectæ lucis germina, sic ut possimus & aliis impertire illuminationem, & mundationem (a): detur etiam sermo nobis in apertione oris ad implendos eos, qui audiunt, spiritu, & ad prædicandum sine pigritia, & defectione virtutem mysteriorum nostrorum, ejus gratia, qui linguam mutorum explicat, & rectos facere potest claudicantes, & ad bene currendum in præparationem Evangelii, firmat, & corroborat: ad multiplicandum item commissum talentum, & in tempore reddendum cum usura Domino debitum: ad operandum etiam in vinea bona, & operis approbationem reportandam cum sustinuerimus quidem magnanimiter laborum gravitatem & difficillimum pondus & generose pertulerimus diei æstum, ut his, qui circa (b) undecimam introjerunt, * absque conductione, in distributione auctoramenti connumeremur. Ad illuminandum autem nostræ mentis introitum, & ut per spiritus δι᾽ ἐσόπτρου despiciamus, ita ut Propheticarum vocum auditores reddamur, & divinorum mandatorum alacres administri, & ejus suscepto dono, id, quod oculum mentis conturbat, & mentem nostram obumbrat, purgetur, atque mundetur: ut undiquaque se ipsos custodiant, & observent, & ab adversariorum ictibus maneant illæsi. Ad providendam autem frameam, (c) cum super peccatores a Deo immissa advenerit, ut si quidem possibile sit, & dederit Deus, & qui annuntiat adventum Deum placant, & ipse, & ii, quibus annuntiatur, iram effugiant. Sin minus, propriam saltem animam salvam faciam, juxta Loth (d) illum justum, qui salvans animam suam, incendium evasit. Et quæ vestræ quidem sint orationis, & spiritualis auxilii, hactenus dicta sint.*

(a) Ephes. 4.

Quæ per preces Pontificis a Deo consequi rogat.

(b) Matt. 20.

* ἀνυμογονίας

(c) Zach. 13.

(d) Genes. 19.

XXVII. De Romana Ecclesia præconiis.

Tempus autem jam adest, magnam veritatis tubam, magniloquum Evangelii præconem Paulum spectare memorabilem, propter antiquos Romanos admodum consolatum, & velut exultantem spiritu, & ob eorum fidei studium & fervorem confidentem, atque gloriantem, & testificantem, in omnibusque mundi finibus divulgantem, pronuntiantem in iis, quæ ad illos scripsisse eum constat (e). Gratias ago Deo meo, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo: Et quia nostra Evangelica munda, & immaculata fides est, & extra quam non est alia, neque Romanis finibus arctata circumscribitur, neque terminis mundanis finitur: in tantum autem effunditur potius, & diffunditur, & sicut Prophetica & Apostolicæ voces incitant fari (f), in omnem terram divinæ prædicationis sonus exivit, & in fines orbis terræ verba prædicantium. Si autem oportet & his dicere altiora, hæc & in cælis in supernis, & intelligibilibus virtutibus fiducialiter agit. Si enim una est Ecclesia in cælo, & in terra, & primogenitorum Ecclesiam in cælis exinde audimus descriptam, & est civitas (g) ex fide justificatorum, quæ sursum est Hierusalem, cujus artifex & conditor Deus, qui & pacificavit, quæ in cælis, & quæ in terra sunt (h), medium maceriæ solvens parietem, perditamque ovem in humeris attollens per inenarrabilem dispensationem salvis & manentibus adjunxit: hac ratione juste admodum unionem, & conjunctionem retinemus, quum ad nutum unum, & consensionem creatura fidei suffragetur: non enim in Judæa tantum notus est Deus, sed in omnibus, quacumque mens, & ratio contemplantur.

(e) Rom. 1.

(f) Ps. 18. Rom. 10.

(g) Hebr. 12.

(h) Ephes. 2.

XXVIII. *Nos vero, qui novum Romanorum nomen fortiti sumus, utpote super uno, & eodem fundamento fidei superædificati, Apostolorum inquam, & Prophetarum sapientium * artificiorum, posito angulari lapide omnium nostrum Salvatore Christo & Deo, nulla in re, quod ad finem attinet, antiquioribus sumus inferiores. In Ecclesia enim Dei non est prænumeratum, & subnumeratum, sicut non Judæus, non Græcus, non Scytha, non barbarus, non servus, non liber, sed omnes in Christo unum sumus. Igitur & in nobis divinus Paulus superbiat, & glorietur, ac se jactet copulans veteribus nova, & comparans in dogmatibus, & prædicationibus, cujus & nos doctrinas, & admonitiones sequentes, in quibus radicati & firmati sumus confessione fidei nostræ, in qua stamus, & gloriamur, nostrasque sententias quæcumque sunt, sunt de nobilissima, & immaculata nostra religione, revelata facie clarissime prædicamus, cum qua Deo servimus, & quam spirare potius, quam aerem indesinenter debemus. Cumque & abire de præsenti vita contendimus, superna gratia confortati, & muniti, sicuti aliis non licet incedere, & ambulare, aut quæ præsentis sunt vitæ bene disponere, aut quæ in futuro sunt reposita digne bona impetrare.*

* Τιλῶ τεχνιτῶν, vel τεχνιτῶν, artificum.

Fideles omnes unum sunt in Christo.

XXIX. *CONFITEOR igitur me credere in unum Deum Patrem omnipotentem, omnium factorem & dominatorem ac Dominum, & in Filium ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum verum Deum, & ante sæcula Verbum sine principio, & ineffabiliter ex Deo natum, incomprehensibili ratione, & quam intelligibilis ac sensibilis ulla creatura complecti mente non potest. Et in Spiritum veritatis vi-*

Nicephori Episc. Constantinop. fidei professio.

vi-

vificantem, ac sanctissimam Trinitatem unius substantiæ, supersubstantialem, invisibilem, incomprehensibilem, inseperabilem, immutabilem, simplicem, indivisam, & incompositam, & sine intervallo incorpoream, sempiternam sine qualitate, sine quantitate, unius honoris, unius gloriæ, unius sedis, unius deitatis, intractabilem, & impalpabilem sine figura, sine fine bonam, perpetue splendentem lucem, tripliciter fulgentem, lumen omne excedentem, semper itidem, & secundum eadem se habentem, omnia speculantem, & perficientem virtutem, omnibus rationabilibus, & intelligibilibus repente & non partim effusione divini luminis splendentem, proportionaliter, pro facultate recipiendi quæ in iis est qui illuminantur, & ad esse, & ad bene esse conservantem in subsistentibus rebus & non nudis nominibus cognitam, una deitate, & potestate, & Regno glorificandam, & adorandam ab omni visibili, & invisibili creatura.

XXX. *Ex iis, quæ in Trinitate considerantur, Pater quidem sine initio est, & sine causa: non enim ex aliquo, sed a se ipso esse habet. Filius autem, non sine principio est, ex Patre enim est. Principium autem filii Pater sicuti causa est; si autem, quod ex tempore est, accipias initium, & sine initio est: creator enim temporum non est sub tempore * genitus quidem, sed sempiterne, & indistracte consplendens Patri (a) sicut splendor gloriæ, & Paterna figura substantiæ. Spiritus autem sanctus ex Patre substantiam habens, * non genitus, sed procedens, sempiterne cum Patre, & Filio consideratur; non sine principio quidem propter processionem ex Patre. Principium enim & ipsius est Pater secundum causæ rationem: sine initio autem & ipse est secundum tempus.*

* γεννητῶς per generationem.
(a) Hebr. 1.
* γεννητῶς ἀλλ' ἐκπορευτῶς non per generationem sed per processionem.

*Unus ergo Deus Pater ex quo omnia, & unus Dominus Jesus Christus per quem omnia, & unus Spiritus sanctus in quo omnia, ex tribus perfectis unum perfectum & perfectissimum, quod est divinitas, segregatis quidem & personalibus proprietatibus ad invicem differentia. Unumquodque enim horum quæ natura indivisa sunt propter continuitatem substantiæ cum mentis contemplatione dividitur, Deus a nobis agnoscitur, & creditur omnium plenissimum existens divinitatis proprietatum. Et hæc tria invicem copulata unus Deus a nobis adoratur, ternaliter quidem secundum personas, singulariter autem secundum substantiam. Et monarchia est, quod a nobis honoratur, non polyarchia, non anarchia propter inordinatam, & seditiosam stultitiæ, ac confusionis conditionem. Monarchia autem non quam circumscribit persona, propter imperfectionem & litteram Judaicæ inopiæ & puerilitatis, sed quam naturæ unius honor, & sententiæ conspiratio, & identitas motus ostendit, & eorum quæ ex eodem sunt in unum consensus, quod in creata natura impossibile est, velut ait magnus inter Theologos Gregorius, & neque id quod copulatum, & connaturale est in Trinitate contemplanda divinitatis dividitur. Alienetur enim a nobis, & abscindatur insani Arii non recta opinio & rabies. Individua enim ipsa Trinitas & gloria & sempiternitate & Regno non divisa, neque alienata, neque Dei principalibus personis transmutatis, neque * concapescentibus invicem, sed in unaquaque earum immutabili servata, & inconfusa proprietate. Procul enim refutetur, & abigatur male prudentis Sabellii fraudulenta confusio.*

* καὶ περιχωρούσαις εἰς ἀλλήλας neque commeantibus inter se.

XXXI. De incarnatione verbi confessio.

*Veneror autem, & adoro quod erat ante sæcula destinatum, mysterium, novissimis autem temporibus revelatum in salutem omnis generis nostri, & peractum per magnam condescensionem, & ineffabilem dispensationem unius sanctæ, & vivificantis Trinitatis Christi veri Dei nostri, ut unde esse nobis fuit per inenarrabilem ipsius bonitatem, inde & bene nobis esse daretur. Confiteor igitur, & credo ipsum unum de vivificatrice, & beata Trinitate Dei Filium, & Verbum cum Patre, & Spiritu sancto sempiterne simul adorandum, & conglorificandum, sicuti consubstantialem & * consessorem, infinita clementia motum ad miserandam propriam plasmationem bona voluntate Paterna & misericordia, gratia autem & cooperatione sancti Spiritus descendentem de cælo, & inter homines conversatum, ut damnatos nos dudum peccata, & a delectatione expulsos paradisi, & corruptioni subjectos gratia reconciliaret, & divinæ socios perficeret naturæ. Inhabitans enim in utero sanctissimæ incontaminatæ Dei genitricis Virginis, & in anima & in carne præmundata Spiritu, & totum in seipso suscipiens ex ipsa quod nostrum est, quemadmodum in principio plasmans, & vivificans hominem, processit Deus incarnatus, manens quod erat, Deus: Virginem post partum supernaturaliter & ineffabiliter Genitricem conservans: nequaquam mutata secundam naturam virginitate ad ostensionem veram, secundum processionem nativitatis ejus, inconnexa, & immutabilis sempiternitatis. Qui enim Patri connaturalis est, consubstantialis nobis per omnia absque peccato factus, semen Abrahæ apprehendit, similiter nobis particeps factus carnis & sanguinis.*

* σύνθρονον.

XXXII. *Carnem enim animatam suscepit anima intelligibili & rationali, quæ nullo modo subsistit ante ultimam unitionem, sed*

fi-

simul caro animata rationalis in Christi connaturalitate creditur, non per gratiam habitans in nobis, sed totus totam naturam complectens inconfuse, & indivise, & supernaturaliter coadunationem operatus: ut convenientes substantiæ divinitatis, & humanitatis in proprietate, quæ secundum naturam est, permanerent, & nullatenus in invicem transferrentur: licet vocabula ratione connaturalitatis commeare pie intelligamus propter nominum connexionem. Contemplatione enim sola, & non re ipsa separari existimamus propter supernaturalem convenientium unitionem, singularitatem autem, & unionem personæ servari credimus inseparatam, & indivisam permanentem. Abscidatur enim phantastica impostoris Eutychis, & Dioscori confusio, & commixtio. Inde ipsum creatum & increatum confitemur, ante sæcula autem & sub tempore cælestem & terrestrem; circumscriptum, & incircumscriptum; passibilem & impassibilem, sine matre, & sine patre; illud quidem inenarrabilem, & sine initio, & ante sæcula ex Patre nativitatem, hoc autem propter eam, quæ secundum nos est, occultam & intelligibilem coadunationem, & duas ejus nativitates prædicamus, quæ sunt incomprehensibiles, & omnem sermonem excedunt. Cum enim in forma Dei esset unigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, hoc est, in substantia Patris ante sæcula, ex eo fulgens, in consummatione sæculorum semetipsum exinanivit, & servi formam assumpsit, hoc est nostram substantiam.

XXXIII. Ergo in Christo secundum personam coadunatio aliud quidem & aliud, ex quibus Salvator est, introducit, ut puta invisibile & visibile, passibile & impassibile, non alium autem & alium, absit: Deum eumdem perfectum vere & hominem perfectum confitemur: differentiam naturarum attribuentes, unum & eumdem cognoscentes. Et post incarnationem, non in dualitatem filiorum dividentes propter diversitatem concurrentium in coadunationem secundum personam naturarum, ut expellatur a divino atrio insipiens Nestorius; omnis autem divinitatis & humanitatis ejus operationes perficientem. Sicut Deus enim operatus est divina, per ipsa Dei signa & mirabilia operans; sicut homo autem ipse passiones & opprobria voluntarie suscepit. Præterea cum duabus naturis consequenter & necessarie numero æquales etiam naturales operationes ejus, prædico, tamquam demonstrantes, & constituentes ipsas substantias vel naturas, secundum piae & Deo convenientes divina sapientia prædictorum Patrum nostrorum traditiones. Similiter autem & duae voluntates naturales ipsius Domini & Dei nostri Jesu Christi confiteor. Voluntarium enim eum cognosco in utraque natura, ex quibus & in quibus est & intelligitur, sicut operantem, ita & volentem, ad passionem autem voluntarie venisse.

XXXIV. Credo eum crucifixum esse non in qua splendet cum Patre substantia, etsi Dominum (a) gloriæ crucifixum fuisse, dicitur in * sermone retributionis, sed in terrena nostra natura, in qua terrestrem nostram massam suscepit, & maledictum pro nobis factus est, ut benedictionis, quæ ab eo est, socios nos efficeret, & malefactorum secundum carnem sustinuit mortem pati, ut mortis aculeum peccatum sustinendo condemnaret in carne sua, & destrueret hunc, qui habebat mortis imperium, hoc est, diabolum. Sepulturæ autem traditum corpus suum conservasse incorruptum, nequaquam ab arcana, & inenarrabili divinum unitione, quamvis a rationabili & intelligibili ejus anima separatum in spacio triduano. Cum qua ipse & ad infernum descendit, & his, qui in carcere erant, spiritibus (sicut princeps & divinus dixit (b) Petrus, veniens prædicavit) resurrectionem, & libertatem, & redemptionem dedit. Incorruptionis autem nobis principium factus est, in eo quod primogenitus ex mortuis resurrexit. Surrexit enim sicut Deus calcans mortem, dux itineris factus omni carni in Resurrectione, & simul excitavit nos, qui peccati casu cecideramus.

(a) 1. Cor. 2.
* τῆς ἀνταποδόσεως
(b) 1. Petr. 3.

XXXV. Astitisse autem post Resurrectionem mulieribus, & gaudium eis annuntiasse, & eam, quæ ex femineo nos nuntio incesserat, tristitiam dissipasse. Visum autem & sanctis discipulis suis Resurrectionis suæ mysterium confirmantem, & ostendentem se, sicut ipse fuerat & ante Resurrectionem, per escam, & sapientis Thomæ circa divinum latus palpationem. Ascendisse quoque in cælum, & ad dexteram Dei Patris sedisse cum assumpta carne, cum qua iterum veniet in gloria Dei & potestate, quæ est super omnem creaturam, & Judex sedebit, unicuique secundum opera sua reddens (c). Omnes enim nos exhiberi oportet ante tribunal Christi. Cum his credo & carnis resurrectionem, cum mundi transmutatio fuerit, ut (d) mortale nostrum induat immortalitatem, & corruptibile incorruptione operiatur. Confiteor etiam unum baptisma in remissionem peccatorum, quod in Patre, & Filio, & Spiritu sancto perficitur, secundum Evangelicam & divinam traditionem.

(c) 2. Cor. 5.
(d) 1. Cor. 15.

Hæc sunt autem Orthodoxæ Fidei, & sacræ nostræ religionis veneranda dogmata & mysteria, secundum traditam nobis a divis initiatoribus altissimam & purissimam Theologiam, & salutarem circa nos Dei verbi dispensationem, & quæ-

cumque his conveniunt similia dogmata cum omni susceptione & fide conservo, & amplector.

XXXVI. Intercessiones petit Sanctorum. Suscipio autem & peto intercessiones & apud Deum interpellationes, primum quidem & præcipue incontaminatæ & immaculatæ, & semper Virginis dominæ nostræ Dei Genitricis, deinde divinarum, & cælestium virtutum, sanctorum & beatissimorum Apostolorum, & sanctorum Prophetarum, & gloriosorum ac triumphatorum Martyrum, & * Deiferorum Patrum & omnium Sanctorum a sæcula placentium Domino, qui vivunt semper cum eo (animæ enim justorum, inquit (a), in manu Domini) sicut magnam salutem eade animæ, & corporis recepturus.

* θεοφόρων

(a) Sap. 3.

Adoro autem, & amplector venerandas eorum reliquias, tamquam in sanitatem animarum, & corporalium passionum constitutas. Laudo eorum venerandam in Deum conversationem, & memoranda eorum certamina, & dimicationes. Glorifico tecas, & honoribus supernis corono eos, quoniam propter gloriam omnium nostrum Salvatoris Dei sanguinem fuderunt, & præsentem vitam propter ejus dilectionem contempserant, imitatores vivificæ & salutaris passionis ejus facti, salutoni simul omnium nostrum Salvatoris Christi coleadam imaginem, & venerandos & sanctos eorum vultus, attribuens eis * secundum honorem adorationem.

* τὴν κατὰ τιμὴν προσκύνησιν.

XXXVII. Præterea venerabiliter approbo, & honoro sanctas & universales septem Synodos, & quæ in eis decreta, & divulgata, divina, & supernaturalia, salutariaque dogmata, a sanctis, & Deiferentibus Patribus nostris, quos secundum tempus posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam, & moderari.

Primam quidem in Nicæa convenientem trecentorum decem, & octo sanctorum Patrum Synodum adversus impium, & furiosum Arium, quem de Ecclesia expellens, Fidem nobis veram, & rectissimam, per sacrum, & divinum Symbolum expressit, Deum Verbum & Dei Filium, non creaturam secundum se, consubstantialem antem Patri; & * coæternum, * velut Deum verum, & creatorem omnium Orthodoxæ definivit.

* συνάναρχον sine principio in tempore.
* vero.

Deinde post eam in hac regia urbe congregatam centum quinquaginta a Deo inspiratorum Patrum, quæ nefarium & oppugnatorem Spiritus sancti Macedonium deposuit, & sacri Symboli sententiam explicavit, & sancti Spiritus Theologiam expressit Deum verum, & consubstantialem Patri & Filio, & non creaturam eum confirmavit, & cum ipso Apollinarium Laodicensem plane desipientem, & sine intellectu, ab Ecclesia abdicavit.

Post hanc & in Epheso primam congregatam ducentorum sanctorum Patrum, sanctam Synodum adversus Nestorium * vanæstultum & ejus blasphemias, quem deponens unum Christi & Dei nostri, secundum adunationem personarum, & duas naturas inconfuse & indivise sapienter decernens ipsum Deum & hominem pronuntiavit, sanctamque Mariam proprie ac veraciter Dei Genitricem confessa est.

* ματαιόφρονα

XXXVIII. Post hac in Chalcedonia concurrentium DCXXX. sanctorum Patrum divorum & Deiferentium, quæ impios Eutychium & Dioscorum, & caliginosam & tenebrosam eorum confusionem damnat, & hoc anathematizans, perfectum Deum & perfectum hominem ipsum Christum & Deum nostrum in duabus naturis inconfuse & indivise per prædicavit.

Necnon & iterum in hac a Deo conservata civitate convenientem sanctam Synodum CLXX. sanctorum Patrum, quæ * Origenis & Didymi & Evagrii, & cum ipsis male sentientium impia dogmata diu quidem a multis abscondita, tunc autem amare renascentia & germinantia abscidit: in quibus ipsi erant delirantes fabulis, Judaicam & Gentilem magis, quam Christianam Fidem sequentes.

* Theodori & Nestorii.

Deinde sextam CLXX. sanctorum virorum universalem Synodum, & ipsam in hac regia urbe congregatam, & in Christi naturis proprias & naturales operationes prædicantem & voluntates, & anathematizantem, & ab Ecclesia expellentem Theodorum Pharan Episcopum, & Honorium, Cyrum & Sergium, Pyrrhum, Paulum, & Petrum, qui permissu Dei in Ecclesia sacerdotium ad corruptionem nacti sunt, & Macarium Antiochiæ appellatum Præsulem, & Stephanum discipulum ejus, atque Polychronium senem insipientem, qui unam operationem, & unam voluntatem in Salvatore nostro Christo & Deo opinabantur.

Præter has autem & cum istic in Nicæa secundo convenientem nostris temporibus CCCL. Patrum septimam sacram Synodum, quæ omnes præcedentes sanctas sex synodos confirmavit, & earum dogmata, & venerandarum & sacrarum imaginum ab exordio Ecclesiæ traditam adorationem recepit, statuens eas non aliter ac vivificam Crucem adorari: abigens de Ecclesia in injuriam & excidium earum vane loquentes, & Christianos accusantes, quia sicut deos eas adorassent, hoc est, Theodosium, Basilium, & Sisinnium, qui in Deum conniventia sacerdotalem sedem adepti erant.

XXXIX. Cum his supradictis sanctis & universalibus Synodis suscipio, & omnium sapientum & beatorum Patrum dogmata, & præcepta amplector, sicut doctrinam irreprehensibilem & salutis fundamentum, & quos Catholica & Apostolica Ecclesia admittit, suscipio, & quos abhorret, ab

* πονήματα opera.

hor-

horreo. Abiicio autem & abhorreo omnino a Simone mago, & hactenus prorsus omnes, qui a pietate recesserunt, & pravorum & pestiferorum dogmatum opinionibus inquinati fuerunt, Sanctorumque traditionem reprobaverunt, & amarum zizaniorum semen commiscere Orthodoxæ Fidei agro ausi sunt: Eos autem anathematizo, & omnes, qui eos sequuntur, & sicut pestem in Ecclesia Christi refuto, & anathemati submitto. Nos quidem sententiam nostram beatissimis vobis, & a Deo edoctis in his manifestatam nuncupavimus, ab initio observatam Ecclesiasticam legem sequentes, veluti quodam animata præcone utentes hac nostra epistola dilectionis in Christo, & ad invicem confessionis, concordiæque vadimonium inferente. Vestra autem amabilis in Deo fraternitas vicem nobis reddat, primum quidem orationes, quæ ad Deum sunt, deinde sermones convenientes, & res confirmantes, atque intellectum dantes, ut vestris exhortationibus & documentis stemus confirmati in hac fide integre indesinenter & solidi, omnia, quæ in ea sunt, mysteria ab initio tradita inviolata conservantes, & intra terminos atrii Ecclesiæ stantes divina fistula Apostolica & * paternæ doctrinæ insigni sibilo, & a Deo inspiratis sonis omnes rationales sacri gregis oves congregare, & servare valeamus ab insidiantibus bestiis illæsas signatas principis pastorum Christi unctione & nomine.

* πνευματικῆς spiritualis.

XL. Et quæ in nobis desunt, per vos adimplete, sicut estis fratrum amatores, & ad diligendum proximum proclives, ut abundantia vestra nostræ inopiæ sit supplementum, & quod in verbis, & rebus nobis minus est, conversationis vestræ sacra, atque veneranda fiducia ædificetur, & augeatur, cum tamen nihilo minore fruamini gratia vobis data. Non enim minorationem affert iis, qui sine livore dant, sed in multiplicationem in tempore opportuno nobilissimos fructus optantibus reddit, iisque qui corroborant nos sicut infirmiores sibi a Deo data virtute, & perficientibus pedes nostros in Evangelii semita. Et consulere quæ sunt emolumenti & salutis ne desinite. Ut sicut in confessione unitatem & parilitatem servamus, sic & in conjunctione dilectionis coarctati & connexi, indivulsum pacis donum in credito nobis ministerio in nobis ipsis retineamus, & consensus concordiaque in Ecclesia custodiatur: ut inde intelligibilis civitas Regis magni munita & custodita, indiruta & invastata permaneat ab omni malignitate & impetu visibilium inimicorum circumeuntium, & quærentium devorare aliquem eorum, qui in ea descripti & signati sunt in spiritu. Adversus quos opponimus non arma carnalia, sed spiritualia, scutum fidei & gladium verbi, quod est verbum Dei, ad destruendas peccati molitiones, funda spiritus procul audaciam eorum abigentes, & persequentes, & triumphalia adversus eos jubilantes, sicut divina custodia & providentia digni, quæ & tranquillam & pacificam nostram reddit conversationem, ut & in regeneratione in novissima tuba digni efficiamur Principi vitæ impune obviare cum gloria Paterna, venienti cum sanctis Angelis suis, & ad nuptias cum prudentibus introeamus virginibus, & spiritalibus & Angelicis fruamur epulis, hæredes facti repositorum dignis bonorum in ipso Christo vero Deo nostro intercessionibus incontaminatæ & immaculatæ ejus Matris, & omnium Sanctorum. Amen.

Licet autem adeo sero in ejusmodi jam memoratis vadimonium obierimus, mirari tamen debet nemo, neque nostram sententiam accusare, sed cognoscat quidem Dei amans fraternitas vestra, quia potestatis sententia dura & rigida gubernabat, quæ impedire poterat, ne, quod sentiremus, exponeremus, non sacerdotalis consuetudo neglecta est & excidit, neque ex desidia quodam quæ opportuna erant, & ad Ecclesiasticos viros pertinebant, omisimus. Ignoscat igitur sacra anima vestra, si quid mihi tarditatis objectura sit, cum experientia compererit & ipse, quam non sit pronum ac facile potestatibus obsistere iis, quorum voluntates sunt subdita, & omnia implere student, quæ cæteris collibuerint. Visum est enim ei, qui prohibebat, occasionem speciosam obsistere pro nobis, ea, quæ propter unctionem Regis sunt facta, & quod vosmetipsos ab Ecclesia expulisset, exterrebat, & turbabat. Propterea & vos ob ea, quæ in istis vi coacti, passi estis veniam tribuere iis, qui non sponte in similia inciderint, & idcirco non opus est, ut pluribus verbis apud te nos excusemur, sed hic opportune tibi conscribentur. Sane testificantur satis quæ nunc aguntur & perficiuntur, quoniam clavis collisa est, & porta aperta est, & lapides offensionis de via ablati sunt, & omnis via plana & constrata & explanata est, & recedunt jam quæ sunt tristia, & amota sunt scandala, vana sunt reddita, quæ injuriam inferebant, quæ pauca erant, inde dissoluta sunt, & lux libera Ecclesiæ illuxit. Ideo locus datus est dilectioni & exequendis, atque peragendis iis, quæ consuetudo sacerdotalis ferebat. Sed illi quidem, quibus quæ sunt divina, non curæ sunt, propriæ autem gloriæ causa studuerunt, videbunt, qualia iis ex divino obveniebant judicio. Sicut enim gratum eis fuit, ad præsentem vitam gloriam & nobilitatem ea, quæ ad invi- XLI.

Digitized by Google

De Michaele Imp. Nicephorus.

eum erant, disposuerunt. Nos autem propter gloriam Dei, & honoris Ecclesiæ, & concordiæ, & sacrarum legum conservationem studium ponentes, ea, quæ nostra sunt, exequimur, & pro eo, qui nunc creatus est pius potentissimus Rex, & filius sincerus Ecclesiæ, & moribus Deo placitis, & institutis bonorum operum splendidus, orationes & deprecationes intentas Deo, qui eum coronavit, & cum eo regnat, offerimus, ut ei pacificam largiatur vitam & Regnum, & in tempora longa custodiat; reportatis de barbaris trophæis eum ornans, Christianam Rempublicam prospere gubernantem, ad zelum cum rectæ fidei promovens & divinorum mandatorum observationem, ut filiis una cum perenni Imperio celebre nomen acquirat.

XLII. De Michaele Legatis commendatio.

Michaeli autem sanctissimo Metropolitæ Synnadensium Christo amabilis civitatis præsentes nostras Synodicas litteras ferendas ad vestram dilectissimam, & amabilem fraternitatem commendavimus, & certi sumus de jamdudum accepta ejus apud vos appellatione & locutione, quod benigne a vobis videbitur, & suscipietur. Rogamus autem & propter nostram parvitatem, ut majori cum benevolentia & familiaritate quæ susceptionis sunt & honoris ei deferantur. Etenim erga vestram dilectionem valde ardenti, & sincero amore afficitur, & in Ecclesiasticis rebus studiosum & alacrem se præbet, sicut & in sermone & conversatione, ac virtute cæteris antecellit, qui & debet Deo bene juvante, & vos in hoc movente dilectionis & concordiæ symbola, hoc est, honorandos vestros apices & syllabarum quæ in manibus sunt, rescripta ad nos ferre ad majorem lætitiam nostram spiritalem, & perfectionem nostræ in Domino amabilis affectionis. Omnem vobiscum in Christo fraternitatem plurimum salutamus. Valens in Domino ora pro nobis sanctissime, & beatissime Pater, intercessorem &* apud Deum communem patronum, ac defensorem nostrum* magnum, ac principem Apostolorum, cui pro nobis indignis servis ipsius preces offerre non graveris.*

* requiei.

* auxiliatorem.

* obtinens.

XLIII.

* Ἐγκαυστικὰ, encausto.

* ἐγχείριον

Munera missa a Nicephoro ad Leonem Papam.

In signum autem mediatricis inter nos in Domino dilectionis misimus vestræ fraternæ beatitudini encolpion aureum, cujus una facies crystallum inclusum, altera picta nigello est, & intus habet alterum enculpion, in quo sunt partes honorandi ligni in figura Crucis positis, tunicam candidam, & paulum castaneam inconsutilem, stolam &* simiebenium auro variata; & hæc suscipiens, Deo prosperante, & salvante, hanc miseram renovandæ memoriæ causa missionem benigne excipies. Hæc in linteamine ingeniose involuta præcepimus plumbeo signaculo obsignari.* Hucusque Nicephori epistola, in qua de his, quæ pertinent ad munera ab ipso ad Leonem Romanum Pontificem missa, quod primo loco sit adnumeratum encolpion: significari videtur eo nomine crux pectoralis ad collum appendi solita: quod in octava Oecumenica Synodo, Actione v. illis verbis ostenditur: *Imposuit super colla nostra encolpium.* Quibus pariter declaratur fuisse insigne Episcoporum, per cujus appensionem sacerdotii dignitas ablata antea redderetur, in ea vero lignum sanctissimæ Crucis, sive Sanctorum reliquiæ (ut & nunc fit) includi solebant.

XLIV.

Quod ad res pertinet Occidentales, memorabile est testamentum Caroli Magni de rebus mobilibus, quod hoc anno fecisse, auctor est Eginhardus in vita ipsius, ait enim: *Divisionem tamen thesaurorum pecuniæ ac vestium, aliæque suppellectilis coram amicis & ministris suis, annis tribus antequam decederet, fecit, contestatus eos, ut post obitum suum a se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret: quidque ex eis, quæ diviserat, fieri vellet, breviario comprehendit, cujus ratio, ac textus talis est.*

In

PAGIUS V. *Testamentum Caroli M.*

A numer. XLIV. ad XLVIII. Refert Baronius Testamentum Caroli Imp. factum *anno ab Incarnatione Domini Nostri J. C.* DCCCXI. *anno vero Regni ejus in Francia XLIII. & in Italia XXXVI.* (legendum XXXVII. licet MSS. quæ consuluit Baluzius, & omnia exemplaria edita habeant XXXVI.) *Imperii autem XI. Indictione IV.* Partem thesaurorum suorum Ecclesiis Regni sui largitur, decernitque, *ut quia in Regno illius Metropolitanæ Civitates viginti & una esse noscuntur, unaquæque illarum partium ad unamquamque Metropolim per manus hæredum & amicorum suorum eleemosynæ nomine perveniat.* Paulo post: *Nomina vero Metropoleorum ad quas eadem eleemosyna sive largitio facienda est, hæc sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forum-Julii, Gradus, Colonia, Moguntiacus, Juvavum, quæ & Salzburgus, Treveris, Senonas, Vesontium, Lugdunum, Rotomagus, Rhemis, Arelas, Vienna, Tarantasia, Ebredunum, Burdegala, Turonis, Bituricas.* Hujus testamenti testes sunt Archiepiscopi septem, Episcopi quatuor; Hildebaldus Archiepiscopus Coloniensis; Riculphus Archiepiscopus Moguntinus, Arno Archiepiscopus Salisburgiensis; Vulfarius Archiepiscopus Remensis, Bernuinus Archiepiscopus Vesontionensis, Laidradus Archiepiscop. Lugdunensis; Joannes Archiep. Arelatensis; Theodulphus Episcopus Aurelianensis; Jesse Episc. Ambianensis; Heito Episc. Basileensis Waldgaudus seu Waldcandus Episc. Leodiensis. Testes sunt & Abbates IV. Fridugisus Abbas San-Martinianus, Adulungus Abbas Laureshamensis, Engilbertus Abbas Centulensis, & Hirmino Abbas Sancti Germani prope muros Parisienses.

VI.

„ Mirum est, inquit Baluzius in Notis ad
„ Capitularia Regum Franc. Tom. II. pag. 1072.
„ cur hic XXI. tantum Metropoles Regni Fran-
„ cici esse dicantur, cum XXIV. fuisse con-
„ stet;

Testamentum Caroli M. de rebus mobilibus.

In nomine Dei omnipotentis Patris, Filii, & Spiritus sancti. Incipit descriptio, atque divisio, quæ facta est a gloriosissimo, & piissimo domno Carolo Imperatore Augusto, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi octingentesimo undecimo, anno vero ejus Regni in Francia quadragesimo tertio, & in Italia trigesimo sexto, Imperii autem undecimo, Indictione quarta? quam pia consideratione facere decrevit, & Domino annuente perfecit de thesauris suis atque pecunia, quæ in illo die in camera ejus inventa est. In qua illud præcipue præcavere voluit, ut non solum eleemosynarum largitio, quæ solemniter apud Christianos de possessionibus eorum agitur, pro se quoque de sua pecunia ordine atque ratione perficeretur, sed etiam ut hæredes sui, omni ambiguitate remota, quid ad se pertinere deberet, liquido cognoscerent, & sine lite atque contentione sua inter se competenti partitione dividere possent.

XLV. Trina divisio mobilium generalis.

Hac igitur intentione, atque proposito omnem supellectilem atque substantiam suam tam in auro, quam in argento, gemmisque, & ornatu regio, quæ (ut dictum est) illa die in camera ejus inveniri poterat, primo quidem trina divisione partitus est; deinde easdem partes subdividenda, de duobus partibus viginti unas partes fecit, & tertiam integram reservavit. Et duarum quidem partium in XXI. partes facta divisio tali ratione consistit. Ut quia in Regno illius Metropolitanæ civitates XXI. esse noscuntur, unaquaque illarum partium ad unamquamque Metropolim per manus hæredum & amicorum suorum eleemosynæ nomine perveniat. Et Archiepiscopus, qui tunc illius Ecclesiæ rector extiterit, partem, quæ ad suam Ecclesiam data est, suscipiens, cum suis suffraganeis partiatur, eo scilicet modo, ut pars tertia suæ Ecclesiæ sit, duæ vero partes inter suffraganeos dividantur.

Harum divisionum, quæ ex duabus primis partibus factæ sunt, & juxta Metropoliticarum civitatum numerum XXI. esse noscuntur, unaquaque ab altera sequestrata semotim in suo repositorio cum superscriptione civitatis, ad quam perferenda erat, condita jacet. Nomina vero Metropoliticarum civitatum, ad quas eadem eleemosyna vel largitio data est, hæc sunt: Roma, Ravenna, Mediolanum, Forumjulii, Gradus, Colonia, Maguntiacum, Juvavum, quæ & Saltzburgum, Rotomagus, Treveri, Senones, Vesontium, Lugdunum, Rhemi, Arelatum, Vienna, Tarantasia, Ebrodunum, Burdigala, Turones, Bituriges. Hic adverte Lector, Aquilejam non poni, quod ejus sedes (ut dictum est) translata fuerit Forumjulii, hinc est, ut sæpe reperiatur scriptus Patriarcha Forijulii loco Patriarchæ Aquilejensis: hinc legas apud Sigebertum, cum eædem Metropoles recensentur, cum nominat Forumjulium, sic ait: *Forumjulii quæ & Aquileja*. Sed pergit:

*Unius autem partis, quam integram reservari voluit, talis est ratio, ut illis duobus in supradictas divisiones distributis, & sub sigillo reconditis, hæc tertia in usu quotidiano versaretur, velut res, quam nulla voti obligatione a Dominio possidentis alienatum esse constaret, & hoc tamdiu quoad usque vel ipse superstes esset, vel usum ejus sibi necessarium judicaret; post obitum vero suum, aut voluntariam sæcularium rerum abdicationem, eadem pars quatuor subdivisionibus secaretur, & una quidem earum supradictis XXI. partibus adderetur; altera a filiis & filiabus, nepotibusque utque nepotibus suis assumpta, & justa ac rationabili inter eos partitione divideretur: Tertia vero consueto Christianitatis more, in usum pauperum erogaretur: Quarta simili modo nomine eleemosynæ in servorum, & ancillarum usibus palatii famulantium sustentationem distributa veniret. Ad hanc tertiam totius summæ portionem, quæ similiter ut cæteræ ex auro & argento constat, adjungi voluit omnia ex ære & ferro, aliisque metallis, vasa atque utensilia, cum armis & vestibus, aliaque pretiosa, aut vili ad varios usus facta supellectile, ut sunt cortinæ & stragula, * tapetes, fulcra, coria, sagmata, & quicquid* XLVI.

* tapetia.

PAGIUS Metropoles Galliarum tres in eo non memorata.

„ stet: nam dio ante Caroli tempora, Narbo, „ Elusa, & Aquæ Sextiæ, quarum nulla istic „ mentio, inter Galliarum Metropoles numerabantur. *Elusa* tamen cur prætermissa sit, „ facile intelligi potest. Nam quia excisa fuerat a Vandalis, ut faciunt veteres membranæ Lascurrenses, ac nondum, ut opinor, „ dignitas primæ Sedis ad Auscienſem Ecclesiam translata fuerat, Novempopulaniæ Metropolis inter cæteras Regni Francorum nominata non est, quia nulla erat, & Episcopi illius Provinciæ proprium ea tempestate Metropolitanum non habebant, sed Burdegalensi Metropoli subjecti erant, quam *caput Regionis Novempopulanæ* propterea vocat „ Auctor Chronici Fontanellensis a Duchesnio „ editus. Idem dici potest de Ecclesia Aquensi Narbonensis Secundæ Metropoli; quam absque Episcopo fuisse ab anno circiter DXCVI. „ usque ad annum DCCCLXXXVI. docent vulgati Aquensium Antistitum Catalogi; quæ „ vero suam dignitatem recuperare donata est „ in Synodo Francofordiensi, irrito, ut videtur, conatu. Attamen ex Epistola Ludovici Pii de congregandis quatuor Conciliis anno DCCCXXIX. manifestum est Archiepiscopum Aquensem, *Benedictum* videlicet „ aut *Agericum*, inter Metropolitanos recenseri, qui ad Concilium Lugdunense conventuri erant. At illustrissima Narbonensis Ec- „ cle-

Digitized by Google

quid in camera atque vestiario ejus eo die fuisset inventum, ut ex hoc majores illius partis divisiones fierent, & erogatio eleemosynæ ad plures pervenire posset.

XLVII. *Capellam, id est, Ecclesiasticum ministerium, tam id, quod ipse fecit, & congregavit, quam quod ei ex paterna hæreditate provenit, ut integrum esset, neque ulla divisione scinderetur, ordinavit. Si qua autem invenirentur aut vasa, aut libri, aut alia ornamenta, quæ liquido constaret eidem capellæ ab eo collocata non fuisse: hæc qui habere vellet, dato justæ æstimationis pretio, emeret, & haberet. Similiter & de libris, quorum magnam in bibliotheca sua copiam congregavit, statuit, ut ab eis, qui eos habere vellent, justo pretio redimerentur, pretium in pauperes erogaretur. Inter quos thesauros atque pecuniam tres mensas argenteas, & unam auream præcipuæ magnitudinis, & ponderis esse constat; de quibus statuit atque decrevit, ut una ex iis, quæ forma quadrangula descriptionem urbis Constantinopolitanæ continet, inter cætera donaria, quæ ad hoc deputata sunt, Romam ad basilicam beati Petri Apostoli deferatur; & altera, quæ forma rotunda Romanæ Urbis effigie insignita est, Episcopo Ravennatis Ecclesiæ conferatur. Tertiam, quæ cæteris & operis pulchritudine, & ponderis gravitate multum excellit, quæ ex tribus orbibus connexa totius mundi descriptionem subtili ac minuta figuratione complectitur, & auream illam, quæ quarta esse dicta est, in tertiæ illius, & inter hæredes suos, atque in eleemosynam dividendæ partis augmentum esse constituit. Hanc constitutionem atque ordinationem coram Episcopis, Abbatibus, Comitibusque, qui tunc præsentes esse potuerunt, quorum hic nomina scripta sunt, fecit atque constituit.*

Episcopi.

Hildeboldus, Richolphus, Arn, Vvolfarius, Bernoinus, Laidradus, Joannes, Theodulphus, Jesse, Hetto, Vvaltgaudus.

☞ Quarumnam autem civitatum hi fuerint Episcopi, haud facile est invenire. Quem autem vides nominatum, Laidradum, eumdem putamus cum Ladrado, sive Leidrado Episc. Lugdunensi, eujus extant superius impressæ duæ epistolæ, altera ad Carolum Magnum de functione sui Episcopatus, altera ad sororem, dignæ lectione. De eodem & Theodulphus Aurelianensis Episcopus his versibus in Parœnesi ad Judices: Laidradus Episc. Lugdunensis.

*Hæserat * hac nobis Laidradus forte sodales,*
Cederet ut magnus hac relevante labor,
Noricus hunc genuit: hunc tu Lucdune futurum
Pontificem speras religionis ope.
Arte cluit, sensuque viget, virtute redundat
Qui vitam ad superam transitus iste manet.

* Lucduni.

Qui præterea eidem testamento subscripti fuerint, sic ubi supra ☞.

Abbates.

Fridogisus, Adalungus, Engilbertus, Irmino.

Comites.

Vvalach, Meginher, Othulfus, Stephanus, Unruchus, Burchardus, Meginhartus, Hatto, Richuvinus, Eddo, Erchangarius, Geroldus, Bero, Hildegern, Rocbulfus.

Hæc omnia filius ejus Ludovicus, qui divina ei jussione successit, inspecto eodem breviario, quam celerrime poterat, post ejus obitum summa devotione adimplere curavit. Hucusque apud Eginhardum.

Hoc anno pridie nonas Decembris Carolus filius major natu Caroli Imperatoris ex hac vita migravit. Id veteres Annales Francorum, & reliqui omnes auctores. XLVIII. Caroli primogeniti Caroli Magni obitus.

Sed & præter duos filios Carolum & Pipinum Reges ex testamento relictos hæ-

PAGIUS „ clesia, quæ tum duodecim Ecclesias suffraganeas habebat, Ecclesias nimirum in Prima „ Narbonensi, & in Hispania Tarraconensi constitutas, omissa magnam omnino difficultatem „ habet. Subdit Vir doctissimus se eam aliis „ excutiendam relinquere. Cointius, qui post edita a Baluzio Capitularia Regum Francorum, VII. Annalium suorum Tomum publicavit, conatur deprehendere cur in ea Gallicanarum Metropoleon recensione omissa sit, qui ideo ad præsentem annum num. VIII. consulendus.

VII. Moritur Carolus filius Caroli Imp. Ad num. XLVIII. *Carolus filius Domini Imperatoris, qui major natu erat, pridie Nonas Decemb. diem obiit: & Imperator Aquisgrani hyemavit*, inquit Eginhardus in Annal. cui reliqui Annalistæ consentiunt. Nullos liberos reliquit, incertumque an uxorem duxerit.

VIII. Inter utrumque Imperium pax confirmatur. Idem Eginhardus in Annal. scribit: *Absoluto atque dimisso Arsafio Spathario (hoc erat nomen Legato Nicephori Imperatoris) ejusdem pacis confirmandæ gratia, Legati Constantinopolim ab Imperatore mittuntur, Hetto Episcopus Basileensis, & Hugo Comes Turonicus, & Aio Langobardus de Foro-Julii, & cum eis Leo quidam Spatharius natione Siculus & Vvillharius Dux Venetorum. Quorum alter ante annos decem Romam ad Imperatorem (nempe Carolum) cum ibi esset, de Sicilia profugit, alter propter perfidiam honore spoliatus, Constantinopolim ad Dominum suum duci jubetur.* Pervenerunt Oratores Constantinopolim Michaele Curopalate jam imperante, qui eis in Franciam redeuntibus suos addidit, *qui de pace atque matrimonio cum filio ejus Theophylacto tractarent.* Per-

hæredes, oblit etiam anno superiori Primogenita filiarum ejus, quam mirifice diligebat, Rotbrudis, olim Constantino Imperatori desponsata. De his agens Eginhardus ait: *Pipinus unum filium suum Bernbarium, filias autem quinque, Adelbaidem, Atalam, Cundradam, Berthaidem, & Thedradam superstites reliquit. In quibus Rex pietatis suæ præcipuum documentum ostendit, cum filio defuncto, nepotem patri succedere, & neptes inter filias suas educari fecisset. Mortes filiorum ac filiæ pro magnanimitate, qua excellebat, minus patienter tulit, pietate videlicet, qua non minus insignis erat, compulsus ad lacrymas.* Hæc Eginhardus.

Porro Carolo Magno (ut Eginhardus est auctor) tribus his annis ultimis vitæ ipsius cælo terraque visa sunt signa atque portenta, quæ recitat, cognita & ab ipso esse ejus obitus indices, nimirum crebra lunæ solisque deliquia, creber Aquensis Palatii, ubi degebat, tremor, fulmina, ruina Regiæ, incendia, & alia plura hujusmodi. ☞ Quod autem Adelaidis sive Adeleidis Pipini filiæ supra mentio facta est, hic reddamos ejus sepulcri epitaphium in monasterio S. Arnulphi Metis existentis:

Adelaidis Pipini filiæ epitaphium.

Perpetualis amor capienda & causa salutis
Pectore quem vigili huc properare facit.
Nosse cupis cur busta sacer numerosa retentet
Hic locus, astrigeri qua patet aula poli?
Iste sacer domini qui post servavit ovile
Legitimi fuerat germinis ante pater.
Cujus posteritas abavo confisa patrono
Hoc cupit in sanctis ponere membra loco.
Pipini hic proles Adeleid pia virgo quiescit,
Quam simul & reliquas S. tuere pater.

Ibidem & secundi Pipini hujus avi filia Rothaides sepolta hoc claret epitaphio, quo & genus texitur majorum ejus: sic se habet:

Rothaidis Pipini II. filiæ epitaphium.

Hic ego qua jaceo Rothaidis nomine dicor,
Qua genus excelso nimium de germine duco.
Nam mihi germanus gentes qui subdidit armis.
Ausonias, fretus Karolus virtute Tonantis.
Pipinus est pater Carolo de Principe cretus,
Aggarenum stravit magna qui clade tyrannum.
Pippinus proavus, quanquam audactior allus.
Ast abavus Anchise potens, qui ducis ab illo
Trojano Anchise longo post tempore nomen.
Hunc genuit pater iste sacer Præsulque beatus Ar-

PAGIUS IX. *Pace cum Danis firmata Carolus prospere bellum gerit.*

Pergit Eginhardus: *Condicta inter Imperatorem & Hemmingum Danorum Regem pax, propter hyemis asperitatem, quæ inter partes commeandi viam claudebat in armis tantum jurata servatur, donec redeunte veris temperie, & apertis viis, quæ immanitate frigoris clausæ fuerunt, congredientibus ex utraque parte utriusque gentis, Francorum scilicet & Danorum XII. Primoribus super Fluvium Egideram. Datis utrimque secundum ritum, ac morem suum sacramentis pax firmatur,* &c. *Imperator vero cum Hemmingo pace firmata, & Placito generali secundum consuetudinem Aquis habito in tres partes Regni totidem exercitus misit: unum trans Albim in Hilinones, qui & ipsos vastavit, & Castellum Hohbuochi superiori anno a Vuiltzis destructum in ripa Albis fluminis restauravit; alterum in Pannonias ad controversias Hunorum & Sclavorum finiendas; tertium in Britones ad eorum perfidiam puniendam. Qui omnes, rebus prospere gestis incolumes regressi sunt.* Qui dicuntur *Hilinones* in vulgatis Editionibus Annalium Eginhardi, *Linones* appellantur in Fuldensibus, aliisque, & *Lanai* vel *Linai* in Chronico Moissiacensi. Elmoldus in Chronicu Sclavorum lib. 1. cap. 2. & cap. 39. docet, *Linones* Transalbianos populos fuisse, quos ab ortu Wiltzi claudebant, ab occasu Warnavi, mare Balticum a Septentrione. Lambecius in Originibus Hamburgensibus existimat, *Hobbuochi* Castellum situm fuisse, ubi hodiernum Hamburgum, quod tunc primum & nomen & formam Urbis acceperit.

X. *Opera Caroli Saxones Transalbiani ad fidem Christi conversi.*

Carolus novam hanc Civitatem Ecclesia statim decorandam curavit. Septimus *tunc* annus agebatur, ex quo bellum confecerat Saxonicum, & plerosque Saxonum Transalbianorum per Gallias disperserat. Laxata jam post septennium captivitate liberum eis in patriam reditum permisit, & curam erudiendarum gentium Transalbianarum, quam penes vicinos Episcopos Bremensem ac Werdensem esse quondam volnerat, uni commisit Amalario Gallicano Episcopo, quem illa de causa trans Albim direxit. Demonstrat hæc Cointius hoc anno n. XLVI. ex Diplomate Ludovici Pii anno DCCCXXXIV. dato: *Genitor noster Gloriosæ memoriæ Carolus, omnem Saxoniam Ecclesiasticæ Religioni subdidit, jugumque Christi ad usque terminos Danorum atque Slavorum corda ferocia ferro perdomans docuit, ubi inter has utrasque gentes Danorum sive Vvandalorum ultimam Saxoniæ partem sitam & diversis periculis temporalibus videlicet & spiritualibus interjacentem perspiciens, Pontificalem ibi Sedem fieri decrevit trans Albiam. Unde postquam terram Nordalbingorum, laxata captivitate, quam ob multam perfidiam in ipsis Christianitatis initiis passi sunt, per septennium passi sunt, ne locus ille a Barbarie invaderetur, Egberto Comiti restituere præceperat, non jam vi-*

Digitized by Google

Arnulphus, meris gestis qui fulget ubique,
Hic me spe cujus freti posuere parentes.

Porro S. Arnulphi causa facta est ejus Ecclesia sepultura ejus generis Regum Francorum, eorumque filiorum [illegible].

Re-

PAGIUS *vicinis Episcopis locum illum committere voluit. Sed ne quisquam eorum hanc sibi deinceps Parochiam vendicaret, ex remotis Galliæ partibus quendam Episcopum Amalarium nomine direxit, qui primitivam Ecclesiam ibidem consecraret. Sed & eidem Ecclesiæ sacras Reliquias ac plura Ecclesiastica munera pia largitate specialiter destinare curavit.* Quis sit ille *Amalarius*, in controversia ponitur, sed cum esse *Amalarium* Archiepiscopum Trevirensem, certum est; is enim assumtus ex partibus Galliæ remotis a Saxonia Transalbiana, non vero ex partibus Galliæ remotis ab Aquisgrano, ut præceptum illud interpretatur Bollandus in Vita Sancti Anscharii ad diem III. Februarii, unde postea perperam deducit, *Amalarium*, de quo loquitur Ludovicus, diversum esse a Trevirensi.

I. REdemptoris annas octingentesimus daodecimus, Indictione quinta incipit, quo Michael Imp. reddita Ecclesiæ pace, Manichæos (qui & Pauliciani sive Atingani sant dicti) regiones Orientis eorum hæresi magnopere infestantes, lege adversus eos sancita, e medio anferre conatas est. Habet de his in primis ista Theophanes: *Multo sane divino zelo Imperator pissimus motus contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur & Atinganos in Phrygia & Licaonia degentes capitalem animadversionem, Nicephori sanctissimi Patriarchæ & aliorum piorum prædicamentis, promulgavit,* ipsis scilicet suadentibus & hortantibas. *Aversus est autem per alios nequam morum consiliarios, obtentu pœnitentiæ cum esset impossibile illos pœnitentiam agere, qui eorum errore decepti fuissent. Dogmatizabant autem indocte, non licere sacerdotibus promulgare contra impios mortem; per omnia divinis super hoc adversantes scripturis. Si enim Petrus (a) vertex Apostolorum Ananiam & Saphiram ab unico mendacio tantum mortificavit: & Paulus clamat (b): Qui talia (inquiens) agunt, digni sunt morte, & hæc de solo corporali peccato: quomodo non horum contrarii erant, qui omni spiritali & corporali spurcitia dæmonibus serviunt?* Ast hic novi schismatis occasio suborta est; etenim majores nostri, at inter alios S. Ambrosius aversatus est communionem illorum Episcoporum, qui auctores fuerant, ut *Priscillianus* eam suis Maximi Imperatoris gladio feriretur. Est & de his Augustini epistola ad Possidiam, & aliæ ejusdem adversas dictam sententiam assertiones. At de his superius dictum est.

Michael contra Manichæos gladio agit.

(a) Act. 5.

(b) Rom. 1.

Ann. Eccl. Tom. XIII.

II. Sed quæ per Michaelem Imperatorem adversus Paulicianos gladio feriendos lege sancita facta sint, videamus: ea Lucas Siculas hujus temporis scriptor, in libello, quo ejusdem hæresis impietatem & hæreticoram res gestas est prosecatus, tradit his verbis: *Videns ergo Michael pater piissimus Imperator, & qui post eum Regnum tenuit Leo, variis & indignis modis infestari ab hæresi Christianos, missis in omnes Romani orbis partes litteris: omnes nefariæ sectæ participes necari jusserunt. Quare ut in Armeniam perlatum est regium edictum ad Thomam Episcopum Neocæsariæ, & Paracordacem Præfectum, occidebantur regio jussu quotquot morte digni exitii duces reperiebantur.*

De nece Manichæorum.

Post hæc quidam e Sergii discipulis, ii nimirum, qui Astati seu instabiles oppellantur, Præfectum per dolum & proditionem jugularunt, & Cynachoritæ pariter Thomam Metropolitanum; arreptaque protinus fuga, in Melitenem fugerunt. Erat tum per illam oram Sarracenorum, qui Surdea incolebant, Amiras Monocherates. Ab hoc accepto ad habitandum Argeo, sedem inibi figunt Astati, & agmine facto, in omnibus circum locis populari, & prædas agere per Romanam ditionem incipiunt. Sergias porro cum in Argeo annis aliquos cum discipulis hæsisset, justo tandem Dei judicio, secori dissectus, ut qui Ecclesiam Dei dissecuerat, in ignem missus est sempiternum. Nam Tzanio quidam e Nicopoli Castello hominem nactus in monte, qui Argeo superimminet, faciendis asseribus intentum, ascia ex ejus manibus extorta, & in eum impacta, ipsum interfecit. Atque in hunc modum erepta est vita novissima & omnium teterrimæ bel-

De nece Sergii Manichæorum Principis.

PAGIUS SÆC. IX. ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6305.

Anno Eræ Hisp. DCCCL. ☉ 9. D C. ☽ 13. P. 4. April. Indict. 5.

Anno Hegiræ CXCVII. inchoato die 22. Septemb. fer. 2. JESU CHRISTI 812.

LEONIS III. PAPÆ 18.

CAROLI IMP. 13.

MICHAELIS CUROP. IMP. 2.

A. C. 812. I. ANNOR. I. ad V. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCIV. qui Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoatur, ait: *Zelo quoque divino pientissimus Imperator motus in Manichæos, qui nunc Pauliciani, & Athinganos e Phrygia & Lycaonia, capitis pœna, Nicephori Sanctissimi Patriarchæ, & aliorum Orthodoxorum hortatibus pronunciato, aliorum male feriatorum consiliis, pœnitentiaque ab istis ineunda obtentu, ne sententiam exequeretur, impeditus est: cum tamen fieri nequeat omnino, ut ii, qui in hoc errore versati sunt, usquam sincera pœnitentia ducantur. Porro isti dogmatum novatores palam asserebant, Sacerdotibus haud licere capitalem sententiam adversus impios ferre, sed in eo Divinis Scripturis adversos simul se proferebant. Etenim si Petrus Apostolorum Coriphæus Ananiam & Sapphiram unius mendacii ergo morti addixit; nec non Paulus liquido testatur, qui talia perpetrant morte dignos esse, idque tantummodo pro corporeo delicto, nonne Apostolorum adversarii atque dissimiles erunt, qui homines, tam anima, quam corporis impuritate fœtentes, & dæmonum obsequio mancipatos, gladio divinam ultionem peragente eripient? Eorum tamen haud paucos pene Imperator Michael capitis abscissione damnavit.*

Michael Imp. in Manichæos animadvertit.

II. Huc referenda quæ habet Ignatius Diaconus cap. 4. Vitæ Sancti Nicephori, ubi loquitur de iis, quæ ab eo gesta sunt, postquam in summa Ecclesiæ dignitate constitutus est: *Hanc adeptus ut digne Evangelio ædificare incipiens, fidei cre-*

Digitized by Google

lus, anno post orbem conditum sexies millesimo trecentesimo tertio.

III. *Hujus discipuli præcipui, & arcanorum omnium participes fuerunt Michael & Canocaris, & Joannes cognomento Auratus, tres hi sacerdotes, & Theodorus ille, de quo dictum est, & Basilius & Zosimus, aliique complures. Hi omnes ejus discipuli, quos & comperegrinos appellabat, tamquam consacerdotes, populum universum, qui ad Argeum convenerat, post Sergii magistri necem, ejusdem & aliorum, qui præcesserant, pravis institutis & placitis corrumpentes, pari omnes inter se in honore fuerunt: nec unum amplius (ut solebant) cæterarum magistrum designarunt, sed æquali omnes gradu constituti, alios sub se sacerdotes habuerunt, qui ab eis Notarii dicebantur.*

Carbeas caput Manichæorum. *Per id vero tempus eminebat gentis princeps Carbeas, qui pestiferam plebem illam regens, usque adeo ejus numerum adauxit, ut cum capi omnes Argeo non possent, mutatis sedibus Tibricam exædificarit, domiciliumque in ea collocarit, una opera & Melitensium Agarenorum tyrannidem devitans, & illa sua ab aliorum hominum consortio separatione ad dæmonum similitudinem propius se componens, studens etiam Armeniæ vicinior esse, Romanorumque Imperio, nimirum ut eos, qui ipsius nutibus obsequi vellent, hoc sibi magis redderet obnoxios, haberetque ad prædas agendas socios & participes: eos vero, qui parere nollent, venundaret Sarracenis. Romanorum itaque arces, quæ ad Pontum sitæ sunt, assidue populabatur, tutum illic ex loci opportunitate profugium & asylum iis statuens, qui per Romanum Imperium ad mortem propter hæresim istam petebantur. Neque hoc solum, sed delicatiores insuper & intemperantes arcium illarum quibus vicina erat Tibrica, incolas proposita talium morum libertate atque impunitate ad se provocabat & allectabat. Illo igitur adhuc superstite, nonnulli ex memoratis sacerdotibus vita migrarunt, ubi penitus relicti ac destituti manserunt. Post ejus vero mortem, excepit rursus pestiferæ gentis tyrannidem Chrysochenis consobrinus, ac gener ejus. Quo regnante Tibricam ipsi pervenimus, regalis obsequii causa, &c.* At ista sub Basilio, de quo sub eodem auctore suo loco dicendum. Porro sub Nicephoro Imp. mala ista serpserunt etiam Constantinopolim.

Turpem vero faciem Constantinopolitanæ Ecclesiæ hujus temporis describens Theophanes, ostendit, jacta zizaniorum semina sub Nicephoro Imp. eadem excrevisse diversarum hæresum non Manichæorum tantum, sed & Iconoclastarum & aliorum hæreticorum, ut eorum expurgatio perdifficilis videretur: ad quas succidendas improbas segetes pii Michaelis imperatoris studium vigilans non defuit: in eos enim animadvertens, eorumdem compescere audaciam laboravit: inter quos (inquit Theophanes) unum ex supradictis seductoribus falsum eremitam, qui icona sanctissimæ Dei genitricis deposuerat, lingua recisa mulctavit, qui & mortuus est corpore & anima. Collegam vero suum Nicolaum, promittentem se pœnitentiam acturum, omnibus publicavit, & confitentem sua ipsius mala, tradidit illum in monasterio custodiendum, ne libera conversatione habitu proprio abuteretur. Sed præter hæreses, pravis quoque moribus imbutum populum sub Nicephoro ita fuisse liquet, atque boni odium adeo insitum in Christianorum animis, ut adversus Michaelem probitatem restituere satagentem, tumultuati fuerint; cum e contra gratias plurimas Deo rependere debuissent, quod sublato Tyranno omnium vitiorum satore & nutritore, misisset ad ea purganda Michaelem Angelum suum, quem ingratus populus diu habere non meruit: nam auferens illum Deus, deteriorem Nicephoro Leonem Tyrannum in eorum ultionem immisit. Sed hæc anno sequenti. IV. Laborat Imperator in expurgandis hæresibus atque vitiis.

Contigit hoc anno e vita migrare magnum illum miræ sanctitatis virum Platonem Confessorem multiplicibus ex plurimis certaminibus coronis insignem, a nobis superius ordine temporum recensitis, cujus cum prosecuti sumus prœlia, æquum V. S. Platonis obitus.

PAGIUS Nicephorus Episc. Constantinop. Judæos & Hæreticos oppugnat. *pidinem tutam asseruit. Tranquillo namque statu nactus Ecclesiam, quod jam ante Synodali Patrum diligentia deleta essent ac expurgata hæresis scandala, quieta & ipse deinceps serenitate Ecclesiæ pelagus tolerabat, nullum adversus eam hæresis flatum contrarium timens. Quapropter etiam zelo impulsus, aliam init viam adversus incredulorum absonas hæreses, quorum tum recens fascinata dementia omni digna execratione mysteria impudenter profanabat celebrare; adversus Judæos, Phrygasque videlicet (*Montani sectatores, quia Montanus in Phrygia natus est*) & eos, qui Manetis (*idest Manichæorum*) deliria sollanter turbidam incredulitatis calicem insipientibus propinabant. Fusiori itaque stylo librum conscribens, absonam eorum religionem ac superstitionem Imperatori declaravit, & quæ universum Reipublicæ corpus gangrenæ instar lædere atque inficere posset, arrepta semel agendi quod liberet licentia: eoque libello suppliciter oblato, Deicidas Judæos, & Phrygum prætensas nugas, Manichæorumque somnia ita percalit, ut nec labiis nefanda proferre auderent; sed in abdita atque angulis erroris mussarent deliria. Ablata est enim Regio Edicto atque censura palam loquendi agendique fiducia, eoque impii adducti sunt, ut ne occulte quidem quidpiam agerent.* His Sectis Ecclesia Constantinopolitana affligebatur, quibus adde Iconomachos, de quibus infra.

III. A num. V. ad IX. *Sanctus Theodorus* Studita in oratione funebri, quam habuit in morte Sancti *Platonis* Hegumeni Sacudionis, ac dein in-

Digitized by Google

æquum est recitare triumphum, ipsius inquam ex hac vita ad Deum transitum, ab illo, qui aderat, Theodoro Studita æque Confessore descriptam, his verbis: *Sed quidnam* (inquit) *consecutum postea fuit?* ubi scilicet imperante Michaele e carcere S. Plato deductus suo redditus est monasterio. *Non amplius pater ipse clausum se detinebat; quoniam propter infirmitatem non amplius corporis necessarium usum per seipsum explere poterat: sed modo in lectulo recubans superioris exercitationis & certaminis atque laboris relaxatione, modo in humili aliqua sede requiescens, Davidis psalmos pronuntiabat, & mente Deum ipsum precabatur: quæque ad fratrum societatem adjuvandam pertinebant, omnia conferebat salutaria consilia, admonitiones, correctiones, adhortationes, pro vetere & paterna benevolentia, qua uti in eos consueverat. Non tamen valebat opus facere, neque genu flectere, neque lectionibus vacare, nisi quantum ministri alicujus prope se legentis opera utebatur. Nihilominus his rebus dolebat & tristis erat, quasi animam perdidisset, eo quod divina & sacra ministeria non obiret, sed a corporeis laboribus vacaret. Ac si quem cibum sumebat morbo congruentem, vel lavacro, ut jussis pareret, utebatur, Deo quidem ipse gratias agebat, sed ægre ferebat tamen, quod remissius viveret. Itaque vero stadium ipsum celeberrimus ille vir & divinum cursum exegit, quod dicitur, cum obedientia exoriens, & in obedientia desinens: duodecimo enim ac diurno horarum ambitui, cum parem annorum circulum in singulis certaminibus perfecisset,*

S. Platonis ætas.

ad vitam illam sempiternam, & perenne lumen habitaturus hinc migravit. Numera certamina ipsa, & invenies annos octo & quadraginta, adde duodecim illos annos, antequam terrenis rebus renuntiasset, ad illa quatuor certamina, quæ in persecutionibus, decem item & novem annos, quos in infirmitate corporis transegit, & celebrem virum undeoctogesimo anno hinc migrasse invenies.

VI. Quæ obitum præcesserunt.

Sed quomodo sine lacrymis ejus viri finem enarrabo? Jacebat senex ille senio admodum honoratus, ad migrationem ipsam animam habens paratissimam. Illic & fratrum societas circumfusa sanctarum ejus orationum donum postulabat. Cum igitur singulis benedixisset, eosdem amplexatus, ad sepulcrum abiit admodum lætus, quod jam pridem videre concupierat, quamvis voti compos antea factus non fuisset, cum nec pridem assecutus esset quod volebat. Cum igitur valde hilaris sepulcrum suum vidisset, Deo gratias agens (a): *Hæc, inquit, requies mea in sæculum sæculi. Eamque vocem adjunxit* (b): *Voluntatem timentium ipsum faciet Dominus. Movit & eorum, qui foris erant, non paucos, qui nullam temporis rationem habentes (erat enim sacrorum jejuniorum periodus) concursu ad eum venerunt tam monachi, quam in communi vita versantes. Quibus cum ille benedixisset, reversi sunt, senectam illius commendationem velut bonum aliquod viaticum accipientes.*

(a) Psal. 131.
(b) Psal. 144.

Quin etiam sanctissimus ille Patriarcha cum ad eum venisset, ejus orationum se participem fieri postulavit: quarum compos factus, amplexus illam fuit. Itaque

VII. Nicephorus Patriarcha visitat S. Platonem.

PAGIUS Mortuus est S. Plato anno DCCCXIV.

inclusi Monasterii Studii Constantinopoli, locuturus de ejus morte num. XL. ait: *Post hæc non amplius inclusus vixit Pater, neque enim vires erant vel ad hoc ut corporis necessitatibus fuerret per se satis: sed partim lectulo recumbens, solabatur sese retributionem asceticorum & athleticorum laborum; partim in sedili requiescens, aut Psalmos Davidicos vocaliter recitabat, aut mentaliter precabatur Deum, aut aliquid conferebat ad utilitatem fraternitatis, &c. dignissimus sane laude, qui pulchrum suum stadium ac vere Solarem cursum absolvit, ab obedientia videlicet incipiens, & in obedientia desinens; cum enim diurno horarum duodecim circulo parem annorum periodum in unoquoque certamine explevisset, ad æternam vitam perpetuo lumine fruiturus, emigravit. Numera certamina, & invenies annos quadraginta octo. Tum annos his duodecim* (non vero duodecim, ut habet versio Sirleti, quam Baronius secutus est) *ante abrenunciationem sæculi actos, junge aliis quatuor annis, quos in persecutionibus, & tribus, quos in infirmitate traduxit Sanctus* (non vero decem item & novem annos, ut legitur apud Baronium): *& invenies Virum venerabilem obiisse anno ætatis unde octogesimo.* In Sancti Theodori Vita etiam legitur: *Ex hac vita excessit Sanctissimus Plato, octogesimum ætatis annum uno minus agens.* Papebrocius ad diem IV. Aprilis, quo Sanctus Plato colitur, videns Sirleti versionem multis defectibus laborare, aliam apparavit, & non miratur, quod præscriptum LXXIX. annorum calculum non inveniens Sirletus, judicaverit, vitium obrepsisse in annis infirmitatis, ideoque numerum immutaverit, pro *tribus* ponens *novemdecim*: sed hoc jure merito miratur, quod postquam præcedentia capita Latine reddiderat, laudaveratque *Platonem*, quia in pueritia orbatus parentibus, ita nihilominus profecerit sapientia, ut & publicam rem laudabiliter gereret, & privatam vehementer augere potuerit (quæ sane puerili imbecillitati non conveniunt) adeo oblitus sit ante scriptorum, ut hic duodennem faciat renunciare sæculo. Deinde, cum quidquid in hac Vita passus legitur, Sanctus, comprehendatur inter annum DCCXCV. quo *Constantinus* Irenes filius legitimæ conjugi repudiatæ *Theodoten* superinduxit, & annum DCCCXI. quo mortuus est *Nicephorus* Imp. qui Platonem in exilio ægrotare intelligens, eum ad suum Monasterium referri præcepit; quomodo potuit *illa quatuor certamina*, quibus annos quadraginta octo dabat, *in persecutionibus* acta credere? Nunc ostendo mortem ejus anno tantum DCCCXIV. contigisse.

Hanc Chronologiam Vitæ *Sancti Platonis* sic recte statuit Papebrocius. Cum ita ferret vitæ Pla-

IV.

omnis discordiæ suspicio remota est, cum olim tristia illa, quæ inter eos acciderant, impedimento fuissent, quo minus id credi posset. Omnes igitur admonuit: pro omnibus Deum oravit; universis veniam dedit, qui inimice se in illum gesserant, qui eum persecuti fuerant, & molestiis affecerant. Hæc fecit divinus ille vir, qui Christum ipsum etiam moriens imitatus est.

Quoniam vero & testamentum disponi oportebat, dicam quodnam illud fuerit, Orthodoxa inquam Fides, & legitima vitæ institutio: hæc enim & vivens, & moriens servavit. Hoc autem vel illud distribuere, ad eum minime pertinebat: quoniam neque de amictu ipso quicquam disponere, in potestate habebat. Tunc a me miserabili homine rogatus, an aliquid haberet quod diceret: manu vestem meam apprehendit, eamque concussit, symbolum quoddam hoc est, obedientiæ omnino liberæ ac promptæ indicium relinquens, vocemque valde summissam emittens, dixit, se nihil habere. Quo dicto, ad humilitatem meam omnia referebat. Minime autem illud prætermittam, quod prædictionis apertam habet significationem. Ipse funebre canticum sibi ante mortem modulatus est. Cum enim thoracis morbo teneretur, & assiduo anhelitu laboraret, labia ipsa ex consueta divinorum eloquiorum meditatione movebat, summissaque voce illam præcipue cantici partem canebat: Resurgent mortui, & exurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui sunt in terra: quem versum hortabatur, ut secum una canerent qui præsto erant, quoad loqui potuit, & vocem tenuissimam emittore. Canticum autem illud ejus obitus consecutus est, qui justi Lazari, ejusque diei festi memoriam adventantem antecessit; ad quem Lazarum canticum illud referebatur, quo eam partem habiturus erat, pater hic, cujus vitam scribimus. Postremo cum insurrexisset, & Deum precatus esset, ut salvus fieret, decoro habitu jacens, caputque ad dexteram inclinans, ita leniter tacito corporis motu, tamquam in proprium locum migrandum sibi proponeret, cum oculos ea hora clausisset, qua sol occidit, sanctam animam Angelis tradidit, qui eam ad justitiæ solem perducerent. Porro diem hanc natalem ejus coluerunt Græci pariter & Latini, quæ fuit quarta mensis Aprilis.

VIII. Patriarcha extrema persolvit S. Platoni.

At non prætereamus, quæ ad sepulturam ejus pertinent a Nicephoro Patriarcha eidem sancto extrema persoluta, narrata vero a Michaele Studita monacho in Theodoro, paucis istis: Cum autem per id tempus ex hac vita excederet sanctissimus Plato, octogesimum ætatis annum minus agens, vir plurimis defunctus laboribus, egregiis virtutum editis, documentis in eo etiam abundantem Patriarcha charitatis suæ vim, animique recte compositi specimen exhibuit. Accurrens ipsemet una cum clero ad monasterium, & moribundo sancto astitit, totus in illum defixus, membra ejus omnia complectens, suaviterque singula deosculans. Cui quidem tamquam patri Patrum, cum innumeris luminibus, & thuris suffitu justa persolvisset, ægre tandem corpus sepulturæ condidit, multis

PAGIUS Ejus Vita Chronotaxis.

Platonis vitæ periodus, ut apte in sex duodenarios annorum dividi posset, usque ad illud tempus quo sub Nicephoro ductus est in exilium, usus est Theodorus aptissima similitudine Solis juxta Dei præscriptum Orientis Occidentisque, quod & in Platone factum apparebat: qui primam ultimamque Vitæ religiosæ partem, alterius imperio subjectus transegerat: & cum sic habeset Auctor, in eoquem laudabat Sancto, ætatis annos LXXII. reliquos septem adjungens prioribus, ad LXXIX. numerando pervenit. Cum vero certissimus sit ultimus Nicephori Imp. annus, idemque Christi DCCCXI. cum Platonis revocatione ab exilio concurrens; ad hunc sic ascendendum, ut tunc vere annos LXXVI. ætatis expleverit Sanctus, post quos solum superfuit morbi triennium. Si ergo Sanctus Plato natus sit anno Christi DCCXXXV. nonum ætatis XII. egit, quando utrumque parentem amisit pestilentia, uti in eadem Orat. numer. 4. dicitur. Pestis autem anno DCCXLVI. grassari cœpit, & per triennium duravit; ut eo anno ostendimus. Alterum duodennium in avunculi sui domo explevit, usque ad annum DCCLVIII. inclusive, discendæ primum arti Notariali, deinde officio patrui sui fructuose exercendo intentus. Tum religiosæ vitæ auspicatus certamina primum duodennium transegit sub obedientia Theoctisti Hegumeni; alterum eidem Theoctisto sub annum DCCLXX. morienti succedens, in Præfectura Monasterii Symbolorum. Hegumenos electus est anno DCCLXXXI. quod tertium duodennium, tertius Platonis agon censetur. Post hæc sequitur quartum certamen, quod abdicata anno DCCXCIV. Prælatura, & in nepotem Theodorum translata exorsus est rursus, ut ab initio subjectus Imperio alieno ad annum DCCCVII. nisi quod in exilium idem Plato actus est, sed non diuturnum deposito intra biennium Constantino, & Patriarcha satagente unionem cum Monachis redintegrare. Hi sunt quatuor diversi Platonis in religione status ante persecutionem, quatuor duodennariis comprehensi. Duravit persecutio illa per quadriennium, usque ad ultimos fere menses Vitæ Nicephori Imp. quare cum Plato nonnisi triennio restitutioni suæ superstes fuerit, obieritque, quando instabat memoria justi Lazari, ut refert Theodorus in laudata Oratione, num. XLIII. idest, Sabbatum ante Dominicam Palmarum, mors ejus contigit anno octingentesimo decimo quarto, non vero decimo tertio, ut arbitratur Papebrocius; alioquin triennio restitutioni suæ non supervixisset Plato, cum hæc pertineat ad annum DCCCXI. quo Nicephorus Aug. periit. Præterea Sabbatum ante Dominicam Palmarum anno DCCCXIV. incidit in diem VIII. mensis Aprilis, & Sanctus Plato in Menæis die IV. ejusdem mensis colitur. Quare si eo quo celebratur die spiritum Deo reddidit, revera instabat memoria Lazari; contra vero si mortuus sit anno DCCCXIII. quo Dominica

tis undecumque confluentibus, ejusque depositionem pro virili prohibentibus, ut qui ne mortuo quidem functo privari vellent. Hæc Michael, qui cum cæteris discipulis præsens potuit esse: his vero subjicit studium Theodori in restituendis monasticis institutis, jam diu ob illatam persecutionem collapsis, & monasterii studii reparationem usque ad Leonem Armenum, cujus tempore iterum eos omnes contigit pro defensione Fidei Catholicæ exulare.

IX. Inter Episc. & magistratus quæstio ventilata de reddendis fugitivis.

Eodem anno Kal. Novembris habitus est conventus Episcoporum, & magistratuum Constantinopoli, occasione solvendæ quæstionis inter Episcopos & magistratus obortæ ex hujusmodi causa. Cum pax inter Imperat. & Crunnum Bulgarorum Regem tractaretur, inter alias conditiones a Rege Barbaro illa est apposita, ut fugitivi redderentur. Arbitrati sunt alii ejusmodi conditionem non rejiciendam, sed bono pacis accipiendam, adversantibus aliis atque dicentibus, penitus rejiciendam, utpote contrariam Evangello, dicente Domino (a): *Qui venit ad me, non ejiciam eum foras*. Qui has partes tuebantur principes consiliarii ducem habebant Theodorum Studitam; adversam vero partem defendebant Episcopi, quibus & assentiebatur ipse Theophanes Abbas monasterii Agrii, auctor historiæ, qui rem gestam sic describit: *Kalendas Novembris advocavit Imperator Patriarcham, cum angustiaretur, & de pace consilium sumpsit: aderant & Metropolitani, Nicænus scilicet & Cyzicenus, præsentibus quoque pravis consiliariis* (ita appellat eos Theophanes, qui pacem ea conditione dissuadebant) *cum Theodoro Egumeno Studii. Etiam Patriarcha, & Metropolitani Antistites pacem cum Imperatore amplectebantur. Mali vero consiliarii cum Theodoro Egumeno Studii hanc subvertebant, fatentes, in subversione divini mandati nemo pacem amplectitur. Eum quippe qui venit ad me, non ejiciam foras, ait* (b) *Dominus*. His, inquam, adversatus est Theophanes multiplici ratione; usus illa vero potissima, quod pluris facienda sit multorum salus, quam paucorum, cum raro accideret, ut ex Bulgaris aliqui ad Romanos confugerent.

(a) Joann. 6.

(b) Joann. 6.

X. De ista controversia bis diebus Constantinopoli ventilata, ubi Cedrenus agit, nullam de Theodoro Studita mentionem habet, rem gestam sic narrans: *Aliis eam sententiam, quæ decernebatur, fugitivos esse reddendos, improbaverant, quorum princeps Nicephorus Patriarcha, & Theoctistus magister, sua ætate virtute & prudentia præstantissimus, aliique non pauci: Nam hi Deo committendam suam salutem judicabant, neque perfugarum deditionem barbarorum placandam superbiam, omnipotentis Dei auxilio posthabito*. Hæc ipse.

Porro defensores adversæ partis tradit fuisse magni nominis monachos, inter quos liquet adnumeratum ipsum Theophanem Abbatem monasterii Agri. Cæterum obtinuit pars negantium ea conditione pacem esse accipiendam, ex quo, loquit ipse Theophanes, maxima sunt parta Imperio mala, quæ anno sequenti dicentur. Quæ enim subsequuta sunt mala ob pacem repulsam, effecerunt, ut tum in Theodorum, tum in alios fuerit ab omnibus declamatum tamquam in Reipublicæ eversores, præsertim vero ab ipso Theophane, qui damna, quæ sunt hæc consequuta, describit per prodigia e cœlo & cometam insuetatum apparentem significata.

XI. Hierosolymitanæ ecclesiæ profanatæ & monasteria Palæst. deserta.

Quæ insuper in Palæstina hoc item anno evenerint mala, idem mox subdit his verbis: Eodem anno multi Christianorum ex Palæstina a Syria in Cyprum venere, fugientes immensam Arabum afflictionem. Cum enim sine generali principatu Syria esset & Ægyptus & Africa; & in omni

PAGIUS ea Palmarum cum die XX. mensis Martii concurrit, dies ejus obitus a die ejus cultus nimis distabit; cum tamen, licet Sancti aliis plerumque diebus, quam quibus mortui sint in Ecclesia recolantur. Festum *Platonis* cum ejus Vita collatum indicare videatur, eum e vita migrasse die quarta mensis Aprilis, impendente memoria Sancti Lazari. Sirletus loco, *quando instabat memoria justi Lazari*, vertit, *justi Lazari ejusque diei festi memoriam*. At, ut recte Papebrocius scribit, Græci nullum tale Festum habent, sed simpliciter memoriam, occasione Evangelii pridie Dominicæ Palmarum legi soliti.

V. A num. IX. ad XII. Theophanes anno Incarnat. secundum Alex. DCCCV. Kalendis Septemb. hujus Christi anni inchoatu, prodit *Crummum* seu *Crummum* Bulgarorum Principem Legatum ad Michaelem Imp. misisse, ac petiisse conditiones alias concessas adimpleri, quarum hæc una erat, *ex utraque parte fugitivos utrique Principi mutuo restituendos, licet in Remp. perduelles forent. His acceptis*, subjungit Theophanes *Imperator improborum consiliis ductus pacem admittere detrectavit. Falsa quippe pietatis obtentu, dicam melius ignorantia, qua rem communem perderet, ducti, consultores isti sinistri suggerebant, fugitivos minime restituendos: et in data sententia argumentum Evangelica Domini auctoritate prolata, ad me accedentem, ajebant, non ejiciam foras. Medio vero mense Octobris decursu aciem instruxit Crummus adversus Mesembriam*, qua intra mensis finem potitus est. *Imperator in mentis angustiam conjectus, mense Novemb. Kalendis, Patriarcha ad colloquium advocato, de componenda cum hostibus pace consilium quærebat. Aderant Conventui Nicænus & Cyzicenus Metropolita, & ex pravis Consiliariis manus haud contemnenda. Ac Patriarcha quidem & Metropolita Imperatoris sensum secuti pacem amplectebantur: sed improbi Consiliarii una cum Theodoro Studii Præposito*, conv.

Bulgaria Rex in pacem cum Græcis non consensit nisi transfugæ utrimque reddantur.

omni principatu, qui sub ipsis est, homicidia, rapina, adulteria, & omnes Deo odibiles actiones in civitatibus et villis e divinitus periture gente perpetrabantur, inqut alme Dei nostri civitata colende loca sancta Dei Genitricis, & Resurrectionis ac Calverie, seu reliqua profanata sunt. Similiter & Laura eremi opinatissima S. Charitonis & S. Saba, & reliqua monasteria, & Ecclesia deserta fecta sunt. Alii eutem percepto martyrio, interempti sunt: alii vero Cyprum, & ex hac Byzantium properarunt; quos Michael pius Imperator & Nicephorus sanctissimus Patriarcha benigna munificentia receperunt. Nam his, qui venerunt ad urbem, monasterium insigne donavit: his vero, qui in Cypro remanserant, monachis & laicis talentum auri transmisit, & hos diversis consolatus est modis. Erat quippe Michael circa omnes suavis, & clemens, circa negotiorum vero dispositionem iners, servitute subactus Throctisto Magistro, & caeteris Principibus. Hucusque Theophanes.

XII. Hoc eodem anno, initio sui Imperii Michael Imperator Legatos suos misit in Occidentem ad Carolum Magnum Imperatorem, & ad Leonem Papam, junxitque eos Legatis illis redeuntibus quos idem Carolus Imperator anno superiori miserat ad Nicephorum Imperatorem confirmandæ pacis causa: missi enim fuerant hi, Hatto Episcopus Basileensis, Hugo Comes Turonensis, & Aju Longobardus Forojuliensis, & cum his Leo Spatharius natione Siculus, atque Wilharius Dux Venetorum. Hi igitur cum pervenissent Constantinopolim, occiso Nicephoro Imperatore, cum Michaele rem agentes, eum ad pacem capessendam promptum invenerunt. Qui (ut dictum est) cum eisdem suos Legatos ad Carolum misit, qui hoc anno ad eumdem Aquisgranum pervenerunt, atque Græca oratione laudem ejusdem Caroli Imperatoris dixerunt, & Augusti titulo celebrarunt. Hæc habent veteres Annales Francorum.

De legatione Michaelis Imp. ad Carolum Magnum.

Nomina autem eorum, qui fuerunt hac functi Legatione Imperatoris, sunt Michael Episcopus Arsaphius, & Theognostus Protospatharii. Qui revertentes, Romam (ut habuerunt in mandatis) venerunt ad Leonem Romanum Pontificem, atque in basilica sancti Petri ejusdem fœderis libellum, nempe communicatorias litteras ab eodem Pontifice acceperunt. Hæc Annales Francorum. Mi-

PAGIUS *eversis contraria sententia dictis, eam rejiciebant, confirmantes pacem, qua Dei mandata rescindit, non esse admittendam; Illud enim, Venientem ad me non emittam foras, Dominus decrevit, aiebant: qua preferrent; & in cujus argumenta hac producenda vere nescii. Primo quidem quoniam nemine ex eis ad nos transfugiente, nos qui intra Aulam erant, eam ipsos pace composita servare possemus, prodidimus. Secundo, quia licet quidam ex eis pauci transfugerint, plurium certe potius, ejusdemque nobiscum nationis & sanguinis consortium satagere, quam incertis nobis quibusdam propositis fidei quaestu ditescere decebat. Plures enim quam paucos servare Deo magis gratum est*, &c.

VI. Imperator tamen Constantinus Porphyrogenetos, qui Theophanis Chronographiam continuavit, ejusdem sententiæ est cum Consiliariis, quos Theophanes reprehendit, & cum Sancta Theodoro Studita. Lib. 2. num. 5. hæc scribit: *cum jam Bulgarorum Dux Crumnus, concordiam & pacis fœdera, amicitiasque ambire se simularet, ac animum pacis cupidum praeferret, dummodo annua, qua pendi solita erant, pro ut ne majoribus visum erat, Romani tributa praestarent; ea demum adjecta conditione, ut & Bulgarorum vicissimque Romanorum imposterum transfuga, sua quique grati redderentur. Transfugarum caput illud absurdum Senatui visum est, quanquam Michael Imperator totus in Principis Bulgarorum sententiam ibat, quod ineunda pacis occasionem illam sibi nolebat aufugere. Obtinuit tamen Senatus sententia, quam Throctistas Magister sequeretur, ac cui vim ac pondus auctoritate sua adjiceret. Iterum ergo relictis colloquiis; ad belli aleam revocatum negotium: idque magis decere merito judicatum est.* „ Quomodo enim „ non omnem humanitatis sensum exuisse ar„ bitrandus est, qui hominem casu aliquo, aut „ vicissitudine in errorem prolapsum; patriaque (qua nihil dulcius esse aiunt) contempta „ adhæc uxore & liberis, ceu ad aras inviolabiles, ad Romanæ Ditionis loca confugien„ tem, Scythicæ gentis immanitati, cujus a „ feris nihil indoles differat, dedendos pata„ verit? Cum enim terribiles, trucesque ac „ feri sint, multos suorum id non ferentes „ ad lenitatem & mansuetudinem nostram sæ„ penumero transire animadvertunt. *Ne igitur universa ipsorum gens in nostram paulatim se effundat, veriti eorum Principes, sæpius & ad nostram usque ætatem, multos de hac re sermones moverunt. In vanum tamen (quod communi fertur adagio) conantur; viros nulli firmi propositi, & qui a sententia non facile dimoveantur. Brevi itaque cessatum mora: ambaque mox gentes ad arma concurrere:* Hæc Constantinus.

Ex conditione a Græcis rejecta.

VII. Ad num. XII. & seq. Eginhardus in Annal. ait: *Michael factus Imperator, Legatos Domini Imperatoris Caroli, qui ad Nicephorum missi fuerunt (ut anno superiori vidimus) & Constantinopoli suscepit, & absolvit: cum quibus & Legatos suos direxit Michaelem scilicet Episcopum & Arsaphium atque Theognostum Protospatarios, & per eos pacem a Nicephoro inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad Imperatorem venerunt, Scriptum pacti ab eo in Ecclesia suscipientes; more suo, idest Græca lingua, laudes ei dixerunt, Imperatorem eum & Basilea appellantes; & inde revertendo Romam venientes in Basilica S. Petri eumdem pacti seu fœderis* libellum a Leone Papa denuo susceperunt. Idem habent alii Annalistæ, Monachus Egolismensis, Incertus Auctor in Vita Caroli & Regino in Chron. Verum Michael Imp. gesta a Legatis, quoad titulum illum grata & rata non habuit, cum certum sit, nec eum, nec ejus Successores Basilei seu Imperatoris & Augusti nomen Carolo M. aliisque Imperatoribus Oc-

Pax inter utrumque Impp. confirmatur.

XIII. Miserat enim ex more Catholicas Imperator ad Romanum Pontificem Catholicæ fidei professionem, ut Catholicæ Ecclesiæ communionem consequi mereretur, a qua divulsi fuerant prædecessores Orientis Imperatores: quam consecutus est, datis ab eodem Pontifice, ut dictum est, in basilica S. Petri, ad eumdem Imperatorem litteris communicatoriis. De Legatione autem quam sequenti anno Carolus ad Michaelem misit, dicemus suo loco.

XIV. *De tempore cladis acceptæ in saltibus pyrenæis.* Ad hæc ultima tempora Caroli Imperatoris, qui prosecuti sunt res Hispanas, referunt decantatam Francorum cladem illam acceptam in saltibus Pyrenæis, ad Rocidam vallem, vulgo dictam Roncisvalle, in qua præter multos alios cæsos desiderati sunt illi nominatissimi Duces Rotlandus Britanniæ Comes, Anselmus & Eginhardus, ajuntque, & Carolum ipsum fractum viribus in Gallias rediisse, & paulo post defunctum esse, totumque id facto per Alfonsum Regem Gallæciæ cognomento Castum. Hi autem quam longe in primis in his, quæ sunt temporis, aberrent a veritate: omnes sint judices. Cladem namque illam contigisse anno Redemptoris septingentesimo septuagesimo octavo, Chronographi omnes, qui per singulos annos res Caroli Magni digesserunt, iidemque ejusdemque sæculi scriptores, absque dubitatione pari consensu testantur. Porro hanc non aliam fuisse ab illa, quam ipsi scriptores rerum Hispanicarum hoc tempore ponunt, illa necessario demonstratio ex eorum petita officina declarat. Siquidem æque omnes affirmant, in hac clade desideratos esse dictos viros insignes Rotlandum, Anselmum & Eginhardum. Verum cum isti omnes reperiantur occisi in dicto prœlio ante annos triginta-quatuor, nihil dubii penitus remanet. Non enim puto, hos esse dicturos, eosdem præstantes viros iterum occisos, iterum esse mortuos. Est de his (ut alios omittam) ejus temporis scriptor, qui fuit eidem Carolo a secretis Eginhardus, qui ipsius Caroli vitam scribens, ejus ferme scriptionis exordio, ista de his, quæ tunc contigerunt, sic habet:

Cum enim assiduo pene & pene continuo cum Saxonibus bello certaretur, dispo- XV.

PAGIUS *Occidentis*, Francis vel Germanis nunquam dedisse. Non dissimulavit Eginhardus Carolum Constantinopolitanis Imperatoribus, Nicephoro, Michaeli & Leoni valde odiosum fuisse, *propter susceptum a se Imperatoris nomen, quasi qui Imperium eis praripere vellet*. Sed hac de re plura anno DCCCXXIV. num. X. & seq.

VIII. *In ea Veneti & Dalmatæ comprehensi.* Non dubitandum, quin in hac pace *Venetia & Dalmatia* comprehensæ fuerint, uti jam anno DCCCX. num. IV. & VI. de Venetia diximus. Quoad Dalmatiam, magna ejus pars cum Istria & Liburnia mansit sub potestate Caroli, qui teste Eginhardo in ejus Vita, *Istriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis Civitatibus, quas ob amicitiam & junctum cum eo fœdus Constantinopolitano Imperatori habere permisit.* Joannes Lucius Lib. 1. de Regno Dalmatiæ cap. 15. de Dalmatia, inquit, sicut eam partem, quam Croati cum Liburnia occupaverant, simul cum reliqua Croatia Carolum subegisse censendum est; ita illa exceptio Civitatum maritimarum de Civitatibus continentis Dalmatiæ, scilicet Jadra, Tragurio & Spalato, Croatis conterminis, quæ cum Insulis Dalmatiæ, nomen retinebant, intelligenda est. Quæ genuina verborum Eginhardi interpretatio.

IX. *Carolus cum Rege Cordubensi & Beneventanis pacem facit.* *Legatis dimissis, Imperator generali Conventu Aquisgrani solemniter habito, Bernardum filium Pippini nepotem suum in Italiam misit: & propter famam Classis, qua de Africa & de Hispania, ad vastandam Italiam, ventura dicebatur, Vualanem filium Bernardi patruelis sui, cum illo esse jussit, quoad usque rerum eventus securitatem nostris afferret. Hæc Classis partim in Corsicam, partim in Sardiniam venit. Classis etiam Nordmannorum Hiberniam Scotorum Insulam aggressa, commissoque cum Scotis prælio, parte non modica Nordmannorum interfecta, turpiter fugiendo domum reversa est. Pax cum Abulaz Rege Saracenorum facta. Item cum Duce Beneventanorum Grimoaldo. & tributi nomine XXV. millia solidorum auri a Beneventanis soluta. Expeditio facta ad Vultzos, & ab eis obsides accepti. Harioldus & Ragenfridus, Reges Danorum, missa ad Imperatorem Legatione pacem petunt, & fratrem suum Hemmingum sibi remitti rogant*, inquit Eginhardus in Annal. qui jam scripserat, Harioldum & Ragenfridum mortuo hoc anno Hemmingo Danorum Rege, a *Danis* Reges esse constitutos. De pace facta cum Abulaz seu Alhaca Cordubensi Rege, fusius loquitur Chronographus Moissiacensis: *Eodem anno Abulafer Rex Saracenorum ex Spania audiens famam & opinionem virtutum Domni Caroli Imperatoris, Missos suos direxit postulans pacem facere cum eo, quam ipse piissimus Imperator denegare noluit, sed fecerunt pacem cum eo per tres annos.* Walanes seu Wala, quem Carolus Aug. in Italiam ire præcepit, ut consilio *Bernardum* juvaret, *Adelhardi* Corbeiensis tunc Abbatis frater germanus erat, & sicut *Adelhardus* Pippino, sic *Vualanes* Bernardo Pippini Regis filio præcipuus fuit Consiliarius, & uterque in Italiam a Carolo directus.

X. *Carolus M. Saxonum Transalbianorum conversioni incumbit.* *Amalharius* seu Amalarius Archiepisc. Trevirensis hoc anno e Transalbiana Saxonia reversus est, ut colligitur ex Ludovici Pii Diplomate, in quo gesta hac in Provincia tam superiori, quam currenti anno uno tenore narrat Ludovicus, qui postquam locutus est de iis quæ ad annum præcedentem pertinent, quæque ibi recitavimus, statim subjicit: *Postmodum vero* (nempe hoc anno) *captivis optatam ad patriam undique confluentibus, eamdem Parochiam quidam Presbytero Heridac nomine, specialiter commendavit, quem universa Nordalbingorum Ecclesia, videlicet ne ad ritum relaberentur Gentium, vel quia locus ille lucrandis adhuc Gentibus videbatur aptissimus, disposuerat consecrare Episcopum, ut ipsa occasione vel auctoritate, summa in ipsis terminis Gentium sedulitate prædicandi Sancta multiplicaretur Ecclesia, dum vicinorum ipsius novitatis Episcoporum multa latitudinis cu-*

Digitized by Google

Convincitur multipliciter error.

spositis per congrua confiniorum loca præsidiis, Hispaniam quam maximo poterat belli apparatu aggreditur, saltuque Pyrenæi superato, omnibus, quæ adierat, oppidis atque castellis in deditionem acceptis, salvo atque incolumi exercitu revertitur, præter quod in ipso Pyrenæi jugo Vasconicam perfidiam parumper in redeundo contigit experiri. Nam cum in agmine longo, ut loci & angustiarum situs permittebat, porrectus iret exercitus, Vascones in summi montis vertice positis insidiis (est enim locus ex opacitate silvarum, quarum maxima est ibi copia, insidiis ponendis opportunus) extremam impedimentorum partem, & eos qui novissimo agmine incedentes, subsidio præcedentes tuebantur, desuper incursantes, & in subjectam vallem dejiciunt; consertoque cum eis prælio, usque ad unum omnes interficiunt, ac direptis impedimentis, noctis beneficio, quæ jam instabat, protecti, summa cum celeritate in diversa dispergantur. Adjuvabat in hoc facto Vascones & levitas armorum, & loci, in quo res gerebatur, situs. E contra Francos & armorum gravitas, & loci iniquitas per omnia Vasconibus reddidit impares.

XVI. *In hoc prælio Egbartus*, alias Eginhardus *Regiæ mensæ præpositus, Anselmus Comes Palatii, & Rotlandus Britannici litoris Præfectus, cum aliis compluribus interficiuntur. Neque hoc factum ad præsens vendicari poterat, quia hostis, re perpetrata, ita dispersus est, ut ne fama quidem remaneret ubinam gentium quæri potuisset.* Hactenus de his Eginhardus. Qui cum dicat id eo tempore factum, quo juge urgebat Saxonicum bellum, plane declarat, nequaquam fieri potuisse his ultimis Caroli temporibus, quibus jam diu ante (ut dictum est) a bello Saxonico cessatum esset, superatis penitus illis, & ad Christianam religionem perductis. Sed & longe ante hæc ultima Caroli tempora eam cladem contigisse: ex eo etiam demonstrat idem Eginhardus ibidem, dum eo ordine, quo sunt gesta, bella a Carolo numerans, post hujusmodi bellum Hispanicum, recenset Britones ab eodem domitos, Beneventanos sub tributum redactos, inde Bavaricum cœptum bellum, & postea Avaricum; de quibus singulis dum agunt auctores veteres, qui per singulos annos eadem sunt prosecuti, æque post Hispanicum istud bellum ea omnia contigisse demonstrant. His accedunt quæ de propagato ab eo Imperio idem, qui supra, præsens rerum inspector fidelissimus testatur Eginhardus, dum ait: *Ipse Carolus per bella memorata Aquitaniam & Vasconiam, totumque Pyrenæi montis jugum, & usque ad Iberum amnem, qui apud Navarros ortus, & fertilissimos Hispaniæ agros secans sub Dertosæ civitatis mœnia Balearico mari miscetur*, subegit scilicet, *deinde Italiam totam, &c.* Plane significans ea de bello Vasconico antea contigisse, quam Carolus in Italiam inferret arma. Rur-

PAGIUS *cura non sufficiebat discurrere per omnia. Delegavit etiam eidem Presbytero quandam Cellam Hrodnarr vocatam, quatenus eidem loco periculis undique circumdato fieret supplementum.* Idem Ludovicus postea quæ ipsemet mortuo patre in ea Provincia egerit enarrat: *Sed quia consecrationem jam dicti Viri velox ex hac vita transitus pii genitoris nostri in diebus ejus fieri prohibuit, ego autem quem Divina Clementia in Sedem Regni ejus asciverat, cum in multis Regni disponendis negotiis insisterem, hoc quoque prædicti patris mei studium velut Regni in finibus peractum, minus caute ostenderem, suadentibus quibusdam jam dictam Cellam ad Indam Monasterium contuli, vicinam vero Parochiam vicinis Episcopis interim commendavi.* Bremensi videlicet ac Verdensi, usque ad an. DCCCXXXIV. quo illuc S. Anscharium Hammaburgensem Archiepiscopum misit.

XI. Enumeratio Episcopatuum a Carolo M. in Saxonia institutorum.

Apud Nicolaum Schatenum Episcopatus in Saxonia fundati ita enumerantur: *Antiquissimus Osnabrugensis. Inde Paderbornensis, Halberstadiensis, Bremensis, Verdensis, Mindensis, Mimigardevordensis seu Monasteriensis, Hildesiensis, fundati. His accessere Hamburgensis & Schildrensis, cœpti inchoatique a Carolo Magno; alterum Ludovicus Pius, alterum cæteri Imperatores, dum postremo Magdeburgum transferretur, Otto Magnus absolvit.* Anno DCCCX. *Hildegrimus* Catalaunensis Episcopus & frater Sancti Luidgeri Episcopi Monasteriensis primi relicto Episcopatu Catalaunensi renunciatus est a Carolo Magno Episcopus Seligenstadii, quod Oppidum est Germaniæ, aliis *Ostrovicum* dictum, in Saxonia Inferiori, & in Halberstadiensi Principatu ad amnem Olsam; sed cum locus ille minus placeret, translata est postea Sedes Episcopalis *Halberstadium*. Carolus etiam instituit Episcopatum Aulicensem. *Aulicam*, inquit Krantzius lib. 1. Metrop. cap. 10. *Aulica locum dixere, quod celebrius ibi Rex gloriosissimus (Carolus) cum esset in Provincia resideret. Circumspiciens autem opus esse de his populis proprio Sacerdote, quod longius abesset Salingstedensis (nunc Halberstadiensis) Episcopus, igitur Ecclesia sua ibi exædificata Pontificem jussit consecrari Venerabilem Sacerdotem Guntherum.* Sedes Episcopalis dein Aulica *Hildesiam* translata est. *Aulica* & *Hildesia* duobus ab invicem milliaribus dissident: illa sita est in loco, ubi Sala rivulus in sinistram Leynæ ripam influit; *Hildesia* vero fluvio adsidet. Ex his Episcopatibus, qui trans Visurgim fluvium Moguntinensi, qui cis eumdem amnem, Coloniensi Metropolitæ subjecti fuere, ut ostendit Cointius hoc anno num. LXVI.

XII. Encyclicæ litteræ Caroli M. de cæremoniis Baptismi.

Hoc circiter anno *Carolus* encyclicas litteras Archiepiscopis Regni sui dederat, ut eorum scriptis certior efficeretur, qualiter & ipsi & illorum Suffraganei Presbyteros Dei, plebemque sibi commissam instruerent *de Baptismo*; quibus litteris sollicitati *Magnus* Senonensis Archiepisc. & Joannes Archiepisc. Arelatensis *Theodulphum* Aurelianensem Episcopum impulerunt ad scribendum librum *de Ordine Baptismi* ad Magnum seu Magnonem, Senonensem Archiepiscopum, quem in capitula XVIII. partitus est; editus est

XVII. Necessitudo inter Adelfonsum & Carolum. Rursum vero procul abest, ut per Alfonsum Castum ea adversus Carolum fuerint perpetrata; siquidem magna amicitiæ necessitudine inter se conjunctos fuisse Carolum Magnum Imperatorem, & Alfonsum cognomento Castum, nec quicquam discordiarum inter eos intercessisse, idem Eginhardus in ejusdem Caroli vita demonstrat, ubi ait de Carolo: *Auxit etiam gloriam Regni sui, quibusdam Regibus ac Gentibus per amicitiam conciliatis: Adeo namque Adelfonsum Gallaciæ atque Asturiæ Regem sibi societate devinxit, ut is cum ad eum litteras vel Legatos mitteret, non aliter se apud illum, quam proprium suum appellari juberet.* Hæc Eginhardus. Frequentatum namque ab eodem Adelfonso muneribus atque legationibus ipsum Carolum Imperatorem, pariter Francorum Annales edocent. Siquidem aliquando per Frojam Legatum papilionem miræ pulchritudinis ad Carolum Adelfonsus misit; postea vero alia legatione exhibita per eumdem Frojam ac Basiliscum, manubias de expugnata Ulyssipona & a Sarracenis vendicata ad eumdem Carolum misit captivos Mauros loricas atque mulos: idque anno Redemptoris septingentesimo nonagesimo octavo.

Sed unde adeo disertis viris, res Hispaniarum historia prosequutis, tam graviter errandi provenit origo? dicam: Quod enim Turpini nomine (quisquis ille fuerit) somniorum ac fabularum vanus contextor, post venerandi corporis S. Jacobi Apostoli inventionem (quam etiam per ipsum Carolum factam esse mentitur) ponit bellum illud contigisse, in quo Rotlandus, sive Rolandus inter alios viros insignes occubuit: nulla hic habita exacta temporis ratione, revera tunc bellum illud contigisse sunt arbitrati, quo a fabuloso auctore ponitur: qui hoc errore ducti sunt, antiquiores adnumerantur Tudensis & Rudericus Toletanus Episcopus; recentiores vero omnes, ne singulos nominem, tamquam e cœlo allato oraculo firmiter eidem inhæserunt. XVIII. Fabulæ Turpini exploduntur.

PAGIUS est liber ille a Sirmondo inter Theodulphi Opuscula. Eo etiam tempore *Amalarius* Trevirensis Archiepiscopus elucubravit librum *de Sacro Baptismate ad Carolum Magnum Imperatorem* qui falso hactenus suppositus fuerat Alcuino, inter cujus opera reperitur sub Epistolæ nomine libellus *de Ceremoniis Baptismi*, inscriptus *Gloriosissimo & Excellentissimo Augusto a Deo coronato Carolo Serenissimo*. Hunc vulgatum errorem detexit Sirmondus in Notis ad librum laudatum Theodulphi. Adhæc *Odilbertus* Mediolanensis Archiepiscopus acceptis literis Caroli Magni a Mabillonio Tom. I. Vet. Analect. pag. 21. publicatis ad eum rescripsit literas ab eodem Mabillonio Tom. IV. Vet. Analect. pag. 327. promulgatas cum prioribus verbis singulorum capitum libelli ejus *de Baptismo*. Continet Opus illud capita XXII. Adhæc Mabillonius Tom. III. Vet. Analect. pag. 1. e tenebris eruit librum Laidradi Episcopi Lugdunensis *de Sacramento Baptismi* cum præfixa Epistola ad *Carolum M. Imperatorem*, in qua dicit Laidradus, antequam ad ejus quæsita respondeat, sibi visum esse de ipso Baptismo in genere verba facere; Huic opusculo subnectitur alia Epistola *Laidradi* ad Carolum Imperatorem cum responsis ad quæsita ejus. Denique Joannes Cordesius Lemovicensis Canonicus Hincmari Opusculis subtexuit Epistolam *Jesse* Ambianensis Episcopi cum hac inscriptione: *Sacris Sacerdotibus & in Christo omnibus Diœcesi nostra digne militantibus Jesse humilis Episcopus in Domino salutem.* Initio suæ scriptionis testatur se se a Diœcesi abesse gravibus negotiis implicitum: *Breviter*, inquit, *vobis inquantum temporum adfuit spatium, qualiter a sacri Baptismatis unda pervenire debeatur, scribendo perstrinximus.*

XIII. Quid hujusmodi litera encyclica continerent. Quid a singulis Archiepiscopis postularit Carolus, liquet ex Epistola quam ad Odilbertum, quæ sola superest, dedit. Postquam igitur Carolus ostendit quantum enoptet, ut *multiplicetur numerus populi Christiani*, scribit: *nosse itaque per tua scripta aut per te ipsum volumus, qualiter & tu, & Suffraganei tui doceatis & instruatis Sacerdotes Dei & plebem vobis commissam de Baptismi sacramento; idest, cur primo infans Catechumenus efficitur, vel quid sit Catechumenus, deinde per ordinem omnia, quæ aguntur. De Scrutinio, quid sit scrutinium. De Symbolo, quæ sit ejus interpretatio secundum Latinos. De credulitate quomodo credendum sit in Dominum Patrem Omnipotentem, & in Jesum Christum filium ejus, & in Spiritum Sanctum, Sanctam Ecclesiam Catholicam, & omnia quæ sequuntur in eodem Symbolo. De abrenunciatione Satanæ & omnibus operibus ejus & pompis. Quid sit abrenunciatio, & quæ opera ejus diaboli & pompa. Cur insufflatur & cur exorcizatur. Cur Catechumenus accipit salem. Quare tangantur nares, pectus ungatur oleo; cur scapula signantur, & quare pectus & scapula linitur. Cur albis induitur vestimentis; cur sacro chrismate caput perungitur & mystico tegitur velamine; & cur corpore & Sanguine Dominico confirmatur. Hæc omnia subtili indagine per scripta nobis, sicut diximus, nunciare satage; & si ita teneas & prædices, aut si in hoc quod prædicas, te ipsum custodias.* Ex his verbis intelligimus, Carolum ad Archiepiscopos tantum, non vero ad eorum Suffraganeos literas dedisse, & cum hæc Epistola generalis fuerit, similia exemplaria missa esse ad *Magnum* Archiepiscopum Senonensem, quod testatur Theodulphus in Præfatione libri de *Ordine Baptismi*, & ad alios Regni Francici Archiepiscopos; licet ea exemplaria ad nos non pervenerint. Intelligimus etiam, cur *Jesse* Ambianensis & *Theodulphus* Aurelianensis Episcopi, non ad Carolum Magnum, sed is ad Magnum Archiepiscopum Senonensem; ille vero ad Clerum suum scripserit, quia nempe Episcopos *Carolus M.* non interrogarat. Sirmondus dicit, se vidisse quatuor diversa exemplaria libri Theodulphi, in quorum tribus liber inscriptus est *Magno*; in quarto vero *Joanni*, mendose tamen, ut ipse opinatur, cujus sententia probatur Baluzio in Notis ad Capitularia Reg. Franc. pag. 1092. ad nullum quippe inquit Vir clarissimus, alium de hoc argumento scribere potuit eo tempore *Theodulphus*, quam ad *Magnum* Metropolitanum suum. Ac cum Theodulphus tam a Joanne Archiepiscopo Arelatensi, quam a Magno suo Metropolitano pul-

uno dumtaxat excepto, præ cunctis Hispanarum rerum scriptoribus hoc nomine mihi laudando Ambrosio (a) Morale, qui hæc odoratus, haud imprudens est errantes sequutus, sed hærens substitit, ut rem accuratius consideraret. Sed eos admirati sumus magis, qui difficultatem hanc sentientes, ut solverent, duas clades exercitus Caroli in Pyrenæis montibus sibi finxerunt, & hanc, de qua est sermo, posteriorem dixerunt. Sed hos oportet suis divinationibus adjiciant, ut pariter affirment, Rotlandum & cæteros nominatos socios his mortuos esse, cum hos ipsos in posteriori clade dicunt esse necatos, quos in eo jam diu antea firmissima auctoritate ostendimus fuisse peremptos. Sed facessant hæ cum suo auctore mentito Turpino fabellæ, poeticis dumtaxat dignæ figmentis, ab historico stylo longe longius semovendæ. At sæpe suorum gentilium nimium ardens amor plures fallere coegit historicos, ut absque delectu perciperent quæcumque scripta, quibus ipsi quolibet modo gloriam suis compararent. At de his satis. Se-

(a) Ambros. l. 3. c. 48.

PAGIUS pulsatus fuerit, ut librum laudatum *de Ordine Baptismi* scriberet, nullum mihi videtur dubium, quin etiam utrique Opusculum illud inscripserit. Denique libellus de *Cæremoniis Baptismi* Alcuino adscriptus, ejus esse non potest; cum in eo illius Auctor dicat: *dixisti, Serenissime Imperator, velle vos scire, qualiter nos & Suffraganei nostri doceremus populum Dei de Baptismi Sacramento*; ideoque recte illum Amalario tribuit Sirmondus, MS. Petaviano innixus. [1]

XIV. *Privilegium a Carolo M. concessum Hispanis Gallias incolentibus.* Baluzius Tom. I. Capitul. Reg. Franc. pag. 399. refert ex Archivo Archiepiscopatus Narbonensis Præceptum a Carolo Imp. in gratiam Hispanorum, qui in ejus Regnum confugerant, emissum, in quo plures *Hispani* ibidem memorati queruntur, quod multas oppressiones sustineant, ipseque Imperator asserit, se jussisse *Joanni Archiepiscopo* Misso suo, uti se ad *Ludovicum* Regem conferret, & quomodo ipsi Hispani vivere debeant statueret. Interim *Berana*, & aliis octo Comitibus mandat, ut eosdem Hispanos, qui ad se de *Hispania* venerant, & terras excolendas a se acceperant, nullo censu gravare præsumant, *sed quoad usque*, inquit, *illi fideles nobis, aut filiis nostris fuerint, quod per triginta annos habuerant per aprisionem quieti possideant, & illi & posteritas eorum, dat. IV. Nonas Apriles anno Christo propitio, Imperii nostri XII Regni vero in Francia XLIV. atque XXXVIII. in Italia Indictione quinta*, ideoque hoc Christi anno. Joannes ille erat Archiepiscopus Arelatensis, & his verbis *per aprisionem*, Imperator intelligit eam partem terræ incultæ, quam Hispani ex concessione Regum vel Comitum excolendam sumserant, ut interpretatur Baluzius in Notis ad Capitularia pag. 1080. quod pluribus exemplis confirmat Ducangius in suo Lexico in voce *Apprisio*. Hæc *Hispanorum* in Regno Francorum Privilegia, idest, in ea parte Hispaniæ Citerioris, quæ citra *Rubricatum* est commorantium, confirmarunt Ludovicus Pius & Carolus Calvus, quorum Præcepta suis locis memorabimus.

XV. *Dissensio in monasterio Fuldensi exorta.* Non prætermittendum hic quod Annalista Cæsareus a Lambecio editus ad annum Caroli Regis XLIV. qui juxta eum in hunc Christi annum convenit, de Monasterio Fuldensi, Sancti Bonifacii Monasterio vulgo appellato, scribit: *facta est conturbatio non minima in Monasterio Sancti Bonifacii. & fratres XII. ex ipsa familia perrexerunt simul cum Abbate Ratgario* (tertio Abbate Fuldensi) *ad judicium Imperatoris Karli, nec tamen ita commotio illa quievit, sed post Richolfus Archiepiscopus Moguntiacensis, & Bernharius Episcopus Civitatis VVangionum, & Hatto Episcopus Augustensis, & VVolgarius Episcopus Ecclesiæ VVirzaburg, cum cæteris fidelibus, qui simul ad illud Placitum convenerunt, jussu Imperatoris sanaverunt commotionem illam in Monasterio Sancti Bonifacii. Eo anno dedicata est Ecclesia Sancti Joannis Baptistæ in australi parte Monasterii juxta flumen Giralbha*. Loquitur de hoc dissidio Abbatem inter & Monachos Fuldenses orto Brouverus lib. 1. de Antiquit. Fuldens. cap. 12. asseritque Monachos obtulisse supplicem libellum Carolo Magno multarum querelarum plenum, quem ipsemet postea lib. 3. capit. 12. recitat, & post eum Cointius anno DCCCXIII. num. CCCCI. & seqq. Monachi recentis instituti zelo flagrantes perire sibi veteris disciplinæ rigorem nolebant, & *Ratgarius* summo jure nusquam cessit, & omnium a se voluntates alienavit. Quare anno DCCCXVII. ut in Annalibus Fuldensibus legitur, *Ratgarius Abbas Fuldensis Monasterii accusatus a fratribus & convictus, deponitur*. Hinc in Carminum libro Modestus eumdem *Ratgarium* hoc Schemate expinxit; posuit enim juxta eum imaginem monocerotis in ovium gregem incurrentis infesto cornu. Anno DCCCXVIII. Sanctus Eigil Vitæ Sancti Sturmii Monasterii Fuldensis Conditoris Scriptor, in locum Ratgarii subrogatur.

NOTÆ [1] Encyclicas hasce epistolas non ad Metropolitanos tantummodo, sed & ad nonnullos etiam Episcopos misisse Carolum apud me certo constat, quamvis Pagius id negat. Nam in collectione Martenii to. VII. extat Caroli epistola ad Garibaldum Leodiensem Episcopum ea de re scripta, qua illum monet ut neminem permittat a baptismo Infantes suscipere, quin prius percunctetur de symbolo & oratione dominica. Si vero epistola hæc eodem ipso tempore quo encyclicæ ad Metropolitanos missa censeatur, de quo vix dubito, earumdem encyclicarum missio aliquot annis quam hic fiat a Pagio anticipanda est; nam Garibaldus seu Gerbaldus Walcandum præcessit, ut ex veteri authore de gestis Episcoporum Leodiensium in collect. Martenii to. IV. Walcandus autem, ex eodem Scriptore cœpit anno 810. & quidem sequenti anno 811. Caroli Magni testamento subscripsit, ut etiam Pagius ad eundem annum 811. V. notavit. Igitur encyclicæ de baptismo literæ non serius quam anno 809. dari potuerunt. In ejusdem autem Martenii Anecdotis to. 1. col. 16. vulgata est epistola cujusdam incerti, sed episcopi utique vel archiepiscopi, qua ab Imperatore per literas requisitus doctrinam, quam subjectos sibi populos docebat quoad ritus baptismi, exponit. MANSI

I. SEquitur Christi annus octingentesimus decimus tertius, sexta Indictione, quo Michael Imperator a Leone Armeno præventus deponit Imperium quinto Idus Julii. Quo modo autem ista se habuerint, & quæ hæc præcesserint ex Theophane qui præsens aderat, audiamus: *Cum enim pax penitus irrita reddita esset, nec alia amplius de ea concilianda spes esset, utrimque parantur copiæ, progressusque primum Michael: cum se hostis mœnibus contineret, redit prorsus inefficax, quando descendens* (inquit) *ad monasterium Tarasii Patriarchæ, celebratis ejus memoriis una cum Procopia Augusta, petalo argenteo librarum nonaginta quinque sacrum ejus sepulcrum vestivit.* Jam enim Tarasius colebatur ut sanctus, atque ejusdem reliquiæ celebri cultu frequentabantur.

Memoriam Tarasii celebrat Imp.

II. Egressus iterum mense Majo Michael Imp. nihil hostibus detrimenti, suis vero plurimum intulit damni deprædantibus militibus ipsos Romano Imperio subditos; cujus rei causa suorum in se convertit odium, arguentium ejus in rebus militaribus imperitiam.

Cum autem ob egressum Regis Bulgarorum mense Junii ingens pavor Constantinopolim occuparet, visum est Nicephoro Patriarchæ more majorum publicis litaniis implorare divinam clementiam: cum e contra hæretici Iconoclastæ sepulcrum adeuntes Constantini Copronymi, ipsum invocare cœperunt. Quod autem hi nebulones confinxerint, audi ex Theophane rem gestam ita per singula enarrantem: *Cum autem urbs litanias celebraret cum summo sacerdote in templo sanctorum Apostolorum: quidam impiorum Deo perosi, Constantini hæreseos, obserata porta Imperialium sepulcrorum, nemine attendente propter turbæ frequentiam, qui subito cum quodam sonitu, & aperiretur, egerunt, quasi ex quadam operatione facti prodigii, & intro insilientes procidebant seductoris monumento, hunc invocantes & non Deum: Surge, dicentes, & auxiliare perditæ Reipublicæ. Diffamaveruntque quia surrexit super equum sedens, & vadit Bulgaros debellaturus, qui e contrario tartarum habitat cum dæmonibus. Qui ab urbis Præfecto comprehensi, primo quidem mentiebantur, divinitus ultro fuisse apertas sepulcrorum portas: præsentati vero tribunali Præfecti, & circa testimonium claudicantes, reserationis fraudem ante omnem pœnam confessi sunt: quos*

Hæretici Iconoclastæ falso prætextu insurgunt.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCLI. Anno Hegiræ CXCVIII. inchoato die 2. Septemb. fer. 5. A. C. 813.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6306.

☉ 10. C. ☽ 16. P. 27. Mart. Indict. 6.

JESU CHRISTI 813.

LEONIS III. PAPÆ 19.

CAROLI IMP. 14.

LEONIS ARMENI IMP. 2.

I. *Michaele deposito Leo Armenus fit Imperator.*

ANNum I. ad XI. Theophanes anno Incarnat. secundum Alexan. DCCCV. qui Kalendis Septemb. superioris Christi anni inchoatur, refert, cum pacis tractatio irrita esset, *Michaelem Imp.* exercitum in Thraciam trajici jussisse, sed neque *Mesembriam* aggredi, neque profligandis copiis necessarium quidpiam moliri ausum esse: *Mensis vero Julii die vigesimo secundo* Christianis simul & Bulgaris ad pugnam invicem committendam ex æquo instructis, Christianos in prœlio pessime se gessisse, se velocissime fuga pugnæ se subduxisse; *adeo ut Crumnus ipse spectaculi novitate deterritus, insidiarum in suos structarum, quod oculis probabat, apparatum existimaret.* Ubi vero præcipitis ejusdem fugæ veritatem animadvertit, stragem Romanorum maximam edidit. Imperator pariter fuga elapsus *Leoni Patritio* regendorum Thematum potestate relicta, *Junii die XXIV. imperantem Urbem repetiit.* Interea militares copiæ omnes de Imperatoria fuga certiores factæ *Leonem*, ut Christianam Remp. erigeret, rogaverunt. Leo aliquo tempore substitit; *at cum hostem magnis itineribus ad Urbem contendere animadvertit, a Patriarcha Nicephoro quem de recta sua in Deum fide certiorem fecit, ut ex ipsius nutu & ejus prece comite projectum colligat Imperium per literas expetiit.* Tum vero legitimus Romanorum Imperator salutatus in Regiam se confert. *Postera luce, quæ Julii mensis fuit undecima, Indictione sexta, feria hebdomadis secunda, in Magna Ecclesia ambone a Nicephoro Patriarcha* coronatus est. Crumnus proprio fratre ad obsidendam Adrianopolim relicto, post dies sex a demandato Leoni Imperio ad Urbem proprius accessit, & ad pacis ineunda fœdera conversus est; sed cum a novo Imperatore repulsus esset, *retro pedem tulit; & obsidione ad Adrianopolim posita, eam demum armorum vi subjugavit.* Quibus verbis Theophanes Chronographiam suam a primo Diocletiani Imp. anno inchoatam absolvit. Porro loco *mensis Julii die vigesimo secundo*, quod in ejus Versione Latina habetur, legendum cum textu Græco, *mensis Junii die vigesimo secundo.*

II. *Theophanes Chronographiam suam usque ad hunc annum perduxit.*

Baronius anno DCCXIX. num. XX. Theophanem citans ait, *qui Græce scripsit Historiam illam, quæ inscribitur Miscella, & sub titulo Pauli Diaconi errore circumfertur.* Verum nunc inter omnes convenit, Paulum Diaconum scripsisse quidem Appendicem ad Eutropii Historiam, quæ adhuc extat VIII. libris comprehensa, sed Historiam Miscellæ, partim ex Theophane, partim ex Eutropio, maximeque ex Versione Theophanis ab Anastasio Bibliothecario curata, consarcinatam esse, sive a Joanne Diacono, sive a Landulfo Sagace, seu a quopiam alio. Qua de re legendus Labbeus in Dissert. de Script. Ecclef. Præterea Baronius hoc anno num. VIII. inquit: *Si Cedreno credimus, qui ait Theophanem usque ad exitum tantum Nicephori suam Historiam produxisse, affirmare necesse est, cuncta quæ ab eo tempore in hunc diem ponuntur, alterius esse Auctoris addatamentum, quod & exi-*

Digitized by Google

* vestibus *merita* vestibus pompa submisit vociferantes causam pœnæ. Sic enim nequitiæ inventor diabolus suos milites erudivit, ut non peccatis sua accensent, sed Orthodoxam a Patribus traditam Fidem, sacrumque habitum monachorum, quod divinæ est philosophiæ gymnasium. Multi autem, qui in his blasphemabant, habitu tantum Christiani erant, veritate vero Paulicianı*, nempe Manichæi, *qui non valentes destabilita opera sua manifestare, hujuscemodi occasione indoctos adulterabant, Constantinum, qui Judaici erat sensus, beatum dicentes, ut Prophetam & victorem, hæresimque ipsius in subversionem incarnatæ dispensationis Domini nostri amplectentes.* Ita perfidi isti viam patefacere conati sunt hujuscemodi inventionibus ejusdem hæresis consorti Leoni: resque accidit ea sententia, ob novam ipsis accomodatam obortam occasionem, quam Theophanes ita describit:

III. *Decimo Kalend. Junii prælium ineuntibus haud procul ab Hadrianopoli Christianis & Bulgaris, delinquunt quidem Christiani valde dire circa bellum; obtinent autem inimici pugnam, adeo ut plures congressionem nec intuentes, summa fuga uterentur, ita ut Crunnus Rex Bulgarorum consternatus æstimaret insidiarum argumentum esse quod factum est, & modicum retineret suos ab insecutione. Quia vero vidit sine ulla retentione fugere, persecutus cecidit multitudines copiosas, & veniens nihilominus ad sarcinas, has cum exuviis abstulit. Ast Imperator fugiens, repedabat in urbem cum multitudinibus; horumque principibus sumptis, insuper pollicebatur Imperii depositionem dejurans, inter quos & Leonem Patricium tamquam pium & fortissimum & per omnia strenuum, in tenendo Imperium adsciscere socium voluit. Qui nullatenus acquiescens, dimisit eum thematibus præesse.* Ista Theophanes. Verum hæc diverse admodum ab aliis enarrantur, nimirum factam culpa Leonis Armeni fugam, proditione captantis, ut victoria e Romanorum manibus laberetur. Ista Cedrenus & alii. Pergit vero Theophanes: Fuga Imperatoris, & consilium ejus de Imperio deponendo.

IV. *Octavo Kalendas Junii deponere volens Imperium, & alium promovere, tamen ab uxore & filiis permissus non est, & ab his, qui nequiter prævaluerunt. Verum in hoc Nicephorus sanctissimus Patriarcha consentiebat: Et ipse, inquiens, filii & ejus salvandi erant, si taliter quis promoveatur. At vero Prætores descendentes cum multitudinibus in urbem, Imperatorem fugisse audientes, desperati quod ab eo de ca-*

PAGIUS *& existimo esse verum, factumque, ut aliquis ejusdem Imperatoris (* nempe Leonis Armeni *) illa de Leonis probitate commentus sit.* Verum tam Cedrenus, quam Joannes Scylitza Curopalates, a quo illud Cedrenus accepit, hac in re decepti sunt. Ipsemet enim Theophanes in sua Præfatione ait: *Multis Voluminibus diligentius exquisitis, & quantum nobis licuit examinatis, præsentem Chronographiam a Diocletiani temporibus ad Michaelis & Theophilacti ejus filii Imperium, & Reges & Patriarchas, & eorum gesta cum annis, quantum potuimus, descripsimus.* Quare Curopalates in mutilum Codicem Theophanis inciderat. Quod si Theophanes Leonem Armenum in fine suæ Chronographiæ laudet, factum id quia hominem non noverat, & quia quæ hoc anno de eo habet, ipso ejus Imperii initio scripsit. De *Theophanis* virtutibus ac morte infra sermo erit.

III. Theophanis Continuatores. Chronographiam Theophanis continuarunt *Leo Grammaticus* quem Combefisius in Notis ad ejus Historiam ostendit, suppares illis fuisse quorum res gestas prosecutus est. Præterea *Auctor incertus*, coævus, qui narrat quæ tempore Leonis Armeni contigere; *Constantinus Porphyrogennetus*, qui sæculo sequenti Constantinopoli imperavit, quem *Auctor* alius *incertus* continuavit; *Symeon Magister* & Logotheta, vulgo *Metaphrastes* appellatus; & *Georgius Monachus*, qui in Constantino iterum imperante desinit. Hos omnes Historicos præter Leonem Grammaticum & priorem Auctorem incertum Combefisius e Græco in Latinum vertit, horumque Opera Annales Ecclesiastici & suppleri & illustrari poterant; omnes enim post Baronii mortem publici juris facti.

IV. Prælium, in quo Romani a Bulgaris victi sunt, Constantinus Porphyrogennetus his verbis narrat: *Cum ex verborum illa jactantia ac Romanis intentatis minis, quibus se Crunnus hominum stragem facturum, &c. affirmabat, ac omnes sub jugo missurum; animatus Imperator, suscepta jam expeditione modum omnem excedentes Barbari minas compressisset, vixque non sois se finibus continere, nec inde proerumpere, agrosque Romanos vastare coegisset; sæpiusque provocante Michaele, instructa in eum acie, pugnæ is aleam, compressa audacia detrectasset; quin imo vires suas agnosceret, nec adversus Imperatorem manus conserere auderet; sufficere Michaeli videbatur, quod Barbaricam illam ferociam, ac temeritatem suis velut terminis, sine pugna (cujus incertus exitus est) conclusisset. Quando enim, aiebat, quibus freti copiis sumus ad pugnam committendam exire non possumus; sed eam detrectare suisque se finibus continere cogamur, quid etiam necesse, ut ad experiendum Martem cogamus? eum itaque sensim pedem referre, paulatimque Romanum solum repetere Michael cogitaret; visa est indigna Leoni (* Armeno nempe Orientalium Thematum Duci *) nec ex Imperatoris Romani Majestate, terga hostibus vertere; hoc enim Leo optimum illud Imperatoris consilium dicebat; quod nimirum non esse ne sincere sentiret; sed patri doloque plena consilio, unum hoc molivetur, ut in se rerum Summam transferret. Sane, aiebat, Imperator,* „ movenda nobis in eos signa sunt; videbisque me palam hodie robur & vires in hostes exercere, tuoque ad fiduciam antu precibusque fretum, in primis ordinibus strenue dimicantem, præclare victorem fore. *His Michael verbis, a sua in diversum actus sententia, pugnam conferri jussit, moxque prima ipsa congressione, Leo terga vertens, fugam capessit; quippe tyrannidem continue meditans, etsi hactenus* Vera narratio prælii in qua Michael Imp. a Bulgaris victus.

Digitized by Google

cætero imperandi forent, consiliati sunt apud semetipsos, & implorabant Leonem, quo auxiliaretur communi Reipublicæ, & Christianorum religioni opitularetur. At ille aliquamdiu quidem vehementer differebat, temporis considerans difficultatem, & barbarorum incursionem intolerabilem, & semetipsum erga Imperatores conservans De Leone diversæ sententiæ. *rectum absque insidiis. Quia vero ad urbem properare inimicum videt, scribit Nicephoro de fide sua recta, affirmans; petens etiam, ut cum oratione & nutu ejus Imperium sumeret. Et veniens ad tribunal ante urbem positum una cum Prætoribus & exercitibus, valde legitimus Romanorum Imperator ostenditur. Et die media Constantinopolim per Carsi portam* Cedit sponte Michael Leoni. *ingreditur, & ad regalia pervenit. Porro audita hujus acclamatione Michael, ad Oratorium Phari accurrens una cum Procopia & natis suis, detonsis capillis, monastica induit vestimenta, quinto Idus Julii, sexta Indictione, feria secunda,* Ista Theophanes de abdicatione Michaelis Imperatoris. Pergit vero dicere de coronatione Leonis, atque ejus in defendenda a barbaris urbe solertia.

V. At Cedrenus longe aliter rem se habuisse declarat, nimirum omnia tyrannice per Leonem facta fuisse, quod scilicet (ut dictum est) dedita opera in ejusmodi discrimen Imperium adduxisset, atque etiam in Michaelem ut segnem & inertem publice declamasset, milites ad defectionem sollicitasse, adegisse vero, ut Imperator ipse ab omnibus acclamaretur, licet simulate reluctaretur. Quid vero Michael egerit depositurus Imperium, a Cedreno sic accipe: *Michael ut erat ingenio pacis studiosus, conjicere se in discrimen tantæ rei nolens, acriter eos reprehendit, a quibus ad civilas cædes committendas instigaretur; & suorum quemdam intimorum ad Leonem cum diademate, purpura, & calceis coccineis (hæc Imperii sunt insignia) misit, Imperio se ei cedere indicans, quod vel vitam amittere potius conferet, quam guttam unam Christiani sanguinis fusam cernere, jubensque eum sine ullo metu aut dubitatione venire, & Regiam occupare.* Fecit hoc Leo ingressusque Constantinopolim per Auream portam cum exercitu Regiam tenuit. Quid autem sequenti die a Michaelis abdicatione factum sit, Theophanes ita dicere pergit, *nimirum Leonem publice a* Nicephoro Patriarcha coronatum. De quo ista Cedrenus: *Multo ante*, inquit, *Nicephorus Patriarcha Leonis perversitatem præsenserat, ab eo res Ecclesiæ agitatum, turbatumque iri. Nam quo tempore diadema capiti ejus imposuit, visum sibi fuerat, spinis ac tribulis manum compungi, idque omen malorum, quæ postea essent eventura, interpretatus fuerat.* Coronatio Leonis Imp.

VI. *Postera vero die, Leo coronatus a Nicephoro Patriarcha in ambonem majoris Ecclesiæ urbis præcepit custodiri portas; & mu-*

PAGIUS

nus ejus hoc consilium, tum Michaelem, tum hostes latuerat; quod enim nihil hactenus hujusmodi contigerat, qualia prælis vis afferre solet, nullumque belli facinus utravis acies gesserat, sed primus ipse consilium vertebatur, vixque dum cœpisse consilium partes advertebant; tum ipsis Bulgaris, tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hostium esse solet: nempe a sua illas distrahentem acie, conversa demum in eos tu fuga, frante, velle irruere. Ubi autem ambæ acies nihil belli arte fieri, sed veram Romanorum fugam, quod ita agebatur, esse advertere, hostes, verso impetu, fugientium stragem multam dedere. Ipse Michael salutem expedire, non cum paucis sibi relictis, hostibus conatur obsistere. Sicque adeo pugnatum, sunt qui literarum Monumentis ad nos transmiserunt.

V. Leo Armenius Imperator ab exercitu acclamatur. *Non desunt tamen, qui Leoni potius tribuant copias conservasse, ac strenue pugnasse, cum Aulici ac Palatinæ cohortes ignavia actæ ultro fugam inivissent, atque aciem suam prodidissent; non quo ex Leonis partibus essent. Eum vero Bulgari inopinato, ac cum nihil ejusmodi expectaretur, superiores evadunt: gravi autem tremendaque clade attriti Romani, Imperatorem de salute sua anxium e prælio reducunt. Verum is quidem Aulam repetit, ac veu quoddam propugnaculum, Leonem foris excubantem ne quam hostes ultra prædam abigant, ac liberius agros populentur, relinquit. At Leo commodum nactus tempus, militares irritat alas, & maledicta quadam in Imperatorem jactare eos cogit.* Haud e re,
„ *aebat*, ut quod fabula est, Leonum agmen
„ cervus ducat; qui videlicet modo arrepta
„ fuga, in uxoris sinum concesserit, nobis in
„ castris relictis, quos hostes vastitate consu-
„ mant. *Vix dum in eum modum socios affatus, peroraverat, cum res eventu succedit, sparsis in omnem castrorum ambitum garrulis assentatorum vocibus ac concursu, quos ille ejusdem fere tenoris sermones habuerat. Postremo actutum secuta acclamatio e ejusdemque dieì pars modestissima, eumdem privatum simul & Imperatorem aspexit*, dies nempe X. mensis Julii, ut ex Theophane diximus. *Michaelem a* Leone in hac pugna proditum fuisse, asserit etiam Cedrenus ex Curopalate, & Nicetas in Vita S. Ignatii Patriarchæ CP.

VI. Michael Imp. fit Monachus. Paolo post pergit Constantinus: *Eo rumore omnique attonita Civitas, ac fere mente mota, vix se continebat, belli civiles formidine, cujus mole haud raro Urbes integræ concidant. Verum Imperator obstupuit quidem animo, haud tamen mente turbatus est; sed viri tantum ingratos mores detestatus, leni quasi susurro, bonum, ajens,* obsequi Divinæ Voluntati; *pavore ac turbatione Urbem liberavit, cunctos hortatus, ut tyranno venienti occurrant, quo nimirum nullo Civium pollutam cruore incolumem Civitatem custodiret. Porro nonnullis hortantibus, ut forti animo malis obsisteret, pugnamque cum tyranno decerneret, ac cum ei* firmos se ac constantes tuendis clementissimi fideque præstantis Imperatoris partibus *fore pollicerentur*, &c. *Futurum rei eventum præstolabatur. Jam enim percrebuerat rumor, ingressum tyrannum per Auream portam, omnemque Senatum ad sacras Præcursoris ædes, Studii opera a fundamentis extru-*
ctas

Digitized by Google

* vestibus *merito * vestibus pompæ submisit vociferantes causam pœnæ. Sic enim nequitiæ inventor diabolus suos milites erudivit, ut non peccata sua accusent, sed Orthodoxam a Patribus traditam Fidem, sacrumque habitum monachorum, quod divinæ est philosophiæ gymnasium. Multi autem, qui in his blasphemabant, habitu tantum Christiani erant, veritate vero Pauliciani,* nempe Manichæi, *qui non valentes destabilia opera sua manifestare, hujuscemodi occasione indoctas adulterabant, Constantinum, qui Judaici erat sensus, beatum dicentes, ut Prophetam & victorem, hæresimque ipsius in subversionem incarnatæ dispensationis Domini nostri amplectentes.* Ita perfidi isti viam patefacere conati sunt hujuscemodi inventionibus ejusdem hæresis consorti Leoni: resque accidit ex sententia, ob novam ipsis accomodatam obortam occasionem, quam Theophanes ita describit:

III. *Decimo Kalend. Junii prælium ineuntibus haud procul ab Hadrianopoli Christianis & Bulgaris, delinquunt quidem Christiani valde dire circa bellum; obtinent autem inimici pugnam, adeo ut plures congressionem nec intuentes, summa fuga uterentur, ita ut Crumnus Rex Bulgarorum consternatus æstimaret insidiarum argumentum esse quod factum est, & modicum retineret suos ab insecutione. Qui vero vidit sine ulla retentione fugere, persecutus cecidit multitudines copiosas, & veniens nihilominus ad sarcinas, has cum exuviis abstulit. Ast Imperator fugiens, repedabat in urbem cum multitudinibus; harumque principibus sumptis, insuper pollicebatur Imperii depositionem dejurans, inter quos & Leonem Patricium tamquam pium & fortissimum, & per omnia strenuum, in tenendo Imperium adsciscere socium voluit. Qui nullatenus acquiescens, dimisit eum thematibus præesse.* Ista Theophanes. Verum hæc diverse admodum ab aliis enarrantur, nimirum factam culpa Leonis Armeni fugam, proditione captantis, ut victoria e Romanorum manibus laberetur. Ista Cedrenus & alii. Pergit vero Theophanes: — *Fuga Imperatoris, & consilium ejus de Imperio deponendo.*

Octavo Kalendas Junii deponere volens Imperium, & alium promovere, tamen ab uxore & filiis permissus non est, & ab his, qui nequiter prævaluerunt. Verum in hoc Nicephorus sanctissimus Patriarcha consentiebat: Et ipse, inquiens, filii & ejus salvandi erunt, si aliter quis promoveatur. At vero Prætores descendentes cum multitudinibus in urbem, Imperatorem fugisse audientes, desperati quod ab eo da- IV.

ce-

PAGIUS *& existimo esse verum, factumque, ut aliquis ejusdem Imperatoris* (nempe Leonis Armeni) *illa de Leonis probitate commentus sit.* Verum tam Cedrenus, quam Joannes Scylitza Curopalates, a quo illud Cedrenus accepit, hac in re decepti sunt. Ipsemet enim Theophanes in sua Præfatione ait: *Multis Voluminibus diligenter exquisitis, & quantum nobis licuit examinatis, præsentem Chronographiam a Diocletiani temporibus ad Michaelis & Theophylacti ejus filii imperium, & Reges & Patriarchas, & eorum gesta cum ætatibus, quantum potuimus, descripsimus.* Quare Curopalates in mutilum Codicem Theophanis inciderat. Quod si Theophanes *Leonem* Armenum in fine suæ Chronographiæ laudet, factum id quia hominem non noverat, & quia quæ hoc anno de eo habet, ipso ejus Imperii initio scripsit. De *Theophanis* virtutibus ac morte infra sermo erit.

III. *Theophanis Continuatores.* Chronographiam Theophanis continuarunt *Leo Grammaticus* quem Combefisius in Notis ad ejus Historiam ostendit, supparem illis fuisse quorum res gestas prosecutus est. Præterea *Auctor incertus*, coævus, qui narrat quæ tempore Leonis Armeni contigere; *Constantinus Porphyrogennetus*, qui sæculo sequenti Constantinopoli imperavit, quem *Auctor* alius *incertus* continuavit; *Symeon Magister* & Logotheta, vulgo *Metaphrastes* appellatus; & *Georgius Monachus*, qui in Constantino iterum imperante desiit. Hos omnes Historicos præter Leonem Grammaticum & priorem Auctorem incertum Combefisius e Græco in Latinum vertit, horumque Opera Annales Ecclesiastici & suppleri & illustrari poterunt; omnes enim post Baronii mortem publici juris facti.

IV. *Prælium*, in quo Romani a Bulgaris victi sunt, Constantinus Porphyrogennetus his verbis narrat: *Cum ex verborum illis jactantia ac Romanis intentatis minis, quibus se Crumnus hominum stragem facturum, &c. affirmabat, ac omnes sub juga missurum; animatus Imperator, suscepta jam expeditione modum omnem excedentes Barbari minas compressisset, vixque non suis se finibus continere, nec inde prorumpere, agrosque Romanos vastare coegisset; sæpiusque provocante Michaele, instructa in eum acie, pugnæ is aleam, compressa audacia detrectasset; quia suo vires suas agnosceret, nec adversus Imperatorem manus conserere auderet; sufficere Michaeli videbatur, quod Barbaricam illam ferociam, ac temeritatem suis velut terminis, sine pugna (cujus incertus exitus est) conclusisset. Quando enim, aiebat, quibus freti copiis sumus ad pugnam committendam exire non possimus; sed eam detrectare suisque se finibus continere cogamus, quid etiam necesse, ut ad experiendum Martem cogamus? cum itaque sensim pedem referre, paulatimque Romanum solum repetere Michael cogitaret; visa res indigna Leoni* (Armeno nempe Orientalium Thematum Duci) *nec ex Imperatoris Romani Majestate, terga hostibus vertere; hoc enim Leo optimum illud Imperatoris consilium dicebat; quod mirum non esse ac sincere sentiret; sed pravo doloque pleno consilio, unum hoc moliretur, ut in se rerum Summam transferret.* Sane, *aiebat*, Imperator, „movenda nobis in eos signa sunt; videbisque me palam hodie robur & vires in hostes exercere, tuoque ad fiduciam nutu precibusque fretum, in primis ordinibus strenue dimicantem, præclare victorem fore. *His Michael verbis, a sua in diversum acTus sententia, pugnam conferri jussit, mox que prima ipsa congressione, Leo terga vertens, fugam capessit; quippe tyrannidem continue meditans, etsi hactenus* — *Vera narratio prælii in quo Michael Imp. a Bulgaris victus.*

tuns

catero imperandi forent, consiliati sunt apud semetipsos, & implorabant Leonem, quo auxiliaretur communi Reipublicæ, & Christianorum religioni opitularetur. At ille aliquamdiu quidem vehementer differebat, temporis considerans difficultatem, & barbarorum incursionem intolerabilem, & semetipsum erga Imperatores conservans

De Leone diversæ sententiæ.

rectum absque insidiis. Quia vero ad urbem properare inimicum videt, scribit Nicephoro de fide sua recta, affirmans; petens etiam, ut cum oratione & nutu ejus Imperium sumeret. Et veniens ad tribunal ante urbem positum una cum Prætoribus & exercitibus, valde legitimus Romanorum Imperator ostenditur. Et die media Constantinopolim per Carsi portam ingreditur, & ad regalia pervenit. Porro audita hujus acclamatione Michael, ad Oratorium Phari accurrens una cum Procopia & natis suis, detonsis capillis, monastica induit vestimenta, quinto Idus Julii, sexta Indictione, feria secunda. Ista Theophanes de abdicatione Michaelis Imperatoris. Pergit vero dicere de coronatione Leonis, atque ejus in defendenda a barbaris urbe solertia.

Cedit sponte Michael Leoni.

V. At Cedrenus longe aliter rem se habuisse declarat, nimirum omnia tyrannice per Leonem facta fuisse, quod scilicet (ut dictum est) dedita opera in ejusmodi discrimen Imperium adduxisset, atque etiam in Michaelem ut segnem & inertem publice declamasset, milites ad defectionem solicitasse, adegisse vero, ut Imperator ipse ab omnibus acclamaretur, licet simulate reluctaretur. Quid vero Michael egerit depositurus Imperium, a Cedreno sic accipe: *Michael ut erat ingenio pacis studiosus, conjicere se in discrimen tanta rei nolens, acriter eos reprehendit, a quibus ad civiles cædes committendas instigaretur; & suorum quemdam intimorum ad Leonem cum diademate, purpura, & calceis coccineis (hæc Imperii sunt insignia) misit, Imperio se ei cedere indicans, quod vel vitam amittere potius conferret, quam guttam unam Christiani sanguinis fusam cernere, jubensque eum sine ullo metu aut dubitatione venire, & Regiam occupare.* Fecit hoc Leo ingressusque Constantinopolim per Auream portam cum exercitu Regiam tenuit. Quid autem sequenti die a Michaelis abdicatione factum sit, Theophanes ita dicere pergit, *nimirum Leonem publice* a Nicephoro Patriarcha coronatum. De quo ista Cedrenus: *Multa ante*, inquit, *Nicephorus Patriarcha Leonis perversitatem præsenserat, ab eo res Ecclesiæ agitatum, turbatumque iri. Nam quo tempore diadema capiti ejus imposuit, visum sibi fuerat, spinis ac tribulis manum compungi, idque omen malorum, quæ postea essent eventura, interpretatus fuerat.*

Coronatio Leonis Imp.

VI. *Postera vero die, Leo coronatus a Nicephoro Patriarcha in ambonem majoris Ecclesiæ urbis præcepit custodiri portas; & mu-*

PAGIUS

que ejus hoc consilium, tum Michaelem, tum hoste latuerat; quod enim nihil hactenus ejusmodi contigerat, qualia prælii vie afferre solet, nullumque belli facinus utraque acies gesserat, sed primus ipse consilium vertebatur, vixque dum cæpisse conflictum partes advertebant; tum ipsis Bulgaris, tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hostium esse solet: nempe a sua illos distrahentem acie, conversa demum in eos ex fuga, fronte, velle irruere. Ubi autem ambæ acies nihil belli arte fieri, sed veram Romanorum fugam, quod ita agebatur, esse adverterent, hostes, verso impetu, fugientium stragem multam dedere. Ipse Michael salutem expedire, non cum paucis sibi relictis, hostibus conatur obsistere. Sicque adeo pugnatum, sunt qui literarum Monumentis ad nos transmiserunt.

V. *Leo Armenus Imperator ab exercitu acclamatur.*

Non desunt tamen, qui Leoni potius tribuant copias conservasse, ac strenue pugnasse, tum Aulici ne Palatina cohortes ignaviæ acti ultro fugam inivissent, atque aciem suam prodidissent; non qua cu Leonis partibus essent. Enimvero Bulgare inopinato, ac cum nihil ejusmodi expectaretur, superiores evadunt: gravi autem tremendaque clade attritis Romanis, Imperatorem de salute sua anxium e prælio reducunt. Verum ii quidem Aulum repetiit, ut seu quaddam propugnaculum, Leonem foris excubantem ne quam hostes ultra prædam abigant, ac liberius agros populentur, relinquit. At Leo commodum nactus tempus, militares irritat alas, & maledicta quadam in Imperatorem jactare eos cogit. Haud e re, „ *aiebat*, ut quod fabula est, Leonum agmen „ cervus ducat; qui videlicet modo arrepta „ fuga, in uxoris sinum concesserit, nobis in „ castris relictis, quos hostes vastitate consu„ mant. *Vix dum in eum modum socios affatus, peroraverat, tum res eventu succedit, sparsit in omnem castrorum ambitum garrulis assentatorum vocibus ac concursu, quos ille ejusdem fere tenoris sermones habuerat. Postremo astutum ferunt acclamatio e ejusdemque diei pars modestissima, eumdem privatum simul & Imperatorem aspexit*, dies nempe X. mensis Julii, ut ex Theophane diximus. *Michaelem* a Leone in hac pugna proditum fuisse, asserit etiam Cedrenus ex Curopalate, & Nicetas in Vita S. Ignatii Patriarchæ CP.

VI. *Michael Imp. fit Monachus.*

Paulo post pergit Constantinus: *Eo rumore nuncioque attonita Civitas, ac fere mente mota, vix se continebat, belli civilis formidine, cujus mole haud raro Urbes integræ concidunt. Verum Imperator obstupuit quidem animo, haud tamen mente turbatus est; sed viro tantum ingratos mores detestatus, leni quasi susurro, bonum, ajens*, obsequi Divinæ Voluntati; *pavore ac turbatione Urbem liberavit, cunctos hortatus, ut tyranno venienti occurrant, quo nimirum nullo Civium pollutam cruore incolumem Civitatem custodiret. Porro nonnullis hortantibus, ut forti animo malis obsisteret, pugnaque cum tyranno decerneret, ac cum ei* firmos se ac constantes tuendis clementissimi fideque præstantis Imperatoris partibus *fore pollicerentur*, &c. *Futurum rei eventum præstolabatur. Jam enim percrebuerat rumor, ingressum tyrannum per Auream portam, omnemque Senatum ad sacras Præcursoris ædes, Studii opera a fundamentis extru-*

ctas

& muros die ac nocte circumiens, & exercitans cunctos, ac bonam spei fiduciam habere commonens, eo quod Deus celeriter foret inopinate facturus per intercessiones intemeratæ Dei Genitricis & omnium Sanctorum: nec omnino confundi nos esset passurus ob multitudinem culparum nostrarum. Interea novus Sennacherib, Crunnus videlicet, derelicto proprio fratre cum virtute sua ad oppugnandam Hadrianopolim, post sex dies Imperii Leoni superveniens in viribus suis & equis, regiam urbem circumivit juxta muros a Blochernis usque ad Auream portam, ostendens virtutem suam, & celebrato polluto dæmoniaco sacrificio in prato penes mare sito: postulavit ab Imperatore, ut figeret contum suum in eamdem portam Auream, quo id fieri non permittente, reversus est ad tabernaculum suum. Cum autem admiratus fuisset muros urbis, & bene ordinatam Imperatoris aciem, & super obsidionem, quam sperabat, desperatus esset, ad conventiones convertitur, & ante pacem tentatoria verba faciebat. At Imperator accepta occasione, conatus est huic insidiari, sed a multitudine peccatorum nostrorum hoc ad finem perducere prohibitus est, administrantium hujuscemodi rusticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. Super hoc ergo insaniens nequissimus, misso cursu ad S. Mamantem, palatium illic habitum incendit, & æreo leone Hippodromi una cum urso, & dracunculo, lateribus, & marmoribus electis in plaustro impositis, reversus est; & obsessam Hadrianopolim capit.

Rex Bulgarorum obsidet urbem Constant.

VII. Tunc contigit & ejus civitatis Episcopum Manuelem martyrio coronari, quem & alii postea secuti sunt ad triumphum. In Menologio siquidem Basilii Imp. ista notata reperiuntur vigesima die Januarii:

Sanctorum Martyrum Mouelis, Georgii, Leonis & sociorum a Bulgaris peremptorum.

*Sub Leonis Armeni principatu Crunnus Bulgarorum Princeps magno cum populo Hadrianopolim Thraciæ petens, lege belli expugnavit eam, & cum urbe sanctum quoque capit Manuelem Episcopum, quem * manibus prius ab humeris amputatis, mox per medium gladio dissectum feris ad devorandum projecit. Crunnus vero propter peccatum excæcatus est, propitque populi incurrens odium, funibus ab eo suffocatus fuit. Bulgarorum vero suscipiens Imperium Zocus impiissimus, omnes captivos congregavit Christianos, duces, presbyteros, diaconos, & laicos, & cum Christi Fidem negare eos cogeret, & illi non acquievissent, eosdem diversis affectos tormentis crudeliter obtruncavit.* Hactenus ibi.

Manuel Episc. Hadrianop. cum sociis Martyr. * brachiis.

VIII. Porro ad hunc usque diem captæ civitatis Hadrianopolis Theophanes perducens

PAGIUS *stat, obviam processisse, at supinis manibus plausu faustisque ominibus in Urbem excipere ac deducere, &c. Tunc Michael Leone ingresso, una cum liberis atque uxore, detonsa coma ad Dei delubrum secedunt, quod Pharum vocant, &c. Leonis illic exoraturus clementiam. Ille porro haud ex honesti ratione ratus religionem loci violare, aut in in supplicibus necem inferre, illum quidem in insulam Platen* (legendum Proten) *relegans, privatum illic agere jussit, auri summam quotannis in ejus sumptus subministrans; ubi & Monachi assumto habitu, atque Athanasii indito nomine, ad annos duos supra triginta vixisse fertur. Erat cum eo & Eustratius ejus filius, qui ipse Leonis jussu detonsus, ac virilibus orbatus est, ætate annum XX. agens. Nicetas quoque, qui prius adolescens Icanatorum Præfecturam gesserat (quippe qui hoc ageret ut militum, itque subdialibus stativa habentium, gratiam iniret, multaque rerum peritia polleret) ipse quoque tunc coma posita, Ignatii nomen accepit, versansque cum patre, Monachi vitam una instituit. Uxorem vero ab illo abjunctam, atque avulsam in Monasterium quod Procopia vocant, transtulit: quamquam Michaele hoc enixe emolliente ac deprecante.* Ignatius postea Constantinopolitanæ Ecclesiæ Præsul effectus est, ut suo loco dicetur. Porro Porphyrogenneta Theophilactum appellat Eustratium, quia *in Monachum attonsus, Eustratius appellatus est*, inquit Nicetas in Vita S. Ignatii Eustratii fratris.

VII. Ignatius Diaconus in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinop. Michaelis Imperatoris exilio narrato, num. XXXII. ait? *Hanc itaque calamitatem divinus Nicephorus sentiens, virique versatilem animum ac levem intelligens attrahere incitabat, ut ex more fidem scripto profiteretur. Itaque prolato Codice, inculpata fidei nostræ scriptum Symbolum continente, illum per Episcopos quosdam obtulit Imperatori, hortans, ut sua ipse manu subscriberet. Simulabat ille omnibus quæ dicerentur se promtissime annuere; præstare tamen indicabat, dum diadematis honorem consecutus esset, rem eam differre. Ea facile se omnino paratum Ecclesiastim jugo collum submittere. Interim vero conscientia, quo pungebatur aculeo, & mentem obscurante caligine, cum calamo & atramento perperam usus; ante etiam quam diadema solemnemque susciperet inaugurationem, brevis libello subscripsit: totum nempe se dæmonibus trahentibus dedens; atque iis quam Patribus ad salutem ducere studentibus magis obediens. Ad magnum igitur, quod a Sapientia nomen habet, templum solemni ritu inaugurandus venit: & continuo Deus, cui futura prospicere inseparabilis oculus tribuit, magno Antistiti, Viro utique justo, coronandi ritum peragere commisit, ut quod ille futurus erat, certo conjiceret. Videbatur enim sibi Vir Sanctus, dum post fusas solemni invocatione preces, sumptamque in manus coronam ejus, qui initiabatur, caput tacturus esset, quasi in spinas & tribulos manum immittere, sicque manum imponere; ideoque palam profitebatur angentis se doloris sensu affectum esse. Nempe erupturam mox in Ecclesia damnum nequissimam ejus asperitatem præsagiebat Vir Sanctus, illud spinarum more hispidum pungensque caput attingen-*

Præsagia impietatis Leonis in ejus coronatione.

te;

De Theophanis historia. cens historiam, eidem finem imposuit: Nec est ut dici possit historiam interclusam esse, quod auctor perorationem nullam (ut moris est) apposuerit. Siquidem Anastasius, qui in Latinum eam transtulit, testatur usque ad Leonem hunc, qui successit Michaeli, ipsum eam scriptionem perduxisse. Cur autem reliqua Leonis Imperii non sint prosecutus: persecutio ab eo excitata, qua & vexatus est ipse Theophanes, in causa fuisse videtur: pœnituisse eum oportuit (si ejus illa sunt, & non ab alio addita) Leonem antea laudasse ut pium, & commendasse ut justum, excusasseque ab invasione Michaelis Imperii. Fraudulentus siquidem homo ita comparatus erat, ut virtutum mentito pallio facillime quemque deciperet, ut optimus ab omnibus haberetur, qui revera omnium nequissimus esset, nec qualis vir esset prodiderit, quousque stabilisse sibi videretur Imperium: ut non mireris, si Theophanes virum sanctissimum eumdem audisti laudantem. Cæterum si Cedreno credimus, qui ait Theophanem usque ad exitum tantum Nicephori suam historiam produxisse; affirmare necesse est, cuncta, quæ ab eo tempore in hunc diem ponuntur, alterius esse auctoris additamentum, quod & existimo esse verum, factumque ut aliquis ejusdem Imperatoris studiosus, illa de Leonis probitate commentus sit.

IX. Quod autem ad ipsum scriptorem Theophanem spectat, Anastasius Bibliothecarius, qui in Latinum vertit eam historiam, ipsum illum fuisse Theophanem magni nominis monachum sanctitate celebrem, & miraculis clarum asserit, cum de ipso pauca ista perstringit:

Theophanes historicus quis fuerit. *De altero, nempe de Theophane quid dicam? cum & ejus conscripta vita, qualiter videlicet amplis patrimoniis venditis, crucem suam tulerit, qualiterve secutus Christum, Abbatis in monasterio Agri functus officio, virtutibus fulserit, miraculis coruscarit, & circum quasque regiones his qui prope & his qui longe sunt, clamat: sed studia ejus ad nos usque perlata, quis vel quantus vir iste fuerit, solertibus manifestant.* Hæc Anastasius in præfatione a se editæ versionis, quæ falso nomine Pauli diaconi notatur inscriptione, qui longe ante hæc tempora dictus est ex hac vita migrasse. Porro & alium Theophanem æque monachum & Confessorem constat hoc eodem tempore claruisse, & sub eodem Leone Armeno coronatum fuisse, qui Sabæ Abbatis monasterii in Palæstina monachus fuit Theodori frater, de quibus simul suo loco dicturi sumus.

X. Sed de ipso Anastasio interprete non silendum, sic Theophanem Latinitati donasse, ut tamen (quod ipse testatur) aliqua omiserit, perstrinxeritque aliqua brevitate, addiderit vero ipse nihil. Nam ac-

PAGIUS *si. Cæterum abiit ille Regio diademate redimitus caput, in quo supremam jure plagam, qui jus omne fasque sprevisset, accepit altero autem ab assumta purpura die, iterum Vir divinus, recens creatum inauguratumque Imperatorem, ut rectæ fidei subscriberet, urgebat. Is se facturum fortiter pernegat: mendacio namque purpuram inficiens, & primo experimento protervum exhibens, alium se atque alium adeuntibus probabat.* Idem narrat Constantinus Porphyrogennitus num. XVI. & seq. qui ait, cum Nicephorus, ut Symbolum profiteretur ab eo flagitaret, respondisse, *Non se tunc facturum, atque interim dilaturum, dum ejus in Imperatorem acclamatio, perfecte rata firmaque esset. Sic nimirum cunctando ea se hæreseos labe olim, exque indole laborare ostendens.* Porro *Leo postera luce, quæ Julii mensis fuit undecima, Indictione sexta, feria hebdomadis secunda, in Magna Ecclesia Ambone a Nicephoro Patriarcha coronatus est*, inquit Theophanes, ideoque anno DCCCXIII. De *Theodosia* ejus uxore agemus an. DCCCXXIII. num. XIII.

VIII. Constantinopolis a Bulgaris afflicta. Mala, quibus Constantinopolis & vicinæ Civitates afflictæ fuera, postqoam Leo Imperium suscepit, narrat Continuator Anonymus Theophanis, iisdemque verbis Symeon Logotheta in Annal. ac in Vita Leonis Armeni num. VIII. & seq. *Venerunt Bulgari, nullo ipsis occurrente vel aditum prohibente usque ad Civitatis portam, & Crummus sacra pro more faciens ad Chrysen portam homines & animalia plurima mactavit, &c. Urbem obsidione cinxit & undequaque circumvallavit, diesque plurimos moratus, & Urbis loca vicina deprædatus, auri pensum annuum, vestimentorumque numerum non contemnendum, & electarum Virginum gregem non modicum expetiit, &c. postque incendio sanctas Ecclesias trans Civitatis portum præclaras quasvis, & ab Irene, Nicephoro & Michaele reparatas, nec non Monasteria, Palatia, domos, suburbana combusserunt. Ad Sanctum Mamantem pariter progressi Palatiis ibidem constitutis, gemmisque cubiculis subjecerunt ignem, columnas confregerunt, & plumbum repertum rapuerunt, animantiumque statuas in Circo positas tulerunt secum, captivos omnes dederunt neci, nec jumentis ipsis & animalibus pepercere. Hinc portus, cui Steni nomen, littore, tractuque superiore peragrato navalia succenderunt, sublatisque secum spoliis pluribus discesserunt. Tum occupata dextra Civitatis parte ad Orientem a porta Chryse ad Regium usque miserunt. Athyra deinde profecti Castrum ibi erectum demoliti sunt, & præclarum illum pontem quamvis fortem dejecerunt.*

IX. Adrianopolis a Bulgaris expugnata. Enumerat postea Continuator Civitates & Castra a Crummo, vel incensas, vel solo eversas, vel direptas, tandemque subdit: *Adrianopolim porro munitam reperientes obsederunt: quam cum expugnare non possent, protractis obsidionis diebus, machinis instruxerunt, & Castrum oppugnaverunt: Cives malis coarctati, ope destituti, & fame perruntes hostibus fecere deditionem. Bulgari captivos ad numerum immensum abduxit, ablata quoque eorum supelle-ctili.*

Anastasii ratio in transferendo in Latinum Theophane.

accipe ipsius verba: *Operæpretium duxi ex Gregorii summatim quædam, & Theophanis chronographiis plura sed succincta compendia.* Et post multa: *Accipe itaque hoc, carissime, incompositum opus, & nihil meum in hoc prorsus insertum perno sce.* Et inferius: *Porro sic ego ex his duobus illustribus viris quædam deflorare proposui, ut pene omnia, quæ a nominatis historiographis commemorata sunt, a me commemoranda non duxerim. Ex cujuslibet autem gestis quædam summatim excerpsi: quamvis a Justiniano Principe ac deinceps pauca omiserim eorum quæ ab his Chronographis relata sunt.* Hæc ipse ad Joannem diaconum. Anastasius cum meditaretur hoc ipsum, quod nos Deo adjuvante præstamus, historiam Ecclesiasticam texere. Cui idem Anastasius omnem suam operam spondet, tum in reddendis Græcorum monumentis Latinitati, tum etiam ex Latinis, qui inveniri possent, libentissime exhibere. Cæterum ipsum integrum absque compendiosa breviatione Theophanem reperiri Parisiis in bibliotheca Reginæ matris accepi. Nos autem eumdem Græce scriptum dono missum consecuti sumus a viro doctissimo Aloysio Lolino Veneto Episcopo Belunensi, depromptum ex sua Græcorum librorum referta bibliotheca, cui perpetua gratiarum actio hic cusa permaneat.

Sed ad Leonem redeamus, qui nactus Imperium haud quievit, Michaelem cum conjuge Procopia & filiis degere Constantinopoli, privatum inter monachos profitentem, sed relegavit eosdem in insulam Protam, sive Principem dixeris: adjecit ad crudelitatem, ut filios ejus Theophylactum natu majorem, necnon Ignatium, qui sedem Constantinopolitanam postea gubernavit, castrari jusserit. Quod *Relegatur Michael cum filiis, & uxore.*

PAGIUS *ille in Bulgariam trans Istrum flumen deportaverant. Hæc dum gererentur, Urbe non egressus est Leo, sed Imperium tyrannice tenebat. Celebratis autem Festis* (vel cum jam Festa venissent *Natalitiorum Solemnia*, ut rectius vertit locum illum Combefisius in Annal. Symeonis Logothetæ) *filium adhuc pusillum Symbatem nomine, Constantinumque vocari mentitus Stemmate redimivit; residuæque populi multitudine ex vicinis Urbibus congregata collegit exercitum, stipendioque dato Leonem & Constantinum faustis acclamationibus prosequi jussit Imperatores sceptra pridem consecutos, Leonem & Constantinum Isauros imitatus, quorum hæresim renovavit, sibique multos annos eorum instar, & ut laude conspicuus foret, comprecatus: cujus Deus immunitis ejus filiique annis, consilium confudit.* Hæc currenti anno peracta, ad quæ referenda hæc Ignatii Diaconi in Vita S. Nicephori Patriarchæ Constantinop. num. XXXIV. *Non adversus Reipublicæ hostes, qui sub id tempus Civitatem bello cinxerant, primum desudat certamen; sed adversus eum ipsum, qui (quibus novit judiciis) potestatis habenas concrediderat, aciem instruit* (nempe Leo). *Hostes enim, uti modo dicebam, nihil parumve curans, quippe qui signa conferre ac ne contueri quidem, ob acceptas ab eis superioris clades artificiosum commentum, idoneus esset, adversus universorum Regem bellaturus processit, nullumque non movit lapidem, quo ejus ab Ecclesia simulacrum proscriberet.* Commenti artificiosi nomine intelligit Ignatius stratagema, quo usus est Leo anni sequentis initio ad Mesembriam recuperandam, de quo loquitur Constantinus Porphyrogenetus lib. I. num. XIII. ubi & meminit cladium & Constantinopolitanis hoc anno illatarum, quod hic indicare sufficiat.

X. *Capta Adrianopoli S. Manuel Archiep. in Bulgariam abducitur.* Curopalates, quem exscripsit Cedrenus, dum de Basilio Imperatore sermonem habet refert quæ gesta sunt capta Adrianopoli a Bulgaris anno DCCCXIV. atque: *Postquam Crumus Bulgarorum Princeps victoriis contra Romanos elatus, Adrianopolim obsedit, ita ut nulla ei manus resistere auderet, quod ob felicitatem quam dixímus, intollerandus esset, diutinaque obsidione eo Civitatem redegisset, ut necessariarum inopia earum deditione conditiones acciperet, omnes qui in ipsa Urbe erant, in quibus etiam Manuel Archiepiscopus in Bulgariam transtulit. Eo igitur tempore cum aliis parentes quoque Imperatoris* (Basilii nempe Macedonis) *lac adhuc sugentem secum ipsum deferentes, in Bulgarorum Regionem abducti sunt: ubi & ipse inclytus Archiepiscopus & Imperatoris parentes interruptam in Christum fidem servantes, Bulgarorum plerosque ad Orthodoxam fidem traduxere, cum nondum gens illa ad verum Dei cultum adducta esset, & in plurimis Bulgariæ locis Christianæ doctrinæ semina jecere,* quod brevi tempore fieri non potuit. *Sed Crumum mors occupavit,* anno sequenti circa Festum Paschatis, ut ibi ostendam.

XI. *Post aliquot annum cum Sociis Martyrio coronatus.* Pergit Curopalates: *Cutragon vero illius Successor longe vincens immanitate superiorem, neque factum ignorans ac paulatim Bulgarorum genus ad Christianorum cultum transferri sentiens, magna exarsit iracundia, sacrumque Archiepiscopum Manuelem, cum eximiis illis Viris, qui cum ipso erant, sibi præsto esse imperavit, non sine magna ira; quos primum blandis ac mitibus verbis ab Orthodoxa & inculpata Christianorum fide deducere conabatur. Verum ubi præstantiores eos, quam qui pollicitationibus aut minis expugnari possent, comperit, multis primum verberibus cæsos Martyrii more interficiendos curat. Et Manuel inclytus Archiepiscopus, cum illustribus illis Viris qui secum erant, præclaro Martyrio vitam finivit; & multi item illorum consanguinei Martyrii gloria dignati sunt. Cumque oporteret, jam reliquos captivos in patriam redire, siquidem divinitus ipsis reditus parabatur, Bulgarorum Princeps sæpe fractus, cum amplius Romanis copiis resistere nequiret, conciliata pace captivos liberat. Quibus nuper congregatis, jamque in patrias sedes reversuris, Princeps captivorum spectator erat: & forte Basilium puerum conspicatus, qui cum jam e pueritia excessisset, pubescere incipiebat, ad se vocavit,* &c. Cedrenus habet, *tunc ex pueritia adolescentiam ingressum videt, eleganti vultu præditum,* &c. *pomumque rara magnitudine donat, quod adolescentulus simplici audacia genibus Principis innitens accepit.* Adhæc Zonaras in Michaele filio Theophili, de Basilii natalibus agit, aitque, hunc *infantem & lactantem adhuc* in Bulgariam abductum esse.

XII. Denique Constantinus Porphyrogennetus, qui Ba-

XI. Legatio Amalharii Constantinopolim. Quod autem pertinet ad res Occidentales hoc anno, veris initio, Carolus Magnus dum esset Aquisgrani ad confirmandam rursus pacem cum Michaele Imperatore, ad ipsum legationem decerait. Delecti sunt Legati insignes doctrina Amalharius Episcopus Treverensis, atque Petrus Abbas monasterii Nonantulæ in Italia. Verum cum hi Constantinopolim pervenissent, non Michaelem (cesserat enim ille) sed Leonem Imperatorem invenerunt, a quo sunt auditi, atque dimissi anno sequenti cum Legatis ejus ad Carolum Imperatorem, ut suo loco dicetur.

XII. Ludovicus coronatur Imp. a Patre. Eodem anno idem Carolus Imperator habito generali conventu Aquisgrani, filium suum Ludovicum coronavit Imperatorem, & Bernhartum nepotem suum Pipini filium Italiæ præfecit, atque Regem appellari jussit. Hæc veteres Annales Francorum. De Ludovico vero in Imperium a patre promoto hæc Eginhardus habet: *Extremo vitæ tempore, cum jam & morbo & senectute premeretur, evocatum ad se Ludovicum Aquitaniæ Regem, qui solus filiorum Hildegardis supererat, congregatis solemniter de toto Regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius Regni, & imperialis nominis heredem constituit, impositoque capiti ejus diademate Imperatorem & Augustum jussit appellari. Susceptumque est hoc ejus consilium ab omnibus, qui aderant, magno cum favore: nam divinitus ei propter Regni utilitatem videbatur inspiratum. Auxitque majestatem ejus hoc factum, & exteris nationibus non minimum terrorem incussit.* Hactenus Eginhardus.

Ludovicus provehitur in Imp. Sed quæ de coronatione Ludovici Theganus habeat scriptor hujus temporis (fuit iste Chorepiscopus Treverensis, qui de gestis Ludovici commentariam scripsit, cujus & meminit Walfridus Strabo) adducamus in medium.

XIII. *Supradictus vero Imperator cum jam intellexisset appropinquare sibi diem obitus sui (senuerat enim valde) vocavit filium suum Ludovicum ad se cum omni exercitu, Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus loco positis: habuit grande colloquium cum eis Aquisgrani Palatio, pacifice & honeste admonens, ut fidem erga filium suum ostenderent, interrogans omnes a maximo usque ad minimum, si eis placuisset, ut nomen suum, id est, Imperatoris filio suo Ludovico tradidisset. Illi omnes responderunt, Dei esse admonitionem illius rei.* Ludovici coronatio. *Quo facto, in prima die Dominica ornavit se cultu Regis, & coronam capiti suo imposuit, incedebatque clare vestitus, & ornatus, sicut eum decuerat. Perrexit ad Ecclesiam, quam ipse a fundamentis construxerat, pervenitque ante altare in eminentiori loco constructum ceteris altaribus, & consecratum in honorem Domini nostri Jesu Christi, super quod coronam an-*

PAGIUS *Basilius Macedo adhuc puer libertati restituitur.* Basilii nepos fuit, in Vita ejusdem Basilii num. 4. eamdem ac Curopalates & Cedrenus historiam narrat, atque Basilium eo tempore *adhuc in fasciis* egisse. Et postquam de ejus Adrianopolim reditu verba facit, refert aliqua prodigia futuræ ejus fortunæ, dum adhuc puer esset. Dein num. VII. scribit: *Jam vero emensa illi pueritia, ad adolescentiæ annos provecta ætate*, &c. Quare Martyrium *Sancti Manuelis* & Sociorum, quod Baronius hoc anno num. VII. recitat, contigit aliquo ex sequentibus annis Leonis Imp. post interitum Crumni anno sequenti extincti, & tam Curopalates, quam Cedrenus hallucinati sunt in eo quod scripsere, *Basilium* dum adhuc in Bulgaria versaretur, *ex pueritia adolescentiam ingressum esse*; cum uterque fateatur eum adhuc lactentem in eam Regionem translatum; narretque quæ puero, non vero quæ e pueritia egresso conveniunt. Denique Constantinus Porphyrogennetus utroque illo Historico antiquior, & hac in re fide dignior, diserte asserit, *Basilium* adhuc puerulum fuisse, quando patriæ restitutus est, ut liquet ex verbis citatis. Bollandus ad diem XXII. mensis Januarii refert Elogium Sancti Manuelis Archiepiscopi Adrianupoleos & Sociorum, ex Menæis Græcorum. Adrianopoli itaque sub hujus anni fine a Bulgaris capta, *Basilius* adhuc lactens, aliique captivi in Bulgariam abducti, post aliquot annos *S. Manuel* & Socii occisi, tandemque dum Basilius adhuc puerulus esset, pax Romanos inter & Bulgaros facta.

XIII. Ad num. XI. & seqq. Eginhardus in Annal. hoc anno habet: *Imperator Aquisgrani hyemavit, & incipiente verna temperie Amalharium Treverensem Episcopum, & Petrum Abbatem Monasterii Nonantulae, propter pacem cum Michaele Imperatore confirmandum Constantinopolim misit. Ac deinde habito generali Conventu evocatum ad se apud Aquisgrani filium suum, Ludovicum Aquitaniæ Regem coronam illi imposuit, & imperialis nominis consortem fecit: Bernardumque nepotem suum, Pippini sui filium, Italiæ præfecit, & Regem appellari jussit. Concilia quoque ejus jussu super statu Ecclesiarum corrigendo, per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt. Quorum unum Moguntiæ, alterum Remis, tertium Turonis, quartum Cabillonis, quintum Arelate congregatum est: & Constitutionum quæ in singulis facta sunt, Collatio coram Imperatore in illo Conventu habita. Quas qui nosse voluerit, in supradictis quinque Civitatibus invenire poterit: quamquam & in Archivo Palatii exemplaria illarum habeantur.* Gesta in Francia a Carolo M. Idem habent Annalistæ Bertinianus & Metensis. Ludovici & Bernardi inauguratio mense Novembri peracta, ut ex dicendis de morte Bernardi anno DCCCXVII. num. XV. patebit.

XIV. *Synodi ejus jussu coactæ.* Concilia illa per æstatem celebrata; Arelatense *sub die VI. Idus Majas*, Remense *mediante mense Majo*, Moguntinum *V. Idus Junii*, Turonense, & Cabilonense habita sunt eadem tempestate, licet nec diem nec mensem præferant. Synodus Arelatensis tam apud Baron. num. XXI. quam apud Labbeum Tom. VII. Concil. notatur etiam *Era DCCCLI.* sed iste temporis character in illam Synodum sine dubio progressu temporis intrusus, cum in Synodis in Francia per hæc tempora habitis hæc

auream aliam, quam ipse gestabat in capite suo, jussit poni.

Monitio Caroli facta ad Ludovicum.

Postquam diu oraverunt ipse, & filius ejus, locutus est ad filium suum coram omni multitudine Pontificum, & Optimatum suorum, admonens eum in primis, omnipotentem Deum diligere & timere, ejus præcepta servare in omnibus, Ecclesias Dei gubernare, & defendere a pravis hominibus, sororibus suis & fratribus, qui erant natu juniores, & nepotibus, & omnibus propinquis suis indeficientem misericordiam semper ostendere præcepit: deinde sacerdotes honorare ut patres, populum diligere ut filios, superbos & nequissimos homines in viam salutis coactos dirigere, cœnobiorum consolator & pauperum esse. Fideles ministros & Deum timentes constitueret, qui munera injusta odio haberent. Nullum ab honore suo sine causa discretionis dejiceret; semetipsum omni tempore coram Deo & omni populo irreprehensibilem demonstraret.

XIV. Quando coronari voluit Carolus filium.

Postquam hæc verba & alia multa coram multitudine filio suo ostenderat, interrogavit, si obediens voluisset esse præceptis suis. At ille respondit, libenter obedire, & cum Dei adjutorio omnia præcepta, quæ mandaverat ei pater, custodire. Tunc jussit eum pater, ut propriis manibus coronam, quæ erat super altare elevaret, & capiti suo imponeret, ob recordationem omnium præceptorum, quæ mandaverat ei pater. At ille jussionem patris implevit. Quo facto, audientes Missarum solemnia, ibant ad Palatium. Sustinuit enim filius patrem eundo & redeundo, quamdiu cum eo fuerat filius. Non post multos dies magnificis donis honoravit eum pater suus, & dimisit eum ire in Aquitaniam. Antequam divisi essent, amplexantes se, & osculantes, propter gaudium amoris flere cœperunt. Hactenus de coronatione. His vero hæc addit:

Postquam divisi fuerant, dominus Imperator nihil aliud cœpit agere, nisi in orationibus & eleemosynis vacare, & libros corrigere: nam quatuor Evangelia Christi, quæ intitulantur nomine Matthæi, Marci, Lucæ, Joannis, in ultimo ante obitus sui diem cum Græcis & Syris optime correxerat. Hucusque Theganus.

Præter hæc autem, addunt Annales Francorum, fuisse consilium Caroli, non solum ut ita bene consuleret rebus imperii, sed & statum Ecclesiæ relinqueret bene dispositum. Cujus rei perficiendæ causa, voluit diversis in locis Concilia celebrari. Nam hoc eodem anno (tradunt Annales) quinque Concilia quoque jussu ejus super statu Ecclesiarum corrigendo per XV. De quinque Conciliis in Gallia celebratis.

PAGIUS

temporaria nota nusquam usurpata fuerit. Natalis Alexander sæculo X. part. I. cap. 4 explicat omnes Synodos Provinciales & Nationales, quibus hoc sæculo sancita & restaurata est Disciplina Ecclesiastica & Art. VI. loquens de Concilio Turonensi, cujus Canone IX. Presbyteri admonentur, ut cum Missam celebraverint, & communicaverint, *pueris aut quibuslibet personis adstantibus Corpus Domini indiscrete non tribuant. Qui si forte majoribus peccatis fuerint irretiti, magis sibi damnationem quam remedium comparant.* Natalis inquam, observat, sacrificii reliquias olim pueris ministrari solitas in Ecclesia Gallicana, constare ex Concilio Matisconensi II. anno DLXXXVIII. celebrato; & Turonense hoc anno habitum morem illum tollere, sed in quibusdam locis adhuc in usu fuisse Communionem puerorum in Gallia sæculo XII. testari Guibertum Abbatem lib. I. *de Pignoribus Sanctorum* cap. 2. parag. I. Illud confirmat Gilbertus Porretanus in Epistola ad Abbatem S. Florentii, a Dacherio in Notis ad Guibertum recitata. Odo Parisiensis, qui vivebat anno MCLXXV. in Statutis Synodalibus *Communium Præceptorum* cap. 39. Presbyteris præcepit, ne pueris Hostias, licet non consecratas distribuerent: qui abusus in Ecclesiam Parisiensem irrepserat, more Communionis puerorum antiquato. Legendus Bona Card. lib. 2. rer. Liturgic. cap. 19. num. II.

XV. *Ludovicus Imp. Bernardus nepos Rex Italiæ dictus.*

Celebratis prædictis quinque Synodis Imperator mense Septembri Conventum Aquisgrani habuit, in quo Canones prædictarum Synodorum coram se legi præcepit, & ex iisdem Conciliis Capitulare in XLVI. Capitula distinctum decerpsit, & deinde Ludovicum filium consortem Imperii fecit, ut refert Chronographus Moissiacensis: *Mandavit*, inquit, *ut quidquid in unamquamque Synodum definissent, ad Placitum constituti Imperatoris renunciassent, quod ita factum est, & in ipso anno mense Septembri jam dictus Carolus fecit Conventum magnum populi apud Aquis Palatium de omni Regno vel Imperio suo; & convenerunt Episcopi, Abbates, & Comites, & Senatus Francorum ad Imperatorem in Aquis, & ibidem constituit Capitula numero XLVI. de causis, quæ erant necessaria Ecclesiæ Dei & Christiano populo. Post hæc habuit consilium cum præfatis Episcopis, & Abbatibus, & Comitibus, & Majoribus natu Francorum, ut constituerent filium suum Ludovicum Regem & Imperatorem. Qui omnes pariter consenserunt*, &c. *Commendavitque ei filios suos Drogone, Theoderico, & Hugone*, qui erant filii ejus naturales. Verum loco, *numero XLVI.* legendum, *numero XXVI.* ut mox videbitur.

Annalista tamen Cæsareus a Lambecio editus Conventum Aquisgranensem mense Augusto factum esse tradit. Hæc ejus verba ad annum Caroli Regis XLV. *Riculfus Archiepiscopus Moguntiacensis Ecclesiæ defunctus est V. Idus Augusti, & Placitum magnum in mense Augusto ad Aquis factum est, & Karlus Imperator constituit Hlodoveum* (hic locus notabilis, cum ex eo probetur nomen *Ludovici* & *Clodovei* unum & idem esse) *filium suum simul imperare cum eo, imponens diadema capiti ejus; postmodum in Majo mense habitum apud Maguntiam, in quo præsederunt Rrulfus* (legendum Richulfus) *Archiepiscopus & Hiltibaldus Archiepiscopus Coloniensis*. Sed locus mutilus est a voce *postmodum*, quæ supponit alia relata, & deinde deest verbum *Concilium*, denique nomen *Arnonis Archiepiscopi Salisburgensis*, qui Concilio Moguntiaco inter- XVI. *Conventus Aquisgranensis.*

per totam Galliam ab Episcopis celebrata esse. Quorum unum Moguntiaci, alterum Rhemis, tertium Turonis, quartum Cabiloni, quintum Arelate congregatum est. Et constitutiones, quæ in singulis facta sunt, collatione earum Imperatore in illo conventu habita, qui nosse voluerit, in supradictis civitatibus invenire poterit, quanquam & in Archivo Palatii exemplaria illarum habeantur. Extant hodie singulorum omnium canones editi in recentiori editione Conciliorum. Et quod pertinet ad Moguntinum Concilium quinquagintasex canones extant, de quo ea, quæ ibi leguntur de certa temporis nota, quo exploratiora cuncta fiant, hic reddamus:

XVI. De Concil. Mogunt. *Facta est autem hæc Synodus in civitate Moguntia, in claustro basilicæ sancti Albani Martyris anno Domini octingentesimo decimotertio, & Imperii domini Caroli Imperatoris anno decimotertio, Indictione quinta, quinto Idus Junii, ubi sederunt Episcopi triginta, Abbates vero vigintiquinque.* Complura sane in eo statuta sunt ad disciplinam Ecclesiasticam spectantia, quæ quisque magno emolumento si velit, inspiciat. Est & in eo illud observatione dignum, de armorum usu, cui ob bellorum frequentiam jam Ecclesiastici assueverant, quos prohibet sancta Synodus arma gestare, ejus autem familiam secus, cui armorum usus jam esset antiquitate præscriptus. Sunt ista verba canonis (a): *Nos autem, qui relinquimus sæculum, id modis omnibus observare volumus, ut arma spiritualia habeamus, sæcularia dimittamus. Laicis vero, qui apud nos sunt, arma portare non præjudicemus, quia antiquitus mos est, & ad nos usque pervenit.* Hæc ibi, consideratione digna adversus eos, qui ista de laicis impugnare consueverunt.

(a) Concil. Moguntin. sub Carol. c. 17.

De Rhemensi Synodo. Eodem quoque anno (ut dictum est) habita est Rhemensis Synodus, in qua canones quadragintaquatuor sanciti sunt, quibus de nota loci & temporis ejusmodi præpositus est titulus: *Hic est ordo capitulorum breviter adnotatus, quæ anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo decimotertio notata sunt in conventu Metropolitanæ sedis Rhemensis Ecclesiæ a domno Carolo piissimo Cæsare, more priscorum Imperatorum congregato, ordinan-*

PAGIUS terfuit, ut ex ejus Actis liquet. Serarius lib. 4. Rer. Mogunt. mortem *Richolphi* Archiepiscopi Moguntini in annum sequentem differt, & cum eo Cointius; verum Lambertus Schafnaburgensis jam eam recte cum hoc Christi anno alligarat, & liquet etiam ex MS. Codice a Serario laudato, in quo Richolpho anni Sedis XXVII. attribuuntur, ab anno nempe DCCLXXXVII. quo ordinatus fuit, deducti. Attulit *Richolphus* ex Hispania Juris Canonici Corpus ab Isidoro Mercatore collectum, ut suo loco diximus.

XVII. Inauguratio Ludovici & Bernardi magis explicata. Theganus, qui hoc tempore vivebat, cap. 6. pluribus agit de inauguratione Ludovici in Conventu Aquisgrani peracta, aitque, Carolum interogasse *omnes a maximo usque ad minimum, si eis placuisset, ut nomen suum, idest, Imperatoris, filio suo Ludovico tradidisset*, & omnes respondisse, *Dei esse admonitionem illius rei*. Locum integrum recitat Baronius n. XIII. Certe hoc illi solum supererat, cum jam ab anno DCCCVI. omnes suas Ditiones inter filios partitus esset. Ludovicus in Diplomatibus plerumque quidem annos ab obitu patris, sed quandoque etiam ab eo die, quo consors Imperialis nominis dictus est, deducit, ideoque hæ duæ Epochæ non confundendæ. Sanctus Adelhardus Abbas Corbeiensis, qui Langobardiam ab obitu Pippini Regis administrabat, ubi intellexit, Bernardum hujus filium Regno Italiæ a Carolo præfectum esse, *accepit ei uxorem, & constituit secundum jussionem Principis* (nempe Caroli) *super omne Regnum*, ut in veteri Libello de Constructione Novæ Corbeiæ legitur. Auctor Vitæ Ludovici Pii refert, *totam æstatem* in patris comitatu fuisse, deinde *Imperii diademate* coronatum ac *mense* tandem *Novembri* in Aquitaniam reversum esse.

XVIII. Denique ex Conciliis hoc anno in quinque locis, idest apud Arelatensem Urbem, Moguntiacensem, Rhemensem, Turonensem, & Cabilonensem celebratis confirmantur quæ superius cum Marca diximus de ordine in Conventibus ævo Caroli Magni servari solito. Episcopi enim Caroli jussu congregati Canones quosdam condiderunt postquam causas summa diligentia examinarant. Concilium Moguntinum docet eos Viros, qui in eo aderant, in tres turmas fuisse divisos; quarum primam constituebant Episcopi malorum remedia in Sacris Scripturis & Canonibus quærentes; in alia turma consedere Abbates, *Regulam Sancti Benedicti legentes, atque tractantes diligenter qualiter Monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei gratia perducere potuissent*; in tertia Comites, qui in eam curam sedulo incumbebant, ut leges sæculares examinarent, & jus cuique suum tribuerent, *vulgi justitias perquirentes, omniumque advenientium causas diligenter examinantes, modis quibus poterant justitiam terminantes*. Denique Concilia ista Canones Ecclesiasticos a se editos tradunt Principi, ut eos emendet, si ei ita visum fuerit; si vero eos æquitate niti existimaverit, confirmet.

Partes Episcoporum, Abbatum ac Comitum in Conventibus sub Carolo M. coactis.

XIX. Carolus Canones examinari jubebat confirmabatque. Obsequio illo verbis conceptis defunguntur, ad calcem Canonum, velut Concilium Arelatense & Turonense; aut in Præfatione, velut Moguntinum & Cabilonense. Hæc verba Concilii Arelatensis: *Hæc igitur sub brevitate, quæ emendatione digna perspeximus, quam brevissime adnotavimus & Domino Imperatori præsentanda decrevimus poscentes ejus clementiam, ut si quid hic minus est, ejus prudentia suppleatur; si quid secus quam se ratio habet, ejus judicio emendetur; si quid rationabiliter taxatum est, ejus adjutorio Divina opitulante Clementia perficiatur.* Præfatio autem Concilii Moguntini sic habet: *quatenus ea quæ paucis perstrinximus Capitulis a vestra auctoritate firmentur, si tamen vestra pietas ita dignum esse judicaverit; & quidquid in eis emendatione dignum reperitur, vestra in eis Imperialis dignitas jubeat emendare.* Postquam Canones illorum Conciliorum ad Carolum delati fuere, eos præsente se examinare jussit. In Conventu Generali Aquisgranensi,

Digitized by Google

te Volfario ejusdem sanctæ sedis Archiepiscopo, mense Majo, &c. Inter alia autem plura tali consessu digna, ista habet digna memoria de mensa Episcoporum atque Abbatum (a): *Pauperes & indigentes secum ad mensam habeant, & lectio divina ibi personet, & sumant cibum cum benedictione & laude Dei.*

(a) Concil. Rhem. sub Carol. c. 17.

Tempus concilii habiti ad villam Theodonis.

☞ Quod autem errore factum est in priori editione, ut positum fuerit Concilium habitum ad Villam Theodonis, ante duo ista Concilia Moguntinum & Rhemense: hic corrigendum est, atque dicendum, primum quidem oportuisse celebrata esse dicta duo Concilia, deinde vero illud ad Villam Theodonis, eo quod Archiepiscopi Moguntinus & Rhemensis Aistulphus & Ebbo, qui interfuerunt Concilio celebrato in Villa Theodonis, post Hildebaldum Moguntinum & Walferium Rhemensem, qui interfuerunt dictis duobus Conciliis, sedisse legantur. Quod ex eo redditur exploratum, quod ambo hi, Aistulphus, & Ebbo, nominati reperiuntur in quadam constitutione Ludovici Caroli Magni filii, quæ suo loco inferius recitatur, quam editam esse post duo illa dicta Concilia, nullum est dubium ☜.

XVII. De Concil. Turonensi & Cabilonensi.

Turonense quoque hoc eodem anno eadem ex causa est celebratum Concilium, canones quinquaginta & unum continens, ubi & de mensa pariter Episcoporum ista itidem: *Peregrini & pauperes convivæ sint Episcoporum, cum quibus non solum corporali, sed spirituali reficiantur alimenta.* In Cabilonensi vero Synodo hoc item anno celebrata in provincia Lugdunensi, canones sexaginta septem statuti reperiuntur, in quorum tertio canone mentio habetur de præcepto Caroli Magni, *quo voluit omnes Episcopos scholas erigere, in quibus bonæ litteræ atque in primis Theologicæ docerentur. Ad sugillandum vero eundumque simul in sacerdotibus avaritiæ morbum ejusmodi antidotum parat. Oportet etiam, ut si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, ac pratelont, non ideo hoc faciant, ut carius vendant, & thesauros congregent; sed ut pauperibus tempore necessitatis subveniant.*

Sed illa in eodem Concilio statuta consideratione digna videntur, in quibus agitur de peregrinatione ad loca sancta suscipi solita a fidelibus; & quando probanda illa, quando vero improbanda sint decernit. Quod autem essent hoc tempore illæ inter alias celeberrimæ in Occidente peregrinationes, Romam ad Limina Apostolorum, peccatorum remissionis gratia consequendæ, atque Turonum ad S. Martinum, & iis complures diversis ex causis abeti solerent, hæc de his sancta Synodus statuit:

XVIII. De peregrinationibus ad loca sancta abusus tollendi.

A quibusdam, qui Romam Turonumve, & alia quædam loca sub prætextu orationis inconsulte peragrant, plurimum erratur. Sunt presbyteri & diacones & cæteri in clero constituti, qui negligenter viventes, in eo se purgari a peccatis putant, & ministerio suo fungi debere, si præfata loca attingant. Sunt nihilominus lai-

PAGIUS ubi eos confirmavit, ut vim legum obtinere possent. Ita enim docent Annales Eginhardi & Chronographus Moissiacensis, quorum verba supra recitavimus. Carolus ex iisdem Conciliis excerpsit Capitulare, quod in XXVI. distinctum Capitula Sirmondus publicavit. In Annalibus quidem Moissiacensibus legitur, *& ibidem constituit Capitula numero XLVI.* & reliqua verba supra recitata; sed Cointius hoc anno num. CCLXXXVIII. recte observat, errorem in eum locum irrepsisse, & charactere X. in L. mutato numerum XXVI. in XLVI. perperam abiisse. Extat quidem Capitulare quod Capitulis XLVI. constat, sed illud concinnatum non est Canonibus Synodorum novissime celebratarum, ut est Capitulare, quod Capitulis XXVI. absolvitur; hoc enim totum est de causis *Ecclesiæ Dei & Christiano populo* necessariis, illud vero versatur potissimum in pœnis, quas Judex sæcularis ex Edicto Regio constituit, ac præterea Francis omnibus commune non est, uti Capitulare XXVI. Capitulis constans. Sola utriusque Capitularis lectio hanc emendationem certam esse ostendet. [1]

XX. Saraceni Francorum insulas devastant.

Eginhardus in Annalibus hæc narrat: *Mauris de Corsica ad Hispaniam cum multa præda redeuntibus Irmingarius Comes Emporitanus in Majorica insidias posuit, & octo naves eorum cepit: in quibus quingentos & eo amplius Corsos captivos invenit. Hoc Mauri vindicare volentes, Centum cellas Thusciæ Civitatem, & Niceam Provinciæ Narbonensis vastaverunt. Sardiniam quoque aggressi, commissoque cum Sardis prælio, pulsi ac victi & multis suorum amissis recesserunt.* Idem narrat Annalista Loiselianus, qui hoc anno Annales suos absolvit. Abulaz igitur seu Al-

NOTÆ [1] VIX credo mendum aliquod irrepsisse in numeros Capitulorum, quæ in conventu Aquisgranensi digesta fuisse author Annalium Moissiacensium tradit. Nam in additamento ad veteres Annales Francorum vulgato a Martenio Veter. monum. to. V. ex quo vel author Moissiacensis opus suum expressit, vel forte ex Moissiacensibus Annalista suffuratus fuit; Author inquam iste eundem numerum Capitulorum *quadraginta sex* literis descriptum exhibet; sed in eo variat ab authore Moissiacensi, quod conventum hunc Aquisgranensem, in quo capita illa procusa fuerunt, non septembri, sed februario mense habitum statuit. Facile igitur sex & quadraginta hæc capita nondum vulgata sunt, nam plura adhuc superesse Caroli Magni Capitularia nondum publici juris facta, inde discimus, quod ejusmodi plura ad hanc usque diem latentia vulgavit Martenius in sua collectione to. VII. MANSI

Google

laici, qui putant se impune peccare aut peccasse, qui hæc loca oraturi frequentent. Sunt quidam potentes, qui acquirendi census gratia sub prætextu Romani seu Turonici itineris multa acquirunt multos pauperum opprimunt; & quod sola cupiditate faciunt, orationum sive sanctorum locorum visitationis causa se facere videri affectant; sunt pauperes qui vel ideo id faciant ut majorem habeant materiam mendicandi; de quorum numero sunt illi, qui circumquaque vagantes, illo se pergere mentiuntur; vel quia tantum sunt vecordes, ut putent se sanctorum locorum sola visitatione a peccatis purgari, non attendentes quod ait beatus Hieronymus, non Hierosolymam vidisse, sed Hierosolymis bene vixisse, laudandum est. De quibus omnibus domini Imperatoris, qualiter sint emendanda, sententia expectetur.

XIX. Quænam vero, quorumve sit peregrinatio proficua Patres ibi ita definiunt: *Qui vero peccata sua sacerdotibus, in quorum sunt parochiis, confessi sunt, & ab his agendæ pœnitentiæ consilium acceperunt, si orationibus insistendo, eleemosynas largiendo, vitam emendando, mores componendo, Apostolorum Limina vel quorumlibet Sanctorum invisere desiderant, horum est devotio modis omnibus collaudanda.* Abstinuerunt tamen Episcopi de peregrinis illis quicquam decernere absque Caroli ipsius scientia, eo quod scirent in colligendis hujusmodi peregrinis eumdem Carolum fuisse studiosissimum, de cujus in his propensissimo studio ista habet Eginhardus: *Amabat peregrinos, & eorum suscipiendorum magnam habebat curam, adeo ut eorum multitudo non solum palatio, verum etiam Regno non immerito videretur onerosa: ipse autem pro magnitudine animi hujuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis, ac bonæ famæ mercede compensaret.* Hæc Eginhardus.

Carolus M. studiosus peregrinorum.

XX. At non desiit ipse Carolus ejusmodi errones lucri causa peregrinantes cohibere. Nam audi quid in ejus Capitularibus (a) habeatur de Mangonibus, qui novis adinventis etiam dispendio sanguinis pecuniam corradebant.

(a) Capit. lib. 1. c. 79.

Item ut isti Mangones & Cogciones, qui sine omni lege vagabundi vadunt: per istam terram non sinantur vagari, & deceptiones hominibus agere. Nec isti nudi cum ferro, qui dicunt se data sibi pœnitentia ire vagantes. Melius videtur, ut si aliquod inconsuetum & capitale crimen commiserint, in uno loco permaneant laborantes, & servientes, & pœnitentiam agentes, secundum quod sibi canonice impositum sit. Itemque de pauperibus ita vagantibus (b):

(b) Capit. l. 1. c. 124.

De mendicis, qui per patrias discurrunt, volumus, ut unusquisque fidelium nostrorum suum pauperem de beneficio, aut de

PAGIUS Alhacan Cordubensis Rex pacem, quam anno superiori cum Francis pepigerat, fregit. Cumque Comitis Emporitani Eginhardus disertam mentionem faciat, & hoc tempore *Rafagnus* Comes esset Gerundæ, & *Bera* Barcinonæ, recte hinc deducit Marca lib. 3. Marc. Hisp. cap. 18. certum esse limitem Hispanicum in varios Comitatus a Carolo M. distributum fuisse.

XXI. Leo Papa in Epistola V. ad Carolum August. quæ egerint hoc anno Mauri adversus Græcos, his verbis narrat: *Vestra a Deo data sapientia incognitum non est, quod illa nefandissima Agarenorum gens partibus Siciliæ anno præsente venire consiliaverat, nunc autem, sicut audivimus in quibusdam Græcorum insulis conjunxerunt. Pro quibus vero misit Michael Imp. Patricium & Spadarios cum stolo, ut contra eos Christo adjuvante dimicare debuissent. Cumque ipse Patricius in Siciliam conjunxisset, dicunt Missos fuisse per Beneventum ad Anthimum Neapolitanum Ducem, ut cum tota ipsa Neapolitano Ducata, qui illi obedire voluissent, navale auxilium ei præbere studuissent. Qui vero Dux occasiones proponens in adjutorio ejus ire contempsit. Cajetani tamen & Amalphitani aliquanta congregantes navigia in auxilio illius abierunt. Postmodum vero, ut audivimus, ingressi sunt ipsi nefandissimi Mauri, tredecim sc. navigia in Insulam, quæ dicitur Lampadusa, partibus Siciliæ constituta, & prædavere eam. Cumque de prædicto Græcorum stolo septem navigia ibidem explorando pervenissent, ut se veritatem cognoscere potuissent, comprehendentes eos Deo odibiles Mauri occiderunt illos: & dum expectassent eos Græci, qui miserunt illos ad explorandum, & minime essent reversi, abierunt generaliter super eos, & Christo miserante totas illas inquos Mauros occiderunt, ita ut nec unum ex iis vivum reliquerint. Porro & hoc relatum est nobis: quadraginta naves de ipsis Mauris venerunt in Insulam, quæ Pontias vocitatur, ubi Monachi residebant & prædaverunt eam. Postmodum vero egredientes ex ea ingressi sunt in Insulam quandam, quæ dicitur Isola Major, non longe a Neapolitana Urbe millaria XXX. in quo familia & peculia Neapolitanorum non parva invenerunt: & fuerunt inibi a XV. usque ad XII. Kal. Septemb. & nunquam ibi Neapolitani super eos exierunt. Cumque totam ipsam insulam deprædassent, implentes navigia sua de hominibus, & ejus necessariis reversi sunt post se. Cajetani autem qui post desolationem jam dicta insula ibidem fuerunt, dixerunt, quod invenissent homines occisos jacere, & granum & scerpha, quæ ipsi Mauri portare secum non potuerunt, sed & caballos Mauriscos, quos ia fuit ducebant navigiis occisos ibidem dimiserunt.* In fine legitur: *Absol. VII. Id. Septemb.*

Minores etiam Græcorum insulas depredantur.

XXII. Scripsit & idem Leo ad eumdem Carolum Epistolam ordine IV. qua docet eum Siculos cum Saracenis pacem fecisse: *Tertio Idus Novemb. suscepimus Epistolam Gregorii Patricii Siciliensis: responsum scilicet Serenitatis Vestræ Epistola, quam illi per hominem nostrum emisimus. Vobis siquidem, pro qua causa ignoramus, Epistolam nomini vestro titulatam non emisit, illam tamen quam nobis direxit Epistolam, de qua vobis exemplar, aut postquam eam legeremus, a nostro*

Agitur de pace Saracenos inter & Siculos.

de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando. Et ubi tales inventi fuerint, qui sibi manibus laborent, nullus eis quicquam tribuere præsumat. Et quod rursum ad hospitalitatem spectat, dicta ab eodem Carolo ad clerum, hæc (*a*) accipe:

(a) Capit. l. 1. c. 111.

Ut de hospitalitate, & cura pauperum memores sitis, & propter quod res Ecclesiastica a fidelibus oblata, & ab Ecclesia recepta sint; & eo modo illas distribuatis, ut ab illo, cui de hic rationem redditari estis, non damnationem, sed æterni gaudii mercedem accipere mereamini. De his item alibi (*b*) hortans omnes ad hospitalitatem, agit. Hæc de his, quæ spectant ad Concilium Cabilonense quarto ordine numeratum.

(b) Capitul. l. 2. c. 71.

XXI. In quinto vero Concilio hoc anno Arelati celebrato canones sunt sanciti viginti sex, quibus nota temporis ita præfixa est: *Dum anno quadragesimosexto incluti & Orthodoxi domini & Principis nostri Caroli Imperatoris, sub die sextu Idus Majas, Æra octingentesima quinquagesima prima unanimitatis nostræ conventus in Arelatensium urbe in basilica S. Stephani Martyris primi aggregatas consisteret, &c.* In quo (*c*) sicut & in Moguntino Concilio præcipitur, ut Episcopo obediant Comites, & Judices sæculares: Demum illud sic habeto: nihil pene prætermissum, in quinque Conciliis istis, quod ad optimam Ecclesiæ institutionem spectare posse videretur. Sic igitur Christianissimus Princeps proxime ex hac vita discessurus, Ecclesiæ bene consuluit, de qua dum vixit, semper optime meritus fuit.

(c) Conc. Arelat. sub Carol. c. 13.

Res Ecclesiæ per Carolum bene dispositæ.

Sed & in eo potissimum idem Carolus Magnus intentum animum habuit, ut ipsam Dei Ecclesiam omni ex parte liberam relinqueret, cujus rei gratia, Episcoporum electionem usurpatam a prædecessoribus, in pristinam libertatem restituit, ejusmodi legem una cum Ludovico sancitam relinquens (*d*): *Sacrorum canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta Ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordini Ecclesiastico præbuimus, ut scilicet per electionem cleri & populi, secundum statuta canonum, de propria diœcesi, remota personarum & munerum acceptione, ob vitæ meritum & sapientiæ donum eligantur, ut exemplo & verbis sibi subjectis usquequaque prodesse valeant.*

Electiones Episcoporum redditæ liberæ.

(d) Capitul. l. 1. c. 84. & dist. 63. c. 34.

XXII. Quomodo autem reliquerit Carolus M. dispositionem sedium Episcopalium vacantium, secundum quod (ut vidimus) in suis Capitularib. testatus est, ut secundum canones essent electiones, ex epistola Hincmari ad Carolum postea scripta, possumus intelligere, quæ sic se habet: *Venerunt tres clerici, & duo laici Silvanectensis Ecclesiæ ad indignitatem meam, innotescentes, eamdem Ecclesiam, fratre & consacerdote nostro defuncto, viduatam esse pastore, ferentes etiam ipsius Ecclesiæ tam cleri, quam plebis petitionem, ut secundum sacras regulas pastor*

Praxis de Episcoporum elect.

PAGIUS *stro sigillo vestræ Imperiali potentiæ dirigere potuit: nos pro vestra satisfactione, neque eam ad legendam aperuimus, neque quod in ea continetur, cognovimus, nisi quod per illum Missum nostrum nobis in verbis dixit. Idest, de illis Saracenorum Missis, cum quibus pactum confirmavit ipse Patricius in annos decem: dicebat enim ad prædictos Missos Saracenorum: quando nobiscum pactum facere vultis, cum ecce jam anni sunt LXXXV. quod pactum nobiscum fecistis & firmum non fuit? Imo & Constantinus Patricius, qui ante me præfuit, in decem annos vobiscum pactum firmavit usque ad futuram VIII. Indictionem; sed neque ipsum pactum firmum tenuistis. Nunc autem quale vobiscum pactum faciamus, nobis incognitum est.*

XXIII. *Ad hæc respondebant ipsi Saracenorum Missi, dicentes: pater istius Amiramuni, qui nunc apud nos regnare videtur, defunctus est; & iste relictus est parvulus, & qui fuit servus factus est liber; & qui liber fuit, effectus est Dominus; & nullum se Regem habere putabant, sed ecce nunc postquam omnia, quæ pater suus habuit, sibi subjecit, vult firma stabilitate hoc quod paganus pactum servare: de Spanis vobiscum non spondemus, quia non sunt sub Ditione Regni nostri: sed inquantum valemus eos superare, sicut vos, ita & nos contra illos in mare dimicare permittimus & si soli nos non valemus, nos a parte nostra & vos a vestra Christianorum finibus eos abjiciemus. Post hæc vero convenit illis & confirmavere in scripto inter se pactum in annos decem: & dedit eis Missum nomine Theophilum Notarium, & reddidit illis quantos habuit comprehensos de ipsis Saracenis, ut illos Christianos, quos de suis partibus prædaverant, redderent. Et postquam jam dictum pactum inter se firmaverunt, & Missus ab ipso Patricio absolutus est, invenit in Catena unum hominem sub nimia velocitate ad Patricium nunciare festinans, quod septem navigia Maurorum prædaverunt unum vicum in Regio, & duæ naves ex eis post eos ad littus exierunt vacuæ: Nam & hoc nunciavit nobis ipse Missus noster, quod audisset ab hominibus Saracenorum missis, quod illo Junio mense transacta sexta Indictione, voluissent cum aliis centum navibus ad Sardiniam peragrare, & dum venissent prope Sardiniam subito aperta maris vorago & subglutivit illa centum navigia, & postmodum sic cum magno timore reversi sunt ipsi Saraceni, qui hoc dicebant, in Africam, & nunciaverunt ad familiam de illis qui submersi sunt.*

Ea in annos decem sancita.

XXIV. *Cumque ipse Missus noster alia audisset, interrogavit illum Notarium, qui eum custodiebat, si veritas esset quæ ab illis Saracenis audierat: & dixit ipse Notarius, quod ita esset, & ipse ore proprio legisset ad Patricium illam Epistolam, quam ei unus Christianus amicus suus ab Africa direxerat, in qua de submersione de prædictis centum navigiis continebatur. Et hoc factum est mense Junio, quando illud signum igneum tamquam lampadem in cœlo multi viderunt. Ipsi vero Missi Saracenorum in navigiis Veneticorum venerunt, & sic veniendo combusserunt igne navigia, quæ de Spania veniebant.*

Naves Saracenorum submersæ.

Pau-

Digitized by Google

stor tribuatur. Quos interrogavi, si verbum erat de pace cleri ac plebis ipsius Ecclesiæ, & aliqua designata persona? Qui responderunt, se non aliam petitionem ex parte sociorum afferre, nisi ut apud solitam misericordiam vestram illis liberam ac regularem electionem obtinere satagerent: quatenus secundum sacras regulas illuc canonico Visitatore directo, ab omnibus Ecclesiæ ipsius alumnis valeat eligi, cui debet ab omnibus obediri.

Ego autem, licet sacerdotem vestrum Hesprinum per fratrem Hildeboldum compresbyterum nostrum VIII. Idus Junii defunctum audirem: non tamen statui ante dominationi vestræ quicquam inde suggerere, aut pro eadem Ecclesia postulare, priusquam secundum regularem modum ab eo Legatos acciperem. Et paulo post:

* fuis. *Dignetur mihi dominatio vestra * sive litteris significare, quem vultis de Episcopis nostris, ut ei ex more litteras canonicas dirigam, ut Visitatoris officio fungens, in eadem Ecclesia electionem canonicam faciat. Et aut per se, aut per litteras suas Vicario suo differente, eamdem electionem canonicam faciat. Et aut per se, aut per litteras ad me referat, & per me ipsa electio ad dominationis vestræ discretionem perveniat.* Hactenus de his ad Carolum Hincmarus Rhemensis Archiepiscopus.

XXIII. Ex quibus intelligis, Lector, nonnisi ex præscripto canonum voluisse electiones esse liberas. Sed Visitatorem a Rege mitti, nec ante licere quicquam agi, eo quod magnæ rixæ in his accidere solerent ob diversa diversorum studia in istiusmodi electionibus, quæ omnino cessarent, si præsentia Legati Regis adesset. Cæterum in omnibus servata integra jura, clero, populoque in electione Archiepiscopi, cujus muneris erat de electo reddere Imperatorem certiorem voluisse liquet. Ex quibus omnibus multo magis erroris redarguas eos, qui Carolo asserunt datam facultatem ab Hadriano omnes sui Regni Episcopos eligendi, de quibus abunde superius actum est, cum tantum mendacium patefecimus.

XXIV. ☞ Florebat his temporibus Florus, cujus est mentio apud Usuardum in præfatione ad Martyrologium, & summa laus apud Walfridum Strabonem in Carmine ad Agobardum Lugdunensem Episcopum. Hujus extat fragmentum apud Agobardum, cusum haud pridem a Papirio Massono, quod pertinet ad præsentem tractationem de Episcoporum electione, his verbis:

Collecta a Domino Floro ex sententiis antiquorum Patrum.

Manifestum est omnibus, qui in Ecclesia

PAGIUS Paulo post his verbis Epistola clauditur: *Absoluta III. Id. Novemb. dixit Gregorius Patricius ad Missum nostrum, quod Michael Imperator Monachus effectus est cum uxore & filiis suis.* Aliam Epistolam Pontifex ad eumdem Carolum Imp. scripsit de tumultu Constantinopoli excitato, & de novo Imperatore, sed ea quæ ibidem narrat, utpote incerto rumore accepta, magna ex parte falsa sunt. Porro quod Saracenorum Missi retulerunt, sibi scilicet nihil commune cum Hispania esse; verum est, Caliphæ enim quorum Regis Bagdadi erat, abhorrebant a Rege Saraceno, qui Hispaniis præerat, seque hujus tanquam perduellis hostes profitebantur. Verum pariter erat, quod prædicti Missi dixere, patrem Principis qui apud eos regnaret, mortuum esse. Hæc vox Arabica *Amir*, vel *Emir* significat tantum Præfectum aut Regulum, sed ubi additur, *Elmumeni*, Amir Almumenin denotat Principem fidelium ac Calipham, & hic titulus Principi Bagdadensi solum attribuebatur, antequam duo alii in Africa & in Hispania eumdem titulum usurparent; qua de re loco suo sermo erit.

XXV. *Occiditur Aluminus Saracenorum Calipha.* Post *Haronis* Caliphæ mortem magni tumultus inter Saracenos Orientis exorti sunt, utroque fratre Imperium sibi deberi contendente. Illud quidem tunc *Aluminus* obtinuit, sed eo res tandem processit, ut Damascum unus ex tyrannis consecutus sit; & alii duo Ægyptum & Africam inter se partiti sint: *& Palæstinam demum alter prædonis in morem depopulatus sit*, uti scribit Theophanes ad annum primum Michaelis Imp. His addit Elmacinus lib. 2. Hist. Sarac. *Inchoato autem anno CXCVIII.* (Arabico nempe) *fortuna adversata admodum est Muhammedi Alumino: ita quidem ut major militum ejus pars ipsum deseruerit.* Subjungit Elmacinus, Aluminum captum & occisum esse, *cum advenisset dies Solis, vigesimus quintus Muharrami*, idest, dies XXV. mensis Septembris nostri, qui hoc Christi anno in Dominicam incidebat. Elmacinus pag. 132. citat Chronologum, qui tradit primum ejus Imperii diem & ultimum fuisse *Solis*, eumque interfectum *elapsis annis Hegiræ CXCVII. & diebus XXV.* Aluminus vespere diei XXV. Septembris nostri interfectus fuit, ideoque illa enumeratio accurata. Subdit idem Chronologus trucidatum esse elapsis annis Solaribus *Mundi 6305. & diebus XXVIII.* Eræ nempe mundanæ Alexandrinæ, quod etiam recte quadrat; indeque patet, eum necatum anno Mundi secundum Alexandrinos 6306. vespere diei XXVIII. mensis Toth, qui concurrit cum die XXV. Septembris nostri. Abdalabas Almamon *inauguratus est inauguratione secunda, tempore matutino ejus diei, quo frater ejus Aluminus occisus fuit, & omnes se ei adjunxerunt, XXV. scilicet Muharrami anni CXCVIII.* inquit idem Elmacinus. Almamon numeratur inter Caliphas vigesimus octavus. Denique in literis Leonis Papæ memoratis mentio fit mortis *Haronis*, non vero mortis *Alumini*, ut earum series ostendit, & Almamon iterum inauguratus est, quia regnante fratre, a quo dissidebat, Caliphatus insignia sumserat.

XXVI. Baronius in Appendice ad hunc annum dicit *Florum* Ecclesiæ Lugdunensis Subdiaconum hoc tempore floruisse, & edidisse Collectionem *de Electionibus Episcoporum*. Baluzius initio Operum Agobardi ejus Elogia ex variis Auctoribus collegit, observavitque fragmentum *de Electioni-*

*sia Dei Sacerdotale officium administrans, quæ sunt illa, quæ in ordinatione Episcopali, & sacrorum canonum auctoritas, & consuetudo ecclesiastica, juxta dispositionem divinæ legis, & traditionem Apostolicam jubeat observari: videlicet, ut pastore defuncto, & sede vacante, unus de Clero ecclesiæ, quem communis & concors ejusdem Cleri, & totius plebis consensus elegerit, & publico decreto celebriter ac solemniter designavit, legitimo Episcoporum numero consecratus, locum decedentis Antistitis rite valeat obtinere: nec dubitetur divino judicio & dispositione firmatum, quod ab Ecclesia Dei tam sancto ordine, & legitima observatione fuerit celebratum. Hæc sunt, quæ in Conciliis Patrum, & in decretis Apostolicæ Sedis Pontificum statuta reperiuntur, & ab Ecclesia Christi & initio comprobata reperiuntur, & comprobantur. Unde & beatus martyr Cyprianus de sancto Cornelio Urbis Romæ Pontifice, cum Episcopatum ejus adversus quosdam superbos & invidos calumniatores defenderet, hæc ipsa in testimonium sanctæ & legitimæ ordinationis ejus prosecutus est, dicens: Factus est Cornelius Episcopus de Dei & Christi ejus judicio, de clericorum omnium testimonio, de plebejo suffragio, de sacerdotum antiquorum, & bonorum virorum consensu, cum nemo Episcopus inibi factus esset, cum gradus cathedræ sacerdotalis sua careret. Quo occupato, & omnium nostrorum consensione firmato, quisquis jam episcopus fieri voluerit, omnimodis necesse est, ut ecclesiasticam non habeat ordinationem, qui Ecclesiæ non tenet per consensum unitatem. Post primum secundus esse non potest, quisquis enim post unum qui per electionem consecratus est, esse voluerit, jam non secundus ille, sed nullus est. Juxta hæc verba beati Cypriani, ordinatos fuisse constat, & legitime præfuisse universo populo deinceps omnes ecclesiarum Dei Antistites, absque ullo consultu mundanæ potestatis, a temporibus Apostolorum: & postea per annos fere quadringentos. Ex quo autem Christiani Principes esse cœperunt, eamdem Episcoporum ordinationibus ecclesiasticam libertatem ex parte maxima permansisse, manifesta ratio declarat. Neque enim fieri potuit, cum unus Imperator orbis terræ Monarchiam obtineret, ut * & omnibus latissimis mundi partibus, Asia videlicet, Europa, & Africa, omnes qui ordinandi erant Episcopi, ad ejus cognitionem deducerentur. Sed fuit semper integra, & rata ordinatio, quam sancta Ecclesia juxta traditionem Apostolicam, & religiosæ observationis formam celebravit. Quod vero in quibusdam regnis postea consuetudo obtinuit, ut * consulta Principe ordinatio fieret Episcopalis: valet utique ad cumulum fraternitatis propter pacem, & concordiam mundanæ potestatis, non tamen ad complendam veritatem vel auctoritatem sacræ ordinationis, quæ nequaquam regio potentatu, sed solo Dei nutu, & Ecclesiæ Fidei consensu cuique conferri potest. Quoniam Episcopatus non est munus humanum, sed Sancti Spiritus donum, sicut ostendit Apostolus, ubi ad Episcopos loquitur, dicens: Attendite vobis, & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Unde in Epistola ad Hebræos ait; Nec quisque sibi sumit honorem, sed qui vocatur a Deo sicut Aaron. Sic & Christus non semetipsum glorificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te, & iterum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. In quibus Apostoli verbis evidentissime demonstratur, ad hoc munus adipiscendum atque sumendum sufficere unicuique gratiam Dei, cooperante fide & devotione*

ne

* ex

* f. consolta.

PAGIUS

Florus Ecclesiæ Lugdunensis Subdiaconus varia Opuscula scripsit.

nibus circa annum DCCCXX. scriptum fuisse. Composuit etiam Florus Commentarium *in Canonem Missæ*, cujus MSS. exemplaria in variis Bibliothecis supersunt, ex quibus suppleri possunt, quæ in editis desunt, ut ait Bona Cardinalis lib. 2. Liturgic. Rerum cap. 14. §. 1. Edidit & Martyrologium, quod sub nomine Bedæ inter ejus Opera legebatur, antequam Bollandus initio Tomi II. Sanctorum mensis Martii, quæ Flori sunt, distinxisset ab iis, quæ ad Bedæ Martyrologium pertinent. Collegerat Florus magnam Codicum MSS. multitudinem, ut notavit Wandelbertus, qui anno DCCCXLII. metricum Kalendarium scripturus, de eo in Præfatione sua dicit: *Ope & præsidio præcipue usus sum Sancti & nominatissimi Flori, Lugdunensis Ecclesiæ Subdiaconi; qui ut nostro tempore revera singulari studio & assiduitate, in Divina Scriptura scientia pollere, ita librorum authenticorum non mediocri copia & veritate cognoscitur abundare.* De ejus Operibus plura Oudinus in Supplemento de Script. Ecclesiast.

XXVII. *Moritur S. Vuillelmus Dux & Monachus Gellonensis.*

Hoc circiter anno obiit *Sanctus VVillelmus* Dux ac postea Monachus Monasterii Gellonensis in Septimania a se fundati, certe ante Carolum Magnum, anno sequenti demortuum vivere desiit, ut liquet tam ex Auctore Anonymo ejus Vitæ, quam ex Ardone discipulo Sancti Benedicti Anianensis, qui in hujus Sancti Abbatis Vita de Willelmo scribit: *Vidimus sæpe eum cadentem asinum suum, flasconem vini in flasterio deferre, eumque super insidentem, calceum in tergo humeris vehentem, nostri Monasterii fratribus tempore messis ad refocillandum sitim eorum occurrere. In vigiliis quoque ita pervigil erat, ut vinceret cunctos. In pistrino, nisi occupatio aliqua præpediret, aut ægritudo tardaret, propriis operabatur manibus. Coquinam vero sua complebat; in habitu summæ humilitatis assumserat formam; jejunii amator extitit, orationibus instans compunctioni continuus; Vixque Corpus Christi poterat percipere,*

prius-

Digitized by Google

*ne gratiæ ejus; absque his autem humano arbitrio nemini posse concedi. Unde graviter quilibet Princeps delinquit, si, ut hoc suo beneficio largiri possit, existimat, quod sola divina gratia dispensat, cum ministerium suæ potestatis in hujusmodi negotium peragendo adjungere debeat, non præferre. Denique ut istius rei nonnulla proferantur exempla, puto quod de ordinatione beati Martini, quando ex monasterio sub alia occasione eductus, & a populo comprehensus, atque ad ecclesiam productus est, & continuo ab Episcopis, qui ad hoc invitati fuerant, consecratur, nemo Principum hujus sæculi fuerit interrogatus. In ecclesia quoque Lugdunensi sic religiosa olim, & venerabilis consuetudo fuit, sicut antiqua narrat historia, scilicet ut defuncto Pontifice, omnis in unum conveniret ecclesia, & triduano jejunio, communi * vero ac supplicatione celebrato, quemcumque eis Dominus per revelationem, sive * & eorum Clero, seu aliunde ostenderet, ipsum sine dubio Antistitem constituerent; quod de beato Eucherio præfatæ urbis Episcopo, & doctore egregio, sanctissimæ vitæ ejus liber manifeste testatur impletum. Qui cum esset ex nobilissimo Senatorum genere oriundus, & huic sæculo abrenuntians, omnique facultate sua in pauperes ob amorem Christi distributa, partibus Provinciæ in quodam specu retrusus, atque ibi soli Deo * jejunus, & orationibus vacans latitaret, tali revelatione ostensus, atque inventus, in pontificali regimine locatus est: ex quo certissime constat, quod omni illo tempore, quo tantam bonitatem sive gratiam omnipotens Deus in illa voluit ecclesia demonstrare; valebat, ac sufficiebat ad consecrationem rectorum, sola ejus gratia, & fides ecclesiæ devota. Sed & in Romana Ecclesia usque in præsentem diem cernimus absque interrogatione Principis, solo dispositionis judicio, & Fidelium suffragia legitime Pontifices consecrari, qui etiam omnium regionum & civitatum quæ illi subjectæ sunt, juxta antiquum morem eadem libertate ordinant atque constituunt sacerdotes. Nec adeo quisquam absurdus est, ut putet minorem illic sanctificationis divinæ esse gratiam, eo quod nulla mundanæ potestatis comitetur auctoritas. Quæ omnia non ideo dicimus, quasi potestatem Principum in aliquo minuendam putemus; vel contra religiosum morem regni aliquid sentiendum persuadeamus; sed ut clarissime demonstretur, in re hujusmodi divinam gratiam sufficere, humanam vero potentiam, nisi illi consonet, nihil valere. Quapropter in sacris canonibus Patrum, ubi plurimæ causæ commemorantur, sine quibus Episcopalis ordinatio irrita habenda est, de hac re nihil invenitur insertum.* Hactenus Flori tractatio de antiqua Episcoporum electione, qua præter illa, quæ superius dicta sunt de libera in Romana Ecclesia Papæ electione, redarguitur itidem mendacissimus Sigebertus ☞.

* f. voto.

* ex

* f. jejuniis.

PAGIUS *priusquam lacrymarum ejus in terram decurrerent guttæ. Lectuli quoque duritiem avide expetebat; sed propter ejus invalitudinem Benedictus Pater culcitram, eo nolente licet, substerni fecit. Ajunt nonnulli, qui se sæpe pro Christi amore flagellis cædi, nullo alio præter eum qui aderat conscio, jussit mediis fere noctibus, glacialibus profusus rigoribus, uno perraro tectus tegmine, sæpe in oratorio, quod in honorem Sancti Michaelis construxerat, soli Deo notus, vacans orationibus stabat. His aliisque virtutum fructibus intra exiguos stipatus annos, imminere sibi diem mortis cognoscens, cunctis Monasteriis in Regno Domini Caroli pene sitis per Scripturam notum fieri jussit, se ab hoc jam sæculo migrasse; sicque deinceps copiis virtutum repertans, Christo vocante migravit e mundo*, idque quinto *Kalendas Junii*, ut asserit Auctor Anonymus ejus Vitæ, qui jam dixerat, Willelmum ante mortem nuncium Regi Carolo delegasse, ut ei indicaret, *quando ejus animo de corpore exiret*. Ejus Vita ad diem XXVIII. mensis Maii in Actis SS. Bollandianis & in Sæc. IV. Benedictino part. I. legenda. Bernardus filius ei in Ducatu Septimaniæ & Arausionis Comitatu successit.

JESU CHRISTI ANNUS 814.	LEONIS PAP. III. ANNUS 19.	LUDOVICI 1. LEONIS ARMENI 1. IMPP.

1\. CHristi Redemptoris annus sequitur octingentesimus decimusquartus septimæ inchoatæ Indictionis, quo ab ipso Leone Imperatore dira excitatur persecutio adversus cultores sacrarum imaginum. De his acturi, quod primum ad temporis rationem spectat, cum constet Græcorum historicorum assertione, ipsum Leonem imperasse annos septem & menses quinque: cumque testificatione Micha-

De tempore persecutionis Leonis Armeni.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hispan. DCCCLII. Anno Hegiræ CXCIX. Inchoato die 21. Aug. fer. 2.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6307.

☉ 11. A. ☽ 13. P. 16. April. Indict. 7.

JESU CHRISTI 814.

LEONIS PAPÆ 20.

LUDOVICI IMP. 1. & 2.

LEONIS ARMENI IMP. 2.

A. C. 814. I. *Antonius Metropolitan Sylæi a S. Nicephoro anathemate percellitur.*

AD eum I. Hoc anno Concilium Constantinopoli habitum a Sancto Nicephoro Patriarcha & Episcopis CCLXX. adversus *Antonium Sylæi* Pamphiliæ Civitatis Metropolitam, ut liquet ex Oratione sive Epistola Synodica Orientalium aliquot Episcoporum ad Theophylum Imperatorem, publicata a Combefisio in Manipulo Rerum Constantinopolitanarum. Dicitur in ea Leonem Armenum Imp. falsum quemdam vatem nomine *Sabbatium* consuluisse, qui ei & filio *Constantino* annos duos supra triginta promisit, si omnem Imaginum memoriam aboleret. Imperator, accersito *Joanne Lectore*, ad eum, quæ a vate acceperat, refert, & *Joannes* loca librorum idola prohibentium Imaginibus Christi applicat. *Nicephorus* ab Imperatore vocatus cuncta ejus ratiocinia tanquam aranearum tela nullo negotio evertit, & *Joannes* a Patriarcha pœnitentiam petit & accipit. Accersit Leo Aug. *Antonium* Metropolitam Sylæi Civitatis, eique Patriarchalem Sedem promittit, si suscepti consilii adjutor esse velit; pollicetur ille propensissime se jussa facturum, qui tamen postea coram Patriarcha negavit se id unquam promisisse; sed cum interim tam *Antonius*, quam *Joannes* Venerandas Imagines idola esse obgannirent, Sanctus *Nicephorus* CCLXX. Patrum collecta Synodo, una quoque congregata Sacerdotum ac Monachorum Urbis Augustæ multitudine, Hæresiarcham anathemate ferit, & Christi hostem declarat. De eodem colloquio Antonii Sylæi Metropolitæ cum Imperatore loquitur Auctor incertus, qui Theophanem continuavit, sed Synodi mentionem non facit, & Joannem *Julio mense* socium impietatis Antonium sibi adjunxisse asserit; ex quo eo circiter tempore Synodum illam habitam intelligimus. *Circa Decembrem vero mensem*, inquit Continuator Anonymus, *Leo Patriarcha significat. Imaginum causa populus offenditur, dicentes: Perverse adoramus illas, & propterea Gentiles nostri dominantur;* sicque Imperator paulatim quod mente gerebat aperuit, sed ante annum sequentem Cultores Sacrarum Imaginum persecutus non est.

II. *Causa Imaginum anno sequenti vexata.*

Baronius quidem hujus anni initio persecutionem decretam esse arbitratus est. Verum Georgius Monachus in Vita Leonis Armeni hæc scribit: *Post alterum annum ad impletionem deficiens, ac, quam recta fidei professionem scripto ediderat, irritam faciens, haud secus ac Saul delapsus est. Nam & ille cum duos annos legitime Regnum administrasset, a recto deinde aversus tramite, divinaque denudatus Gratia, ac nequissimo spiritui traditus, adversus Davidem, cujus cumulatus beneficiis erat, armis instructus est, ac Sacerdotum patravit cædes. Haud aliter etiam infelicissimus hic Deoque infensus, post annum alterum, furore accensus, actusque rabie adversus pietatem, Divinum Nicephorum, a quo corona donatus erat, exilio mulctavit.* Præterea Leo Aug. circa Decembrem, anno Imperii sui secundo sententiam suam de non colendis Imaginibus Sancto Nicephoro patefecit, ut mox diximus ex Continuatore Anonymo Theophanis, qui addit de Nicephoro: *Imminentibus porro Festis* (nempe Christi Natalitiorum) *variis modis ac sermonibus Imperatori significat, & precibus simul sollicitat Patriarcha, ne depradationibus exponatur Ecclesia.* Tum de Imperatore scribit: *Solemni deinde pompa in Christi Natalitiis procedens, Ecclesiam ingressus est, & coram Altari ex Imperatorum consuetudine stetit; & Corporale, Sacrum Domini Nostri Jesu Christi Nativitate in eo depictum insigne adoravit, & osculatus est. Tali spectacula cunctis dolum & versutiam ejus ignorantibus factum satis.* Deinde Imperatorem ipso Epiphaniorum die, anni scilicet DCCCXV. se se ab Imaginibus colendis alienum publice prodidisse, his verbis idem Continuator docet: *Insequente pariter Luminum Festo æquali modo* (Leo) *processit, & ingressus* (nempe Ecclesiam), *non adoravit* (scilicet Corporale pictum) *primumque: illud simulanter haud vere exhibitum cognoverunt*, scilicet Patriarcha & Episcopi.

III. *Persecutionem sequenti tantum anno contigisse ulterum probatur.*

Post hæc demum *Leo* anno Imperii secundo, Christique DCCCXV. cultores Imaginum, quos flectere non potuerat, cum alios, tum præsertim Nicephorum persequi cœpit: *peractisque proinde*, inquit Continuator, *Festorum* (Natalitiorum & Luminum) *solemnibus, capit aggredi, velut Thomas Israelem, & Episcoporum quosdam blanditiis promissisque suffurabatur; & qui ipsi morem gesserunt ex eo, quem habebant ad præsens sæculum affectu, quippe prius juramento interposito, & Crucibus oppositis, pro veritate morituros se affirmabant, singuli fermo conversi sunt in partem adversum: eam ob rem per desertores Episcopos Patriarcha significat: Condescende modicum nobis, & futilia quæque resecabimus: si nolueris, in throno te residere non permissuros scito. His spretis, tanquam perjuris & crucicolcis, Patriarcha Imperatori denunciat: quod lubet, exequere: dogmatibus quippe a Patribus pie definitis nunquam nunciam remittam, neque contrarium sentientibus assibulabor. Hæc cum gererentur in infirmitatem decidit Patriarcha, &c. Cæterum Dei manu miraculorum effectrice nonnihil sublevatus est Patriarcha, quod cum rescisset Chamæleon* (id est Leo Imp.), *quorundam ope militer in Patriarchium clam penetrare disposuit, & silentio eum abducere. Erat porro juniorum mittum.* Græci anno DCCCXV. die

XI.

chaelis hujus temporis scriptoris, ubi res gestas magistri sui Theodori Studitæ prosequitur, pariter liqueat, hoc anno ipsum Theodorum a Leone in exilium missum: utique dicendum erit, hoc ipso primo Leonis Armeni anno cœptam persecutionem fuisse: numerat enim ipse septem annos exilii ipsius Theodori, quo solutus est, cum occiso Leone, Michael Balbus accepit Imperium moderandum. Quod ve-

PAGIUS XI. mensis Februarii Jejunium auspicati sunt, ideoque ante illum Christi annum Leo Imp. in cultores Imaginum non sævit.

IV. *Probatur tertio.* Denique Ignatius Diaconus in Vita S. Nicephori ait: *Nono igitur, una mense dempta, anno, post Sanctum ipsius & inculpatum Patriarchatum in supremam incidens ægritudinem, vitæ suæ finem nequaquam ignoravit.* Nicetas vero in Sancti Ignatii Patriarchæ Constantinop. Vita asserit, *Nicephorum* in Monasterium quoddam ejectum fuisse, *cum Ecclesiam Apostolice per novennium curasset.* In Tabulis Theophanis & in ipso etiam Nicephori Additamento anni novem Nicephoro attribuuntur. Quare cum die XII. mensis Aprilis anni DCCCVI. ordinatus fuerit, anno octingentesimo decimo quinto die XI. mensis Februarii in exilium missus est. Theophanes quidem Presbyter in Oratione de Translatione ejus Reliquiarum, affirmat, eas Constantinopolim translatas, *tertio Idus Martii, quo quidem die in exilium ejectus fuerat.* Sed dies qui a XI. Februarii, quibusve Nicephorus moratus est in Monasterio *Boni* Constantinopoli vicino, de quo mox, a Theophane pro exilio non habentur. Cæterum Nicephorum die XI. Februarii Constantinopoli abductum esse, præter citatum Continuatorem docent etiam alii. Ignatius enim in Vita Nicephori num. LXIX. scribit: *Patricio illius carceris, quo Divinus Pater tenebatur præfecto, contradita militari manu, media nocte Dominicæ lucis præcepit* (nempe Imperator), *ut Virum Sanctum in exilium deportaret.* Ignatio suffragatur Continuator Anonymus Theophanis, qui hunc patricium Thomam vocat, atque hunc Imperatori dixisse: *Tantum homines duos mitte, aliosque, qui efferant: non enim ingravescente valetudine, a se potest procedere: atque ita discede. Id ita fecit submissa nocte, qui Patriarcham ejicerent Ecclesia*, die scilicet XI. Februarii, in quem Dominica Sexagesimæ incidebat, post quam Græci inchoarunt Jejunium anni DCCCXV. cum e contra dies XIII. mensis Martii eo anno in feriam tertiam inciderit. Neuter itaque Historicus errat, licet Bollandus ad eorum verba hæserit. Ignatius, quemadmodum Theophanes Presbyter, Nicephori exilium a die XIII. Martii repetit, proditque eum relegatum, *nono uno mense dempto, anno.* Quare cum anno DCCCVI. die XII. mensis Aprilis Episcopus consecratus fuerit, anno DCCCXV. die XIII. Martii dignitate motus est, & Ecclesiam Constantinopolitanam rexit annos novem, mense uno dempto. Ex quibus tandem omnibus necessario consequens est, persecutionem adversus Sacras Imagines ad annum sequentem pertinere.

V. *S. Nicephorus ultra Stenum relegatus.* Quoad locum, in quem Nicephorus relegatus, tam Curopalates, quam Cedrenus in Vita Leonis Armeni Imp. affirmant, eum fuisse *Proconnesum* seu *Praconnesum*, quæ parva insula est in Propontide sita, inter Cyzicum ad Ortum & Hellespontum ad Occasum. Utrumque alii secuti sunt; verum eos hallucinatos esse non dubito. Nicetas enim in Vita S. Ignatii Patriarchæ Constantinop. Nicephori exilium his verbis memorat: πρὸς δὲ τοῖς δεξιοῖς τοῦ στενοῦ μέρη κατά τι σεμνεῖον αὐτὸν ὁ ἀπηνὴς ὑπερορίζει, quem locum sic vertit Interpres, *ad dexteriorem Steni, id est, angusti freti regionem, in Monasterium quoddam importunus ejecit*, nempe Leo Armenus Nicephorum, ubi suam interpretationem cum textu Græco miscet; cum vertere debuisset, *ad dexteriorem Steni regionem*, & postea, vel saltem per parenthesim, indicare Græcos *Steni* nomine angustum fretum, quod Constantinopolim inter & Chalcedonem situm est intelligere. Angustum illud fretum *Stenum* appellari, colligitur ex Suida in voce Ἠρακλεῖος idque variis certisque exemplis probat Ducangius in Constantinopoli Christiana lib. 4. cap. 10. num. I. Præterea Porphyrogennetus in Vita Basilii Imp. ἐν δὲ τῷ καλουμένῳ τόπῳ Στενῷ, τῷ αὐχένι τοῦ Εὐξείνου, οἶκον τοῦ ἁγίου Φωκᾶ πάνσεπτον ἔκτισε. Quæ verba sic vertit Combefisius: *In Steno etiam quod vocant (Euxini in cervice) Sancti Phocæ ædem extruxit.* Verum vertendum, *Euxini sc. faucibus* vel angustiis). Nam vox Græca αὐχὴν, a Porphyrogenneta eo in loco non in propria, sed in Metaphorica significatione usurpatur. Bosphorum itaque Thracicum *Stenum* absolute vocabatur, & littus tam a dextris seu in Asia, quam a sinistris seu in Europa, totusque tractus ille maritimus in quo variæ ædes & Ecclesiæ erant, eo etiam nomine vocabatur. Raderus laudatus Nicetæ Interpres, perperam etiam Theophanem *Sigriani* seu *Agrium* Cœnobii conditorem in eadem Vita vocat, licet in Græco dicatur tantum *Sigriani* Cœnobii conditor, & in controversia versetur, an Monasterium Sigrianum idem sit ac Agrianum, quam controversiam locus ille Nicetæ dirimeret, si in eo utrumque nomen legeretur. Sed de ea num. XII. verba faciam, contentus hic obiter monere Auctores Græcos de verbo ad verbum cum fieri potest, in linguam Latinam vertendos esse.

VI. *In locum circa Chalcedonem situm.* Porro si fretum Constantinopolitanum *Steni* nomine a Niceta designetur, ut nullus jure in dubium revocaverit, apparet *Nicephorum* non in Præconnesum, ut eam insulam Porphyrogenneta, aliique Auctores Græci rectius appellant, quam Cedrenus *Proconnesum*, sed in Monasterium trans fretum Constantinopolitanum positum relegatum fuisse. Ipsemet Nicephorus in Epistola ad Leonem III. Papam a se data, & a Baronio anno DCCCXI. num. XXIII. quo ea scripta fuit, recitata ait; *solitudinem quandam secutus, & jugum montis quod erat asperum & inaccessum, stadiis non paucis circa Proponticam Regionem, Regiis distans ab Urbe.* In illud autem Monasterium Nicephorus deportatus fuit, & usque ad mortem vixit. De eodem loquitur Ignatius Diaconus in Vita hujus Sancti Præsulis, a Bollando ad diem XIII. Martii primum publicata, & n. LXXII. scribit: *Mare dorso explicans in lintre excepit justum* (nempe Nicephorum) *ad Monasterium, quod ipse extruxerat, Bovi nomine ablegatum,*) sed loco, *Bovi*, legendum, *Boni*, ut postea monuit Bollandus, & certum reddit textus Græcus, in quo dicitur Monasterium τοῦ Ἀγαθοῦ quod a Ducangio in Constantinopoli Christiana lib. 4. cap. 15. num. I. inter monasteria suburbana Constantinopoleos numeratur), *Illic breves moras permissus age-*

ro tradunt omnes, non ita primum ac imperare cœpit, ipsum perturbare ac persequi cœpisse Catholicos, sed ubi omnium conciliasset sibi animos: plane id esse intelligendum oportet, quinque in his mensibus perseverasse, nempe totum quod excurrit, a quarto Idus mensis Julii, quo die coronatus est, usque ad finem anni superioris.

Cæ-

PAGIUS *agere, ab illius violentia auctoribus, in Monasterium longius dissitum, & ipsius quoque extructum opera, magni Martyris Theodori transportare jubetur. Haud enim ferendum putabant, ut vicina ipsorum dementia loca justas habitare conspiceretur.* In hoc ultimo Monasterio enul per annos quatuordecim vixit, a die sc. XIII. mensis Martii sequentis Christi anni usque ad mortem, in eoque sepultus est, ut tradit Theophanes Presbyter.

VII. *Describitur locus exilii S. Nicephori Patriarchæ Constantinop.* Ignatius Diaconus num. XII. & seq. pluribus illud describit, aitque fuisse e *regione Bosphori Thracii*, quo etiam nomine *Stenum* appellabatur. Ex quo evidens est, Præconnesum locum exilii Nicephori non fuisse; hæc enim non e regione Bosphori Thracii; sed ad ejus Meridiem sita. Denique Auctor Anonymus Vitæ S. Nicolai Studitæ dissidium omne tollit; ait enim, Leone Armeno mortuo, & Ecclesiæ pace a Michaele Balbo ejus successore reddita, exules domum rediisse: *Tunc sane*, inquit, *magna quoque illa* pietatis columnæ Theodorus ac Nicolaus Smyrna (qui selegati fuerant) *decedentes, solo atque uno baculo, locum ex loco pedibus iter carpendo mutantes, ad Prusa partes devenerunt; atque hinc tandem petentes Chalcedonem, deinceps que a tropeo appellati Patriarcha* (nempe Nicephori) *adspectu recreati, justo satis tempore lati admodum cum eo commorantur.* Quare Nicephorus per annos XIV. non in Præconneso, sed in tractu Chalcedonensi exulavit.

VIII. *Bulgari Adrianopolim depredantur.* Leo Ecclesiam depopulari non cœpit, nisi post mortem Cromni Bolgarorum Principis, ut testatur Continuator Anonymus Theophanis pag. 435. qui diserte asserit persecutionem motam *anno Imperii secundo*, postquam enarravit, interitum Cramni, quem & eisdem verbis refert Symeon Logotheta in Annal. num. X. & seq. Uterque Historicus relata inaugoratione *Symbatii* Imperatoria filii, die natali Christi anni superioris peracta, ut ibidem diximus, statim subjungunt: *Ceterum sudo hyemis tempestate orta, inque adeo fluviatilibus aquis subsidentibus, facta Bulgarorum ad triginta millia cataphractorum excursio; ventumque Archadiopolim, ac superata Rigio (hoc nomine fluvio nomen) ingentem ingentem hominum multitudinem sub jugum miserunt. Necdum vero transmissis captivis, ingenti imbrium vi in dies orta, sic fluminis aqua intumuerunt, ut maris prope vastitatem aquari viderentur. Cumque inde permeari non posset, dies quindecim in statione captivos tenuerunt; rogata illis frustra a Leone auxilia; nam nec animum attendit, nec Urbe ipse prodiit, nec qui suppetias iret, ullum alium misit. Jamque adeo facto sereno, atque flumine intra alveum compresso, ipsosmet captivos ligna cadere ac pontem extruere coegerunt: inque hunc modum cum sedeat, ad quinquaginta circiter millia Virorum, mulierum ac puerorum, amnem transmiserunt: omnemque eorum substantiam, Armeniacas vestes stragulas, grandesque arte pictas tapetes ac vestimentorum multam supellectilem, vasaque ænea, cuncta curribus imposita; omnes denique greges & armenta, bovesque & oves converterunt; hæque demum præda, in Bulgariam intrarunt, nec qui* *Dei indulgentia, iniqua sceptra moderabatur, aut ipse opem laturus superbis egressus est, aut qui ferrent alios allos destinavit.*

IX. *Crumnus Rex Bulgaria extinguitur.* *Jam igitur perlatus ad Leonem rumor*, Ingentem Crumnum conflare exercitum, Avaresque, & Sclabinorum copias omnes adlegisse, ad hæc
„ instrumenta atque machinas tormentaque ex-
„ pugnandis Urbibus comparata omnis generis
„ struere ingentia sane illa, &c. quidquid de-
„ nique machinarum quatiendis crocodisque,
„ turribus ac propugnaculis, ad Urbis exci-
„ dium adhiberi queat. (*ad Urbis occiduam partem, murosque Blachernarum visum illi adhibere omnia, ubi & telo petitus fuerat,* (anno nempe superiori) *boum decem millia excubiis convehendis stabulari, suosque ferro vincti jussi fieri, ad quinque millia. Leo hisce apparatu audito missisque exploratoribus, ac veritate comperta, ingentibus conductis copiis ac artificum turba extra Blachernarum murum, murum alium adsistere cœpit, vallumque latum excisum apposuit. Jamque cepta solummodo opere, ac necdum peracto, Deus, qui dissipat consilia gentium, & reprobat cogitationes populorum; reprobatque consilia Principum; ut ostenderet nihil quemquam juvare ad aliquid præstandum, industriam propriam ac potentiam, nedum vere exorto, ut quorumdum a Bulgarica captivitate receptorum relatu compertum est; atque scilicet feria quinta Paschatis, Bulgariæ Princeps, clarissimus Crumnus, qui capiendam Urbem animo destinaverat, invisibili Dei Potentia mactatus, fatis concessit, sanguinis rivos ore, naribus auribusque profundens; atque in eum modum animam in malis abrupit.* Funibus a subditis strangulatum fuisse legitur in Menæia Basilii Imperat. ad diem XII. Januarii.

X. *Leonis in inani de ea morte jactatio.* *Ex successu animo elatus Leo, ac si ipse non Deus hostem profligasset, destinatis in omnes Urbes ac Provincias devalibus literis in has verba*
„ *scribit*, Bulgaros offendi jam Urbi imminen-
„ tes, meaque solertia & robore; facta denique
„ impressione, eo telis confosso, qui inter eos
„ Primus ac Princeps erat, omnes internecione
„ delevi; eoque vulnere, *inquit*, hostis noster
„ occumbit. *Atque hæc hactenus. Ajunt vocem cœlitus missam mox erupisse, impii Regis mortis nunciam, ipsamque non paucis navigantibus auditam; signatoque tempore & hora (cum hora noctis decima ageretur) qui observarunt, sic tandem se rem habuisse invenerunt.* Hæc Symeon Logotheta, & iisdem pene verbis Continuator Anonymus Theophanis, nisi quod hic illius vocis *cœlitus missæ* non meminit, & flumen quod Simeon *Regio*, ipse *Reginam* appellat; & revera in Notitia Imperii *Regina* Urbs est Mæsiæ Primæ, quæ nomen a fluvio accipere potuit. Cum porro Leo se se jactaret, quod Bulgaros Urbi imminentes offendisset ac superasset, apparet, *Crumno* demortuo Leonem in Bulgariam perrexisse, & *Mesembriam* Bulgaris stratagemate eripuisse, quod Continuator & Symeon tacent, sed quod pluribus exponit Constantinus Porphyrogennetus lib. I. num. 53. qui tamen memoratas Bulgarorum devastationes prætermisit. Ait enim Constantinus cum Leo audisset, Bulgarorum Principem vicinam vastare Regio-

gem,

Digitized by Google

II. Cæterum cum multi velint hæreseos veneno ante imbutum Leonem illud ipsum occultasse ad tempus, usquequo Imperium stabilisset; aliorum diversa de his est sententia, nempe ex Orthodoxo deceptum fraude hæreticorum, hæreticum evasisse, remque gestam sic narrant (a):

(a) Cedren. in Leon. & alii.

Sabbatius monachus hæreticus quomodo decipit Imp.

Quo tempore, cum videlicet Bulgaros prælio superasset, recordatus Leo Imp. monachi Philomeliensis, qui eo tempore, quo sub Barbadunio Duce Orientis militabat prædixerat ipsi Imperium, decrevit muneribus ac donariis compensare. Mittit ergo suorum quemdam fidelissimum, qui ad eum deferret donaria, supellectilem, vasa argentea & aurea, ac species odoratas, quales ad nos ex India afferuntur. Verum his monachus jam tum vitam cum morte commutarat, successeratque ei Sabbatius quidam, totus impia Iconoclastica hæresi immersus. Ad eum cum venisset Legatus Imperatoris, hortatus est, ut munera præceptori suo missa perciperet, litterisque ac precibus Imperatorem remuneraretur. At Sabbatius munera respuere, ipsum retro abire jubere, adeoque Imperatorem dignatione ista indignum dicere, simulacrorum cultui deditum, & Irenæ Imperatricis, Tarasiique Patriarchæ statutis obtemperantem. Irenam impurissimus homo Pardalim, & Baccham, Tarasium vero nobilem in Patriarcharum numero, Taraxium, quasi perturbatorem denominabat. Celerem quoque Imperii, & vitæ amissionem Leoni minari, nisi quamprimum sibi parens, sacras deiiceret Imagines.

III. Theodoti Melisseni fraus ad seducendum Imp.

Imperator iis litteris acceptis, cum ex Legato intellexisset quæ ex monacho audivisset, animo majorem in modum perturbato, Theodotum Melissenum ad se vocat, cumque eo quid agendum sit, deliberat. At vero Theodotus jam pridem hæresi ista infectus, occasionemque palam impietatem profitendi præstolatus, hoc consilii dat Imperatori. In Degistensi monasterio degere monachum quemdam, mirabilia edere facinora. Cum hoc rem communicandam, ejusque sententiæ obtemperandum. Hæc cum Leone locutus, statim ab hoc ad monachum eum se contulit indicatque Imperatorem vili habitu ad ipsum proxima nocte venturum, & de religione consulturum, aliisque gravissimis negotiis. Proinde meminisset, ei præsentem Imperii, vitæque amissionem denuntiare, nisi ultro Leonis Isauri Imperatoris decretum amplectens, idola (sic sacras imagines appellabat) divinis ædibus exturbaret. Sin hoc fecisset, fore dominationem, vitamque ejus diuturnam atque felicem. Hoc modo subornato monacho, & quæ cum Imperatore loqui deberet instructo, abiit.

IV. Leo Imp. seducitur ab hæretico monacho.

Paulo post noctu Imperatorem vili habitu velatum ad monachum adducit. Ibi jam inito colloquio, monachus proxime ad Imperatorem adsistens, veluti qui divino instinctu Imperatoriam majestatem adesse sentiret: Non recte, inquit, abs te factum est, Imperator, quod nos privato habitu decepisti, intus occultans, tuam personam. Sed quamquam tu hoc agis, nos tamen gratia divini Spiritus non diutius est passa a te falli. Hoc ut audivit Imperator, seque frustra conatum vili habitu Imperatoriam dignitatem celare putavit, animo perculsus est, ut poterat, istius machinationis ignarus: monachumque divinum hominem esse fassus, imperata ab eo obedienter & sine mora se facturum promittit, atque ita venerabilium imaginum ab eo mandatam dejectionem suo suffragio probat. Principio deinde cogitavit, quo pacto promissa occulte impleret, ne quam ea res in Ecclesia excitaret seditionem. Sed post publice quoque decretum ea de re proposuit proceribus & Ecclesiasticis partim ultro, partim contra animorum suorum sententiam obtemperantibus. Hæc auctor. Verum singulos ea in re progressus audiamus a Michaele rerum inspectore in vita Theodori Studitæ locupletius ista tractante, qui ita exorditur indictam ab Imperatore Orthodoxis persecutionem:

V. *Sumpto* (inquit) *Imperio, haud omnem subito proferendam censuit immanitatem, verum conciliatis prius sibi atque inter se iis qui diffidebant, quorum multos sentiebat infesto & alieno a se animo esse ob usurpatam tyrannidem, ut qui ergo Imperatorem suum benevoli ac fidi essent, cum proceres ac magistratus clam ac callide sensim seduxisset, omnesque ut sibi videbatur, in suas partes pertraxisset: tum demum latens animi vitium prodere, in lucro posuit. Omnemque protinus impietatem ostentans, in hanc vocem detestandam, quam cognominis sui Leo usurpavit, sceleratus erupit: Non decet, o fidi mihi comites, colere, aut venerari, vel recipere prorsus, aut retinere imaginum effigies: sed tollere illas atque humo allidere, ut quæ manifesta sint idolorum simulacra. Atque hac vesana lingua effu-*

Leo Imp. palam detestatur cultum Sanctarum Imaginum.

PAGIUS nem, domosque incendere, ad eum Legationem misisse, *ubi autem nihil Barbari iras inflexit, diruta mænium, opera sua studioque instaurans, Urbis res brevi in tuto posuit*, & Mesembriam venit, ubi Bulgari ab eo superati, quod Constantinus fuse enarrat.

XI. A num. II. ad XLII. Cedrenus & Zonaras a Baronio laudati tradunt, *Leonem* Imp. cum *Bulgaros* prælio superasset, adversus Sacras Imagines excitatum fuisse, tam a *Sabbatio* Monacho quam a *Theodoto Melisseno* jam pridem hæresi Ico-

effutiebat imprudens non domesticis tantum, sed omnibus, si posset propinare cupiens impietatem suam.

Quare quos videbat sententiæ suæ mordicus esse, atque ab eo omnino pendere (quos quidem non immerito vasa iræ ac nequitiæ principes, dicere liceat, Pau-
(a) Rom. 9. *lum (a) imitando) hos ille consilii sui socios, malorumque omnium præsides constituendos existimavit. Quorum omnium coryphæus atque ductor Joannes ille fuit,*
Joannes Dux Iconoclastarum. *cui Lecanomantis cognomentum a suis inditum, quod vaticiniis (ut ego arbitror) aliisque turpissimis rebus deditus erat, cui jam lingua esset prompta & exercita, multaque & varia sophisticarum artium, externarumque disciplinarum cognitio, ob eam causam in pretio erat apud Imperatorem, cujus ille velut os vulgo habebatur, omnibusque negotiis rebusque gerendis adhibebatur.*

VI. Imp. frustra tentat Nicephorum Patriarcham. *Quæ cum illi præclaro, atque ex animi sententia fluere viderentur; ipsum etiam Ecclesiæ Archipastorem aggrediendum sibi putavit, non aspere quidem initio, nec arroganter, sed blande potius, atque adulantis in morem. Quo cum solo solus congressus, postquam omnes machinas illiberali simulatione admovens, re ipsa perspexit, non modo expugnare non posse verissimum rectæ fidei præconem; sed ipsum etiam ut numini adversum conviciis non levibus appetens, stigmaque ejus audaciam proscindens: tum a divino viro penitus abscessit, majore mox apparatu & illum, & adversantes simul omnes oppugnaturus.* Subdit hic Michael, alia plura de congressu, quem postea idem Imperator habuit cum Orthodoxis Episcopis & monasteriorum Præpositis: sed quod ipse res dumtaxat Theodori sit prosequutus, audiamus primo de eo congressu quæ scripserit Theostericus (b)
(b) Apud Sur. extat to. 2. die 3. April. in Niceta, auctor & ipse temporis hujus. Atque primum unde ipse exorditur dicere, de præcipuis Imperatoris ministris, quibus est usus ad hæresim propagandam. Ait enim:

VII. *Cœpit igitur Leo Imperat. sancta sanctorum persequi, quemadmodum & Leo Isauricus fuerat persecutus. Deinde suorum mysteriorum duces, pravarumque rerum magistros quærebat. Invenit paucos quosdam e Senatu, Joannem scilicet co-*
* *gnomento *Spectam, & Eutychianum. Ad hæc & ex sacerdotum numero aliquos invenire cupiebat. Diabolus igitur, qui hæc in ejus mentem conjecerat, Byzantium lustrans, invenit Joannem quemdam, co-*
Quos sui erroris fautores Imp. nactus sit. *gnomento Grammaticum, novum Tertullum, quem manu apprehensum ad Imperatorem duxit, & ait: Habeas hunc hominem tibi in eo, quod cupis utilem futurum: Vas enim electionis est mihi iste, ut portet nomen meum contra Orthodoxos. Quemadmodum igitur Paulus Christi vas, ita & hic diaboli os factum est: & sicut torrens ex diversis imbribus constans maleolentes & perturbatas aquas defert; ita & iste ex fœdo cordis sui thesauro graveolentia & cœnosa dogmata produxit, eos, quos prope se habebat, turbido quodam potu evertens. Habebat autem adjutores ex iis, qui infra solium regale erant, Antonium Syleum, e monachis vero Leontium quemdam & Zosimum, qui illis ipsis diebus in adulterio deprehensus, truncis manibus, mortuus est.* Hæc de adinventis ad scelus præcipuis ministris Imperatoris auctor, qui & de congressu cum Orthodoxis subjicit ista:

VIII. Imperator congressum habet cum Orthodoxis. *Post hæc omnem monachorum multitudinem cum Episcopis & Metropolitis ad sanctissimum Nicephorum Patriarcham coegit. Qui per totam noctem in magna Ecclesia pernoctarunt. Mane vero ipsos ad se Imperator accersivit. Habebat autem secum intra palatium occultos quosdam fallaces homines & malorum magistros, quos veluti gallina quadam in regia domo fovens, & animans, eisque dona promittens, jubebat nihil metuere. Jussit autem & Patriarcham solum in primis ad se introire, ignorans quænam inter ipsos seorsum dicta fuerant. Deinde omnes accersivit. Itaque ante illum stetit Patrum caterva lectissimorum hominum ac sanctorum, qui Angelis similes erant ac divini. Aderant & Imperatoris Optimates & totus Senatus. Sanctissimus igitur Nicephorus eos, qui gradus dignitate præstantes erant, affatus: Agite, inquit, dicite mihi: Potestne cadere quod non est?* casui expositum scilicet. *At illi cum ad ejus interrogationis obscuritatem ambigerent, & nihil responderent, sed se vicissim intuerentur: rursus Patriarcha ab eis quæsivit: Num Leonis & Constantini Isaurorum tempore sancta imagines cecidissent? Illi vero cum capita deorsum inclinassent, & nutu verum esse quod Patriarcha quæsierat, significassent, quod satis erat ad eorum quæ privatæ inter se dixerant propositum confirmandum: cum Patriarcha: Quomodo, inquit, quod non stat, potest cadere? Ad hæc nihil respondit Impe-*

PAGIUS

Decernitur persecutio adversus cultores Imaginum. conomachorum infecto, ut pluribus refert Baronius num. II. & seqq. Postea *Leo* socios & Magistros impietatis invenit, *Joannem nominatum Spectam & Eutychianum*, & ex ordine Sacerdotali *Joannem cognomine Grammaticum*, ut docet Theostericus in Vita Sancti Nicetæ Hegumeni Mediciensis in Bithynia, qui addit ex iis, qui sub throno erant, adjutorem ei fuisse Antonium Sylæi, Metropolitam nempe, ex Monachorum autem numero *Leontium quemdam & Zosimum*. Continuator citatus Theophanis Joannem Grammaticum *Hylilam* cognominatum & an-

perator, sed ad Patres conversus ait:

IX. *Scitote Patres, me idem sentire quod vos, simulque effigiem quamdam, quam in sinu gestabat, extulit, & per simulationem illam adorans; sentio, inquit, quod vos, at videtis, neque a vobis dissideo. Verum quidam surrexere, qui aliter docentes, eam viam rectam esse dicunt, quam ipsi tenent. Prodeant igitur eorum vobis, & materia hæc inter vos inquiratur. Et siquidem vobis persuaserint, quod ipsi recte dicant, neque vos quod bonum est, impediatis. Si vero ipsi a vobis persuasi fuerint, quod res novas doceant: desistant a prava doctrina, & recti dogmatis sententia vigeat, ut antea. Nam si de alia aliqua re minoris momenti ad me relatum esset, neque ita decoret me eam rem tacitam præterire: Quomodo de Ecclesiastica quæstione tacuerem?*

Vult Imp. Orthodoxos & hæreticos simul congredi.

Quando hæretici non audiendi, sed docendi.

Videri posset rerum Ecclesiasticarum rudibus petitio ista Imperatoris æquissima, ut de dogmatia veritate inter se conferrent coram Imperatore ad veritatem conquirendam Orthodoxi atque hæretici. At longe aliter res se habet: Ubi enim aliquid per Synodum Oecumenicam semel definitum est, amplius ad differendum & contradicendum hæretici non sunt admittendi, sed docendi velint. Quod pluribus docuit S. Ambrosius suis scriptis Valentinianum Augustum. Deinde quod sacerdotum est & non Imperatoris, & in Ecclesia & non in palatio de Fide agere, ut in Constantium Imperatorem Mediolani a Patribus dictum est: juste quidem ac probe (licet non deessent inter eos, qui & scientia & dicendi facultate præstarent, & inter alios magnus ille Theodoras Studita) noluerunt Patres id concedere Imperatori illicita præsumenti. Quid autem tunc ad hanc Imperatoris rogationem responderint, idem dicere pergit Theosterictas:

X. Æmiliani Episc. sententia.

Illi vero (inquit) *nempe Orthodoxi, cum neque passi essent eos homines, de quibus Imperator dixerat, coram se prodire, neque dicendi facultatem dandam esse dicerent, sed velut execrabiles quosdam eos haberent; ad hæc cum certo scirent Imperatoris voluntatem ad malum proclivem esse, neque unquam se illi persuasuros fore, quamvis totam scripturam testem ei afferrent: Æmilianus Cyzici Episcopus: Si quæstio, inquit, Ecclesiastica, Imperator, hæc est, ut dixisti: in Ecclesia inquiratur, ut mos est. Altius enim & a principio ipso, Ecclesiasticæ quæstiones in Ecclesiis, non in palatiis regis inquiruntur. Respondit Imperator: Sed & ego filius sum Ecclesiæ; & ut vos conciliem, utrosque vestrum audiam, & utraque vicissim diiudicans, vera cognoscam.*

Ad hæc Michael Sinnacolorum Episcopus: Si nos, inquit, conciliare vis: quare non id facis, quod conciliantem decet facere? Quippe qui alios quidem in palatio occultos detines, & ad te congregas; quibus excitatis, impiorum dogmatum docendorum facultatem præbes: Alii vero neque in angulis aliquid loqui audent, ubique edictis tuis perterrefacti. Non est hoc conciliantis, sed tyrannidem inferentis indicium. Non est ita (inquit Imperator) *sed ut prædixi, ita ego sum, ut vos estis. Sed quoniam ad me de ea re provocatum est, non decet silentio me illa præterire. Quanam causa est, quare cum his hominibus nolitis loqui? An ipsi dubitatis, & testimonium non habetis, quibus vestra dicta confirmentur?* Michaelis Episc. sententia.

Ad hæc Theophylactus Episcopus Nicomediæ dixit: Testis Christus est, cujus effigiem vides ante oculos in primis descriptam, infinitis testimoniis nos abundare, quibus id confirmare possimus, neque dubitamus, ut tu suspicaris; sed non habent isti aures audiendi, ob idque nihil illos juvaremus; potentia enim & Imperio nos oppugnamur. XI. Theophylacti Episcop. sententia.

Post hunc & Petrus Nicææ Episcopus: Quomodo, inquit, cum illis nos loqui vis, quibus tu auxilium affers? An illud ignoras, eos, qui Manichæi dicuntur, si huc ducas, & eorum propugnator sis a te adjutos, potentiores quam nos futuros? Non temere sanctissimus Petrus hoc dixit; ubi enim impietas ipsa cum potestate conjuncta est, illic veritas superari videtur, & justitia tyrannide oppressa conculcatur. Petri Episc. sententia.

Post hæc sacer Euthymius Sardensis Episcopus liberiori usus oratione, sic Imperatorem affatus est: Audias Imperator. Ex quo tempore Christus in terram descendit, usque ad hunc diem per octingentos annos & amplius in Ecclesiis, quæ ubique gentium sunt, Christus ipse depingitur, & in imaginibus adoratur. Et quisnam tam arrogans est, qui audeat totam eorum traditionem a sanctis Apostolis, Martyribus, ac piis Patribus profectum dissolvere, vel paululum movere? Apostolo ipso dicente (a): *State igitur fratres, & tenete traditiones, quas edocti* Euthymii Episcop. sententia.

(a) 2. Tes. 2.

PAGIUS antesignanum conspirantium contra Sacras Imagines fuisse prodit. Tum anno sequenti Leo Monachorum multitudinem cum Episcopis & Metropolitis apud se vocavit, primumque jussit solum Nicephorum Patriarcham introire, *ignorans quanam inter ipsos secreto convenerant; deinde omnes advocavit. Stetit igitur eorum eo caterva electorum Patrum, Sanctorum æqualium Angelis, & divinam speciem præferentium: adstabant vero & Imperatorie Magnates, & universus Senatus*, inquit Theostericlus citatos num. XXXVII. Nicephorus egregie pro Sacris Imagi-

cti estis sive per sermonem, sive per epistolam nostram. (a) Gal. 1. *Et alio loco (a): Quamvis Angelus de cælo evangelizet vobis præter id quod accepistis: esto anathema. Quamobrem adversus eos, qui ante nos hæresim hanc excogitarunt, Synodus apud Nicæam urbem iterum collecta est sub Irene & Constantino piis Imperatoribus. Hanc Synodum ipse Dei Filius proprio digito signavit: Quicumque audebit ex ipsa movere, vel expungere, anathema esto. Cum hæc audisset Imperator, & simulatæ mentis esset, facile se hæc pati simulavit.*

XII. *Respondit autem & Theodorus vehemens Ecclesiæ magister, dux Studitarum: Ne tentes nunc, o Imperator, Ecclesiasticum statum dissolvere. Ait enim Apostolus (b): Quosdam quidem posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio pastores, & doctores ad perfectionem Sanctorum; non dixit, Reges. Tibi quidem, o Imperator, civilis status, & exercitus commissus est. Hæc igitur cura. Ecclesiam autem pastoribus & doctoribus (ut ait Apostolus) derelinque. At si non vis hæc facere: Si quis pervertendæ Fidei nostræ causa de cælo nobis aliquid annuntiaverit: ipsum non audiemus, tantum abest, ut te audituri simus. Tunc Imperator furore admodum exardescens, & quod recte dictum fuerat, velut injuriosum quiddam accipiens, omnes ejecit, sanctum vero Theodorum in exilium misit.* Ita Theosterictus postrema ista summatim perstringens: siquidem multa alia intercesserunt, antequam Theodoro decerneretur exilium, plura prætericns, quæ adversus eumdem Imperatorem in hoc eodem congressu sunt dicta, cum ille exuens quam superinduxerat personam Catholici hominis, aperte coram illis cœpit hæresim propugnare. Michael enim, qui Theodori Studitæ prolixius res gestas est prosecutus, sigillatim cuncta recenset, quæ hic tibi labori non parcentes reddituri sumus: narraos ipse quæ tantum sunt Theodori, sic rem cum ipso gestam ab exordio incipit:

(b) 1. Cor. 12.

Theodori Studitæ aurea sententia.

XIII. Differit palam Leo adversus Imagines. *Cum igitur die quadam cum incredibili fastu consedisset, nequissimorum hominum corona cinctus, qui impietatis tutelam ac patrocinium susceperunt: convocantur una omnes eodem sacerdotes pariter & monachi, atque ipse adeo sanctissimus Patriarcha, magnusque Theodorus Studitarum præfectus. Quibus audientibus, irridere demens cœpit atque intemperanti ore subsannare sacrarum imaginum adorationem, vecordes, sensusque expertes eos vocans, qui illas erexerant: Lex enim (inquit) quam magnus Moyses Dei digito scriptam olim accepit, diserte ac perspicue prorsus vetat, ne manufactum quicquam colatur; neve imago ulla, ejusve similitudo statuatur, diris eos devovens, qui tale aliquid facere præsumpserint, cum idolici cultus & stolidæ illud amentiæ inventum sit, imagines fingere, divinumque nomen illis imponere, quod non modo indecorum, sed absurdum etiam est, & plane pugnans, incircumscriptum circumscribi putare, ut cubiti unius tabulis eum, quem locus nullus capiat, includere. Hæc enim qui ante me regnarunt, Imperatores, perperam fieri cum cernerent, Leonem dico & Constantinum, & qui ex iisdem natus ei successit, imagines deiici, earumque cultum explodi jusserunt. Hæc impius atque his absurdiora delirans evomebat, & quasi præclarum quiddam diceret, turpissimis dictis gloriabatur, pessimis illis, quorum consuetudine utebatur usquequaque fretus, illorumque ante omnes præside ac magistro, cujus maxime verbis (ut dictum est) imbutus fuerat.*

At divinus Patrum cœtus nihil ad hæc commotus, multiplicemque Tyranni manum ac potentiam nihili faciens, ejus orationis vanitatem redarguebat, ineptamque, & insanam doctrinam multis sacrarum litterarum testimoniis confutabat: Orthodoxi dogmatis eversionem, & Domini ad nos adventus negationem hanc ejus fallacem, & perniciosam doctrinam vocans, ut quæ infinitam absurditatem, erroremque & improbitatem contineret. Etenim si sanctarum, ajebant, imaginum venerationem ejuramus, inanis utique fides nostra, inanis prædicatio. Frustra nobis divina olim Patres tradiderunt. Evanescet nobis omnis unctio & virtus, Deique cognitio, ac denique simul omnia concident, & pessum ibunt. Dominicæ siquidem imaginis abrogatio non solum Dei mundatorum abrogationem affert, sed ipsius etiam ante imagines, Filii Dei, qui communione carnis nobiscum conversatus, & homo nostri similis factus, & divinæ suæ formæ characterem nobis ostendit: quem tu, nescio, quam ob causam abnegans, non tibi tantum pessime consuluisti, sed simpliciorum quoque animas, ut improbitas tua notior esset, in parem frau- XIV. Redarguunt patres dicta ab Imp.

PAGIUS ginibus peroravit, noluitque coram Judice seculari in colloquium venire, uti narrat Baronius. num. VIII. & seqq. Tum num. XXVIII. refert Baronius exilium Sancti Nicephori, aliorumque qui idem sentiebant. *Nicephorum* tamen nonnisi anno sequenti, die XI. mensis Februarii, in exilium missum esse, suo ostendimus.

XII. Baronius num. XXXI. videns Theophanem a Cedreno Monasterii *Magni* Agri, & a quibusdam aliis Monasterii *Sigriani* Præfectum appellari, anno DCCCVI. num. I. ex uno Theophane duos fecit. Cum tamen idem Monasterium

fraudem & exitium induxisti. Nos vero vel assidere vobis solummodo, cum tales sitis, aut in unum coire, longe abest ut decere arbitremur. Suffragatur enim (a) Ps. 25. *nobis divinus David (a) non sedere docens in concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introire, & in Ecclesiam malignantium non ire, nec cum illis congregari. Atque in hunc modum Patres uno simul ore talia loquentes, apostatæ sententiam prima velut acie impugnabant, summam ejus fraudem & nequitiam ostendentes.* Puto quidem eum qui hæc scripsit, Michaelem Studitam & ipsum una cum Patribus istis interfuisse: nam quæ fidelissime narrat, æque ex epistolis ipsius Theodori Studitæ certam sibi conciliant fidem. Pergit vero de eodem Theodoro dicere:

XV. *At parens noster Theodorus tenere se non potuit, quin majorem & apertiorem dicendi fiduciam demonstraret, totumque insani hominis consilium & occultam ejus cogitationem penitus patefaceret. Quare ut primas inter eos, qui convenerant, & eloquentia & virtute facile tenebat, hæc animo constantissimo, summaque verborum libertate dicere aggressus est:*

Oratio Theodori contra Imp. O *Imperator, quo consilio pacatam nunc & tranquillam Dei Ecclesiam turbare, ac pervertere ausus es? Nec tibi illa, quæ iis acciderunt, qui illam ante te persequuti sunt, quorum tu modo nomina commemorasti, in mentem venerunt; nec impetum tuum retardarunt? Qui cum paria sibi facerent, sacrasque imagines contumeliose tractarent, dici non potest, quam graves pœnas dederint, ut testata litteris eorum improbitas ad posteros transmitteretur. Nec te diuturna, ac longis temporibus confirmata divinarum imaginum veneratio, Deiferorumque Patrum constans de ea consensus & conspirans sententia movet, novorum dogmatum propugnator, ut a perversis istis & exitiosis rebus abstineas, & meliora secteris, sententiam mutes, & veritatem agnoscas? Numquam audisti,* (b) 1. Tim. 6. *quid B. Paulus (b) dicat, Timotheo scribens? Nam & hoc aliquando te tractasse arbitror, quamvis nunc illa ex animo ejeceris: Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus, & ei, quæ secundum pietatem est doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & pugnas verborum ad subversionem audientium. Et rursus i-* (c) Ibid. *dem (c): Denuntia illis, ne aliter doceant, neque intendant fabulis interminatis, & quæstionibus vanis, quæ a recta via aberrare eos faciunt, & ædificationem Dei, quæ est in Fide, destruunt.*

XVI. Refellit ex lege veteri sumptum contra imagines argumentum. *Quod & tibi prorsus accidit, qui futilibus sermonibus animum adiiciens, & sacras imagines idola vocare non erubescens, tamquam in arcem quamdam, ad legem veterem te convertis, utque inde argumenta tibi desumas, quod nihil creatum, nihil manufactum, nihil denique aliud ex his, quæ similitudine effinguntur, amplectendum, aut ullo penitus honore colendum sit. In quo illud primum te cogitare oportebat, Imperator adveniente gratia, legem cessasse, quam observasse nunc summæ dementiæ foret; alioqui circumcidi nos conveniret, & sabbata colere, & alia quæ sunt scripta, facere, ne legem videamur dimidiatam tantum observare. Deinde hoc etiam cogitandum erat, legem hominibus datam fuisse qui ex Ægypto nuper egressi, ad Ægyptiorum æmulationem propenso studio ferebantur. Ægyptii autem omnium, qui idola finxerunt infelicissimi fuerunt, ut qui vilissimis rebus, & aliarum gentium sensu turpissimis divinos honores tribuerunt. Unde Propheta cum leges daret, qui apud illos educati fuerant, omnis formæ similitudinem interdixit, tamquam hominibus ad deceptionem paratissimis, & manufactorum cultui inhiantibus. Neque tamen id semper observasse visus est, cum in tabernaculo Cherubim fabricatas fit, easdemque in Propitiatorio collocarit. Et illis quidem magna cum honore hæc erant & admiratione.*

Deus factus homo juste pingitur. *Nos vero superveniens gratia ab omnibus illis abduxit, & ad meliora, multoque præstantiora traduxit. Quid enim majus, illustriusque esse possit, quam in carne apparuisse nobis æternum & incomprehensum Deum & gloriosæ formæ suæ speciem omnibus repræsentasse? Quinimmo, ut tibi rem altius explanem, postquam conditor & Deus noster, qui hominem bonis omnibus ornatum creavit, vidit ipsum peccato abreptum similitudinem suam amisisse, libuit illi inenarrabili dispensatione carnem nostram assumere, ut lapsum erigeret, immaculatamque imaginis pulchritudinem repararet. Idcirco naturam nostram totam sibi uniens in substantia, inconfusas utriusque naturæ divinæ scilicet & humanæ retinens proprietates, orationem omnem excedente admirabili earum concursu & conjunctione.*

PAGIUS

Theophanes Nicephorum in exilium ductum e longinquo salutavit. rium situm in Sigriana Regione & in Asia Minori prope Cyzicum; cui præerat S. Theophanes, modo *Sigrianum*, modo Monasterium *Magni Agri* appelletur, ut ostendit Bollandus in Vita S. Theophanis ad diem XII. Martii, & demonstret hic locus Symeonis Logothetæ in Vita Leonis Armeni, qui Bollandi tempore non extabat. Ille enim num. VI. ait: *Nicephorum Patriarcham, & Theodorum* (nempe Studitam) *exilio relegavit: quando etiam ferunt. Nicephorum Patriarcham in exilium proficiscentem Theophanem Sigrianum nuncupatum Magni Agri (sic dicti*

Hinc & sacræ carnis suæ figuram nobis honorandam & colendam & adorandam dedit, ut in imagine stupendum Incarnationis mysterium ipsis oculis cernamus, & a Christi descriptione, quæ in imagine cernitur ad intellectualem & omnis figuræ expertem Dei formam mentis oculos convertamus, in eam adspirantes perpetuo, nullique caduca rei animum obstringentes.

XVII. Nascens cum Evangelio cultus sacrarum imaginum.

Quo autem divini characteris fides nobis certior fieret: idem ipse, qui eam gerit, Salvator noster suæ ipsius faciei oris formam admoto ad faciem linteo expressit atque effinxit, petentique Abgaro (vir erat fidelis, & inter Edessenos primarius) misit. Qui divinam illam effigiem complexus, incredibilem ejus vim mox sensit, omnibusque patefecit, diuturno atque incurabili morbo, quo tenebatur, liberatus, nec magis corpore, quam animo corroboratus. Lucas vero, qui sacrum composuit Evangelium, cum Domini pinxisset imaginem, pulcherrimum & plurimi faciendum opus posteris reliquit: aliique deinceps quamplurimi imagines sacras affatim effingendo, publice consignatum earum cultum conservarunt. Nec locus ullus est, non Regia, non domus in qua divinæ imagines eorum affixæ non sint. Quippe omnibus veneranda, minimeque pudenda res est, cui temporis lapsus & auctoritas honorem constituerunt. Annis igitur octingentis & eo amplius promulgatam, & ab omnibus receptam atque confirmatam imaginum venerationem, jamque una cum Christianismo auctam & propagatam (uno siquidem, parique gressu incesserunt Christianismus & imaginum efformatio) tu nunc, temporis momento, soluque pro animi tui libidine tollendam e medio censuisti, & cum dedecore explodenda, quæ laudem, honoremque merebuntur?

XVIII. Impie vocari idola sacras imagines.

Neque ipsum salutare nomen reveritus es, ut idola (o verborum perversitatem!) sacras imagines appellares? unde, & a quo doctus? aut quisnam est, qui te docuit, imaginis atque idoli unam esse vocem? Hoc enim nec Patrum ullus umquam sensit, nec vero res ipsa ferunt, ut dicatur. Quid enim? cum infinito spatio inter se diffideant, non nominis solum appellatione, sed multo magis archetypi substantia. Idolum enim est & appellatur quod dæmonis aut alterius cujuspiam ex iis, quæ Gentiles turpiter pro diis coluerunt, specimen repræsentat, fœdi fœdius & mali deterius. Qualis enim causa, tale prorsus est causatum; & cujus abominandum est prototypum, nihilominus abominanda est imitatio. Imaginis autem & honorandum est archetypum; Sancti enim alicujus, aut Sanctorum Domini figuram depingit, & quæ in tabula depicta est effigies, digna item animadversione. Hæc siquidem sincerum veritatis simulacrum, illud vero mendacii, fallacisque doli similitudo. Sic enim harum rerum peritis visum est hæc nomina distinguere, qui idolum falsi imitationem esse dixerunt, imaginem veri expressam similitudinem.

XIX. Frustra impugnat imagines qui colit Crucem.

Sed quoniam a vobis, Imperator, imaginis quidem honor odio est, Crux vero veneratione digna censetur; primum illud capere non possum, cum jam utriusque honor conjunctus sit (simul enim imago, & simul Crux; quandoquidem Domini adventus gloriam utrique attulit) nunc a vobis alteram ab altero secernitur, ita ut alteri sors melior obtigerit, alterum repudiatur & contemnatur. Deinde quærum, o veteris scripturæ interpres, quomodo cum lex execratione dignam Crucem vocet: Maledictus enim, ait (a), qui pendet in ea: tu, qui Crucem colis, legem vilipendere non videris? immo vero devotus inter se contrariis obnoxius teneris, qui nec legi usquequaque consentias, cujus tu custos perpetuus, & in hoc nobiscum media ex parte sentias, quos omnibus modis insectari decreveris; cum oporteret te, quando impius esse statuisti, nec Crucem, nec imaginem censiteri, ut sic posses & consentanea tibi facere, & congruentia legi quam observas. At enim ratiocinari nescit improbitas, ipsa secum pugnans, & quos imperio suo submiserit, ab omni honestate procul avocant. Cui tu quoque semel mancipatus, nullam postea officii nec decori rationem habuisti, ab iis solis, qui tua observant, inductus adulatoribus, scurris, uni voluptati, ventrisque commodis servientibus.

(a) Deut. 22.

Perstringit Theodorus hæreticum Imp.

Mihi vero mirari venit in mentem, quomodo eos ad judicium vocaveritis, qui sic animo & consilio comparati est. Ecquis enim erit, qui inter utrosque dijudicet? Quis de victoria sententiam ferat, cum occupati a vobis omnes, potentiaque perculsi fuerint suppliciorum metu? minæ siquidem & tormenta iis proponuntur, qui par-

PAGIUS

dicti Monasterii) Præpositum, prospiciendi vim habentibus oculis procul aspexisse, suffitusque accendisse; atque precibus votisque, sublatis in cælum manibus, eum prosecutum esse, Deo nimirum commendando, amplexusque atque salutes dirigendo. Ac quodam quærente causam, dixisse Theophanem: Idcirco hæc facitare, quod magnus Confessor Nicephorus Patriarcha, pro Sanctis Imaginibus agonem desudans viam transiens in exilium proficisceretur. Cedrenus, cujus verba refert Baronius, dicit id contigisse, cum Nicephorus in *Proconnesum abduceretur*. Verum, *ut* mox vidimus, Proconnesus locus exilii Nicephori non fuit. Symeon Logotheta loci, ubi miraculum accidit, mentionem non facit, & neque in vita Nicephori, neque in Vita Theophanis de

partibus vestris non favent. Recte sane quidam e majoribus nostris, primum hoc bonum esse dixit, a vobis longissime recedere, humana specie foras, hæreticos vocans, eorumque sermones atque instituta perniciosa esse docens, ac penitus exitiosa: quos devitare omni ope oportet, ne occurrere quidem illis, si fieri potest. Ex quo sequitur, cum eis colloqui quoquo modo non solum supervacaneum, sed damnosum plane, valdeque noxium esse.

XX. Imp. ira fremens quid in Præpositos monasteriorum.

Hæc illo dicente, ira simul & timor Imperatoris animum agitabat, viri sancti vim facultatemque considerantis: iram accendebant verba, quibus perstringi se sentiebat; metum creabat dicendi vis, quam in eo insuperabilem esse cernebat. Sed iræ potius cedens, qua vehementius impellebatur, indecoris illum contumeliosisque verbis asperius excepit, ad terrorem maxime vocem suam & verba componens. Scio quidem, heus tu, inquit, nomine appellans, te præfractæ adeo amentiæ esse, ut nobis quicquid dicamus, aut sentiamus, maximopere semper adverseris, injustos nos & stolidos vocans, omniaque in nos convitia ingerens, ut qui colloqui nobiscum, supervacaneum esse dicas atque damnosum; quasi non cum Imperatore tibi, sed cum infimo quopiam e vulgo res esset. Martyrem te (ut video?) celebrari cupiens, ut nos ad mortem in te decernendam provoces, hæc contra nos loqui, nobisque ausus es reluctari. At non facile ideo tibi gloriam hanc venanti concedemus. Quin nec exilium, nec pœnam aliam prius decernemus, quam iterum vos audiamus, singulorumque fidem exploremus, ut rectius ac verius dogma sine controversia cognoscatur, & vobis devictis nullus supersit fuga, aut defensionis locus.

Præpositi Monasteriorum silent.

Hæc autem eo dicebat impius, quod potentiæ amplitudine fretus, in promptu haberet omnes, vel seorsum singulos, vel simul universos mulctare. Deinde ut ea ratione probabilius facti sui consilium redderet, quasi in judicium prius perducti, atque ita damnati jam fuissent. Cum vero Patrum chorus nihil amplius Tyranno respondere statueret: inutile quippe, ajebant, nobis jam condemnatis loqui, ad eos præsertim, qui occæcatis animis meliora capere nequeant, & insanabiles prorsus facti sunt. Nec vero decet nos ab humano (a) die, vel a sæcularibus interrogatos, rationem Fidei reddere.

(a) 1. Cor. 4.

XXI. Rursum Theodorus redarguit Imp. immiscentem se sacris.

Magnus iterum Theodorus pari fiducia ac libertate sic exorsus est: Haud sane oportebat, Imperator, tibi a rectis omnibus, sanisque averso aut dicere quicquam amplius, aut respondere: Sed quoniam ad interrogationes etiamnum ac responsiones nos provocas: hoc tibi ante omnia respondemus: Res Ecclesiasticas ad sacerdotes, doctoresque pertinere; Imperatoris vero externarum rerum administrationem proprium esse. Hoc enim sanctus Apostolus: (b) Posuit Deus in Ecclesia primum Apostolos, deinde Prophetas, tertio doctores, & nusquam Imperatorum meminit. Hi de dogmatibus & de Fide statuere debent: Si vero, illis obsequi oportet, & nullo modo munus usurpare. Ait illi Imperator, nomine rursus compellans: Num igitur hodie me ex Ecclesia ejicies? Non ego, inquit Sanctus, sed illius paranymphus, divinus Apostolus. Quin tu illum antevertens, te ipse jam tuis ejecisti. Quod si redire ad illum, iterumque ingredi, est animus: persta nobiscum, qui veritatem prædicamus, Christique imaginem veneramur, sanctissimum sequens & communem omnium Patrem, Patriarcham, cujus, ut vides, oratio æque ac mores utilitatem plane spirant, atque gratiam.

(b) Ephes. 4.

XXII. Præcepit Imperator silentium Orthodoxis.

Ad hæc Tyrannus quod diceret, non habens, cum clamore, animique perturbatione a conspectu suo depulit, ne propius accederent, neve amplius loquerentur, magna voce, minisque interdicens: quod unum recte, dignoque animo suo congruenter facere norat. Egressi ergo beati omnes una cum Patriarcha, magnum ambiunt Theodorum, hominem labris simul atque animis deosculantes, ejusque in dicendo libertatem pariter & gratiam collaudantes, quod Tyrannum tam fortiter tantaque pudore affecisset.

Edictum ad confessores missum.

Cæterum vix domum quisque redierat, cum afferuntur ad singulos Præfecti urbis edicta, quibus continere se jubet unumquemque, nihilque prorsus cum aliis tractare, nec inter se conferre, aut docere, aut de Fide prorsus loqui. Ita enim, inquit, ab Imperatore decretum est.

Ut vero ad Sanctum venerunt qui missi fuerant: Æquumne, illis ait, sit vobis, an Deo parere: vos ipsi rem rationis æstimantes, dicite: Nobis vero, scitote, certum esse, linguis potius amputatis carere, quam ut fidei nostræ testimo-

PAGIUS de illo miraculo sermo est; præterea Nicephorus dum in exilium duceretur, procul ab Urbe Cyzicensi, ubi tunc erat Theophanes, sexginta & amplius millibus transivit. Sed cum Theophanes de Nicephori transitu divinitus monitus fuerit, eumque non nisi *acie spiritus*, ut inquit Cedrenus, viderit, locorum distantiæ ratio non habenda, quemadmodum nec silentii Auctorum citatorum; cum Symeon Logotheta & Cedrenus id memorent.

XIII. Plures SS. Episcopi in exilium missi.

Græci in Menæis ad diem VIII. mensis Martii de Episcopis, qui coram Imperatore anno sequenti convenere, hæc habent: *Sanctus Nicephorus Patriarcha Constantinopolitanus lectissimum quemque Episcopum ad se evocavit, Æmilianum Cyzicenum: Euthymium Sardium, Josephum*

Negat Theodorus tacendam dogmatis veritatem.

monio desimus, nec illam qua possumus verborum ope propugnemus. Qua enim ratio est, vos deteriora defendere conari; & nos ea multo meliore causa silentio uti? Quare non committimus, ut vel ad horam sermonem abditum teneamus, & populum præsenti ejus utilitate fraudemus.

XXIII. *Unde congruentia omnibus inconstanter suggerebat, hos vocans, illos adiens, alios litteris confirmans, abjectosque & prostratos animos erigens, verbisque excitans pro virili.* Hactenus Michael Studita, qui modestiæ causa puto, tacuit referre ea, quæ ab aliis monasteriorum Præpositis (quod adhuc illi fortasse viverent, & conversi essent ab errore) gesta probrose tunc essent. Siquidem illi miseri acquieverunt jussioni Imperatoris, atque etiam scripto polliciti sunt, se de sacro cultu imaginum amplius non loquuturos, aliosve docturos secundum præceptum Imperatoris. Ista autem sic se habuisse, ex ipsius Theodori Studitæ epistolis satis expressum habetur. Extant ipsæ quidem: magno namque Dei beneficio factum est, ut ipsæ, aliæque eodem argumento, hac urgente persecutione, conscriptæ ad nostra tempora integræ servatæ sint. Habet eas idem qui supra sæpe citatus est vetus Codex bibliothecæ Columnensis quæ Cardinalis Sirleti doctissimi viri cum esset, ab Ascanio Columna diacono Cardinali, de antiquitatibus Ecclesiasticis adeo bene merente, ut Romæ consisteret, nec alio transferretur, empta ab ejus hæredibus fuit. Redditurі sumus sic eas suis locis concinne accomodatas, Latinitati redditas (ut superius diximus) a viro valde diserto Jacobo Sirmundo Parisiensi Societatis Jesu professore.

XXIV. *Theodorus igitur sic videns monachorum Præfectos silentio victos, lingua vinctos, atque edicto illo prostratos; sciens ejusmodi factum haud mediocrem cæteris monachis, immo & Orthodoxis omnibus afferre ruinam: mox ex adverso consurgens, ad tanta Ecclesiæ illata damna reparanda festinans, exacuit stylum ad pugnam, litteras in facti detestationem conscribens. Extant ipsæ quidem, quæ hic ipsis diebus scriptæ cognoscuntur: sic enim se habet earum inscriptio generalis, utpote quod generalis esset atque patens epistola:*

Monasticam vitam agentibus (a): (a) Theod. l.2. ep.2. ex Cod. Columm.

In hoc temporis articulo, cum persecutionem in imagine sua Christus patiatur: non solum qui dignitate & scientia præcellit, certare is debet, recta fidei doctrinam proferens, & cæteris tradens; sed & discipulus quoque ipse fiduciam sumere, & veritatem intrepida ac libera voce profiteri. Non mea sunt hæc verba qui peccator sum, sed divini Chrysostomi, quinimmo & aliorum Patrum. Quod vero domini Præpositi ab Imperatore detenti hoc minime præstiterunt, quamvis dignitatis gradu & doctrina omnibus hujus ora præpositis antsirent, at contra potius conticuerunt; neque id solum, quod re ipsa grave est; sed Chirographo etiam suo, se neque congressuros mutuo, neque docturos confirmarunt: id vero est prodere veritatem, & præfecturam abnegare, & subditos sibi, atque adeo æquales, & socios subvertere. Apostoli enim, cum a Judæis denuntiatum illis esset, ne docerent in nomine Christi, sic verbis responderunt (b): *Judicate, si justum est in conspectu Dei, vos potius audire, quam Deum. Et: Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Hæc & similia illos dicere oportebat, ut per eos glorificaretur Deus, & ædificarent Orthodoxos, ut monasteria confirmarent, & confortarent eos qui in exiliis patiuntur.*

Theodori Studitæ epist. de Præpositis, qui scripto silentium sunt polliciti.

(b) Act. 45.

XXV. *Sed quid, quod pluris facimus monasteria quam Deum? pluris commoda, quæ inde capimus, quam mala, quæ boni causa sustinemus? Ubinam est illud* (c): *Loquebar in conspectu Regum, & non confundebar? & illud* (d): *Labia mea non prohibebo, Domine tu scisti. Ubi gloria & fortitudo ordinis nostri? Quonam pacto Sabas Theodosius, cum impiam hæresim tunc temporis Imperator Anastasius amplecteretur, insurrexerunt, pro Fide acriter pugnantes tum eos, qui perperam in Ecclesia sentiebant, excommunicando, tum ad Imperatorem ipsum scribendo, se mortem potius oppetere paratos, quam ut de constitutis aliquid immutarent? Et dicunt (ut fama est) domini Præpositi: Quinam sumus nos? Primum Christiani, qui nunc prorsus loqui debeant. Deinde monachi, quos re nulla abduci, nec abripi par sit, tamquam mundo minime adstrictos, minimeque obnoxios: denique Præpositi, qui & aliorum scandala tollunt, & in nullo dare offen-*

(c) Ps.118.

(d) Ps.39.

PAGIUS *phum Thessalonicensem, Michaelem Synadensem, Eudoxium Amoriensem, & Theophylactum Nicomediensem, aliosque multos, qui omnes Imperatorem convenerunt, & multa illi ex oraculis Sacrarum Literarum salutaria propinarunt.* Verum hi omnes ab eo Regia expulsi, & in exilium relegati. Eorum memoria in Menæis Græcorum ad dies, quibus spiritum Deo reddidere, celeberrima. Baronius anno DCCCXXXIII. num. II. exilium Sancti *Theophylacti* Nicomediæ in Bithyniæ positæ Metropolitæ exponit; sed is non a Leone Isauro, sed a Leone Armeno vexatus fuit, ut ibidem ostendimus.

XIV. *Post Nicephorum* in exilium deportatum intruditur pseudo-Patriarcha in Sedem Constantinopolitanam, uti habet Ignatius in Vita Sancti Ni-

Digitized by Google

(a) 1. Cor. 6. *offendiculum debent, ne vituperetur) inquit (a) ministerium nostrum.*

XXVI. Niceph. Patriarcha se continens silens scandalum infert. *Cujusmodi vero scandalum & vituperationem, seu potius condescensum chirographo suo præbuerint, quid attinet loqui? Nam si consensus par est silentium: illum ipsum scripto in totius Ecclesiæ oculis firmare, quantum est nefas? At occulte dictis) sacrificans Nicephorus, clam offert, & Patricii omnes (ut ceteros omittam) sunt Orthodoxi. Verum quid ait Christus?* (a) Matt. 10. *(b) Si quis confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cœlis est: & e contra de negatione. Quamquam enim hoc solum chirographo suo pacti sint se mutuo non congressuros, idem plane est. Quomodo enim observabunt quod Christus ait* (b) Joan. 6. *(b): Eum qui venit ad me, non ejiciam foras? Veniat quispiam percontans & discere cupiens veritatem seu Præpositus ille sit, seu quis alius: quid respondebit ei Præpositus? Mandatum nempe, dicet, accepi, ne loquar: atque utinam id solum, sed ut te nec monasterio ipso excipiam, nec tecum vescar. Christus dicit: Suscipe, & doce. Quod si subtraxerit se, inquit* (c) Hebr. 10. *(c), non placebit animæ meæ. At hi scripto fidem obstrinxerunt, ut Imperatoris decreto contra Christum obedirent. Hæc sunt fratres ac patres, quæ ab eis gesta, pro certo comperi. Quæ quoniam dicere me, quod scirem, voluisti coram Deo teste, nuntiavi.* Hucusque epistola Theodori, cætera desunt in Codice cum epistola sequenti.

XXVII. Quod autem, ut ex litteris Theodori accepisti, Nicephorus Patriarcha, & ipse quasi patens Imperatoris edicto contineret se domi, & ipsa etiam sacra clam, in multorum scandalum faceret: non destitit Theodorus ipsum ita labantem statuere, & ad publicam confessionem erigere, probe sciens, quantum esset damni allaturum Fidei Orthodoxæ Patriarchæ silentium, & e contra quantum afferret emolumenti ejus manifesta confessio. Theodorus præsto est Nicephoro Patriarchæ. Quid autem hac in re Theodorus ipse præstiterit ex eodem qui supra Michaele sic accipe: *Patriarcham in primis maxime frequentabat, consiliarium se illi ad omnia præbens. Cumque illum afflictum admodum, & præ doloris magnitudine sui pene oblitum videret, saluberrimis monitis recreabat, & ad Dei optimi benignitatem recolendam hortabatur: Non enim sinet, ajebat, misericors & clemens Deus tentari nos supra id quod possumus, neque hereditatem suam inimicis potiundam relinquet. Nec diutius qui adversus nos machinabantur, impie agent, sed velocem ac repentinum finem accipient, quamvis nunc sine sensu hebetes, sortisque suæ ignari vivant.* Hæc de rebus Patriarchæ Michael, deque Theodoro illi hoc tempore accedente fortissimo adjutore: etenim egit, at idem palam egregius Confessor progrederetur, atque ejus rei causa primus omnium pœnas dare jussus, ejectus throno, in exilium mitteretur. Pergit enim auctor:

Haud multo post ejicitur e sede sua ab impiis Patriarcha, pulsus itidem ab urbe ob veritatis defensionem: damnantur pariter exilio quotquot erant in presbyteris Orthodoxi, quibus unicum crimen, pietas fuit. XXVIII. Niceph. Patriarcha ejicitur in exilium cum suis. Sed quomodo passus sit ipse Nicephorus Patriarcha, audi ex hujus temporis scriptore Theosterico in Niceta, qui ait: *Leo Tyrannus sanctissimo viro Nicephoro Patriarchæ scribens: Descende, inquit, tu de sede ista, quoniam Ecclesia te non indiget. At ille honestissimis suis litterulis ad eum rescripsit: Non ita, o Imperator, ego temere descendam: non enim causa aliqua in me est, cur deponi debeam. At si rectæ Fidei gratia, & propter pietatem tyrannidem patior, sive per te ipsum, sive per aliquem regium tuum hominem, mihi significes, & descendam. Tunc Imperator misit unum ex Optimatibus suis, qui tyrannico more ipsum deposuit. Ille vero cum in magnam descendisset Ecclesiam, & cereas faces accendisset, thuraque & preces adhibuisset, cum populus ipso illius peregrinationem lamentaretur, hanc habuit orationem: Filii, Christianos vos inveni, Christianos vos relinquo. Cumque ad Acropolim descendisset, navigium conscendit, & venit in eum locum, in quem exul ducebatur. Illic autem in jejuniis ac precibus, silentio, tolerantia, & multa patientia usque ad eum diem permansit, quo ad Dominum suum migravit.* Hæc Theostericus.

XXIX. Sed quæ Patriarchæ exilium Constantinopoli secuta sint, a Michaele res Theodori prosequente sic accipe: *Videres tum impios ea patrantes, quæ sola ipsorum excogitaret & carperet improbitas. Sacras enim, proh dolor, & sanctas imagines impuris manibus rapientes (quam fuf-*

PAGIUS Conciliabulum Iconomachorum. Nicephori num. LXXIII. isque alius non fuit quam *Theodotus Cassitera*, ut eum Leo Grammaticus appellat. *Celebrata est ordinatio ejus Paschatis Festo, hominis inquam, qui nihil spiritule calleret, nulla Scripturæ parte foret eruditus, nisi forte levissima: qui nullam erga Deum pietatem ostentaret, tantum quod mansuetudine præstaret, & bonus hominibus appareret, commendabatur, &c.* inquit Anonymus Continuator Theophanis. Anno vero sequenti Pascha in diem primum mensis Aprilis incidit. Subdit Ignatius, Imperatorem tumultuarium Conventum in Ecclesia adversus Ecclesiam coegisse, & prima die Synodum a Constantino Copronymo habitam confirmatam, sequenti falso dogmata adversus cultum Imaginum publicata esse, & non mul-

fuiffe dicam tuam, Chrifte mi, tum temporis longanimitatem ?) folo impudenter allidebant & frangebant, alias flammis dabant, alias luto & fordibus oblinebant, nihil denique omittebant, quod ipforum fimiles facere conveniret. Hæc auctor, paucis licet plurima male perftringens.

Porro exulantem ipfum, & gloria confeffionis clariorem redditum Patriarcham magis quam mille thronis, ipfe Theodorus, qui eum ad certamen erexerat, & in hoftes immiferat, ejufmodi ad eum fcriptis litteris laudibus eft profequutus (a):

(a) Theod. l. 2. epift. 18. Cod. Colum.

Theodori epiftola ad Nicephorum Patriarc. Confefforem.

Nicephoro fanctiffimo Patriarchæ.

Cum fæpenumero ad facrum beatitudinis tuæ verticem fcribere inftituiffem, deftiti ab incapto, partim indignitatis meæ confideratione, partim etiam ex infirmitate ex ærumnis nata præpeditus. Nunc vero utrumque parvipendens, & Trinitate fretus, mifer hæc dico: Gaude, vere victor impietatis, qui virtutum quadrigis Fidei curfum confummas. Salve magne fol doctrinæ Orthodoxæ, cujus confeffionis radiis univerfus orbis illuftratur. Salve propugnator veritatis, veterum Sanctorum inftar, virtutes pulchritudinis collucens. Reliquifti excelfum Thronum ejus caufa, qui femetipfum humiliavit ufque ad mortem, mortem autem Crucis: Reliquifti minifteria & oblectamenta Archiepifcopalia, & variis incommodis, Confefforum more, exerceri maluifti, quam temporariis frui deliciis peccati. Ac certe, quoniam non ex illis, etfi in illis vivebas, membra per vitam in Chrifto actam mortificans, fanctæ matris privationem pertulifti, charis fratribus omnibus fimul in omnibus fpoliatus. Necdum opprobria tua Chrifte opprobriis fimilia commemoro immiffas ab Imperatoribus oppugnationes, vexationes, anguftias, ac veluti fuffocationes. Noctu cum Chrifto abductus es. Etenim proditus etiam ipfe relegatus, in collis confinium redactus es, Martyr Chrifte.

XXX. *Sed euge quam in bonum tibi omnia. Attolle in orbem oculos ex fpecula mentis, & afpice filios tuos, feu mavis, oves, paftor bone, quamvis corpore difperfas, animo tamen conjunctas, totam pene Ecclefiam tuam variis locis occupantes, & confeffionis tuæ fulgore, ftellarum inftar, iis, qui in nocturnis hærefeos tenebris verfantur, Orthodoxæ Fidei lumen oftendentes: alias quidem Deo immolatas per athleticam confummationem, alias decertantes fine ullo præfentium rerum metu, fed Deum flectentibus precibus tuis corroboratas. Hæc eft gloria Ecclefiæ tuæ: Hoc infigne ac fymbolum martyrii: quod fequens ætas excipiens, Deum in te, uti nunc, glorificabit. Multa tibi pro Chrifti imagine pugnanti encomia dicentur. Sed ignofce mihi, Dei imitator, quia hæc ex amore aufus fum quæ dixi, facras preces tuas impertiens, ut minimus filius tuus effe non definam, qui omnium maxime inutilis fum propter peccata.* Hucufque ad Nicephorum Patriarcham Theodorus Studita.

Sed quid de eo ad locum exilii pergente Cedrenus habeat, accipe: *Magnum quoque & inter Patriarchas celebrem Nicephorum cogere voluit, ut edicto ei fubfcriberet: nulloque modo obtemperantem Proconnefum relegavit.* Et Paulo poft: XXXI.
Cum autem Proconnefum abduceretur Nicephorus, Theophanes Confeffor monafterii magni Agri Præfectus cum navigio prætervehi divino inftinctu fentiens, cum in parte prædii quadam ipfe ageret, fuffitu, & cereis profectus eft. Sed & Nicephorus extenfis manibus, viciffim Theophanem falutavit, flexifque genibus, tum eum veneratus, benedixit, cum quidem neuter alterum videret, fed acie fpiritus fe mutuo cernentes, dignum invicem honorem exhibuerunt. Et cum quidam una navigantium quæreret, quemnam ita manibus in fublime elevatis falutaret: Sanctiffimum Theophanem Confefforem (refpondit) Agri Præpofitum, qui nos facibus & fuffitu excepit. Neque multo poft exitus veram Nicephori prædictionem oftendit: nam mox cum multis aliis Theophanes quoque ab Eccle-

Theophanes, & Nicephorus neuter alterum videns fe falutant.

fia

PAGIUS multo poft erafas in Ecclefiis Imagines, Sacraque violata: *qua autem exinde* (poft pfeudo-Synodum nempe celebratam) *noctis atra caligo inumbuit Ecclefiis* (inquit Ignatius) *nonne eam magis convenit filentio profundo occultare? Etenim omnem ex picta Evangelii Hiftoria, Martyrumque certaminibus abolentes decorem, cum calce fubacta oblinere haud funt veriti. Quo autem modo eos affectus fuiffe dicam, qui hærefeos invento fuccumbentes fanam nihilominus rationem in confcientia judicio convulneratam fervantes, rem abfurdam maligne jubentibus addixerunt operam? Hi fane non raro aqua mixtam calcem perfuderunt lachrymis, quin præ fceleris immanitate dolorem non poterant diffimulare. Cuique enim quidvis audendi in Sacras Imagines libera erat poteftas: cum alii pretiofa ac veneranda cimelia confringerent, alii facras magni pretii veftes imminutas lacinias pannofque diffecarent, & humi projicerent; alii pictas tabellas fecuribus excindentes medio in foro crudeliffime incenderent; alii ftercore, vulturifque ac tetris odoribus priorum fuffituum loco oblinerent, ac fœda deturparent.*

XV. *Vidiffes velut in captivitate hoftili facrarum ædium conculcari donaria, & quæ vulgo intacta fuerant, atque infpecta profanis trahi manibus, ac promifcue plebis exponi fpectaculo: ab Ecclefiis expelli Paftores & lupos gregibus præfici: fugari per rectam doctrinam profitebantur, quibus vero execrationi illa erat, eos in domefticos & neceffarios recipi. Viros innoxios fine ceu tri-*

Eo celebrato Imaginum cultores dire habiti.

bu-

sia ejectus, infinitisque vexatus modis, Confessoris coronam deportavit: Neque e̅ datum est, Patriarcham posse videre, ne ajus vel hac in parte falleret vaticinium.

Theodotus Pseudepiscopus Constantinop.

Relegato Nicephoro, solium Archiepiscopale indigna conscendit ipso Resurrectionis Dominicæ die Theodotus Melissenus, quem & Cassiteram dictum, supra monuimus. Fuit hic ille, quem idem auctor per fraudem in hæresim perduxisse Imperatorem testatur, qui & subdit: *Is vero evectus, & Imperatoris potentiam sibi habens adjumento, non jam in tenebris, & angulis, sed palam & pleno ore Iconoclastarum promulgavit hæresim.* Hactenus ipse.

XXXII. At qualis iste fuerit, qui tunc fuit Patriarchæ suffectus audi Theosterictum in Niceta qui ait: *Fecerunt & Patriarcham Theodotum quemdam ex eorum numero, qui Spatharii dicuntur, adolescentium ludibrium eligentes scelicet hominem ita rudem ac levem, ut & theatri rem ludicram eum appellare soliti sint, qui aliquid ridiculum & falsum in eum dicere volebant. Hunc ajunt, & servam quamdam secum habuisse eo nomine, quod renibus laboraret, re autem vera, ut voluptatem expleret.* Hæc de novo & hæretico Patriarcha Theosterictus.

Niceta Patricius, & alii confessores exulat.

Tunc & Niceta Patricius eadem ex causa eiicitur in exilium: nam in Menologio die sexta Octobris hæc de ipso: *Sancti Patris nostri Nicetæ Confessoris memoria. Hic fuit Irenes Imperatricis consanguineus, quem non modo per consanguinitatem suscepit, verum propter ipsius virtutem. Tantum enim laboravit & virtute perfecit, ut ad sacram Nicænam Synodum secundam fuerit ab Imperatricis facie missus, & secundum Dei placitum ibi se gesserit. Multa vero pollens gravitate Patricius honoratus, Siciliæ Dux fuit electus, ubi cum se bene gessisset erga viduas & orphanos, reversus reperit Imperium occupasse Leonem Armenum Iconomachum: quamobrem relicta dignitate, factus est monachus. Quo audito Imperator, volens eum cruciare, Salvatoris imaginem, ut eam combureret, vel ad se mitteret, significavit. Sed id ille facere negans, ab ipso relegatus est. Qui multas in exilio passus tentationes, consummationem accepit.* Hæc ibi in Menologio Basilii Imp. Jussus pariter est exulare tunc Æmilianus Episcopus Cyzici de quo Græci agunt diem natalem octava mensis Augusti. Sed pariter in exilium actus est Michael Episcopus * Synnadorum, cujus certamen pariter recolunt Græci vigesimatertia Maii.

* Sianaculorum

XXXIII. Processionibus celebrat Theod. sacras Imagines.

Sed ad res gestas Theodori Studitæ revertamur. Quidnam ab eo factum sit, ubi demotus est Catholicus Patriarcha, & jam imagines sacræ ubique conculcarentur, sic narrat, qui ejus res gestas prosequutus est Michael Studita: *Noster itaque Theodorus acerbe plangens, animumque despondens in tanta rerum atrocitate, dehiscere sibi terram optabat, ne vel audire talia vel cernere cogeretur. Veruntamen ne dolorem solus silentio ferre ac lugere videretur, nullumque mali remedium invenire: rem excogitavit, qua & hostes simul ulcisci posset, & nos magis magisque confirmare. Monachos omnes, qui in ejus monasterio erant, imagines accipere jubet, easque manibus sublimes gestare, totumque cœnobii ambitum circumire, hymnum illum dicendo: IMMACULATAM IMAGINEM TUAM ADORAMUS O BONE, & quæ sequuntur hymni sacri, atque alios pariter victori Christo triumphales hymnos. Agebatur enim tum dies festus Palmarum, quem ante Passionem, Resurrectionemque Domini fideles omnes celebrare consuevimus.*

Quamobrem indignatus Tyrannus (neque enim illum res latuit) fama jam ad omnes pervagante, injurias statim minasque, & qui eas inferret, ad Sanctum mittit; aut desinere illum prorsus talia comminisci aut ni pareat, animumque mutet, pœnas dare, mortemque referre pro præmio. At ille non modo nihil remisit, sed majorem etiam fiduciam sumpsit, Fidem Orthodoxam omnibus qualis esset, exponens & imaginum venerationem verbis, factisque declarans: quid contumeliosi convitiatores sui dicerent, parum ducens. Multi e monachis ad illum eo tempore confluebant, sua quisque tamquam apud communem patrem deponentes, & quid in re præsenti facere debeant, interrogantes: Quave ratione ad Patriarchium vocati, vocationem defugere ac vitare possint. Vocabant enim illos impietatis duces, ut in erroris sui societatem pertraherent. Siquidem indixerant hæresis propugnatores XXXIV.

res

PAGIUS *bunalibus sisti, vicissimque flagriones præsidere judiciis. Clericos ludibria atque verbera expertos, firmissimis undequaque ergastulis detineri; Nazaræos nostros verberibus, fame, siti, diuturnis carceribus ac laboribus maceratos, ad extremum usque persistere inter cruciatus perseverare: & horum quidem alios gladio vitam amittere; alios culeis inclusos, vinctisque saxorum more alto pelago demergi. Feminas vero Viris spectantibus denudari, ac velut reas equuleo distendi ac cædi, omnia virili sensu Christi causa perferentes.* Similia narrat Continuator Theophanis, in quo sequentia desunt non parvo Historiæ detrimento; cum varia ab aliis Historicis prætermissa retulerit. Porro Conciliabulum, ideoque & quæ post illud habitum gesta, ad annum sequentem pertinent, licet Tom. VII. Concil. ad hunc annum referatur.

Digitized by Google

Pseudosynodus cogitur ab Iconoclastis.

res una cum novo Patriarcha concilium ad quod vocaverant Orthodoxos, qui ejusmodi conventum malignantium vitare quavis arta studebant. Quodnam autem fuarit Theodori consilium, ita Michael edocet:

XXXV. Vitandus conventus hæreticorum.

His ille omnibus utilia pariter & congruentia persuadebut, optimum ducens penitus abstinere, neque eo ire, ac ne sermonem quidem conferre cum hæreticis, unde nulla esse posset utilitas; litterisque excusationem proferre, cujus rei gratia vocatis adira non liceat. Rogabant autem illum, ut litteras ipse dictaret, & quod vellet, suis verbis exprimeret. Itaque præscribit ipsorum nomine epistolam, duobusque monachis deferendam tradit his verbis.

Responsio scriptis reddita.

Nos legibus divinis, Ecclesiasticisque canonibus obsequentes, qui manifeste sic sanciunt nihil præter Episcopi sui sententiam dicere aut agere oportere, aut de his, quæ ad Fidei dogma, vel ad aliam quampiam divinam controversiam spectent, vestigare aut penitus inquirere: nec venire, absente Patriarcha possumus, nec vocantibus vobis parere; ne reos nos ipsi faciamus, violatæque legis culpam sustineamus. Est enim talium vindex Deus, minime inultos sinens eos, qui ejus mandata despiciunt. Quare ignoscite nobis, quod adventum refugimus, quem noxium nobis fore scimus. Quid enim respondere vobis, aut omnino loqui possimus, proprio capite destituti, cui tamquam membra copulati omnes sumus, & sine quo reliquum corpus operari non potest? Parvus enim pariter & magnus, in universum omnes ac singuli privatim Patriarchæ nostro colligati sumus, ab eoque pendemus, & pendebimus perpetuo. Hucusque Theodori apistola apud Michaelem ad pseudosynodum data nomine monachorum, qui id ab eo experierant. Cæterum prolixiorem ipsam habemus ejus ad eamdem hæreticorum Synodum congregatam nomina Præpositorum epistolam, quam hic sibi integram recitandam putamus. Sic enim sa habet (a), eodem inchoata principio. Est ista titulus:

(a) Theod. l. 2. epist. 2. Cod. Colum.

Iconomachicæ Synodo tamquam ex persona omnium Præpositorum.

XXXVI. Theodori nomine omnium epistola ad pseudosynodum hæretic.

Divinis legibus, canonicisque decretis obsequentes, quæ præter Episcopi sui sententiam in iis, quæ ad Ecclesiasticam disciplinam pertinent, nedum quæ ad dogmaticas quæstiones deducunt, nihil agi, vel dici oportere desiniunt. Cumque ab auctoritate vestra semel atque iterum ad talia evocaremur: ausi non fuimus præter ea, quæ statuta sunt agentes, accedere, ut qui sub sacra manu Nicephori sanctissimi Patriarchæ divino spiritu constituti sumus. Postquam autem quidam ex ordine nostro Præpositi, quasi periculum aliquod facturi, accedendum sibi, & oppositis sermonibus respondendum censuerunt: quid aliud audire nobis liceat, quam quæ humile cor nostrum obstupefaciant? Ferunt siquidem conventum istum ad eversionem secundæ Synodi Nicænæ, idest, ad tollendam venerandam Domini nostri Jesu Christi & Deiparæ, Sanctorumque omnium imaginis adorationem constitui.

XXXVII. *Et quisnam hæc audiens, ex imo pectore non ingemiscat, tamquam eversa jam per hæc œconomia Domini nostri Jesu Christi (b)? Audi cælum, & auribus percipe terra, & quæ sequuntur, nobiscum exclamat clarissimus Isaias (c), aut potius, & proprie magis exclamemus: Audi Oriens, Occidens, Aquilo & plaga, quæ ad mare est, quo nunc redacta sit res nostra, & qua de re conventum isti agere non reformidant. Nos itaque omnium minimi, qui præsentes quique absentes, utrisque enim idem est sermo, tamquam unanimis in uno eodemque divino sensu, consonam universæ sub cælo Ecclesiæ Fidem tenentes, divinam Salvatoris nostri Jesu Christi, & sanctissimæ Matris ejus, aut cujuscumque Sanctorum imaginem erigere & adorare, non solum ex sancta Nicæna secunda Synodo, alterave, quæ ante illam divinissime docuit, securum & tutum esse affirmamus, sed ab ipsomet adventu Domini nostri ac Dei tam scripto quam sine scripto fundati, secure supra sedem illam consistimus, de qua Christus ait: (d) Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Ista ipsa alludens ad Romanam Ecclasiam, cui communiona omnes illi Orthodoxi conjuncti arant. Pergit vero.

(b) Deut. 32.

(c) Isai. 1. Justa declamatio Theodori Studitæ.

(d) Matt. 16.

XXXVIII. *Quænam enim reperire possit oratio, si quis tantum veritatis robur impugnandum sibi proponat? Nam si communi omnium consensu Dominus Jesus Christus in humana forma nostra visus est: congruenter profecto circumscribitur, & imagine exprimitur more nostro, quamvis incircumscriptus ipse maneat secundum formam divinam: quippe qui mediator est Dei & hominum, utriusque naturæ, qua constat, proprietates integras conservans. Quod si non circumscribitur, homo esse desineret, ac multo magis mediator, sublatis una cum circumscriptionis privatione, omnibus ejusdem ordinis proprietatibus. Etenim si circumscriptitius non est, nec tangi utique potest: sin tangi potest, utique & circumscribi: quibus sane contradicere, stultum esset: corporis enim hæc propria sunt, quod sub tactum, coloremque cadit. Quomodo non circumscriptitius, quando & passibilis? Quod si circumscriptitius & passibilis, omnino etiam adorandus, secundum eam nimirum formam, qua circumscribitur, cum prototypi gloria (si-*

cut

eut Magnus Basilius docet) in similitudinis expressione minime dividatur: honor siquidem imaginis ad prototypum transit, quæcumque haud dubie illa sit, sive naturalis, sive arte facta; quandoquidem & veneranda Crucis typo eadem speculatio locum habet. Cum typi enim adoratione vivificum simul lignum adoratur, & viceversa, ea sublata, simul tolli necesse est. Nonne typi confessio, confessio est vivifici ligni? eodemque modo negatio juxta conversionis similitudinem. Par igitur analogia in imagine Christi & Christo ipso sumenda est omni recte ratiocinanti.

XXXIX. Firma fidei Catholicæ professio. *Sed nondum est tempus dogmaticæ explanationis, quæ vel obscuræ admodum mentis homini facile persuadeat attollere oculos, & suspicere ad splendorem veritatis. Hæc peccatorum Evangelica Fides nostra: hæc humilium Apostolica confessio nostra: hæc minimorum a Patribus tradita religio nostra. Præter hanc non solum si qui, aut si qua ex his, qui, nunc sunt, vel olim fuerunt; sed neque si Petrus, & Paulus (dicemus enim, quæ evenire nequeunt quasi evenire possint) neque si ex cœlis ipsis veniat quispiam aliud docens & evangelizans, illum in communionem recipere possumus, qui sanam Fidei doctrinam non sequatur. Demum quicquid libet auctoritati vestræ, parata est humilitas nostra usque ad mortem perpeti potius, quam ut negatores simus hujusce nostræ confessionis.* Hactenus Theodorus nomine omnium Præpositorum. Cæterum & si neque Theodorus, neque qui ad eum diverterant Archimandritæ pseudosynodo interesse voluerunt, sed se ipsos scriptis excusaverunt, & defensionem pro Fide Catholica scripto pariter paraverunt: non defuerunt tamen Orthodoxi Episcopi qui adierunt, itemque aliqui ex Præpositis monasteriorum, ut coram ipsos hæreticos redarguerent, prout quæ dicentur, ostendent. Quæ vero hæc consequuta sint audi a Michaele ex eis uno, qui his præsto erant, qui ait:

XL. *His ad tumultuarium turbam perlatis, effrænatus omnes furor invasit, adeo ut in latrones ipsos iram effunderent, gravissimas illis plagas infligentes. Verum illi quidem redierunt a conspectu impiorum gaudentes, eo quod digni habiti sint pro nomine Domini hæc pati. At recta Fidei propugnator Theodorus haud destitit ab instituto, lingua simul, manuque opportuna docens, veritatisque dogma liquido declarans.* Interea vero quæ concilium malignantium statuerit, sunt intelligenda, paucis enim ea significat (a) ipse Theodorus in epistola ad Patriarcham Antiochenum verbis istis: *Synodus facta est, veterem illam impiam confirmans, & Orthodoxam Nicænam scilicet anathemate damnans.* De eadem quoque Synodo satanica hæc & Theostericus in Niceta habet: *Postea ubi scilicet pseudoepiscopus Constantinopolitanus in locum Nicephori Confessoris creatus est, Judaicum quoddam Concilium iidem in magna Ecclesia coegerunt, & sub anathemate sanctos Patres ejecerunt. Heu quæ insania hæc fuit? Sed revertetur dolor ipsorum in capita eorum, & in verticem illorum anathema ipsum descendet. Episcopos vero, qui ab ipso dissentiebant, partim in terram dejectos pedibus conculcabant, partim per posticum ejiciendos e consessu curarunt. Quo facto, jussi sunt introire insignium monasteriorum duces. Itaque omnes introierunt, e quorum numero unus fuit, & divinus pater noster Niceta, de quo nobis sermo est. Deinde illos primum assentationibus, versuto quodam modo decipere; postea vero & minis eosdem perterrefacere conabantur. Cum vero illos omnia contemnentes vidissent, in diversos carceres conjecerunt, cogitantes quidnam de ipsis fieret.* — Quæ acta in pseudosynodo hæreticorum.

XLI. Nicetæ Confessoris carcer, & exilium. *Tunc & sanctus pater noster Niceta in carcere maleolente & sordida clausus fuit, idque per multos dies ita ut etsi non alia pœna ei accessisset, satis condemnatio hæc ad supplicium valeret. Erat enim vir ille, ut quivis alius, ad nauseam propensus. Ad hæc omnia veniebant ad ipsum per singulos dies insani, & imperfecte quidam homunculi, abjecti, & pro nihilo faciendi & plane indigni, qui virum appellarent. Ejusmodi tamen homines nugaces, maledicta & insana quædam verba in eum jactabant, ut molestiam viro sancto afferrent. Præter cæteros autem homo quidam Nicolaus nomine, inani & temerario sermone illum sæpius affligebat quod ejus pater, qui mortuus fuerat, in somnis filio Nicolao apparuit, eique minatus: Abstine, inquit, a servis Dei. Ex illo tempore vir ille immodestus resipuit, neque amplius viro justo molestus fuit. Cum igitur sanctus ille pater multos dies vexatus fuisset; tunc Imperator in Orientis partibus illum exulem esse jussit, & in castello quodam servari, quod Masaleon dicebatur.* Porro carceris tempus ad finem anni hujus perdurasse, indeque in exilium abire jussum, idem auctor his quæ subjicit docet, cum ait: *Erat autem medium hiemis tempus: itaque licebat videre sanctum illud corpusculum frigore ac nivibus e superiore parte affligi, ex inferiore vero, cum terra ipsa humorem emitteret, & multam difficultatem afferret, multo magis affligebatur. Ad hæc cum is qui virum sanctum ad exilium ducere jussus fuerat, natura esset immitis, divinum illum patrem ita urgebat, ut per septem dies, qui eo tempore brevissimi erant, totam viæ illius longitudinem transegerit.* Hæc de rebus

(a) Theod. l. 2. epist. 13. Cod. Colum.

bus gestis omni hujus, ex quibus quæ reliqui Confessores passi sunt possumus, intelligere. De quibus pauca hæc tantum idem auctor superius:

XLII. Theodori Studit. exilium & carcer.

Omnes Imperator ejecit, sanctum vero Theodorum, Studitam videlicet, *in exilium misit, ac jussit, quamdiu Imperator ipse viveret, in urbem Byzantinam non reverti. Monasteriorum vero præsides cum præcepisset eos nusquam progredi, neque Orthodoxæ Fidei veritatem docere, expulit eos ex urbe, magnarumque Ecclesiarum præfectos partim ad Orientis, partim ad Occidentis insulas relegavit*. Hæc ipse.

Sed de exilio Theodori Michael paulo fusius istis verbis: *Quamobrem nesciens quo se verteret Tyrannus, cum hominis libertatem ac fiduciam ferre amplius non posset, Byzantio expelli atque in exilium duci, carcerique tradi jussit. Hanc enim unam quasi vitalem scintillam superesse videns, illam ipsam Orthodoxis eripere properabat, ne quem postea sententiæ suæ repugnantem haberet. Accepto igitur vir sanctus hoc decreto, discipulos ad se omnes vocat. Quibus cum Vale dixisset, & apta cuique sigillatim monita præbuisset: hoc ante omnia universis injunxit, ne quis post discessum suum in monasterio remaneret, sed abirent omnes, quo via cuique salutem ostenderet: dies enim malos esse, pedesque iniquorum veloces. Ad extremum Deo ac præcipuis fratribus omnes commendans, monasterio digreditur, flens flentes & tristis tristes relinquens. Quem mox vicinus Apolloniæ locus in castro, quod e paludis regione, Mesopa nuncupatur, custodia traditum excepit.*

XLIII. Theodorus in carcere ore scriptisque docebat omnes.

An vero qui liber cum esset, liberumque indefessum docendi studium ostendebat, inclusus nunc carcere pristinam coram intermisit, statimque obmutuit, tamquam si angustiis loci oppressus, linguam idcirco compesceret, velut una cum corpore vinctam & præpeditam? minime gentium. Quin perinde ac si novi nihil accidisset, ita totus in docendo erat, partim hos coram allocutus & erudiens, partim ad illos atramento, manuque stylum exerens, & tamquam ex mentis tabulis dicta promens; aliis demum aliter, prout temporis ratio dabat, omnibus autem suum fructum, utilitatemque tribuens: ita ut ex ipso carcere omnes usitata ejus colloquia, doctrinamque perciperent. Hæc ipse de scriptis ab eo multiplicibus in carcere litteris, quæ ferme omnes quod integræ ad hæc tempora fuerint divinitus custoditæ, & in his & aliis Orientalis Ecclesiæ naufragiis fuerint illæsæ servatæ: Deo ipsi optimo maximo iterum atque iterum plurimas agimus gratias.

XLIV. Ut autem hisce, Lector, & tu ipse divitiis potiaris, ex eis aliquas hic tibi pro temporis ratione describere, operæpretium judicavimus; utpote quæ tamquam monilibus quibusdam, auro gemmisque progrediantur decoratæ, nempe catenis, plagis, vibicibus, sacrisque Christi stigmatibus gloriosæ; quæ & Apostolico spiritu scriptæ, repræsentant etiam Apostolicam dictionem.

Primum omnium patentem, circularemque epistolam dogmaticam, sive catecheticam dixerim (sic enim ipse eam appellat) scripsit ad eos, qui causa sacrarum imaginum cultus, vel in carcere essent, vel in exilio longe, extorresve facti,

PAGIUS XVI. In hac persecutione Studitarum virtus enituit.

A num. XLII. ad LVI. Baronius plura, eaque egregia exhibet de exilio Sancti *Theodori* Studitarum Præpositi, sed ea magis illustrari possunt ex Vita Sancti *Nicolai* Studitæ, qui cum Theodoro Confessor, ac ejus tandem Successor, ad Ignatii usque ac Photii tempora, præclarus meritis ac fide, Ignatiique commotione ac patrocinio, insignis pervenit. Tota enim successio eorum Ecclesiæ in Græcia usque ad Photianum schisma summam inde lucem accipit. Eam Combefisius Tom. I, Supplem. Biblioth. Græco-Latinæ ex Codice Regio descriptam exhibet, ab Auctore Anonymo scriptam. *Erat*, inquit Auctor de Monasterio Studii, ubi sub Theodoro Nicolaus vivebat, *revera virtutis Schola, novus quidam paradisus multiplici herum genere vernans. Etenim ad illos accedebant, Joseph quoque sapientissimi Patris nostri* (sc. Theodori) *frater, ac postmodum celebris Thessalonicensium Civitatis factus Archiepiscopus: quin & Timotheus, Athanasius quoque & Naucratius*) proximus Theodori successor) *ac alii plures, quos brevitatis causa omitto, in terrestri illo cælo agebant.* Narrat postea Leonem Aug. congregatos Sacerdotes ac Monachos Orthodoxos in suam hæresim impellere conatum esse. *Cum*, inquit, *in sacra quadam Palatii æde, Sacerdotum ac Patrum nostrorum, circumquaque ipsum stipante milite, turbam congregasset* (anno scilicet sequenti) *medius ipse præsidens, arroganti ac fremebundo sensu, adversus magnum Pontificem* (nempe Nicephorum), *sociosque quod per errorem in Venerabilium Imaginum restitutionem consensissent, velut pro concione orabat. Tumque deinde videns, ut ii spiritus gladio, nugarum ejus garrulitatem varie mediam secarent; quamquam nullius perinde atque Herois ac magni Patris nostri Theodori audaciam stuperet, ea re miser in furorem actus, omnes ad unum, multo iræ exæstuans, Regia expellit, ac quamprimum singulis locum exilii sancit.* Multa tamen gesta post eam collationem, ante Confessorum ejectionem, quæ Auctor omittit, sed narrat Baronius ex ejusdem Theodori Epistolis, ejusque gestis a Michaele Studita conscriptis, quibus ista illustrantur, ut & illa vicissim istis, ut recte observat Combefisius.

XVII. Relegantur Nicolaus & Theodorus Studita.

Pergit Anonymus: *quamobrem deportatur Pontifex* (nempe Nicephorus), *cui a victoria nomen: sed & omnes relegantur, quotquot Christi Imaginem quadam ad exemplar habitudine, venerarentur. Ante omnes autem relegantur, ut pleraque omittam, commune illud luculentissimum nomen a Dei inquam, munere datum, oblectamen-*

Digitized by Google

cti, alii alio, fugientes persecutorem, migrassent, qua omnes perstare in Fide Catholica hortaretur, roboraretque pusillanimes, & titubantes erigeret. Hic est ejus titulus:

Theodori ad Confessores epist. cathechetica. *Theodorus omnibus ubique propter Christum dispersis fratribus, & iis, qui in carceribus & exiliis, detinentur, in Domino salutem.* Potuisset utique jure & illud Apostolicum usurpare: Ego vinctus in Domino. Verum ex pluribus summam animi demissionem in viro sanctissimo haud minus admiror quam eruditionem, & in afflictionibus tolerantiam. Epistola vero sic se habet (a):

(a) Theod. l. 2. epist. 8. ex Cod. Col.

XLV. *Gratia vobis, & pax (ut Apostoli verbis utar) a Deo patre nostro, & Domino Jesu Christo, qui est spes nostra, pro quo & propter quem persecutio, tribulatio, angustia, solitudo, exilium, carceres, & quotquot alia in dies ad cumulum calamitatis incidunt, & occurrunt. Hujus rei gratia, fratres charissimi, absentiæ humilis faciei nostræ solatium aliquod excogitantes, hanc ad vos epistolam mittimus, utinam facientes, quod sine intermissione memoriam vestri faciamus semper in orationibus nostris unumquemque animo recolentes, ac privatim commemorantes, cum lacrymis ac gemitibus levantes manus ad Deum: ut sicut certamen pro veritate suscepimus, & in uno spiritu & anima una, tamquam ex nido, ex sacris asceteriis nostris processimus; ita usque ad finem Domini virtute perseveremus, camdem fidem habentes, camdem charitatem, unanimes, idem sentientes, & veritatis dogma retinentes, quod annuntiatum est, & inscriptum oculis & auribus in omni creatura, quæ sub cœlo est: Adorare quidem Patrem & Filium & Spiritum sanctum, venerandam & beatam Trinitatem, sicut Theologiæ ratio docet, Confiteri autem unum e Trinitate Filium ac Verbum Dei & Dominum nostrum Jesum Christum, seipsum exinanisse, servique formam accepisse, & in similitudinem hominum factum, in forma nostra effingi, efformarique corporis figura, quatenus idem perfectus Deus simul & homo est: sic intra circumscriptionem secundum nos, quorum formam assumpsit consistens, quemadmodum ab ea per divinæ naturæ incomprehensibilitatem remotus est. Non enim usique (ait scriptura) Angelos apprehendit (quamquam & illis effingi convenit, ut viderunt quibus videre a spiritu concessum est) sed semen Abrahæ apprehendit.* Versatur in his Theodorus, quod (ut vidimus) Leo Imperator cum suis Hagiomachis diceret effingi non debere Deum incomprehensibilem tabula unius cubiti. Pergit vero Theodorus adversus hæc differens:

XLVI. *Dicant ergo Christomachi, quomodo potest semen Abrahæ non effingi? Aut quomodo per omnia similis nobis erit, quorum frater vocatur, si circumscriptionis proprietatem, prout in nobis est, qui ejus fratres sumus, non sumpsisse demonstretur? Non igitur frater, nec similis nobis est, ac proinde nec homo. Ita concluditur ex eo quod negant Christum per imaginem exprimi more nostro. Ita illi salutarem œconomiam destruunt, perinde ac Manichæi, Valentiniani, & Marcionistæ, quorum communionem fugiamus, fratres, tamquam serpentes venenum, non corpus infuscans (ut quodam loco ait Theologus) sed intima mentis præcordia.*

Qualis Ecclesia Constantinop. *Nos Apostolicæ & universali Ecclesiæ consentientes (hæc enim Byzantina segmentum est hæreticorum, cui solemne est, & ab aliis frequenter abscindi) Dominum nostrum Jesum Christum corporali figura depingemus, ferie sursum ab ipso ejus adventu & Apostolico facto deducta, imaginem ex imagine derivantes, quemadmodum & vivificæ Crucis; non autem ut hanc quidem exprimamus, quæ Christi armatura est adversus diabolum, ipsum autem non exprimamus, qui armiger est,*

PAGIUS *mentum* (nempe Theodorus); *una cum discipulo strenuoque fidei propugnatore ac Confessore Patre Nicolao. Vir enim ille, hic illic errantem sermonem ab imbecillitate, commiserationemanum prætendens, sibi adjunxit: quamquam is, haud peculiare aliquod argumentum complectens, communes potius ambobus Magistris agones, hujus Historia texenda exequitur. Ne quis vero ea nos parte vituperet. Non enim ex arte compositi suasionibus; quin potius veritate, eaque una, ejus res exornare providimus, &c. quia igitur impotens ita, ac contra indemnatos beatosque Viros, prædamnatus Imperator sententiam tulerat, exterresque in castro quodam Apolloniadis lacui vicino cognomento Metopa, annum integrum carcere detenti egerant, eorum ubique pervagante fama, discipulisque, ac multis aliis clanculum ad eos ingredientibus, cum omnes fere exsumptis animis ad integrandum Orthodoxum fidei certamen animarentur; ve, nescio qua ratione, comperta, mittit statim novus Amalecites, indignusque purpura Imperator, eosque ad castrum aliud in Orientali themate nomine Bonitu transferri jubens ut ne quem omnino viderent, ullumve sermonem de fide miscerent.*

XVIII. Uterque dire vapulat. *Ut ne autem extra propositum ferri videamur plus justo sermonem protrahentes; age, fluctus plurimos a puppi pulsantes, immanis procellæ violentiam edicamus. Cum enim magnus Theodorus nedum vicinos, verum etiam multo locorum intervallo dissitos, qui post impiam hæresim abduci consensissent, ad pietatis iter per Epistolas postliminio traheret: una quadam ex illis, incerto casu ac improvise in feri ac leonino pectore hominis manus incidente, quam is ad Christi Confessores, Sanctarum Imaginum adorationem a principio describens, ejusque dogmatis plenam contentionis ac novitatis insaniam traducens scripsisset; furore accensus, ac pro nominis ratione Leonis instar, scelestus rugiens, quam celerrime*

satanæ interfector. Qui enim depingi queat armatura victrix ac vera, quæ armatum quoque ipsum oculis non subjiciat? Adoramus deinde sanctam ejus imaginem, tamquam expressum in ea Christum adorantes. Expressus enim & efformatus ex utero prodiit Deiparæ Matris suæ; sin minus abortivum quiddam & non formatus homo fuit, o Iconomachi. Quod (a) *si conformatus infans prodiit, & verum est, de quo dixit Propheta* (b): *Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Deo vocabitur: necesse prorsus, ut exprimi natura sua possit & effingi.*

(a) Luc. 2.
(b) Exod. 13.

XLVII. *Audite surdi, & cæci aspicite. Una in re dumtaxat novitatem in Christo agnoscimus, quod sine semine in Virginis utero conceptus sit, & sine corruptione progenitus: quippe qui peccatum* (c) *non fecit, & in ore ejus non est inventus dolus. Cætera autem omnia more nostro, edit, bibit, spiritum duxit, venit, ambulavit, sudavit, laboravit, crucifixus est, mortuus est, etsi ut Deus tertio die resurrexit, habens etiam post Resurrectionem expressam formam nostram jam Deificatam & immortalem in ipso factum. Secundum quam, ut visus est ab Apostolis, & cum illis edit & bibit redivivus, & a Thoma contrectatus est, omnibus, qui eum spiritum suspicabantur, dicens:* (d) *Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Sic & assumptus est in gloria, sic & veniet in forma eadem speciei nostræ, quem videbit omnis caro de cælo cum Angelis virtutis ejus in flamma ignis vindictam dantem iis, qui non noverunt Deum, & qui Evangelio ejus non obedierunt, sicut, scriptum est* (e), *cum quibus plangent & qui crucifixerunt eum Judæi, & qui ejus effigiem fieri non ferunt, Iconomachi.*

(c) Isai. 53.
(d) Luc. 24.
(e) 2. Thess. 1.

XLVIII. *Hæc est, fratres, Evangelica prædicatio, hæc sunt Apostolica documenta. Qui vero contra sentiunt, ad aliud Evangelium (quod quidem non est aliud) Dei populum traducere conantur, adulterina scripta præferentes, ex ventre loquentes, & non ex ore Domini. Solent semper cum tritico zizania seminari, & veritati mendacium adspergi. Quomodo enim veritas elucescat, si contradictionem nullam habeat? Sed licet nos, inquit Apostolus,* (f) *aut Angelus de cælo annunciet vobis, præter quam quod evangelizavi vobis, anathema sit, sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Si quis vobis evangelizet præter quod accepistis, anathema sit.*

(f) Gal. 1.

De Deipara autem & unoquoque Sanctorum, quod eorum efformantur imagines, supervacaneum mihi est scribere vobis. Stultum quippe dixerim, quemcumque hominem non effigiari. At qui Christum circumscribi negant, qui est caput corporis Ecclesiæ, inferra una voluerunt, membra itidem Christi non effingi (g). *Corpus enim Christi nos omnes sumus, & membra de membro. Ipsorum autem confutatio est, Matrem quidem Dei effingi, nec tamen eum, qui ex ea natus est, qui ejus uberibus adhæsit, & quæcumque alia illius in corpore adventum secuta sunt. Aut rursum. Oculatos testes ac famulas statuis exprimi, ipsum vero cui serviebant, & quo cum versabantur, non exprimi. Et Judæis plane deteriores se ostendunt, quia nec Moysis, nec alterius cujuspiam e Prophetis imaginem recipiunt, admittentibus illis eos, qui ante gratiam fuerunt seu legis cultores, & non Christianos. Isti vero adeo vecordes sunt, ut secum ipsi & cum Judæis pugnent, ut neque Judæi sint legis custodes, neque Christiani, qui Christi effigiem exprimi nolint, quem hominem factum agnoscunt.*

(g) 1. Cor. 12.

XLIX. *Petri Apostoli vox est in historia S. Pancratii:* † *Fili Joseph, adfer imaginem Domini nostri Jesu Christi, & imprime illam in Pyrgisco, ut videat Populus qualem formam sumpserit Filius Dei, ut videntes, amplius credant, formæ typum intuentes, & reminiscantur eorum, quæ per nos eis annuntiata sunt. Vox Pauli est* (h): *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati, ante quorum oculos Jesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Vox Basilii Magni est* (i): *Exprimatur etiam in tabula certaminis Præses Christus. Et ite-*

† Caremus nos Actis his martyrii S. Pancratii.
(h) Gal. 3.
(i) Basil. in Barlaam.

PAGIUS *satellitem verbera illaturum mittit. Veniens ille fremens, ac minabundus, Sanctos e custodia educit, ac inique, iniquo ac scelerato Imperatore iniquior, insano furore actus, taureis nutum in oculis Theodori Magnum Nicolaum cædit* (sunt tauren flagella ex boum seu taurorum coriis) *Illumque rursus totidem verberat, tumque pene voce defectus pari certamine Beatos Viros in custodia ponit, ac ostium obsfirmans, jubensque fame enecari, relinquit.* Alia sanctorum Confessorum flagella his propria ponit Michael in Vita Theodori, qui nec ista omisit. Recitat illa Baronius anno DCCCXIX. num XIII. & seqq. videtur tamen hic Auctor nonnihil diverse a Michaele narrare, cum quo ideo conferendus, ad Historiæ illustrationem.

XIX. Nihil amittunt dicendi libertatis.

Prosequitur Anonymus: *quis vero tantos illos agones, illatam ea re Sanctis vim enarrans satis assequi queat? quis insidias, quas sunt passi a custodibus, feralemque furorem ac penuriam necessitatem delineaverit? nec enim impiis hominibus veneranda erat ad misericordiam senectus; uti neque juventutis sobrietas animi reputabatur: quin potius adeo in eos diu noctuque instar canum misere latrantes, necessaria quoque esca, execrandi homines, privabant, alternis, quaternisque diebus quandoque per hebdomadam totam vix modici panis frustum aliquod projicientes; quin & ipsam aquam, scelesti homines, eis denegabant. Ac sane major est quam ut sermone exprimi possit, immensa illa illata vis. Num ergo ob tam ve-*

(a) Basil. ad Amphiloc. (b) Athan. ad Antioc. *iterum (a): Imagini habitus honor ad exemplar transit. Vox multarum palmarum Athanasii (b): Non tamquam deos, imagines adoramus nos Christiani, quod Græci fecerunt, absit: sed affectum tantummodo, & charitatis nostræ studium erga figuram personæ per imaginem expressæ declaramus. Vox Chrysostomi est (c): Ego ex cera fusam amo picturam, pietatis ergo factam. Vidi enim Angelum in imagine barbarorum copias in fugam vertentem: Vidi protritas barbaras gentes, & Davidem vera voce concinentem; Domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Quid in Christum hoc tempore, & in Deiparam ac Sanctos faciunt Iconomachi? O rem auditu horrendam! sanctas illorum imagines abolendo.*

(c) Chrys. qui mrimque Test. idem auct. psal. 72.

L. *Atque ut ceteras aliorum auctoritates prætermittam, multæ enim suppetunt, si unam adjecero, ad alia orationem convertam. Vox est divinorum Patrum, qui sextæ Synodo affuerunt: In quibusdam sanctarum imaginum picturis agnus exprimitur, quem Præcursor digito demonstret. Refert enim nobis verum illum Agnum, quem lex significabat, nempe Christum Dominum nostrum. Nos igitur veteres figuras atque umbras, at veritatis notas & signa Ecclesiæ tradita complectentes, gratiam & veritatem anteponimus, quam ut plenitudinem legis accepimus? Itaque ut id, quod perfectum est, in picturis etiam omnium oculis subiiciamus, Agnum illum, qui mundi peccatum tollit, Christum Deum nostrum, loco veteris agni humana forma posthac exprimendum decrevimus, ut per humilitatem Dei Verbi celsitudinem cogitemus, & in memoriam conversationis ejus in carne, & cruciatuum ac salutiferæ mortis ejus, ex quo mundo redemptio parta est, reducamur.*

LI. Exhortatio ad fratres. *His ergo instructi testimoniis, charissimi, cum illa nostra, & ab ipsa veritate minime dubia demonstratione, ut supra demonstratum est, vigilate obsecro, & state in fide, viriliter agite confortamini, ne in ullo deterreamini ab adversariis, neque a falsis fratribus, qui seducti fuerunt, & in fraudem inducti. Quæ est illis quidem ostensio perditionis, nobis autem salutis, & hoc a Deo, sicut scriptum est (d): Qoniam vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale vidistis in me peccatore, & nunc auditis; idem sentientes, unanimes, collaborantes Fidei Evangelii, cum timore & tremore salutem vestram operantes: ut ipse gaudeam, cum audio de vobis.*

(d) Philip. 1.

Monet eosdem, quid cavere, & quid agere debeant. *Videte satanam, videte audaciam, videte ne quis in ullo Deum irritet. Draco enim magnus, ut vafer & callidus in varias partes se versat. Ubi enim per fidem perimere non potest, illic per lapsum eamdem perniciem adferre studet per legem peccati repugnantem legi mentis nostræ. Rugit, quærit sicut leo quem rapiat, titillat, ignem accendit, inflammare cupit animæ domum. Nusquam invidia habitet, nec contentio, nec inanis gloria, nec quicquam de operibus tenebrarum. Dum adhuc emergunt & oriuntur perturbationes, arceantur; ne postquam admissæ fuerint, animamque infecerint, difficilius expellantur. Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: (e) Sic currite, ut comprehendatis: cedite novissimi primis. (f) Non enim dissensionis Deus sed pacis. Diligite sicut Deus, præpositi subditos, & non ex auctoritate sed ex virtute & bonitate subjectionem exigatis & obedientiam. Ne separemini ab invicem, loca multa mutantes, & nusquam proficientes. Marcum Evangelistam secum assumere noluit Paulus (sicut (g) scriptum est) eo quod non esset cum eis, sed domi prius remansisset. Quanto magis nos acquiescere debemus? Unusquisque in quo vocatus est, charissimi, in hoc permaneat (h): Mundemus nos ab omni inquinamento corporis & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* Te-

(e) 1. Cor. 9. (f) 1. Cor. 14. (g) Act. 15. (h) 2. Cor. 7.

PAGIUS *vexationem haud quidem pugnacem Dogmatum constantiam amiserunt; visi tamen sunt certaminibus impares, minuere aliquid dicendi libertatis? Haudquaquam. Vide enim ampliorem hinc fortitudinem ac sonum prædicationis majorem.* Subnotat illos Præpositos eo tandem a Leone abductos, ut fidem ipsi retinerent, sed non prædicarent, aut ejus pravum dogma coarguerent, de quibus Baronius hoc anno n. XXIV. & seqq. Illis vero magno semper animo restitit *Theodorus*, omnes modis omnibus provocans ad liberam fidei confessionem, ac hæresim palam arguendam.

XX. Iterum dira vapulant. *Cum enim necdum eorum corpora bene sanata prioribus plagis cicatrices haberent, en tibi malus alius impii Imperatoris impius magis nuncius, cædes spirans, ac furoris æstro quodam agitatus advenit, una secum librum inferens, apertoque carceris ostio, Divinos Viros incondito clamore inde educit, ac monstrans Epistolam, quam manibus teneret, ab eis adversus Imperatorem scriptam, cogebat edicere, quando, ac quomodo, & ad quos misissent. Vide ergo fortium pugilum pugnam aliam, ac certamen. Ut enim ab se compositam, missamque ac cujus causa factum sit, confessi fuissent, in furorem conversus execrandus homo, fortem illum Ecclesiæ adamantem, Magnum imprimis Nicolaum confestim nudari jubet. Viris autem sublimem ab utraque manu tenentibus, alii diris taureis cædebant. Porro defluebat in terram sanguis Martyris; vidensque scelestus ad longum satis tempus vapulantem sine voce, animo exasperatus miserabilis, jubet sic nudum ac sanguine commaculatum sub dio frigore necandum relinqui. Erat siquidem tunc hybernum tempus, tertia nimirum Februarii mensis, cum hoc accidit Sanctis. Mox vero ira furens, Ecclesiæ columnam Theodorum adit, eumque rursum multis verberibus cædens, redit vicissim ad magnum Nicolaum, multaque instar* hye-

Digitized by Google

LII. *Tenete (a) traditiones quas didicistis:* (a) 1. Thess. 2. *instruite invicem: mortem semper recogitate. Orate obsecro pro omnibus. (b)* (b) Rom. 12. *Benedicite persequentes vos, benedicite, & nolite maledicere. Circumeuntes de loco in locum, egentes, angustiati, afflicti & speluncas forsan & cavernas terræ intrantes, gloriamini, quia propter Christum: quia vobis dignus non est mundus.* (c) Hebr. 2. *(c) Sustinete filioli mei; Filioli sustinete modicum, & veniet Dominus coronæ dator, & mercedis retributor: cujus nos cohæredes fore, nobis promissum est! si tamen compatimur, ut & glorificemur (d).* (d) 2. Thess. 2. *In omnibus orantes pro me etiam misero ut confirmetur cor meum ad perferenda usque ad mortem ea, quæ nobis infliguntur: ut non repellat me Christus propter indignitatem meam, ut liberer a malo per omnia usquequaque. Nunc vivo, dilectissimi, dum statis in Domino. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? nonne vos estis tum in hoc cum futuro sæculo? Vos enim & solatium charitatis, & consolatio mea estis. Ipse enim Deus pacis sanctificet vos per omnia ut integer spiritus vester & anima & cor-* (e) 1. Thess. 5. *pus sine querela servetur: (e) Fidelis Deus noster, fratres, qui faciet ut salutetis invicem in osculo sancto. Salutatio mea humilis Theodori, ad omnia membra mea ex labiis cordis mei. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Gratia cum spiritu vestro. Amen.* Quæ autem idem Theodorus passus sit, cum prima ista catechesis ad manus venerit Imperatoris, quando & verberari crudeliter jussus est, & arctiori stringi custodia, suo loco, eo (f) Theod. l. 2. ep. 38. Cod. Colum. anno, quo hæc contigerunt, dicturi sumus ex epistola, quam idem tunc scripsit (f) ad eosdem fratres.

LIII. Barda sævit in monachos Theodori. Porro adversus Theodori monachos grave bellum excitavit Tyrannus, existimans eos a Theodoro divulsos, a Fide quoque Catholica posse divelli, atque ad hoc opus usus est Barda propinquo suo, ut Michael in Theodoro testatur. Hic quidem velut immanis fera insiliens in eorum quem primum est nactus Thadæum monachum, suam crudelitatem exercuit, quem in aliorum exemplum adeo sæve verberari jussit, ut inter impacta fortiter verbera, emiserit spiritum. Est de his ejusdem Theodori ad Naucratium data epistola in hunc modum:

Naucratio filio (g).

(g) Theod. l. 2. epist. 5. Cod. Colum. De martyr. Thadæi epistola Theodori. *Nuntius supra nuntium, & sermo supra sermonem. Quid dicam? aut quid loquar? Quem sensum miser capiam in iis, quæ acciderunt? Gaudium mihi, & dolor: Jubilatio, & luctus. In affectuum duorum medio positus, nec statuere possum, ad utrum me converiam. Veruntamen vincit qui satanam vicit, & principes & tortores sæculi hujus. Martyr pro Christo datus est, Christi agnus flagellis concisus Thadæus, ramus meus, viscera mea, filius obedientiæ, surculus pietatis, Apostoli cognominis: Gaudium immensum, insuperabilis lætitia non mihi tantum pusillo, sed Angelis pariter & hominibus. Quam magnificata sunt opera tua Domine, quod nunc etiam in humili generatione ista incorruptum veritatis tuæ testem produxisti: & hunc non ex sapientibus aut nobilibus mundi hujus, sed e plane diversis, ut Apostoli forma compleretur: (h) Ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret.* (h) 1. Cor. 1.

LIV. *Et quonam mihi abiisti, beate fili? Ubi tam cito exaltatus es in Martyrum Album adscriptus? O fortem tuam! o generositatem tuam! o prudens consilium tuum! uno die sæcula infinita promeruisti. Per cruciatuum tormenta inexpugnabilem Iustitiam adeptus es. Centum & triginta verberum suffragio plenam laboris mercedem a sancta Trinitate cum Martyribus accepisti, nimirum illo perfectionis, sic Trinitatis speciem numerus repræsentat; ut vel ex ipso supplicio magnificentiam tuam Deus ostendat. Sanguis tuus, unguentum. Reliquiæ tuæ sanctificationis tangentibus largitrices. Oro te, sancte Thadæe, intercede pro me indigno famulo tuo: neque enim audeo te filium appellare. Videtis, fratres, quid acciderit, qualem thesaurum, & quale membrum possideamus? Sufficit unus ad Dei glo-*

PAGIUS *hyemalium nimborum sermonum jaculis mittens carmina, conabatur abstrahere a pietate in patrem. Is autem cum observans sævamque, pessimum hominem ab officio vetantem, in se provocabat.*

XXI. Plagæ victissimi curant. *Enim vero ille quidem instar aspidis ira præsens venenum labiis repositum ferens, jubet ejus tum brachia, tum ulnas iterum flagellis, quæ obecas dicunt* (est flagelli genus hactenus parum cognitum) *cædi, sed & ab utraque manu carnificum canis funes alligans, atque per horas plures tendens, Virum Sanctum torquebat. Tum vero blanditiis quoque minus nequissimus temperans, persuadere nitebatur, ut fidem negaret. Ut autem conatum omnem, velut si marini fluctus petræ allidantur, in spumam dissolvi vidit, omnino jam animum tyrannus despondens, cum miser una cum patre intra carcerem claudens ac ostium obstrueas, tandem & ipse confusus abscessit. Sane vero videre erat ex verberum illa carnificina, Martyris Nicolai brachia, nihil minus torribus exporrecta. Verberum siquidem excoriatione, ac funium tensione distentis nervis, vique tanta a naturali interius motu prohibitis defectisque, jacebat seu grave aliquod onus portata difficile, spectaculum miserabile adspectantibus in ternis modum rigentibus lateribus, palam omnibus factus. Plane vero mansurae erat in corporis dispositione nisi tandem custodes parum aliquid feritatem animi mitigantes, cum natura vim superantem violen-*

gloriam, ad ostentationem nostram, ad Ecclesiæ totius exaltationem Dei Martyr Thadæus.

(a) Matt. 20. — De lapsis dolor Theodori.

Quid cætera? Erunt (inquit (a)) primi novissimi, & novissimi primi. Hoc de Jacobo dixerim & Luciano. Quorum alter quidem decertavit, & utinam usque ad finem decertasset, cum Dorotheo & Bessarione. Alter propter peccata mea naufragium fecit cum sui similibus. O quomodo ceciderunt in medio luminum infelices? Obliti sunt illius, qui dixit:

(b) Matt. 10.

(b) Nolite timere eos, qui occidunt corpus: An non enim vires & facultatem dimensus est, qui solus potens est, & infirmos confortans? At testes adsunt de propinquo. An non eos eripit de tribulatione, qui vires nondum habet, natura non voluntate? at testis Thadæus in cælo fidelis.

LV. Exhortatio Theodori ad suos.

Ne igitur terreamur, fratres, neque animo consternemur ob cladem eorum, qui lapsi sunt, quasi plagas & ipsi perferre non possimus. Perferemus Dei virtute, & transibimus, quamvis per ignem, quamvis per gladium. Deus est, qui nos ducit, & invitat, ut promissum nobis Regnum ingrediamur, sicut Israel terram promissionis. Nostis quid iis contigerit, qui populum tunc subvertebant, dicentes: (c) Non poterimus penetrare, quoniam illic urbes usque in cælum muratas vidimus, & gigantes, inter quos Enac? Quid deinde sequutum est? Nonne ob eam causam igne absumpti sunt? & murmurator populus universus interiit, & membra eorum ceciderunt in solitudine? Nullus sit hujusmodi perturbator: nullus morosus: nullus desperabundus. Transgrediemur omnino fratres, transgrediemur, sicut Caleb, inquam, & Jesu Nave promissionis hæredes. Corruent ante nos spiritaales muri, sicut tum Hierichuntini (d) ad gratiarum actionis buccinam, qua cecinit beatus Thadæus, ex ipsa laborum meta personans. Hæc dies quam fecit Dominus. Sic oro, sic obtestor. Pro (e) Christo enim legatione fungimur, tamquam Deo exhortantem per nos, obsecramus, ne reformidetis mortem ipsam, si opus sit pro illo, & cum illo sustinere.

(c) Num. 13. 14.

(d) Jos. 6.

(e) 2. Cor. 5.

Ad omnes hæc epistola, tametsi ad te inscribitur, fili optime. Propterea omnes saluto, & omnibus gratulor in ærumnis: (f) Et quis dignus erit adimplere ea, quæ desunt passionum Christi in carne sua? Et væ aegonti, aut succumbenti, licet mors impendat: quia mors (g) æterna depascet eum: & dominabuntur ejus recti in matutino. Pax vobis Christi, robur, fortitudo, consolatio, pro fratribus universis & pro me orantibus, ut ad quæ hortor, ipse impleam Dei misericordia. Salutant vos fratres, qui mecum sunt. Ista Theodorus hoc anno, cum licet in carcere nondum adeo arctaretur arctiori custodia. Quando autem loco mutatus fuerit, & duriori in custodia & diris fuerit vinculis mancipatus dicemus anno sequenti.

(f) Coloss. 1.

(g) Psal. 48.

LVI. Quod autem rursum ad eundem Leonem Imperatorem spectat, qui res Venetorum sunt prosequuti, & inter alios Sabellicus, tradunt ab eodem Imperatore missas ad Ducem Venetiarum (hic erat Angelus Patriciacus) sacras reliquias. Quod mirum videri debet, ut quas ipse non coleret, aliis colendas mitteret; nisi dixerimus hisce muneribus devincire sibi conatum animum externorum, quæ ipse contemneret, & ab illis plurimi fieri certo sciret. Sunt hæc verba auctoris, *Misit* (inquit) *Leo publice Venetias Zachariæ corpus cum parte sacratissimæ Crucis, ac Dominicæ vestis, & alterius quæ Deiparæ fuit Virginis: Quæ Patricinus Princeps novo satalit templo, quod Zachariæ nomine statuendum curavit.* Par est credere Venetos, qui erant Constantinopoli, hoc procurasse apud Imperatorem, significasseque nullo ampliori munere, quam ejusmodi sacris pignoribus conciliare sibi ac devincire se posse animos Venetorum: hocque facile persuasum Principi, de Venetis bene mereri ob invidiam partam adversus Occidentis Imperatores Francorum Reges cupienti.

S. Zachariæ corpus missum Venetias.

LVII. Sed res ipsorum Francorum adeamus. Hoc anno, mense Januario, moritur Carolus Magnus Imperator de cujus ad Deum transitu habet ita Eginhardus: *Cum Aquisgrani hiemaret, mense Januario, febri valida correptus decubuit. Qui statim*

LVII. Caroli Magni obitus.

PAGIUS *lentiam perspicerent, cum aqua tepida, adipem quoque petenti sæpius Patri Theodoro ob inopiam, præbuissent. Is, adjunctis precibus, spongia leniter demulcens, ac quotidie plagas abluens, paucis diebus, insanabilem illum manuum dolorem dissolvit, ac perfecta discipulum sanitate donavit. Sed & ipse nihilominus magnus Nicolaus, id ipsum pro curationis officii patri exhibebat, emortuas tormentorum vi carnes, ac instar mandilis pendentes a corpore, peritè abscindens, ac omni parte Patris curam gerens.* Cætera remittimus ad annum DCCCXVI.

XXII. Ad num. LVII. & seqq. Eginhardus in Vita Caroli M. refert, *Carolum*, cum Aquisgrani hyemaret, *mense Januario* valida febre correptum esse, & accedente ad febrem lateris dolore decessisse, *anno ætatis suæ LXXII. & ex quo regnare cœperat XLVII. V. Kalend. Febr. hora diei tertia.* Ubi Eginhardus anno Regni ejus Julianos, utrimque incompletos, numerat, ætatis vero ultimum etiam incompletum in summam confert; cum Carolus an. DCCXLII. in lucem prodierit, aliqui ei annos LXXI. alii annos LXXII. alii annos LXX. attribuunt; quod scilicet ultimi numero rotundo utantur, alii annos completos numerent, sicque eum annos LXXI. vixisse scribant; alii denique annos etiam incompletos recenseant, indeque an-

Moritur Carolus M.

tim (ut in febribus solebat) cibi sibi abstinentiam indixit, arbitratus hac continentia morbum posse depelli, vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore, quam Græci pleurisim vocant illoque adhuc inediam retinente neque aliter corpus quam rarissimo potu sustentante, septimo postquam decubuit die, sacra communione percepta, decessit anno suæ ætatis septuagesimo secundo, ex quo regnare cœperat quadragesimo, septimo, quinto Kalend. Februarii hora diei tertia. Sed quibus præviis ad salutem remediis curatit animam, accipe ab auctore ejus temporis monacho monasterii Engolismensis, qui ejus vitam æque per annos singulos scripsit, de quo sæpe superius, qui ait: *Oleo autem sancto inunctus ab Episcopis, & viatico sumpto, & omnibus suis dispositis, commendans Domino spiritum suum, obiit in pace, anno octingentesimo quartodecimo ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi*. Hæc ipse.

LVIII. Sed & quæ de ejus ad Deum transitu Theganus ejus temporis testis adducit in medium, recitemus: ait enim: *Septimo die postquam laborare cœpit, jussit familiarissimum Pontificem suum Hiltibaldum venire ad se, ut ei sacramenta Dominici corporis & sanguinis tribueret, at exitum suum confirmaret. Quo facto, laboravit in infirmitate diem illum & noctem sequentem. In crastinum vero luce adveniente, sciens quod facturus erat, extensa manu dextera, virtute qua poterat signum sanctæ Crucis fronti imprimens, & super pectus, & omne corpus consignavit. Novissime autem colligens pedes suos, extendens brachia & manus super corpus, clausit oculos, psallens hunc versum leniter: In manus tuas commendo spiritum meum. Statim post hæc in senectute bona plenus dierum perrexit in pace &c.* ut alii de die & ætate ipsius. His addenda essent quæ de obitu ejusdem Imperatoris auctor, Turpinus falso inscriptus narrat, sed fabularum contextori nec si verum dicat, fides adeo tuta adhiberi potest.

De ejus vero sepultura idem qui supra auctor Theganus habet ista: *Corpus ejus aromatizatum est, & in sede aurea sedens positum est in curvatura sepulcri ense aureo accinctus, Evangelium aureum tenens in manibus, & genibus reclinatis humeris in cathedra & capite honeste erecto ligato aurea catena ad diadema, & in diademate signum sanctæ Crucis positum est. Et repleverunt sepulcrum ejus aromatibus, pigmentis, & balsamo, & musco, & thesauris multis in auro. Vestitum est corpus ejus vestimentis Imperialibus, pera peregrinalis aurea posita est quam Romam portare solitus erat. Sceptrum autem & scutum aureum, quod Leo Papa consecraverat, ante eum posita sunt dependentia. Et clausum & sigillatum est sepulcrum ejus. Nemo autem referre potest, quantus planctus & luctus pro eo fuerit per universam terram; etiam inter Paganos plangebatur quasi pater orbis*. Hactenus ipse. His addamus quæ de sepultura & inscriptione habet Eginhardus: LIX. Du-

PAGIUS annos LXXII. eidem tribuunt. *Sepultus est*, inquit Eginhardus laudatus, *eadem, qua defunctus diei arcusque super tumulum deauratus cum imagine & titulo extructus: & titulus ille hoc modo descriptus est*: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS KAROLI, MAGNI ATQUE ORTHODOXI IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT, ET PER ANNOS XLVII. FELICITER TENUIT. DECESSIT SEPTUAGENARIUS, ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICTIONE VII. V. KALEND. FEBRUARII. Notabile est quod scribit Eginhardus, *Carolum* eadem die & mortuum & sepultum; inde etiam discimus, quo tempore exequiæ primis octo Ecclesiæ sæculis de more fierent. Certe Pontifices Romanos, de quibus hactenus locuti sumus vel eadem qua decesserant die, vel uno aut altero post mortem die tumulatos fuisse, ex iis, quæ suis locis diximus, certum esse debet. [1]

XXIII. *Agnomen Magni ei post mortem attributum.* Notabile etiam est, quod Carolus in suo Epitaphio *Magnus* non cognominetur, quia nempe titulus ille eidem nonnisi post mortem datus, ut patet ex ejus Diplomatis, in quibus dicitur quidem *Magnus Imperator* Græcorum Imperatorum exemplo, sed nunquam *Carolus Magnus*. Indeque liquet, quæcumque Diplomata, in quibus *Magnus* nuncupatur, mere supposititia esse, eique afficta; quod de quibusdam, suis locis ostendimus, cætera, quæ Viris doctissimis imposuere, brevitatis causa negligentes; cum ex uno omnia disci possint. Hoc etiam demonstrat Commentarius in Donatum a Smaragdo Monasterii Sancti Michaelis in pago Virdunensi Abbate compositus. Floruit is Carolo & Ludovico filio imperantibus, & Præceptoris munus ali-

NOTÆ [1] AD *Caroli M.* obitum quod attinet, ad oram vetustissimi martyrologii Reginæ Suec. Cod. nunc 435. olim monasterii Senonensis S. Columbæ, partim ab Holstenio in Animadversis ad Romanum martyrologium editi, ex integro vero a Bollandianis sociis luce donati mense Junii tom. VII. pag. 37. ad *V. Kal. Februarii*, hæc adnotantur, alio quidem charactere, sed ejusdem fere ætatis, qua ipse Codex: *Obiit Karolus Imperator*. A Bollandianis sociis Necrologium ad oram hujus martyrologii omissum est. Vide, si lubet, Necrologium Laureshamense, Hagiologion Franco-Gallicum Labbei Biblioth. MSS. tom. II. pag. 697. & Mabillon. Annal. Benedict. Lib. XXVIII. §. XIV. & Cointium ad an. 814. n. I. & II. His adde Eccardum rer. Franc. Lib. XXVIII. n. XLVI. GEORGIUS

LX. Dubitatum est, inquit, primo ubi poni deberet, eo quod ipse vivus nihil de hoc præcepisset: tandem omnium animis sedit, nusquam eum honestius tumulari posse, quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei & Domini nostri Jesu Christi, & ob amorem sanctæ & æternæ Virginis Dei Genitricis, ejus proprio sumptu in eodem vico construxit, in hac sepultus est eadem qua defunctus est die; arcusque super tumulum deauratus cum imagine & titulo extructus, cujus hæc sete sunt verba:

SVB HOC CONDITORIO SITVM EST CORPVS CAROLI MAGNI ATQVE ORTHODOXI IMPERATORIS QVI REGNVM FRANCORVM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII. FOELICITER * TENVIT. DECESSIT SEPTVAGENARIVS ANNO DOMINI DCCCXIV. INDICTIONE VII. QVINTO KAL. FEBRVARII.

* rexit

☞ Scripsit & carmine ejus epitaphium Agobardus Episcopus Lugdunensis, qui eodem tempore claruit: cui hic inest titulus inscriptus:

(a) Ad finem aliorum operum ejus Parisiis editorum. Caroli M. Epitaph.

(a) *Agobardi in Carolum Magnum defunctum*

Epigramma.

Aurea cælorum postquam de Virgine, prolis,
Sumpsere apta tibi mundi pro crimine membra,
Jam decimus quartus, post centies octo volabat
Annus, multivagi meruit quo fervida facli
Æthærei, Carolus Francorum gloria gentis
Æquora transire, & placidum comprehendere portum,
Qui deciesque quater per sex feliciter annos
Sceptra tenens regni, & regno rex regna rejungens
Febru migravit, quinto (arii) ex orbe Kalendas,
Septuaginta senex vitæ qui terminat annos.
Quapropter flagito, precibus si flectores ullis,
Quique hujus relegis versus epigrammata Lector,
Astriferam Caroli teneat, dic, spiritus arcem. ☜

Qualis autem ejus fuerit forma corporis (si & hoc cupis) idem Eginhardus ita LXI.

PAGIUS aliquando gessit. Commentarius ille hactenus ineditus; sed Mabillonius Tom. II. Vet. Analect. pag. 420. testatur hujus Operis duo exemplaria MSS. extare in Codice Corbeiensi, quorum alterum Carolo, alterum Ludovico imperante exaratum fuit. In priori Auctor plura exempla profert de Carolo, & inter illa istud: *Ergo si placet, sic ista quatuor propriorum nominum species jam hodie apud nos teneantur, ut dicamus pronomen* IMPERATOR, *& sit illi proprium dignitatis, quod nulli alio in suo conveniat Regno; dicamus* KAROLUS, *& sit illi proprium quod accepit in Baptismo; dicamus* FRANCUS, *& sit illi appellativum in genere suo: dicamus* PRUDENS, *& sit illi agnomen appellativum accidens ei extrinsecus.* In altero quidem Codice quod hic Carolo, Chlouwico attribuitur, sed fictum id, quia post obitum Caroli, cum dignitas Imperatoria penes Ludovicum erat, Librarius, qui Codicem istum exaravit, exemplum a Karolo ad Chlowicum seu Ludovicum traduxit; de quo cum scribat; *dicamus* FRANCUS. &c. *dicamus* PRUDENS, &c. recte inde colligit Mabillonius, neque *Carolo* superstiti agnomen tribui solitum fuisse Magno, neque *Ludovico*, cognomen Pio.

XXIV. *Ex ætate Caroli M. ejus patria arguitur.* Ex eodem Epitaphio etiam liquet, Cointium anno DCCXLVII. num. XIV. & currenti n. I. & seqq. valde deceptum esse, quando scripsit, *Carolum* anno DCCXLVII. natum, currentiqua, cum a nativitate sua LXVII. numeraret, vita functum. Eginhardus enim hac in re falli non potuit; cum Epitaphium Caroli ab eo recitatum conditum esset antequam Caroli Vitam in litteras mitteret. Secundo, Theganus, qui hoc tempore vivebat, cap. 7. scribit: *In senectute bona plenus dierum perrexit in pace, ipsoque die humatum est corpus ejus in Ecclesia quam ipse construxerat Aquisgrani Palatio, anno ætatis suæ LXXII. Indict. VII.* Respondet Cointius hoc anno, in textu Eginhardi & Thegani mendum corrigendum esse, & loco characteris X. restituendum characterem V. Sed præterquam quod hujus correctionis suæ nullam rationem profert, & *Caroli* Epitaphium dissimulat, in quo Carolus septuagenarius dicitur, a nostra computatione non recedunt Eginhardus in Annal. Theodulfus Aurelianensis Episcopus, Agobardus Episcopus Lugdunensis cujus Epigramma in eodem Caroli Magni recitat Baronius in Appendice ad hunc annum, incertus Auctor & Monachus Egolismensis, cum Annalistis Moissiacensi, Fuldensi, Bertiniano, aliisque antiquis Scriptoribus. Ex quo & sequitur, *Carolum* anno DCCXLII. natum esse in Majoratu Pippini, deceptosque Scriptores Germanos, qui superiori sæculo & præsenti tradidere, *Carolum* natum esse in Germania, & in Majoratu Carolomanni; cum is illum tenuerit usque ad annum DCCXLVII. quo illum Pippinus fratri resignavit.

XXV. *Virtutes Caroli M.* Quanta pietate & justitia exornatus fuerit *Carolus*, ostendunt quæ suis locis de eo retulimus, & quæ scribit Abbo Floriacensis Abbas, qui ante annum DCCCCXCVII. Hugoni Capeto atque Roberto ejus filio cum patre in Francia regnanti librum Canonum a se editum, & a Mabillonio loco laudato publicatum, obtulit. Illius enim libri cap. 3. quod est de Ministerio Regis, ait Abbo: *quale Ministerium Regis, si*

Caroli forma corporis.

Ita tibi describit. *Corpore fuit amplo & robusto, statura eminenti, quæ tamen justam non excederet: nam septem suorum pedum proceritatem ejus constat habuisse * mensuram. Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis, naso paululum mediocritatem excedente, canicie pulchra, facie læta & hilari, unde formæ auctoritas & dignitas tam stanti, quam sedenti plurima inerat; quamquam cervix obesa & brevior, venterque projectior videretur: tamen hæc cæterorum membrorum celabat æqualitas, incessu firmo, totaque corporis habitudine virili, voce clara quidem, sed quæ minus corporis formæ conveniret; valetudine prospera, præterquam antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum uno etiam pede claudicaret.* Hæc Eginhardus, qui ei (ut sæpe dictum est) fuit a secretis, vitamque ejus scripsit, sed brevius mea sententia, quam par erat.

* figuram

LXII. Meminit ejusmodi Eginhardi lucubrationis de vita Caroli, Lupus Abbas Ferrariensis magna cum laude in epistola ad ipsum scripta, ubi post alia hæc ait; *Cum deinde in auctorum voluminibus spaciari aliquantum cœpissem; & dictatus nostra ætate confecti displicerent propterea quod ab illa Tulliana, cæterorumque gravitate, quam insignes quoque Christianæ religionis viri æmulati sunt, aberrarent: venit in manus meas opus vestrum, quo memorati Imperatoris clarissima gesta (liceat mihi absque suspicione adulationis dicere) clarissime litteris allegastis. Ibi elegantiam sensuum, ibi raritatem conjunctionum, quam in auctoribus notaveram, ibidemque non longissimis periodis impeditas & implicitas, at modicis absolutas spatiis sententias inveniens, amplexus sum. Quare cum & ante propter opinionem vestram, quam sapiente viro dignam imbiberam, tum præcipue propter expertam mihi illius libri facundiam, desideravi deinceps aliquam nancisci opportunitatem, ut vos præsentes alloqui possem, &c.* Hæc de libro, quo res gestæ Caroli Magni scriptæ leguntur, Lupus; ex quo pariter non alterius auctoris, nempe Albini (ut aliquis existimavit) sed severa Eginhardi opus illud esse satis certum ostenditur.

Sed revertamur ad Carolum, cujus si animæ, sicut & corporis species formam, plane ex his, quæ de ipso scripta sunt ab eo, tam ab aliis ejus temporis scriptoribus, dignam virtutum exemplar intueberis; religionis vero omnibus absolutum numeris simulacrum, cui nec, mea sententia, qui præcesserunt, vel postea successerunt Imperatores, penitus æquari valeant; sed nec in moribus etiam haberet æqualem, nisi ipse conjugalem castitatem concubinarum introductione fœdasset. Sed posterior maculas istas pœnitentia jugis abstersit, dum carnem suam, senilem licet, cilicino super nudum corpus inhærente jugiter indumento attrivit. LXIII.

Porro egregiarum ipsius virtutum merito Ecclesia Gallicana ejus diem natalem cele-

PAGIUS

sit, & ipse sui officii nomine prodit, & totius Regni suscepta cura innotescit: nec magis ulla sententia animum Regis ad bene agendum subrigit, quam diversorum Principum clementia proposita sub exemplis: quia & CONSTANTINI Imperatoris mansuetudo laudatur inter dissidentes Episcopos, & MARCIANI pura fides inter hæreticos & Orthodoxos. Sed de externis quid loquor & loquendo immoror? cum ad dispensationem Reipublicæ & utilitatem Ecclesiarum tanta fuerit pietas ac prudentia CAROLI, & filii ejus Hludowici. Certe utrique pro tempore ac ratione noverant parcere subjectis, & debellare superbos. Unde ex libris, qui in Cancellis sui temporis effecti sunt cum subjectione Episcoporum, quanta facile est reperiri expressum lib. 2. cap. 2. post aliqua. Justitia Regis est, neminem injuste per potentiam opprimere; sine acceptione personarum inter virum & proximum suum judicare; advenis & pupillis & viduis defensorem esse, &c. ibidem legenda. Denique præter ea quæ Baronius hoc anno de ejus Sanctitate habet, Bollandus ad diem XXVIII. mensis Januarii, cum agit de publica Sancti Caroli Magni veneratione, Breviaria complurium Ecclesiarum a se visa testatur, in quibus V. Kal. Februarii *Carolus* Imp. officio novem vel trium Lectionum colitur. Citat & Wandelbertum, aliosque Martyrologos, apud quos eodem die nomen *Caroli* legitur, refertque ea Breviariis Mindensi & Rotomagensi publicas precationes eo quoque die recitari solitas.

Annalista Cæsareus a Lambecio editus ad annum. I. Ludovici Augusti, narrata Caroli morte ait: *Eo anno Placitum suum cum Francis Imperator Hludowicus habuit Kalendis Augusti mensis, & Legati Græcorum auxilium petebant ab eo contra Bulgares & cæteras barbaras gentes. Eo tempore Hierosolyma vastata est a Persis, & persecutionem magnam in Orientalibus partibus Christiani habebant. Hraban ordinatur ad Presbyterum X. Kal. Januarii ab Heistolfo Archiepiscopo Moguntiacensi.* Quæ quatuor hic nobis exponenda. Quoad primum, Eginhardus in Annal. hoc anno habet; *Habito Aquisgrani Generali populi sui Conventu, ad justitias faciendas, & oppressiones popularium sublevandas, Legatos ad omnes Regni sui partes dimisit.* Theganus vero cap. 13. *Eodem tempore supradictus Princeps misit Legatos suos supra omnia Regna sua inquirere & investigare, si alicui aliqua injustitia perpetrata esset, et si aliquem invenissent, qui hoc dicere vellet, & cum verissimis testibus hoc probare potuisset, statim cum eis in Provinciam ejus venire præcepit. Qui ingressi invenerunt innumeram multitudinem oppressorum aut ablatione patrimonii, aut expoliatione libertatis, quod iniqui ministri, Comites, & Loco-positi per malum ingenium exercebant. Omnia supradictus Princeps destruere jussit acta, quæ impie in diebus patris sui per iniquorum Ministrorum ingenia facta fuerant. Patrimonia oppressis reddidit, injuste ad servitium inclinatos absolvit, & omni-* XXVI. *Ludovicus Pius Conventum Aquisgrani celebrat.*

lebrat, habentque inter Sanctos recensitum Aquisgranensis Ecclesiæ tabulæ, Sub Federico Imperatore post annos centum sexaginta ses, Paschalis, Papa dictus, in numerum Sanctorum adscripsit, cujus rei gestæ asservari diploma in Aquisgranensi Ecclesia tradunt. Verum quod Paschalis ille haud legitimus Pontifex fuit, sed schismaticus, ejusmodi canonizatio haud recepta est ab Ecclesia Romana, ob quam causam nec nomen ejus illatum est in Ecclesiæ Romanæ Martyrologium. Verum quod non reperiantur legitimi Pontifices illud diploma abolevisse, aut impugnasse, aut prohibuisse, res sic tacita permissione sive tolerantia perseverat, ut scilicet in propria Ecclesia, ubi sepultus fuit in Galliis coleretur. Ita quidem canonum præcipui interpretes declararunt (a). Cæterum propagatus postea noscitur ejus cultus in alias Ecclesias Belgii, atque Germaniæ, in quibus idem Carolus sanctitatis titulo celebratur ac colitur. Quibus favent; scripta plurium rerum Francorum historicorum. Sed de his hactenus. Jam vero ad ejus successorem Ludovicum filium se oratio conferat, de quo ista Theganus rerum ipsius scriptor illius temporis:

(a) Card. Ostiens. & Joan. Andr. in c. 1. de reliquiis, & venerand. Sanct.

LXIV. *Post obitum gloriosissimi Imperatoris Caroli perrexit Ludovicus de partibus Aquitaniæ, & venit in Aquisgrani palatium. Suscepit omnia regna, quæ Deus tradidit patri suo sine ulla contradictione (qui est annus Incarnationis Domini octigentesimus decimusquartus, qui est primus annus Regni ejus) post patrem sedit in supradicto palatio. Et in primis cum magna festinatione*

PAGIUS *mnibus præcepta jussit fucere, & manu propria cum subscriptione confirmavit.*

XXVII. *Legatio ad eum missa a Leone Imp.* Quoad Legatos, idem Eginhardus antea scripserat: *Ad suscepti Regni administrationem curæ conversa, primo Legationes gentium, quæ ad partem venerant, auditus absolvit. Alias simili modo ad patrem ante quidem missas, ad se vero venientes suscepit. Inter quas præcipua fuit Legatio de Constantinopoli missa. Nam Leo Imperator, qui Michaeli successerat, dimisso Amalhario Episcopo* (nempe Trevirensi) *& Petro Abbate* (scilicet Nonantulano), *qui ad Michaelem quidem missi ad se venerant, Legatos suos Christophorum Spatharium & Gregorium Diaconum cum eis ad Dominum Carolum, & per eos descriptionem ac confirmationem pacti ac fœderis misit. Quibus susceptis atque dimissis, Dominus Ludovicus Legatos suos Northertum Rhegiensem Episcopum* (in Insubria scilicet) *& Richwinum Patavienfem Comitem ad Leonem Imperatorem ad renovandam secum amicitiam & prædictum pactum confirmandum misit.* Non dubium autem, quin Legati Græcorum auxilium a Ludovico Aug. adversus Bulgares Imperium Orientis hoc & superiori anno devastantes, ut supra ostendimus, postulaverint, licet hoc Eginhardus silentio prætermittat. Quod spectat ad tertium, Annalista Cæsareus *Persarum* nomine Saracenos intelligit, quorum Calipha Bagdadi Regiam sedem habebat. Anno autem superioris Saraceni factionibus inter se divisi Palæstinam depopulati sunt, ut ibidem numer. XXV. diximus.

XXVIII. *Rabanus fit Presbyter.* Quoad *Rabanum*, idem Annalista ad annum XXXIII. Caroli Regis, seu ad annum Christi DCCCI. jam dixerat: *Hraban Diaconus factus.* Quare perperam Cointius Rabani ordinationem in Presbyterum in annum sequentem differt. Neque dubitandum eam ad præsentem pertinere; cum dies XXIII. Decembris, quo ordinatus dicitur ab Annalista Cæsareo, hoc anno in Sabbatum Quatuor Temporum Adventus inciderit, uti dies Paschatis a nobis memoratos ostendit. Rudolfus Scholasticus, Rabani discipulus in ejus Vita a Mabillonio Sæc. IV. Benedict. part. II. recitata de Rabani patria, quæ in magna controversia versatur, mentionem non facit, sed Rabanus ipse in Alcuini persona libros suos de Cruce Papæ offerens, sic de se loquitur:

Ipse quidem Francus genere est; atque incola silvæ Bochonia, &c.

Rabanus quippe Monachus Fuldæ erat, quod Oppidum est in Bochonia situm; sed non ibi, verum in Urbe Moguntia, ut ipse canit in suo Epitaphio, natus est:

Urbe quidem hac genitus sum, ac sacro fonte renatus:
In Fulda post hæc Dogma sacrum didici.

Nec audiendi sunt, qui interpunctionem quæ præcedere debet hoc vocabulum *in Fulda*, post illud locant, ut inde eum Fuldæ natum esse inferant. *Rabanus* enim sepulturam suam designaverat Moguntiæ, ac proinde verba illa, *Urbe quidem hac genitus sum* de Moguntia recte explicavit Baronius anno DCCCLVI. num. XXVI. & confirmat Mabillonius loco laudato in Elogio Historico Rabani num. XXXIX. ex Anonymo inedito ante annos quadringentos descripto. *Rabanum* adolescentem & literis utcumque imbutum *Radgarius* Fuldensis Abbas ab anno DCCCII. ad Alcuinum, ut artes liberales disceret, misit, ipseque postea Fuldensis Scholæ regimen suscepit, ubi discipulos habuit permultos, & in his Walafridum Strabum, Servatum Lupum, Otfridum Monachum Wissenburgensem, & Rudolfum ejus Vitæ Scriptorem de quibus omnibus infra sermo erit, sicuti & rursus de *Rabano*, Viro inter Ecclesiasticos Scriptores valde celebri.

Rerum hoc anno in Galliis gestarum narrationem Eginhardus in Annal. sic prosequitur; *Bernardum Regem Italiæ, nepotem suum, ad se evocatum, muneribus donatum in Regnum dimisit* (Ludovicus Aug.) *Cum Grimoaldo Beneventanorum Duce pactum fecit atque firmavit, eo modo quo & pater, scilicet ut Beneventani tributum, annis singulis, septem millia solidum darent. Tunc duos ex filiis suis Hlotarium in Bajoariam, Pippinum in Aquitaniam misit.* Ludovicus Pius filios tres ex Hildegarde uxore habebat, Lotharium, Pippinum, ac Ludovicum. Lotharius hoc anno Bojoariæ, & Pippinus Aquitaniæ Reges renonciavit, *tertium vero Ludovicum adhuc puerilibus consistentem in annis secum tenuit*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii. Porro Lotharium & Pippinum hoc anno regnare cœpisse, ex utriusque Diplomatis suis locis ostendemus. XXIX. *Lotharius fit Rex Bavariæ, & Pippinus Aquitaniæ.*

» Vi-

ne jussit ostendi sibi omnes thesauros patris in auro, in argento, in gemmis pretiosissimis, & in omni supellectili. Dedit sororibus suis partem earum legalem, &, quicquid remanserat dedit pro anima patris. Maxima pars thesauri Romam missa. *Maximam partem thesauri misit Romam temporibus beati Leonis Papæ. Et quicquid super hoc remanserat, sacerdotibus & pauperibus, advenis & viduis, orphanisque omnia distribuit, nihil sibi reservans, præter unam mensam argenteam, quæ triformis est in medio, quasi tres clypei in unum conjuncti: ipsam sibi retinuit ob amorem patris, & tamen eam dato pretio redemit, quod pro patre tradidit.*

LXV. *Hoc facto Legati venerunt ad eum ex omnibus Regnis & provinciis & ex cæteris nationibus, & omnes, qui sub ditione erant patris sui, nuntiantes pacem & fidem erga eum observare, & spontaneum obsequium non coacti obtulerunt. Inter eos venerunt Legati Græcorum cum Amalario Trevirensi Episcopo, qui erat Legatus piæ memoriæ Caroli ad Principem Constantinopolitanum, cujus nomen modo non occurrit* (Leo iste erat) *illi venientes in solio patris collocatum dominum Ludovicum invenerunt, quia sic Deus ordinavit. Ille benigne eos suscipiens, & dona eorum cum gratiarum actione accipiens, & colloquium familiare, interim quousque cum eis erat, habebat. Non post multos autem dies magnis honoribus decoravit eos, & dimisit ire ad propria, & ante eos misit Missos suos præparare eis quicquid desiderabant ad opus eorum, quousque forent in Regno. Eodem anno jussit supradictas Princeps renovari omnia præ-* Legationes ex diversis locis ad Ludovic. Imp.

XXX. *Moritur S. Angilbertus Abbas Centulensis.* „ Viginti duobus diebus elapsis post mortem dicti Caroli Magni, anno DCCCXIV., XII. Kal. Martii *S. Angilbertus* migravit a sæculo & illis XXII. diebus durantibus, die ac nocte semper & continue existens in orationibus de nece & morte Domini sui, plorans & jejunans humiliter Sacramenta Ecclesiastica, & necessaria requirens & suscipiens, omnibus suis fratribus in signum humilitatis & paupertatis sepulturam Ecclesiasticam ante portam Magnæ Ecclesiæ requisivit, ut per omnes intrantes pedibus conculcaretur. Et ibidem requievit ejus sanctissimum corpus XXVIII. annis, & super ejus tumulum discipuli ejus inscripserunt & in Epitaphium compofuerunt Versus sequentes, inquit Joannes de Capella Monachus Centulensis, qui Chronicon Abbatum Centulensium anno Christi MCCCCXCII. elucubravit, quique postea Versus illos recitat. Hariulfus, qui sæculo XI. Vitam Sancti Angilberti concinnavit, mortem ejus cum eodem anno ac die alligat. An Monasterium Centulense plus debeat *Richario* Conditori, quam Angilberto Instauratori & Amplificatori suo, vix statui potest, inquit Mabillonius in Elogio Historico Sancti Angilberti Sæc. IV. Benedict. part. I. Quantum decoris & ornamenti is loco addiderit, argumento sunt tres Centulæ erectæ Basilicæ, ad quas per triangulare claustrum seu dormitorium iter continuum erat: in quibus Acœmetarum more perpetua jugisque Psalmodia celebrabatur. In his aræ multæ, Reliquiarum sacrarum & ornamentorum immensa supellex, quæ omnia vel contulit *Angilbertus*, vel Carolo M. donante promeruit. Et ne quid suæ in Sanctum *Richarium* devotioni deesset, ejus Vitam per Alcuinum eleganitori stylo expoliri curavit, præcipiente Carolo M.

XXXI. *Moritur Amalharius Archiep. Trevirensis.* *Amalharius* Trevirensis Archiepiscopus hoc anno obiisse videtur; Joannes enim Masenius in Annotat. XVI. ad Annales Trevirenses Broweri hoc anno mortem ejus consignat, laudatque probatissimos *Annales Trevirorum, quos ante annos trecentos Balduinus Archiepiscopus ex Archivo principali magna cura colligi jussit*. De Amalhario multa commentitia circumferuntur, sed hæc tria certo de eo possunt asseri, quod Auctor sit libelli Alcuino suppositi de *Ceremoniis Baptismi*, quodque Transalbianam Saxoniam erudierit, quodque Legatus in Oriente a Carolo Aug. pro pace confirmanda directus fuerit. Ejus nomine sæpe quatuor libri *de Ecclesiastico officio*, nec non liber *de Ordine Antiphonarii*. Sed Auctor utriusque Operis calamo manum admovit, Amalhario Trevirorum Archiepiscopo jam mortuo. Hettium enim ejus in Episcopatum Trevirensem Successorem anno DCCCXVII. aut saltem insequenti eam Ecclesiam rexisse, certo demonstrat ejus Epistola ad Frotarium Tullensem Episcopum data, in qua de Ludovico Aug. loquens, ait: *Insidiante Satana Bernardus Rex disponit rebellare illi*, eam autem adversus Ludovicum Aug. conjurationem anno DCCCXVII. cœptam, annoque sequenti ipsius Bernardi supplicio suppressam, inter omnes convenit. Quare cum tam Libri de *Officiis Ecclesiasticis*, quam Liber de *Ordine Antiphonarii* ante annum octingentesimum vigesimum septimum scripti non sint, ut infra videbimus, hinc invicte deduxit Sirmondus distinguendos esse duos Amalarios, quorum alter Archiepiscopus Treverensis, & alter Diaconus Metensis, ac eorumdem Librorum Scriptor exstitit. Qua de re legenda quæ anno DCCCXXX. dicemus.

XXXII. *S. Adelhardus cum fratribus in exilium missus.* Sanctus Adhelhardus Abbas Corbeiensis, relicta Bernardi Italiæ Regis Aula *perrexit Romam*, inquit Auctor Libelli de Constructione Novæ Corbeiæ, *non solum orationis causa, sed etiam ut cum Venerabili Viro Leone Papa conferret de necessitate Regia & plebis. Ibi cum moraretur, atque simul de profectu adolescentis gauderent* (Bernardi nempe Italiæ Regis) *subito venit nuntius pennigero volatu, afferens Epistolam luctuosam nimis de morte Caroli Imp. qua perlecta mæstus nimis Venerabilis Pater illo de loco abscessit, statimque ad proprium Monasterium perrexit*. At paulo post anno Lodovici Augusti primo pulsus est in exilium; cum, teste Paschasio Ratberto in ejus Vita, *per septennium* exulavit, suoque Monasterio anno DCCCXXI. restitutus fuerit, ut legitur in Annal. Eginhardi. Bernhardo Caroli Magni patruo quinque liberi fuere, tres mares Adelhardus, Wala, Bernarius; fœminæ duæ, Gundrada & Theodrada, quos omnes apud Carolum in magna existimatione fuisse asserit Ratbertus citatus. *Adelhardus* Abbas erat Corbeiensis, *Wala* clarissimus inter laicos, *Bernarius* Corbeiensis Monachus. *Gundrada* vitam agebat in Aula Regia, *Theodrada* Suessionensis Abbatissa

præcepta, quæ sub temporibus fratrum suorum gesta erant in Ecclesiis Dei, & ipse manu propria ea cum subscriptione roboravit, &c. Agit auctor de aliis legationibus e diversis locis ad novum Imperatorem hoc eodem anno missis, aliisque quas ipse ad diversos Principes misit; quæ cum ad institutum minime spectare videantur, dicere prætermittimus.

Se-

PAGIUS tissa erat. *Factum est autem, cum Imperator Carolus diem vitæ fecisset extremum, & Ludovicus proles ejus Augustus successisset in Regnum, ut diaboli agente invidia, in eo* (idest in Adelhardo Abbate) *veritas pravorum rursus solitis agitaretur insidiis*. Nihil timendum erat a piissima familia; Ludovico tamen absenti suspectam Walæ potentiam quidam malevoli reddiderunt post Caroli patris obitum, ut insinuat Auctor Vitæ Ludodvici Pii. Adelhardus *sapientia probus mittitur, quasi unus ex ignobilibus ad Heri Insulam. Missus vero illuc omni humano privatus honore, sed cælesti interim undique vallo fulcitur*, inquit Ratbertus, qui de Wala scribit: *Quem tanta laus sequebatur in omni vita negotio, ut longe plus conservetur amore posse, quam omnium fastus, & tyrannis reliquorum. Erat enim justitiæ custos, & decus honestatis, oppressorum quoque justus oppressor*. His virtutibus cæterorum invidiam Procerum in se suamque familiam concitavit. Ex Aula pulsus Monachum Corbeiæ induit, ac toti Congregationi, quæ deflebat absentiam Abbatis Adelhardi, non exiguo solatio fuit. *Bernarius* Monachus etiam factus, qui e Corbeiensi Monasterio ad Lerinense relegatus est. De Gundradæ & Theodradæ egregiis virtutibus legendus idem Ratbertus, qui refert, solam *Theodradam* in suo Monasterio remansisse.

I. SEquitur Christi annus octingentesimus decimus quintus, Indictione octava. Quo rursum sancta Dei Ecclesia Romana sceleratorum hominum factione pressuram passa est. Siquidem Carolo Magno Imperatore soblato de medio, qui ejus Ecclesiæ protectionem susceperat, semperque liberaverat a pravorum hominum in Leonem Romanum Pontificem insurgentium audacia: quasi ejus morte destituta omnino remansisset auxilio, rursum facinorosi in eum insurrexere, molientes insidias. Quod sciens ipse Pontifex, in eos legem agi præcepit, cujus rei gratia magnæ sunt turbæ Romæ concitatæ, sequutæque sunt plurimæ strages, deprædationes, incendia, aliaque mala, adeo ut opus fuerit Ludovico Imperatori mittere in Urbem qui loco Pipini fratris successerat in Regnum Italiæ Bernhartum. At hæc & alia narrantur ab Annalium scriptore hujus temporis domestico Ludovici, dum ait: *Priusquam autem Ludovicus illuc veniret, sed domi adhuc esset, allatum est ei, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem Papam in ipsa Urbe Roma conspirasse, ac deinde cum hujus causæ * judicium ad Pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores ipsius jussu fuisse trucidatos. Quod cum moleste ferret, ordinatis tunc Sclavorum & Harioldi rebus, ipsoque in Saxonia dimisso, cum ad Francofurt palatium venisset, Bernhartum Regem Italiæ nepotem suum, qui & ipse secum in Saxonia fuerat, ad cognoscendum quod nuntiabatur, Romam mittit.*

In Leonem Romanum Pontificem conjuratio.

* indicium

II. *Is cum eo venisset, ægritudine decubuit: res autem, quas compererat, per Gerboltum Comitem, qui ad hoc ei Legatus erat datus, Imperatori nuntiavit. Quem Legati Pontificis Joannes Episcopus Silvæ candidæ Theodorus Nomenclator, & Sergius Dux subsequuti, de iis, quæ domino suo objiciebantur, per omnia Imperatori satisfecerunt.* Et post nonnulla: *Cum autem Romani Leonem Papam ægritudine decubuisse viderent, collecta manu, omnia prædia, quæ in singularum civitatum ditionibus sive territoriis noviter extraxerat, primum diripiunt, deinde immisso igne cremant, tum Romam ire statuunt, & quæ sibi erepta querebantur, violenter auferre. Quo comperto, Bernhartus Rex missa manu, per Vuinigisum Ducem Spoletanum seditionem illam sedavit, & eos a cœpto desistere fecit. Quæque erant gesta per Legatos Imperatori nuntiavit.* Hucusque auctor.

III. Sic & omnes hujus temporis scriptores, qui res gestas Ludovici sunt prosequuti, sicut auctor qui ejus vitam conscripsit Adhemarus, & apud Aimoinum apposuit appendicem, res pariter gestas sui temporis prosequutus, æque testantur Legatos Apostolicos purgatum reddidisse Leonem Pontificem in omnibus ipsi objectis apud Ludovicum Imperatorem.

Quod vero pertinet ad res Orientales, hoc eodem anno impius Leo Imperator majori odio in Orthodoxos cœptam anno superiori persecutionem adaugens: ut ad lapsum cogeret, quos relega-

Augetur Leonis persecutio in Orthodoxos.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCCLIII. Anno Hegiræ CC. inchoato die 21. Aug. fer. 7. A. C. 815.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6308.

☉ 11. G. ☽ 18. P. 1. April. Indict. 8.

JESU CHRISTI 815.

LEONIS III. PAPÆ 22.

LUDOVICI IMP. 2.

LEONIS ARMENI IMP. 3.

I.
Romani contra Leonem III. tumultuantur,

AD num. I. & seq. Auctor Vitæ Ludovici Pii, Astronomus vulgo dictus, hæc de Leone III. Papa scribit: *Eadem tempestate Romani, cum Leo Apostolicus graveretur adverso incommodo, prædia omnia quæ illi domocultas appellant, & noviter ab eodem Apostolico instituta erant, sed & ea quæ sibi contra jus querebantur direpta, nullo judice expectato, diripere, & sibi conati sunt restituere. Quorum coeptis restitit Bernardus Rex per Vuinigisum Ducem Spoleti, cunctumque rerum Nuncium de his omnibus direxit ad Imperatorem.* Consentanea habet Eginhardus in Annal. cujus verba recitat Baronius. *Domusculta*, vel unica voce *Domocults*, significat prædium domo ad commanendum colonis apta instructum, quod Gallice *ferme* vocamus, ut variis exemplia ostendit Ducangius in Glossario suo. Iste vero *Vuinigisus* Spoletanorum Dux diversus est ab alio ejusdem nominis, cujus superius meminimus. In Indice enim Ducum Spoletanorum, ex chartaceis libris Monasterii Farfensis a Mabillonio Tom. I. Musæi Italici part. II. publicato, ad annum DCCCXIV. legitur: *Guinichis Dux*, idest, *Vuinigisus*; Guinichi enim nomine eo in Indice alter Winigisus etiam appellatur. Duces Spoletani a Carolo Magno post eversum Longobardorum Regnum, & ab ejus Successoribus renunciari soliti, ut exempla a Camelio in Historia Urbium Metropolitanarum Italiæ part. 2. cap. 7. collecta ostendunt.

II. A num. III. ad XI. Iconomachiam a Leone Armeno hoc tantum anno resuscitatam fuisse, superiori num. II. & seqq. certis argumentis demonstravimus; ideoque quæ ibi de Persecutione Orthodoxorum & Sacrarum Imaginum Cultorum in medium adduximus, huc transferenda. *Acerbi persecutores veritatis, accepta quid-* libea

Persecutio adversus Cultores Sacrarum Imaginum hoc anno cœpta.

garat Episcopos & Abbates, eosdem Constantinopolim revocat, præsensque adhibet ad ruinam ipsorum omnem sollicitudinem. Quod & ex sententia ipsi accidit, ut nonnulli metu pœnæ in laqueum apostasiæ abducti fuerint magno scandalo & ruina fidelium. Acta ista quidem fuisse hoc anno secundo Leonis, Theosterictus in Niceta demonstrat; cum sequenti hieme a persecutione excitata id accidisse testetur, qui de Niceta Confessore id memoria dignum enarrat:

IV. Revocantur in Urbem exules Archimandritæ. *Cum Imperator considerasset, exilio ipso nihil aliud perfectum iri, nisi Patres illos alacriores reddi, quippe qui animos omnibus angustiis majores haberent: versutus ille consilium mutavit. Cum enim nondum quinque dies illi viri in exilio mansissent, rursus majore quodam studio eosdem Byzantium reverti jussit, eadem itineris difficultate & molestia; eosque tamdiu liberos esse, quoad ipse cogitaret, qua ratione ad suam voluntatem illos pertrahere posset. Cumque hiemis tempus, & sanctorum jejuniorum dies transiissent, post sanctum Pascha malorum inventori Joanni eos tradidit ut qua vellet ratione ipsos affligeret. Cum igitur eos apprehendisset, in diversos carceres misit, & talibus tormentis subjecit atque compressit, qualibus neque Gentiles olim Martyres ipsos affixerant. Cum enim in tristes & obscuros carceres eos conjecisset, neque stratum aliquod infra se, neque tegumenta super se haberent, eo modo quo singuli erant induti, sic humi prostrati sunt, tristis quibusdam pro pulvinari utentes. Quibus singulis per foramen quoddam angustissimum panis ejusque putidi unciam velut canibus projiciebant, tantum videlicet, quantum satis esse videbatur, ne fame perirent. Iisdem & parum aquæ maleolentis dabatur. Erat enim Imperatoris propositum, vel sanctos viros ad suam sententiam adducere, vel vita eos privare. Quin etiam ut plus molestiæ & ærumnarum celeberrimo Patri nostro Nicetæ afferret, eum qui illi ministrabat, fratrem nostrum Theoctistum nomine qui Christi gratia ei successor fuit, adhuc juvenem in custodia conclusit, & eadem ratione afflixit.*

V. *Cum autem adversarii illos vidissent male mori, quam veritatem prodere: dederunt operam ut ipsos eo nomine deciperent, quod nihil aliud ab eis quærerent, nisi ut semel cum Theodoto Patriarcha communicarent, neque quidpiam aliud facerent; deinde singuli ad sua monasteria regredi possent, cum ea fide & sententia, quam haberent. Hac conditione vicerunt Patres illi, si decet eos Patres appellare, qui velut in palæstra quadam supplantati sunt, quamvis eam rem in ardentem quemdam fervorem posterius converterint, ob idque carcere detenti fuerint.* Lapsus multorum Archimandritarum. *Venerunt ad sanctum Nicetam, eum hortantes, ut exiret de carcere. Cum autem ille remoraretur, & nullo pacto iis quæ ab ipso dicerentur, parere vellet: pergebant ipsum excitare, quod dicerent, fieri non posse, ut illic ipse remaneret, aliis exeuntibus. Nihil inquiebant, est quod illi a nobis quærunt. Paululum quidpiam prudenter eis concedamus, ne ipsi totum perdamus.*

VI. Niceta dat manus. *Ita cum diutius vim inferrent, contra voluntatem suam Pater cessit, non ærumnas fugiens, neque quod calamitates pati recusaret (nunquam enim hoc dixerim) sed Patrum exhortatione impulsus se subjecit, eo animo & proposito, sed fraus severitus. Nam si pro Fidei ratione vita & mors proposita illi fuisset: certo scio mortem illi futuram fuisse optabiliorem, neque omnino de recta Fide ac doctrina aliquid eum remissurum fuisse, etiam si pericula infinita proposita ei fuissent.* Velabatur deceptio sub dispensationis prætextu ab illo Josepho scelesto

PAGIUS *libet agendi impunitate, cœperunt libere propagare atque docere impia dogmata: constitueruntque Patriarcham Theodotum quemdam ex Spathario assumtum*, inquit Theostericus discipulus Sancti Nicetæ Hegumeni Mediciensis in ejus Vita, num. 38. Subdit idem Auctor: *postea Judaicum Synedrium convocant, & Sanctos Patres anathemati subjiciunt, &c. His ita peractis, jussit Imperator introduci illustrium Monasteriorum Hegumenos; qui simul omnes sunt ingressi, & cum his Venerabilis Pater noster Nicetas.* Theodotus die prima Aprilis, in quam Pascha hoc anno incidit, ordinatus est, & sequentibus diebus Conciliabulum adversus Sacras Imagines celebratum, ut anno superiori num. XIV. & seqq. ostendimus. Cum Hegumeni in fide constantes essent, diversis carceribus inclusi sunt; sed cum Imperator videret, se nihil per exilia lucrari, jussit eos reverti Byzantium, *præcepitque quietos relinqui, usque dum statueret, qua via illos posset ad suam voluntatem pertrahere. Transacto hyemis tempore & sacris jejunii diebus, tradidit illos post Sanctum Pascha malorum inventori Joanni* (cognomento Hylilæ, quem Grammaticum dicebant, ut anno superiori vidimus) *qua vellet ratione affligendos: qui eos suscipiens in diversas conjecit custodias, tantisque subjecit tormentis, quanta nec Martyres ab Ethnicis pertulere.* Tandem dolo impetrat, ut saltem communicent cum Theodoto, quod multis, ipsi etiam Sancto Nicetæ persuasit. Verum Vir Sanctus consilii pœnitens rediit Constantinopolim, se seque Imperatori generose sistitit, qui eum in insulam Sanctæ Glyceriæ dictam relegavit, quæ omnia narrat Theostericus citatus, & ex eo Baronius hoc anno, quo revera contigere. Is quidem an. DCCCXIV. num. XLI. ubi refert Sancti Nicetæ exilium, postquam e carcere ductus est, ait, carceris tempus ad finem anni perduxisse, indeque in exilium abire jussum, Theostericum indicare, cum ait Sanctum abductum in exilium *hyeme*

sto Joannis in impietate collega: nam & eodem nomine probarat & benedixerat nuptios mœchi Constantini Imperatoris, ut superius dictum est. Hoc itaque velamento simpliciores decepti sunt, ut sua reciperent monasteria. Pergit vero Theostericus:

VII. Archimandritæ communicant cum Theodoro hæretico. *Quamobrem omnes ad ea que oratoria dicuntur, quaque ut antea picturis exculta erant, ascenderunt, communicaruntque cum Theodoto, manum illi dantes. Tunc illis Theodotus: Qui non adorant, inquit, imaginem Christi, anathemati subiiciantur.* Ita astutissimus homo adorare se Christi imaginem professus est, ut monachos Confessores faceret desertores, eorumque communionem fraude subriperet. Itaque pergit auctor: *Reliqui patres in suum quisque monasterium, quod regebat, abierunt. Ille vero beatus pater Niceta, cum secum animo cogitasset, multæ ruinæ causam esse cum quis ab institutionis norma deflexerit, decrevit aufugere, & in aliam regionem proficisci, & illic errorem, in quem lapsus fuerat, emendare. Cum igitur omnia sua in navigium coniecisset, navigavit usque Proconnesum. Sed illic sententiam mutans secumque dicens: Ubi erratum commissum fuit, illic opus esse & emendationem fieri: redit rursus Byzantium, & in priore sua confessione ac fide permanebat, nihil omnino metuens.*

VIII. Niceta lapsus iterum confessus. *Quem cum Imperator ad se vocasset: Quid est, inquit, quod cum alii Patres in sua monasteria profecti sint, tu solus hic relictus es, propriam voluntatem sequutus, non edicto meo parens? sed ut audivi, cogitasti imperium nostrum aufugere, & nos decipere. Quamobrem nostro edicto cedens, in monasterium tuum redi, sin minus ærumnas tibi afferam, quas perferre non poteris. Ad hæc sanctus ille vir leni voce respondens: Ego inquit, Imperator, neque in monasterium meum redibo, te jubente, neque a fide mea desciscam, sed in eadem confessione mea sum & ero, in qua Patres mei servati sunt, & propter quam olim periclitati sunt optimi Ecclesiæ propugnatores. In qua Ecclesia nos stamus, & gloriamur in spe gloriæ Dei. Bene illud scito, Imperator, quod neque mortem extimescens (ad tempus enim hæc est) neque vitam hanc appetens (Deus testis est) feci quod non decebat, sed senum illorum reverentia his me subjeci, quibus non debui. Certo igitur scias, nullam me vobiscum habere communionem, sed in traditione permanere, quam ab initio accepi. Fac igitur quicquid libet: nihil amplius a me te auditurum speres.*

Cum igitur Imperator ea sententia illum esse vidisset, qua mutari non posset, eum Zachariæ cuidam tradidit regalium ædium curatori, quæ Magnaura dicuntur, illicque interea jussit ab illo viro custodiendum, quoad quid de ipso agendum esset, decerneret. Cum autem Zacharias ille pietatis esset studiosus, nihil mali sancto homini fecit; sed omnino aliter se gerens, beneficiis maximis eum afficiebat; neque in ejus vultum præ reverentia intueri audebat. Eum postea Imperator exulem misit in unam quamdam insulam ex iis, quæ sunt in sinu ipso positæ, Glyceria vocata. Eam vero insulam detinebat Anthemius quidam præstigiis deditus, sacrilegus, versutus, obliquus, dolosus, arrogans, & cra- IX. Niceta iterum confessor conjicitur in carcerem relegatus in insulam.

PAGIUS *media*. Verum Theostericus loquitur de duplici exilio Nicetæ. Primum ei irrogatum media hieme, postquam scilicet vocatus cum aliis Hegumenis omnes minas contempsit. Secundum passus est Nicetas postquam se pœnituit, quod cum Theodoto communicasset, inquit Theostericus, qui ait hoc contigisse *transacto hiemis tempore & post Sanctum Pascha*. At ibi de unica hieme loquitur, & de iis quæ hoc anno gesta sunt, non vero de gestis anno superiori. Iis tamen Theosterici verbis nixus Baronius persecutionem Leonis Aug. anno præterito inchoatam perperam existimavit. [1]

A num.

NOTÆ [1] REm chronologicam persecutionis Iconoclasticæ, quam hic Pagius nonnihil turbat & obvolvit, sic explicandam censeo. Leo Armenus anno 814. mentem suam sacris Imaginibus aversam Nicephoro prodidit die Christi natalitiis solemni (*Gregorius in vita Leonis*) Succedenti anno 815. hæresi erumpente, Nicephoro exauctorato, Theodotus die sancta Paschæ assumptus fuit ut ex Ignatio in vita S. Nicephori apud Pagium ad A. 814. 14. discimus. Tum eodem anno: *His peractis* ait Theostericus in vita S. Nicetæ cap. 6. dies dicta est Hegumeniis, inter quos S. Nicetas acquiescere sententiæ Imperatoris recusans carceri mancipatus fuit. *Porro diebus multis in custodia exactis*, subdit Theostericus, Imperator trahi sanctum monachum in exilium jussit, *idque hieme media*; idest decembri ejusdem anni 815. vel januario aut februario succedentis 816. Vix autem quinque diebus in exilio actis, revocatus fuit Vir Sanctus Constantinopolim ab Imperatore, *qui transacto hiemis tempore & sacri jejunii diebus*, (idest Quadragesimæ) *post sanctum Pascha* illum & socios Joanni Hydæ vexandos tentandosque commisit. Ab eo decepti cum Theodoto communicarunt. Sed non diu post S. Nicetas facti pœnitens, sese coram Imperatore sistit, a quo exilio damnatus fuit. Ex hac narratione ex Theosterico summa fide expressa intelligimus S. Nicetæ exilium secundum, & quæ illud præcesserunt, non anno 815. sed anno 816. contigisse. MANSI

Digitized by Google

& crudelis. Hunc propter nimiam ipsius malitiam, monasteriorum, quæ illic erant, præsidem impii homines fecerunt. Talibus enim viris tunc imperia in manus tradebantur, ut eorum potentia totum perverteretur. Illum propter multam ejus insaniam, arrogantiam, & temeritatem, ejus loci homines Caipham nominabant.

X. *Hic cum sanctum virum accepisset, & potestatem contra eum haberet, crudeliter eum affligebat. Cum enim in angusto & arcto carcere ipsum conclusisset, perpetuo vexabat, neque paululum e carcere illum prospicere sinebat, ipse carceris clavem secum ferens, & per foramen quoddam paululum cibi ei dari jubens. Quipppe homines impii ei promiserant, si Nicetæ persuasisset, ut cum ipsis conveniret, majore honore donandum. Quocirca nefarius homo Nicetam affligebat, sperans viro sancto persuasurum quod volebat.* Sed fefellit eum spes sua: siquidem usque ad Leonis obitum constans in eo jugi martyrio perseveravit. Cum enim dicat Theosterictus sex annos illic degisse usque ad necem Imperatoris, utique hoc anno illuc eum amandatum, affirmare necesse est, ut intelligas omnia temporis rationi congrue reddi. Multa vero alia digna viro sancto a Niceta illic gesta esse, idem auctor commemorat, quæ brevitatis causa nos præterimus, ad Theodorum Studitam orationem convertentes.

Theodorus non vocatur cum aliis Constantinop.

Non enim ipse Theodorus, ut alii Archimandritæ, vocatus est Imperatoris edicto Constantinopolim, quod sciret ipsum ejus pravo consilio obfuturum: quippe quod non solum spes nulla esset ipsum a proposito divellendi, sed fore, si venisset, ut alios ab Imperatoris sententia, ne illi parerent, impediret. Ista igitur probe sciens Imperator, absentem potius esse maluit, quam præsentem libere ipsius vocis ictibus verberari. Porro cum scisset Theodorus tot Præpositorum monasteriorum naufragium, summo suis dolore affectus, prout ejus hoc tempore scriptæ litteræ ad germanum suum Josephum Archiepiscopum Thessalonicensem indicant quæ sic se habent: (a)

(a) Theod. l. 2. ep. 9. ex Cod. Colum.

XI. *Joseph fratri & Episcopo Theodorus.*

Semper mihi optabile scribere sanctitati tuæ, ac tanto magis, quanto exilii nostri longiora sunt intervalla: facit enim, ut proprius quodamodo veniam in conspectum tuum, & levamen affert ipsa tui allocutione. Quod & nunc quoque accidit graviter mœrenti ob proditam a quibusdam Præpositis veritatem. Ut enim jam novit sanctitas tua, vetus illa custodia, Joseph inquam adulteri copulator, Photinodites, Heracleotes, Mediciotes, Myliaaus, Hypolichniotes, Gulæotes, & (o peccatum meum) etiam Phlubutenus stulta simplicitate captus, unanimi consensu, dispensationem scilicet instituentes abrepti ab eo, qui talia patrare solet, Josepho, post satanam abjerunt, semel atque iterum cum impiis communicantes. Qua de causa benevole dimissi, in errorem suum instabiles impellunt. Quin etiam, ut apparet, Nicænus quoque in ruinam positus est Episcoporum. Revocantur enim ab exiliis, ut talia faciant. Et nisi nos fulciens præveniat manus Dei, perimus, & nos, qui residui sumus. Quid ergo est, quod iterum in nos humiles cum paucis aliis incumbere fabula videtur?

Theodori Epist. ad Josephum Archiep. Thessal.

XII. *Exurge itaque, vir Dei, tamquam Pontifex Christi veri principis pastorum, tantoque impensius, quanto cæteris omnibus supereminens culmine sacerdotii, uno dempto, quod in abdito detinetur: (b) Glorifica Deum in corpore tuo & in spiritu tuo. Non penitus in insula relinqueris: exerceri forsitan & probari te, sicut antea, oportet, ut coronam inde referas illustriorem. Heu, heu frater, in qua tempora reservati sumus? sed gratia tamen ei, qui reservavit. Et hoc a Deo quoniam nobis donatum est a Christo (c), non solum ut in eum credamus, sed etiam ut pro illo patiamur. Non despexit Dominus humilitatem nostram in iis, quæ antecesserunt; sed neque nunc, spero, despiciet reverentiam tuam; sed sicut tunc, ita & nunc magnificabitur Christus in corpore tuo, faciens supra modum misericordiam suam ad ostensionem virtutis suæ. Propterea & mihi quoque porrige manum intercessionis, ut confirmer, & eruar ab ingruente hieme amara. Sta, & propitium fac, ut procella in auram spiritus convertatur. Utinam! Fratribus salutem plurimam dico, vos obsecrans, ut orent pro humilitate mea. Qui mecum sunt,*

(b) 1. Cor. 6.

(c) Philip. 1.

PAGIUS III.

Theodorus Studita cum aliis Monachis in exilium missus.

A num. XI. ad XXIII. Scribit Baronius numer. XI. *Theodorum* Studitarum Monasterii Præpositum vocatum non esse Constantinopolim Imperatoris Edicto, ut alii Archimandritæ, quod sciret, ipsum ejus pravo consilio obfuturum. Verum memoriæ lapsu Cardinalis doctissimus hoc dicit. Anno enim superiori numer. XLII. contrarium ipsemet ostendit. Neque dubitari potest, quin *Theodorus* Studita coram Imperatore rectam fidem defenderit; cum tot Auctores id memoriæ prodiderint. Lege quæ anno superiori numer. XVI. & seqq. de Theodori & Nicolai Studitarum exilio & laboribus in medium adduximus. Porro ideo hic Baronius scribit, *Theodorum* Constantinopoli non fuisse, quando alii Sancti Monachi in exilium missi sunt, quod viderit eum literas ad Orthodoxos in exilio viventes dedisse, eosque consolatos esse. Sed ex his literis id minime inferri potest, præsertim cum aliunde contrarium certo constet.

pedibus suis advolvuntur. Hactenus ad Josephum Theodorus, qui eodem argumento epistolam scripsit ad Naucratium, unum ex suis discipulis Confessorem valde charum, qua etiam expostulat de lapsu Præpositorum, plurimum detestans Josephum illum inversorem canonum, omnium peccatorum licentiam prædicans ex dispensationis indulgentia. Ipsa autem epistola digna memoria sic se habet (a): (a) Theod. l. 2. epist. 20. Cod. Colum.

Naucratio filio Theodorus.

XIII. De lapsis ad Naucratium epistola.

Pessimus nuntius litterarum tuarum, o fili, qui simul animam meam attigit, revera contristavit, & cordis lacrymas elicuit, tantum non insomnem mihi reddens noctem illam, qua litteras accepi. Atque hoc quidem omnium causa, qui una lapsi sunt, maxime autem ob Philubutæ Præpositum: nam quod ad alios attinet, consentanea præteritis egerunt; hic vero ex iis erat, qui secure stare videbantur. Mirabar itaque priusquam ruerent illi, quod pristinam suam circa adulterium, & adulteri nuptias ignaviam minime agnoscentes, in re præsenti aliquid auderent: cogitabamque illos privatim forsitan & apud se pœnitentia tactos fuisse. Ideo gaudebam miser, quasi recte ambularent. Sed in marcidie (ut apparet) domum suam ædificantes, ingruente hæreseos turbine, ruina pessima corruerunt, dispensationem iterum appellantes, ipsam veritatis condemnationem. Illi ipsi, qui scandalo Ecclesiæ Dei ante fuerant, eodem nunc relabuntur, & facti sui exemplo ad interitum provocant universos. Et quidem parati plurimi ad criminis societatem, prætextum quempiam in necessitatibus reperire gestientes, quo ærumnarum, & calamitatum expers ipsis pietatis certamen reddatur, in negatione Christi, Deipara, Sanctorum omnium communionem inierunt. Hoc siquidem est cujuslibet imaginis negatio. O perniciem! o fallaciam! & quomodo cum recte cœpissent, retro conversi sunt? Hei mihi quam multis fraudi erunt & subversioni, æqualibus, majoribus, laicis, clericis, monachis!

XIV. De Josepho Mœchorum conjunctore iterum lapso.

At enim antiquum vulnus, intestinum malum Joseph olim Mœchozeuctes; id est, adulteri copulator jure appellatus, nunc Christempactes, id est, Christi illusor ipse dux fuit veteris custodia Præpositis. Quid vero ad hæc? Languidiores ne erimus? frangemur? concidemus animis ad confessionem, defensionemque Christi? minime gentium, fratres, minime. Etenim si corruentibus impiis, justi metu percelluntur, & vicini lapsus maxima est stanti securitas: stemus igitur in Christo constantiores, amplius obtestor, nec in ullo conterriti ab adversariis. Numquid propter eos, qui subversi sunt, confessio nostra? aut illorum stabilitate nixi, consistebamus, at eorum quoque lapsu concutiamur? Absit, neque horum, neque aliorum. Fundamentum nostrum Christus est, in quo stamus, in quo gloriamur, cum Paulo dicentes (b): Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an persecutio, an periculum, an gladius? Sed enim in his amplius speramus propter eum, qui dilexit nos. Itaque qui accintus pro Christo non certaverit, Christianus esse non potest. (b) Rom. 8.

XV. *An vero incassum Martyrum agones? certamina? tormenta? an tandem nobiscum carnem non gesserunt? aut tantis suppliciis subjecti laborem nullum senserunt? An non eos vivere tædebat, ut ait Apostolus (c)! sed perennium pœnarum metu, cælestiumque præmiorum desiderio, carnis mortem, ut prudentes, quam æternam subire maluerunt. Nihil expavescebant, minime omnino consternabantur, & futura tamquam præsentia meditantes, læti & alacres ad tormenta pergebant; muneris loco habebant, plurima pati. Nobis (d) enim donatum est pro Christo non solum ut in eum credamus, sed ut etiam pro illo patiamur: & alibi rursum (e): In multo experimento tribulationis abundantia gaudii ipsorum fuit. Ita gaudebant, ita lætabantur, cum pro Christo paterentur, Sancti omnes. Diligamus & nos, charissimi, charitatem Christi, incedamus per Sanctorum vestigia, sæculi hujus affectus omnes abscidamus (f). Non habemus hic manentem civitatem, sed futuram inquirimus. Superna Hierusalem patria & civitas nostra est, o viri potentes in spiritu, o filii Dei, non enim mei, qui peccator sum. Ne procumbamus, quamvis omnes subvertantur, quod absit. Ipsi enim, ut olim, a Deo corroborati, vel soli etiam non depugnabimus.* (c) 2. Cor. 1. (d) Phil. 1. (e) Cor. 8. (f) Hebr. 13.

XVI. *Stat a nobis Deus, Sanctique omnes, qui umquam fuerunt. Nobiscum Oriens, nobiscum Occidens. Exigua pars est, quæ ab Ecclesia universa sese abrupit, & sejunxit. Idque metu, & propter hæc temporaria, propter carnem: quam postmodum, nisi veritatem defendemus, sempiternis ignibus una cum anima ipsa trademus. Exerceamur, esto, & flagellemur, neque id semel, sed sæpius, denique moriamur. Num post hæc gaudium erit immensum, nos cælorum Regnum consequi, & gloriam inde referre immortalem? non contra iis, quæ dixi, vitatis, propterea irrideri perpetuo, & ignominiam interminam sustinere. Utique vos oro, filii, quos genui in Domino, quibus incrementum dedit Christus per ærumnas, & labores non solum asceticos, verumetiam athleticos (g), explete gaudium meum, ut idem sapiatis, eamdem charitatem habentes, idipsum sentientes: nihil per contentionem, neque per inanem gloriam,* (g) Phil. 2.

sed

sed in humilitate, superiores sibi invicem arbitrantes. Apostolica hæc monita, licet a me misero in memoriam reducantur.

XVII. *Orate & pro me, obsecro, ut detur mihi fortitudo, robur & sermo propter vos, quamvis divina gratia indignus sim: ut unanimiter in uno spiritu glorificetur Deus in corpore & in spiritu nostro. Mitte ad Archiepiscopum egregium Dionysium. Saluta Petrum Abbatem, Ignatium Abbatem, & Titoben Abbatem, & ostende illis hanc epistolam. Porro accingere & paratus esto cum cæteris, & cum iis maxime quos scripsi, quoniam cum lapsi sint qui vicini erant, fieri nequit, ut relinquamur, ab illis ipsis delati. Det autem Dominus vires, robur, intellectum, oculum, prudentiam, omnia recte agere, vobis in honorem & gloriam Christi, ad laudem meam & gloriationem vestram sempiternam. Salutant qui mecum sunt utrosque. Dominus vobiscum. Amen.* Hucusque epistola ad Naucrarium, & alios suos discipulos per eum. Haud frustra quidem eos roboravit ad pugnam: evenit enim quod prædixit, ut & ipsi tentarentur ab adversariis, subiicerentur pœnis. Siquidem factum est, ut ipse Naucrarius cum septem aliis sociis ejusdem Theodori discipulis, eodem modo quo cæteri detruderentur in carcerem, & negantes ipsorum hæreticorum acquiescere petitionibus, ob idque verberibus quoque diris subiicerentur. De quibus anno sequenti agendum est, quo ista fieri contigerunt.

XVIII. Sed quid inter hæc accidit? Delatæ sunt res Theodori per exploratores ad Imperatorem, nimirum ipsum quantumlibet exulem, in insulam deportatum, carcereque detentum, atque vinculis alligatum, esse nihilominus per litteras ubique præsentem. Haud enim fieri potuit, ut qui litteras circulares ad monachos ubique degentes daret, easdemque patentes, at eædem personas ad quas scriberet non excederent, in aliorumquo manus devenirent; vel etiam ab illis ipsis Præpositis monasteriorum, ad quos scripserat, cum fidei proditores communicationem cum Patriarcha hæretico iniissent, & ob eam causam ab ipso Theodoro damnati essent, ab illis ipsis inquam deferretur ad Imperatorem; vel ab illo omnium nequissimo Josepho mœchiæ defensore, qui conatui suo præ cæteris expertus esset adversarium Theodorum, apud Imperatorem accusaretur, quod imperatum ab eo silentium non servaret, quodque a communicatione cum Patriarcha suarum litterarum monitu quosque retraheret, & eos: qui communicassent cum ipso æque damnaret; quod insuper suis litteris monachos omnes, ceu bellica turba hortaretur ad prœlium adversus ipsum Leonem Imperatorem subeundum; quod eumdem Imper. ejusque sectatores nominaret hæreticos, Dei adversarios, atque persecutores omnium Orthodoxorum; quod e contra ei resistentes, nec obedientes nominaret & coleret Confessores, & ab eo peremptos, Martyres nuncuparet; quod ad hujuscemodi martyrium subeundum suis litteris omnes quam potentissime hortaretur, illecebrisque coronæ martyrii simplices quosque deciperet, alliceretque ad resistendum, atque contradicendum edictis Imperatorum. Adiiciebant (quod & ex ejus litteris ostendebant) ipsum de civitate obloqui Constantinopolitana, ut quæ Fidem Catholicam prodidisset, præconiis vero tolleret Romanam Ecclesiam qui se gloriaretur esse communione conjunctum.

Hæc & alia Leoni impio suggerentes, & exaggerantes valde: ad postremum rem omnem in eo statu collocatam esse dixere, ut nisi Theodorus de medio tolleretur, omnem conatum Imperatoris incassum iri atque penitus evanescere, calamo ipsius contra nitente, & litteris ubique loquentibus eidem adversantibus. His persuasus rationibus Imperator, cum in ipsum jam ante plus satis commotus esset: urgentibus modo ejusmodi stimulis cruentatus, impetu iracundiæ fertur in eum; ita tamen ut invidia retraheretur a nece ne quod ipsum sciret optare, inferendo supplicium, insigniret corona martyrii. Non occidit, ne prosit; sed non quiescit, ne parcat qui exæstuabat ardore vindictæ. Verumtamen ad ultionem laxans habenas, deligit ad hoc fidum hominem qui eum e loco, ubi degebat in carcere alio longius amandaret, duriorique carcere coarctaret, artius vinculis stringeret, ne alicujus commercio frui posset; sed & verberibus cæderetur quam acerbissime, atque tandem ciborum inopia mori cogeretur. Hæc omnia in Theodorum a truculento Leone exhibita esse, quæ modo dicturi sumus significabunt, petita a Michaele ejus discipulo, nec non ex ejusdem Theodori epistolis ad diversos accepta. Sed audiamus primo loco ipsum Michaelem (a) res gestas ita narrantem: XIX.

(a) *Mich. in vita Theod. Studitæ*

XX. Niceta ab Imp. ad Theodorum ut alio abducat.

Fieri ergo, inquit, *prorsus non potuit quin ultro citroque commeantes in hunc modum litteræ ac sermones, ad ipsam quoque Aulam pervenirent, atque ipsi Imperatori innotescerent. Quibus ille (ut credi par est,) incensus, quippe minima omnia quæ gerebantur perdidicerat, Nicetam mittit, illum Alexii filium, cui fidere omnia solebat, ut Sanctum longius abducat ad Bonita (id loca nomen) ibique clausum ita coerceat, ut neminem videre, nemin em alloqui possit, non pau-*

tis, non pluribus; nec quidquam demum aliud libere præstare. Quæ ille Theodoro cum detulisset; locum, inquit, mutabo haud gravate; nulli enim addictus sum: meamque scio esse terram, quocumque devehar; atque in lucro mihi fore ipsam migrationem. Ceterum silere, linguamque inhibere, mihi sat scio, non expedit: nec vero inhibebo umquam, nec adducar, ut suadentibus id vobis, consilio vestro obtemperem. Quî enim qui propterea sortem hanc malui, ne deserere viderer quæ adamaram, præclarumque ac laudabile institutum abdicasse?

XXI. Rursum Niceta ad Theodorum missus. *Audivit hanc viri justi libertatem, erectamque in omnibus atque excelsam mentem Imperator. Quare ipsum rursus Nicetam, ut erat in procinctu ad Sanctum ablegat, diras plagas illi inferre jubens, & earum verberibus minutatim concidere, ac totum vibicibus opplere. Qui cum ad Sanctum pervenisset, adventusque sui causam aperuisset: e vestigio ille tunicam alacriter exuit corpusque ad accipienda verbera composuit. Hoc enim aiebat optatum sibi atque expectatum fuisse jam pridem. At compatiens vir ille ac repente misericors, ut venerandas illas carnes nudas vidit, quas ætas & jejunia ad summam maciem perduxerant, intimis sensibus indoluit. Itaque commotus est, ut nec attingere, nec propius de cetero, accedere auderet, nedum manibus, flagrisque dilaniare. Unde & secum callidum quiddam comminiscens, qua & Imperatoris jussa explesse & Sanctum verberasse, astantibus videretur: ovis pellem recens detractam accipit, virique humeris imponit, atque in ea sic verbera destringit, cum hoc ante providisset, ut solus cum solo relinqueretur, propter viri, ut ajebat, reverentiam ejusque corporis extenuationem & maciem.* Nicetæ egregium valde facinus. *Quin ut guttas etiam ex plagarum cruore profusas ostendere liceret: ipse sibi (ad animi benignitatem) sanguinem ex brachia lanceola ictu elicuit, eoque manante flagrum imbuit, forasque progressus carne simul ac cruore tinctum ostendit. Ipse porro anhelitu citato fatigationem simulabat. Ita pius ille benedictionem a Sancto referens, ejusque precibus comitatus rediit, maxima pulcherrimi operis mercede honestatus.*

XXII. *Nec vero divinus Pater mollior deinceps, aut verbis remissior propterea fuit, quod iis fortasse accideret, quos supplicii metus deterreret. Quia ille quo graviora se oculis objiciebant, tanto animatior erat atque constantior, tum aliis plurimis, ut res ferebat, profutura documenta impertiens, tum maxime discipulis per quascumque terrarum oras dispersis, quibus ille potissimum salutaria suggerebat, atque hoc in primis, ne ullo præsentium malorum sensu flecti animos suos permitterent, sed intrepidis pectoribus confessionem unius rectæque Fidei conservarent. Etsi enim gravis, ajebat, hæc tentatio: at tanto major quæ illam excipiet remuneratio, ineffabilis illa & abdita, Deoque largitore digna, ut quamvis quotidie moreremur, longe minimam eorum partem inferre nobis liceat, quæ accepturi sumus. Et quoniam nonnullos illorum acceperat, inflexo nonnihil cœpisse animo, & manus dare, quos nimirum carceris diuturnitas, visque illata perturbarat, hos congruentibus verbis adhortans, ad futuros casus iterum confirmavit, eorumque pusillanimitatem penitus abstersit, adeo ut ipsimet veniam suæ responsionis eo nomine postularent, quod cessisse aliquantum, animi statum exiguo tempore immutasse viderentur. Hic Patris erga omnes animi sensus erat: hæc in mediis periculis atque adversis de omnibus cura atque sollicitudo, &c.* Pergit enim dicere de aliis ad diversos ab ipso eodem argumento scriptis epistolis, de quibus inferius pro ratione temporis sermo erit. Quomodo etiam iterum ipse Theodorus jussu Imperatoris iterum revocatus ad verbera acerrime jussus sit cædi: idem quoque auctor narrat inferius, quæ sequenti anno, quo acciderunt, dicturi sumus. Hic status rerum Orientalis Ecclesiæ. Theodorus laborat pro Orthodoxis epistolas scribendo.

XXIII. Eodem tempore in Occidente, cum Hispaniæ durissimo Sarracenorum jugo premerentur, complures populi diræ servituris impatientes, magis diligentes servire Christianis, quam Christi hostibus Mahometanis: inde migrarunt, bonis suis relictis, in Gallias. At Imperator maxime pius Ludovicus tantum abest, ut suscipere voluerit eos in servos, ut æqua conditione, qua Francos, illos omnino voluerit esse liberos, concedens eisdem quoque agros, quos colerent, unde viverent. Sed & quod majus est, a tributorum exhibitione voluit immunes esse. Extant de his diplomata duo ejusdem Impe- Hispani confugientes ad Francos bene habiti.

PAGIUS IV. *Præcepta duo Ludovici Imp. pro Hispanis.* Ad num. XXIII. & seqq. Lodovicus Pius singularem pietatem testatus est erga Christianos Hispaniarum, qui acerbissimo Saracenorum jugo pressi se se in Franciam receperant. Diploma enim in eorum favorem emisit illi simile quod Carolus pater anno DCCCXII. dederat, quodque eo anno num. XIV. exposuimus. Diploma Lodovici primum edidit Pithæus, & hoc anno ex eo recitat Baronius. Hæc ejus subscriptio est: *Datum Kalend. Januarias, anno, Christo propitio, primo Imperii Domini Hludovici piissimi Augusti, Indict. VIII. Actum Aquisgrani Palatio Regio.* In editione Pithœi desideratur annus Imperii Ludovici; Baronius in margine posuit annum secundum, & Dochetus annum illum a margine in textum transtu-

peratoris nuper a Pithœo edita in Annalium Francorum tomo, quæ hic tibi rerum antiquarum avido reddemus, sic enim se habet primum eorum hoc anno Kalend. Januariis datum, hacque inscriptione notatum.

Ex Archivis Metropolitanæ Narbonensis Ecclesiæ.

Hoc est præceptum remissionis, sive concessionis, quod fecit Ludovicus Imperator Hispanis, qui ad se confugerant.

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus divina ordinante providentia Imperator Augustus omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, ac nostris præsentibus scilicet, & futuris in partibus Aquitaniæ, Septimaniæ, Provinciæ, & Hispaniæ consistentibus. In locis scilicet illis, quæ diximus a Francis fuisse Sarracenis ablata.

XXIV. *Sicut nullius vestram notitiam effugisse putamus, qualiter aliqui homines propter iniquam oppressionem, & crudelissimum jugum, quod eorum cervicibus inimicissima Christianitati gens Sarracenorum imposuit, relictis propriis habitationibus & facultatibus, quæ ad eos hæreditario jure pertinebant, de partibus Hispaniæ ad nos confugerunt, & in Septimania, & in ea portione Hispaniæ, quæ a nostris Marchionibus in solitudinem redacta fuit, sese ad habitandum contulerunt, & a Sarracenorum potestate se subtrahentes, nostro dominio libera & prompta voluntate se subdiderunt. Ita ad omnium hominum notitiam pervenire volumus, quod eosdem homines sub protectione & defensione nostra receptos in libertate conservare decrevimus; eo videlicet modo, ut sicut cæteri liberi homines cum Comite suo in exercitum pergant, & in marcha nostra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem atque admonitionem, explorationes & excubias (quod usitato vocabulo wactas dicunt) facere non negligant, & Missis nostris, aut filii nostri, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut Legatis, qui de partibus Hispaniæ ad nos transmissi fuerint, paratas faciant, & ad subvectionis eorum veredas donent. Alius vero census ab eis, neque a Comite, neque a junioribus, & ministerialibus ejus exigatur. Ipse vero pro majoribus causis, sicut sunt, homicidia, raptus, incendia, deprædationes, membrorum amputationes, furta, latrocinia, alienarum rerum invasiones, & undecumque a vicino suo aut criminaliter, aut civili-*

PAGIUS stulit, Sed Baluzius Tom. I. Capitul. Reg. Franc. annum primum recte restituit. Anno sequenti idem Ludovicus Aug. aliud *Præceptum* pro Hispanis Christianis in Franciam confugientibus dedit, cujus subscriptio est: *Data IV. Id. Februarii, anno, Christo propitio, tertio Imperii Domni Hlvdovici Piissimi Augusti, Indictione IX. Actum Aquisgrani Palatio Regio.* Recitatur hæc secunda Constitutio a Baronio num. XXVIII. & seqq. & utraque pluribus exponitur a Marca lib. 3. Marc. Hisp. cap. 29. & seq.

V. *Quid continentur in priori exponitur.* Saraceni postquam Pippini & Caroli victoriis partim pulsi, partim domiti, & ad Francorum obsequium redacti fuere, in Marca Hispanica, quamplurimi ex *Hispanis* qui in finitimis vel etiam interioribus Hispaniarum Provinciis gemebant sub jugo Maurorum, relictis patrimoniis suis, a tyrannorum illorum servitute recedentes, in Gothiam se & in Septimaniam contulerunt, *Caroli* Magni primum, deinde vero *Ludovici* Patrocinium implorantes, & eremas terras postulantes, in quibus a se excultis lares figere possent, & vitam suam tolerare. Itaque licet origine non essent subditi Regi, laribus tamen & domicilio Dominium Regis Francorum sortiebantur; in cujus arbitrio erat illis leges dare, non solum ratione contractus emphyteutici; sed etiam ratione Imperii, quod in se ipsi iterum motatione prorogabant. Clementia *Caroli* ejusque filii *Ludovici* homines oppressos, & ob fidei Christianæ causam exules indulgentissime fovit, concesso illis Privilegio, quo donati sunt jure Francico. In eo exponit Princeps negotii speciem prout illam posuimus. Docet autem ex Hispanis illis profugis aliquos in Septimaniam se contulisse, alios vero in illam Hispaniæ portionem quæ a Marchionibus vastata erat, ea scilicet quæ continebatur intra limites Comitatuum Barcinonæ, Gerundæ, & Emporiarum. Comites hujus limitis vocat *Marchiones*, quoniam Lingua Teutonica Marca significat limitem Provinciæ: unde deductum *Marchionis* vocabulum, non autem a mari, ut visum est ineptis feudistis, qui solum oræ maritimæ Comitem dici Marchionem putant. Hæc Marca, qui pluribus hanc primam Constitutionem illustrat.

Exposuerunt postea Ludovico Pio miseri *Hispani* se una cum aliis secessisse a Mauris & Caroli M. pietatem exorasse agros sibi ab eo assignatos excoluisse, nunc vero iis per summam injuriam privari a potentioribus; qui cum ad Aulam accessissent, præcepta inde Regalia retulerant, sibi quidem profutura, miseris illis exitiosa, ita ut aut illos agris cedere, aut obsequia potentioribus pro arbitrio solvere cogerentur. Alterum caput querelarum eos Hispanos profugos respiciebat, qui se Comitibus aut Vassis Regiis seu Vassis Comitum commendaverant, idest, se in Vassaticum commiserant, dominiique sponsionem fecerant, & ad habitandum atque excolendum deserta loca accepe- VI. *Quid continentur in secundo, explicatur.*

NOTÆ (1) VAria quoque pro nonnullis ecclesiis & monasteriis hoc anno *Ludovicus* Imperator diplomata dedit, quæ a Mabillonio in Annalibus Benedictinis Lib. XXVIII. §. XXXVI. recensentur. His adde aliud ejusdem *Ludovici* diploma pro monasterio *Fontanellensi* a Martenio in Collectione amplissima Anecdotorum tom. I. pag. 62. vulgato, quod datum est *VII. Kal. Novembris, anno Christo propitio secundo imperii Domni Hludowici piissimi Augusti, Indictione nona (a Kal. Septembris inchoata), Actum Niumaga palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.* GEORGIUS

Digitized by Google

*viliter fuerit accusatus, & ad placitum venire jussus: ad Comitis sui * mallum omnimodis venire non recusent. Caeterae vero minores causas, more, sicut hactenus fecisse noscuntur, inter se mutuo definire non prohibeantur. Et si quispiam eorum in partem, quam ille ad habitandum sibi occupaverat, alios homines undecumque venientes attraxerit, & secum in portione sua, quam, Ad portionem vocant, habitare fecerit, utatur illorum servitio absque alicujus contradictione vel impedimento; & liceat illi eos distringere ad justitias faciendas, quales ipsi inter se definire possunt: caetera vero judicia, id est, criminales actiones ad examen Comitis reserventur.*

* Idem quod majus judicium. habet: Glo. in fine lib. Capitul. Regum Franc.

XXV. *Et si aliquis ex his hominibus, qui ab eorum aliquo attractus est, & in sua portione collocatus locum reliquerit; locus tamen, qui relictus est, a domino illius, qui eum prius tenebat, non recedat. Quod si illi propter lenitatem & mansuetudinem Comitis sui, eidem Comiti honoris & obsequii gratia quippiam de rebus suis exhibuerunt: non hoc eis pro tributo vel censu aliquo computetur, aut Comes ille, vel successores ejus hoc in consuetudinem praesumant, neque eos sibi vel hominibus suis aut mansionaticos parare, aut veredos dare, aut ullum censum vel tributum aut obsequium, praeter id, quod jam superius comprehensum est, praestare cogat.*

Sed liceat tam istis Hispanis, qui praesenti tempore in praedictis locis resident, quam his, qui adhuc ad nostram fidem de iniquorum potestate fugiendo, confluxerint; & in desertis atque in incultis locis per nostram vel Comitis nostri licentiam consedentes, aedificia fecerint, & agros incoluerint; juxta supradictum modum sub nostra defensione atque protectione in libertate residere, & nobis ea, quae superius diximus, tam cum Comite suo, quam cum Missis ejus pro temporum opportunitate alacriter atque fideliter exhibere.

XXVI. *Noverint tamen iidem Hispani, sibi licentiam a nobis esse concessam, ut se in Vassaticum Comitibus nostris, more solito commendent; & si beneficium aliquod quispiam eorum ab eo, cui se commendavit, fuerit consequutus: sciat se de illo tale obsequium seniori suo exhibere debere quale nostrates homines de simili beneficio senioribus suis exhibere solent. Idcirco has nostrae auctoritatis litteras eis dare decrevimus, per quas decernimus, atque jubemus, ut haec nostrae liberalitatis ac mansuetudinis Constitutio erga illos tenore perpetuo ab omnibus fidelibus sanctae Dei Ecclesiae & nostris inviolabiliter conservetur. Cujus Constitutionis in unaquaque civitate, ubi praedicti Hispani habitare noscuntur, tres descriptiones esse volumus, unam, quam Episcopus ipsius civitatis habeat, & alteram, quam*

PAGIUS peraat; quae nunc exculta eis auferebant ii, qui dederant, seu ut sibi retinerent, seu etiam ut aliis darent. Beneficii jus illud erat, ut ad haeredes non transiret invito Domino. Sed quia beneficio adjectus erat contractus emphyteuseos perpetuae, vel saltem non restrictae ad tempus, recte decrevit *Ludovicus* hoc quoque beneficium pertinere ad posteros, & miseros illos ab agris a se excultis & melioratis non esse pellendos. Haec ad pleniorem intelligentiam secundi praecepti Ludovici Pii pro Hispanis a Baronio relati.

VII. *Ludovicus Imp. bellum indicit Saracenis.* Idem Ludovicus perfidia Maurorum per biennium dissimulata bellum illis hoc anno indixit teste Eginhardo in Annal. *Pax quae cum Abulaz Rege Saracenorum facta est, & per triennium servata, velut inutilis rupta & contra eum iterum susceptum est bellum.* Abulaz, qui & Alhaca, Cordubensis Rex pacem triennem cum Carolo M. pepigit anno DCCCXII. sed anno postero fracta fide Corsicam, Sardiniam, Provinciam, atque Italiam aggressus est. Quare Ludovicus Pius elapso illo triennio foedus ad proximos iterum annos renovari noluit. Scribit etiam ibidem Eginhardus: *Legati Sardorum de Caroli Civitate, dona ferentes, venerunt.* Sardinia, cujus primaria Civitas etiamnum est *Carales* seu *Calaris* in Saracenorum potestatem cum Africa venit. Sed Sardi missa hoc anno Legatione ad Ludovicum Aug. auxilium ab eo postularunt adversus Saracenos, & Incolarum Balearium Insularum exemplum imitati ei ultro se se summiserunt. Quaenam tunc in Sardinia Sedes Episcopales fuerint, pluribus investigat Cointius hoc anno num. XI.

VIII. *Floret Claudius Presbyter postea Episc. Taurinens.* *Claudius* Presbyter, cujus meminit Baronius num. XXXI. quique Taurinensem Episcopatum postea consecutus est, versabatur hoc tempore in Ludovici Augusti comitatu, ut Jonas Aurelianensis Episcopus initio libri primi de Cultu Imaginum insinuat: *Is* (nempe Claudius) *de quo agitur, exortus ex eadem Hispania* non vero ex Hibernia, ut fert communis error, quem secutus est Usserius *ejusdemque Felicis* (Urgellensis quondam Episcopi) *discipulatui ab ineunte aetate inhaerens, per aliquod tempus in Palatio memorati Gloriosissimi ac Serenissimi, Deoque amabilis Augusti* (sc. Ludovici) *in officio Presbyteratus militavit. Sed ut aliorum utilitati, doctrina Praedicationis Evangelicae, quae illi admodum inesse videbatur, consuleret, ipsius Piissimi clementia Praesul Taurinensis subrogatus est Ecclesiae.* Notus fuit Ludovico nondum Imperatori; sic enim scribit in literis ad Dructeramnum Abbatem: *Tres, ni fallor, & eo amplius jam pertranseunt tempore anni, quod me adhuc in Alvenni cespitis arvo, in Palatio Pii Principis Domini Ludovici tunc regis, modo Imperatoris, detentum socordia sensus mei, tua fervida dilectione adorsus es excitare, ut,* &c. Tres Abbati Theodemiro Libros in Genesim hoc anno transmisit; in Praefatione enim in Leviticum testatur, Leviticum anno DCCCXXIII. a se explanatum, cum octo jam effluxissent anni, ex quo Libros tres in Genesim exararat. Mabillonius Tom. I. Analect. Praefationem illam Claudii Episcopi Taurinensis *in libros informationum litterae & spiritus super Leviticum* e tenebris eruit, observatque multa scripsisse Claudium, praecipue vero Commentaria in Sacros Libros, nem-

Digitized by Google

quam Comes, & tertiam ipsi Hispani, qui in eodem loco conversantur. Exemplar vero harum in Archivo Palatii nostri censuimus reponendum, ut ex illius inspectione, si quando (ut fieri solet) aut ipsi se reclamaverint, aut Comes, vel quilibet alter contra eos causam habuerit: definitio litis fieri possit. Hanc quippe Constitutionem, ut per diuturna tempora a fidelibus sanctæ Ecclesiæ Dei, & nostris, & verius credatur, & diligentius conservetur, manu propria subscripsimus, & annuli nostri impressione signare jussimus ..... Signum domini Ludovici serenissimi Imper. Durandus diaconus ad vicem Helisachar recognovit. Datum Kalend. Januarias, anno, Christo propitio, Imperii domni Ludovici pi-
* II. *issimi Augusti *.... Indictione octava. Actum Aquisgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen.*

XXVII. Sed quid post hæc accidit? plane quod mireris: Qui enim e sua patria extorres, a Ludovico Imp. sunt tantam misericordiam consecuti: iidem a suismet hominibus, qui inter eos potentiores erant, Hispanis pati cœperunt diram tyrannidem, cum ab eis cultis privarentur agris, & redigerentur in servitutem. Ita male suasit cæca dominanda libido, ut Comites Hispani, qui nuper sub jugo premebantur Sarracenorum, eo liberi, jam illo ipso suorum colla gentilium, qui in libertatem fuerant vendicati a Ludovico, prægravare tentarent, eosdemque constituere dira tyrannide sibi servos. Quamobrem miseri illi ut eriperentur de manu potentum, cum de his questi essent apud eumdem Ludovicum: ab eodem rursum ejusmodi adversus eos rescriptum sunt consecuti, anno sequenti:

In nomine Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus divina ordinante providentia, Imperator Augustus. XXVIII. Secunda constitutio Lodovici pro Hispanis colonis.

Notum sit omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris, tam præsentibus, quam & futuris, seu etiam successoribus nostris; quia postquam Hispani, qui de potestate Sarracenorum se subtraxerunt, & ad nostram seu genitoris nostri fidem se contulerunt, & præceptum auctoritatis nostræ, qualiter in Regno nostro cum suis Comitibus conversari, & nostrum servitium peragere deberent, scribere, & eis dare jussimus: querimoniam aliqui ex his Hispanis nostris auribus retulerunt, duo capita continentem; quorum unum est, quod quando iidem Hispani in nostrum Regnum venerunt, & locum desertum, quem ad habitandum occupaverunt, per præceptum Domini & genitoris nostri ac nostrum sibi ac successoribus suis ad possidendum adepti sunt: hi qui inter eos majores, & potentiores erant, ad Palatium venientes, ipsi præcepta regalia susceperunt; quibus susceptis, eos qui inter illos minores & infirmiores erant, loca tamen sua bene excoluisse videbantur; per illorum præceptorum auctoritatem aut penitus ab eisdem locis depellere, aut sibi ad serviendum subjicere conati sunt.

Alterum est, quod simili modo de Hispania venientes, & ad Comites sive Vassos nostros, vel etiam ad Vassos Comitum commendaverunt, & ad habitandum atque ad excolendum deserta loca acceperunt: quæ ubi ab eis exculta sunt ex quibuslibet occasionibus eos inde expel- XXIX.

PAGIUS nempe in Genesim hoc anno; in Exodum anno DCCCXXI. & in Leviticum an. DCCCXXIII. ut patet ex laudata Præfatione. Præterea commentatus est Evangelium Matthæi hoc anno, cujus expositionem Mabillonius asserit, se reperisse in Bibliotheca Cathedralis Ecclesiæ Laudunensis. Differit ibidem Vir doctissimus de aliis ejus Operibus, ex quibus sola Expositio in Epistolam ad Galatas typis vulgata est in Biblioth. Patrum. Scripsit denique quædam in cultum Sacrarum Imaginum piasque peregrinationes, sed in iis non recte sensit.

IX. In Præfatione quadam meminit belli Danici. Baronius in Appendice ad hunc annum refert, *Claudii* Opus in Matthæum extare Romæ in Bibliotheca Vallicellana, sed perperam Claudium istum a Claudio Taurinensi distinguit. Præterea refert partem Epistolæ nuncupatoriæ ad Justum Abbatem, quæ præfixa est eidem Expositioni in Matthæum, quæ his verbis inchoatur: *Anno DCCCXV. Incarnat. Salvatoris J.C. postquam pius ac mitissimus Princeps, S. Ecclesiæ Catholicæ filius Ludovicus, anno secundo Imperii sui, cælesti fultus auxilio adversus barbaras nationes movisset exercitum, injunxisti mihi,* &c. Quæ verba Baronius in Annal. num. XXXI. interpretatur de exercitu adversus Nortmannos misso, qui absque pugna acceptis obsidibus rediit. Quam in rem citat veteres Annales Francorum, Annales scilicet Fuldenses & Pithæanos, ubi legitur exercitum Francorum missum fuisse ad auxilium Herioldi Danorum Regis contra filios Godefridi in Nortmanniam; ubi Nortmanniæ nomine Daniam intelligit ubi Principes inter se de successione certabant. Ex quo intelligimus Nortmannos, qui postea Franciam afflixere diversos non fuisse a Danis.

X. Agobardus fit Archiep. Lugdunensis. Ad hunc vel superiorem annum pertinent quæ Ado de Leidrado & Agobardo Lugdunensibus Archiepiscopis proxime post obitum Caroli M. commemorat: *Imperator Carolus, Vir in omni dispositione Imperii strenuus, Aquisgrani moritur & sepelitur. Bernardus Viennensis Episcopus erat, & Leidradus Lugdunensis, qui jussio Imperii Ludovici Imp. Suessionis Monasterii locum petiit, & in loco ejus Agobardus ejusdem Ecclesiæ Chorepiscopus, consentiente Imperatore, & universa Gallorum Episcoporum Synodo, Episcopus substitutus est. Quod quidam defendere volentes, dixerunt eumdem Venerabilem Agobardum a tribus Episcopis in Sede Lugdunensi, jubente Leidrado, fuisse ordinatum. Sed Canonica auctoritas est, in una Civitate duos Episcopos non esse, nec vivente Episcopo Successorem sibi debere eligere. Ac ideirco ulla quacumque causa regula Ecclesiæ præterire in tanto ordine fixa non de-*

Digitized by Google

pellere, & ad opus proprium retinere, aut aliis propter præmium dare voluerunt. Quorum neutrum justum aut rationabile nobis esse videtur. Et ideo per hanc nostræ præceptionis auctoritatem decernimus atque jubemus, ut his qui vel nostrum vel genitoris nostri præceptum accipere meruerunt, hoc quod ipsi cum suis hominibus de deserto excoluerunt, per nostram concessionem habeant. Cæteri vero, qui simul cum eis venerunt, & loca deserta occupaverunt, quicquid de incerto excoluerunt, absque ullius inquietudine possideant tam ipsi quam illorum posteritas; ita dumtaxat, ut servitium nostrum cum illo qui ipsum præceptum accepit, pro modo possessionis, quam tenet, facere debeat. Hi vero qui postea venerunt, & si aut Comitibus, aut Vassis nostris aut Patribus suis se commendaverunt, & ab eis terras ad habitandum acceperunt, sub tali forma eas in futurum & ipsi possideant, ut suæ posteritati derelinquant.

XXX. *Hoc nostræ auctoritatis decretum non solum erga præteritos & præsentes, verum etiam erga futuros, qui adhuc ex illis partibus ad nostram fidem venturi sunt, conservandum statuimus. Ac de Constitutione nostra septem præcepta una tenore conscribere jussimus. Quorum unum in Narbona, alterum in Carcassona, tertium in Roscilione, quartum in Emporiis, quintum in Barchinona, sextum in Gerunda, septimum in Biterris haberi præcepimus; & exemplar eorum in Archivo Palatii nostri, ut prædicti Hispani ab illis septem exemplaria accipere & habere possint: & per exemplar quod in Palatio retinemus, si rursum querela nobis delata fuerit, facilius possit definiri. Et ut hæc nostra auctoritatis Constitutio firmiorem obtineat vigorem, & a fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ plenius per tempora conservetur: manu propria subter firmavimus, & annuli nostri impressione signari jussimus. Data quarto Idus Februarii, anno, Christo propitio, tertio Imperii domini Ludovici piissimi Augusti Indictione nona. Actum Aquisgrani Palatio regio in Dei nomine feliciter. Amen. Arnaldus ad vicem Helisachar recognovit.* Post multos vero annos ea provincia, Septimania dicta olim a septimanorum colonia, quæ eam colendam accepit, ab eodem Ludovico Imperatore data est Bernardo Barcbinonensi Duci sive Comiti (utroque modo nominatum ipsum invenimus (quem & ab Hispania accersitum, suo præfecit cubiculo, ut suo loco dicturi sumus: sicque voluit per Hispanum hominem regi colonos Hispanos. Etenim idem Bernardus appellatus est Dux Septimaniæ, provinciæ sitæ in Gallia Narbonensi.

Habes ex his, in quo plurimum commendes Ludovici Imperatoris erga exteros, & profugos Hispanos e manibus Saracenorum se liberantes pietatem illud implentis, quod divinis scripturis traditum reperitur (x): *Occurrite cum panibus fugienti*. Cum optimas regiones eisdem dederit incolendas, & liberaverit XXXI.

(x) Isai.

PAGIUS

non debent. Quare Leidradus hoc anno Lugdunensi Archiepiscopatu abdicato, Suessione Monasticam vitam in Sancti Medardi Monasterio profiteri cœpit, & *Agobardus* ex Chorepiscopo factus est Archiepiscopus. Porro cum Flodoardus lib. 2. cap. 18. *Adalmatum*, quem alii Chorepiscopum & Suffraganeum vocant, *Corepiscopum* Trevirensem appellet, inde intelligimus, dua genera fuisse *Chorepiscoporum*, quorum alii vere erant Episcopi, alii vero Presbyteri. Primi generis extiterunt *Adalmatus* & *Agobardus*, ambo eodem tempore Chorepiscopi, ille *Amalarii* Archiepiscopi Trevirensis; hic *Leidradi* Lugdunensis Archiepiscopi. Multi dura in *Agobardo* res improbabant, quod ordinatus fuisset Chorepiscopus, & ex Lugdunensis Ecclesiæ Chorepiscopo fieret Archiepiscopus ejusdem Ecclesiæ, *Leidrado* tum superstite; sive enim Chorepiscopi Titulum gereret sub Archiepiscopo *Leidrado*, sive post ipsius Leidradi secessum Archiepiscopus diceretur, ajebant Sacris prohibitum Canonibus, ne duos simul in una Civitate sederent Episcopi.

XI. *Quidam Chorepiscopi vero erant Episcopi.* Chorepiscopum, qualis erat *Agobardus*, verum agnoscebant Episcopum, utpote ordinatum a tribus Episcopis. Ideoque Ado non dissimulat repertos esse quosdam, qui volentes *Agobardum* defendere, palam assererent, *eum a tribus Episcopis in Sede Lugdunensi, jubente Leidrado, fuisse ordinatum*. Quod addit Ado de duobus Episcopis in una Civitate non constituendis, & de Successore non eligendo, censetur extra causam prolatum, quia *Leidradus* Agobardum, nec in Sede Lugdunensi jussit ordinari, nec sibi Successorem elegit. *Agobardus* a tribus Episcopis ordinatus est, non ut simul in Lugdunensi Cathedra cum Leidrado sederet, sed ut ejusdem Leidradi Lugdunensis Archiepiscopi sive absentis sive morbo, vel negotiis impediti vices ageret. Nec quamdiu *Leidradus* Archiepiscopatum gessit, duo fuerunt Archiepiscopi Lugdunenses, sed *Leidradus* extitit Lugdunensis Archiepiscopus, & *Agobardus* ejusdem Leidradi Lugdunensis Archiepiscopi Chorepiscopus, seu Vicarius fuit. Quoad Archiepiscopalem dignitatem attinet, *Leidradus* Lugdunensis Archiepiscopus *Agobardum* sibi Successorem nec elegit, nec eligere potuit; quia tunc absque jussione vel consensu Regis in Francia nullus fiebat Episcopus, nec illud Ado diffitetur; scribit enim *Agobardum* antea Chorepiscopum *Leidrado* substitutum fuisse Archiepiscopum, *consentiente Imperatore*, scilicet Ludovico. Frustra igitur adversus Agobardum hæc ab Adone subjunguntur, *Canonica auctoritas est, in una Civitate duos Episcopos non esse*, &c.

Morinus part. 3. de Sacris Ecclesiæ Ordinationibus Exercit. 4. cap. 5. Chorepiscopos primi generis, quales *Adalmatum* & *Agobardum* dicimus in Germania complures hodie reperiri ob- XII.

Digitized by Google

rit eos de manu potentium, suorum gentilium; qui probrose valde tanta clementia Principis abusi eam adversus suos in tyrannidem convertissent. Ipse autem Ludovicus hoc anno adversus Nortmannos misit exercitum, qui absque pugna acceptis obsidibus rediit. Ita veteres Annales Francorum, cujus etiam expeditionis meminit Claudius Scotus hujus temporis scriptor, in præfatione suæ interpretationis in Matthæum.

☞ Est enim nuncupatoria epistola ad Justum Abbatem, quæ sic incipit: *Anno octingentesimo decimoquinto Incarnationis Salvatoris Jesu Christi postquam pius ac mitissimus Princeps, sanctæ Ecclesiæ Catholicæ filius Ludovicus, anno secundo Imperii sui, cælesti fultus auxilio adversus barbaras nationes movisset exercitum; atque abeunte, & discedente tua paternitate ex palatio jam dicti Principis ad charum dilectumque tibi semper tui Monasterii portum: injunxisti mihi, ut aliquod dignum memoriæ opusculum in expositione Evangelii ad legendum dirigerem Fratribus monasterii vestri, &c.*

Claudii Scoti laus. Porro ejusdem Claudii clara est mentio apud Joannem Trithemium istis verbis: *Claudius monachus Ordinis S. Benedicti, discipulus quondam (ut ferunt) Bedæ in Anglia, & collega Albini Levitæ & Abbatis natione Scotus, vir in divinis Scripturis valde studiosus & eruditus, & sæcularis doctrinæ non ignarus, carmine exercitatus & prosa, multa in sacris voluminibus composuit opuscula, de quibus feruntur, in quinque libros Moysi libri tres, in Judicum quoque liber unus, in librum Ruth liber unus, in Evangelium Matthæi, & alia multa.* Claruit sub Carolo Magno, & *ejus filio Ludovico.* Plane & ipse Claudius in dicta sua ad Justum Abbatem nuncupatoria tradit a se plura esse opuscula scripta cum ait: *Ad quoscumque sive per hoc, sive per aliud quodcumque opusculum notitia nominis mei pervenerit: intercessionem peccatorum meorum supplex ab omnibus exquiro, subnixa prece deposcens, ut ita a misericordissimo Domino nostro flagitetis: ut in omnibus delictis meis atque peccatis, omnibus opitulantibus vobis, consuetudinaria clementia, & copiosa bonitate deletis, etsi non ad idem præmium, saltem ad eundem vos portum quietis * videat pervenire, &c.* Porro Claudii opus in Matthæum extat in bibliotheca Vallicellana in Urbe posita. Hæc de Claudio paulo prolixius oportuit insinuasse, ut distinguas eum ab illo, qui Abbas Classensis, & discipulus fuit S. Gregorii, sive a Claudio Taurinensi. ☚

Ann. Eccl. Tom. XIII. Aaaa An-

PAGIUS *Discrimen modernorum & antiquorum Chorepiscoporum,* observat, Episcopos videlicet illos, qui *pro partibus Infidelium* ordinantur, & Germanicorum Episcoporum vicibus hac nostra ætate funguntur. Inter modernos tamen Chorepiscopos seu Suffraganeos, & antiquos Chorepiscopos insignia occurrit differentia; moderni Chorepiscopi Titulos gerunt Ecclesiarum in partibus Infidelium positarum; veteres autem Chorepiscopi dicebantur ipsarummet Ecclesiarum, quibus serviebant, Chorepiscopi; Trevirensis Chorepiscopus *Adalmatus* sub Amalhario Trevirensi Archiepiscopo, Lugdunensis Chorepiscopus *Agobardus* sub Leideado Archiepiscopo Lugdunensi. Flodoardus jam citatus *Treverica Urbis Archiepiscopum Amalharium cum Adalmato ipsius Corepiscopo* laudat. Ab Adone jam quoque allegato commendantur *Leidradus Episcopus Lugdunensis, & Agobardus ejusdem Ecclesiæ Chorepiscopus.* Quos autem Antiqui Chorepiscopos primi generis appellarunt, Suffraganeos hodie nuncupamus. *Adalmatum,* quem Trevirensem Chorepiscopum fuisse diximus, Amalharii Trevirensis Archiepiscopi Suffraganeum vocat Browerus in Annal. Trevirens. lib. 8. numer. 23. & Agobardus, qui fuit Adoni *Lugdunensis Ecclesiæ Chorepiscopus,* Severtio Tom. I. de Metropolitis Lugdonens. *Suffraganeus est Lugdunensis* in ult. paragrapho Rerum a Leidrado Decessore gestarum.

XIII. *Duplex genus Suffraganeorum.* Atque inde ut Chorepiscoporum, sic & Suffraganeorum duplex obiter acceptio observanda. Sunt enim in altera significatione Suffraganei, quotquot Archiepiscopo subsunt Episcopi. Sic Archiepiscopum Lugdunensem Suffraganei quatuor Episcopi hodie venerantur; Trevirensem vero tres Episcopi Suffraganei. Ætate Caroli M. Suffraganeus in hac significatione jam firmabatur; in Synodo enim apud Arelatum anno DCCCXIII. habita Patres Canone tertio sanciunt, ut *unusquisque Archiepiscopus suos Suffraganeos diligenter studiosque admoneat, quatenus,* &c. Chorepiscopi secundi generis, licet Episcopi villani reperiantur dicti, non fuerunt Episcopi, sed tantum Presbyteri & Episcoporum Vicarii, licet postea nimia ambitione tumidi res haud paucas, quæ solis competebant Episcopis, agendas susceperint, indeque de iis aut in officio continendis, aut abolendis diutissime laborarunt Episcopi. Quæ omnia recte Cointio anno DCCCXIII. num. CCCXLV. & & seqq. notata. Porro *Leidradus* scripsit libellum de *Sacramento & ritibus Baptismi*, ut supra diximus, & duas Epistolas, quæ leguntur Tom. II. Operum Agobardi juxta editionem a Baluzio curatam. Mortis ejus annus incompertus.

Annalista Cæsareus a Lambecio editus ad annum. II. Ludovici Aug. scribit: *Hlvdowicus Imperator suum Placitum cum Francis in Saxonia ad Phaderobrunnen habuit; & illuc venit filius ejus Hludharius Rex Bajarorum, & alius filius, idest, Pippinus Rex Æquitanorum,* (loco, Aquitanorum), *Bernhartus quoque filius Pippini Rex Langobardorum, & erat illud Placitum Kalend. Julii mensis.* Hujus Conventus mentionem facit Eginhardus in Annal. atque: *Ibi ad eum Orientalium Sclavorum Primores & Legati venerunt. Sed antequam illuc veniret, & cum adhuc domi esset, allatum est ei quosdam de Primoribus Romanorum, ad interficiendum Leonem Papam in ipsa Urbe conspirasse,* & cætera a Baronio numer. 1. recitata. Quare seditio illa contigit ante Kalendas Julias, quo die Ludovicus Augustus *Paderbornæ* erat. XIV. *Conventus Paderbornensis.*

Digitized by Google

I. Theophanis Confessoris corona. ANnus Redemptoris octingentesimus decimus sextus Indictione nona incipit, quo urgente magis persecutione Leonis Imperatoris, Theophanes præfectus monasterii Sigriani post dirum per biennium toleratum carcerem, deportatus in insulam Samothraciam, illic cito reddidit Deo spiritum confessionis gloria insignis. De quo antequam aliquid dicamus, admonendum putamus Lectorem, hunc diversum ab illo Theophane de quo primo Leonis anno dictum est: ille enim Agri Abbas, & anno primo quando Nicephorus Patriarcha in exilium missus est persecutionem passus; hic nonnisi hoc anno post biennii carcerem. Porro hic qui Theophanes, idem & Isaacius dictus est, cujus res gestæ Græce scriptæ extant. Ex quibus ea quæ ad confessionem ipsius spectant hæc dicenda erunt: *Tunc* (inquit incertus sed ejusdem temporis auctor) *ad certamen vocatur etiam Theophanes admirandus non tamen manu tyrannica aut violenta, sed blanditiis ac dolis. Adversus hostes* (*dicebat impostor ille*) *mihi pugnandum est; sed antequam manum cum illis conseram, precibus tuis armari me oportet. Theophanes autem cognita hominis malitia, quamvis renum & urinæ difficultate laboraret* (*instrumentis enim per naturalem cuniculum in vesicam admissis, qua lapides insitos constringerent, humidis excrementis exitum præbebat*) *maximisque molestiis vexaretur, & in lectulo ægrotus assidue decumberet; navi tamen ad urbem regiam se contulit.*

II. *Quod cum scelestissimus ille intellexisset, sancti viri conspectum* (*ut arbitror*) *veritus, per nuntium hæc illi significat: Si venisti, ut mihi morem geras* (*adventus enim celeritas bonam mihi spem attulit*) *scito tam multis te bonis fruiturum, quam multis eos frui par est, qui propria voluntati Imperatoris voluntatem, & consilium anteponunt, & monasterium tuum variis muneribus ornatum iri, & propinquos tuos maximis dignitatibus decorandos, teque primas apud me amicitiæ atque auctoritatis partes habiturum. Sin* (*quod vix cogitare fas est*) *studio tuo preces meas posthabueris, & consilium meum neglexeris, & quæ tibi proponuntur præmia fueris aspernatus: invitus facies, quæ volens recusas, & maximi tibi ipse dedecoris, atque calamitatis auctor existes.*

Theophanis confessio. *Ad hæc divinus vir, perspecta dictorum stultitia, ita nuntio respondit: Ego nec pecunias, nec possessiones, nec reliqua hujus vitæ bona ullo modo curo. Quæ enim adolescens, cum his frui possem, amore Christi inflammatus repudiavi, ea jam senex quomodo complectar, ab institutoque recedam: præsertim cum corpus morbis confectum sit, ut vitæ finis procul abesse non possit, & hæc inania esse constet? Quod autem ad monasterium propinquosque pertinet, id Deo curæ erit, cui a me commendantur, & quibus ipse Deus melius quam Imperatores & Principes potest consulere. Quod si, quemadmodum pueros parum generosos magistri scutica perterre faciunt: ita tu me morbo & senectute confectum minis territum iri spe-*

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6309.

☉ 13. FE. ☽ 19. P. 20. April. Indict. 9.

JESU CHRISTI 816.

STEPHANI IV. PAPÆ 0.

LEONIS IMP. 3.

LEONIS ARMENI IMP. 4.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCCLIV. Anno Hegiræ CCI. inchoato die 30. Julii fer. 4.

A. C. 816. I. *Vita S. Theophanis tenebris obsita.* ANum. I. ad V. Sancti *Theophanis* Abbatis Monasterii *Magni Agri* seu *Sigriani*, quod unum & idem est, ut supra ostendimus, Chronographiam e Græco in Latinum vestit post Baronii mortem Jacobus Goarus, Notisque illustravit. Harum autem initio varia habet de aliis ejusdem nominis, quo Sanctis, quo Scriptoribus, ac de rebus, quæ ad Theophanem nostrum speciatim pertinent. Post eum Bollandus ad diem XII. Martii; quo Sanctus *Theophanes* colitur, eadem pluribus retractavit; sed in hujus Sancti Vita a Sancto *Theodoro Studita*, aut ab alio Monacho forte coævo conscripta, pauci temporis characteres reperiuntur, & aliunde ea mutila est. Exhibet & aliam *Theophanis* Vitam ibidem Bollandus, a Metaphraste aut ab alio concinnatam, sed major lux ex ista non affulget ad Vitæ Theophanis Chronotaxim statuendam. Quare tam annus matrimonii ejus & Monachatus, quam annus ejus mortis ac exilii certo e tenebris erui non possunt. Senectute gravem fuisse, cum Leoni Armeno sistendus auferretur e Monasterio, Acta insinuant; sed controversum hoc faciunt Menæa, cum asserunt, vigesimum primum ætatis egisse *Theophanem*; cum Leo Imp. Copronymi filius mortuus est, anno scilicet Christi DCCLXXIX. Non apparet tamen, quomodo tantilla ætas tempore morientis Leonis consistere possit, cum eo quod ex Menæis affertur Elogio, aut cum Vitæ Actis; ideoque existimat Bollandus, mendum irrepsisse in Menæa, & loco XXI. legendum esse XXXI. seu λα pro κα; sic enim natus fuerit anno DCCXLVIII. & uxorem duxerit primo Leonis anno, qui Christi est DCCLXXVI. viginti octo annos natus. Cætera autem, quæ postea contigere, justum obtinebunt temporis spatium. Verum cum hoc divinare sit, iis hic non

speras: rogus accendatur, parentur tormenta, & omnia cruciatuum genera: ut scias plenissime Christi virtutem in meis infirmitatibus perfici. Ego, qui per humum iter facere nequeo, valetudinis infirmitate superata, in ignem insiliam.

III. *His auditis, imparissimus ille constantiam quidem animi fortis admiratus est, de victoria tamen non desperavit, hominis facinorosissimi, quem apud se habebat, fretus astutia, qui sophistarum præstigiis & Gentium auspiciis, & jecinoris inspectionibus instructior erat quam disciplinis, & ad impietatis barathrum infelices homines trahens, apud ipsum valebat plurimum. Huic beatum Theophanem tradit,* Frustra tentatus Theophanes. *sperans præstigiis ipsius omnina deceptum iri: sed tamquam asinus ad lyram deprehensus est. Invictam enim viri sancti libertatem admiratus, antequam congrederetur, se victum esse confessus est, Imperatorique annuntiavit, eum esse præstantiorem, quam ut oratione, aut minis, superari posset; quin etiam si ibi diutius moraretur, fore ut aliorum animos, quos in sententiam suam adduxerat, abalienaret.* Et paulo post: *Caterum ab impugnatione non destitit homo tyrannica plenus crudelitate. Sed virum sanctum in Eleutherii palatio includi jubet, adhibitis custodibus, ne quis humanitate ductus et propter Christum patienti consolationem allam afferret, Itaque corpus ipsius diuturna fame confectum, paulatim tabescebat,*

Ann. Eccl. Tom. XIII.

& ad acerbam mortem appropinquabat. Morbi enim medicorum auxilio destitutè gravius saviebant, & vitam reddebant morte ipsa longe acerbiorem. At ipse optatissimam Dei pulchritudinem mente contemplans, ea, quæ ne audita quidem tolerabilia sunt, patienti & æquo animo perferebat. Et paulo post:

Duos igitur annos cum acerbissimum carcerem pertulisset, in Samothraciam insulam deportatur: quod ipse divino animo prospiciens, ei, qui sibi ministrabat, pronuntiaverat. Cumque tribus & viginti diebus in insula vixisset, tamquam suavis hostia communi Domino oblatus est, & ejus manibus sacrum atque sanctum spiritum tradidit, ut ad diu optatam hæreditatem admitteretur. Neque vero corpus ejus, quod victoriæ particeps fuerat, & animæ semper in omnibus bonis inservierat, meritis muneribus caruit. Nam piorum virorum manibus in lignea arca compositum, & convenientibus cantibus (ut tempus ferebat) elatum, admirandis gratiis a Deo fuit illustratum. Cum enim lues in pecora illius insulæ desæviret, adeo ut mortua de repente concideret, aquam illius arca admoventes (neque enim corpus audebant attingere) pecora peste laborantia aspergebant, & periculo liberabantur. At de obitu S. Theophanis hactenus, qui contigit duodecimo die mensis Martii, quo anniversaria memoria in Ecclesia celebratur. IV. Theophanis Confessoris obitus & miracula.

PAGIUS non immorabor, sed tantum quæ certiora sunt paucia explicabo.

II. *Ejus exilium & mors.* Cum certum sit, *Leonem* Armenum anno superiori Hegumenos seu Monasteriorum Constantinopoli positorum Præpositos hyberno tempore congregasse, ut eos ad suam sententiam pertraherat, & cum id ab eis extorquere non posset, in varia loca relegasse, non dubium, quin vicinorum Urbi locorum celebriores Abbatea, qualis erat *Theophanes*, ad se avocarit, ut eos in suam partem minis vel blanditiis traducere conaretur. Quare anno superiori vel saltem præsenti contigit quod Baronius de Theophane narrat ex Auctore prioris ejus Vitæ, quod nempe Constantinopolim venire coactus fuerit, ubi cum nullis cederet machinis veritatem oppugnantibus conjectus est in carcerem. Addit Auctor Vitæ cap. 3. *Duos annos acerbissimo defunctus carcere, in Samothracem insulam deportatur: Quod ipse mentis oculo prospiciens ei qui sibi ministrabat, pronunciaverat: ubi cum tres supra viginti dies egisset, tanquam suavis hostia communi Domino oblatus est*, die & anno incertis, ante tamen annum DCCCXX. quo *Leo* Armenus extinctus est; eum enim Imperatorem supervixisse, docet idem Auctor. Est porro *Samos*, seu *Samothracia*, insula Thraciæ in Mari Ægæo, contra ostia Hebri. Baronius num. I. putat, *Theophanem* Abbatem *Agri* diversum esse a Theophane *Sigrianæ* Abbate. Verum idem Monasterium modo *Magni Agri*, modo *Sigriani* dicitur, quod positum esset in Sigriana prope Cyzicum Regione. Præterea scribit Baronius, *Theophanem* nostrum *Isacium* etiam appellatum fuisse. Sed deceptus fuit, a Theophanis Interprete, qui hæc verba Θεοφάνους, τοῦ Ἰσαακίου βίος, ita reddidit; *Theophanis, qui & Isaacius dictus est Vita*; cum vertere debuisset, *Theophanis Isaacii filii Vita*, phrasi Græcis usitata, quibus insolens est patris nomen in recto cognomenti vice adjungere filio, ut observat Goarus loco laudato. In versione tamen Anastasii post Analecta ex Georgio Syncello descripta, ad annum primum Diocletiani Imp. seu ad annum Mundi 5777. legitur: *Ab hinc Isaurius* (alia in margine lectio, *Hysaucius*) *qui & Theophanes*; unde, inquit Bollandus, vel Anastasio ita intellectus est textus Græcus, ut Isacium quoque vocari Theophanem putarit, pro quo transcribentium vitio irrepserit *Hysaucius*, vel idem Theophanes cognominatus fuit, *Isaurius*. Sed quidquid de hac conjectura sit, *Theophanes* in Menæis *Isaaci*, filius dicitur.

III. *Exilium SS. Stephani Hegumeni & Cosmæ Episc. Chalcedon.* Meminit Baronius num. IV. *Stephani* Hegumeni, & *Cosmæ* Chalcedonensis Episcopi, qui ob defensionem Sacrarum Imaginum inter Sanctos Confessores in Menologiis memorantur, ille ad diem XXVII. mensis Martii, hic ad diem XXVIII. mensis Aprilis. De priori tamen agit Bollandus ad diem XXVI. Martii, quod in plerisque Græcorum Fastis eo die memoretur, licet in Menologio Basilii Imp. quo utebatur Baronius, inscriptus sit ad diem XXVII. ejusdem mensis. Ubique autem dicitur *Triglinæ* Monasterii Hegumenus, qui cum advocatos cogeretur, Sacrarum Imaginum adorationem abjurare, & adversam Orthodoxæ fidei manu sua

Tunc temporis & Stephanus (alter hic a priori) idem subiens certamen, eamdem promeruit coronam; de quo Græci agunt in Menologio vigesimaseptima Martii: affectus enim multis suppliciis, relegatus, ibi Deo spiritum reddidit. Exulavit pariter & Cosmas Chalcedonensis Episcopus, qui & ipse inter sanctos Confessores receptus celebratur: de ipso enim agitur in Menologio decimaoctava Aprilis.

V. Theodorus Studita revocatur ad verbera.

Hoc eodem anno, crescente in dies magis persecutione, Theodorus Studitarum Præfectus actus in exilium, rursus revocatur ad verbera in eodem carcere, ubi tenebatur inclusus, nova emergente causa ob clericum Asiaticum ex hæretico ab eo conversum ad Fidem Catholicam, cujus rei causa ab Episcopo loci illius delatus est Theodorus ad Imperatorem, cujus jussu quam dirissime est laceratus verberibus, ac postea arctiori carcere pressus. De his scituri in primis quod ad rationem temporis spectat, ista omnia hoc eodem anno esse peracta, ex Michaelis Studitæ scriptis certum illud deducimus argumentum. Cum enim numeret ejusdem durioris carceris tempus annos tres, & annum cum dimidio commorationis Smyrnæ ejusdem Theodori usque ad obitum Leonis Imperatoris, quem eum & imperasse tradat annos septem cum dimidio: utique ad ejusdem Imperatoris annum hunc tertium referas necesse est ejusdem Theodori flagella. His de tempore elucidatis, jam videamus quæ de his ab eodem Michaele omni fide veritati consentientis scripta sunt: sic enim ait:

VI. De Clerico Asiano a Theodoro instructo.

Cum autem multi ad eum obiter ventitare solerent, utpote sparsa jam passim ejus fama & nominis celebritate, custodibus vel propter viri reverentiam aditum non prohibentibus, vel pecuniæ præmio custodiæ curam relaxantibus: accidit ut clericus quidam ex Asia illac iter faciens, in Puteis congressum veniret. Ejus enim virtute captus jam antea fuerat. Ut igitur illum vidit, ejusque colloquio fruens, tum alia, quæ usui erant, inde hausit, & adversus hæreticos summum odium, aversionemque suscepit. Demum lætus rediit, in alios etiam utilitatis commoda derivaturus. Qui primum omnium amico ac familiari suo, eumdemque ordinis gradum obtinenti omnia de Sancto fideliter exposuit, quemadmodum in vinculis clausum viderit, ab eoque accuratius de veritate institutus atque edoctus sit, præclaramque & eximiam venerandarum imaginum adorationem perdidicerit. Quem cum in sententiam suam mox perduxisset, nullam cunctationem, nec moram interponentes, ambo inter se constituunt, nec adire amplius Episcopum suum, nec commune cum illo quicquam habere, quem sciebat cum Iconoclastis consentire.

Quod cum subolfecisset Episcopus, ad Asiæ Præfectum clericos defert e vestigio, & quænam illis causa fuerit discessionis. At ille confestim, ne hora quidem spatia differens, omnia per expeditos nuntios refert Imperatori, convicios Sanctorum comenans, aliaque addens perversi ingenii sui moribus consentanea. Simul autem Magistro militum Orientis edicit, ut jure suo agat: hunc enim unum clericorum exilii causam & auctorem. Qui quidem veritus, ne quid mali hoc nomine pateretur, e suis unum mittit, qui Sanctum cædat, & quinquagenis flagris pœnas reposcat. Iterum ad flagella suscipienda Theodorus paratus. *Quo adveniente, & adventus sui causam exponente, Theodorus zonam ipse solvit illico, famuli operam minime præstolans, positaque veste, nudum corpus offert ad verbera: voluptati enim, inquit, mihi est, corpusculi hujus flagellatio, atque ista demum ejus suprema depositio, quo citius nuda anima evolem ad eum, quem desidero.*

VII. Parcit percussor Theodoro.

Verum ille qui missus ad verberandum venerat pio ac miti animo, & priori similis, justi protinus miseretur, ejusque confecta corporis membra, adeo ut ne contueri quidem oculis, nedum manus admovere auderet, aut alia facere imperata. Quin potius veniam (o bonam mentem) ab illo petit, ejusque pedibus advolutus, lachrymisque profusus, quod semel horum judex futurus advenisset. Cujus Pater egregiam fidem complectens, precibusque vicem reddens, atque votis illuc, unde venerat, placide remisit. Nondum ille ad magistrum pervenerat, cum ab Imperatore nuntius alius alia via venit, nomen impio, Anastasius, qui convitiis non levibus, minisque hominem incessit, quod negligentius, remissiusque officio fungeretur, qui apertum Imperatoris hostem nondum dignis suppliciis affecisset. Cumque ille misisse se affirmaret, & flagris cecidisse, quasi sanguinis sitiens

eo

PAGIUS

sua signare sententiam, nullis cruciatibus ad id adduci potuit, ideoque carceribus primum mancipatus, ac demum ejectus in exilium est, ubi animam Deo reddidit. In Menologio Basilii Imp. ad diem XVIII. Aprilis de *Cosma* Chalcedonensi Episcopo legitur, quod jussus abnegare venerationem Sacrarum Imaginum, cum id recusasset, in exilium relegatus est. *At demum ab exilio revocatus & vehementer compulsus, ut cum ipsorum hæresi conveniret, cum ipsos audire constanter respuisset, multiplicibus ærumnis subjectus fuit,* &c. *Ac tandem victor evadens emigravit ad Dominum.* De utroque legendus Bollandus citatus.

IV. A num. V. ad XXIII. *Sanctus Theodorus* cum Sancto *Nicolao* Socio, postquam *annum integrum*

tur.

Theodorus dire verberatur. *eo ubi Sanctus custodiebatur, approperat suis oculis plagas conspecturus. Detractisque ei vestibus, rogabat: Ubinam recentia essent stigmata & vibices? Et cum nusquam apparerent quæ videre optabat profuse cachinans eumque subsannans, qui flagellatum fuisse dixerat, ipsemet suis manibus sanctum virum crudeliter flagellat, centum illi verberum ictas incutiens, semianimem humi jacentem destituens. Tum obscuro tetroque carcere inclusit, unaque ejus discipulam Nicolaum, qui* Nicolaus cum Theodoro inclusus. *magistro assiduus comes erat, & numquam ab ejus latere discedebat, custodibus præcipiens, ut fame ambos aliisque incommodis vexarent, ut si quid vitæ illi adhuc superesset, hoc ipsum brevi absumeretur.*

VIII. Hoc ipsum illud est tempus cum idem Theodorus in carcerem diriorem trusus, auditis Naucratii discipuli sui & aliorum fustigationibus, ad ipsum scripsit epistolam ipsis in primis congaudens, simulque jungens quæ ipse passus sit verbera, non ostentans, sed summa animi demissione narrans. Epistola vero digna sanctissimo Martyre sic se habet:

Naucratio filio Theodorus (a).

(a) Theod. l. 2. ep. 94. ex Cod. Col. Naucratius cum septem aliis verberibus affecti. *Quid jucundius audire poteram, quam te dilectum filium meum cum aliis septem fratribus tuis, quorum nomina in libro vitæ, pro Christo Domino nostro flagris cæsum fuisse? Laus ei, qui vos vocavit ad confessionem veritatis suæ: laudes ei, qui honorandas animas vestras corroboravit, ut ante alios certamen subirent. Ut non reformidarent, nec refugerent a conspectu impii, sed pulchram confessionem obirent, & propter eam dorsum verberibus cum Christo præberent. Vos choro alius confessionis Ecclesiæ Dei adjecti estis. Vos fraternitatis in Christo gloriam auxistis. Beati omnino dilecti mei, & ter beati: quin beati & ventres, qui in lucem vos ediderunt. Quod si de me aliquid etiam dicendum est: Beatus ergo quoque infelix ac miser, qui tantorum audio pater filiorum, Dei filiorum & heredum Christi. Quodnam hoc gaudium? An non omni gaudio delectabilius? Quænam gloria hæc? An non diadema gestantium gloria mirabilior, stigmata ferre Christi, vivificas ejus passiones, ceu coronas? Sic igitur vestra se habent, quæ & cœlum laudavit, & terra audivit. Nostra vero nullius sunt momenti, & plena peccatis, qualia nimirum Hadrianus frater nuntiavit: omnino enim salvus evasit.*

Quod si quid adjici oporteat: hæc quoque indicabimus. Post verberum dilaniationem, incluserunt nos ambos in sublimi loco, januam abstruentes, & scalis remotis: additi circumquaque custodes, ne quis propius accedat, contingatque domicilium. Quin & castrum ingredientes singulos obvii custodes observant, nec alio divertere sinunt quam ad proprias domos quoad illi rursum egrediantur. Interdictum est severe, ne quid nobis detur præter aquam solum & lignum: ita nos plane tamquam in sepulcro locarunt, ut enecent nos. At Deus benignitatis suæ misericordia, per ea quæ intulimus necessaria; & quod insuper ab eo, qui admotis stata hora scalis redit, nobis tribuitur imperatum, nos sustentat. Dicere non audemus, quod Daniel (a) *dixit,* (a) Dan. 4. *cum prandium ab Habacuc accepisset: Recordatus enim est mei Dominus: Verumtamen recordatus est & nostri peccatorum, & miseretur, & regit, & protegit. Quamdiu igitur ali possumus, vel iis quæ intus sunt, vel uno e janitoribus domo clam interdum largiente, qui & hebdomadarius est, alit nos, & Deum glorificamus. Deficientibus autem necessariis Dei permissu, vitam una ponemus ipsi atque in hoc gaudemus; idque ipsum est Dei munificentia. Et quis ego sum miser, qui pro ejus nomine in hunc modum detinear, ut abundantiore post gloria, sicut jubet, inhonoratum cum fratre remuneret?* IX.

Obsecro ergo, vos fratres, juvate me precibus vestris ad Deum, ut semper a mala liberer omnibus modis. Et qui confessionis suæ opus in nobis cœpit, per viscera misericordiæ suæ, non ex operibus meis ullis (neque enim bonum aliquod in terra egi, sed contrarium) ipse perficiat in ambobus. Hoc etiam nos humiles pro vobis, qui eadem patimini, cum lacrymis oramus. Non octo tantum in Domino electos, sed Abbatem quoque Petrum, & egregium Latojum, ut si quis alius, in Domino salutamus. Ista egregius Christi Confessor Theodorus aspersas dixerim suo sanguine ex arcto & duro carcere literas dedit. Quæ autem ista secuta sint, a Michaele sic accipe: X.

His

PAGIUS Triennalis carcer SS. Theodori & Nicolai Studitarum. *carcere detenti egerant*, translati sunt ad quoddam Castrum *Bonitam* appellatum, ubi ob Epistolam Theodori ad Confessores datam, uterque dire in carcere vapulavit, ut ex Auctore Vitæ Sancti Nicolai anno DCCCXIV. num. XVI. & seqq. ostendimus; quibus narratis idem Auctor scribit: *Quas vero ac quantas necessitates, toto illo triennii spatio pertulerint, angusto illo ac tenebricoso detenti carceris angulo, ne dici quidem facile queat. Nam quis rogo etiam paulo plenius, eam corporis inflationem describat, quæ ex tormentis, vere gravis illa ac incuriosa Sanctis accidit? Nedum enim contra solum iniquum Imperatorem, impiosque Præfectos decertabant; verum etiam, ipsi quoque legi naturæ vim inferebant, depugnantes adversus famem*

& fe-

His ex animi sententia peractis, sceleratus duos alios Sancti discipulos abducens, inde abiit, alios alibi in carcerem pariter conjecturus. Ut ergo ad Magistrum militum venit, & jurejurando exprobavit, quod Theodorum ante non verberasset. Metuens ille, ne infensum sibi redderet Imperatorem, bonum illum virum, quem ante miserat, in medium produxit, atque in oculis nefarii flagris cædit duplo quam fuerat imperatum. Ita insatiabilis voto satisfaciens, eum abs se dimisit muneribus & blanditiis delinitum. Prorsus autem tametsi egregii facinoris, usurpata in justum misericordia pœnas auctor suo corpore luerit: at majorem revera mercedem nactus est, & ab iis, quæ passus est, dissimillimam. Huc usque Michael, qui & quam asper fuerit carcer ille, sic subiicit:

Verberatur qui non verberarat Theodorum.

XI. *Sed transeat* (inquit) *oratio ad Patris nostri in eo carcere calamitates. Quas enim ærumnas, quas molestias in tenebricoso illo & angustissimo ergastulo pertulerit, sola dicere possit experientia, nec ulla ad declarandum satis esse queat oratio. Quis enim tum frigus describat, quo tenuissimum, & aranei instar corpusculum illud hieme vexabatur? Quis flagrantes æstus, quibus per æstatem suffocabatur? ardentem ducens spiritum, & cum aliis incommodis colluctans? Quis pediculorum, pulicumque examina, & pusilla id genus animalia, quæ caliginosus hic recessus pulvere ac sordibus obsitus parturiebat & alebat? Quis (ut quod acerbissimum omnium erat commemorem) plagarum inflammationes, omniumque membrorum intumescentium dolores & cruciatus explicet, & pro rei gravitate repræsentet? Mitto custodum ludibria & subsannationes, famemque ab illis irrogatam, omnia denique acerba adhibita, quibus naturam penitus prosternerent: sic enim illum siti atque fame cruciarunt, ut vix frustulum panis non quotidie, sed alternis diebus iniicerent per angustum foramen, quod unicum apertum reliquerant.*

Quanta in carcere passus Theodorus.

XII. *Quo tempore fama est, Patrem summa illa inedia pressum discipulo hæc dixisse: Conantur (ut video) fili, domestici ad cæteras acerbitates, quas in nos exercent, etiam fame nos extinguere, quam omnium miserrimam mortem esse norunt. Sed collocemus etiamnum spem nostram in Deo, qui non in solo pane alere potest, sed alio longe præstantiori cibo; quandoquidem spiritus omnes ejus solius nutu sustentatur. Et quoniam mihi præ cæteris Dominici corporis participatio, corporis simul, & animi alimentum esse soles (habebat enim ubique Pater secum partes aliquas vivifici corporis, peragebatque divina mysteria, quandocumque celebrandi facultas erat) hunc ego solum cibum capiam, alium penitus nullum degustans: tibi vero uni ad victum cedant, quæ duobus præberi solent: quamquam id ægre tibi suffecturum sit, utpote perexiguum. Sed sic fortasse corpusculum sustentabis hoc levi solatio, & vitam produces; excessumque meum Œconomo & fratribus nuntiabis, si quidem ita statuet Dominus.* Ferre secum solitos sanctos viros Eucharistiam in itinere, moris fuisse olim tam in Occidentali, quam in Orientali Ecclesia, suis locis sæpe superius dictum est. Pergit auctor:

Sacra Eucharistia contentum vivit Theodorus.

XIII. *Verum qui implet omne animal benedictione, haudquaquam famulum suum despexit, aut intolerabili fame illum diutius exercuit, sed providentia sua illum dignatus est, victumque præter expectationem transmisit. Ex illustribus enim primasque apud Imperatorem obtinentibus quidam via illa iter faciens, cum de S. cognovisset, quem in statum redactus esset, quemadmodum fame, aliisque gravioribus torqueretur: ejus vicem dolens, Deo scilicet ad misericordiam illum commovente, fiduciam præbente potentia, victum affatim illi ac discipulis præberi jussit, aliaque omnia subministrari, nec contemptos in posterum neglectosque sine cura destitui: atque ita Dei benignitate, viribus confirmatis, mortem illam effugit.* Ista Michael Theodori discipulus rerum conscius.

Theodoro ac socio ministrantur necessaria.

Porro magna Dei providentia factum, ut ante hæc ipsa Theodorus & Nicolaus concaptivus a sancta virgine anu jam facta de supernis domus ejus, qua detinebantur, in carcere alerentur, ut indicat ejusdem Theodori epistola ad ipsam data, quæ adhuc extat sine principio, quæ sic se habet:

Eudociæ virgini (a). Caret exordio; quæ autem extant, ita se habent:

In

(a) Theod. l. 2. ep. 94.

PAGIUS. *& sitim, frigusque ac nuditatem. Ac sane, cum non modicum perfluxisset temporis spatium, iterum crudelis Imperator ab eo loco ad Smyrnæ Metropolim traducit, quos exceperunt custodia atque verbera, amboque utrisque pedibus ligno revincti erant. Cum autem viginti denuo menses in eo carcere morati essent, corporisque affectionibus superiores facti, virtutem, uti probante tormentorum igne insuperabilem, ita & adversus mortem audere ostendissent,* Imperator miserabiliter cecidit, occisus nempe post diem natalem Christi anni DCCCXX. Ex his patet, *Theodorum & Nicolaum* mense circiter Majo anni DCCCXIX. Smyrnam translatos esse, & triennalem custodiam, quæ eam translationem præcessit, hoc anno cœpisse. Quas Epistolas ad Sanctos Confessores in exilio positos illo triennio scripserit Theodorus, recitat Baronius. Hoc referendo, quæ loco laudato de utriusque flagellatione diximus, de qua hoc anno Baronius agit.

XIV. De Eudocine virgine laudatio Theodori.

In carcere illic detinebamur ego fraterque Nicolaus, cum ante custodiæ foramen positi custodes neminem, ex impiorum interdicto, propius contingere sinebant. Tum tu (ut superiora quamvis memorabilia prætermittam) Dei fiducia freta mittebas, quodammodo lactabas, alebas, potum dabas, consolabaris, hortabaris, te ipsa in apertum mortis periculum conjiciens. Quam quidem nisi te Dei manus præveniens eripuisset, re ipsa pertulisses. Noste vicinorum accusationes, exactiones magistratuum: Quia a reo munera accepisti; quia autem mandatis præbuisti, hoc & illud. Attamen, o fidei magnitudinem! Nec sic quidem commotis illis, ullo modo destitisti. Sed quasi novi nihil accidisset, ministerio iterum insistebas, custodes muneribus concilians, & quod dici solet, Deo per nos peccatores deserviens, a quo & periculorum liberatio, & præter spem salus. Qua in re cedunt hæc Priscilla, & Phœbe illi, aut earum in ministerio æquales, cujus causa celebrantur a divino Apostolo? Nullo modo, mea quidem sententia, nisi quod erga indignos. Sed hoc tanto laudabilius. Ibi enim personæ amplitudo vel sensu carentia saxa ad beneficentiam promovisset: hic vero contra etiam sensu præditas languere cogeret despicabilis & spernenda conditio. Cum ergo hæc ita essent, & tu nihilominus secus agere visa fueris: considera encomium.

XV. *Suscepimus itaque, egregia virgo, misericordiam, & jure te laudamus, amplectentes simul & collaudantes alia tua ornamenta, temperantiam, obsitam comam, neglectam vestem, in alios quoque beneficentiam, amorem castimoniæ, & quod de ea numquam taxata fueris ab ullo mortalium. O præclaras actiones tuas! O Deo charum & senile caput! Effloruisti in medio spinarum, sicut rosa: odorem dedisti in medio nationis pravæ atque perversæ, tamquam rectum lilium. Quid reliquum est? Ut permaneas in posterum etiam absque offensione salva, servans'que cætera omnia Domini mandata. Ut nec prorsus jures Domini nomen, nec ullum aliud contemnas ex mandatis. Hoc vero dico, non quasi accusori te sentiens, sed in omnibus perfectam esse te cupiens, & promissa inde bona consequi. Salutat te frater Nicolaus, & ego dominum ac consobrinum tuum.* Hæc ad ipsam religiosissimam virginem.

XVI. Cum igitur sic magnus Theodorus in carcere detineretur, de lapsis ad ipsum Naucratius scribit, iis videlicet, qui hoc anno (ut vidimus) per hæreticos in transversum acti, admissi mox sceleris pœnitentes, ad suos rediere, ab eis in Ecclesiam recipi postulantes. Quid autem de iis esset agendum, idem Naucratius consuluit magistrum, Theodorum ipsum, qui ad eum de omnibus quæ rogasset scripsit epistolam, in qua hæc de his, quæ ad eam rem pertinent, scripta leguntur (a): *De illis autem quos scribis, erroris sui pœnitentiam duxisse: erga eos, qui e corpore nostro sunt,* nostris scilicet monachis, *medici sumus, quamvis indigni. Quam igitur pœnam Orestis, qui ad nos huc venit, per fratres indiximus (neque enim convenire multas ob causas visum est, ut in conspectum nostrum admitteretur) hanc eamdem & cæteri suscipiant una cum aliis observationibus. Quousque tandem rogas? Quoad Orthodoxæ fidei redeat tranquillitas. Si mors interveniat, communicent: remissum illis peccatum arbitramur. Quod vero significasti, vos de hac & illa re inter vos dissidere: tollite quæstiones istas, & mutuam pacem habetote.*

De lapsis recipiendis consulitur Theodorus.

(a) Theod. l. 2. ep. 11. Cod. Colum.

XVII. *Non sicut qui ab hæresi convertuntur, recipiendi sunt isti, quamquam & illic quoque non leve discrimen sit, hujus ad illam; sed tamquam qui Dei nomen abnegarint, vel ad ejus abnegationem Christomachis communicarint, seu metu adducti, seu aliam ob causam. Ad hujus enim abnegationem manifeste communicarunt, factam ejus imaginem negantibus: quia imaginis negatio ad prototypum transit, ut clamans clamat sanctus Basilius, nec aliter res se habet, tametsi negationem elevare quidem velint. Si ergo non prius recte sentientes, nec veritatem edocti, sed divina quadam providentia veritatis luminis illustrati ad nos convolassent, alia ratio esset: nec illos temere admitti oporteret, nisi ex plurimorum Orthodoxorum consensu, ut divinus Basilius docet ad eos scribens, qui in Mesopotamiam fuerunt relegati ex Ægypto. An nescis quid idem Pater dicat in alia epistola? Non agnosco Episcopum, nec inter Christi discipulos illum adnumeravrim, qui a profanis est manibus ad Fidei destructionem Præsul electus.*

Negatio imaginis ad imaginatum refertur.

XVIII. *Quales nunc sunt, qui non per ignorantiam, sed dominandi studio in sedes insiliunt, veritatem sponte sua prodentes, & præmii loco principatum accipientes. Si secundum hominem (inquit Paulus (b)) ad bestias pugnavi Ephesi, quid mihi prodest? Ajo & ego, si post negationem vel communionem cum Christomachis, talem statim, sententia vestra, sine pœna recipiendi sunt: cur incassum periclitor in dies, ac non potius ad adversarios ultro occurrens, Orthodoxis iterum, mox ut facti pœnituerit, sine pœna ulla me aggrego? Nolite seduci. Corrumpunt bonos mores colloquia prava (c). Evigilate in Domino. Quæ autem societas luci ad tenebras? ut ad Christomachorum instar res nostræ dirigantur? quoniam ipsi eos*

(b) 1. Cor. 15.

(c) Ibid.

qui ab Orthodoxa parte ad illos transeunt cum gaudio, nulla pœna irrogata, suscipiunt. Væ. Ergo & coronandi nobis sunt negatores Christi, & solemni honore afficiendi, ut ab illis quidam eorum affecti sunt (a). *Fratres oro vos, nolite pueri effici sensibus, sed per veram scientiam perficemini.*

(a) 1. Cor. 14.

De his autem, qui extra fraternitatem nostram sunt: quis ego sum, ut verba faciam? si cogat tamen quispiam, quoniam quæ plenitudo legis est dilectio suam quoque suadelam habet: hoc ipsum dico, quod de nostris: nam & nostri sunt etiam illi. Presbyter, seu subscripserit, seu metu communicarit, affectionem non ferens, a communione arceatur. Qui enim adversus Christum communionem init: qui potest cum Christo communicare? Privationis enim sacrificii relaxatio Synodicæ est consultationis.

XIX. *Qui post lapsum ad certamen iterum revertitur: abstineat ab eo loco, quem prius obtinuit: alioqui quomodo innotescat tum ipsemet negatio quam passus est, tum aliis? Non possum permittere, quando præsertim iterata eorum pugna insigni quopiam opere non cernitur, quemadmodum in Episcopo Laodiceæ. Neque enim illi ego auctor fuerim sacrificandi, sed communicandi tantum propter celebritatem: sic in monacho unoquoque, sic in laica. Arcendus est a communione, cum aliis dignis fructibus pœnitentiæ, expectandumque tempus Fidei orthodoxæ. Ceterum quoniam & remitti, & intendi ab eo fas est, qui pœnam imponit (de communione loquor) si occultis justæ Dei iræ judiciis hæreseos tempora prorogentur: licebit etiam ante Synodum in domino relaxare prout persona gravius, leviusque lapsa est, & pro ea rursum pœnitentia, quam præsefert tum erga nostros, tum erga externos. Prohibendum non est quin una epulentur, non tamen ut benedicant ante relaxationem. Hæc sunt, filii, quæ de his habeo in timore Dei & veritate. Si quid novi vel a vobis vel ab aliis proferatur, discam. Fateor enim me in multis peccare, & multa nescire, non abnuo. Saluta &c.* Sed de his lapsis scilicet recipiendis, aliæ plures extant ejusdem Theodori epistolæ eodem tempore carceris (b) scriptæ.

(b) Theod. l. 2. ep. 6. 30. 10. 31. 40. 45. 50. 88. 95. 101. 109. 139. 154. 201. &c.

XX. Quicumque enim suæ salutis cupidi essent, ad ipsum, uti virum sanctissimum quem & sciebant esse doctissimum, confluebant. Ipse vero regulam disciplinæ adhibens, ex sacrorum canonum præscripto cuncta moderari solitus erat; diversi enim casus diversas ingerebant consultationes, & ab eo responsa diversa manabant. Sicut cum ad (c) Tabalæum discipulum inter alia scribit; *Contra voluntatem est*, inquit, *si quis Orthodoxi os violenter aperiens, hæreticam communionem infundat. Quod fecerunt olim hæretici, & faciunt (ut accepi hujus temporis Christomachi.* Ex quibus intelligi potest, quanta fuerint rabie Iconomachi in Orthodoxos, ut cogerent eos ad communicandum cum ipsis.

(c) Theod. l. 2. ep. 82.

Sed quid accidit admiratione dignum? Quo tempore tot Præpositi monachorum & alii qui videbantur esse columnæ, corruerunt: erigunt vexillum Confessionis feminæ sexu fragiles: Moniales siquidem triginta unius monasterii ea de causa & carcerem & verbera pertulerunt. Ad quas extat (d) ejusdem Theodori epistola, qua ipsas commendat atque hortatur ad perseverantiam.

Feminæ fortes in confessione.

(d) Theod. l. 2. ep. 59.

Monialibus.

XXI. *Debeo si quid aliud, humilis ego vos, Domini revera sorores, matresque, ut veritas ipsa dixit, verbis hortari, & monitis incendere quæ propter Christum & spiritualis matris privationem, & mutuam a vobis separationem, & sancti cœnobii ademptionem, & carceris custodiam sustinetes, verbera jam ante pro veritatis confessione perpessæ. Sed quid satis magnum dicam, præclarum encomium vestrum extollens? unius monasterii congregationem universam, sororum numero triginta hoc tempore, cum una deflexerunt Principes & subditi, & verbum Domini mortis metu reiicientes, monachi etiam ipsi & moniales, licet, pauci quidam sint reliqui, sic animis conspirasse, certamenque pro Christo suscepisse, hoc vero cum priscis est temporibus comparandum. Sanctorum quadraginta hæc similitudo, aliorumve quorumpiam e beatis victoribus expressa imitatio.*

XXII. *Quam beatæ vos estis, alia aliam ardenti zelo superans, & omnes pariter ad confessionis studium se invicem acuentes? Dignum angelicis choris, Martyrumque cœtu spectaculum, Deo in primis gratum, cujus causa ipsæ afflictiones. Adeste igitur, filiæ cælestis Hierusalem, veræ vitis palmites, Verbi haud dubiæ discipulæ, divinum in morem exultemus, Christo confiteamur, qui vos ad hæc toleranda confirmavit. Deinde ad futura quoque accingamur. Quidnam hoc rei est? Etsi rursum verbera, etsi vincula, etsi ignis, etsi gladius: nullo modo refugere, sed lætis animis perferre omnia cupere cum Christo. Enimvero poterimus. Quandoquidem dixit* (e): *Omnia possibilia credenti. Cernitis qualia sint encomia? Quid demum futuræ retributiones, Regnum cælorum, gaudium ineffabile?*

Moniales laudantur ex confessione fidei.

(e) Marc. 9.

Nulla ergo satanæ succumbens, nulla vitæ amans, sicut illi quadraginta, in his triginta reperiatur. Illi abstinentiæ symbolum, vos sanctæ Trinitatis simulacrum, tripliciter decimatum. Talis est ia-

Digitized by Google

infima & nihil exhortatio nostra. Vos vero preces mihi, o matres ter beatæ, ad salutis compendium rependite. Hactenus ad moniales Theodorus, qui & alias (*a*) ejusdem argumenti antea dederat, laudans eas, quod hæreticis non communicent: deinde petentibus tradidit præcepta vitæ perfectæ.

(*a*) Theod. l. 2. ep. 19.

Mariæ Imp. confessio.

Enituit & tunc Imperatricis Mariæ confessio. Ista illa quidem, quæ nupta Constantino Irenæ filio, cum ipse præter jus fasque mœcham sibi in conjugem conjunxisset, in monasterium detrusa, ea occasione bene usa, adeo profecit, ut hoc persecutionis tempore victricem sibi texuerit in confessione coronam, exilium passa, prout ipsius Theodori ad eam epistola scripta significat, quæ sic se habet (*b*):

(*b*) Theod. l. 2. ep. 182. ex Col. Col.

XXIII. Maria exilium passa ob cultum SS. imaginum.

Mariæ Reginæ.

Quales nos, & quinam abjecti sumus, quos in occurrentibus molestiis defendere, & laudibus supra modum efferre, & consecrare dignata sit praecellens dominatio tua? Attamen quod istum pietatis tuæ dignationem susceperimus, res ipsæ fidem facient. Quando etiam necessarium est, multos falsa suspicione liberari, quæ hujusmodi occasionibus obrepere solet, nimirum effusus enim sermo in multos dispergitur; verum in singulis haudquaquam obtinens usquequaque. Nos vero quibus verbis utemur, afflictissimi cordis tui dolorem abstergere conantes? Aut quonam molliore contactu asperrimum animi sensum lenire possimus. Pertulisti ergo (ut ab initio provehatur oratio) injustum conjugis divortium, ab Imperio simul itidem avulsa, cujus rei causa concussus est mundus. Miserandum spectaculum! Adultera purpuram gerens, & Regina pullo amictu tecta: Famula imperans, & domina serviens: atque ut cætera omittam quæ tibi, quæ passa es, notiora sunt, quam nobis ignorantibus: exilium pro veritate pertulisti a propriis visceribus separata. Ex quo & dolor tibi summus, & laus præcipua erga Deum, piosque omnes. Tertia plaga hæc, de qua, quid deceat, proferre jussi sumus. Et alia quidem alii pronuntiant. Filiam matri adesse, eamque sequi oportere. Hoc enim ajunt, videre est in belluis natura fixum instinctum. At nos tenemus, illud Domini (c): Quæ est mater mea, qui sunt fratres mei? atque iterum: Si quis venit ad me & non odit

(*c*) Matt. 12.

filiam, non est me dignus: religiosam pietatem tuam domi manere, Augusta palatium obtinente, in quo cernitur Evangelicus gladius sectionem inducere. Hæc, ignosce domina, cum multa cordis attentione & solicitudine ausi sumus, tamquam in aurem loquentes, scribere pro ambabus orantes meliora, & saluti propiora & nunc & in futurum. Hæc Theodorus ad Mariam cum ejus filia Augusta tunc regnans, matrem Mariam ad se studeret, ut secum degeret, evocare; quod fieri non debere, ex Evangelica lege admonuit, ne cum hæreticis communicaret aliquo modo, vel communicantibus cum hæreticis communicatione ullatenus jungeretur.

XXIV. Vides ex his, Lector, Orthodoxos omnes in unum Theodorum ad consulendum eum respexisse, & de rebus dubiis habuisse confugium, relictum ipsum in Ecclesia illa, cui incubabat hæreticus Patriarcha tamquam divinum oraculum vocale omnibus eum interrogantibus, jam & voce sanguinis vehementius clamans. Ut plane vel in Theodoro Apostolica sententia appareat experimento probata, qua Paulus Apostolus (*d*) de se ipso dicit: *Pro Evangelio laboro usque ad vincula, quasi male operans, sed verbum Dei non est alligatum.* Etenim neque carcere, neque vinculis, neque custodibus valuit impediri, vel præpediri, neque comminationibus, vel pœnis potuit prohiberi, terroribusque vetari, neque verberibus iteratis contineri, vel inedia arctari, atque constringi, vel quid minimum detineri, quo minus liber animo perseveraret, & libere curreret, longe lateque per universum Orientalium orbem excurreret Spiritus (*e*) pennis verbum Dei instar columbæ deargentatæ quocumque velit pro voluntate volantis.

(*d*) 2. Tim. 2.

(*e*) Psal. 67.

XXV. Credi via potest, quot hoc tempore litteras scripserit, hortatorias ad martyrium, catecheticas ad instructionem, dogmaticas adversus hæreticorum objectiones, consolatorias ad concaptivos, luctuosas ad lapsos, canonicas ad resipiscentes, remedia ex præscripto canonum continentes: ut plane in summo otio & maxima libertate eum constitutum fuisse quis dixerit, qui cuncta ab eo hoc tempore scripta consideret, & plures illi inservisse notarios, famulos astitisse ta-

De Theodori ep. in carcere scriptis.

 bu-

PAGIUS V. S. Theodorus scribit ad Mariam Imperat.

Ad num. XXIII. Epistola a *Theodoro* ad *Mariam* Reginam data, & hæc anno a Baronio relata, pertinet ad annum DCCCXXIV. aut insequentem, nihilque commune habet cum persecutione a Leone Armeno adversus Sacrarum Imaginum cultores excitata. Fuerat *Maria* uxor Constantini Imp. Irenes filii ab eo repudiata, ut Theodotam sibi copularet. Ex ea Constantinus *Euphrosynam* susceperat, quæ tonsa inter Monachas in insula Principis, *a primo capillo vitam agebat*, inquit Zonaras in Michaele Balbo, qui eam ex eodem Monasterio extractam uxorem duxit. Theodorus itaque in Epistola ad Mariam data dicit, eam tribus persecutionibus afflictam fuisse: *Pertulisti*, inquit, *injustum conjugis divortium*. Paulo post: *Exi-*

lium

bulas ex confertis armariis ministrantes, & ad scriptionem ceram parantes, tabellariosque crediderit etiam plurimos singulis diebus ad iter accinctos, expeditos in diversas orbis partes mittendos pro foribus semper astitisse paratos. Summa hæc est potentia verbi Dei, qui omnia (a) quæcumque voluit fecit in cœlo & in terra; & (b) vocat ea, quæ non sunt, tamquam ea, quæ sunt; & voluisse tantum, perfecisse est.

(a) Psal. 134.
(b) Rom. 4.

Numerum excedit ducentarum epistolarum summa, quas Theodorus persecutionis tempore exul, & in carcere constitutus conscripsit: extant ipsæ singulæ: ex quibus paucas, quæ magis ad contextum historiæ spectare noscuntur, hic tibi annis singulis, quibus sunt scriptæ, curavimus describendas, Apostolici quidem spiritus odore flagrantes, eorumdemque gloriosa stigmata referentes, dum quot apices, tot vibices gloriosæ confessionis legentibus repræsentent, & in charta versus fluentes ex ejus corpore rivos sanguinis manifestent. Sed jam reliqua, quæ sunt ejusdem Theodori anni hujus rerum gestarum & scriptionum monumenta reddamus.

XXVI. Diaboli nova fraus adversus Confessores.

Hostis humani generis cum plurimum cruciaretur ipse cruciamentis Sanctorum: ad fraudes ex more confugit, si quomodo posset robustos Christi athletas reddere debiles, atque a certamine revocare. Quid agit? Ore negantium loquitur, & hæreticorum lingua viperea sibilans illud asserit & evulgat: frustra gloriari in confessione fideles, & exultare de corona martyrii Orthodoxos, longe procul abesse significans, ut pro Christo pati, dicantur, qui pro imaginibus subeant illata supplicia: sed sicut pro imaginibus fuisset susceptum certamen, ita imaginaria spes esset de prœmio consequendo. Ista audiens Theodorus: mox occurrens ad omnes Christi Confessores ubique degentes: hanc scribit epistolam, (c) qua primum eos laudat, qui talia paterentur.

(c) Theod. l. 2. ep. 21. ex Cod. Col.

XXVII. *Theodorus iis, qui propter Dominum in diversis carceribus detinentur dilectis fratribus salutem. Quidnam hæc rei sunt, quæ videmus? Gaudium & exultatio, quoniam martyria pro Christo inire digni fuimus, quia carceribus & tormentis pro Dei verbo traditi sumus: quia plagis & contumeliis propter Cristum, qui pro nobis verbera, opprobria, mortem denique passus est subditi sumus. Quis non laudet? Quis non gloriæ ducat? Oriens lætatur, gaudet Occidens; universa per quatuor mundi cardines exultant Ecclesiæ. Et quid terrenum orbem loquor? cœlum ipsum gaudio repletum est. Quod non solum supremus Antistitum nostrorum, Episcopi ac sacerdotes, præsides cœnobiorum, & discipuli, sed monachæ etiam ipsæ cum moderatricibus suis martyrii scammata ingressæ sunt: mitto illos dicere, qui in desertis & montibus, in speluncis & cavernis terræ exules affliguntur, & dura pro Christo persecutione vexantur. Merito itaque, fratres mei dilecti ac desiderandi gaudium & corona mea, gaudeo & congratulor vobis. Id ipsum autem & vos gaudete & congratulamini mihi: B. Pauli (d) sunt hæc verba, sed tempori congruentia: omnia siquidem ad doctrinam nostram scripta sunt, & imitatores sui nos esse obtestatur.*

Theodorus ex carcere scribit ad Confessores in carcere positos.

(d) Philip. 2.

Primum ergo illud vere dixit, non quantum volunt, cupiuntque ii, qui nos vexant, & ærumnis & afflictionibus nos premi: sic enim intolerabilis foret tentatio, qualis quæ a dæmonibus occulte nobis infertur, sed quantum permittit certaminis præses & particeps nobiscum Christus, qui pro cujusque virium modulo ac mensura justo judicio agones immittit, vel ad delictorum vindictam, si modo sponte ad id patiendum accedimus, vel ad victricium coronarum retributionem, e gloria in gloriam progredientibus. Non enim iisdem nos, quibus Petrus & Paulus cum æqualibus, aut Georgius aut Demetrius cum similibus, aut Thecla cum Febronia cum paribus affecti tormentis sumus, quibus, cum multum diligerent, abundarunt & Christi concessæ passiones. At quibus exigua est charitas, iis minora etiam pati conceditur; ut dolere, atque ægre ferre, quod multa non patimur, non turbari nos deceat, neque frangi ob mediocria hæc supplicia, quæ sustinemus. XXVIII.

Quod si ceciderimus (quod absit vel cogitare) non ad divini judicii permissionem, sed ad ejus, qui emollitus est, remissionem, ignaviam, impietatemque referendum. Deus enim vires dedit adversus dæmonis potentiam, victorem volens athletam suum fieri: hic vero negligentia sua patientia arma projiciens periit. Testis XXIX.

PAGIUS *lium pro veritate pertulisti a propriis visceribus separata, a* filia nempe Euphrosyna tunc Augusta. Tertiam plagam addit Theodorus, quod nempe ea premeretur, ut ad filiam Imperatricem veniret, & cum ea commoraretur, quod sine periculo fieri non poterat ob hæreticos in Aula dominantes qui, ut eam a recta fide averterent, omnes machinas adhibuissent. Theodorus, quem illa hac de re consuluerat, auctor ei est, ut *domi maneat Augusta Palatium obtinente*: Baronius existimans filiam Mariæ fuisse *Theodosiam* Leonis Armeni uxorem, hanc Epistolam cum præsenti anno copulavit. Verum Leonis Armeni uxor, *Theodosia* appellata *Arsaberi* filia erat, ut prodit Cedrenus pag. 492. & Arsaberus fuit Quæstor ac Patricius,

(a) 1. Cor. 10. *stis horum qui clamat (a): Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione etiam proventum, ut possitis sustinere. Ne igitur erubescamus testimonium Domini nostri Jesu Christi: Nec vinci nos patiamur a Theodæo Martyre novo, iisque qui una confessi post eum abierunt, quorum ipsi nomina tenetis. Martyrum sanguine irrigata est etiamnum Ecclesia Dei, atque adeo irrigatur per eos, qui decertant, & variis ærumnis afflictantur. Sanguinem fundit qui inclusus tenetur, qui ab aliis sejunctus est, qui in angustiis coactus, qui ab omni conspectu remotus, qui rebus necessariis destitutus, qui esurit, qui sitit, qui solis radium non videt, quotidie (b) moriens, ut loquitur Paulus: & totadie mortificatus, ut canit (c) David. Sed si commortui erimus, convivemus, & si sustinuerimus, & conregnabimus cum eo. Superioribus sæculis elegit gratia quos elegit ad Christi testimonium: exoriuntur per ætates singulus Martyres. Necesse enim esse, ut veniant scandala, dixit Christus, (d) ut solis ritu resplendeant electi, & zizania nocturna sua obscuritate manifesta fiunt.*

(b) 1. Cor. 15.
(c) Psal. 43.
(d) Matt. 18.

XXX. Contra Iconoclastas. *Simus, fratres, in natione hac prava & perversa, tamquam stellæ lucentes in tenebris hæreseos: sicut elegit nos Christus in gloriam suam, ad laudem Fidei orthodoxæ. Quemadmodum nobis ii, qui olim fuerunt, ita & nos posteris stabilimento atque exemplo simus, ut in die Domini exultantes reperiamur. Et vero clarius atque manifestius, quam majores nostri, testimonium habemus. Non enim de Christi naturis, aut voluntatibus, & cæteris, quæ in quæstionem vocata fuerunt, quorum altercatio quoniam in notionibus ipsis posita erat, nullam sub sensus demonstrationem dabat, sed de iis, quæ cogitationes simul atque oculos feriunt, dubitatio est, seu potius impia negatio. Christum siquidem adversarii non solum effingi posse negant, eodemque modo Deiparam atque Sanctos, verum expressos etiam abolent, errorem ac perniciem animarum sacras imagines esse affirmantes. O Judaicam pariter & Ethnicam impietatem!*

XXXI. *Nulla igitur universe, aut quod ad substantia differentiam, varietas in eo, de quo sermo est. Ait Judæus aut Ethnicus Christiano: Nega Christum, nega Mariam. Hoc ipsum ait & Iconomachus. Imago enim Christi & Deiparæ eodem nomine Christus & Deipara nuncupatur. Quare qui imaginem negari jubet: eum cujus imago est, negari haud dubie jubet. Non mea hæc sententia, audi quid Moysi dicat universorum Deus (e): Fac Cherubim; & tamen Cherubim imagines fieri jussit. Nec enim Cherubim naturam designasse, mentis compos ullus dicet. Rursum (f): Fac serpentem æneum: & hic quoque serpentis imaginem exprimi jubet. Verum hæc est natura prototypi & exempli ab eo ducti, ut exemplum archetypi nomen sumat, & uno sublato alterum tollatur, tamquam qui simul sint. Erat Angelus, ideo & Angeli imago: erat serpens, ideo & imago serpentis, atque ita rei cujusque: & vocantur interdum quidem imagines, quorum re ipsa sunt, interdum vero propter habitudinem, tamquam archetypa ipsa nuncupantur, & non imagines eorum. Hoc modo divinus Apostolus (g): Super eamque (inquit) Cherubim gloriæ obumbrantia Propitiatorium: prototypi nomen tribuens imaginibus.*

Imago semper prototypum reddit ex divina scriptura.
(e) Exod. 25.
(f) Num. 21.
(g) Hebr. 9.

XXXII. Ex patrib. idem probatur. *Audi & Basilium Magnum: Exprimatur etiam in tabula certaminis præses Christus: non enim, ait, exprimatur imago præsidis certaminum Christi. Audi & Nissenum Gregorium: Præsto est Isaac, Isaac imaginem Isaac appellantem. Audi Chrysostomum: Vidi Angelum in imagine; non enim imaginem Angeli a se visam dixit, sed Angelum. In imagine quippe prototypum repræsentatur, sicut a typo Crucis, Crux ipsa vivifica. Quatenus inseparabile est unum ab altero in adoratione, propterea & archetypi nomen obtinet imago. Crux enim Crucis typus appellatur. Sic de Rege, omnique homine, & de omni alia re vere dicere liceat, Regem dici etiam Regis imaginem, ait divinus Basilius, & Petrum Petri imaginem, & Paulum Pauli imaginem (dicam aliquid sublimius) & Deum quoque hominem dici, tamquam Dei imaginem. Ergo juxta ea, quæ Basilius docuit, etiam Christus imago Christi. Dixit enim (iterum dico) Exprimatur in tabula non imago Christi, sed Christus.*

XXXIII. *Quod si hæc non fuerunt contentiosi, primum divinas voces improbant, deinde Christum hominem non esse, si non verbo, re ipsa docent. Si enim est homo, depingitur utique; hominis enim proprietas prima est depingi: si vero non depingitur, homo non est, sed carnis expers; & non-*

PAGIUS cius, & Nicephoro imperante Imperator appellatus, & ab eo tonsis capillis in Bithyniam relegatus ut discimus ex Theophane in sua Chronographia pag. 409. Cum itaque Maria Imperatrix *Euphrosynam* pepererit, hæcque occisum *Thomam tyrannum* a Michaele Balbo e Monasterio educta fuerit, & ab eo in uxorem accepta, manifestum est, eam Theodori ad Mariam Augustam Epistolam pertinere ad annum DCCCXXIV. aut insequentem; cum nuptiæ illæ circa initio anni DCCCXXIV. celebratæ fuerint, quemadmodum anno DCCCXXVI. numer. XIX. ostensuri sumus.

& nondum venit Christus, sicut Judæi negantur. Hanc ob causam & Deiparam quoque depictam delent, & Sanctos omnes, quasi non Mater Christi, nec famuli Christi essent. Exclamat vox aurea: Verbis tuis opera mihi credibiliora sunt. Consequitur ergo Judaizere revera Iconomachos. Et qui ab eis patitur propter Christum, & pro Christo patientem, propter Deiparam & pro Deipara, propter Sanctos & pro Sanctis quibuscumque, Martyrem irrefragabilem & Confessorem Christi esse qui decertat, & resistit. Nec opponi contra quicquam potest.

Vere martyres qui patiuntur propter Christum.

Machabæi Martyres facti, quod suillas carnes edere abnuerent, Præcursor Christi propter judicium veritatis, alius, qui obolum offerre nollet ad structuram idoli: alius aliud ob mandatum. Quid enim attinet multa loqui? Et hic, qui manifeste decertat, Martyr non erit, ut miseri quidam affirmant? Martyr plane verus, nulla re discrepans ab illis, quos Ethnici vel Judæi Martyres fecerant: Et Martyr ac testis in cælo fidelis. Omnino ergo, si quis Crucis typum spernit, in Christum ipsum contemptum hunc torquet: multo magis qui imaginem Christi negat, negationem in Christum refert. Sic qui martyrium pro alterutro suffert, Martyr verissimus, ac magis etiam in imagine, quia typus signum, imago forma est Christi.

XXXIV. *Obsecro, fratres mei sancti cælestis vocationis participes, primum quidem memoriam mei faciatis orantes, ut quæ dico, re præstem, nullis cedens nec apertis, nec occultis insultibus. Deinde vobis ipsis attendatis & præsenti certamini. Nec vero cogitationibus uramini ex inopia scientiæ in harum rerum contemplatione, quæ a providentia alto consilio gubernantur, quod assequi nequit humana intelligentia, nec vobis id contingat, quod canetis (a): Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei, quia zelavi super iniquos, hoc & illud videns. Sed audite potius dicentem Dominum (b)? Expecta in die resurrectionis meæ: Et (c): Qui sustinuerit usque ad finem, hic & salvus erit.* Hæc Theodorus, qui & eodem etiam argumento aliam ipso quoque tempore scripsit (d) epistolam ad Abbatem quemdam in carcere constitutum, ostendens imaginem ad prototypum relationem habere, ita omnibus ubique in omnibus consulens, invigilans cujuscumque saluti.

(a) Psal. 72.
(b) Marc. 10. Luc. 9.
(c) Marc. 24
(d) Theod. l. 2 ep. 23. ex Cod. Col.

XXXV. Quod autem ita, ut vidisti Theodorus in carcere constitutus, confectus ærumnis haud diu vivere se posse putaret: & hoc providit, ut quasi proxime moriturus vice testamenti epistolam scriberet, qua veniam peteret, si quem ex fratribus offendisset, significans & ipsum pariter ignoscere illis, a quibus esset offensus, monens tamen lapsos de perpetrato delicto debere peragere pœnitentiam. Epistulam sic se habet:

Fratribus absentibus (e).

Semper quidem ad mortem omnia disponere Christianum oportet: sed tum maxime cum ærumnis mortis minas intentantibus urgetur. Quando igitur hoc in statu sunt res nostræ, sævientе persecutorum rabie, ob Christi charitatem, præsens scilicet testimonium confessionis ejus; nec scire possum, quid subito eventurum sit mihi ab aliis sejuncto, proculque a vobis fratribus ac Patribus meis circumcluso: recte facturum me existimavi, si supremam veluti vocem hanc epistolam vobis commendarem, & per vos universæ fraternitati. Melius enim est sæpe testari & expectare, quam vitæ longioris expectatione subito abripi, & intestatum inconsulto relinqui.

(e) Theod. l. 2. ep. 22. ex Cod. Col.

Testamentum Theodori in carcere constituti.

Quid ergo nunc restat quandoquidem sæpe, quæcumque dicere conveniebat, vel gravi quopiam morbo decumbens, vel instante persecutione recensui, memoriæque suggessi; neque nunc opus est, quæ dicta sunt, iterum repetere? Hoc primum, fratres mei, ut veniam mihi detis omnium, quæ præter rationem in gubernatione adversum vos dixi, vel egi tum verbo tum factis (f). Delicta enim quis intelliget? & (g): Offendimus omnes, egoque præsertim omnium hominum nequissimus. Unde & preces vestras imploro ad consequendam salutem ærumnosæ animæ meæ. Deinde pro iis, qui propter peccata mea segregati, avulsique a nostra in Spiritu sancto congregatione sunt fratres. Est quidem, est plane omnibus patefactum, quod eis impendet justum Dei judicium. Verumtamen quia filii sunt, & membra condolendum illis est, & amplius contestandum. Dico autem fratri Leontio, Maximo, Clementi, aliis omnibus, qui seipsos quacumque inanis prætextus specie segregarunt. Et quæ in me quidem admiserunt, & olim dixi, & nunc dico, ignoscendum illis est. Sed quoniam quæ in Deum commissa sunt hominis non est, si absque pœnitentia maneant, solvere; illi autem nondum pœnitentia tacti videntur, quin alia insuper hæc & illa egisse, quæ ipsi norunt: obsecro, ut per vos sive nunc, sive post mortem meam hoc illis denuntietur. Videtis fratres terribile, & inevitabile, judicium nisi digna Deum pœnitentia placaveritis, quantum enim ad me peccatorem, ignoscendum vobis est. Hoc erat, quod nonnihil me contristat, & menti occurrit, quod ut erga omnes perficiatis vos oro. Valete in Domino.

XXXVI.

(f) Psal. 18.
(g) Jac. 2.

Qui ergo modo pressus angustiis ejusmodi breve admodum per litteras testamen- XXXVII.

men-

mentum conscripsit, majori postea proxime moritaras, aliud longe prolixius confecit quod suo loco inferius ponetur.

Quod ad hoc ipsam quoque tempus spectat, post elapsum scilicet persecutionis biennium, idem Theodorus litteris veneratos est Theophylactum Episcopum Nicomediensem egregium Confessorem. Etsi enim maxima Episcoporum pars tempori inserviens perfidiam sequuta est Imperatoris, vel saltem nefariæ ejus (ut vidisti) communionis particeps facta est: non defuerunt tamen, licet paucissimi numero ex Episcopis, qui carcere sedibus, in exilium deportari, aliaque grandia quantumlibet pati delegerint potius, quam misceri scelestis: inter quos iste (ut diximus) Theophylactus enituit Episcopus Nicomediæ, quem vocibus triumphalibus jure meritoque; Theodorus est prosequatus, hanc ad eum e vinculis epistolam scribens (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 4. Cod. Col.

Theophylacto Episcopo Nicomedia.

XXXVIII. *Bieuniam est, cum in hac cura & cogitationa versor, ut scribam ad sacrum verticem tuum: & vix nunc tandem impleo desiderium humilitatis mea. Sed recta, quod dignus habeor, qui per litteras salutem patrem meum, columnam veritatis, recta Fidei fundamentum, custodem pietatis, Ecclesia firmamentum, victorem virum, Christiferum Pontificem, confessionis Dei Martyrem. An non enim martyrii corona tibe prasto est, qui propter Christum exul & peregrinus graves arumnas sustines, idque in corpore sum natura sua imbecillo, tum pristinis sat scio asceticæ vitæ laboribus attrito? Gloriatur in te Orthodoxorum chorus, latatur Nicomediensium civitas, & triumphat orbi terrarum te ostentans, & vetera olim decantata prasulum suorum probra depellens. Ac si propria magis loquendum est: Exultat animo S. Tarasius, ex causa, namque sua prius ovem, tum pastorem inclytum videns, depugnantem modo, & discrimen omne petentem pro Fide orthodoxa, cui quod in se erat, per Synodum Dei gratia contulit temporibus Augusta, qua pacis cognomen gessit & pacem dedit, ita ut res ipsæ nominibus apte congruerent. Verum illa quidem sic fuerunt; præsentia vero amara & luctuosa. Qui enim aliter? altaribus exterminatis, eversis Ecclesiis, sursum, deorsum, omnia miscente haresi, & Christum cum Matre & servis suis persequentem.*

Theophylactum Episc. Nicomediæ laudibus prosequitur Theodor.

XXXIX. *An vero persecutionem passi non sunt, dejectis & prostratis ipsorum imaginibus? Num ergo si vivifici ligni typus aboleatur, sublatam e medio Crucem quis neget? Quod si in typo dici hoc nullo modo potest: cur non idem etiam in imagine fatendum sit? Imago siquidem & typus ipse est, ac vice versa recurrit oratio. At quis, nam ego sum miser, & sacrorum imperitus, qui hac divino Patri & magistro edissesam? Tu ipse nos, sanctissime, perfectiora doce, ut divinis imbutus. Tu factis instrue ad fortiter ferendam præsentem seu castigationem seu probationem, quorum illud prius in nos quadrat propter peccata, posterius in te propter divinam Charitatem Christi, quem tu orare ne cesses, ut impietatis umbram discutiat, & sereno tranquillæ Fidei diluculo permutet.* Ita modo, sed ad eumdem rursus eodem argumento (b) scribens, statum deformem Ecclesiæ temporis præsentis deplorat.

(b) Theod. l. 2. ep. 26. Cod. Col.

Rursus ad eumdem Theodor. deplorans statum Ecclesiæ.

Jamdudum optabam beatitudini tua scribere, sed defuit mihi copia tabellarii: nunc Dei voluntate nactus, expleo desiderium, quod in te jure suscepi, non solum ob tuam in Domino confessionem, sed peculiariter etiam ob egregios præ multis mores suos & suavitatem, candorem, gratiam, & mellitam conversationem, affabilitatem in congressibus, & supra omnia beneficentiam, ex quibus sacra anima tua character, & si non inspectus, ornatus visus est virtutum varietate. Sed de hac re satis: nec enim tempus est encomiorum. Quid vero tibi, o beate, visa sunt hac, quæ geruntur? An non prope Judaismus aut paganismus? Detructus est ornatus Ecclesia, sacrarum ædium facies, igni tradita sunt sancta. Alia quadam forma cernitur in Christianismo, si Christianismum dicere fas est & non potius Judaismum.

XL. Nunc opportunum est, ut dicatur (c): *Domine Prophetas tuos occiderunt, & altaria tua destruxerunt. Et quidem occiderunt, & quidem destruxerunt. Erudere enim & effodere faciem eorum, quid aliud est quam aperte destruere? Aufer hominis faciem, non jam homo erit, sed abortivum quiddam, si tamen vivere possit (d). Incenderunt igni sanctuarium tuum; & hoc vere item. Omnem divinam imaginem quacumque materia expressam concremantes. Apertum est os blasphemum, Christum idolum appellans, & Deiparam & Sanctos: archetypi siquidem nomen retinet etiam exemplum, quando & adorationem quoque; idcirco typum omnem Crucis Crucem appellamus, & vivificam Crucem adorantes amplectimur. Verum hæc ego humilis deploravi, non quasi erroris perniciem ignoret exacta sapientia tua (ne stultus videar) sed ut cordis mei dolorem ipse leniam commemorando. Solent siquidem narrationes cum efferuntur, occultas levare molestias. Atque ut illam una excitem ad Deum enixius deprecandum, ut celerem vindictam prava huic haresi reddat ad populi sui salutem. Ora etiam pro me minimo filio tuo, Pater sanctissime.* Hæc ad Episcopum Nicomediæ.

(c) 3. Reg. 19.

(d) Psal. 73.

Quod

XLI. Quod vero ad reliquos Confessores Episcopos pertinet: Emituit hoc quoque tempore, & Theophili Episcopi Ephesi decorata sanguine clara confessio, quo nomine ab eodem Theodoro plurimum commendatur, cum ab exilio scriptam ab eo accepisset epistolam cum eulogia dignam quidem, ut hic perenne ejus gloria monumentum intexatur in tanti memoriam Confessoris. Sic enim se habet:

(a) Theod. l. 2. ep. 41. ex Cod. Col. Theophilus episc. Ephesin. confessor ad quem Theodorus.

Theophilo Episcopo Ephesi (a).

Et sacram epistolam tuam accepi tamquam divinitus scriptum libellum, & eulogiam simul suscepi, veluti amoris igniculum. Et quis ego sum miser, qui a sancto ore tuo sic lauder, qui nec corrigiam calceamenti tui solvere dignus sum? En humilitatis Deum æmulantis proprietates! Tu beatissime Pater, qui magnus & diceris, & extolleris, & prædicaris Orienti atque Occidenti, maximi Apostoli Evangelistæ ac Theologi thronum digne condecorans per ea quæ passus es, & pateris etiam nunc, carnis tuæ sanguine vitam illustrans, & pingi Christum confitens ut corporeum, non sicut impii faciunt, negant quando depingi eum nonadmittunt. Quod enim non exprimitur imagine, nec corporeum quid est. Mitto dicere quod Angelus incorporeus cum sit, per sensibiles imagines exprimi a Theologis traditum est. Hi vero etiam corporeum Dominum, & incorporeum famulum, Deique Matrem cum omnibus Domini ministris depingi negarunt, per imagines videlicet prototypa ipsa simul negantes. Neque hoc intelligentes, an propria figura ac characteris susceptione vim suam & statum obtinere, quo sublato, vel dedecore affecto, tollitur proculdubio, & dedecore afficitur eorum vis omnis, & dignitas. Attamen intelligere nolunt, ut benefaciant, & meliores fiant. Illis vero adversus stimulum calcitrare licet. Te vero potens manus custodiat ad gloriam Ecclesiæ suæ, ut columen, ut fundamentum, ut propugnaculum, videamusque te humiles, aut inde in Asiaticam terram redeuntem; sicut illi olim ex Pathmi custodia solem Evangelii; aut in cælis (b) *supra decem civitates pontificaliter glorificatum.* Hæc ad Theophilum, ad quem hæc breviter rursum:

(b) Luc. 19.

(c) Theod. l. 2. ep. 70. ex Cod. Col.

Theophilo Episcopo Ephesi (c).

XLII. *Cum epistolam fœnori dedissem, expectabam ut debitum charitatis reciperem; sed quia non accepi, cupio iterum fœnerari: dulce mihi valde hoc fœnus, hoc est, cum sacro capite tuo colloqui pro Christo patiente, vel potius Confessoris instar coronato & exornato. Non enim quibus oculis videt mundus, iisdem mens cernit, Deum ac divina conspiciens. Illa siquidem corruptibilia & pereuntia bonorum nomen obtinere censet, male judicans, & perverse: hæc vero illud ac solum beatum ducit, quod non his regionibus desinit voluptatem, sed futuro sæculo repositam est ad interminum gaudium animi jucunditatis. Hoc modo sanctitatis tuæ res intuens, gaudeo & gratulor, desideratissime. Contempsisti gloriam terrenam, elegisti cum Christo humilia & contemptibilia, immo vero tribulationem & angustias, verbera & exilia. Quam beata sunt quæ egisti? quam laudanda quæ passus es, Orienti, Occidentique celebrata, in cælis descripta, Angelos exhilarantia, Confessores ac Martyres oblectantia, dæmones & his sensu ac moribus similes Iconomachos pungentia. Merito igitur tibi congaudeo, princeps Patrum,* utpote Archiepiscope. *Sed peto, ut pro me etiam ores misero undequaque, ut non excidam a vestigiis constantiæ vestræ.* Ista ad Theophilum Ephesi Archiepiscopum. Sed recenseamus cæterorum coronas Episcoporum.

Inter alios Episcopos Confessores nobilitatus est valde Josephus ipsius Theodori germanus Archiepiscopus Thessalonicensis, de quo etiam sæpe superius, qui tum verbis, tum scriptis Fidem Catholicam adversus Iconomachos fortissime propugnavit, ut indicant ejusdem ad eum redditæ Theodori litteræ; describemus hic eas, quod plura habeant, quæ ad præsentis temporis statum, & ingruentis persecutionis tragœdiam spectent. Sunt plane piis Lectoris auribus dignæ, his verbis conscriptæ (d): XLIII. Josep. Archiep. Thessalonicæ confessor egregius.

Josepho fratri Archiepiscopo.

Quantum quidem ex litteris, de valetudine tua nihil cognovi. Sed heu peccatis meis, quod hæc ita evenerunt. Indicatum enim mihi est a fratribus de aliorum atque aliorum interitu: & hæc quidem diaboli vis. Sed laus Deo, qui hæc eos celavit, qui rerum potiuntur: multis enim impendebat periculum. Quin etiam periisse simul Jambos, quos contra Iconomachos scripseras: omnino autem sine exemplo & nota eos mittere non debueras. Hæc sane contristaverunt nos, ut par erat: ego vero iterum alloquor sanctitatem tuam, faciem videre desiderans: cujus enim potius? aut non semper? neque id ex natura tantum, sed ex actionum conspirante societate, non humi nata, sed cælitus profecta, a primis fere carceribus in hanc diem, ut sciunt omnes; ac formaverunt parentes corporaliter dicam ac spiritualiter. Utinam autem sic maneamus etiam in posterum, ut a te non divellar peccatorum meorum multitudine. Ex divina providentia consentientes, & ex eorum consuetudine, qui genuerunt: ac vota quidem nostra talia sunt. XLIV. (d) Theod. l. 2. ep. 32. Cod. Col.

Ca-

Digitized by Google

Cætera autem qualia & quam multa in Ecclesia Dei gemitu ac lacrymis digna, jam prorsus audisti. Quæ enim ne prisci quidem contra Christum egerant hæretici, ea nunc majora rabie patrata sunt. Et dormit Christus, & falsum incredulitatis mare intumescit, extremam perniciem afferens. Sed adsunt tecum germani discipuli, qui Christum ad increpationem, periculique depulsionem exsuscitent. Abiit & meus ex baptismo susceptor ac sponsor, vir bonus, confessionis præmium reportans in molestissima (adeo ut in lectulo se ipse versare non posset) infirmitate. Quo modo? Resistens, abductus est & custoditus, deinde etiam relegatus, atque ita martyrium consummans. Itaque non despexit Dominus subjectionis ejus labores, quantos nosti; tametsi propter peccata mea inter Mœchianos deprehensus fuerit, corpori parcens, non animo item abreptus, ut res ipsa declaravit. Propterea certas a Deo subductas, in alteram partem victoriam vertit, quemadmodum & Mediciotes, atque adeo Nicænus quoque, ut litteris ipsis edoctus sum. Et quid hunc aut illum dico? Mihi enim persuadeo, sic affectos esse omnes, qui restiterunt. Quia & ipse verus Patriarcha noster veritatem profitetur, ut ex ejus ore didici, qui illum audierat, ejusque defensionem laudabat. Hæc omnia dixi, tum ut defunctum merito laudarem, tum ut sanctitati tuæ vota facerem, quæ debebam.

XLV. De Leontio ex monacho persecutore. *Sed non ignoras intestinum malum, Leontium illum quondam nostrum, qui & antea Mœchianis adhæsit, & nunc princeps est Iconomachorum, eam ob causam & Studianum obtinuit, & Saccudioni injuste dominatur.* Monasteria hæc erant ad Theodorum spectantia, quorum alteri ipse, alteri sanctus Plato præfuerat. Sed pergit: *Ex impuro nihil purum: qualis genitor carnalis, talis & filius: quem Deus convertat sanctis precibus tuis, & me peccatorem in timore suo confirmet. Saluto eos, qui reverentiæ tuæ famulantur. Qui mecum est*, Nicolaus videlicet, *ut famulus supplex veneratur.*

Quod autem hic tantum attigit de Nicæno; etsi antea visus sit, in naufragio illo una cum monasteriorum præfectis ad horam communicasse, resipiscens statim pro Orthodoxis stetit in defensionem Catholicæ Fidei. Cujus rei causa Episcopatus sui jacturam passus fuit, dato illo Iconomacho cuidam lusco. Hinc pleno (ut dicitur ore) ab eodem Theodoro laudatus epistola reperitur, qua omnis illa prior ex ea contagione infamia prorsus abstergitur, atque ob eam causam hic merito recitanda. Sic enim se habet (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 14. Cod. Col.

Petro Nicææ Episcopo.

XLVI. *Sciens tibi cordi esse, ut tecum nihil homo loquar cum sacro capite, amores ergo non necessitatis causa ea loquar. Et quidem jam ante loquutus per alteram epistolam videor, quam utrum acceperis, nescio. In utraque autem eadem vox mihi, ut corpore valeas, mi pater, firmum veritatis fundamentum ob multorum stabilitatem, ad Fidei fulcimentum, ad laudem Christi ad gloriam universæ Ecclesiæ. Quoniam conspicuus tu oculus præ cæteris Orienti & Occidenti notus, habens una cum vita sancta orationem quoque multiplicem. Unde & Imperatoribus charus factus es, & Principibus amabilis, & monachis laudabilis, propria vero Ecclesia quid dicere opus est? cum beatum te prædicet, te expetat, ametque ob plurima quæ patrasti egregia facinora, ut infantes ubera materna, ut pulli nutricem, ut agni verum pastorem. Quidni autem? cum auribus insonantia habeant vivifica verba tua: præ oculis erecta per te Dei templa, necdum dico eleemosynæ copias & reliqua opera sancta. Nec vero arbitrere amicitia me gratificari. Nam etsi oculis non usurpavi, audivi nihilominus ex iis, qui viderant. Quod si nunc hæc occupat piaculum, vere lastat ille & internis & externis oculis: ne contristeris beate, neque adeo mireris. Apostoli in cœnaculo erant, & celeberrimum templum Deicidæ occupabant. Eadem nunc Iconomachorum ratio & Judaica sentientium: quos convertat Dominus, & te custodiat orantem pro me filio tuo.*

Petrus Nicænus episc. a Theodoro laudatur.

XLVII. Quod vero perdifficile esset, quot reperirentur Episcopi exules, totidem ad singulos scribere litteras, unas communes omnibus dedit, consolatus eos & hortatus pariter, ut sua auctoritate alios confirmarent; sunt dignæ plane, quæ sicut reliquæ eodem argumento conscriptæ inserantur Annalibus; sic enim se habent (b):

(b) Theod. l. 2. ep. 87. Cod. Col.

Episcopis propter Christum exulibus.

Ad exules episc. scribit Theod.

Cum de beatitudinis vestræ rebus nuper audivissem, Patres desideratissimi, gavisus sum magnopere, Deumque collaudavi. Quod vero non etiam videre vos, nec gratia donis, quæ in vobis sunt, frui licuit, tuli permoleste. Visuros siquidem eram homines Dei Episcopos Domini, beatos viros, mundi lumina, Fidei fulcimenta, & si quid aliud est honesti ejus rem ac nomen obtinentes. O jacturam, o calamitatem! Sed multa nimirum peccata nostra hujus nobis casus causa fuerunt. Nec jam miramur infortunium, sed offerimus supplicationem. Quidnam tandem? Ut defectum litteris solemini, instruentes, illuminantes, confirmantes, ostendentes quæcumque vera sunt, quæ honesta, quæ justa, quæ ad Fidei defensionem & certamen idonea. Si qua virtus, si qua est laus confessionis, hanc præscribite, & quomodo adorandus sit imagine expressus Christus.

stus, homonyme, an synonyme: quoniam quidem hoc Orthodoxæ, illud vero contraria est sententia: & quomodo intelligatur adoratio erga Christum, ejusque imaginem: una ne, an duæ quandoquidem hoc nostrum, illud vero Iconomachorum: quorum enim una est & hypostatica similitudo, horum una & eadem est adoratio, præterquam quod imaginis substantia nequaquam adoratur. Hic tenuis est sermo noster commonitorius, non ad docendum comparatus: vestra autem tanto prorsus perfectiora, quanto supereminet dignitas unctionis, in qua præsentem cursum viriliter peragite, sanctissimi, tamquam justitiæ coronam percepturi. Hucusque ad Episcopos eauies Theodorus. At de rebus Orientalibus anni hujus jam hactenus.

XLVIII. Quod vero ad res Occidentales pertinet, hoc eodem anno pridie Idus Jun. Leo Papa, cum sedisset annos viginti, menses quinque & dies decem & septem, ut Anastasius habet, ea hac vita migravit.

Leonis Papæ obitus & res gestæ in ornamentum Ecclesiarum.

Quod vero sint nonnullæ ejusdem Pontificis res gestæ quæ ignorantur, quo potissimum anno ejus Pontificatus fieri contigerint: hic ad finem ejus sedis de singulis ex more agendum erit. Scriptores omnes, qui res Hispaniarum sunt prosequuti (haud singulos recensere morabor) æque testantur, hujus auctoritate Pontificis factum, ut sedes Episcopalis Hiriensis Ecclesiæ transferretur Compostellam, id exposcente Alfonso Rege, cognomento Casto, per Carolum Magnum ab eodem Leone Romano Pontifice. Rerum autem novandarum illam omnes pariter causam astruunt, quod reperto Compostellæ venerando corpore sancti Jacobi Apostoli fratris Joannis atque miraculis insigniter illustrato, Apostolici culminis reverentia dignum visum ut locus ille Episcopalis sedis insigniri deberet honore: quod per eundem Leonem tertium Romanum Pontificem feliciter impletum affirmant, hisque initiis jacta esse Compostellanæ Ecclesiæ fundamenta, nempe ea reperto illic sanctissimi Apostoli corpore. Sed longe post ista tempora aliquando accidit, ut Præsul ejusdem Ecclesiæ Compostellanæ sibi sumeret majora concessis, erigens se adversus Archiepiscopum Toletanum.

XLIX. „ Quæ res tanta declamata est ab ipso Compostellano Episcopo in plena Synodo (a) in magno illo Concilio Lateranensi, quadringentorum octoginta trium Episcoporum, vendicante sibi jus non parendi Archiepiscopo Toletano, eo quod Compostellana Ecclesia esset super omnes Hispaniarum Ecclesias, duplici ratione, ut ajebat: tum quod sanctus Jacobus ibi quiescat corpore; tum etiam quod in Hispania prædicaverit Evangelium. Sed adversantem sibi acerrime expertus est Rudericum Ximenium Archiepiscopum Toletanum, in plena Synodo, coram ipso præsidente Romano Pontifice Innocentio tertio ista locutum post alia de corpore Apostoli ibidem collocato:

(a) Retinet Gars. Loaisa in Collect. Conc. Hisp. in dec. Gundemari, pag. 292.

Si, inquit, *inducat etiam, Compostellanus Antistes scilicet, primam divini verbi promulgationem, & plurimorum conversionem ad Fidem Christi in Hispania per Jacobum Apostolum factam: qui divinam paginam noverunt, testimonium perhibeant. Ego tantum legi datam ei fuisse potestatem prædicandi in Hispania. Sed interim, cum per Judæam & Samariam divinam legem seminaret, sub Herode Hierosolymis truncato capite exhalavit animam, & Domino reddidit. Quomodo ergo ibi prædicavit, quo nondum ingressus est? Aut sine prædicatione quos, obsecro, convertit ad Dominum?* Hæc ipse. Qui subdit, de ejusdem Apostoli prædicatione in Hispaniis id tantum se accepisse, cum junior esset a religiosis quibusdam feminis; indignumque putans, ut in re tanta iisdem fides adhiberetur, nullam de his mentionem haberi voluit in historia, quam conscripsit rerum Hispaniarum. Hic enim ille fuit insignis Rudericus Archiepiscopus Toletanus rerum

Hi-

PAGIUS VI. *Moritur Leo III. Papa.*

A num. XLVIII. ad XCVI. Anastasius, postquam ædificia publica Romæ a Leone III. Papa constructa, donaque Ecclesiis ejusdem Urbis facta enarravit, quæ omnia ea eodem sigillatim Baronius recenset, ait: *qui Beatissimus Pontifex, postquam Sedem Romanam & Apostolicam, annos viginti, menses quinque, & dies sedecim gloriosissime rexit, ex hac luce subtractus, ad æternam migravit requiem.* Paulo post: *Sepultus vero est in Basilica Beati Petri Apostoli pridie Idus Jun. Indict. nona, & cessavit Episcopatus dies decem.* Quare cum Leo ordinatus fuerit die XXVII. mensis Decemb. anni DCCXCV. ejus mors in diem undecimum mensis Junii currentis anni incidit. Anastasius diem sepulturæ, non vero mortis, & Sedis durationem accurate notavit, & ab hac diem emortualem exclusit. Anastasio in omnibus consentit Luitprandus. Erravit itaque Auctor Vitæ Ludovici Pii, qui de eodem Imperatore Aquisgrani existente scribit: *Imperatori Domini Leonis Romani Antistitis dormitio nunciatur, quæ evenit octavo Kalendas Junii, anno vicesimo primo Episcopatus sui; Stephanique Diaconi in locum ejus subrogatio.* Erravit & Eginhardus in Annal. qui ait: *Dominus Leo Papa anno Pontificatus sui circiter XXI. V. Kalend. Junii de corpore migravit.* Alemannus in Parietinis Lateranensibus cap. 10. de Leone III. ait: „ Virum Deo
„ gratum Majores adeo venerati sunt, ut ad
„ ejus monumentum aram Deo (quem cultum
„ antiquitas iis tantum, qui in Sanctorum numerum
„ adscriberentur, adhibere fas fuit)
„ in Sacra Vaticana Petri Basilica extruxerint,
„ & cum

Hispanarum historiæ scriptor ore omnium prædicatus: cujus, fateor, perculsus auctoritate subsliterim aliquantisper, & revocarim in dubium quæ in Notis ad Romanum Martyrologium de adventu Jacobi in Hispanias dixisse meminerim, atque omnia altiori indagine, graviorique expendenda esse lance putarim, ob ea, quæ a tanto viro, in tanto Concilio sine tanti adversarii redargatione reperiuntur asserta.

L. Hic rursus meam mentem exagitavit illa inde etiam manans suggestio. Si vera Callisti Papæ est illa, quæ de eadem re prædicatur, assertio: cur Compostellanus Archiepiscopus eam in sacro illo celeberrimoque Patrum conventu ad redarguendum Toletanum non produxit in mediam? cum præsertim contra ex eodem Callisto Papa rem propositam potius refelleret. Toletanus istis verbis ipsum Compostellanum compellans: *Si*, inquit, *antiquitatem Compostellanæ Ecclesiæ pro te facere existimas; antiquitas ista centum* * *& novem annorum spatio continetur, quod sic persuades: Dominus Calixtus Papa ad instantiam Principis, & populorum Hispaniæ Metropoliticum jus antiquæ & celeberrimæ civitatis Emeritensis Compostellam transtulit, anno Domini millesimo centesimo vigesima quarto: tum quia civitas Emeritensis erat sub dominio Sarracenorum constituta; tum quia peregrinantium devotio ob reverentiam beati Jacobi, cujus corpus ibidem creditur esse sepultum, in melius semper cresceret: cum usque ad hæc tempora Oratorium quoddam admodum parum erat locus ille, in quo nunc sita est Compostellana Ecclesia.* Hæc tunc ipse in plena Synodo. Quod si tum extitissent ea, quæ nunc ea de re produntur, Callisti Papæ nomine monumenta: certe erubuisset tantus vir propositis a Compostellano rationibus adeo libere adversari; sed adverses Toletanum idem Compostellanus tanti auctoritate Pontificis, ea in medium prodens scripta Callisti,

* minus novem

vehementiori impetu, ut potenti armatus telo in adversariam insiliisset: ardenti enim animo (ut ipsa Acta recitata declarant) rem Compostellanus agebat. Verum succubuit, cum nedum Callistum, sed nec aliquem alium haberet, quem de prædicatione sancti Jacobi in Hispania in medium afferret auctorem, quantumlibet bene venisset instructus, ut in tanta Synodo adversus tantam adversarium causam suæ Ecclesiæ ageret: quem etiam & sponte puto abstinuisse a citatione fabulosi Turpini (si tamen illo tempore commentitius liber ille scriptus erat) vel a Pseudo Isidori sententia, vel quod falso affertur nomine Bedæ, vel aliis, quos assertores ejus sententiæ postea prodidere.

LI. Cæterum si consulatur antiquitas, unde omnino provenerit Evangelii prædicatio in Hispaniam: duo id sanctissimi atque doctissimi Romani Pontifices, Innocentius primus & Gregorius septimus conscripsesunt. Habet ista quidem Innocentius in epistola ad Decentiam Eugubinum Episcopum: *Legunt* (inquit) *si in his provinciis nempe Italia, Gallia, Hispaniæ & Africa, elius Apostolorum invenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legunt, quia nusquam invenitur: oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, a quo eos principium accepisse, non dubium est.* Hæc ipse. Quibus & illud luce clarius demonstratur, ante ipsius Innocentii tempora nec quicquam de S. Jacobi accessu in Hispaniam esse conscriptum, dicam amplius, neque cognitum, vel si cognitum, certe non creditum, neque post multa temporum sæcula; Siquidem Gregorius (a) hujus nominis Papa septimus in epistola data ad Hispaniarum Reges Alfonsum & Sancium, quæ scripta reperitur quarto Kalendas Aprilis, Indictione XII. qui numeratur annus Redemptoris millesimus septuagesimus quartus, hæc ipso sui exordio habet: *Cum beatus Apostolus Paulus Hispaniam se* * *edisse significet, ac postea septem*

(a) Greg. VII. lib. 1. ep. 64.

* adire voluisse

PAGIUS „ & cum Sanctitate paribus Leone I. II. & „ & IV. uno in loco eum condi, colique voluerint; quod a Paschale II. inscriptus lapidi Titulus hic docet: SUB HOC ALTARE SUNT CORPORA SS. LEONUM, I. II. III. & IV. PONTIFICUM ET CONFESSORUM. In Martyrologio tamen Romano nulla fit Leonis Tertii memoria, licet alii tres eidem inscribantur.

VII. *Inter Sanctos numeratur.* At Henschenius ad diem XI. mensis Aprilis, quo Sanctus Leo Magnus colitur, recitat Historiam elevati & translati Corporis ejus ex MS. Catalogo Ecclesiæ Sancti Petri, in quo legitur: *Capsa rubro serico tecta, continet Reliquias SS. Leonum Primi, Secundi, Tertii, & Quarti Summorum Pontificum, quorum sacra corpora in Vaticana Basilica requiescunt: Quæ quidem Reliquiæ in magno involucro serico albo asservantur. Ex libro Rerum Memorabilium Vaticanæ Basilicæ ab anno MDLXXV. habetur instaurato Altaris seu Oratorii dictorum Sanctorum, aperto sepulchri, & inspectio corporum eorumdem die prima Augusti anno MDLXXX. Gregorio XIII. Summo Pontifice, &c. multisque Prælatis præsentibus. Tum de Translatione Leonis Primi hæc habentur: Sacrum ipsum corpus, una cum ossibus aliorum Leonum, Secundi, Tertii, & Quarti, solemni ritu in novum Templum translatum fuit, memorata die XXVII. Maii, Dominica infra Octavam Ascensionis MDCVII. post cantatas Vesperas. Huic Translationi præsentes fuerunt, &c. Sanctissimus Dominus noster Paulus Papa V. voluit videre corpora eorumdem Sanctorum, viditque illa multo animi sui solatio,* &c.

Episcopos ab urbe Romæ ad instruendæ Hispaniæ populos a Petro & Paulo Apostolis directos fuisse, qui destructa idololatria, Christianitatem fundaverunt, religionem plantaverunt, & officium in divinis cultibus agendis ostenderunt, & sanctas Ecclesias suo sanguine dedicavere: vestra diligentia non ignoret, &c. Inferius vero, ne quid temere effutiisse videri potuisset, testimonium adducit prædecessorum Romanorum Pontificum, & sacrorum Conciliorum Hispanorum, sic dicens: *Unde enim non dubitatis suscepisse vos religionis exordium: restat etiam, ut inde recipiatis in Ecclesiastico ordine divinum officium. Quod Innocentii Papæ ad Eugubinum directa Episcopum vos docet epistola: Quod Hormisdæ ad Hispalensem missa decreta insinuant: Quod Toletanum & Bracarense demonstrant Concilia &c.* Quis igitur non intelligat ea his, ignoratum hactenus, septem illos (quod recentiores tradiderunt) Jacobi Apostoli fuisse discipulos? quos non unius Jacobi, sed principum Apostolorum Petri & Pauli fuisse, ea antiquitatis promptuariis Gregorius prodit: unde magis magisque Hispaniarum Ecclesia illustretur, ut quæ ab ipsis Apostolorum principibus sacrum acceperit Evangelium. Hæc nos docent Patres, & Acta magni Concilii affirmare suadent.

LII. *De translatione corporis S. Jacobi, & inventione.* Quod autem spectat ad translationem ejus venerandi corporis Hierosolymis in Hispaniam, citatur ejusdem Leonis tertii Papæ epistola, qua asseritur, translationem eodem anno fieri contigisse, quo idem sanctus Apostolus truncatus est capite; tunc & fuisse sublatum corpus, quod canibus atque volucribus expositum fuit, navigioque impositum Iriam Flaviam delatum ad octavum Kal. Augusti, inde vero Compostellam. Factum vero ut urgentibus in Christianos persecutionibus, mortuisque illis, qui tantum thesaurum detulerunt, & occuluerunt, ut locus penitus remanserit incognitus, omnisque ejus rei memoria omnino perierit. Fuisse autem id quidem penitus ignoratum, in argumentum deduci potest, quod Venantius Fortunatus in carmine de Bodegisilo Duce, cum relegit cujusque provinciæ vel civitatis celebriores in illis positos, & cultui expositos Sanctos, primum de Joanne atque Jacobo, sanctis fratribus, nescient Hierosolymis hunc translatum, hos habet versus:

Præcipuum meritis Ephesus veneranda Joannem
Dirigit, & Jacobum terra beata suum.

Cum vero ad Hispaniam idem auctor pervenit, qui in ea celebrior haberetur, Vincentium nominat isto versu:

Vincenti Hispana surgit ab arce decus,

quod illo nullus clarior in ea provincia Sanctus aliquis esse sciretur; ut plane appareat, adhuc occultum jacuisse, qui delitescebat magnus sub terra thesaurus.

Quid tandem? Magno Dei beneficio factum, ut quod post tot sæcula tanti latuisset corpus Apostoli, hoc ipso tempore sub Alfonso Casto Principe maxime pio in lucem emerserit lucis signis super vepres in loco, ubi erat conditum pluribus noctibus visus non uni, sed multis, præcipue vero Theodomiro Episcopo Iriensi. Cujus cum rem investigandi divinam præcipua cura esset, summa religione, ut alter Moyses, ad ardentem rubum reverenter accedens non voce repulsus, ut ille, sed impulsa spiritus etium invitatus est. Nec ut Nehemias (a) quærens sacratum ignem in alto & sicco puteo, aquam crassam tantum invenit, sed accensum virtute potentem fulmineum ignem nactus est ipsum dico Filium (b) tonitrui, ita a Domino nominatum Jacobum, opportuno tempore revelatum, ad faciendam (c) vindictam in nationibus & increpationes in populis: ad vindicandam scilicet Hispaniam e manibus impiorum, & liberandos fideles a dira infidelium servitute, prout abunde satis felicia declararunt eventa. Porro ex hoc tempore ille totius orbis concursu sacer locus, quod ingentibus coruscaret miraculis; cœptus est frequentari; adeo ut qui ipsum venerandum sepulcrum universo patens orbi miraculorum promptuarium nominarit, puto veritatis scopum attinget; ut plane nimirum sit probare scriptis, quæ tot gratiarum acceptarum jugiter voces insonant. Sed de his hactenus. LIII.

(a) 2. Machab. 1.
(b) Marc. 3.
(c) Psal. 149.

Ut autem ad res gestas ejusdem Leonis Pontificis redeamus, Tudensis sicut & Rodericus est auctor, obtinuisse eumdem, qui supra, Alfonsum Regem ab eodem Leone Pontifice, ut Ovetensis Ecclesia quam ipse tot religiosis monumentis illustravit, Archiepiscopatu insigniretur.

Quod insuper ad ejusdem Leonis Papæ res gestas pertinet: ad hanc spectare potius, quam ad alium aliquem ejusdem nominis Pontificem Romanum, certum est, quæ Walfridus Strabo scribit in libro de rebus Ecclesiasticis his verbis: (d) *Fidelium relatione virorum ad nostram usque pervenit notitiam, Leonem Papam (sicut ipse fatebatur) una die septies vel novies Missarum solemnia sæpius celebrasse, Bonifacium vero Archiepiscopum & Martyrem semel tantum per diem Missas fecisse: qui & non longe ante nostra fuerunt tempora, & ambo tam scientia, quam gradu præcipui.* At LIV.

(d) Walf. Strab. de reb. Eccl. c. 21.

Missæ plures una die.

quæ

quæ de his ipsa sentiat ista adiicit : *Itaque unusquisque in suo sensu abundet, dum fides concordet, ut nec sæpius offerentes æstiment Deum aliter petitiones non posse discernere: nec semel hostias per diem immolantes putent sua fidei subtilitatem potius, quam superiorum devotionem divinis acceptam conspectibus.* Hæc Strabo quæ admiranda cuique videri possunt. Sed de pluralitate Missarum una die agendarum tractatio prolixiorem requirit disputationem, hæc autem modo tantum occasione rerum gestarum S. Leonis Papæ, qui cum esset gravissimis afflictionibus vexatus, frequentiorem adhibuit ad implorandum divinum auxilium celebrationem Missarum.

LV. Sed jam ad ea, quæ de ejusdem Pontificis munificentia apud Anastasium leguntur, veniamus. Quod enim tot annis, quibus in Pontificatu vixit, multiplicibus oblationibus Caroli Magni, & aliorum Regum Romana locupletata Ecclesia admodum fuerit; necnon ex peregrinantium jugiter frequentissimo cœtu ad sacra limina ex remotissimis regionibus populorum muneribus totius Occidentalis orbis Christiani divitiæ in unum velut ærarium, in ipsam Romanam Ecclesiam congestæ essent : idem Pontifex Leo quicquid superesset cleri, atque pauperum alimoniis, accresci voluit ornamentis Ecclesiarum, de quibus scripta hæc reperiuntur apud ipsum quem diximus Anastasium, eodem ordine, quo diversis temporibus diversis in locis ab eo oblata sunt : ut non miveris, si sæpius & interpolatis vicibus de iisdem Ecclesiis contingat fieri mentio. Præter illa igitur, quæ recensuimus superius, tum quæ sedis suæ exordio, tum etiam quæ post reditum ex Germania ante terræmotum basilicæ sancti Pauli ab eo sunt donata : hic quæ per diversa post hæc tempora ab eodem Pontifice sunt tradita in diversis Ecclesiis ornamenta, ex eodem auctore describamus, quæ sic se habent:

LVI. In Basil. Constantiniana. *Fecit præfatus Pontifex in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, vestes duas, ex quibus unam cum chrysoclavo & gemmis habentem historiam Salvatoris introeuntem in sanctam civitatem, & aliam chrysoclavam cum gemmis pretiosissimis, habentem historiam Resurrectionis Dominicæ. Et in circuitu altaris vela rubra serica quatuor, & alba quatuor cum chrysoclavo, & tres ante Imagines cum lista, & alias albas sericas numero trigintaseptem, & in altare Beati Venantii fecit vestem de fundato & vela duo, & in Oratoriis S. Joannis Baptistæ, & Joannis Evangelistæ fecit vestes duas de stauraci cum chrysoclavo, & vela duo.*

Idem vero beatus Pontifex super altare beati Petri Apostoli fecit vestem cum vite ex auro purissimo & gemmis pretiosissimis & margaritis, habentem in medio vultum Salvatoris & sanctæ Dei Genitricis Mariæ & duodecim Apostolorum, ubi & misit auri libras vigintiquinque. Fecit & aliam vestem chrysoclavam habentem historiam Letaniæ majoris. Et aliam vestem habentem tabulas chrysoclavas tres, & in eis historiam Dominicæ Passionis, legentem HOC EST CORPUS MEUM QUOD PRO VOBIS TRADETUR, &c. Similiter etiam & cortinam majorem de fundato. Verum & per arcus argenteos fecit vela Paschalia cum periclysi de stauraci, & quinque cum chrysoclavo, & per arcus majores vela alba quadraginta & octo, necnon gabathas fecit ex auro purissimo quindecim cum gemmis pendentes in pergula ante altare, pensantes libras sexagintaquinque & semis. Sed & tabulam ante Confessionem fecit ex auro purissimo pensantem libras vigintinovem: verumetiam & imagines argenteas deauratas duas super rugas majores posuit, pensantes libras nonaginta, immo & cantara argentea duo in presbyterio fecit, pensantia libras quinquaginta. Necnon & fenestras ipsius Ecclesiæ ex metallo Cyprino decoravit, & alias fenestras de vitro diversis coloribus decoratas. In Basil. S. Petri.

LVII. S. Andr. *Super altare beati Andreæ Apostoli fecit vestem chrysoclavam cum margaritis. Sed & presbyterium ex marmoribus sculptis ornavit.*

S. Petronillæ. *Et in altare beatæ Petronillæ fecit vestem albam holosericam cum tabulis de chrysoclavo & Cruce; & ibidem presbyterium ex marmoribus sculptis ornavit. Fecit & columnas argenteas sex, & regulares duos ex argento purissimo, pensantes simul libras octoginta.*

S. Gregorii. *Super Corpus B. Gregorii Confessoris atque Pontificis fecit vestem albam holosericam cum tabulis de chrysoclavo & Cruce.*

S. Mariæ ad Præsepe. *Itemque fecit in basilica S. Dei Genitricis Ad præsepe cortinam Alexandrinam cum periclysi de stauraci, & alia alba cum periclysi de blathi, necnon intra Regias majores atque ante secretarium numero duodecim, & intus Præsepe fecit vestem de alythino cum chrysoclavo.*

S. Laurentii. *Itidem & in basilica B. Laurentii Martyris foris muros, fecit cortinam regiam cum periclysi de stauraci.*

S. Pancratii. *Item in basilica S. Pancratii fecit ciborium argenteum pensans libras trecentas sexaginta septem.*

LVIII. Tit. Callisti. *In titulo Callisti ad honorem Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ fecit ciborium argenteum pensans libras quingentas quatuor & semis.*

Tit. Eudoxiæ. In titulo Eudoxiæ fecit vestem albam cum periclysi de chrysoclavo.

S. Cæciliæ. In titulo S. Cæciliæ fecit vestem de stauraci.

S. Eufeb. In titulo S. Eusebii fecit vestem de fundato.

S. Vital. In titulo S. Vitalis fecit vestem de stauraci.

S. Pudentianæ. In titulo S. Pudentianæ fecit vestem ut supra.

S. Anastasiæ. In titulo S. Anastasiæ fecit vestem de fundato.

S. Praxedis. In titulo S. Praxedis fecit vestem de stauraci cum periclysi de blatthi.

S. Laurentii. In titulo B. Laurentii in Formoso fecit vestem de quadraplo.

S. Anastasii. In monasterio S. Anastasii fecit vestem de chrysoclavo cum ejusdem Martyris passione depicta, & pharum de argento cum canistro de octagoni, pensantia libras viginti quinque.

LIX. S. Silvestri. In monasterio S. Silvestri fecit vestes duas, unam in basilica majori Byzantea cum chrysoclavo, & alteram de fundato in Oratorio.

S. Luciæ in Renatis. In monasterio S. Luciæ in Rhenatis, fecit vestem de fundato cum chrysoclavo.

S. Angel. In S. Angelo in Fabiano fecit vestem de fundato.

S. Luciæ in Septem Viis. In diaconia S. Luciæ in Septem viis fecit vestem de fundato.

SS. Sergii & Bacc. In diaconia SS. Sergii & Bacchi fecit vestem de stauraci.

S. Eustachii. In diaconia S. Eustachii fecit vestem de fundato.

S. Luciæ in Orph. In diaconia S. Luciæ in Orphea fecit vestem de fundato.

Basilica S. Petri. Ipse item a Deo protectus venerabilis & almificus Pontifex fecit in basilica B. Petri Apostoli nutritoris sui in medio ejus Crucifixum ex argento purissimo pensantem libras septuaginta duas.

Basilica Lateranensis. Item fecit in Triclinio Lateranensi miræ magnitudinis alias decem absides dextera lævaque diversis historiis depictas habentes Apostolos Gentibus prædicantes, cohærentes basilicæ Constantinianæ, in quo loco & accubita collocavit, & in medio concham porphyreticam aquam fundentem. Necnon & pavimentum ipsius marmoribus diversis stravit.

S. Quiriaci. Fecit & in titulo S. Quiriaci vestem de stauraci cum peryclisi de blatthi, & in gyro chrysoclavum, & in medio Crucem de margaritis.

Cœmet. S. Sixti. In cœmeterio S. Sixti via Appia fecit vestem de stauraci habentem in medio Crucem de chrysoclavo.

LX. S. Callisti. In titulo S. Callisti super altare post absidem fecit vestem de stauraci, & in medio Crucem de chrysoclavo, ibidem & similiter vela fecit de stauraci.

SS. quatuor coronat. Fecit & in titulo SS. quatuor Coronatorum vestem de stauraci habentem in medio Crucem de chrysoclavo.

S. Sabinæ. Similiter in Ecclesia S. Martyris Sabinæ fecit vestem de fundato cum periclysi de blatthi habentem in medio Crucem de chrysoclavo, necnon in basilica

S. Laur. in Formoso. sancti Laurentii in Formoso fecit vestem de fundato.

S. Pauli Eccles. * Orbetano. Ecclesiam vero B. Pauli Apostoli, quæ appellatur Conventus, sitam in territorio * Urbevetano inter fines Suanensee, & Clusinos seu Tuscianenses, atque Castritana, quæ nimia vetustate marcuerat, atque in ea pecudes refugium faciebant, ex qua & reliquiæ ablatæ fuerant, idem sanctissimus Pontifex mundari fecit, & omnia sarta tecta ipsius cum porticibus noviter restauravit, atque in altare ejus vestem de stauraci posuit, & reliquias recondi præcepit.

LXI. S. Petri in Albano. Pari modo & basilicam S. Petri sitam in Albano, quæ præ nimia vetustate jam ruitura erat, omnia sarta tecta restituens restauravit.

S. Hippolyti. Et in basilica B. Hippolyti Martyris in civitate Portuense fecit vestes de stauraci duas, unam super caput ejus, alteram in altare majore.

S. Sabin. In titulo S. Sabinæ tetravila de stauraci pulcherrima.

SS. quatuor coronat. Fecit in titulo SS. quatuor Coronatorum vestem de stauraci habentem in medio Crucem de chrysoclavo.

S. Agapiti. In basilica S. Agapiti Martyris in civitate Prænestina fecit vestem de stauraci cum peryclisi de fundato, & in medio Crucem de chrysoclavo.

S. Clementis. In Ecclesia S. Clementis posita Velitris, fecit vestem de stauraci.

S. Chrysogoni. In Ecclesia S. Chrysogoni fecit vestem de stauraci cum periclysi de blatthi.

S. Laur. in Lucina. In tit. S. Laurentii in Lucina fecit vestem de stauraci cum periclysi de blatthi.

S. Marci. In tit. S. Marci vestem de stauraci cum periclysi.

S. Laurentii. In tit. B. Laurentii in Damaso fecit vestem similiter.

S. Sixti. In tit. B. Sixti vestem de stauraci cum periclysi de blatthi.

S. Hadriani. In diaconia beati Hadriani & in Ecclesia beatæ Martinæ, & in diaconia antiqua fecit vestes de stauraci cum periclysi.

LXII. S. Archangeli. In diaconia beati Archangeli fecit vestes tres, ex quibus unam de stauraci cum periclysi de blatthi, & alias duas de Tyrio cum periclysi de fundato cum historia de....

S. Sergii. In diaconia B. Sergii fecit vestem de fundato, & in giro vestis stauracis periclysin de blatthi.

S. Agathæ. In diaconia sanctæ Agathæ fecit vestem de stauraci cum periclysi de blatthi.

S. Archangeli. In basilica B. Archangeli, quæ ponitur in septimo, fecit vestem de stauraci cum periclysi de blatthi. In

Digitized by Google

S. Agapiti. *In monasterio S. Agapiti, quod ponitur, Ad vincula, fecit vestem de stauraci.*

S. Agnetis. *In Ecclesia B. Agnetis Martyris, ubi ejus corpus requiescit, fecit vestem de fundato cum periclysi de blatthi.*

S. Apollinaris. *Item fecit in Ecclesia sancti Apollinaris.*

LXIII. SS. Martini & Silvestri. *In titulo SS. Martini & Silvestri fecit vestes duas de stauraci, e quibus unam cum periclysi de fundato, aliam vero de blatthi.*

S. Viti. *In diaconia S. Viti fecit vestem de stauraci & pericysi de fundato.*

S. Eugeniæ. *In Ecclesia B. Eugeniæ, in qua sanctum corpus ejus requiescit, fecit vestem de stauraci cum periclysi . . . .*

S. Stephani. *Item fecit in Ecclesia S. Stephani in Cælio monte vestes de stauraci duas, unam super altare majus, alteram super corpora SS. Primi & Feliciani.*

S. Euphemiæ. *In basilica B. Euphemiæ fecit vestem de stauraci.*

S. Archangeli. *In basilica B. Archangeli in Vico Patricii fecit vestem de stauraci.*

S. Sebast. catacumbæ. *Item fecit super sepulcrum B. Sebastiani Martyris, via Appia, ad Catacumbas vestes majores duas unam de stauraci, & aliam de fundato, & intus super tumbas Apostolorum Petri & Pauli fecit vestes duas de stauraci, & de fundato cum blatthi.*

S. Laurentii. *In basilica S. Laurentii Martyris sita infra civitatem Tiburtinam vestem de stauraci.*

Basilica S. Petri. *In Oratorio S. Stephani in sancto Petro, qui appellatur Major, fecit vestem de stauraci.*

In basilica beati Hyacinthi sita in Sabinis, ubi & corpus ejus requiescit, fecit vestem de stauraci pulcherrimam.

Item fecit super altare beati Petri fautoris sui vestem chrysoclavam miræ magnitudinis habentem historiam Dominicæ Nativitatis cum gemmis pretiosissimis & margaritis ornatam.

LXIV. *Fecit & in supradicta Ecclesia vela de stauraci atque fundato pendentia intus inter columnas majores dextra lævaque numero sexagintaquinque, & alia vela alba holoserica majora, quæ pendent ante Regias in introitu. Atque ibidem fecit Crucifixum ex argento purissimo juxta altare majus, pensantem libras quinquagintaduas: cui desuper fecit gabathas sex, cunctas ex argento purissimo, quæ pendent ante arcum majorem dextra lævaque, pensantes simul libras duodecim & semis. Ibidem fecit vela de stauraci, quæ pendent inter arcus argenteos in circuitu altaris numero decem, in quibus duo habentia in medio Cruces de chrysoclavo cum orbiculis, & alia octo cum periclysi de chrysoclavo; arcus vero cum columnis suis ex argento purissimo pensantes libras ducentas quinquaginta unam & semis. Ibidem super Crucem fecit anaglyphum intersatilem ex auro mundissimo, pendentem in pergula ante altare cum candelis duodecim pensantem libras tredecim.*

LXV. S. Mariæ ad Præsepe. *In basilica sanctæ Dei Genitricis, Ad præsepe, fecit gabathas quinque ex auro purissimo pensantes libras octo & semis, atque Crucem ex auro purissimo pensantem libras decem, atque coronam majorem ex argento purissimo pensantem libras triginta sex. Fecit & ibi vela alba holoserica inter columnas majores dextra lævaque numero quadraginta duo, ex eisque undecim rosata. Fecit etiam in introitu altaris alia vela holoserica rosata, quæ pendent inter arcus ciborii numero quatuor, ex quibus unum de chrysoclavo & margaritis, atque aliud velum majus album, quod pendet ante Regias majores in introitu sarta tecta.*

S. Aureæ. *Item sanctissimus Pontifex sarta tecta Ecclesiæ S. Auræ sitæ ad ostia Tiberina noviter reparavit.*

S. Marcelli. *Ecclesiam beati Marcelli, sitam in quartodecimo, quæ ab igne fuerat exusta, idem almificus Pontifex in omnibus noviter restauravit.*

Basilica Constantiniana. *Fecit & in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, tetravila in circuitu altaris alba holoserica, ex quibus unum habet in medio tabulam cum Cruce, de chrysoclavo. Sed & renovavit altare majus miræ magnitudinis decoratum ex argento purissimo pensante libras sexaginta octo.*

LXVI. S. Mariæ ad Præsepe. *Fecit & in basilica S. Dei Genitricis Mariæ, Ad præsepe, vestem chrysoclavam cum margaritis ornatam, habentem historiam Dominicæ Nativitatis, similiter & arcus duos ex argento in presbyterio cum columnis quatuor, & alios arcus quinque pensantes libras centum triginta. Idem vero præcipuus Præsul fecit ibidem vestem rubram alythinam, habentem in medio tabulam cum chrysoclavo cum historia Domini nostri Jesu Christi, & S. Simeonis, quando in templo est præsentatus, & in circuitu listam de chrysoclavo. Nec non aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam S. Dei Genitricis Mariæ miræ magnitudinis & pulchritudinis, decoratam gemmis pretiosis & margaritis ornatam periclysi de chrysoclavo, & in circuitu lista de chrysoclavo.*

S. Mariæ Dominicæ. *Sed & in diaconia S. Mariæ Dei Genitricis dominæ nostræ, quæ appellatur Dominica, fecit vestem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia ejusdem sanctæ Dei Genitricis ex margaritis ornatam, & periclysin de chrysoclavo.*

S. Mariæ Antiquæ. *Fecit autem & in diaconia sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur Antiqua, super altare majus ciborium ex argento purissimo*

rissimo, pensans librar ducentas duodecim.

LXVII. Basilica S. Petri. Fecit & in basilica S. Petri nutritoris sui gobatbam ex auro purissimo anaglypham cum gemmis pretiosis ornatam, qua pendet ante imaginem ipsius Apostoli in ingressu vestibuli, pensantem libras septem & semis. Faciem autem Salvatoris, & ipsius Apostolorum principis ab imo usque ad summum cum luminaribus inferius & superius honoravit; necnon & intra Confessionem Salvatorem stantem dextera, lævaque ejus B. Apostoli Petri & Pauli imagines, habentes pariter coronas ex gemmis pretiosis. Atque pavimentum ipsius Confessionis vestitum ex auro fulvo pensante simul libras quadringentas quinquagintatres, & uncias sex. Verumetiam super ipsum sacrum altare fecit vestem chrysoclavam habentem historiam Dominica Ascensionis & Pentecosten, cum periclysi de chrysoclavo. Pari modo ubi supra fecit imaginem ipsius Apostolorum principis in porta virorum ex auro purissimo, pensantem libras decem & octo & uncias tres. Idem vero beatissimus Pontifex ubi supra fecit cancellos fusiles in ingressu presbyterii, a dextera, lævaque, necnon & in ingressu vestibuli ex argento mundissimo, pensantes simul libras mille quingentas septuagintatres. Simulque & columnas * versatiles in ingressu corporis dextera lævaque ex parte virorum ac mulierum octo, simul pensantes libras centum nonaginta tres. Necnon & arcus argenteos octo, pensantes simul libras centum quadraginta.

* tornatiles.

S. Andr. Fecit idem beatissimus Pontifex in basilica S. Andreæ ubi supra, regnum ex auro purissimo cum gemmis pretiosis, pensans libras duas & uncias quinque.

S. Petronillæ. Necnon super altare beata Petronilla, ubi supra, fecit regnum aureum cum gemmis pretiosissimis, pensans libras duas & uncias tres.

LXVIII. S. Mariæ Medianæ. Simili modo super altare Sanctæ Dei Genitricis ubi supra, qua appellatur Mediana, fecit vestem de fundato cum periclysi de chrysoclavo, habentem historiam Annunciationis Dominica.

S. Agathæ in Suburra. In monasterio sanctæ Agatha super Suburram, fecit vestem rubeam alythinam habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum periclysi de chrysoclavo.

S. Pancratii. Necnon in monasterio sancti Pancratii sito post basilicam Salvatoris, qua Constantiniana dicta est, fecit vestem de fundato.

S. Petri. Hic fecit beato Petro nutritori suo Evangelia aurea cum gemmis prasinis, ac hyacinthinis, & albis mira magnitudinis in circuitu ornata pensantia libras decem & septem & uncias quatuor. Hic fecit calicem aureum præcipuum diversis ornatum lapidibus pretiosis, pensantem libras viginti & octo, similiter & patenam auream pensantem libras viginti octo & uncias novem. Pari modo in eadem basilica ipsius Apostoli fecit Cherubim de argento purissimo deauratos quatuor, qui stant super capita columnarum argentearum sub ciborio, pensantes libras nonaginta tres. Fecit quoque imaginem Salvatoris, ubi supra auream, qua stat in trabe super ingressum vestibuli, pensantem libras septuaginta novem.

Idem præfatus Pontifex fecit super altare beata Petronilla ciborium cum columnis porphyreticis, ex argento purissimo mira magnitudinis, pensans libras trecentas quadraginta octo, & imaginem argenteam stantem sub arcu ipsius ciborii, pensantem libras decem & semis. S. Petronillæ.

Ita fecit in basilica sancta Dei Genitricis, Ad præsepe, super altare vestem chrysoclavam habentem historiam Dominica Resurrectionis mira magnitudinis & pulcritudinis, decoratam cum periclysi de chrysoclavo, & undique margaritis ornatam. LXIX. S. Mariæ ad Præsepe.

In titulo S. Dei Genitricis, qua appellatur Callisti, fecit regnum ex auro purissimo pendens super altare majus ex gemmis pretiosis ornatum. S. Mariæ Tit. Callisti.

In diaconia S. Dei Genitricis, qua appellatur, Dominica, fecit regnum ex auro mundissimo pendens super altare majus cum gemmis pretiosis ornatum, pensans libras duas. S. Mariæ in Dominica.

Fecit & in basilica sancta Dei Genitricis, Ad præsepe, in ingressu præsepis regias * vestes ex auro purissimo pensantes simul libras centum viginti septem, & super ipsas Regius modicum fundatum, habens in circuitu listam de chrysoclavo; necnon alia vela majora Tyria super regias majores tria in ingressu basilica cum periclysi de fundata. S. Mariæ ad præsepe.

*

Idem egregius Præsul in Ecclesia beati Petri Apostoli fecit calices majores ex argento purissimo, qui ponuntur super trabes argenteos numero decem & octo, pensantes simul libras centum octoginta duo; necnon fecit cerostrata majora fusilia ex argento purissimo, qua stant ante Confessionem, pensantia libras centum nonaginta octo. Investivit vero ipsam Crucem ex argento mundissimo, qua est super imaginem auream in ingressu vestibuli, pensantem libras centum vigintisex & semis. Verum etiam ibi fecit lucernas fusiles duas ex argento purissimo pensantes simul libras viginti septem, & constituit ut diebus Dominicis & in sanctis solemnitatibus bine inde juxta Lectorium consisterent, & ad legendas sacras lectiones luminis splendore refulgerent. S. Petri Basilica.

Hic fecit ad beatum Andream ciborium ex argento purissimo super altare majus pensans libras trecentas quinque. Idem Pontifex divinitus baptisterium ejusdem LXX. S. Andr.

Ec.

Ecclesia jam præ nimia vetustate ruinæ proximum (quia angustior locus existebat populo, qui veniebat ad baptismum) a fundamentis ipsum amplum & rotundum in meliorem erexit statum, atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit, eumque in circuitu columnis porphyreticis decoravit & in medio fontis columnam posuit, & super columnam agnum ex argento fundentem aquam, pensantem libras viginti octo & uncias decem: necnon altare majus super abside constituit, cujus faciem atque Confessionem, seu rugas ad decorem ipsius fieri altaris investivit ex argento mundissimo pensante simul libras quadraginta octo. Verum etiam & vestem de stauraci super ipsum posuit, atque regularem ubi supra investitum ex argento purissimo fecit, & super ipsum regularem posuit arcum & gammadias ex argento pensantes simul libras octoginta, necnon imagines tres ubi supra posuit ex argento, pensantes libras triginta septem & uncias decem; ipsum vero baptisterium diversis in circuitu decoravit picturis.

LXXI. Oratorium S. Crucis. *Oratorium vero sanctæ Crucis præ nimia vetustate ruiturum a fundamento simul cum abside novo ædificio erexit, & ad perfectum usque perduxit, atque ipsam absidem ex musivo diversis decoravit picturis atque marmoribus miro splendore, ubi obtulit hæc, ciborium super altare cum columnis ...... atque faciem altaris investivit ex argento purissimo pensante libras centum viginti unam & uncias duas, regnum spanoclistum ex auro purissimo cum Cruce in medio pendente super ipsum altare pensans libram unam & uncias undecim: necnon alias columnas argenteas quatuor, & super ipsas regularem investitum ex argento purissimo pensantem libras sexaginta quatuor & uncias tres, arcus argenteos tres pensantes libras quadraginta tres & uncias octo: imagines argenteas deauratas tres pensantes libras triginta: canistra argentea duodecim pensantia libras septuaginta octo, gabathas argenteas interfasiles fundatas viginti unas, & Crucem unam pensantes simul libras quinquaginta: vestem vero super altare fundatam unam & aliam de blatthi cum chrysoclavo, necnon aliam vestem rosatam cum chrysoclavo, velum modicum chrysoclavatum cum Crucifixo & margaritis ornatum, vela modica, quæ pendent in regulare ante imagines. Tyrea sex, vela alba rosata serica ornata in circuitu de fundato duodecim. Velum maius album rosatum ornatum desuper de quadraplo unum, & aliud velum rubeum cum tabula, quod pendet ante Regias majores, vela modica de stauraci quatuor, quæ pendent in regulari ante imagines, sed & alia vela promiscua serica numero undecim. Fecit ubi supra ad fontes vela Tyria tria, quæ pendent in regulari ante imagines, & alia vela serica numero viginti unum.*

LXXII. S. Petri Basilica. *Hic fecit beato Petro Apostolo nutritori suo calicem aureum præcipuum spanoclistum diversis ornatum lapidibus pretiosis, pensantem libras vigintiquinque: fecit vero super ciborium canthara majora quatuor ex argento purissimo habentia in medio cereos ex argento diademata, pensantia libras centum quadraginta. Fecit & thuribulum Apostolicum ex auro purissimo pensans libras duas & uncias quinque. Fecit vero vestem super altare majus chrysoclavam diversis ornatam picturis, quam constituit quatuor temporibus per annum in duodecim lectionibus ibidem poni. Fecit ubi supra coronas majores ex argento purissimo quatuor pensantes simul libras centum quinquaginta & semis. Fecit & Lectorium ex argento purissimo miræ magnitudinis pensans libras quadraginta tres, necnon cerostrata ex argento purissimo manentia juxta Lectorium, pensantia simul libras quadraginta octo, verum etiam * super scripta cerostrata fecit lucernas fusiles bimixas duas ex argento puro pensantes libras viginti septem, & constituit, ut Dominicis diebus vel sanctis solemnitatibus bine inde juxta Lectorium consisterent, & ad legendas sacras lectiones immense splendore fulgerent. Phara canthara fecit in presbyterio quatuordecim ex argento mundissimo pensantia simul libras quatuor centum triginta tres; necnon columnas octo & arcus quatuor ex argento pensantes libras centum septuaginta tres. Fecit ibidem calices fundatos ex argento, qui pendent inter columnas majores dextra lævaque basilicæ numero septuaginta quatuor ex argento, pensantes libras, * centum sexaginta unam.* * 461.

LXXIII. S. Andr. *Item beatus Antistes ad beatum Andream Apostolum vestivit altare majus ex argento purissimo deaurato pensante libras centum triginta quinque, canthara ex argento purissimo duodecim pensantia libras quinquaginta duas, canistra duodecim ex argento purissimo pensantia libras septuaginta octo.*

S. Petronillæ. *Vestivit altare S. Petronillæ ex argento purissimo deaurato diversis ornatum picturis undique pensans libras centum sexaginta duas.*

S. Gregorii Papæ. *Necnon vestivit altare B. Gregorii Confessoris atque Pontificis ex argento deaurato undique pensante libras centum vigintiocto.*

S. Petri. *Fecit insuper in gremio basilicæ B. Petri Apostoli cortinam majorem Alexandrinam holosericam habentem in medio adjunctum fundatum, & in circuitu ornamenta de fundato. Verum etiam eidem præ-*

cipuus Præsul fecit thuribula Apostolica duo ex auro purissimo, ex quibus unum misit intus super corpus ejus, pensans libras quinquaginta duas, alterum pensans libras duas & uncias octo, quod præcedit per stationes.

S. Mariæ ad Præsepe. *Idem Pontifex investivit faciem altaris sanctæ Dei Genitricis Ad præsepe ex argento mundissimo deaurato pensante libras octoginta sex. Fecit ibi coronas duas ex argento purissimo pensantes libras quinquagintu quatuor. Cortinam majorem Alexandrinam holosericam ornatam de fundato unam.*

LXXIV. Basil. Constantiniana. *Hic idem vero præcipuus Præsul ex largitate omnipotentis Dei & B. Petri Apostoli clavigeri Regni cælorum obtulit per universas Sanctorum Ecclesias hujus almæ Urbis Romæ coronas, vel etiam canistros ex argento purissimo ob veniam peccatorum suorum, videlicet, in Ecclesia Domini nostri Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, fecit coronam ex argento purissimo pensantem libras viginti tres.*

S. Mariæ ad Præsepe. *In basilica sanctæ Dei Genitricis ad præsepe similiter fecit coronam ex argento purissimo pensantem libras tredecim.*

S. Mariæ ad Martyres. *In Ecclesia S. Dei Genitricis ad Martyres fecit coronam pensantem libras duodecim & uncias tres.*

S. Mariæ tit. Callisti. *In Ecclesia S. Dei Genitricis tituli Callisti fecit coronam argenteam pensantem libras tredecim & uncias tres.*

S. Mariæ Antiquæ. *In Ecclesia S. Dei Genitricis, quæ appellatur Antiqua fecit coronam ex argento pensantem libras tredecim.*

S. Mariæ Cosmed. *In diaconia ipsius Dei Genitricis, quæ appellatur Cosmedin eodem modo fecit coronam ex argento pensantem libras duodecim.*

S. Mariæ Dominicæ *Necnon in diaconia sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur Dominica, similiter fecit coronam de argento pensantem libras novem.*

LXXV. S. Mariæ in Via lata. *In diaconia S. Dei Genitricis, quæ appellatur Via lata, fecit coronam ex argento pensantem libras novem.*

S. Mariæ in Cyro. *Item in diaconia sanctæ Mariæ in Cyro fecit coronam ex argento pensantem libras octo.*

S. Mariæ Forisportam. *In diaconia sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur foris portam, fecit coronam pensantem libras quatuor & uncias duas.*

Similiter fecit in monasterio S. Silvestri coronam ex argento pensantem libras sex & uncias tres.

* Pallacini *In monasterio S. Laurentii dicti * Pallaciani, fecit canistrum de argento pensans libras duas, & uncias septem.*

In monasterio S. Pancratii, quod ponitur juxta basilicam Salvatoris, fecit canistrum de argenteo pensans libras quinque & semis.

Fecit etiam in monasterio SS. Andreæ & Bartholomæi, quod appellatur Honorii, canistrum ex argento pensans libras tres.

In monasterio S. Stephani, quod ponitur juxta Lateranas, fecit canistrum de argento pensans libras duas.

In monasterio primi Martyris Stephani quod ponitur ad B. Petrum Apostolum, fecit canistrum ex argento pensans libras tres & semis.

In monasterio SS. Joannis & Pauli, quod positum est juxta B. Petrum Apostolum fecit canistrum ex argento pensans libras tres. LXXVI.

In monasterio S. Martini fecit canistrum ex argento pensans libras quatuor & uncias duas.

In monasterio S. Stephani, quod appellatur Cata galla patricia, fecit canistrum pensans libras duas & semis.

In monasterio S. Cæsarii, quod positum ad B. Paulum Apostolum fecit canistrum ex argento pensans libras tres.

In monasterio S. Stephani apud S. Paulum fecit canistrum ex argento pensans libras duas.

In monasterio SS. Cosmæ & Damiani juxta Præsepe fecit canistrum ex argento pensans libras duas & uncias duas.

In monasterio S. Andreæ, quod appellatur Massa Juliana, fecit canistrum ex argento pensans libras duas.

In monasterio S. Hadriani, quod ponitur juxta Præsepe, fecit canistrum ex argento pensans libras duas.

*In monasterio S. * Cassini, quod ponitur juxta B. Laurentium foris muros, fecit canistrum ex argento pensans libras duas.* * Cassii.

In monasterio Sancti Stephani fecit canistrum ex argento pensans libras duas.

In monasterio S. Victoris ad S. Pancratium fecit canistrum pensans libras duas & uncias septem.

In monasterio S. Chrysogoni fecit canistrum ex argento pensans libras tres.

In monasterio S. Mariæ, quæ appellatur Ambrosii, fecit canistrum ex argento pensans libras duas. LXXVII.

In monasterio S. Mariæ, quæ appellatur Julia, fecit similiter.

In monasterio S. Andreæ, quod positum est juxta basilicam Apostolorum, fecit similiter.

In Oratorio S. Stephani, quod positum est in monasterio Dulcitii, fecit canistrum ex argento pensans libras duas & uncias quinque.

In Oratorio SS. Sergii & Bacchi, quod positum est in Callinico, fecit similiter.

In monasterio S. Agapiti, quod positum est juxta titulum Eudoxiæ fecit similiter.

In Oratorio sanctæ Agnetis, quod positum est in monasterio, quod appellatur

duo

duo furna, fecit canistrum pensans librac duas & unciac octo.

Necnon in Oratorio S. Viti, quod positum est in monasterio, quod appellatur ad Surdas, fecit canistrum pensans libras duas & uncias novem.

In monasterio S. Bibianæ fecit similiter canistrum de argento pensans libras duas & uncias novem.

* Renati *Fecit in Oratorio S. Luciæ, quod positum est in monasterio * Recanati canistrum pensans librac duac.*

Fecit in Oratorio S. Mariæ, quod positum est in monasterio S. Michaelis canistrum pensans libras duas, unciac duas.

In monasterio sancti Sergii fecit canistrum similiter ex argento pensans libras tres.

In Oratorio S. Agathæ, quod ponitur in monasterio ad caput Africæ, canistrum ex argento pensans libras tres.

LXXVIII. *In monasterio S. Euphemiæ & Archangeli, quod positum est juxta titulum Pudentis, fecit canistrum ex argento pensans libras quinque.*

In monasterio S. Seridonis fecit similiter.

In Oratorio sanctæ Agathæ, quod positum in monasterio Tempuli, fecit similiter.

In Oratorio S. Cæsarii ad monasterium de Corsus, similiter fecit canistrum pensans libras duas & uncias tres.

In monasterio S. Semitrii fecit similiter.

In monasterio S. Mariæ ad Aquas Salvias fecit similiter.

In monasterio S. Donati, quod positum est juxta titulum S. Priscæ, fecit canistrum argenteum pensans libras duas & uncias quinque.

In monasterio S. Joannis, quod positum est in Aventino, fecit similiter.

In Oratorio sanctæ Mariæ, quod positum est in monasterio de Lutara, fecit canistrum argenteum pensans libras duac & semis.

In monasterio Hierusalem, quod positum est ad S. Petrum Apostolum, fecit similiter.

In monasterio S. Agnetis posito foris portam Numentanam, fecit canistra ex argento pensantia libras quinque.

In monasterio S. Eugeniæ foris portam Latinam pari modo fecit canistra ex argento pensantia librat quinque.

LXXIX. *In Oratorio S. Gregorii, quod positum in Campo Martis, fecit canistrum pensans libras tres.* Hactenus de donis in monasteria collatis, quæ numerata hic habes quadragiota quatuor, ut non te pigeat prolixæ lectionis, cum repræsentatam in his habeas veterem Romam hujus temporis in numero & cultu diversorum nominum Ecclesiarum. Sed dolendum sit, earum quamplurimas excidisse; gaudendum tamen, vel earum saltem nomina superesse. Pergit vero de aliis donis ad alia loca sacra missis Anastasius cœptam semel orationem:

Fecit in titulo beatæ Sabinæ coronam ex argento purissimo pensantem libras octo.

In diaconia SS. Silvestri & Martini posita juxta Orpheam, coronam ex argento pensantem libras sex & uncias duac.

In Oratorio S. Luciæ, quod est positum in xenodochio, fecit canistrum ex argento pensans libras duas & uncias quatuor.

In Oratorio S. Abbacyri, quod est in xenodochio, fecit similiter canistrum pensans libras duas.

In Oratorio SS. Cosmæ & Damiani positum in xenodochio, quod appellatur Tucium, fecit canistrum pensans libras duas & unciam unam.

In Oratorio S. Peregrini posito in hospitale Dominico ad Naumachiam fecit canistra pensantia libras quinque & unciam unam.

Fecit idem Pontifex in basilica Domini nostri Jesu Christi, quæ appellatur Constantiniana, super altare majus vestes chrysoclavas duas, ex quibus unam habentem historiam Dominicæ Resurrectionis, aliam habentem historiam vivificæ & venerandæ Dominicæ Crucis. Cantharos ex argento mundissimo octo pensantes simul librae vigintiseptem & uncias sex. Investivit super rugas ante ingressum altaris ex argento purissimo pensante libras quadragintaocto & uncias octo. Fecit coronam ex argento purissimo pensantem libras duodecim. Fecit ubi supra ad Fontes vela alba holoserica ornata in circuitu de fundato atque quadraplo numero decem. Sarta tecta ipsius Ecclesiæ cum quadriporticu simul ad fontem omnia, & in omnibus noviter restauravit. Quæ enim intactu & inconcussa reliquerat terræmotus? simul & fenestras in apside ex vitro ex diversis coloribus conclusit, atque decoravit: & alias fenestras basilicæ ex metallo gypsino reparavit. Et in medio basilicæ fecit cortinas duas, ex quibus unam majorem fundatam albam, & aliam minorem albam rosatam. LXXX. Basilicæ Constantinianæ.

Fecit idem Pontifex in basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur, Ad præsepe, cortinam rosatam cum periclysi de fundato: canthara de argento purissima duo pensantia libras vigintitres, columnas duas pensantes libras viginti unam, uncias quinque: Crucem cum gabatha ex argento mundo pensantem libras quinque. S. Mariæ ad Præsepe.

In diaconia ipsius Dei Genitricis, quæ appellatur Antiqua, fecit tetravela alythina ornata in circuitu de quadruplo.

In Oratorio S. Andreæ vela holoserica ornata, ut supra. LXXXI.

S. Maria in Callisto.

In titulo ipsius Dei Genitricis, quæ appellatur Callisti, fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia de Præsentatione Domini nostri Jesu Christi & sancti Simeonis, cum periclysi de Tyrio: tetravela rubea alythina quatuor, habentia Crucem cum gammadiis, & in circuitu periclysin de Tyrio. Velum Tyrium majus, quod pendet ante imaginem cum periclysi de blatthi unum. Vela modica rubea alythina cum stauraci in medio numero tria, quæ pendet ante imagines argenteas cum periclysi de blatthi. Cortinam majorem holosericam in gremio basilicæ unam. Fecit & imagines argenteas, deauratas quibus unam cum gemmis: arcum argenteum unum cum gammadiis. Supra cerostrata, pharum unum, thuribula duo, pensantia simul libras nonagintaquinque, & uncias septem.

Basilica S. Petri.

Fecit vero idem præfatus Antistes B. Petro Apostolo calicem aureum diversis ornatum lapidibus pretiosis, qui procedet per stationes pensantem libras tredecim & semis.

Hic fecit in basilica ipsius Apostoli velum chrysoclavum, quod pendet super ingressum vestibuli, item aliud velum majus chrysoclavum, quod pendet in trabe argentea ante imaginem Salvatoris super ingressum vestibuli. Coronam majorem ex argento purissimo pensantem libras quinquagintatres & uncias octo, pharum argenteum pendens infra ipsam coronam, pensans libras vigintiquatuor. Item coronas argenteas quatuor pensantes libras quinquagintaseptem. Canistra octo pensantia simul libras quadraginta.

LXXXII. Symbolum Fidei Scriptum in Scutis Argenteis.

*Hic vero pro amore & cautela Orthodoxæ Fidei, fecit ubi supra scuta argentea duo scripta utraque Symbolo, unum quidem litteris Græcis & aliud Latinis, * sedentia dextra lævaque super ingressum corporis, pensantia libras nonagintaquatuor & uncias sex.* Hujus autem faciendi operis tam in basilica S. Petri, quam in basilica S. Pauli quæ præcesserit occasio, superius dictum est suo loco. Pergit idem auctor:

* pendentia

Fecit ubi supra in gremio basilicæ cortinam majorem holosericam fundatam unam. Velum album holosericum rosatum majus unum, quod pendet in trabe majore super imagines aureas ornatum in circuitu de fundato. Super fontes fecit vela serica alba numero novem ornata in circuitu de fundato.

Altare S. Leonis.

Hic vero investivit altare beati Leonis Confessoris atque Pontificis ex argento mundissimo deaurato pensante libras centum & novem.

Altare S. Gregorii.

Item investivit altare B. Gregorii Confessoris atque Pontificis ex argento mundissimo deaurato pensante libras centum viginti septem. Et post illa de cultu basilicæ S. Pauli, quæ dicta sunt superius, dum de terræmotu, quo illa basilica concussa est, actum est, ista addit.

LXXXIII. S. Sabinæ.

Hic fecit in basilica B. Sabinæ Martyris in gremio basilicæ cortinam majorem holosericam de quadraplo & fundato pulcherrimam.

S. Petri.

Præfatus vero venerabilis & præclarus Pontifex fecit in basilica beati Petri nutritoris sui super altare majus ciborium unum cum columnis quatuor ex argento purissimo deaurato cum diversis historiis miræ magnitudinis mirifice decoratum, quod pensat undique libras septingentasquatuor & uncias tres. Ciborium vero, quod inde abstulit, posuit super altare majus in basilica Dei Genitricis, quæ appellatur, Ad præsepe, & Crucem argenteam fecit inibi, pensantem libras duodecim & uncias tres.

SS. Apostolorum.

Quadriporticum basilicæ sanctorum Apostolorum in Via lata intus & foris restauravit.

S. Agathæ.

Sarta tecta S. Agatæ Martyris sitæ in Suburra noviter restauravit.

In Patriarchio Lateranensi.

Hic vero sanctissimus Præsul fecit in Patriarchio Lateranensi Oratorium a fundamentis in honore beati Archangeli, quod etiam musivo diversis picturis ornavit undique; & omnia similia tam aurea, quam argentea, atque etiam vela obtulit. Macronam vero ipsius Lateranensis Patriarchii, quæ extenditur a campo & ultra imagines Apostolorum, quæ præ nimia vetustate ruituræ erant, a fundamentis restauravit, & solaria restituit, marmoribus stravit, & cameram ipsius Macronæ noviter fecit, & diversis historiis pictura mirifica decoravit.

LXXXIV. Basilica S. Petri.

Idem a Deo protectus venerabilis & præclarus Pontifex, fecit in circuitu altaris B. Petri Apostoli nutritoris sui tetravela rubea holoserica alythina, habentia tabulas, seu orbiculos de chrysoclavo diversis historiis depictos cum stellis de chrysoclavo ex margaritis ornata miræ magnitudinis & pulchritudinis decorata, quæ in diebus festis ibidem ad decorem emittuntur. Pari modo & desuper & alia tetravela alba holoserica rosata Paschalia, habentia tabulas & orbiculos de chrysoclavo & margaritis, cum periclysi de chrysoclavo. Item etiam alia vela modica quatuor ubi supra in singulis columnis ciborii fecit, habentia tygres de chrysoclavo, & in circuitu ornata de blatthi. Item & alia vela modica quatuor eandem habentia similitudinem, eorum, quæ in basilica Doctoris mundi Pauli Apostoli in columnis ciborii fecit.

S. Agapiti.

Idem Pontifex sarta tecta restauravit sancti Agapiti Martyris, quæ sita est in Prænestino: necnon tecta alterius basilicæ,

po-

Digitized by Google

posita juxta eamdem restauravit.

S. Stephani. *Pari modo sarta tecta basilica beati Stephani primi Martyris posita via Latina milliario tertio, quæ erat ruinæ proxima, reparavit.*

S. Basilidis. *Item basilicam B. Basilidis Martyris sitam in Merulana noviter restauravit.*

Basilica Lateran. *Item in basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quæ appellatur Constantiniana, de proprio argento ipsius basilicæ coronas cum delphinis quinque, canistra numero trigintaquinque, gabathas numero octo de argento purissimo pensantes simul libras ducentas septuagintasex.*

LXXXV. S. Mariæ ad Præsepe. *Fecit enim in basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ vocatur, Ad præsepe, cortinam de fundato, & in circuitu ornatam de blatthi, quæ pendet in pertica super sedem mirifice decoratam. Vela promiscua tam de fundato quam de stauraci & quadraplo, ornata in circuitu de blatthi numero quadraginta. Fecit vero ubi supra ante ingressum Præsepis pharum in modum retis ex argento purissimo cum canistris quinque de argento purissimo, pensans simul libras trigintaseptem & semis.*

Basilica S. Petri. *Idem vero sanctissimus Pontifex fecit rursus beato Petro Apostolo nutritori suo calicem aureum præcipuum tetragonum spanoclistum diversis ornatum pretiosis lapidibus, pensantem libras trigintaduas: nec non patenam auream spanoclistam miræ magnitudinis decoratam, pensantem libras vigintiquinque & uncias novem. Fecit & pharum in modum retis cum canistro & Cruce de argento purissimo, quæ pendent sub arcu principale: necnon & alium pharum majorem cum canistris pendentem sub trabe majore argentea, ad ornatum S. Dei Ecclesiæ pensantem libras mille centum quatuor, & uncias septem.*

LXXXVI. S. Mariæ ad Præsepe. *Idem fecit sanctissimus Pontifex in basilica sanctæ Dei Genitricis Mariæ Ad præsepe tetravela alba holoserica rosata, ornata in circuitu de chrysoclavo, & intra præsepe idem fecit vestes albas rosatas numero quatuor, ornatas in circuitu de Tyrio.*

S. Mariæ in Dominica. *In diaconia vero ejusdem Dei Genitricis, quæ appellatur Dominica, fecit vestem albam holosericam rosatam habentem in medio tabulas de Tyrio cum historia Crucifixi: necnon & rotam de chrysoclavo ornatam in circuitu de quadroplo. Fecit ubi supra cortinam fundatam ornatam in circuitu de blatthi.*

S. Mariæ in Cosmedin. *In diaconia ejusdem Dei Genitricis, quæ appellatur Cosmedin, fecit vestem albam holosericam cum tabula de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de Chrysoclavo.*

S. Mariæ ad Martyres. *Fecit ad S. Mariam Ad Martyres vestem albam holosericam rosatam cum tabula de Tyrio, habentem historiam Crucifixi, & rotam de chrysoclavo ornatam in circuitu de Tyrio.*

S. Mariæ foris Portam. *In diaconia antedicta Dei Genitricis, posita foris portam B. Petri, fecit vestem de Tyrio mirifice decoratam.*

LXXXVII. S. Petri. *Idem præclarus & venerabilis Pontifex fecit in basilica B. Petri Apostoli nutritoris sui canistra interrasilia ex argento purissimo, tam in quadriporticu, quam in gremio basilicæ numero vigintiduo, pensantia, simul libras centum vigintiquinque. Gabathas signatas signo Crucis, quæ pendent tam in grandi porticu, quam in pharo æreas in medio basilicæ numero quadraginta octo, pensantes libras centum unam & semis. Phara argentea tria, quæ stant super trabes argenteas pensantia libras nonagintatres. Arcus argenteos duos pensantes libras quadragintaunam, & uncias novem. Vela de blatthi majora, quæ pendent in trabibus argenteis dextra, lævaque presbyterii, necnon & in circuitu Sedis numero triginta, ornata de quadraplo. Vela modica de fundato quadragintaseptem ornata in circuitu de blatthi Byzanteo, & investivit de blatthi Neapolitano: necnon & in gremio Ecclesiæ fecit cortinam Alexandrinam in circuitu de Tyrio. Vela alba modica holoserica rosata numero vigintiquinque ornata in circuitu de blatthi, ex quibus unum ornatum de stauraci.*

S. Andreæ. *Super altare vero B. Andreæ fecit vestem albam holosericam rosatam cum tabula de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu ejus listam de chrysoclavo.*

S. Petronillæ. *In altare B. Petronillæ fecit vestem albam holosericam cum tabula de chrysoclavo, habentem pariter historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu ejus listam de chrysoclavo.*

LXXXVIII. S. Mariæ in Mediana. *In Oratorio S. Dei Genitricis in Mediana fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio Crucem de chrysoclavo, & in circuitu ornatam de Tyrio.*

S. Mariæ Pauli Papæ. *In Oratorio ipsius sanctæ Dei Genitricis, quæ dicitur Domini Pauli Papæ, fecit vestem albam holosericam in circuitu de * fustalo.*

Monasterium S. Martini. *In monasterio S. Martini fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio Crucem de chrysoclavo, cum periclysi de Tyrio.*

Basilica SS. Apostolorum. *Fecit in basilica Apostolorum in Via lata super altare majus vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam cum historia Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu vestem de chrysoclavo, necnon, & orbiculos de chrysoclavo cum periclysi de Tyrio, tetravela media in circuitu de fundato, ex quibus una cum chrysoclavo. Vela modica Alexandrina*

duc ornata in circuitu de stauraci, & in medio basilica fecit cortinam majorem de fundato miesfice decoratam, ornatam in circuitu de Tyrso, & in medio Cruces de Tyrio.

S. Sabinæ. Fecit in titulo S. Sabinæ Martyric super altare majus vestem albam holosericum rosatam habentem in medio tabulam de stauraci, & in medio historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo.

S. Susannæ. Pari modo in titulo S. Susannæ Martyris super altare majus vestem albam fecit de holoserico rosatam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo.

LXXXIX. S. Stephani in Cœlio Monte. Fecit in basilica S. Stephani primi Martyris in Cœlio monte vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de stauracè cum historia Dominicæ Resurrectionis, & Crucem de Chrysoclavo.

S. Georgii. In diaconia B. Georgii Martyris super altare majus fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de stauraci cum historia Crucifixi, ornatam de Tyrio, & rosas de chrysoclavo.

S. Mariæ ad Præsepe. Idem vero protectur a Deo venerabilis & præclarus Pontifex in basilica sanctæ Dei Genitricis, quæ appellatur Ad præsepe, ob nimium amorem ipsius Dominæ nostræ fecit pharum ex argento purissimo cum lucerna & corapto suo, pensante simul libras quadraginta & semis: & constituit ejus beatitudo, ut in Dominicis diebus, vel in sacris solemnitatibus juxta Lectorium consisteret, & ad legendum sacras lectiones luminis splendore fulgeret.

S. Petri basilica. In Ecclesia B. Petri pari modo fecit pharum ex argento purissimo cum lucerna & corapto suo, pensantem libras nonaginta & semis; & sub imagine Salvatoris Crucifixi in modum, fecit coronam ex argento purissimo pro luminarium splendore, pensantem libras....

XC. S. Apollinaris Raven. In basilica S. Apollinaris Martyris atque Pontificis, quæ fundata est juxta civitatem Ravennam, jam pro nimia vetustate ruinæ proximam restauravit, & in meliorem deduxit statum. Super altare vero ipsius sacræ basilicæ in honorem omnipotentis Dei & B. Petri Apostoli de ejus donis, ac datis fecit vestem sericam rosatam albam, habentem in medio Crucem de chrysoclavo cum orbiculis, & rosas sericas, habentes historias Annuntiationis & Natalis Domini, atque Passionem, & Resurrectionem; necnon in cœlos Ascensionem, & Pentecostem, ornatas in circuitu simili modo de chrysoclavo: sed & canistrum ex argento purissimo ibi fecit cum catenulis supra, pensans libras quindecim.

XCI. Albanensis Ecclesia exusta restaurata. Episcopium Albanense simul cum Ecclesia, quæ nomine B. Pancratii fundata est, per quamdam negligentiam vel injuriam, per immissionem diabolicam post matutinas laudes exustam a fundamentis usque ad tectum, clementissimus & solertissimus Pontifex, Deo inspirante, firmum jaciens fundamentum, mirum in modum noviter restauravit, & sarta tecta in meliorem statum deduxit, & fecit super altare majus vestes duas, e quibus unam cum rosis majoribus habentem gryphes, ornatam in circuitu de fundato, & aliam vestem de fundato, sed & tetravila serica alythina ornata de Tyrio optimo in circuitu ejusdem altaris fecit numero quatuor.

S. Petri Basilica. Verumetiam in Ecclesia B. Petri Apostoli fecit vestem rosatam habentem historiam Domini nostri Jesu Christi, quando extendit manus, & apprehendit Petrum Apostolum de fluctibus maris.

XCII. S. Cyriaci. Idem beatissimus & præclarus Pontifex fecit in basilica S. Cyriaci vestem albam holosericam, habentem in gyro periclysim de fundato, & in medio historiam Resurrectionis, & in circuitu altaris tetravila alba, habentia periclysin de Tyrio.

S. Vitalis. Fecit autem & in titulo sancti Vitalis vestem albam holosericam, habentem periclysin de fundato, & in medio historiam Resurrectionis.

S. Archangeli. Necnon & in diaconia sancti Archangeli posuit vestem albam holosericam, habentem periclysin de Tyrio, & in medio historiam Resurrectionis.

S. Abbachyri. Item super altare S. Abbachyri fecit vestem similem.

S. Agathæ. Porro in diaconia S. Agathæ Martyris fecit idem Pontifex vestem albam holosericam, habentem in gyro periclysin de Tyrio, & in medio historiam Resurrectionis.

S. Pammachii. Verum & in titulo S. Pammachii super altare SS. Joannis & Pauli fecit vestem albam holosericam, habentem in gyro periclysin de fundato, historiam Crucifixi, Ascensionis, & Pentecostes.

S. Clementis. Pariter in Ecclesia beati Clementis Martyris atque Pontificis fecit vestem albam cum Chrysoclavo, habentem historiam Resurrectionis, & Ascensionis & Pentecostes.

S. Cyriaci. In Ecclesia S. Cyriaci posita via Ostiensi fecit vela e quadraplo numero quinque, habentia historiam Salvatoris vocantis discipulos de nave, & super altare ipsius Martyris posuit vestem de fundato.

XCIII. S. Mariæ ad Præsepe. In basilica sanctæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ dominæ nostræ, quæ est Ad præsepe, fecit coronas argenteas cum delphinis duodecim, pensantes libras centum & duas, & uncias quatuor: & phara canthara argentea cum delphinis numero....... pensantia libras octoginta & semis.

Idem

Basilica S. Petri. *Idem beatissimus Pontifex fecit in basilica B. Petri Apostoli nutritoris sui ante presbyterium pharam volubilem ex argento purissimo cum coronis & Crucibus, pensantem libras centum trigintaquinque & uncias six. Verum & idem ipse & deorsum ubi sacratissimum corpus ipsius principis Apostolorum requiescit renovavit imaginem auream habentem vultum Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, ac sanctæ Dei Genitricis Dominæ nostræ & beatorum Apostolorum Petri & Pauli atque Andreæ, necnon & B. Petronillæ virginis, ubi & addidit auri obrizi libras viginti unam & uncias tres & semis.*

S. Martini. *Vestivit altare sancti Martini Confessoris Christi ex argento purissimo deaurato * in terra quondam Fridegisii Abbatis, pensante libras decem & septem & semis.*

SS. Martyrum Nerei & Achillei. *Idem præclarissimus Pontifex conspiciens Ecclesiam beatorum Martyrum Nerei & Achillei præ nimia jam vetustate deficere, atque aquarum inundatione repleri, juxta eamdem Ecclesiam noviter a fundamentis in loco superiore Ecclesiam construxit miræ magnitudinis, & pulchritudinis decoratam. In quo etiam loco hæc obtulit dona, ciborium ex argento purissimo pensans libras ducentas quindecim, canistra ex argento numero sex pensantia simul libras quindecim. Calicem & patenam ex argento purissimo deauratos pensantes libras duodecim & uncias decem. Regnum super altare, ex auro purissimo, pensans libras duas & uncias sex, vestes duas, ex quibus unam albam holosericam, habentem historias Dominicæ Nativitatis, Resurrectionis, Ascensionis, atque Pentecostes, ornatam in circuitu de chrysoclavo, & aliam de Tyrio.* In restauratione autem ejusdem Ecclesiæ recens factæ reperimus ejusdem instaurationis a Leone facta aliqua monumenta: Sixtus enim Papa quartus, qui restauravit, & ipse breviori ambitu ipsam contraxit, & obtexit, quod labefactatum vidit vetus pavimentum.

S. Mariæ ad Præsepe. *Item fecit in basilica beatæ Dei Genitricis Ad præsepe regnum ex auro purissimo spanoclisto, diversis in circuitu de chrysoclavo ornatum lapidibus pretiosis, pensans libras quatuor & uncias septem.*

Fecit vero communicales ex argento purissimo per singulos urbis regiones, qui præcederent stationes per manus acolytorum numero viginti quatuor, pensantes simul libras ......

XCV. Basilica S. Petri. *Pari modo in basilica B. Petri fautoris sui fecit regnum ex auro purissimo diversis pretiosis ornatum lapidibus, pensans libras septem.*

SS. Nerei & Achillei. *Fecit etiam in diaconia SS. Martyrum Nerei & Achillei vela promiscuo holoserica numero ......* Quæ autem hoc tempore diaconia erat, postea transiit in titulum.

S. Agapiti. *Itemque fecit sarta tecta B. Agapiti Martyris sita juxta Ecclesiam Beati Laurentii foris murum; & quæ præ nimia vetustate emarcuerant noviter restauravit.*

Immo & in titulo B. Pudentianæ fecit vestem albam holosericam ornatam in circuitu de Tyrio. Hactenus Anastasius de Ecclesiarum ornamentis. Sic igitur in chartis saltem fulgeant, quæ temporis injuria, ut de omnibus rebus mundi hujus accidit, sunt consumpta.

Ad postremum autem iste habet de ordinationibus ab eo habitis. *Fecit autem ordinationes tres per mensem Martii, in quibus creavit presbyteros triginta, diaconos undecim, Episcopos per diversa loca viginti sex. Sepultus autem est in basilica B. Petri Apostoli pridie Idus Junii, Indictione nona, & cessavit Episcopatus dies decem.* Ita Anastasius, licet alii habeant dies viginti Sedem vacasse, sed Anastasio magis creditur.

XCVI. Sic igitur vigesima secunda ejusdem mensis Junii creatus est in locum ipsius Ste-

PAGIUS VIII. *Stephanus IV. Papa in Franciam venit.* A num. XCVI. ad CI. Cum post mortem Leonis III. Sedes dies decem vacaverit, ut mox diximus ex Anastasio, *Stephanus* hujus nominis IV. die vicesima secunda mensis Junii, in quam Dominica cadebat, consecratus est, ut recte asserit Baronius, qui tamen eum Stephanum V. perperam appellat, ut ex iis, quæ anno DCCLII. num. XIII. diximus, certo constat. Theganus de Stephano IV. scribit: *Stephanus statim, postquam Pontificatum suscepit, jussit omnem populum Romanum fidelitatem cum juramento promittere Ludovico: & dirigens Legatos suos ad supradictum Principem, mandavit ei, ut libenter eum videre voluisset in loco ubicumque sibi placuisset.* Quam etiam in rem Eginhardus in Annal. ait: *Nondum duobus post consecrationem suam exactis mensibus, quam maximis poterat itineribus ad Imperatorem venire contendit: missis interim duobus Legatis, qui quasi pro sua consecratione Imperatori suggererent. Quod ubi Imperator audivit, Remis ei statuit occurrere. Missisque obviam his qui eum illo deducerent, adventum ejus præveniens, cum magno eum ibidem honore suscepit. Qui statim Imperatori adventus sui causam insinuans, celebratis ex more Missarum Solemniis cum diadematis impositione coronavit. Multis deinde inter eos muneribus & datis ac acceptis, conviviisque opipare celebratis, & amicitia vicissim firmissimo robore constituta, aliisque utilitatibus Sanctæ Dei Ecclesiæ pro temporis opportunitate dispositis, Pontifex Romam, Imperator Compendii Palatium petiit.* Theganus congressionem Pontificis & Imperatoris fuse describit, additque: *In proxima die Dominica in Ecclesia ante Missarum solemnia coram Clero & omni populo consecravit eum, &* un-

Stephan. Pap. quintus dictus quartus.

Stephanus Papa ejus nominis quintus, dictus quartus. Qui autem Sedem Leonis dies viginti vacasse ponunt, creationem Stephani ad quintum Nonas Julii collocant. De Stephano autem ista apud Anastasium: *Stephanus natione Romanus ex patre Marino a primæva ætate in Patriarchio Lateranensi sub sanctæ memoriæ domno Hadriano nutritus atque educatus, nobili prosapia atque præclarissimo genere ortus, adhuc in parva ætate ad discendam sacræ disciplinæ scientiam studiosus invigilabat. Defuncto vero sanctæ memoriæ præfato domno Hadriano Papa, qui in ejus locum successit domnus Leo Stephanum conspiciens bonæ conversationis & humilitatis, cum ad subdiaconatus ordinem promovit, & cum magis spiritualibus studiis vacare conspiceret, ad diaconatum ipsum provexit. Et spiritualibus pollens studiis, maxime vero Evangelica prædicatione, & in omnibus bonis operibus efficax probatus esset, factum est, ut cum migraret e vita præfatus domnus Papa Leo, illico ferventissimo affectu a Populo Romano deligeretur ipse præcipuus & sanctissimus vir Stephanus ad sacri Pontificatus culmen. Qui omnes uno affectu, parique amore eum ad Ecclesiam Petri Apostoli perducentes, Dei ordinante providentia Papa Urbis est consecratus.*

XCVII. Stephan. Papa proficiscitur in Gallias ad Ludov.

Hic sanctissimus vir in Pontificatu jam positus, pro confirmanda pace & unitate sanctæ Dei Ecclesiæ, Franciæ arripuit iter ad piissimum & serenissimum dominum Ludovicum Imperatorem. Qui cum in Franciam pervenisset, tanto honore atque exultatione a prædicto piissimo Principe atque Francorum populo susceptus est, quantam vix lingua narrare potest. Et tantam gratiam largitus est ei Dominus, ut omnia, quæ ab eo poposcisse dignoscitur, in omnibus impetrarit: in tantum ut idem serenissimus Princeps pro illius amore in finibus Franciæ super omnia dona, quæ ei largitus est, curtem de suo proprio Fisco beato Petro Apostolo perpetuali usu perceptionis paginam concessit. Idem vero sacer Antistes exemplum sumens Redemptoris nostri, qui pro nobis de cælis dignatus est descendere, & de captivitate diaboli nos eripere, omnes exules, qui illic captivitate tenebantur propter scelera,

PAGIUS

unxit ad Imperatorem, &c. Et Irmingardam Reginam appellavit Augustam.

IX. Honorifice recipitur.

Auctor Vitæ Ludovici Pii peculiariter scribit de Bernardo Italiæ Rege, qui Stephanum Papam comitatus est; de Hildebaldo Archiepiscopo Coloniensi, de Joanne Arelatensi Metropolita, & Theodulpho Aurelianensi Episcopo, quos Imperator obviam Papæ direxit: *Stephanus post sui consecrationem ad Dominum Imperatorem venire non distulit. Vix enim duobus exactis mensibus summa cum festinatione ei occurrere festinavit. Præmisit tamen Legationem, quæ super ordinatione ejus Imperatori satisfaceret. Imperator autem ejus adventu præcognito, Bernardo quidem nepoti eum comitari jussit. Sed & appropinquanti alios Missos, qui eum debito honore perducerent, direxit. Ipse autem adventum ejus Remis sustinere statuit. Cui etiam obviam Hildebaldum Archicapellanum sacri Palatii, Theodulfum Episcopum Aurelianensem, Joannem Arelatensem* (non vero Attrebatensem, ut habet Baronius num. XCVIII. errore vel Librarii vel exemplaris corrupti) *aliorumque ministrorum Ecclesiæ copiam procedere jussit*, & cætera a Baronio ibidem recitata. Tunc Archiepiscopus Remensis erat Ebo, de quo Flodoardus lib.2. cap.19. *Hic Ebo Præsul supra memoratum Papam Stephanum cum Ludovico Rege Remis suscepit, postquam Rex idem Sclavos in Oriente positos directo devicit, & oppressit exercitu.*

X. Pallium dat Theodulpho Episc. Aurelian.

Stephanus Papa priusquam Remis digrederetur, Pallium *Theodulpho* Aurelianensi Episcopo tribuit, unde illud distichon ejusdem Theodolphi in Carmine ad Modoinum Episcopum Augustodunensem, quod quintum est lib.4.

Solius illud opus Romani Præsulis extat,
Cujus ego accepi Pallia sancta manu.

Pallium Archiepiscopis tribui proprie solet, non desunt tamen exempla, quæ ostendunt; illud ante & post *Theodulphi* tempora Episcopi concessum esse, qui non erant Metropolitani. Accepto Pallio deinceps *Theodulphus* Archiepiscopus Aurelianensis dictus est, ut patet ex Diplomatis Ludovici Pii, hoc anno num. XX. a Cointio recitatis.

XI. Conventus Aquisgranensis.

Annalista Cæsareus a Lambecio editus hoc anno habet: *Anno III. Hludovvichi factum est Concilium Magnum in Aquasgrani in mense Augusto, & præceptum est, ut Monachi omnes cursum Sancti Benedicti cantarent ordine regulari, & duo Codices scripti sunt, unus de Vita Clericorum, & alter de Vita Nonnarum* (idest Sanctimonialium). *Eo anno Leo Papa obiit, & ordinatus est Stephanus pro eo in Episcopatum Romanæ Ecclesiæ; qui in mense Octobre venit ad Hludovvichum Imperatorem Civitatem Remis, & reversus est in pace. Piccopinus de amicis Regis, qui & filiam Imperatoris duxit uxorem, defunctus est.* Transcripsit hæc verba Annalista Hildenshelmensis, ut in more positum habet, nisi quod loco, *Piccopinus*, in eo legitur *Bego*, & loco, *filiam Imperatoris duxit uxorem*, habetur, *filiam Imperatoris nomine Elpheid duxerat uxorem*. Verum quisquis Annalium illorum primarius Auctor fuerit, mensem Augustum cum Conventu Aquisgranensi & mensem Octobrem cum Stephani Papæ adventu per errorem copulavit; cum mensem Augustum ad Pontificis adventum, Octobrem vero ad Conventum Aquisgranensem referre debuisset. Certe in Necrologio Remensis Ecclesiæ de Vulfario Archiepiscopo Remensi legitur: *Animam Deo virtutibus plenam reddidit XV. Kalend. Septemb.* ut videre est apud Marlotum lib.3. cap.18. & Carolus Calvus in sula ad Nicolaum Papam literis Tom.III. Concil Gall. memorans adventum Stephani Papæ ad Urbem Remensem ait: *Eo tempore Vulfarius præfatæ Urbis Venerabilis Archiepiscopus valida vexabatur infirmitate, qua & mortuus est.*

Ste-

ra, & propter iniquitates suas, quas in sanctam Romanam Ecclesiam, & in dominum Leonem Papam gessere, pro pietate Romam redoxit. Hæc de eo apud Anastasium. Sed quæ ab eodem sunt prætermissa, quæ habent ejusdem temporis scriptores hic reddamus.

XCVIII. Auctor incertus, sed qui sui temporis res gestas conscripsisse cognoscitur domesticus Ludovici, per annos singulos vitam ipsius Ludovici Imperatoris conscribens hæc de his habet (*a*): *Imperator Stephani Papæ adventu præcognito, Bernhardum quidem nepotem, Regem Italiæ, Pipini filium eum comitari jussit. Sed eo appropinquante, alios Missos, qui eum cum debito honore perducerent, direxit: ipse autem adventum ejus Rhemis sustinere statuit. Cui etiam obviam Hildebaldum, Archicapellanum sacri Palatii, Theodulphum Episcopum Aurelianensem, Joannem Arelatensem, aliorumque ministrorum Ecclesiæ copiam procedere jussit, infulis indutos sacerdotalibus. Ad ultimum Imperator milliarium, equo excepit, & Ecclesiam intrantem manu propria sustentavit, præcinentibus pro tanta exultatione variis Ecclesiæ ordinibus: Te Deum laudamus & reliqua. Quo hymno finito, laudes Imperatoris debitas clerus Romanus acclamavit, quarum finem dominus Apostolicus oratione complevit. His expletis intra do-*

(*a*) *Vita Lud. c.* 38. 39.

Quomodo exceptus Stephanus Papa a Ludovico.

mus penetralia concessum est, expositisque causis sui adventus, & benedictione panis & vini simul participata, Imperator ad civitatem redit, dominus Apostolicus ibidem remansit. Hæc ille de prima die. Habet de his plura alia ejusdem temporis, rerumque a Ludovico gestarum scriptor certus auctor Theganus Trevirensis Chorepiscopus, de cujus fide ne quid dubites, habes Walfridi Strabonis qui eidem operi præfationem præposuit testimonium, cum hæc ait: *Hoc opusculum in morem Annalium Thegan natione Francus, qui eidem operi præfationem Ecclesiæ Chorepiscopus quidem & breviter potens, quam lepide composuit, &c.* Idem igitur auctor Theganus rem gestam sic aggreditur (*b*).

(*b*) *Theg. de gestis Lud. c.* 16. 17. 18.

XCIX. *Stephanus statim postquam Pontificatum suscepit, jussit omnem populum Romanum fidelitatem cum juramento promittere Ludovico.* Id ea de causa, ut tumultuari soliti Romani in Romanum Pontificem (ut vidimus in Leone) eo saltem modo coerceri possent. Sed pergit auctor: *Et dirigens Legatos suos ad supradictum Principem, nuntiavit ei, ut libenter eum videre voluisset in loco ubicumque sibi placuisset. Quod audiens, magno tripudio repletus cœpit gaudere. Et confestim jussit Missos suos obviam ire sancto Pontifici cum salutationibus maximis & servitiis*

præ-

PAGIUS XII. *Diversus ab eo qui anno sequenti celebratus est.*

Stephanus Romam, Imperator Compendium profectus est, ut supra diximus, completisque ibi XX. vel eo amplius diebus *Aquisgrani* ad hyemandum profectus est, ut totidem verbis Annalista Bertinianus & Eginhardus in Annal. efferunt. Quare Conventus Aquisgranensis, de quo loquitur Annalista Cæsareus citatus, ultimis hujus anni mensibus congregatus. Referuntur Tom. VII. Conciliorum pag. 1307. & seqq. duo libri Conventus Aquisgranensis, quorum alter *de Institutione Canonicorum*, alter *de Institutione Sanctimonialium* inscribitur, & prioris Præfatio his verbis inchoatur: *Cum in nomine Sancto & Individuæ Trinitatis, Christianissimus ac Gloriosissimus Hludowicus superno munere Victor Augustus, anno Incarnationis D. N. J. C. DCCCXVI. Indictione X. anno siquidem Imperii sui tertio, Aquisgrani Palatio generalem sanctumque convenisset Conventum*, &c. Dicitur postea in eadem Præfatione, Imperatorem jussisse aliquam ex Sacris Canonibus & Sanctorum Patrum Dictis *Institutionis* formam excerpi, tam pro Canonicis, quam pro Sanctimonialibus. Libellus pro Canonicis compositus constat capitibus CXLV. Libellus vero pro Sanctimonialibus capitulis XXVIII. & in Præfatione huic secundo Libello præfixa iidem temporum characteres, ac in Præfatione ad primum exprimuntur. Falsus est itaque Cointius, qui hunc Conventum Aquisgranensem, cum altero, anno sequenti in eadem Urbe habito, confundit, eosdemque libellos in eo editos arbitratur, eo innixus fundamento, quod apud utrosque Auctores ad annum DCCCXVI. nulla fit mentio Conventus Aquisgranensis, fit autem ad annum DCCCXVII. Nam licet Annalistam Cæsareum non legerit, nec Tomum secundum Biblioth. Cæsareæ a Lambecio editum, id tamen videre potuit in Annalista Hildesheimensi Tom. III. Duchesnii recitato, qui de verbo ad verbum exscripsit quidquid fere in Annalista Cæsareo continetur. Præterea deceptus est Cointius ab Auctore Vitæ Ludovici Pii, qui non solum Conventus Aquisgranensis hoc anno indicti nullam mentionem facit, sed etiam duos præfatos Libellos editos tradit in eo Conventu Aquisgranensi, in quo uniformis vivendi norma statuta est pro cunctis Monasteriis Ordinis Sancti Benedicti. Qua tamen in re Auctor Vitæ Ludovici Pii valde hallucinatus est, ut ex dicendis liquebit; jamque observavimus, eum in ratione temporum sæpe parum accuratum esse. Hujus etiam Conventus Aquisgranensis non meminit Baronius, ab eodem Auctore Vitæ Ludovici Pii in errorem inductus, ut anno sequenti videbimus. Horum igitur Libellorum Epocha certa & indubitata.

XIII. *Regula in eo pro Canonicis & pro Monialibus condita.*

Ademarus in suo Chronico ad currentem annum de Ludovico Augusto scribit: *Jussit fieri Regulam Canonicis, excerptam de diversis Patrum Scripturis, decrevitque eam observandam a Canonicis, ut sicut Monachi respiciunt ad librum Regulæ Sancti Benedicti; sic perlegant Canonici inter se librum Vitæ Clericorum; quem librum Amalarius Diaconus ab Imperatore jussus collegit ex diversis Doctorum sententiis. Dedit ei Imperator copiam librorum de Palatio suo, ut ex ipsis ea quæ viderentur congrua excerperet, & ita eum decretis Episcoporum, qui ibi fuerunt, Vita Clericorum roborata est.* Hic textus, ut recte observat Cointius anno DCCCXVII. num. LXXXVII. & seqq. ubi utramque Regulam fe-

Ia-

Quomodo Ludovic. Imp. proftravit fe coram Pontifice.

præparare. Perrexit poft Miffam dominus Ludovicus obviam fupradicto Pontifici, obvians ei in campo magno Rhemenfium. Defcendit uterque de equo fuo. Et princeps fe profternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus falutavit Pontificem iftis verbis dicens: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus & illuxit nobis. Et refpondit Pontifex: Benedictus fit Dominus Deus nofter: qui tribuit oculis noftris fecundum David Regum videre. Amplexantes enim fe & ofculantes pacifice perrexerunt ad Ecclefiam, qui cum diu oraverant, erexit fe Pontifex, & excelfa voce cum clero fuo fecit ei laudes regales.

C.

Poftea Pontifex honoravit eum magnis honeribus & multis & Reginam Irmingardam, & omnes Optimates & miniftros ejus. Et in proxima die Dominica in Ecclefia ante Miffarum folemnia coram clero & omni populo confecravit eum, & unxit ad Imperatorem, & coronam auream miræ pulchritudinis & pretiofiffimis gemmis ornatam, quam fecum apportaverat, pofuit fupra caput ejus: & Irmingardam Reginam appellavit Auguftam, & pofuit coronam auream fuper caput ejus. Quamdiu ibi erat beatiffimus Papa, quotidie colloquium habebat de utilitate fancta Dei Ecclefia. Poft quod dominus Imperator eum honoravit magnis & innumeris donis tripliciter & amplius quam fufcepiffet ab eo, ficut femper folebat agere, magis dare, quam accipere. Dimifit eum ire Romam cum Legatis fuis, quibus præcepit ubique in itinere fuo honeftum exhibere fervitium. Poftquam Romam venit non poft multos dies claruit Dei manifeftatione in nonnullis miraculis, quod ipfe verus erat vivens Dei cultor. Hæc ipfe,

Stephan. Papa coronat Ludovicum & Irmingardam.

PAGIUS Inftitutionem explicat, Inftitutionem feu Regulam Canonicorum duas in partes diftinguit, unam ex Scriptis Patrum collegit *Amalerius* Diaconus, alteram Epifcopi confiderunt, adjectis aliis decretis. Quia ille Diaconus fuerit, proximo periodo fic idem Ademarus docet: *Scripfit eidem Imperatori fupradictus Amalerius librum de Officiis Divinis, & de Varietatibus eorum, & de Ordine Pfalmorum juxta Clericorum ufum antiquum.* Ademarus per librum *de Divinis Officiis* intelligit libros quatuor, qui *de Ecclefiaftico Officio* infcribi folent, & per librum *de Ordine Pfalmorum* defignat librum *de Ordine Antiphonarii*; quod utrumque Opus Amalario Archiepifcopo Trevirenfi perperam adfcribitur, ut annis DCCCXXX. & DCCCXXXI. oftendemus.

XIV. *Regula Canonicorum partim ab Amalario partim a Synodo compofita.*

Hic tantum obfervandum, quomodo duæ diftinguantur partes, in quas Regula Canonicorum diftribuitur. Prima capitibus conftat CXIII. altera XXXII. Prior eft *Amalerii* feu *Amalarii* Diaconi, qui capita CXIII. ad vitam moresque Clericorum fpectantia partim ex Scriptis Patrum, partim ex Codice Canonum ad ufum Ecclefiarum Occidentalium tunc recepto; ideft, ex Sancti Hieronymi Commentariis in Epiftolam ad Titum, & ex Epiftolis ad Oceanum, ad Nepotianum, ad Heliodorum, & ad Paulinum Presbyterum, ex duobus Sancti Auguftini fermonibus XLIX. & L. de diverfis, ex Sancti Gregorii Libro de Cura Paftorali, ex libris V. & XIX. Moralium, ex Homiliis in Evangelia, & ex Homilia XII. libri primi fuper Ezechielem; ex variis Sancti Ifidori libris, ex fecundo Officiorum Ecclefiafticorum, ex tertio Sententiarum, & ex feptimo Ethymologiarum, ex libris primo & fecundo Juliani Pomerii de Vita Contemplativa; ex Conciliis Niceno, Ancyrano, Neocæfarienfi, Gangrenfi, Antiocheno, Laodicenfi, Chalcedonenfi, Sardicenfi, Carthaginienfi & Africano; ex Decretis Leonis Magni & Gelafii Romanorum Pontificum diligenter collegit. Pofterior pars Opus eft Patrum Aquifgranenfium, qui priorem partem feu collectionem *Amalarii* Diaconi lectam Synodaliter approbarunt, auxeruntque capitibus duobus ac triginta.

XV. Inftitutio feu Regula Sanctimonialium canonice viventium, quam primus Sirmondus publicavit, conftat articulis XXVIII. duafque in partes dividi poteft, quarum prior ex Scriptis Patrum, Pofterior ex Decretis Conventus Aquifgranenfis fumitur. Sex prima capita primam Inftitutionis partem conficiunt, tranfcriptaque funt ex Epiftolis Sancti Hieronymi ad Euftochium, ad Demetriadem, ad Furiam; ex Epiftola Sancti Cypriani de Habitu Virginum; ex Sermone Sancti Cæfarii Sanctimonialibus directo: & ex Sermone Sancti Athanafii ad Sponfas Chrifti. Poft fex illos articulos fit tranfitus ad Aquifgranenfes his verbis: *diligenter itaque eorumdem Sanctorum Patrum fententiis prælibatis, dignum & neceffarium judicavimus per fingula capita diftinguere, quid Prælatis, quidve fubditis obfervandum fit. Et quoniam fubditarum vita Prælatarum eft exemplis informanda, primum quales debeant Abbatiffæ conftitui, qualiter eis vivendum, qualiter fubditas gubernandum, qualiterve in Monafteriis refidendum, & inftanter Domino tota mente & corporis devotione ferviendum, dein quid fubjectis fpecialiter obfervandum fit, ponendum cenfuimus.* Et poftea fequuntur capita VII. VIII. & reliqua. *Canonicas* illas voto paupertatis adftrictas non fuiffe, docet cap. IX. & caput XXI. eas ancillas habuiffe.

Regula Canonicarum ex Partibus & Decretis Synodi conflata.

Ludovicus Imperator utramque Regulam in fingulas Provincias ad Metropolitas, feu Concilio interfuiffent, feu non adfuiffent, perferri juffit. Earum Epiftolarum tria fuperfunt exemplaria. Primum infcribitur *Sicbario Archiepifcopo*, nempe Burdigalenfi; fecundum *Magno Senonicæ Urbis Archiepifcopo*; tertium *Arnoni Salzburgenfi Archiepifcopo*. Tam laudabile Ludovici Pii confilium, quod Auctores illorum temporum fummopere celebrarunt, alii re minus confiderata reprobarunt pofterioribus fæculis, &, ut opinioni fuæ potiorem fidem conciliarent, quidam finxerunt vocem infigni prodigio cœlitus eidem exprobraffe *Ludovico*, quod Ecclefiæ venenum addidiffet; quapropter Cointius citatus num. CXL. & feqq. examinat, quid *Petrus Damiani*, (qui fcripfit Opufculum XXIV. contra Canonicos, qui licet in commune ftudiis Ecclefiarum alerentur, pecuniam, aliaque bona feorfum poffidebant), quid *Joannes Mauburnus*, (qui Liuriacenfi Monafterio Diœcefis Parifienfis præerat anno MD.) in Regulam

XVI. *Regula Canonicorum immerito a quibufdam reprobata.*

ipse, agens de ejus obitu post reditum ad Urbem, nos vero dicemus de eo suo loco, sequenti anno.

Hoc anno tertio Ludovici, ab eo celebratum constat conventum provincialem Aquisgrani, in eoque sanctum Meinulphum accepisse licentiam ædificandi monasterium virginibus canonicis regularibus, habent vitæ ejus Acta u Gob-li-no conscripta. Fuit hic diaconu .cie-siæ Paderbonensis, qui egregi .aruit sanctitate, ut ejus vitæ Acta fi .icant.

CI. De tempore reditus Stephani Pap. in Urbem. Quod vero ad rerum gestar .empua spectat hic dicemus, quæ desi .antur in aliis, atque ex auctore sui temporis res scribente: nam ita apud Aimoinum ista narrantur: *Stephanus non duobus post consecrationem suam exactis mensibus, quam maximis itineribus ad Imperatorem venire contendit.* Et inferius de reditus tempore: *Tertio, postquam Romam venerat, mense nondum exacto circiter octavum Kalendas Februarii diem obiit.* Ex quibus patet ipsum hoc anno ex Galliis Romam rediisse, mense Octobris.

Stephani autem ipsius Papæ apud(a) Gratianum de Romani Pontificia electione in hæc verba decretum extat: (a) Dist. 63. c. 28. Quia sancta.

Decretum Stephani Papæ de electione Rom. Pont. *Quia sancta Romana Ecclesia, cui auctore Deo præsidemus a pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte: quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali notitia Pontificis fit consecratio: nec canonico ritu, & consuetudine, ab Imperatore directi intersunt nuntii, qui scandala fieri vetent: volumus, ut cum instituendus est Pontifex, convenientibus Episcopis, & universo clero, eligatur præsente Senatu & populo qui ordinandus est. Et sic ab omnibus electus, præsentibus Legatis Imperialibus consecretur. Nullusque sine periculo sui juramenta, vel promissiones aliquas nova adinventione, audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne Ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.* Hactenus Stephani Papæ decretum assertum. An enim revera ejusdem Stephani sit, aliæ plures recitatæ & confutatæ superius schismaticorum imposturæ, ut de

PAGIUS

lam Aquisgranensem, & in ipsum Ludovicum scripsit, eosque hac in re deceptos esse ostendit, ut ibidem legere est.

XVII. *Vindicatur a calumniis.* Ignoravit Petrus Damiani, inquit Nicolaus Desnosius in lib. 2. de *Canonicis Secularibus* cap. 15. Regulam, qua se Canonici tuebantur, ipsummet Aquisgranensis Concilii textum esse, atque ex eodem Concilio de verbo ad verbum deceptas fuisse Periochas, quæ Canonicis proprietatem permittunt, ut ex capite CXX. liquet. Illud certe si novisset, Canonicos, quibus tot Patres indulgentiam proprietatis concesserant, haud adeo severe carpisset, abstinuissetque a conviciis in ipsam Regulam, ratus in ea nec *absurdum* quidquam, aut *ineptum* ac *frivolum* inveniri, nec esse *repentinum portenta verborum*, & *ignominiosa atque confusa locutionis opprobrium*; ipsas quoque sententias, quæ passim in prædicto sparsæ Concilio reperiuntur, *ineptias* nusquam appellasset. Interpolatam putavit illam Regulam, quæ Canonicis plus indulgebat, quam textus Prosperi seu Juliani Pomerii ferret. At hæc indulgentia prius concessa legitur in Regula Canonicis Metensibus a *Sancto Chrodegango* præscripta, imo in Regula Romana quam idem Sanctus Romæ consoluit, ut probat Cointius anno DCCLVII. num. XV. & seqq. & anno DCCCXVII. num. CXLVI. Liber Mauburni, qui *Venatorium Canonicorum* inscribitur, extat Parisiis MS. in Bibliotheca Victorina.

XVIII. *S. Meinulphus Monasterium Budica construit.* Baronius num. C. per quam breviter Conventum Aquisgranensem attingit, aitque, in eo S. *Meinulphum* accepisse licentiam ædificandi Monasterium Virginibus Canonicis Regularibus. Verum Gobelinus Persona in Vita hujus Sancti, quæ extat apud Surium ad diem V. mensis Octob. asserit quidem anno III. Ludovici Imp. Conventum illum habitum, sed non dicit, Monasterium *Budica* eo anno conditum fuisse. Hæc Gobelini verba: *Ea tempestate Ludovicus filius Caroli M. Imperii habenas moderabatur, & in Concilio Provinciali apud Aquisgranum anno tertio Imperii ejus habito, Ordo Canonicarum, quas Seculares vocant, tum recens constitutus erat.* Canonicæ itaque illæ tunc Seculares erant, non vero Regulares, licet Krantius recte observet, collapsa Virginum disciplina, avorum suorum memoria Pontificis Maximi auctoritate Monasterium illud, quod *Meinulphus* ex propriis bonis condiderat, traditum fuisse Canonicis Regularibus, qui & hodie locum incolunt. Præterea illud adverbium *recens* magnam habet latitudinem, & ad plures annos extendi potest, nec aliud annuit Gobelinus, quam *Meinulphum* anno quo ille Conventus congregatus, vel potius quo Ludovicus Caroli M. filius imperabat, & Ordo Canonicarum in eo Conventu institutus jam florere cœperat, consilium cepisse de Monasterio in Episcopatu Paderbornensi, quod nomen traxit a villa propinqua, ædificando. Quare ejus conditum recte Cointius revocat ad annum DCCCXXII. quo ideo de illo agemus.

XIX. *Stephanus VI. statuit ut Pontifex electus coram Legatis Cæsareis consecretur.* Ad num. CI. Decretum Stephani Papæ, quo statuitur, ut Romani Pontificis ordinatio nonnisi coram Legatis Imperialibus fiat, tam a Catholicis quam a Protestantibus Stephano IV. vulgo V. hactenus attributum fuit; immo Baronius, Papebrocius in Conatu Chronico-Historico, Natalis Alexander Sæc. IX. & X. part. I. aliique plures illud figmentum esse Schismaticorum arbitrati sunt. Verum Stephanum Papam hujus nominis Sextum, vulgo Septimum illud condidisse, & paulo post Concilium Romanum a Joanne IX. indictum illud totidem verbis confirmasse, anno DCCCXVI. demonstrabo, & errorem, qui tot aliorum causa fuit, eliminare conabor. Videantur itaque ea, quæ eo anno de eo Decreto dixi, & quæ anno DCCCXXV. de primo hujus consuetudinis Auctore in medium protuli.

XX. Hoc anno domestici tumultus in disjunctissimis Franciæ locis mira celeritate compressi sunt. Rem narrat Auctor Vitæ Ludovici Pii his verbis: *Postquam Imperator hyemis inclementiam serena valetudine, & tranquillo successu transegit, succedente æstivo temporis gratissima blanditie, mis-*

hoc etiam dubitari possit, efficiunt. Cum præsertim Ludovicus Imperator anno sequenti, ut suo loco apparebit, in Constitutione a se edita de donatione facta Romanæ Ecclesiæ, liberam esse velle declarat electionem & coronationem Romani Pontificis; nec ad aliud teneri, qui creatus est Pontifex, nisi ubi est consecratus, legationem mittere ad ipsum Imperatorem, qua eum de sua promotione faciat certiorem prout, & successor Stephani hujus Paschalis Papa fecisse conspicitur. Adeo ut non sancitum ejusmodi decretum, vel ab ipso Ludovico non acceptatum opus sit affirmare, cum (ut dictum est) anno sequenti his contraria ab eo constituta noscantur. Recitat illam ipsam Ludovici Constitutionem etiam (a) Gratianus, simulque ea, (b) quæ contigerant in electione Hadriani Papæ secundi, cum nec qui aderant tunc Romæ Legati ejusdem Imperatoris vocati sunt.

(a) *Dist. 63. c. 30. Ego Lud.*
(b) *Dist. 63. c. 29. Cum Hadrianus.*

Sequi-

PAGIUS *Tumultus Soraborum & Vasconum.* *Ii sunt ab eo, qui dicuntur Orientales Franci, sed & Saxonici generis Comites, contra Sorabos Sclavos, qui ab ejus Imperio dicebantur defecisse. Quorum conatus quam brevissime ac facillime, Christo donante, compressus est. Sed & Vasconum citimi, qui Pyrenæi jugi propinqua loca incolunt, eodem tempore juxta genuinam consuetudinem levitatis, a nobis omnino defecerunt. Causa autem rebellionis fuit, eo quod Sigwinum eorum Comitem propter morum pravorum castigationem, quibus pene erat importabilis, ab eorum removit Prælatione Imperator. Qui tamen adeo sunt duabus expeditionibus edomiti, ut sero pœnituerit eos incepti sui, deditionemque magno expeterent voto.* Quæ hoc anno contigisse testantur Annalista Bertinianus & Eginhardus in Annal.

XXI. *Vulfredus* Dorovernensis Archiepiscopus Ethelhardi Successor, Anglo-Saxonum Ecclesias componere, & Monasteriorum quieti, commodisque prospicere studens, Synodum in Merciorum Provincia, hoc est, ipsius Diœceseos meditullio, in loco quem *Celchyth* vocant, congregavit, quo *Kenulphus* Merciorum Rex & Proceres plurimi cum Episcopis, Abbatibus, & Monasteriorum Præfectis convenere; fidem Orthodoxam retinuere, ac Præcepta Canonica; & novos aliquot Canones edidere, ad res & mores Ecclesiasticorum spectantes, ut videre est apud Spelmannum pag. 317. & apud Alfordum in Annal. Ecclesiæ Anglicanæ hoc anno. Synodus dicitur in Actis habita *anno Dominicæ Incarnationis octingentesimo decimo sexto, Indictione nona, die sexto Kal. Augusti Kenulfi Regis Merciorum, anno vigesimo.* Decreta in ea statuta fuse ab Alfordo exponuntur. *Synodus Anglicana.*

I. De obitu Stephani Papæ & tempore Sedis ejus.

SEquitur annus Redemptoris octingentesimus decimus septimus, Indictione decima, *quo Stephanus Papa cum sedisset menses septem & dies tres, octavo Kal. Februarii (sive uno, ut habent alii) ex hac vita solvitur, sepeliturque in basilica S. Petri, cum mense Decembri ordinationem habuisset, in qua creavit presbyteros octo & diaconos quatuor; Episcopos vero per diversa loca quinque.* Hæc Anastasius, apud quem error irrepsit: nam cum septem menses ipse sedisse dicatur errore librarii factum, ut suo loco septem mensium, septem positi habeantur anni: sed & irrepsit error pejor priore, dum apud eumdem aliquis, qui postea exscripsit, utrumque reddidit numerum, nempe septem annos & septem menses; sed redarguitur quam apertissime error ex hujus temporis rerum Francorum scriptoribus, cum omnes æque testentur post reditum ex Galliis Stephanum tribus mensibus tantum fuisse superstitem. Ipsum insuper Stephanum fuisse illustratum miraculis, ex Thegano hujus temporis fidelissimo scriptore dictum est anno superiori. Sunt multa in Anastasii codice, quo utimur, de ornamentis a Stephano Papa in diversas Ecclesias collatis, & restauratione earum & ædificiorum structuris, sed ad Leonem esse referenda, paginæ ipsæ transpositæ docent; cum alioqui nec temporis angustiæ talia tantaque adscribi Stephano patiantur, cum plurium annorum ad ea consummanda oportuisset spatia intercessisse. His igitur prætermissis, ad successorem Stephani convertamus orationem.

Cum vix biduo (ut habet Anastasius) Sedes vacasset, Paschalis miro totius populi & cleri consensu Papa creatur, quinto Kal. Februarii. De cujus natalibus & vita bene a puerita instituta ista apud eumdem Anastasium leguntur: II. Paschalis Papa creatur.

Paschalis natione Romanus ex patre Bonoso a primævo ætatis suæ divino cultui mancipatus atque sacrosanctæ Ecclesiæ Patriarchio studiis divinæ salutiferæque scripturæ imbutus, tam in psalterio, quam in sacris paginis novi & veteris Testamenti spiritualiter eruditus, elegans & in omni bonitate perfectus, subdiaconus quidem factus, & postmodum diaconus, atque presbyter consecratus est.

Erat autem vir sanctus, castus, pius & innocens, magnanimus, loquela devotus, pudicitia plenus. Sed & nimis hilariter, jucundeque in eleemosynis pauperum cuncta, quæ habebat, opportune distribuens. In colloquiis divinis frequentius cum religiosis ac sanctis monachis sedula observatione, diu noctuque insistebat in orationibus ac vigiliis, quotidianisque jejuniis humiliter & honeste vigebat. Quem dum prædecessor ejus domnus Leo ter beatissimus Papa tantis studiis pervigilem, & religionis devotum conspexisset: tunc ei monasterium B. Stephani primi Martyris juxta Ecclesiam B. Petri Principis Apostolorum ad regendum Virtutes Paschalis.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hispan. DCCCLV. Anno Hegiræ CCII. inchoato die 20. Julii fer. 2. A. C. 817.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6310.

☉ 14. D. ☽ 5. P. 22. April. Indict. 10.

JESU CHRISTI 817.

PASCHALIS PAPÆ 1.

LUDOVICI IMP. 4.

LEONIS ARMENI IMP. 5.

I. *Moritur Stephanus IV. PP.*

ANNum I. ad V. *Stephanus Papa, tertio postquam Romam venerat mense, sed nondum exacto circiter VIII. Kalend. Februarii diem obiit, cui Paschalis Successor electus, post completam solemniter ordinationem suam, & munera & excusatoriam Imperatori misit Epistolam; in qua sibi non solum nolenti, sed etiam plurimum renitenti Pontificatus honorem velut impactum asseverat. Missa tamen alia Legatione, pactum quod cum Prædecessoribus suis factum fuerat, & secum fieri & firmari rogavit. Hanc Legationem Theodorus Nomenclator & detulit, & ea quæ petierat, impetravit,* inquit Eginhardus in Annal. & iisdem verbis Annalista Bertinianus. Auctor Vitæ Ludovici Pii tradit etiam Stephanum *tertio mense, postquam e Francia Romam rediit*, ultimam diem clausisse. Quare cum Stephanus IV. die XXI. mensis Januarii supremum diem obierit, circa initium mensis Octobris anni elapsi e Francia digressus est, & circa initium mensis Novembris ejusdem anni Romam pervenit.

In Anastasio editionis Parisiensis dies emortualis Stephani non memoratur. Eginhardus in Annal. & Annalista Bertinianus tradunt eum obiisse *circa VIII. Kalend. Februarii*, Auctor Chronici Fontanellensis cap. 56. ait eum decessisse *VIII. Kalend. Febr.* Verum cum Anastasius dicat: *cessavit Episcopatus dies duos*, asseratque eum sedisse *annos septem, menses septem*, manifestum est, Librarium annos illos septem magno errore Stephano IV. attribuisse, cum ex eodem constet eum die XXII. mensis Junii anni elapsi ordinatum esse, & ex antiquis Francorum Annalistis, illum hoc anno vivere desiisse. Quare cum menses septem sederit, ut habent Codex MS. Colbertinus num. 417. Ordericus lib. 2. Hermannus Contractus, Martinus Polonus, Luitprandus & Catalogi Colbertini II. & VI. & tam Annalista Fuldensis, quam Hermannus Contractus juxta editionem Canisianam, diserte affirment, eum IX. *Kalendas Februarii,* II. *Succedit ei Paschalis.*

(a) Matt. 5. *commisit, quia scriptum est (a): Nemo Lucernam accendit & ponit in abscondito neque sub medio, sed super candelabrum, ut qui ingrediuntur lumen videant. Unde qui fuimet vitæ hujus temporalis lucra pro æterna sobrie atque utiliter moderando correxit, ad exemplum bene vivendi subditis & . . . ctione pietatis religiosius exornavit.*

III. Paschalis qualis electio. *Qui etiam gratiam hospitalitatis peregrinis, qui ob amorem beati Petri Apostoli de longinquis regionibus ad ejus Limina accurrebant, utiliter præparans necessaria, ministrabat, & occulte quibus egebant hilariter erogabat. Et semper quotidie in Dei operatione crescebat, usquequo prædecessor ejus domnus Stephanus Papa de hac luce ad æternam beatitudinem migrasset. Dum ergo per tanta bonæ operationis exempla præcipua longe lateque fama discurreret: & omnipotens Deus in regimen Ecclesiæ suæ sub piæ gubernationis cura annueret apte, moderatique disponere; una concordia, eademque voluntate, divino interveniente consultu, a cunctis sacerdotibus & proceribus, atque omni clero, necnon & Optimatibus atque cuncto Populo Romano consentientibus, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei in Sedem Apostolicam Pontifex elevatus est. Erat enim Patrum præceptorum, & Pontificum institutorum atque canonum, legum & sanctionum diligentissimus observator. Et cuique justitiæ norma a tempore ordinationis suæ nobilissimus promulgator, tardus ad irascendum, velox ad miserandum, nulli malum pro malo reddens, sed semper misericors omnibus civibus, & a Deo sibi commissi Populi Romani amator & gubernator existebat.* Hæc apud Anastasium, & alia, quæ opportunius suo loco dicentur inferius.

IV. Legatio Paschalis Papæ ad Ludovicum Imp. Cum igitur Paschalis ad Pontificatum esset assumptus ex monasterio, licet invitus ac reniiens: placuit de sui electione certiorem reddere Ludovicum Imperatorem, ad eumque legationem mittere, qua significaret, se invitum ac reluctantem fuisse coactum subire munus tanti Apostolatus. Hujus legationis ac litterarum Paschalis Papæ mentio est in vita Ludovici Pii Imperatoris his verbis: *Post expletam consecrationem solemnem Legatos cum epistola Apologetica, & maximis muneribus Imperatori Paschalis misit, insinuans non sua ambitione ac voluntate, sed electione & populi acclamatione, huic succubuisse potius, quam insiluisse dignitati.*

Hu-

PAGIUS se die XXIV. mensis Januarii defunctum, manifestum est, Eginhardum & Annalistam Bertinianum de die sepulturæ Stephani interpretandos, quem passim Auctores cum die obitus confundunt. Papebrocius quidem in Conatu Chronico-Historico ejus mortem cum die XI. Kalend. Februarii seu cum die XXII. mensis Januarii connectit; verum eum diem insequenti adhuc in vivis fuisse demonstrat subscriptio Rescripti ab eo dati, quæ extat in Excerptis Chronici Monasterii Farfensis apud Duchesnium Tom. III. pag. 655. in qua legitur: *Scriptum per manus Christophori Scrinarii, in mense Januarii, Indictione X. bene valete. Datum X. Kal. Februarii, per manus Theodori . . . . Sanctæ Sedis Apostolicæ, imperante Domino Hludovico Piissimo Augusto a Deo coronato, magno, pacifico Imperatore, anno III. & patr. ejus* (legendum *P. C. ejus*, seu, post Consulatum ejus) *anno III. Indictione X.* Indeque intelligimus, Stephanum subito morte sublatum esse, & Ludovicum Pium ipso, quo Imperium iniit, die Consulatum perpetuum capessisse, uti in more positum erat. Obiit itaque *Stephanus* Papa die XXIV. mensis Januarii, sequentique sepultus, & *Paschalis* ejus Successor, eadem die, quæ in Dominicam cadebat, consecratus fuit. Paschalis Legatum statim ad Ludovicum Imp. misit, *qui negotio peracto, & petitis impetratis, super confirmatione scilicet pacti & amicitiæ more Prædecessorum suorum reversus est*, inquit Auctor Vitæ Ludovici Pii.

A num.

NOTÆ [s] UT aliquid epochæ Pontificatus *Paschalis* I. ex veteribus monumentis addatur, in Regesto Sublacensi, scilicet monasterii SS. Benedicti & Scholasticæ apud Sublacum asservatur adhuc etiam veterum documentorum magna collectio in unum volumen compacta; quod quidem volumen ante medium Christi sæculum XII. scriptum est. Multa quidem oscitanter a librario ex autographis descripta sunt, nonnulla quoque spuria, & schismatica in eo deprehendi arbitramur. Hæc de eo Regesto præmonita esse voluimus, quoniam ex eo deinceps multa, cum suis mendis & nævis a nobis ex eodem Regesto descripta dabimus. In eo igitur pag. 92. recensetur locatio quædam, cujus initium est: *Anno Deo propitio Pontificatus Domni Paschalis summi Pontifici & universalis* PP. (super geminatum PP. aliena manu scriptum est *primo*) *in sacratissima sede B. Petri Apostoli SEXTO, Indictione* XV. *mense Septembrio* die IIII. *Palumbus presbyter* ibi est, & *Abbas monasterii S. Erasmi in cælio monte* locat ad tertiam generationem *Trasmundo Secundicerio sanctæ Sedis Apostolicæ, seu Philippa illustrissima femina jugalibus personis fundum, qui appellatur ad septem arbores, positum via Tiburtina, milliario ab urbe Roma plus minus quinto.* Infra: *De qua re, & de quibus omnibus suprascriptis juratus dico per Deum &c. Sancta Sedis Apostolicæ Principi a Deo coronato Domno LAUDOVICO, & LOTHARIUS magnus Imperatoribus, seu salutem viri beatissimi, & Apostolici Domni Paschali summi Pontifici & universalis* PP.

Signum man. Palumbi Secundocerem hanc cartam facta mihi Trasmundo & Philippa jugalibus subscripsi, & testes &c. Sequuntur duo testes. In fine: *Ego Zacharias cartularius & magister censi urbis Romæ complevi & absolvi.* Annus *sextus Pontificatus* Paschalis, & *Indictio* XV. conveniunt in annum Christi 822. GEORGIUS

Hujus bajulus fuit Theodorus Nomenclator, qui peracto negotio, & petitis impetratis super confirmatione scilicet pacti & amicitiæ more prædecessorum suorum, reversus est. Hæc auctor ejusdem temporis. Eadem alii ejusdem quoque sæculi historiam prosequuti veteres ejus æquales scriptores habent.

V. Ludovicus levitæ discrimen adductus. Quæ autem post hæc acciderint ipsi Ludovico Imperatori, idem vitæ ejus auctor, & rerum inspector sic ait: *Sub eodem anno, Quadragesima pene exacto tempore, ultima hebdomadis, quinta feria, qua Dominica Cœnæ celebratur memoria, dum peractis omnibus, quæ tanta diei solemnitas exigebat, Imperator ab Ecclesia in Regiam se recipere vellet, porticus lignea, per quam redeundum erat, carie, senioque confecta, & humectatione continua putrefacta, fatiscentibus inferioribus, sub Imperatoris pedibus, Comitumque illius collapsa magnum fragore suo omni palatio incussit metum, verentibus singulis, ne ruina illius eventus Imperatorem oppressisset, sed a Deo, cui erat dilectus, a præsenti discrimine est prote[illegible]s. Nam cum viginti, vel eo amplius [illegible]itos cum eo ad terram usque deciderint, variasque incurrerint calamitates: ille nihil tristioris incurrit jacturæ, præter imi pectoris locum, cui illisus est capulus ensis, ultimaque auris cutis paululum expoliata, sed & crus illius juxta inguina cuidam ligno impactum, cui tamen citissime est subventum. Adhibito enim medicorum studio, quam brevi pristinæ saluti est restitutus. Viginti namque peractis diebus, Noviomagum venatum petit.*

VI. Aquisgranensis Conventus. *Quo peracto negotio, Imperator generalem habuit conventum Aquisgrani, in quo quantum fervoris circa divinum cultum in arca pectoris gestaret, tanto adnisu declaravit. Congregatis enim Episcopis, nobilissimoque sanctæ Ecclesiæ clero, fecit componi, ordinarique librum canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut reclusus ipse fatetur. In quo etiam inseri jussit cibi potusque, atque omnium necessariorum summam, ut omnes tam viri, quam sanctimoniales, sub hoc ordine Christo servientes nullis præpediti necessitatibus, libera servitute Domino omnium militare meminissent. Quem librum per omnes civitates & monasteria canonicæ ordinis sui Imperii misit per manus Missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis locis transcribi facerent, debitaque atque conscripta exigerent stipendia ministrari. Quæ res magnum Ecclesiæ contribuit exultationis tripudium, & piissimo Imperatori debita cum laude immortale monimentum. Itidemque constituit idem Deo amabilis Imperator Benedictum Abbatem, & cum eo monachos strenuæ vitæ per omnia, qui per omnia monasteria monachorum euntes, redeuntesque uniformem traderent cunctis monasteriis tam viris, quam sanctimonialibus feminis vivendi secundum regulam S. Benedicti incommutabilem morem.* Habes ista omnia, prout a Ludovico constituta leguntur, capitibus octoginta distincta in additione prima post septimum librum Capitularium Francorum, hac inscriptione notata litteris grandiusculis.

VII. *Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Chri-*

PAGIUS III. Conventus Aquisgranensis. A numer. V. ad XIX. Annalista Cæsareus a Lambecio editus his verbis Opus suum claudit: *Anno quarto* (scilicet Ludovici Aug.) *conventum* suum habuit Hludwichus Imperator cum Francis in Aquisgrani mense Junio, & indicto) adde *jejunio* ex Chronographo Hildensheimensi) *ordinatus est filius ejus Hludarius in Imperatorem, ut consors Regni fieret cum patre. Eo anno Stephanus Papa decessit, cui successit Paschalis in Pontificatu. Bernardus quoque Rex Italiæ seditionem levavit contra Imperatorem, & Hludowvicus Augustus Italiam cum exercitu perrexit. Eodem anno Ratgarius Abbas* (scilicet Fuldensis) *depositus est*. Quæ verba ex eo exscripsit usque ad depositionem Ratgarii Annalista Hildensheimensis, qui suos Annales ab anno DCCXIV. quemadmodum Cæsareus, auspicatur, huncque modo integrum describit, modo mutilat, & quandoque amplificat. Quod si Lambecius ad id animum advertisset, ex Annalista Cæsareo Hildensheimensem tantum suppleviffet ac emendasset. Is postea vel quispiam alius eosdem Annales Cæsareos usque ad annum Christi CMXCV. perduxit, ut notavit Duchesnius Tom. III. ubi Chronicon Hildensheimense exhibet; alius Anonymus eosdem usque ad annum circiter MXL. aliusque usque ad annum MCXXXVII. continuavit, ut suis locis indicabo.

IV. Ordo S. Benedicti ad unitatem reductus. Ludovico Pio imperante Regula *Sancti Benedicti* adeo propagata erat, ut is *cunctorum Monachorum Pater* appelletur ab Ardone Monacho in Vita Sancti Benedicti Anianensis Abbatis, quod ante eum Alcuinus ad ipsum iisdem fere verbis tradiderat in Epigrammate CXII. sed cum in eo celeberrimo ordine disciplina jam collapsa esset, *gloriosissimus Ludovicus, tum Rex Aquitanorum, eum omnibus in Regno suo Monasteriis præfecit, ut normam salutiferam cunctis ostenderet*, inquit idem Ardo de Sancto Benedicto Anianensi Abbate, qui etiam loquens de iis quæ hoc anno idem Ludovicus Pius in Conventu Aquisgranensi egit, hæc scribit: *Multa Monasteria erant, quæ quondam regulariter fuerant instituta, sed paulatim tepescente rigore regularis pene deperierat Ordo. Ut autem sicut una omnium erat professio, fieret quoque omnium Monasteriorum saluberrima una consuetudo, jubente Imperatore aggregatis Cœnobiorum Patribus una cum quampluribus Monachis per plures resedit dies. Omnibus ergo simul positis Regulam ab integro discutiens, cuncta obscura dilucidans, dubia patefecit, priscos errores abstulit, utiles consuetudines affectusque confirmavit. Judicia igitur Regula cunctaque dubia ad proficuum deducta effectum, quæ minus Regula pandit consuetudines, assentientibus cunctis protulit, de quibus etiam Ca-*

pi-

Digitized by Google

De capitibus lxxx. ad regulares spectantibus ab ipsis Abbatibus constitutis.

Christi octingentesimo decimoseptimo, Imperii vero gloriosissimi Principis Ludovici quarto, sexto Idus Julii. Cum in domo Aquisgrani palatii, quæ Lateranis dicitur, Abbates cum quampluribus una suis resedissent monachis, quæ subsequuntur Capitula communi consilio ac pari voluntate inviolabiliter a regularibus conservari decreverunt. Ita Inscriptio. Sequuntur post hæc dicta Capitula de regularibus statuta etiam ut dictum est, in his quæ ad cibum & potum spectare viderentur, secundum ea, quæ in Ludovici edicto esse sancita, ex auctore vitæ ejus narratum est. At vero ita ista tribuuntur Ludovico, ut quia interfuit, & harum scribendarum legum fuisset auctor & promulgator: tamen non ab ipso Ludovico constituta fuisse, sed ab ipsis Abbatibus una simul considentibus, recitata nuper inscriptio manifestat. Tu vero ipsa octoginta capita, quæ extant, pro arbitrio consulas.

VIII. Reformatio Ecclesiæ ex Ludovici edicto & Concilio Aquisgran.

De aliis etiam, quæ in eodem conventu per Ludovicum constituta idem auctor affirmat, sic dicere pergit: *Considerans etiam idem piissimus Imperator non debere Christi ministros obnoxios esse humanæ servituti; sed multorum avaritiam abuti ministerio Ecclesiastico ad proprium quæstum: statuit, ut quicumque ex servili conditione, consiliante scientia, & morum probitate, ad ministerium altaris adscisceretur, primum manumitteretur a propriis dominis, vel privatis, vel Ecclesiasticis, & tunc demum gradibus altaris induatur. Volens etiam unamquamque Ecclesiam habere proprios sumptus, ne per ejuscemodi inopiam divini cultus negligerentur: inseruit prædicto edicto, ut per singulas Ecclesias mansus tribueretur unus cum pensatione legitima & servo & ancilla. Hæc erat sancti Imperatoris exercitatio, hic quotidianus ludus, hæc palæstrica agonia, spectante Deo, quo ejus vita in sancta doctrina & operatione clarius enitescet, qui in pomparum sublimitate constitutus, imitando Christum humilitate altius eminebat. Denique tunc cœperunt deponi ab Episcopis & clericis cingula baltheis aureis, & gemmis cultris onerata, exquisitæque vestes, sed & calcaria talos onerantia relinqui. Monstro enim simile ducebatur, si Ecclesiasticæ familiæ deputatus, conaretur aspirare ad sæcularis gloriæ ornamenta.*

IX. De Ludovici rebus gestis in conventu Aquisgranensi.

In hoc eodem conventu Aquisgranensi (ne prætereamus rem magni momenti) quod Apostolicæ Sedis legatione petebatur, Ludovicus Imperator confirmavit quæcumque a prædecessoribus suis donata, vel restituta fuissent Romanæ Ecclesiæ, de his scribens publicam Constitutionem, quam tum sua, tum suorum subscriptione firmavit, atque sigillo munivit. Meminit hujus Leo Ostiensis in Chronico Cassinate cum ait (a): *Ultimo hujus Abbatis,* Theodomari scilicet, *anno Ludovicus Imperator, qui cognominatus est Almus, vel Sanctus, hujus Caroli filius, quarto Imperii sui anno Aquisgranis in palatio cum pluribus totius Franciæ * Abbatibus religiosisque monachis Concilium faciens, utilissima nostri ordinis observationi * LXXX. generalia Capitula constituit, quæ omnia apud nos perinde fere, ac si regula S. Benedicti, observantur. Hic pactum Constitutionis & Confirmationis fecit B. Petro Apo-*

(a) Leo Ostiens. l. 1. c. 18.

* Episcopis

* LXII.

PAGIUS

pitulare institutum Imperatori confirmandum præbuit, ut omnibus in Regno suo positis Monasteriis observare præciperet: cui protinus Imperator assensum præbuit.

V. *Capitula cum in rem condita,*

Ea Capitula numerari consuevere octuginta; sed LXXII. tantum habet Leo Ostiensis in Chronico Casinensi lib. 1. cap. 16. LXXII. *Ludovicus Imperator, qui cognominatus est Almus vel Sanctus hujus Karoli filius, quarto Imperii anno Aquisgrani in Palatio cum plurimis totius Franciæ Abbatibus religiosisque Monachis Conventum faciens, utilissima nostri Ordinis observationi septuaginta & duo generalia Capitula constituit; quæ ita fere omnia apud nos, ac si Beati Benedicti Regula observantur.* Huic Capitulari Aquisgranensi hæc præfigitur inscriptio: *Anno Incarnationis Domini Nostri J. C. DCCCXVII. Imperii vero gloriosissimi Principis Hludowici quarto, VI. Idus Julias, cum in domo Aquisgrani Palatii,* & cætera a Baronio num. VII. recitata, ubi asserit, ea legi in Additione prima post septimum librum Capitularium Francorum. Quæ tamen in editione Baluziana extant inter Capitula Ludovici Pii Tom. 1. Capitul. Reg. Franc. pag. 580. variis Notis illustrata.

VI.

Non desunt, qui *Sanctum Benedictum* Anianensem Abbatem propagationis Ordinis Sancti *Benedicti* Auctorem faciunt, quos refellit Mabillonius in Præfatione ad Sæc. IV. Benedict. part. I. num LXXIII. & seqq. Ardo enim laudatus, qui Ludovico Pio æqualis fuit, prodit condita esse Capitula Synodi Aquisgranensis, non ut Regula Sancti Benedicti primitus inveheretur; sed ut consuetudines, quas ipsa satis non explicat, assentientibus cunctis, ratæ haberentur, & susciperentur: *Judicia igitur Regulæ,* inquit Ardo, *cunctaque dubia ad profectum deducta effectum, quas minus Regula pandit consuetudines, assentientibus cunctis protulit* (nempe Synodus Aquisgranensis): *de quibus etiam Capitularem institutum Imperatori confirmandum præbuit, ut omnibus in Regno suo positis Monasteriis observare præciperet, ad quem scire cupientem dirigimus.* Post hæc totius negotii summam ita concludit Ardo: *Perfectum itaque propagatumque est Opus, Divina opitulante misericordia, & una cunctis generaliter posita observatur Regula; cunctaque Monasteria ita ad formam unitatis reducta sunt, ac si ab uno Magistro, & in uno imbuerentur loco,* nempe uniformis mensura in potu, in cibo, in vigiliis, in modulationibus cunctis observanda est tradita. Quæ fusius in consequentibus explicat Ardo. His consonat quod in Vita Ludovici Pii de hac Synodo memoriæ proditum est, nempe Ludovicum constituisse *Benedictum Abbatem, & cum*

Qua uniformitatem Vitæ respiciunt.

Apostolo, ejusque Vicurio domino Paschali, parentes suos Pipinum & Carolum imitatus, manusque suæ ac filiorum subscriptione corroborans, decem Episcopos, octo Abbates, & Comites quindecim, Bibliothecarium, Mansionarium, & Ostiarium unum subscribere fecit, & per Legatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum Nomenclatorem domno Paschali Papæ transmisit. Hæc Leo. Eamdem Constitutionem ex parte tantum, quæ scilicet inservirent argumento, de quo ageret, nempe principium & finem (a) Gratianus posuit in suo, quem collegit, libro Decretorum: nos autem hic reddimus integram ex monumentis Vaticanis his verbis:

(a) Ego Ludovic. dist. 63.

In nomine Domini Dei omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus sancti.

X. Constitutio Ludovici Imp. de S. Petro donatis, & restitutis.

*Ego Ludovicus Imperator Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis nostræ tibi B. Petro principi Apostolorum, & pro te, Vicario tuo domno Paschali summo Pontifici & universali Papæ, & successoribus ejus in perpetuum, sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, ac disposuistis civitatem Romanam cum Ducatu suo & suburbanis atque viculis omnibus & territoriis ejus, montanis & maritimis littoribus, & portubus seu cunctis civitatibus, castellis, oppidis ac viculis in Tusciæ partibus, idest, Portum, Centumcellos, Cære, Bledum, Marturanum, Sutrium, Nepe, Castellum Gallesii, Hortam, Polimartium, Ameriam, Tudertum, Perusium cum aliis tribus insulis suis, id est, Majorem & Minorem, Pulvensem & Larum, Narniam, * Otriculum cum omnibus finibus ac territoriis ad supradictas civitates pertinentibus. Simili modo & in partibus Campaniæ, Signium, Agnagniam, Ferentinum, Alatrum, Patricum, Frusinonem, cum aliis partibus Campaniæ; necnon & Tybur cum omnibus finibus & territoriis ad easdem civitates pertinentibus.*

* Otriculos

XI.

*Necnon & Exarchatum Ravennatensem sub integritate cum * urbibus, civitatibus, oppidis & castellis, quæ piæ recordationis domnus Pipinus Rex, ac bonæ memoriæ genitor noster Carolus Imperator B. Petro Apostolo & prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam restituerunt: hoc est, civitatem Ravennam, & Æmiliam, * Bobium, Cæsenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, * Cominclum, & Adriam, & Gabelum cum omnibus finibus, territoriis atque insulis, in terra, marique ad prædictas civitates pertinentibus. Simul & Pentapolim, videlicet Ariminum, Pisaurum, Fanum, Senogalliam, Anconam, Humanam, Aesium, Forum Sempronii, Montem Feretri, Urbinum, & territorium * Valvensem, Calles, Luceolos, Eugubium cum omnibus finibus ac territ ad easdem civitates pertinentibus.*

* suburbanis

* Robium

* Comaclum

* Balnense

Eodem modo territorium Sabinense, sicut a genitore nostro Carolo Imperatore B. Petro Apostolo per donationis scriptum concessum est sub integritate, quemadmodum ab Itherio & Macenario Abbatibus, Missis illius inter idem territorium Sabinense & Reatinum definitum est. Item in partibus Tusciæ Longobardorum ca-

PAGIUS

& cum eo Monachos strenua vita, qui per omnia Monasteria euntes, redeuntesque uniformem traderent cunctis Monasteriis, tam Viris, quam Sanctimonialibus, vivendi secundum Regulam Sancti Benedicti incommutabilem morem. Jam itaque cunctis Monasteriis imposita fuerat Regula Sancti Benedicti; sed cum eam secundum varios ritus Monachi observarent, a Ludovico Augusto provisum est, ut *missi per omnia Monasteria* Monachi *uniformem traderent, tam Viris, quam Sanctimonialibus incommutabilem vivendi morem secundum Regulam Sancti Benedicti*: ideoque in Synodo Aquisgranensi, non de novæ Regulæ susceptione, sed de uniformi ratione vivendi secundum Regulam Sancti Benedicti actum est, ut aliis argumentis, & quidem invictis, demonstrat Mabillonius loco citato. In Conventu Aquisgranensi anno superiori congregato, Regulæ pro Canonicis & Sanctimonialibus Canonice viventibus conditæ sunt, sed in Convento Abbatum ac Monachorum in eadem Urbe hoc anno habito præscripta sunt Abatibus ac Monachis laudata Capitula LXXX. vel LXXII. perperamque Cointius hoc anno num. CLV. & seqq. hæc omnia ad unam eamdemque Synodum Aquisgranensem refert, sequutus Auctorem Vitæ Ludovici Pii; cujus verba recitat Baronius, num. VI. quæ hunc etiam impulere, ut anno superiori prioris Conventus Aquisgranensis in quo libelli pro Institutione Canonicorum & Canonicarum editi, nullam mentionem fecerit. At duas Synodos Aquisgranenses distinguendas esse, Auctoremque Vitæ Ludovici Pii eas in unam eamdemque male confudisse, argumenta a nobis prolata certo ostendunt.

VII. *Donatio Ludovici Pii supposititia.*

Donatio quæ a Gratiano dicitur facta Ecclesiæ Romanæ a Ludovico Pio non minus commentitia, quam quæ Constantino Magno affingitur, ut jam aliqui Viri eruditi viderant, qui hoc tamen omnibus persuadere non potuere. Ex tot enim Pontificibus Romanis, qui dona a Pipino & Carolo M. facta memorarunt, nullus est qui donationis Ludovici Pii meminerit, quia nempe justissimum habentes titulum rerum ab Ecclesia possessarum, fictitium contempsere. Præterea Otto Primus, & *Henricus* Primus Imperatores singillatim enumerant, quæ Pippinus & Carolus M. Ecclesiæ Romanæ donarunt, eaque Diplomatis suis confirmant, sed donationis Ludovicianæ mentionem non fecere, ut videre est apud Baronium an. CMLXII. n. III. & seqq. & anno MXIV. n. VII. & seqq. Tertio, *Ludovicus* ea donatione concedit Apostolicæ Sedi insulas *Corsicam & Sardiniam & Siciliam sub integritate cum omnibus adjacentibus territoriis*; & tamen Sicilia nunquam in potestate Caroli M. nec Successorum fuit. Denique, in ea

Digitized by Google

*castellum Felicitatis, Urbevetum, Balneum Regis, Fereati castrum, Viterbium, Martam, Tuscanam, Populoniam, Suanam, Rusellas. Et insulas Corsicam & Sardiniam & Siciliam sub integritate cum omnibus adjacentibus & territoriis maritimis, litoribus, portubus ad supradictas civitates & insulas pertinentibus. Item in partibus Campaniæ, Soram, Arces, Aquinum, Arpinum, Theanum, Capuam, & patrimonia ad potestatem & ditionem nostram pertinentia, sicut est patrimonium Beneventanum, & Salernitanum, & patrimonium Calabriæ inferioris & superioris, & patrimonium Neapolitanum, & ubicumque in partibus Regni atque Imperii a Deo nobis commissi patrimonia * nostra esse noscuntur.*

* vestra

XII. *Has omnes supradictas provincias, urbes civitates, oppida, & castella, viculos & territoria, simulque & patrimonia jam dictæ Ecclesiæ tuæ, beate Petre Apostole, & per te, Vicario tuo spirituali Patri nostro domno Paschali summo Pontifici & universali Papæ, ejusque successoribus usque ad finem sæculi eo modo confirmamus, ut in sua detineant jure principatu, ac ditione. Simili modo per hoc nostrum confirmationis decretum, firmamus donationes, quas piæ recordationis domnus Pipinus Rex, avus noster, & postea domnus & genitor noster Carolus Imperator B. Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt. Necnon & censum & pensiones, seu cæteras donationes quæ annuatim in palatium Regis Longobardorum inferri solebant, sive de Tuscia Longobardorum, sive de Ducatu Spoletano, sicut in supradictis donationibus continetur, & inter sanctæ memoriæ Hadrianum Papam, & domnum & genitorem nostrum Carolum Imperatorem convenit, quando eidem Pontifici idem de suprascriptis Ducatibus, id est, Tuscano & Spoletano, suæ auctoritatis præceptum confirmavit, eo scilicet modo, ut annis singulis supradictus census Ecclesiæ beati Petri Apostoli persolvatur, salva super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione, & illorum ad nostram * partem subjectione.* ª ditionem.

*Cæterum, sicut diximus, omnia superius nominata, ita ad nostram * partem per hoc nostræ confirmationis decretum roboramus ut in * vestro vestrorumque successorum permaneant jure, principatu, atque ditione, ut neque a nobis, neque a filiis & successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte minuatur * vestra potestas, aut nobis de suprascriptis omnibus vel successoribus vestris inde aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet urbibus, provinciis civitatibus, oppidis, castris, * viculis, insulis, territoriis, atque patrimoniis, necnon & pensionibus atque censibus, ita ut neque nos ea subtraha-*

ª potestatem

* nostrorumque

* nostra

* villis

PAGIUS

na donatione *Ludovicus* statuit, ut mortuo Pontifice Romano, quem omnes Romani elegerint sine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico consecretur. *Et cum consecratus fuerit*, inquit, *Legati ad nos, vel ad Successores nostros Reges Francorum dirigantur*, &c. quod merum commentum est; cum ipso Ludovico Pio vivente *Eugenius* II. Papa ad postulationem *Lotharii* Imperii paterni Collegæ statuerit, ut Pontifex Romanus non consecretur, nisi in præsentia Legatorum Imperialium, quod toto hoc sæculo & ultra in usu positum fuit, absque eo quod Clerus Romanus illam donationem in medium attulerit, licet se se ab ea lege abhorrere non semel ostenderit; imo & Hadrianus III. Papa illam resciderit, cujus tamen decretum executioni mandatum non fuit. Nullum itaque de ejus falsitate dubium super esse potest. Leo Ostiensis sæculi duodecimi initio denatus, primus fuit, qui ejus meminerit, ideoque non multo antea excogitata fuerat.

VIII. *Ludovicus Aug. Monasteria in tres classes dividit.*

Ad hunc Aquisgranensem Conventum pertinet etiam *Constitutum*, quo Ludovicus Augustus Monasteria Regni sui tres in classes ita distribuit, ut Regi nonnulla militiam & dona, quædam non militiam, sed dona tantum, alia nec militiam, nec dona, sed *solas* orationes debeant, juxta Notitiam quam Sirmondus Tom. II. Concil. Gall. publicavit, ex exemplari, quod mendis scatet, in qua legitur: *Anno Incarnationis Domini Nostri Jesu Christi DCCCXVII. Ludovicus Serenissimus Augustus Divina ordinante providentia Conventum fecit, qua Monasteria in Regno vel Imperio suo dona & militiam facere possunt, &c. Quæ dona & militiam facere debent*, sunt *num. XIV.* quæ ibidem memorantur. *Quæ tantum dona dare debent sine militia*, sunt *numero XVI.* ibidem etiam commemorata. *Quæ nec dona nec militiam dare debeant, sed solas orationes pro salute Imperatoris, vel filiorum ejus & stabilitate Imperii*, sunt *num. XVIII.* quorum nomina ibidem etiam expressa sunt. Agunt de omnibus illis Monasteriis Baluzius in Notis ad Capitul. Reg. Franc. pag 1002. & seqq. & Cointius hoc anno num. CCXXXVIII. & seqq. Cum porro Notitia Monasteriorum a Sirmondo edita valde corrupta sit, ut ipsemet fatetur, nullumque hactenus aliud exemplar ejusdem Notitiæ inventum sit, existimo Sirmondianum non esse antiquum; cum in eo bis hæc verba legantur, *in Bavaria*. Hoc enim nomen recens, & Bavaria apud Antiquos *Bajoaria*, vel *Bagoaria* semper appellata; nisi quod hoc sæculo *Bajoaria* sæpe nuncupata reperitur, ut alibi ostendimus. Post omnia illa Monasteria sequuntur in eadem Notitia Monasteria XXXVI. *in Aquitania* nempe XIII. *in Septimania* XIV. *in Tolosano* IV. *in Vasconia* V. sed incertum, cur hæc ponantur extra tres præfatas classes, quæ Regi vel militiam & dona, vel dona tantum, vel solas orationes debent. Dicit Cointius num. CCXC. non defuisse rationes, cur ab istis Monasteriis orationes tantum postularentur, quod scilicet a Saracenis diruta fuissent. Sed hæc conjectura non satisfacit; cum ea Monasteria XXXVI. non collocentur inter ea a quibus orationes tantum Imperator petebat.

Præterea in eadem Aquisgranensi Synodo *filium suum primogenitum Lotharium coronavit, & nominis atque Imperii sui Socium sibi constituit.* IX. *Lotharius fit Consors Imperii.*

Ca-

*bamus, neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus; sed potius omnia, quæ superius leguntur, id est, provincias, civitates, urbes, oppida, castella, territoria, patrimonia atque insulas, censusque pensiones, Ecclesiæ B. Petri Apostoli & Pontificibus in sacratissima illius Sede in perpetuum residentibus, in quantum possumus, defendere nos promittimus ad hoc ut omnia ea in illius ditione ad utendum & fruendum atque disponendum firmiter valeat obtinere: nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi aut judicandi, subtrahendive aut minorandi vendicamus: nisi quando ab illo, qui eo tempore hujus sanctæ Ecclesiæ regimen tenuerit, rogati fuerimus. Etsi quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram Ecclesiam pertinentibus ad nos venerit, subtrahere se volens de vestra jurisdictione vel potestate, vel quamlibet aliam iniquam machinationem metuens, aut culpam commissam fugiens, nullo modo eum aliter recipiemus, nisi ad justam pro eo faciendam intercessionem, ita dumtaxat si culpa, quam commisit venialis fuerit inventa; sin aliter, comprehensum vestræ potestati eum trademus exceptis his, qui violentiam vel oppressionem potentium passi, ideo ad nos * veniant, ut per nostram intercessionem justitiam accipere mereantur, quorum altera conditio est, & a superioribus valde disjuncta.*

* venerint

Ann. Eccl. Tom. XIII.

XIV. *Et quando divina vocatione hujus sacratissimæ Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit, nullus ex Regno nostro aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut private veniendi, aut electionem faciendi; nullusque in civitatibus vel territoriis ad Ecclesiam B. Petri pertinentibus, aliquod malum propter hoc facere præsumat, sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine aliqua perturbatione honorificam Pontifici suo exhibere sepulturam, & eum, quem divina inspiratione, & B. Petri intercessione omnes Romani uno consilio & una concordia sine aliqua promissione ad Pontificatus ordinem elegerint; sine aliqua ambiguitate & contradictione more canonico consecrari. Et cum consecratus fuerit, Legati ad nos, vel ad successores nostros Reges Francorum dirigantur, qui inter nos & inter illum amicitiam & charitatem & pacem socient, sicut temporibus piæ recordationis domni Caroli atavi nostri, sive domni Pipini avi nostri, vel & Caroli Imperatoris genitoris consuetudo erat faciendi. Hoc autem, ut ab omnibus fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ & nostris firmum esse credatur, firmiusque per futuras generationes & sæcula ventura custodiatur, propriæ manus signaculo & venerabilium Episcoporum, atque Abbatum, vel Optimatum nostrorum*

Ut electio & coronatio Papæ sit libera.

PAGIUS *Ceteros Reges appellatos, unum Aquitaniæ, alterum Bojoariæ præfecit*, nempe Imperator, inquit Eginhardus in Annal. Quare Ludovicus Pius, qui anno DCCCXIV. filios suos *Lotharium* & *Pippinum* Reges appellarat, illum Bojoariæ, hunc vero Aquitaniæ, in hoc Conventu consilium illud mutavit; *Pippino* enim Aquitaniæ Rege confirmato *Ludovicum* Bojoariæ Regem instituit, & *Lotharium* Bojoaria exauctoratum Imperatoriæ dignitatis Consortem fecit. Quam maturo tamen consilio usus sit Ludovicus in Lothario Imperatore renunciando, docet Annalista Moissiacensis hoc anno: *Ludovicus Imp. apud Aquis Palatium celebravit Pascha. Et in ipsa æstate jussit esse ibi Conventum populi de omni Regno vel Imperio suo apud Aquis Sedem Regiam, idest, Episcopos, Abbates, sive Comites, & Majores natu Francorum. Et manifestavit eis mysterium consilii sui, quod cogitaverat, ut constitueret unum de filiis suis Imperatorem. Habebat enim tres filios ex uxore Hermengarda Regina. Nomen uni Clotarius, nomen secundi Pippinus, & nomen tertii Ludovicus. Tunc omni populo placuit, ut ipse, se vivente, constitueret unum ex filiis suis imperare, sicut Karolus pater ejus fecerat ipsum. Tunc tribus diebus jejunatum est ab omni populo, & Letania facta. Post hoc jam dictus Imperator Clotarium, qui erat major natu, Imperatorem elegit, & per coronam auream tradidit ei Imperium, populis acclamantibus & dicentibus, VIVAT IMPERATOR CLOTARIUS. Facta est autem lætitia magna in populo die illo. Et ipse Imperator benedixit Dominum dicens, (Benedictus es Domine Deus noster, qui dedisti hodie ex semine meo consedentem in solio meo, videntibus oculis meis.) Audiens autem Bernardus filius Pippini Regis Rex Italiæ quod factum erat, cogitavit consilium pessimum, voluitque in Imperatorem & in filios suos insurgere, & per tyrannidem Imperium usurpare.*

X. Hinc inaugurationem paucis verbis narrat Baronius num. XV. ex Auctore Vitæ Ludovici Pii, quam *Bernardo* Italiæ Regi causam novandarum rerum fuisse, recte scribit Annalista Moissiacensis. Baluzius in Notis ad Agobardum Lotharium *III. Kal. Augusti* dictum Imperatorem, testari Auctorem ineditum Annalium Anianensium affirmat. Verum cum hoc anno feria quinta in diem illum inciderit, si eo die *Lotharius* Imperator nuncupatus sit, eodem tamen coronatus non est; cum hujusmodi cæremoniæ per hæc tempora nonnisi Dominicis diebus aut Festis solemnibus fieri solitæ essent.

Quod offendit Bernardum Italiæ Regem.

XI. Venio nunc ad ea, quæ post celebratum Conventum Aquisgranensem peracta sunt. Imperator anno superiori post discessum Stephani Papæ e Francia *Compendii Palatium petiit, ibi commoratus Legatos Abodritorum, & de Hispania Legatos Abderhamam, filii Abulaz Regis, ad se missos suscepit*, inquit Eginhardus in Annal. anno DCCCXVI. Tum hoc anno: *Legati Abdirhaman filii Abulaz Regis Saracenorum de Cæsaraugusta, missi pacis petendæ gratia venerunt: & Compendii, ab Imperatore auditi Aquasgrani eum præcedere sunt jussi. Quo cum Imperator pervenisset, Legatum Leonis Imperatoris de Constantinopoli pro Delmatinorum causa missum, Nicephorum nomine suscepit. Quem etiam, quia Ca-*

Ludovicus Aug. Legatos Græcorum & Saracenorum suscipit.

rum sub jurejurando & subscriptionibus pactum istud nostræ confirmationis roboravimus, & per Legatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Theodorum Nomenclatorem domno Paschali Papæ direximus.

Ego Ludovicus misericordia Dei Imperator subscripsi. Et subscripserunt tres filii ejus & Episcopi decem, & Abbates octo, & Comites quindecim, & Bibliothecarius unus, & Mansionarius unus & Ostiarius unus. Hæc ex parte tantum apud (a) Gratianum, atque ex codicibus Vaticanis quatuor exemplarium facta simul mutua collatione consignatis litteris Alphabeti A. B. C. D.

(a) Dist. 63. c. Ego Ludovicus.

XV. Quæ post hæc fuerint ejusdem Ludovici res gestæ anni hujus, idem qui supra auctor pergit his verbis: *At vero non tulit hanc sanctam Deoque dignam Imperatoris devotionem humani generis inimicus, undique se impetentem, & ab omnibus Ecclesiæ ordinibus sibimet bella indicentem; sed cœpit totis virium copiis se expugnantem oppugnare, & per membra sua Christi fortissimum bellatorem vi & astu, quo potuit, lacessere. Nam his rite ordinatis, postquam Imperator in eodem placito filium primogenitum Lotharium Imperatorem appellari & esse voluit, & duorum filiorum suorum alterum Pipinum in Aquitaniam, Ludovicum in Bajoariam misit: ut scilicet sciret populus, cujus deberet potestati parere: statim et Abroditorum defectio nuntiatur qui cum filiis Godefridi amicitias jungentes Saxoniam Transalbianam vexabant, contra quos Imperator sufficientes copias dirigens, eorum motus Deo favente compressit.*

XVI. *Ipse autem Vosagi lustra sectaturus venatum petiit. Interea venatione ibidem juxta morem Francorum expleta, cum hiemem exacturus Aquisgranum reverteretur nuntiatum est ei,* * *Bernhardum nepotem suum Italiæ Regem, cui ipse maximo ut Rex fieret, apud patrem causa fuerat, consiliis quorumdam pravorum hominum ad eo dementatum, ut ab eo desciverent omnes civitates Regni, & Principes Italiæ in hæc verba conjuraverint; sed & omnes aditus quibus in Italiam intratur positis obicibus & custodiis obseravint. Quod cum certis nuntiis referentibus, maxime vero Ratbaldo Episcopo, & Suppone certissime cognovisset: contractis undique copiis tam ex Galliis quam ex Germania, cum maximo exercitus robore Cabillonum usque pervenit. At Bernhardus cum se cerneret viribus imparem, & ad cœpta inefficacem, utpote a quo plurimi suorum quotidie deficerent, desperatis rebus, ad Imperatorem venit, armisque depositis, pedibus se ejus prostravit confessus perperam se egisse. Cujus exemplum primores ejus sunt sequuti, & armis depositis, se jus potestati & judicio subdiderunt.*

Bernhartum Bernhardi Regis Italiæ conjuratio in Ludovicum Imp.

Sed

PAGIUS *dolus, ad quem illorum confinium cura pertinebat, non aderat, & tamen brevi venturus putabatur, adventum illius jussit operiri. Quo veniente, ratio inter eum & Legatum Imperatoris de quæstionibus, quas idem detulit, habita est. Et quia res ad plurimos & Romanos & Sclavos pertinebat, neque sine illorum præsentia finiri posse videbatur, illo decernenda differtur. Missique ad hoc cum Cadolach & prædicto Legato in Dalmatiam Albigarius Unrochi nepos. Legati etiam Abderhaman, cum tribus mensibus detenti essent, & jam de reditu desperare cœpissent, remissi sunt.* Baronius num. XIX. de hac Legatione Græcorum & controversia, quæ de finibus Dalmatarum erat, paucis sermonem habet cum Auctore Vitæ Ludovici Pii, quæ ideo ex Eginhardo in Annal. distinctius narranda fuit.

XII. Pacem cum utrisque sancit.

Joannes Lucius meus, dum viveret, amicus, lib. 1. Hist. Dalmatiæ cap. 25. *Slavos* seu *Sclavos* in Orientales & Septentrionales separat; hosque ad mare Balticum, illos in Orientalibus Francorum Ditionibus sitos fuisse docet. Deinde *Dalmatiam* duas in partes dividit, quarum una Francis, alteraque Græcis parebat. Ideoque duplex tunc habebatur Dalmatia. Dalmatæ alii vocantur Sclavi seu Franci, quia Sclavia sub Francorum potestate constitutis annumerantur; alii cognominantur Romani seu Græci, quia subsunt Imperatori Græcorum, qui se Romanorum Imperatorem dicit. Controversia igitur erat *de finibus Dalmatarum Romanorum & Sclavorum*, ut ait Auctor Vitæ Ludovici Pii, idest, de finibus inter *Dalmatas Romanos*, qui morem Leoni Armeno gerunt, Imperatori Romanorum nuncupato, & *Dalmatas Sclavos*, qui pertinebant ad Regnum Francorum & attributi erant Ducatui seu Præfecturæ Forojuliensi, cui præerat *Cadolachus*. Tota itaque quæstio quæ tum vertebatur, ea mutuo partium consensu pacifice composita est, terminis inter utrosque Dalmatas constitutis. Quoad Legationem Saracenorum Hispaniensium, eis præerat *Abulaz* Calipha, cujus filius erat *Abderamen*, qui ei postea in Regnum successit. Cum his itaque pax, quæ anno DCCCXV. rupta fuerat, redintegrata, & Christiani Franciæ a Saracenorum metu respirarunt.

XIII. Exeunte anno, dum Imperator *venatione peracta, de Vosego Aquasgrani reverteretur, nunciatum est ei Bernhardum nepotem suum Italiæ Regem quorumdam pravorum hominum consilio tyrannidem meditatum, jam omnes aditus, idest, Clusas, quibus in Italiam intratur, impositis firmasse præsidiis, atque omnes Italiæ Civitates in illius verba jurasse, quod ex parte verum ex parte falsum erat. Ad quos motus comprimendos cum ex tota Gallia atque Germania congregato cum summa celeritate magno exercitu Imperator Italiam intrare festinasset, Bernhardus rebus suis diffidens, maxime quod se a suis quotidie deseri videbat, armis depositis apud Cabillonem Imperatori se tradidit*, inquit Eginhardus in Annal. Conformia narrat Baronius num. XVI. ex Auctore Vitæ Ludovici Pii, sed quæ subdit numeris sequentibus, pertinent ad annum Christi sequentem, quæ hic tamen explicabimus.

Bernardus Italiæ Rex adversus Ludovicum Aug. tumultuatur.

XIV. Subdit itaque Eginhardus hoc anno: *quem (scilicet Bernardum) cæteri secuti, non solum ar-*

Patefacta in omnibus conjuratio.

Sed & concionationes, quomodo coeptam rebellionem, & quare inchoaverint, & ad quem finem inchoatam perducere voluerint, quosve complices sibi allexerint, ad primam prodiderunt interrogationem. Fuere sane hujus conspirationis auctores Egiddeo regalium amicorum primus, Reginerius olim Comes palatii Imperatoris, & filius Reginerii Comitis, sed & Reginardus praepositus camerae regalis. Erant autem hujus sceleris consciï quamplures clerici, seu laici, inter quos aliquos Episcopos hujus tempestatis procella involvit, Anselmum scilicet Mediolanensem, Vuolfoldum Cremonensem, sed & Theodulphum Aurelianensem.

XVII. *Postquam vero defectionis prolati sunt principes, & custodiae mancipati, sicut decreverat, hiematum regreditur, ibique usque dum sacram Pascha solemnitatem celebraret, remoratur. Post cujus festivitatis transactam celebritatem, Bernhardum hactenus Regem, ejusque fautores in supradicto scelere, cum lege, judicioque Francorum deberent capitali invectione feriri, suppressa tristiori sententia, luminibus orbari consensit, licet multis obnitentibus, & animadverti in eos tota severitate legali cupientibus. At vero licet Imperator indulgentius ageret, altio tamen clementia ad effectum in aliquos est perducta. At enim Bernhardus & Reginerius dum impatienter oculorum amissionem, & ablationem tulerunt: mortis acerbitatem sibi consciverunt. Episcopos porro hac immanitate constrictos ab Episcopis reliquis depositos monasteriis mancipavit, caeterorum autem nullum vel vita privari jussit, vel membrorum amputatione mulctari, sed secundum quod exigente culpa visum est, alios * exiliari, alios jussit * attondi.* Hactenus de his auctor, quae coepta hoc anno in sequentem sunt propagata.

Synodus Episcoporum in qua depositi Episcopi conjurati.

* exulare * attondesi.

XVIII. Porro Bernhardi corpus delatum fuisse Mediolanum, sepultumque in Ecclesia sancti Ambrosii, inscriptio illic posita docet, quae sic se habet:

BERNHARDUS CIVILITATE MIRABILIS CAETERISQUE PIIS VIRTUTIBUS REX HIC REQUIESCIT. REGNAVIT ANNOS QUATUOR MENSES QUINQ. OBIIT. XV. KAL. MAII INDICTIONE XI. FILIUS PIAE MEMORIAE PIPINI.

Factum autem opera Anselmi Mediolanensis Episcopi ejus studiosissimi, ut transferretur ejus corpus Mediolanum, existimare possumus.

At Ludovicus ubi ejus obitum accepit, molestissime tulit, doluit permisisse judicibus eam in ipsum animadversionem, & perinde ac si reus ejus obitus esset, poenituit, peccatumque sanctis operibus expiare curavit; ait enim Theganus ejus temporis auctor: *Tertio die post amissionem luminum Bernhardus obiit. Quod audiens Imperator, magno cum dolore flevit multo tempore, & confessionem dedit coram omnibus Episcopis suis, & judicio eorum poenitentiam suscepit, propter hoc tantum, quia non prohibuit consiliarios hanc crudelitatem agere: ob hanc causam multa dedit pauperibus propter purgationem animae suae.* Haec ipse.

Poenitentia Ludovici Imp. de morte Bernhardi.

XIX. Detrusos pariter narrant in monasterium filios Caroli Magni naturales in ejusdem criminis suspicionem adductos Drogonem, Theodoricum, & Hugonem, inter quos Drogo laudatissimus habebatur, quod & liberalibus disciplinis imbutus esset, de quo Angelomi in epistola nuncupatoria ad Lotharium est insigne testi-

PAGIUS

Bernardus & conjurati varie puniuntur.

armis depositis se dediderunt, verum ultro & ad primam interrogationem omnia uti gesta erant, aperuerunt. Hujus conjurationis Principes fuere Eggideo inter amicos Regis primus, & Rheginaldus Camerarius ejus & Reginharius Meginharii Comitis filius. Cujus maternus avus, Hardradus, olim in Germania, cum multis ex ea Provincia nobilibus, contra Carolum Imperatorem conjuravit. Erant praeterea & alii multi saeculari & nobiles Viri, qui in eodem scelere deprehensi sunt; inter quos & aliqui Episcopi, Anselmus Mediolanensis, & Vuolfoldus Cremonensis, & Theodulfus Aurelianensis. Tum anno DCCCXVIII. *detecta fraude & conjuratione patefacta, ac seditiosis omnibus in potestatem suam redactis, Imperator Aquasgrani revertitur. Transactoque Quadragesimali jejunio, paucis post Sanctum Pascha diebus conjurationis auctores (qui superius nominati sunt) simul & Regem judicio Francorum capitali sententia condemnatos, luminibus tantum jussit orbari: Episcopos Synodali decreto depositos, Monasteriis mancipari. Caeteros (prout quisque vel nocentior, vel innocentior apparebat) vel exilio deportari, vel detondi atque in Monasteriis conversari.* Similia narrat Baronius ex Auctore Vitae Ludovici Pii; qui addit, *Bernardum* luminibus amissis vitam quoque prae tristitia paulo post amisisse. Idem habet Theganus, qui de Bernardi morte, & de Ludovici fratribus, Drogone, Hugone, & Theodorico aliqua ab aliis omissa narrat, aitque: *Tertio die post amissionem luminum Bernardus obiit. Quod audiens Imperator magno cum dolore deflevit. Eodem tempore jussit fratres suos tonsurari, Drogonem, Hugonem, & Theodoricum, ad discordias mitigandam, & liberalibus disciplinis jussit instrui.* Baronius num. XIX. dicit, Adhalardum quoque consobrinum Caroli Magni jussum esse exulare, Verum Sanctus Adhalardus anno DCCCXIV. in exilium missus fuerat, ut eo anno ostendimus.

XV. *Bernardus* sepultus fuit Mediolani in Ecclesia Sancti Ambrosii, ubi extat Inscriptio a Baronio num. XVIII. recitata, in qua legitur, REGNAVIT ANNOS QUATUOR, MENSES QUINQUE, OBIIT XV. KALEND. MAII IN-

monium. Sed & Adelhardus quoque consobrinus Caroli Magni jussus est exulare: nescitur causa, cum tamen vir esset sanctitate conspicuus, de quo inferius dicendum.

Misit hoc anno Paschalis Papa pallium ad Viennensem Archiepiscopum, præsentesque litteras ad eum dedit, quibus præter alia, notas temporis explorotas ostendit: Sic enim se habent (a):

(a) Bibl. Flor. edit. a Joan. a Bosco Celest. par. ult. pag. 49.

Paschalis Pap. ad Bernardum Viennensem Archiep. epist.

Paschalis Episcopus servus servorum Dei Reverendissimo, & Sanctissimo fratri Bernardo, Sanctæ Viennensis Ecclesiæ Archiepiscopo.

*Quia sanctitatem tuam in Ecclesia Viennensi gubernationem suscepisse cognovimus, in Domino Deo nostro plurimum inde gaudemus. Unde Apostolica vice monemus, ut in custodia gregis Dei studium tuæ dilectionis prudenter invigilet. Pallii usum, quem ad sacerdotalis officii honorem, & ad ostendendam unanimitatem, quam cum beato Petro Apostolo universus grex Dominicarum ovium, quæ ei commissæ sunt, vim habere non dubium est: ab Apostolica, sicut decuit, sede poposcisti. Ipsum igitur tibi, Viennensique tuæ Ecclesiæ, utpote ab eisdem Apostolis fundatæ majorum more libenter indulsimus, ad ostendendam in te, tuamque Ecclesiam ejusdem sedis Apostolicæ charitatem: utque secundum morem Ecclesiæ eo utaris benigne designamus: fraternitatem tuam necessario commonentes, ut credita tibi Ecclesiæ opus ita Deo favente, exequi studeas, ut adepta, cujus ornaris studio, dignitate, & probitate morum, & vivacitate sollicitudinis, & custodita integritate Fidei amplius studeas adornari. Omnia etiam privilegia, quæ tuæ pridem concessa sunt a prædecessoribus nostris Ecclesiæ, volumus * inconversa tibi, & successoribus tuis permanere. Scriptum per manum Theophilacti Notarii & scriniarii in mense Decembris, Indictione decima. Bene valete. Data per manum Georgii Bibliothecarii Sanctæ Sedis Apostolicæ, Nonis Decembris, imperante Domino piissimo Augusto Ludovico a Deo coronato, magno pacifico Imperatore, ejus Imperii anno IV. & Patriciatus ejus III.* Jam ad res Orientales convertamus orationem.

* f. inconcussa

De Legatione missa a Leone Imp.

Hoc eodem anno legatio missa est a Leone Imperatore ad Ludovicum Augustum. Quisnam autem hoc functus sit munere, & quid nuntiandum Ludovico in mandatis Legatus acceperit, Thegenus in rebus gestis Ludovici sic narrat: In

PAGIUS

Ludovicus Imp. fratres suos in Clericorum Monasteria misit.

INDICTIONE XI. ideoque sequenti Christi anno, & Regnum inierat mense Novembri anni DCCCXIII. ut hæc verba demonstrant. [1] *Habuit iste Bernardus filium nomine Pippinum, qui tres liberos genuit*, &c. inquit Regino ad annum DCCCXVIII. Hunc Pippinum Ludovicus Aug. in Galliam adduci jussit. Propter eandem conjurationem tres in judicium vocati sunt Antistites, ex quibus Theodulphus Episcopus Aurelianensis, cum patria Italus esset, in proditionis suspicionem facile venit. Is tamen constanter innocentem se dixit, ut constat ex ejus Carminibus ad *Ajulfum* Bituricensem Archiepiscopum & ad *Modoinum* Episcopum Augustodunensem. Quin & notat *Modoini* Carmen, in quo frustra spes veniæ sit eidem Theodulpho, si se reum objecti criminis fateri velit. Ludovicus Imp. Bernardi Regia Ditionem bello partam retinuit. &, ut novandarum rerum occasionem præscinderet, Drogonem, Hugonem & Theodoricum fratres in Monasteria Clericorum misit. Sed hæc anno sequenti peracta, ut jam monuimus. Ad

NOTÆ [1] BErnardi regis epitaphium legere Indictionem X. non vero XI. testatur Muratorius rerum Italic. to. 1. part. 1. pag. 220. Ex hoc autem sequeretur regni Bernardi exordium anticipandum fuisse ad annum 812. & obitum ad annum 817. Nec sane abs re existimaretur Bernardus jam inde ab obitu patris sui Pipini destinatus a Carolo avo rex Italiæ fuisse, ut innuere videtur Eginhardus verbis illis a Pagio recitatis ad annum 810. 7. Cum autem destinatus ille rex Italiæ eo missus fuerit a Carolo anno 812. ut Historici omnes admittunt; ab eo forte tempore regni sui Italici epocham capessivit. Quod si Carolus anno 813. in conventu Aquisgranensi regem Italiæ illum renunciavit; hæc forte renunciatio, magis confirmatio rei antea factæ existimanda est. Hoc ego probabilius censeo, quam sive ipsum sculptoris commissi, sive suspicari indictionum signandarum morem alium tunc Mediolani obtinuisse, quod Muratorio visum est. Confirmari nostra hæc conjectura utcumque potest ex Alberico Monacho trium fontium, cujus Chronicon ex antiquis fere totum concetum, & ad annum 1241. perductum vulgavit Cl. Leibnitius in Accession. Histor. tom. 2. ille enim ad annum 812. scribit: *Carolus Imperator Bernardum filium Pipini regis, regem Italiæ facit*. Insuper Muratorius in opere cujus prior tomus nuper prodiit Mediolani inscripto *de antiquit. Italiæ*, in dissertatione X. Diplomata sat multa producit, quæ Bernardi regnum ante octobrem anni 812. exordiuntur, idemque vero octobri ejusdem anni jam cœptum fuisse demonstrant. Hæc si statuerimus sepulcralis Bernardi inscriptio ferens obiisse illum die XVII. Aprilis, indictione X. post regni annos IV. & menses V. explicanda est de quinque mensibus integris neglecto priori & posteriori incompletis. Denique anno 812. Bernardi exordium illigandum esse colligo ex chronico Andreæ presbyteri a Menkenio prius in voluminibus rer. Germanicarum vulgato, dein a Muratorio in antiquit. Ital. to. 2. col. 42. recuso; ait enim de Bernardo: *Quinque regnaverat annos, duos sub Carolo, tres sub Hludowico*. Profecto si Bernardi regnum a Novembri anni 813. ducendum esset ne integrum quidem annum sub Carolo egisset, cum Carolus anno sequenti 814. januario mense obierit. Andreas autem iste circa medium sæculi hujus vivebat, ut ex eodem Chronico liquet. MANSI

In eodem commorant palatio ad se venientem Missum suscepit Leonis Constantinopolitani Imperatoris nomine Nicephorum: legatio autem excepta amicitia & societate, erat de finibus Dalmatiarum, Romanorum & Sclavorum. At quia nec hi præsentes erant, nec Chadalo finium præfectus, neque sine illis hæc dirimi poterant, missus est in Dalmatiam ad hæc pacificanda & componenda Abigarius cum Chadalone eorumdem finium Principe. Hæc de legatione Leonis Imperatoris.

XX. Theodorus scribit ad Patriarchas. Quod ad religionis statum pertinet, ubi innotuisset in Oriente Paschalem Pontificem in Apostolicum esse thronum evectum: Theodorus Studita clarissimus Confessor ad eum litteras scripsit, necnon ad alios Patriarchas: ita quidem testatur Michael ejus discipulus in ipsius vita, cum ait: *Misit etiam vir egregius quatuor Patriarchis epistolas, prudenter admodum atque opportune, antiquioris dico Romæ, & Hierosolymorum, Antiochiæ, & Alexandriæ. Quæ singulæ commemorabant, quemadmodum Christi imago contumeliose a persecutoribus tractata esset, & Orthodoxi omnes in carcerem, & exilium missi: tum deinde unumquemque excitabat ad defensionem, opemque ferendam periclitanti Fidei ac veritati, quam falsitas sic opprimeret.* Extant ipsæ epistolæ magno Dei beneficio hactenus conservatæ, dignæ quidem quæ singulæ audiantur. Ac primum quod spectat ad datam ad Paschalem Romanum Pontificem: missus est ad eum cum ipsa a Theodoro Dionysius ejus discipulus una cum aliis sociis, non suo tantum nomine, sed quinque aliorum Præsidum monasteriorum Fidei gratia expulsorum, quæ sic se habet (a):

(a) Thed. l. 2. ep. Cod. Col.

PASCHALI PAPÆ ROMÆ.

XXI. Theodori & aliorum Confess. ep. ad Paschalem Pap. *In omnibus summa virtute prædito, lumini magno, principi sacerdotum primo domino nostro Apostolico Papæ Paschali, Joannes, Theodosius, Athanasius, Joannes, Theodorus minimi presbyteri & Præsides eorum qui Cathara, Pieridii, Paulopetrii, Eucariæ & Studiani.*

Jam fere audita sunt omnino suprema vestræ beatitudini ea quæ propter peccata nostra in nostram Ecclesiam invasere. Etenim facti sumus in parabolam & proverbium omnibus Gentibus, ut secundum scripturam (b) loquar: non tamen par est renuntiatio, quæ fit exiliter, & per epistolas. Quare nos minimi, etsi membrum corporis Christi, ultimum sumus, tamen capite nostro comprehenso, atque his qui in fraternitate excellunt, huc atque illuc dissipatis, potuimus quodammodo ex eo quod prope sumus, & permutuam significationem in unum fieri & spiritum & verbum, scribentes hæc, tametsi confidenter. Audi, Apostolicum caput a Deo præposite Pastor ovium Christi, janitor Regni cælorum, Petra fidei, super quam ædificata est Catholica Ecclesia. Petrus enim tu Petri Sedem exornans & gubernans.

(b) Num. 24.

Præconia Romani Pontificis.

XXII. Quæ patiatur Orientalis Ecclesia. *Lupi graves irruperunt in caulam Domini, portæ inferi, ut olim, ruptæ sunt in ipsam. Quid hoc? persecutionem patitur Christus cum Matre & ministris. Siquidem contra imaginem incursus, prototypi est persecutio. Hinc detentio patriarchalis capitis, & exilia, & relegationes Archiepiscoporum, & sacerdotum, & monachorum, monacharumque; & compedes & vincula ferrea, tormentaque, & ad extremum mors. O horribilem auditionem! veneranda imago Salvatoris nostri Dei, quam & dæmones perhorrescunt, contumeliis affecta, & ludibrio habita est, non solum in regia urbe, verum etiam in omni regione & oppido. Altaria deleta sunt, templa destructa, sacra prophanata, effusus est sanguis, & effunditur eorum, qui retinent Evangelium. Persecutiones & exilia eorum, qui adhuc reliqui sunt. Continent omne pium os metu mortis: aperta est adversaria & blasphema lingua: commota est omnis caro in ambiguitate versans.*

Implorat a Paschali Papa auxilium. *Hei mihi, inquit, Propheta (c), quia facti sumus, ut qui colligit calamum in messe, & racemum in vindemia, cum non sit botrus. In nos, o beate, hæc omnia facta sunt. Quæ quis non ægre tulerit in seipso, proximi damna considerans? Quæ autem non ratiocinatus fuerit, esse adventus Antichristi præludia, tantum differentia, quantum ab exemplari imago, in quam etiam insanitur? Huc igitur ab Occidente, o Christi imitator, resurge, & ne repellas in finem. Tibi dixit Christus (d) Deus noster: Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Ecce tempus, ecce locus: opitulare nobis, qui es a Deo ad hoc ordinatus: porrige manum, quantum fieri potest. Habes potestatem a Deo, eo quod omnium princeps es, in quo positus es,*

(c) Mich. 7.

(d) Luc. 22.

PAGIUS XVI. *Cultores Sacrarum Imaginum male habentur.* Ad num. XX. & seqq. Refert Baronius literas *Sancti Theodori* Studitæ datas ad Paschalem Pontificem Romanum, ad Patriarcham Alexandrinum, & ad Patriarcham Hierosolymitanum, quibus eis significat quanta patiantur in Oriente Sacrarum Imaginum Cultores. Ex quibus intelligimus, omnes Patriarchas Orientis hoc tempore Catholicos extitisse; cum alias ad Antiochenum eodem argumento scripserit, in quibus omnibus eorum nomine prætermisso dignitatem tantum exprimit. Certum tamen *Thomam* Ecclesiam Hierosolymitanam rexisse, ut ex iis, quæ suis locis diximus, liquet.

es, Terreto, supplicamus, hareticas feras calamo divini verbi tui. Pastor bone, pone animam pro ovibus supplicamus.

XXIII. *Audiat Ecclesia qua sub calo est, quod a vobis anathematizantur per Synodum qui hac ausi. Et jam sanctos Patres nostros anathematizant. Hoc fuerit Deo acceptum Angelis & Sanctis gaudium, concussis firmamentum, fundatis stabilimen, lapsis resurrectio, omni Orthodoxorum Ecclesia exultatio, & tua certe celsitudini secundum eos, qui antiquitus pracesserunt, aternum monumentum. Qui similibus temporibus cum fecerint ea, qua a nobis peccatoribus nunc petuntur, Spiritu sancto afflati, & commemorantur, & beati habiti sunt. Prorsus autem credimus, & confidimus, quod misericordia miserationum flexus, nostram tenuem scripturam accipies, Christum imitatus, qui Deus omnium non recusavit ab* Agbaro epistolam accipere, & acceptata rescribere.* Hæc Theodori & aliorum ejus collegarum ad Paschalem Pap. epistola per Dionysium dictum est) missa, ut indicant aliæ ejusdem Theodori litteræ (a) ad Epiphanium datæ, de quibus suo loco inferius dicetur.

* Abgaro

(a) Theod. l. 2. ep. 35. Cod. Col.

Citat Gennadius (b) Scholarius Patriarcha Constantinopolitanus in expositione pro Concilio Florentino hanc Theodori Studitæ ad Paschalem Romanum Pontificem epistolam, recitatque totidem verbis, quæ habentur in laudem Apostolicæ Sedis: quibus jungit, quæ leguntur in alia epistola ab eodem Theodoro ad ipsum Paschalem scripta. Sed de his anno sequenti.

(b) Gen. expos. pro Conc. Flor. c. 5. sect. 16.

XXIV. Apocrysarii hæretici rejecti a Paschale Papa.

Accidit vero, ut & creato Romæ eodem Paschali Pontifice, ex veteri consuetudine, ipse etiam Theodotus pseudopatriarcha Constantinopolitanus ad eum mitteret Apocrysarios pro responsis Ecclesiasticis, communionem hac via conatus subripere ab ipso Romano Pontifice. Quos cum audisset Paschalis in Urbem adventare, eosdem ne propius accederent, eos exsecratus valde, prohibuit. Contra vero missum nuntium a Theodoro, & aliis Archimandritis quam benignissimo animo excepit; litterasque datas cum legisset, magno animi dolore ex compassione affectus est, & quibus potuit, studuit periclitantibus præsto esse, reddens ad eos affectus paterni plenissimas Apostolicas litteras, quibus tum Theodorus, tum reliqui eas accipientes, magna sunt consolatione affecti, & fortitudine roborati. Caremus tamen litteris illis a Paschali Pontifice ad Archimandritas redditis. Cæterum hæc ita, ut narrata sunt, se habuisse, fidem faciunt aliæ litteræ ab iisdem monasteriorum Præpositis ad eumdem Paschalem Pontificem scriptæ, missa alia rursum legatione anno sequenti per Epiphanium, ut suo loco dicturi sumus. Sed videamus quæ hoc eodem tempore ab eodem Theodoro litteræ sunt scriptæ ad Patriarcham Alexandrinum. Extant ipsæ, atque plura habent de sævitia persecutorum, quæ desiderantur in aliis ab eo datis epistolis. Quamobrem ut hic eam describamus, historiæ ratio a nobis id exigit: sic enim se habet (c):

(c) Theod. Stud. l. 2. epist. 14.

XXV. Tituli Romani Pontificis diversi ob aliis Patriarchis.

Per omnia sanctissimo Patri patrum, lumini luminum, domino meo beatissimo Papa Alexandria Theodorus minimus presbyter, & Prapositus Studiani. Quod autem æque ac Romanus Pontifex Alexandrinus Episcopus Papa dicatur, a Cælestino Pontifice Cyrillo concessum est, cum illi legationem a latere credidit tempore Concilii Ephesini, ut suo loco superius dictum est. Sed attende differentiam: Romanus Pontifex supremum lumen in Ecclesia prædicatur, alii vero Patriarchæ non supremum lumen, sed lumen luminum, utpote qui secundum a Dionysio descriptam Ecclesiasticam Hierarchiam tali sit nomine dignus, ut lumen luminum dicatur, qui eos illustrat, qui sunt in Ecclesia positi & ipsi lumina, minores Episcopi. Habet autem amplius in superius posita inscriptione, Romanus Pontifex, ut dicatur Princeps sacerdotum primus, quod alicui alteri Patriarcharum minime concessum est. Sed ad epistolam, quæ sic se habet (d):

(d) Theod. l. 2. ep. 14. Cod. Col.

XXVI. Theodori epist. ad Patriarcham Alexandr.

Maximum humilitatis mea munus, & summi voti opus erat, ut dignus fierem, qui per litteras colloquerer cum Apostolico vertice tuo, non solum ob tenuitatem parvitatis mea, qua impar est, ut ad aquales scribat, nedum ad tam magnum & divinum caput: verum etiam ob difficilem in tanto intervallo accessum, quem Ethnica pracipue inhibet obstructio, mediis positis Sarracenis regnantibus etiam in Ægypto: *attamen Dei bonitate mihi obtigit, & nunc scribo duabus de caussis: altera ut quo jamdudum teneor desiderio, id explicem intellectuali contactu sacrorum pedum tuorum, quandoquidem aliter votum explere non liceat; altera, qua magis urget, ut notiora fiant, qua hic dire acciderunt divinissimo vertici tuo, ut qui totius corporis Ecclesia membris condoleat: qua quidem vel in ultimis terra finibus audita existimo.*

Invasit nos persecutio, beatissime, & persecutio gravissima. Olim quidem (e) Achab Eliam quarens Prophetam, loca omnia incendisse dicitur, incendio illo impii iram & furorem demonstrante. Nunc vero & dignitate & corde Achabites, non Eliam solum depictum, sed hujus quoque Dominum, Dominum Jesum Christum & Deum nostrum, Deiparam, & Sanctum unumquemque quarens quarit, invectumque ma-

(e) Reg. 18. secundum 70.

Digitized by Google

magna ira delet ac omni civitate & regione ditionis suæ: hinc eversa altaria, templa Domini vastata, & privata & publica, quæ in virorum, & feminarum habitaculis, tam vetera, quam recens extructa. Miserabilem spectaculum: tamquam fatis deformatos homines, & ostenta quædam sic Dei Ecclesias ornatu suo destitutas & informes relictas contemplari. Quis talia audivit, aut vidit unquam in prisca improbitatis exemplis? Ille ipse, qui cervicibus vestris incumbit Arabs, mitius forsitan hac ex parte erga Christum se gerit: at non sic (a) Tabeel noster. Parce Domine, ne des hereditatem tuam in opprobrium.

(a) Josi. 2.

XXVII. *Cum ergo pictas in tabulis imagines e sacris donariis sublatas, & libros qui mentionem earum continent, proscindit, irridet, subsannat tamquam abominanda & Deo invisa piacula, quæ Deo accepta sunt & mundo salutaria. Heu quis lachrymas teneat? quis gemitus ex imo pectore non edat? Viæ Sion (b) lugent, eo quod non sint qui pie ambulent in eis. Et vere omnes declinaverunt (c), simul inutiles facti sunt.*

(b) Thren. 1.
(c) Psal. 52.

Qui Episcopi videbantur & sacerdotes, monachi & sæculares, omnis sexus, & omnis ætas; alii quidem circa fidem naufragium passi sunt, alii si minus mente & cogitatione demersi, & hæretica saltem communione, mortis metu contracta, eadem ex parte periculo involuti. Relicti tamen sunt qui non curvaverunt genua ante Baal; siquidem tot numero, quot numerati sunt a Deo.

XXVIII. Quæ passi sint Orthodoxi.

Ante omnes, qui primus est inter nos, fratrum caput nostrum, & ejusdem mecum dignitatis Episcopi, & sacerdotes Domini, monachi, & monachæ, quorum ludibriis & verberibus tentati fuerunt, illi vinculis & carceribus pane modico & aqua vitam trahentes, alii exilio relegati, alii in desertis & montibus, in speluncis, & cavernis terræ versantes; quidam insuper flagellis cæsi, Martyres ad Dominum emigrarunt. Sunt qui sacco inclusi in mare demersi nocte fuerunt, ut ab iis, qui viderunt, relatum est. Quid cætera? Anathemate feriuntur sancti Patres nostri. Prædicantur qui impii fuerunt. Infantes impietatis dogmata, tradito magistris tomo, docentur. Non est usquam salutis perfugium inter mortales. Pium verbum proferre non licet. Mox instanti insidia, ita ut vir a conjuge sua caveat. Judices & pittaciorum oblatores ad hoc ipsum ab Imperatore mercedem capiunt, ut observent, ubi quisque quid dicat a Cæsare discrepans, aut impietati non communicet, aut librum habeat de imagine tractantem, vel imaginem ipsam, aut exulem recipiat, aut captivis pro Christo ministret. Quod si deprehendatur, illico rapitur, cæditur, relegatur, unde & dominos videas servis supplicantes judicii metu.

XXIX. *Nobis illud dicere fas est (d): Non est in tempore hoc Princeps, & Dux, & Propheta, neque locus primitiarum coram Domino, ut possimus invenire misericordiam. Propterea hæc apud sanctam animam tuam indigni lamentamur, ejus patrocinium & miserationem implorantes. Scimus enim: Si juvare aliter non possit, precum saltem subsidio magnum nobis, cum propitium Deum habeat, emolumentum allaturum. Quo autem ex parte cognoscat, qualia sint impiorum dogmata, his ea litteris adjunxi in quaternionibus: quæ & piorum rogatu, refutanda imperitus suscepi. Oro autem sapientiam tuam, ut omnia videat, & veniam mihi tribuat erratorum, meique & insulis filii in Deum flectentibus precibus suis recordetur.* Hactenus epistola, quæ missa est etiam ad Patriarcham Antiochiæ, ut in eodem codice expressum habetur, diversam vero ab his, licet eodem argumento scripsit (e) ad Patriarcham Hierosolymorum his verbis:

(d) Dan. 3.

(e) Theod. l. 2. ep. 15. Cod. Col.

XXX. Ad Patriarcham Hierosolymorum epist. Theod.

Quis annuntiabit (f) Abraham, quod lactat puerum Sarra? ait uspiam sermo divinus: & indigeo mihi quis nuntiet humilem epistolam meam ad sacras Apostolicos culminis vestri manus pervenisse? Attamen perveniet, ut spero. Non enim vesana cupiditate, sed necessaria causa impulsus & epistolam mittere ausus sum, & lutorem una fratrem charissimum Dionysium destinare, fidelem prorsus, & qui supplere per se omnia queat, quæ epistolæ desunt. Itaque velut absens corpore, præsens autem spiritu, primum quidem ejus pedes secundum Deum ambulantes amplector. Hinc enim mihi benedictio & sanctificatio: deinde tamquam ab ea jussus, ad sancta loca proficiscor, advenero sacrum solum, quod divina vestigia calcarunt, vivificum monumentum, in quo sanctissimum Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi corpus depositum fuit, sacrum Calvariæ locum, ubi Dominus gloriæ crucifixus. Alio pergo: Sanctam Bethlehem quasi Ædem conspicio, divinum adoro præsepe supra arcam auream, in qua non manna, sed panis vitæ conditus est. Video etiam sacrum montem, in quo divinissima transfiguratio: olivarum montem, unde ad cælos omnium Dominus evolavit: sacram Gethsemanem, ubi sepulcrum omni honore colendæ Deiparæ dominæ nostræ. Hoc atque illud, ac longam texam orationem. O quanta vel ex ipsa commemoratione munus satisfactio! O quot & quantis culturis præest beatitudinis tuæ vertex! Tu primus Patriarcharum, quod scilicet prima Ecclesia esse cœperit Hierosolymis, *licet quintus numereris. Ubi enim*

(f) Genes. 24. secundum 70. De locis sanctis Hierosolymorum.

Epi-

Digitized by Google

Episcopus animarum, & Pontifex omnium natus est, & divina omnia operatus, & passus, & sepultus, ubi resurrexit, & vixit, & assumptus est: illic suprema omnium dignitas proculdubio. Sed de his hactenus, desiderio obsequens, loqui ausus sum. Nunc ad alteram narrationem me converto.

XXXI. De persecutione ob Iconomachie excitata. *Invasit nos persecutio, beatissime, & persecutionum omnium Ethnicæ simillima. Postquam enim sensit satanas, in januis esset beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, majores hæreseos facies accendit, prævludia adventus Antichristi. Quid hoc rei est? Exortam olim sub Leone & Constantino impietatem, diuque debacchatam, sed divina vindicta compressam, nunc iterum cognominis, & æqua impius Imperator renovavit tanto conatu, ut illorum rabiem obscuret. Expressum pictura Christum insectatur cum Matre & ministris. Ubicumque nactus vas est, delet, exurit. Hinc eversa altaria; ædes sacra deformata, sacra vasa concremata. Quin si repertus quis fuerit imaginem occultasse, aut librum, qui de ea re tractet, rapitur e vestigio, verberatur, & dira alia omnia perpetitur. Hinc terrores ac trepidationes, stuporesque omnium hominum: adeo ut frater fratri, Vale dicat, & amicus amicum aversetur.*

XXXII. *Synodus facta est veterem impiam illam confirmans, & Orthodoxam anathemate condemnans. Sacerdotes non intellexerunt, Deum non requisierunt: sed quod Achab placuit, comprobarunt. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, paucis admodum exceptis; quibusnam illis? Episcopis, & Præpositis, monachis, & monialibus, & ipso, Dei Gratia, supremo Archiepiscopo nostro. Quorum quidem alii flagellis affecti sunt, alii relegati, atque in carcerem detrusi, alii per hasce pœnas ad Dominum migrarunt, athleticam coronam reportantes. Quid de blasphemia loquar? Irridetur veneranda & tremenda imago Christi tamquam abominatio desolationis, idolumque erroris; eodem modo qualibet alia Dominæ nostræ & Sanctorum: Nunc, inquit, sincera & inculpata fides: Nunc dominus (a) loquutus est pacem iis qui convertuntur ad cor: quasi sublata pax esset, ex quo Christus dixit: Pacem meam do vobis, ad hoc usque tempus, & ejus Ecclesia contaminata, quam beatus (b) Paulus non habentem maculam prædicat, aut rugam aut aliquid hujusmodi, sed sanctam & immaculatam. Et alii quidem ultimum circa Fidem naufragium fecerunt. Alii quamvis mente & cogitatione submersi non sint, ipsa tamen hæresis communione una perierunt. Enimvero etiam ii, qui recta sentiunt, persecutionis diuturnitate titubant circa veritatem; quemadmodum iis contigit, qui ad decumanos maris fluctus navigationis rudes caligant. Miseranda nobis omnia, luctuque digna.*

(a) Joan. 14.

(b) Ephes. 5.

XXXIII. *Subtrahuntur cantica ab antiquis accepta, in quibus imaginum fit mentio. Canuntur pro eis impia nova dogmata palam exposita, quæ & pueris ipsis traduntur a magistris. Omnium rerum impia est conversio. Facti sumus sicut Sodoma & Gomorrha propter peccata nostra: & procella hæresis altius in dies assurgens nos operit: nec inventus est, qui Christum Deum nostrum expergefaciat, ut increpet turbulentum hoc mare. At tu e-sto nobis unus e duodecim Apostolis, beatissime: Excita e somno insomnem oculum dispensative dormitantem, quia perimus omnino. Si quod est aliud auxilii pharmacum, ad sanandos infirmos, ut peritus, exurge, deprecamur, sanctissime, obtestamur: membra tua sumus quandoquidem fideles omnes corpus sunt Christi & membra de membro. Præcipe & aliis sanctis Patribus vestris intercessoriam manum porrigant, ut multorum interpositu, suam nobis Deus misericordiam impertiat. Hunc in finem epistola, & tabellarius ab omnibus animo destinatus, etsi a nobis solis illorum vicem agentibus missus.*

XXXIV. *Ut autem ex parte cognoscat celsitudo vestra, cujusmodi sint dogmata impiorum, ea ex quaternionibus descripta epistolæ adjeci, quæ & aliorum rogatu refutanda imperitus suscepi. Oro autem, ut ea inspiciat divina tua sapientia: quod deest suppleas, & veniam tribuat erratis. Atque adeo conservum fratrem nostrum, & litterat aliis, quas accepit, reddere, & huc postea, Deo volente, redire permittat.* Hæc ad patriarcham Hierosolymitanum Theodorus, qui his addidit (c) alias ad Abbatem Lauræ S. Sabæ hac inscriptione notatas:

(c) Theod. l. 2. ep. 16. 17. Cod. Col.

A Deo honorato, dilecto, & spirituali Patri, meo moderatori celebris Lauræ beatissimi Patris nostri Sabæ, & iis, qui sub eo sunt, sanctis Patribus Theodorus minimus presbyter, & Præpositus Studiani. Alias quoque his adjunxit ad moderatorem Lauræ sancti Charitonis, ejusdem pariter argumenti.

XXXV. At quid profecerit his litteris datis ad Patriarchas, nulla est affirmatio Theodori; immo querela in epistola postea, occiso Leone, tempore Michaelis Imper. scripta ad eumdem Hierosolymitanum Patriarcham Thomam, in qua hac ex parte tantummodo laudat navatam operam a Romano Pontifice. Scribit enim hæc his verbis (d): *Quid hoc rei est? quod fervente hæresis persecutione, conveniebat sublimium sedium Antistites, tamquam spiritus adjutores, & Apostolos consilii plenos,*

(d) Theod. l. 2. ep. 162.

nos,

nos, fraterno animo commoveri, manumque pro veritate certantibus compatiendo porrigere: & si quid patitur, inquit, (a) unum membrum, compatiantur alia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudeant omnia membra; quia nimirum caput est totius Ecclesiastici corporis Christus verus Dominus ac Deus noster. Quod sane Occidentis Apostolicus cum præstitisset quantum profuerit, quid opus est loqui? partim quidem resistentium mentes summopere confirmans (vel exiguum quippe momentum vim ac robur fessis ac laborantibus addere solet) partim impiorum insolentiam a spiritu profecta reprehensione profligans. Quo quid esse potuit salutarius? At vero quidam facere cum possent, minime præstiterunt, sed contrarium: dicere miser nequeo, beatitudinis vestræ Angelica reverentia, quanta illis debeatur reprehensio. Hæc Theodorus. Sed hæc ex aliis ejusdem ad Paschalem redditis litteris, manifestiora fient.

(a) 1. Cor. 12.

Proficuæ litteræ Rom. Pont.

XXXVI. Cæterum querela ista Theodori de Patriarchis, magis pertinet ad Alexandrinum & Antiochenum, quam ad ipsum Hierosolymitanum Siquidem non defuit Patriarcha Hierosolymorum succurrere, ut potuit, periclitanti sub impio Leone Ecclesiæ Constantinopolitanæ: etenim selegit ex S. Sabæ Laura a Sarracenis tunc temporis afflictata duos egregios monachos, sanctitate claros, doctrina conspicuos, Christiana constantia firmos, revera duo belli fulmina adversus grassantem impietatem, & sagittas acutas in manu Dei omnipotentis. Hi Constantinopolim missi, ☞ non sub Leone Armeno, ☜ sed sub Michaele quam strenuissime certaverunt, ac demum sub Theophilo Imperatore Iconomacho gloriosa claruerunt confessione. Sed de eorum modo profectione Constantinopolim, & confessione coram Leone hic agendum. Auctor ejus temporis, qui amborum certamina est prosequutus quam sincerissime, ubi de grassatione Sarracenorum tunc facta mentionem habuit, ista mox subdit:

Patriarcha Hierosol. mittit Theodorum, & Theophanem Constantinop.

Hac videns divinus ille Antistes & pastor Hierosolymitanæ Ecclesiæ, & sciens hæc esse pœnam peccati & iræ populum, propterea quod despicatui habetur, & aboletur divinarum adoratio imaginum: excitatur protinus ad zelum, & quærit modum, quo poterit tantum extinguere incendium, & ostendere eos male facere, qui sunt parati nova introducere, & prompti ad transmovendos limites. Sic revocabuntur captivi, & consequentur misericordiam sauciatæ animæ. Ad hoc ergo admodum aptum sanctum invenit Theodorum, ut qui & virtute esset celebratus, & in dicendo exercitatus, & zelum spiraret acrem & juvenilem. Ille autem: Ecce me, dicit Pontifici: mitte me, & proficiscar, & tuis adjutus precibus, pudore afficiam impietatem. Ipsum ergo mittit Patriarcha, cum precibus eum undique munivisset, & spe in Christum totum corroborasset. XXXVII

Ut autem prætermittamus ea, quæ intercesserunt cum venisset in Regiam se-

PAGIUS XVII. Tum num. XXXVI. & seqq. egit Baronius de exilio Sancti *Theodori Grapti*, & Sancti *Theophanis Cantoris* ejus fratris, qui missi a Patriarcha Hierosolymorum ad Leonem Aeg. coram eo Cultum Sacrarum Imaginum egregie tuiti sunt. Extat S. Theodori Grapti Vita apud Surium ad diem XVI. Decemb. Sed cum Surius eam tantum Latine retulisset, Combefisius in Manipulo Originum Constantinopolitanarum eandem ex Codice Regio Græce edidit, & meliori versione donavit. *Theodoro Palæstina* patria fuit, cujus frater *Theophanes* ætate quidem junior fuit, sed virtute minime secundus. *Arabes* inquit Auctor Anonymus Vitæ Theodori Grapti, *desertum, quod est ad Orientem colentes, ducto adversus Romanos exercitu, multas eorum populati sunt Provincias, multaque etiam præsidia diripuerunt, Monasteriis quoque in Palæstina ingruebant ac incursabant; quorum primum maximumque dicitur S. Sabæ erat, in quo magnus hic Theodorus exercebatur. Hæc videns vir unus ille Hierosolymorum Antistes & Pastor; atque hoc peccatorum pœnam & furoris pœnam intelligens, idcirco nimirum quod Divinarum cultus Imaginum aboleretur, ad Zelum protinus excitatur*, mittitque Theodorum ad Imperatorem cum Theophane fratre, qui illum monuit, ut relicta profana illa ac mala opinione, ejus loco pietatem condisceret. Verum Imperator in iram furoremque erupit, & *ambos diu flagris cæsos ad Ponti ostia exilio relegandos decernit*. De utroque infra rursus sermo erit.

SS. Theodorus Graptus & Theophanes relegantur.

Eadem persecutione sæviente, *quibus Christi vera religio, quam Cæsaris gratia fuit antiquior, toto Orbe dispersi ac fusi vagabantur: ac nonnulli in Bosphorum, pars in Siciliam migrarunt, alii in summa montium egredientes, efferatam rabiem truculentissimæ belluæ fugiebant*, inquit Joannes Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ Diaconus in Vita S. Josephi Hymnographi in Act. SS. Bollandianis ad diem III. mensis Aprilis. Tunc S. Gregorius Decapolitanus, qui relicta Thessalonica Constantinopolim cum *Josepho* propter quædam negotia venerat, rogatus est ab infinita prope Monachorum multitudine Constantinopoli simul congregata, ut Romam mittat Josephum, *qui Papæ, Romanisque omnibus nuntiet, quanto malorum turbine ea Civitas vexetur, simul aliquid opis afferant Dei Ecclesiæ graviter laboranti. Jam enim vides, dicebant, Pater, quæ malorum tragœdia hic aguntur; vides quanto in discrimine versetur Christi ovile, cum non sit, qui illatam nobis injuriam ulciscatur*. Mittitur statim Romam Josephus a Gregorio, sed *captis nonnullis navigiis cum eo quo S. Josephus vehebatur, ipse captivus in Cretam abducitur, sibique gravissimis catenis vinctus in carcerem conjicitur*. Eo in carcere concaptivos ad constantiam excitavit, Episcopum carceris tædio vacillantem corroboravit, aliumque ad defectionem promptum allexit ad mortem pro Christo gloriose appetendam, quod postmodum præstitit. Post Leonis XVIII.

Josephus Hymnographus Romam a cultoribus Sacrarum Imaginum missus.

eum fratrem habens Theophanem, qui eum sequeretur, & quæ erant fraterna, sentiebat, & in zelo pro pietate cum eo conspirabat: primum quidem sic intrepide stetit in conspectu ejus, qui Ecclesiam more prædonis invaserat, Theodorum pseudopatriarcham intelligit. Ubinam enim ille se gessit more sacerdotali, & libere arguit quod eos pervertat, quos pascit, & hæresim ei acerbo exprobrat? Deinde

Redarguit Imp. Theodorus Palæstinus.

ipsi quoque Imperatori ex adverso occurrit tamquam acutus quidam gladius; & non solum eum criminatur, quod suam perdat animam, sed etiam quod Dei populum impie per fraudem evertat. Deinde etiam adhortatur, ut relicta hac profana & impia opinione, ejus loco ædificat pietatem. Fortasse enim (inquit) tibi Deus placabitur, & non omnem iram Domini tamquam fæcem aliquam ipse bibes.

XXXVIII. Quamobrem Imperator, cum & viri esset libertatem admiratus, & præterea verborum opportunitatem, & morum moderationem, & quæ ex animo ad vultum emanabat illius, ut poterat, animadvertisset alacritatem, eum est reveritus, & moderate tulit, ejus reprehensiones. Deinde etiam eum accersit, & familiariter cum eo est allocutus, rogans quisnam esset, & unde veniret: & quid sibi vellet illa mira & incauta dicendi libertas. Ille autem & significat patriam, & suum esse ex Palæstina adventum renuntiat: & quod statuebat non oportere vel apud Imperatorem se a dicendo reprimere, quando videret Regem, qui est in cælis, affectum injuria. Deinde aperit dogmata, docet honorem divinarum imaginum; & cum alia dixisset, & adjecisset, hoc esse indicium nostri in Christum desiderii, & confessionem ab eo susceptæ carnis. Deinde destruit propositas ab illo quæstiones Fide Christi, & virtute sermonis & spiritus. Postquam autem, post multa, quæ inter eos dicta sunt, Theodori oratio victoriam est adepta, primum miratur Imperator, deinde etiam ei incipit blandiri, toto animo contendens, talem virum in suam redigere potestatem, per quem multos esset superaturus.

Confutat Imp. Theodorus Palæstinus.

XXXIX. Postquam vero vidit eum a se capi non posse: nam tale quid etiam apud eum adjecerat, dicens: Oblitus es eorum, quæ Deo promisisti, o Imperator quorum intercessor fuit magnus Pontifex, quando tuo capiti Imperatoriam imposuit coronam, cum videlicet promisisset Fidem servare Catholicam. Parce animæ tuæ, & prius ornamentum restitue Ecclesiæ, & noli pugnare cum Deo justo Judice & forti, etiamsi non quotidie iram inferat propter summam benignitatem. Hæc ille sic ad eum libere est locutus: Imperator vero soluto prætextu lenitatis, in iram & furorem erupit; & rogavit, an esset aliquis ejusdem animi & sententiæ in pietate, cujus erat Theodorus. Postquam vero intellexit de fratre ejus Theophane, & quod non minus quam naturam conservat in dogmatibus cognationem, & fra-

Theod. & Theophanes cæsi damnantur exilio.

PAGIUS Armeni mortem exilio revocatus manum ad Versus scribendos admovit, & universam fere Ecclesiam suis illustravit hymnis & Canonibus, quorum aliqui adhuc supersunt. *Josephus a sua captivitate reversus cognoscit Gregorium, hominem plane divinum, commune omnium solatium, Ecclesiarum solidissimam gloriam, assiduum ac spirans virtutum omnium simulacrum, infinitis prope laboribus ac periculis defunctum, ex hac vita ad optatos Dei sui excessisse complexus*, inquit Joannes Diaconus in Josephi Vita, qui addit hunc postea adhæsisse Joanni Magni Gregorii æmulo atque sectatori, nec Thessalonica discessisse, donec Joannes ad Deum migravit. Tunc *enim* sumtis utriusque Reliquiis venit in locum vastum, desertumque, in quo Monasteriolum ædificavit, & *Sacras D. Gregorii ejusque Socii Joannis Reliquias collocavit*. Colitur Gregorius in Menæis die XX. Novemb. Vide quæ de eo dixi anno DCCXXXI. num. I. Infra videbimus Josephum rursus sub Theophilo Imperatore propter Sacras Imagines exulasse.

XIX. Pax Græcos inter & Bulgares sancita.

Hoc circiter anno Græcos inter & Bulgares pax constituta, de qua Constantinus Porphyrogennetus in sua Chronographia lib. 5. num. 20. hæc habet: *Cum tricennales cum Hunnis (quos Bulgaros vocant) ineunda illi (nempe Leoni Armeno) essent induciæ, pacisque fœdera jurejurando firmanda; non quibus Christiani solent sacramentis usus est: ad nimirum Deum cælestesque Virtutes, sive qua Christi Deique Patrem carne fuit, dilectum gestaramque suscepit, testesque adhiberet; sed velut Barbarus quidam, omnisque Religionis expers, canes, ac quibus gens improba immolat, iis gestorum testibus utrus & dissecabat; nec quibus illi lubenter ingurgitantur, hac ipse ad firmandum fidem ore gustare exhorrebat; quod vero Christianam fidem eis concederit, ad quam a nobis aliquando, ut videbatur, essent traducendi; ne sic quidem impietati litare eum puduit. Tum enim in eo, quod fidei margaritas, juxta Domini sententiam, mittebat ante porcos, hisque illos, vir impius vere execrandus, ore tenus uti compellebat; tumque in eo rursus, quod ipse Romani Moderator Imperii, in publico Conventu, in theatro promiscua infidelium, fideliumque multitudine referto initiari non erubuit ac consecrari, non alio plane præmio, quam æterno verme & igne dignus fuit.*

XX. Impietas Leonis Aug. in illo fœdere conciendo.

Rem eamdem clarius narrat Ignatius Diaconus in Vita Sancti Nicephori Patriarchæ Constantinopoli numer. LXXX. *Quis amicitias atque fœdera inepite ac indecore cum vicinis Hunnis ab illo inita ferventissimis lachrymis non deploret? Nempe illorum superstitiones Leo, ipsi illi nostra usurpantes legitima, mutuo firmaverunt pacta: & videre erat Imperatorem Romanum lebete aquam e calice in terram, eorumque clitellas versare manibus, deinde terna lora tangere, fœnumque in altum attollere, & se omni has ceremonias ritusque devovere. Gentes vero Divina nostra Symbola scelestis contrectare manibus, ut per illorum virtutem sacrilego se obstringere sacramento. Nonne hæc crudelitatis fure*

Digitized by Google

fraternitatem: ambos diu flagellis cæsos condemnat, ut relegentur ad ostium Ponti. Jubens neminem eis impertire nec cibum, nec potum, nec vestimentum, ut male (inquit) sic male atterantur. Hactenus de certamine sub Leone. Quod autem exantlavit sub Michaele, suo loco dicturi sumus.

PAGIUS *re germina? Nonne apertus in Christum furor & execratio? Nonne hujusmodi ut Dei ultionem inducant, fidem sane abunde faciunt ejus temporis portentosa eventa, videlicet concussiones ac terræ motus, cor secundum Prophetam confringentes, Urbesque populosas exitio obrutas: Adhuc an non penuria famem super faciem terræ seminans, dum agricolæ spicas non falcibus, sed manibus & fasciculis colligunt. Adde aerem similes virgis igniculos emittentem & terrorem videntibus inferentem. Adde infœcundum mare, fulmenque ac fluctus absoniorum more visum effundere. Adde cognationis ac necessitudinis oblivionem apud omnes pervagatam, tumultusque ac bella intestina in omnibus Provinciis atque Urbibus prægignentem. Deinde enim hactenusque contigit, ut civilium armorum morbus ubique obtineret.* Obiter observabis Ignatium, quemadmodum & Auctorem Anonymum Vitæ Sancti Nicolai Studitæ apud Combefisium Tom. I. Supplementi Biblioth. PP. Græco-Latinæ pag. 905. Bulgaros *Hunnorum* vocabulo designare, qui loquendi modus Viros doctos irretitos tenuit. Christiani, qui a Bulgaris captivi detinebantur, & qui nondum Martyrium passi erant, tunc in libertatem asserti, inter quos fuit *Basilius Macedo* adhuc puer, qui postea imperavit. Vide quæ de eo & de *Cutragone* Bulgarorum Rege, qui tunc regnabat, diximus an. DCCCXIII. num. X. & seqq.

I. QUi sequitur annus octingentesimus decimus octavus, Indictione undecima inchoata quintus idem numeratur persecutionis Leonis Imperatoris, quo acceptis jam antea litteris per Dionysium a Paschale Romano Pontifice Theodorus Studitarum Præpositus in carcere consistens, rursum legat ad Occidentem Epiphanium discipulum suum ad eumdem Romanum Pontificem, cui & litteras dedit, quæ sic se habent (a):

Per omnia religiosissimo Patri, supremo lumini, Universali, domino nostro, Apostolico Papæ, Joannes, Theodosius, Athanasius, Theodorus, minimi presbyteri & Præpositi Catharorum, Pteredii, Paulopetrii, & Studiani. Unus autem, qui hic deest e numero in præcedentis ad Paschalem epistolæ inscriptione, nempe Joannes Eucæeiæ Præpositus lapsus est, ac propterea nequaquam cum cæteris recensitus. Testatur id quidem ipse Theodorus in epistola ad ipsum Epiphanium Romam Legatum. Porro epistola ad Paschalem Papam sic se habet (b):

II. Legatio missa per Epiphanium ad Paschalem Papam.

Respexit nos Oriens ex alto Christus Deus noster, suam in Occidente beatitudinem, tamquam facem quamdam divinitus lucentem ad Ecclesiæ, quæ sub cœlo est, illuminationem, in Apostolica prima Sede constituens. Etenim spirituale lumen percepimus, qui in tenebris & in umbra mortis improbæ hæreseos tenebamur, & tristitiæ nebulam deposuimus, atque in spem optimam emersimus, cum didicissemus ex fratribus & conservis nostris, quos misimus, qualia & quanta egerit, & dixerit sancta celsitudo vestra. Quando hæreticos quidem Apocrysarios velut fures, ne in sacrum quidem conspectum admisit; sed cum procul adhuc essent merito rejecit: nostris vero calamitatibus ex litterarum auditione & Missorum relatione compatiens, indoluit atque ingemuit. Dei exemplo tamquam propriis membris. Ac re ipsa cognovimus, manifestum Apostolorum principis successorem Romanæ Ecclesiæ præsidere; certoque nobis persuasimus, Dominum Ecclesiam nostram minime deseruisse, cui unum, solumque a vobis auxilium hactenus, atque ab ipso exordio in occurrentibus molestiis Dei providentia concessum est.

Romanæ Ecclesiæ præconia.

Vos igitur illimis ac sincerus ab initio fons Orthodoxæ veritatis. Vos adversus omnem hæreticam procellam tranquillus sepositus portus Ecclesiæ universæ. Vos a Deo electa civitas refugii salutis. Sed quoniam temerarium est a nobis miseris ac indignis encomia congeri divino nomini vestro, quod divinæ olim linguæ beatum prædicarunt, præstat ut ad ærumnas nostras veniamus.

III. Status Ecclesiæ Constantinop.

Impii ergo consueta sibi omni conatu ac vesania facere non cessant omnes, qui mortis metu franguntur in hæresis barathrum trahentes & abripientes. Necesse siquidem est, eum, qui cedere nolit, verberum, aliarumque suppliciorum pœnis subjici; ita ut diffluant sensim aliqui (quod est miserrimum,) etiam ex iis qui certamen antea sustinuerunt. Nos vero iterum humiles, & in membris postremi, tam pro sacro proprio capite, quam pro reliquis præsentibus partibus & fratribus audentes legatione fungimur & obsecramus, ut consoletur nos sancta & Apostolica anima tua. Primum quidem (quod & facere illam credimus) ne suas pro stabilitate & salute omnium Deum flectentes preces intermittat. Ita obtestamur sacratissima viscera: deinde, ut quæ Spiritus sancti instinctu pro humilitatis nostræ utilitate ac perpetua virtutis tuæ laude deliberavit & statuit, ad exitum, Deo adjuvante, perducat. Hactenus posterior ad Paschalem epistola, ex qua a Gennadio in defensione pro Concilio Florentino præconia digna illa Ecclesiæ Romanæ citantur: *Vas illimis & sincerus ab initio fons Orthodoxæ veritatis, &c.* Quod autem exigit his litte-

(a) Theod. l. 2. ep. 13. Cod. Col.

(b) Theod. l. 2. ep. 35. ex Cod. Col.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Æræ Hisp. DCCCLVI. Anno Hegiræ CCLII. inchoata die 9. Julii fer. 6. A. C. 818. I.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6311.

☉ 15. C. ☽ 2. P. 28. Mart. Indict. 11.

JESU CHRISTI 818.

PASCHALIS PAPÆ 2.

LUDOVICI IMP. 5.

LEONIS ARMENI IMP. 6.

ANum. I. ad XXVIII. Baronius varias *Sancti Theodori* Studitæ Epistolas repræsentat, ex quibus intelligimus, quam male haberentur Sacrarum Imaginum Cultores in Imperio Orientali. Sed quod ait num. I. annum hunc quartum esse persecutionis, ex dictis subsistere non potest; cum constet, eam anno tantum DCCCXV. & quidem mense Februario, inchoatam esse. Præterea Baronius aliquos Confessores, qui sub Leone Armeno claruere, sub Leone Isauro vixisse existimavit; quod in Menologiis & Menæis dicantur *a Leone*, vel *a Leone Iconomacho* afflicti, aut in exilium missi, quod tam de Leone Isauro, quam de Leone Armeno interpretari potest, nisi tempus quo Sancti, in illis, passi dicuntur, ex aliqua circumstantia nobis innotescat. Hinc an. DCCXXXV. Baronius aliquos memoravit, quos eo anno ad Leonis Armeni tempora revocandos esse monuimus.

Cultores Sacrarum Imaginum vexantur.

Digitized by Google

teris Theodorus a Papa, illud fait, at præstaret quod promiserat legationem remissurum Constantinopolim: quod & præstitit, ut suo loco patebit.

His scriptis litteris Theodorus, Epiphanium, quem mittat cum eis in Occidentem, delegit, ad quem has, quæ sequuntur, litteras dedit, onus eidem legationis hujus injungens, his verbis:

(a) Theod. l. 2. ep. 35. Cod. Col.

IV. Epiphanio creditur legatio ad Paschalem Papam.

Epiphanio filio (a).

En dilecte mi, sicut alacri animo instituisti, solve in Occidentem, litteras istas laturus, quas dictavi. Misi epistolas duas ad Apostolicum, & dominum Methodium. Frater enim Dionysius Dei nutu, & incolumis eousque pervenit, & spem optimam reportavit. Ad quam iteratas litteras addere, operæpretium duxi. Scripsi autem, non tamquam a me solum, sed sicut antea, ex persona utrorumque Præpositorum quos indicat epistola, præterquam Eucaria. Is enim, ut accepi secundum peccata mea lapsus est. Ex communi ergo sententia & scientia, tum per occultam significationem tum per epistolæ ipsius lectionem, tunc scripsimus, ut epistola missa declarabat. Nunc vero etsi propter arctam custodiam id facere non potui; attamen velati jam consentientibus utrisque eorum etiam hæc est epistola. Fortasse autem postea continget, ut & ipsi certiores fiant.

Vade igitur egregie Epiphani, ὑπόφαντον, id est, appare Occidenti nuntius fidelis prudens jam olim probatus, redde epistolam, & juxta ea, quæ divino instinctu impressa sunt in sancto Apostolico, suggesticur, verbisque S. Methodii, & S. Monabasiæ Episcopi, simul intercede & ipse, & ora, ut ad finem hæc perducantur Dei voluntate, qui potest & salvum te servare, & sistere sacro ac beato vertici. Ne formides, multa tibi merces, & magnum certamen. Dominus tecum. Saluta Sanctos omnes, & maxime eos, qui notissimi sunt, præcipue sanctum Patrem meum Archimandritam, ac dominum etiam meum Carthophylacem, cujus charitas est in humili corde meo. Hucusque ad Epiphanium Theodorus.

V. Quod autem ad Methodium spectat, ad quem se scripsisse Theodorus testatur, erat iste illic Apocrysarius Nicephori Patriarchæ ad Romanum Pontificem missus, cui quid tunc acciderit admiratione dignum Romæ moranti, sic accipe ex Curopalata atque Cedreno in Michaele Theophili filio, dum narrat quæ acciderunt eidem Methodio jam Constantinopolitano Patriarchæ, cum adulterii accusatus, ob sui defensionem coactus fuerit virilia penitus consumpta & exiccata monstrare, sic dicens: *Quidam de notioribus placide ingressus, ex eo quæsivit, quomodo virilia ejus ita emarcuissent? Cui rem totam a principio enarravit. Se cum Romæ degeret missus eo ad Papam ob intentata Nicephoro sanctissimo Patriarchæ crimina, vexatum fuisse a carnis studioso malo genio, sine intermissione dies noctesque ipsum titillante, & rei venereæ appetitum excitante. Itaque se ardentem ea cupiditate, ac tantum non ei succumbentem, Petro Apostolorum principi se dedere statuisse, multisque ab eo precibus contendisse, uti se libidine illa liberaret. Hunc noctu astitisse, ac virilia sua manu dextera tangente, combussisse, simulque dixisse: Nihil esse quod in posterum sibi ab ista metueret voluptatis concupiscentia: & ob vehementem dolorem somno excussum, talem repertum fuisse, quadem ipsi vidissent.* Hæc ipsa quidem Methodius cum jam esset Patriarcha confessus libere ea, quæ his ipsis diebus, Romæ cum esset, divinitas contigissent. Quod autem ait, eum Romæ tunc fuisse pro Nicephoro Patriarcha ob intentata illi crimina defensorem: accidisse putamus, quod Theodotus, quo se in throno stabiliret, depositionem Nicephori falsis objectis criminibus colorare studuisset. Cæterum epistola illa, quam se eodem tempore ad Methodium Romam scripsisse Theodorus ipse testatur, non est reperta in dicto codice, quo usi sumus, Columnensi, ut hic simul eam tibi scribere potuissem.

Sed ad legationem a Theodoro missam revertamur. Profectus est igitur Epiphanius Romam, exceptusque est benigne a Paschali Pontifice: qui & quibus valuit remediis studuit tot malis occurrere. Sed quid faceret, cum regnaret Imperator apostata, sederet Patriarcha hæreticus, & cum eo clerus ejusdem communionis, & monachi desertores? quomodo ipsi audituri essent, quæ ab eo pro eorum salute admonerentur? Non destitit tamen ad Constantinopolitanam, aversatricem licet, Ecclesiam scribere, & quidem gravissimas litteras. Testatur (b) id quidem Theodorus ipse litteris suis suo loco reddendis. VI.

(b) Theod. l. 2. ep. 62. 63. 66. Cod. Col.

Interea vero Theodorus non quiescit, qui & hoc pariter anno scripsit Catecheticam epistolam ad ubique dispersos fratres. Cum enim in ea numeret ipse annos quinque persecutionis, hoc plane anno fuisse scriptam, qui numeratur quintus persecutionis, affirmare necesse est. Loco plane miraculi habendum (quod sæpe inculcandum est) at in arctissimo carcere constitutus, tot custodibus vallatus, facultas ei scribendi fuerit suppeditata. Hujus autem scribendæ epistolæ ipsi ea cogitatio fuit, quod cum sciret suos monachos, & alios diversorum monasteriorum Confessores vagari a monasteriis expulsos, extorres, ac a perse-

cu-

Digitized by Google

cotore Imperatore abripi: timens iis, ne quos terror non subegisset, mundana voluptas vinceret, occasione versandi cum feminis: ut cauti esse debeant, datis his ad eos litteris, monuit vehementer. Sic spiritualis ugnuis dux, sapientissimus, ne adversariæ potestates suos lædere possent milites, quaquaversum providit. Epistola autem ipsa sic se habet (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 37.

VII. Epist. Theodori Catechetica ad fratres dispersos.

Theodorus omnibus ubique dispersis fraternitatibus.

Gratia vobis & pax multiplicetur. Æquum enim est Apostolicis verbis affari eos, qui pro Christo persecutionem patiuntur (b): Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui humilitati nostræ januam aperuit, quamvis arcte custodiamur, ut vobiscum charissimis nostris epistolarum colloquio congredi possimus. Vere Dei verbum non est alligatum, etsi alligare se putent, qui dominantur. Vere lætari plurimum debemus, cum divinarum prædictionum eventa in nobis conspicimus. Age cum Apostolo (c) dicamus, fratres: Quis nos separabit a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an fames, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? Num enim de seipso tantum hæc dixit, ac non etiam de nobis? & ut nos erga Deum sic affecti simus, ut afflictionibus istis, quas sustinemus, minime frangamur, sed ea, quæ desunt, passionum perferre gestiamus. Gaudium enim est inenarrabile pro Christo, & cum Christo pati, quemadmodum ostenderunt Sancti omnes usque ad Thadæum Martyrem nostrum, & Confessores alios egregia animi constantia, & persecutioni convenientibus factis sive ex carcere, sive ex alio exilii quovis loco post illum abierunt. Simus & nos, fratres mei, Martyres ad hunc modum, ut parati nimirum semper simus, comprehendi, confiteri, flagris cædi, mori; hoc est enim quotidie Martyrem esse: hoc quotidie mori.

(b) 1. Petr. 1.

(c) Rom. 8.

VIII. Ne illecebris carnis capiantur admonet suos.

Ex hoc quidem purgari mentem contingit, & perturbationibus abscedere, Deo appropinquare, mundum odisse, cælum meditari, perpetuo adamata bona, at certe tristiora. Nec enim locum menti relinquit hæc hujusmodi præparatio, ut voluptates consectetur, ut hoc illudve carnale desiderio amplectatur, sed vires cordi & nervos addit, oculos in lacrymas solvi compellit: desiderium injicit ex corpore, tanquam ex gravi quodam carcere emigrandi. Considerantes itaque quales simus: Et siquidem sic affecti, recte sane; sin aliter, redeamus in viam, & emundemur. Fugiamus immitem draconem diabolum, & ignea tela amara & lethifera cupiditatis. Non est voluptas, sed dolor; non dulcedo, sed fel; non benevolentia, sed odium, servitus, corruptela, dæmoniaca vexatio ejus, quæ secundum naturam est status immutatio. Etenim si bona est & dulcis, quomodo quos arripuit, eos fatuos statim reddit, jumentis similes, probrosos, serviles desperabundos enervatos, æternæ mortis reos? itaque fascinat, a mente alienans & pervertens, non id revera existens, quod præsefert præstigiatrix, tanquam energumenos a dæmone correptos, qui id quod patiuntur priusquam ad se redeant, non agnoscunt.

IX.

Videamus ergo, Christiani, quænam sint diversoria nostra, & ubi & quibuscum habitatio & consuetudo. Quod si quid ibi noxium est, migrandum; si cum eo, qui scandalum affert, abscindendum; si cum nemine, adsciscendum: quia execrabile solum esse quandiu necessitas non cogit. Observanda sunt, & alia cibus, potus, somnus apud, ut mensura fiant omnia, quæ corpori vires præbeant, ut pareat, & jussa faciat, non efferatum reddant, ut insurgat, & animæ repugnet. Equuleus est si affatim alatur, lascivit, sessoremque animum prosternit. Ex rebus nostris de vestris etiam enuntiamus: Omnes siquidem homines liberi arbitrii habenas a Deo pari jure acceperunt cum summa potestate, licet anima & corpore inter se pugnantibus, perpetuum bellum sit. De his igitur hactenus hæc dicta sint. Quid cætera deinde? Fides firma, immutabilis, sicut tradidi vobis & a Sanctis accepi, vel potius ab uno utique & eodem spiritu, &c. Adiicit de cultu sacrarum imaginum superiori consimilem doctrinam, quam brevitatis causa hic describere præterimus. Ac de persecutione hæc rursum inferius ingerit, hortans eos, ac roborans in fidei confessione persistere.

X. Exhortatio ad patientiam.

Minime vos conturbet duratio persecutionis. Haud multos annos pertulimus, ut antiqui olim Confessores. Nondum examinati fuimus legitima igne probatissimæ tentationis: adhuc admixtum est plumbum, adhuc ruga peccatrix. Tu quis es qui comprehensorum judiciorum profunda scruteris? Quæ tibi præstita sunt hæc cogita. Abrahæ semen illud, cui promissa Dei benedictione terra sancta hæreditas fuerat, quadringentis triginta annis Pharaonis manu servitutem servire Deus permisit. Christi Ecclesia ab Apostolorum prædicatione usque ad Constantinum primum Christianorum Regem supra annos trecentos ferventem persecutionem passa est. Quæ secuti sunt, remissæ quidem, attamen longius tempus duxerunt, præterquam sub Juliano Apostata. Paulus magnus annis quinque & triginta persecutionem pertulit, quotidie moriens. Et tu quinque annorum spatio langues? Clemens multorum certaminum vir viginti octo annis in perpetuo marty-

rio

vio fuit. Et tu intra paucos desistis? Et quod mihi tempus satis sit ad alios Martyres commemorandos? Non audisti sufferentiam Job? Nonne annis quindecim & amplius ulcere gravi venatus est, præter alios, qui adiecti fuerant, lugubres casus? atque hoc cum nullius sibi mali facinoris conscius esset, quin potius laudabilium quamplurimorum. Quid autem ei respondet oraculum? Ut Justus inquit, appareas. Ita & nunc cribrat quodammodo providentia hujus temporis homines, ut quæ insunt zizania eiciat, & frumentum purum maneat.

XI. Non audis quid Hieremia dicat (a)?
(a) Jerem. 6. Mitte eos in conflatorium, & vide si est probatio, sicut & ego probatus sum pro eis. Feramus adhuc, o strenui milites Christi. Dies sicut umbra transeunt, quamvis persecutores permanere existiment (b): Si me persecuti sunt, inquit,
(b) Jo. 15. & vos persequentur: Si sermonem meum servaverunt, & vestrum servabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum, qui misit me. Vere enim ignorant quod Deus &
(c) Gal. 4. Pater misit (c) Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, & Patri suo acquireret. Nisi enim ignorarent illum pingi non negarent: nemo quippe, qui ex muliere natus sit talis est, ut exprimi non possit, alioqui abortivum quiddam esset. Sic itaque fratres perficimus nos ipsos, sic consolationem habemus in verbis Salvatoris nostri Jesu Christi, expectantes remunerationem. Hic præmissis ad postremum monet de Leontio persecutore. Fuerat hic monachus & discipulus Theodori, & sanctarum imaginum cultus assertor: Verum infelix in veritate non stetit, sed factus apostata cæteris ardentius persequebatur Orthodoxos; de eo enim monet his verbis:

XII. De Leontio ex monacho diro persecutore. Sed nostis qualis sit Leontius, eunuchorum genus non solum ingloriorum, ut quidam Sanctorum dixit, sed & Christum negans; atque adeo his finibus se continens, verum acerbe & crudeliter fratres nostros excrucians: Qui ante discipulus, nunc nugator Judaizans: qui inter fratres eminentiores, nunc contra fratres supra quam Judæos amnes: Qui non simpliciter imaginem dicebat, sed sanctam imaginem sive Christi sive Deiparæ & cujuslibet Sanctorum: nunc eas incendit, & abolet, insanientis instar fera blasphemans. Unde & Imperatoris sharac factus est, & monasteriis nostris potitur, & omnia miser facit in contumeliam Christi. Sed heu me? mea enim hæc ejus ludibria. Attamen similis ille est, qui genuit secundum carnem: nam & ille alim primitiæ fuerat impietatis; sicut & Hermin: ambo enim furentes aguntur: nec miscet Deus cornicem columbæ, sed similia similibus. Ergo illi non hunc modum. Det illis Dominus agnoscere veritatem, quos captos tenet diabolus pro sua voluntate. Vos vero Christus cum iis quos vexat apostata, confirmet, viresque ac robur tribuat, ut sustinere adhuc possitis, esurientes, sitientes, nudi, colaphis cæsi, instabiles, laborantes maledicta & persecutionem patientes, blasphemati, tamquam purgamenta hujus mundi
facti, omnium peripsema, ut Paulus (d) (d) 1. Cor. 4.
magnus, quo cum pars vestra sit. Fratres, orate pro nobis peccatoribus, ut salvemur digni habiti omnium, qui restiterunt, infimo gradu. Salutat vos, qui mecum est frater Nicolaus. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

Post hæc autem venerunt Constantinopolim Legati, qui missi sunt a Paschali Romano Pontifice cum litteris adversus Iconomachos, quibus erroris arguerentur. Est mentio de hac legatione in epistola catechetica ejusdem Theodori contra eosdem Iconomachos (e) data, in qua hæc scribuntur verba: Non igitur effugerunt, quia a Supremo Ecclesiæ throno arguerentur, sicut factum est, & ipsi scitis. Et nobis quidem tuta & sincera erant omnia etiam ante Occidentalium adventum. Plurimum vero etiam inde accessit, ut cognoscamus consentanee sæculis superioribus nostrum hoc Deo carum esse, & ob oculos statuisse testimonium, quod ab eo alieni sunt, qui imaginem negant. Si enim a Coryphæo abrupti sunt, & ab aliis tribus Patriarchis, utique & a Christo, qui caput est prædictorum; & lugere illorum causa & mærere conveniret, nostra vero lætari supra modum, &c. Apparet ex his quidem literas Apostolicas Paschalis Papæ ejus fuisse argumenti, ut ab eo erroris argueretur hæresis Iconoclastarum, ipsi vero ostenderentur separati esse ab Ecclesiæ Romanæ communione. Ejusmodi igitur legatio, & declaratio veritatis, qua innotuit scissos esse ab Ecclesia omnes Iconomachos, plurimum attulit adjumenti civibus Constantinopolitanis, cum ab Ecclesia Catholica se esse separatos audirent. Quamobrem quamplurimi detestati errorem, sunt veritatem professi ex omni hominum genere utriusque sexus, adeo ut & plures ex iis, qui latebant, prodeuntes in lucem martyrio se obiicerent; ita ut de civitate Constantinopolitana illud diceretur, quod ubi abundavit delictum, superabundavit & gratia. Ita quidem testatur idem ipse Theodorus Studita sua epistola ad Naucratium (f) data suo loco inferius recitanda.

XIII. Legati a Paschali missi venerunt Constant.

(e) Theod. l. 2. ep. 86. Cod. Col.

A Christo deficit qui ab Ecclesia Romana recedit.

(f) Theod. l. 2. ep. 71. Cod. Col.

Quan.

XIV. Quando autem pervenerit Constantinopolim legatio Paschalis Romani Pontificis, in fine anni hujus, vel sequentis initio: haud satis exploratum haberi potest. Enituit quidem maxime ubique locorum Orientalis Ecclesiæ ingens ejusdem Paschalis Papæ studium in juvandis Græcis Orthodoxis laborantibus, quod & ex aliis ab eo rebus gestis est declarandum. Siquidem idem sanctissimus Pontifex interea nihil antiquius habens, quam de Fide Catholica bene mereri; Orthodoxos omnes extorres, Constantinopoli vel aliis partibus Orientis Romam confugientes quam benignissime excepit; quin & Græcis monachis egregium construxit monasterium apud sanctam Praxedem, quem presbyteralem titulum mirifice exornavit, donisque quampluribus auxit. Ne igitur confugientes ad Romanæ Ecclesiæ gremium monachi Orientales incertis sedibus per Urbem vagarentur: ipsis dictum monasterium erexit, de quo Anastasius meminit, dum agit de eodem S. Praxedis titulo ab eodem Paschali sanctorum Martyrum corporibus locupletato; his enim verbis rem aggreditur enarrare:

Monasterium Græcorum a Paschali Pap. Rom. extructum.

XV. *Ecclesiam beatissimæ Christi virginis Praxedis, quæ quondam priscis ædificata temporibus, nimio jam laxata senio ita, ut a fundamentis casura ruinam sui minaretur, idem venerabilis Pontifex illius ruinam ante prævidens, ejusdemque Ecclesiæ curam adhibens, illic pervigil sæpius existens, in alio non longe demutans loco, in meliorem eam quam dudum fuerat, erexit statum. Absidem vero ejusdem Ecclesiæ musivo opere exornatam variis decenter coloribus decoravit. Simili modo & arcum principalem ejusdem metallis mirum in modum proficiens composuit.* Extat adhuc ipsa apsis sacris imaginibus ex musivo elaboratis decora & integra, in cujus fronte ejusdem Paschalis nomen eadem arte exscriptum legitur his inter se complexis elementis. P S atque versus isti in abside eodem ope CAL. re exarati leguntur.

De Ecclesia S. Praxedis restituta.

EMICAT AVLA PIA E VARIIS DECORATA METALLIS
PRAXEDIS DOMINO SVPER ETHRA PLACENTIS HONORE
PONTIFICIS SVMMI STVDIO PASCHALIS ALVMNI
SEDIS APOSTOLICAE. PASSIM QVI CORPORA CONDENS
PLVRIMA SANCTORVM SVPTER HAEC MOENIA PONIT
FRETVS VT HIS LIMEN MEREATVR ADIRE POLORVM

Ibidem in sacro cubiculo, ubi nunc colitur columna flagellationis Jesu Christi, super limen ista leguntur:

PASCHALIS PRAESVLIS OPVS, DECORA FVLGET IN AVLA
QVAE PIA OBTVLIT VOTA STVDVIT REDDERE DEO.

Pergit de eadem hæc Anastasius.

XVI. *Hic enim beatus & præclarus Pontifex multa corpora sanctorum dirutis in cæmeteriis jacentia, pia sollicitudine, ne remanerent neglecta, quærens atque inventa colligens, magno venerationis affectu in jam dicta Christi Martyris Praxedis Ecclesia quam mirabiliter renovans construxerat, cum omnium admiratione Romanorum, Episcopis, presbyteris, Diaconibus, clericis laudem Deo psallentibus, deportans recondidit. Quæ dum sanctissimi atque evangelici præsidis hæc intima cordis vigilantia gererentur, ut reconditorum ibidem sanctorum corporum, Domino, indesinenter super astra placentium precibus apud omnipotentem Dominum juvaretur: construxit in eodem loco a fundamentis cœnobium, quod & nomine sanctæ Praxedis virginis titulavit, in quo & sanctam Græcorum congregationem aggregans, quæ diu noctuque Græcæ modulationis psalmodia laudes omnipotenti Deo, sanctisque illis ibidem quiescentibus sedulo persolveret, introduxit. Siquidem in eodem monasterio plurima conferens prædia, & possessionum loca urbana & rustica, affluenter atque abundanter ditavit.*

Corpora SS. Martyrum delata in Ecclesiam S. Praxedis.

XVII. *Qui etiam in eadem Ecclesia fecit Oratorium beati Zenonis Christi Martyris, ubi & sanctissimum ejus corpus ponens, musivo amplianter ornavit. Fecit etiam in eadem Ecclesia ciborium ex argento pensans libras octingentas & decem. Item & Propitiatorium sacri altaris ex argenteis laminis mirifice exornavit. Confessionem denique ejus cum * regalis suis interius exteriusque vallans, pulcherrime composuit atque deauravit, quæ simul pensant libras trecentas. Supra ejusdem venerabile altare fecit regnum spanoclistum ex auro fulvo, ex diversis lapidibus exornatum, pensans libras quinque & uncias duas & semis. In eodem sacro altari fecit vestem de chrysoclavo cum diversis historiis miræ magnitudinis atque pulchritudinis exornatam. Item ubi supra obtulit aliam vestem chrysoclavam ex auro gemmisque confectam, habentem historiam virginum cum accensis facibus mirifice comptam atque decoratam. Ad sacrum denique ejusdem virginis corpus obtulit* ima-

Ornamenta Ecclesiæ S. Praxedis.

* regulis

imaginem ex laminis argenteis præfiguratie, pensantem libras nonaginta octo.

Hic benignissimus Præsul fecit in jam dicto monasterio Græcorum Oratorium sanctæ Agnetis Christi virginis miræ pulchritudinis exornatum. Hactenus Anastasius de titulo S. Praxedis, & de Græcorum monasterio a Paschali Papa constructo, ut Græcis monachis Romam fugientibus digne prospiceret. Erat enim extorrium haud exiguus numerus monachorum, ut non sufficerent alia, quæ in Urbe erant Græcorum monasteria.

XVIII. Persecutio recrudescit. In eos autem, qui remanserant diram fuisse renovatam persecutionem, ex litteris magni Theodori cognovimus: occasionem autem recrudescentis persecutionis eam diximus præcessisse, quod ejusdem Pontificis legatione missa hoc anno Constantinopolim, complurium concaluerunt animi civium ad hæresim respuendam, & veritatem profitendam, excitatique pariter ad errorem publice detestandum, palamque cultum sacrarum imaginum confitendum. Factum est enim, ut ob excitatum in cives spiritum confessionis, sæviret magis ac recrudesceret persecutio, & complures ex iis, qui lapsi erant, rursus confessionis ingrederentur agonem adversus Iconomachos certaturi: dum & qui detinebantur in carcere, arctioribus vinculis stringerentur; atque ipsi regii impietatis ministri in eos acrius sævirent. Extant autem pleræque e carcere tum datæ ab ipso Theodoro Studita litteræ ad hos consolandos & roborandos. Tunc temporis enim ab eodem Theodoro scripta est Catechesis ad Simeonem (a) & alios novem de his, qui se ipsos ultro objecerunt martyrio. Tunc & data videtur epistola ad Leonem Patricium (b) & Sacellarium, qua deplorat acerbitatem persecutionis, quam & ille dolebat, necnon illa ad Irenam (c) Patriciam post lapsum confessam & flagella atque exilium passam, hortans eam, ut forti animo ærumnas perferat, nec frangatur. Extat pariter ad Gregorium laicum hominem, qui primus tunc ex Imperatoris aula ad stadium persecutionis progressus est, quæ sic se habet perbrevis satis (d):

(a) Theod. l. 2. ep. 44.
(b) Idem ep. 36.
(c) Idem ep. 68.
(d) Idem l. 2. ep. 35. ex Cod. Col.

Gregorio laico.

XIX. Gregorium confessorem roborat Theod. *Salve Confessor Christi. Merito Dei hominem te olim appellavi. En non mentitus est humilis sermo meus, qui sublimis in te apparuit. Quomodo carcer? Ferrea etiam vincula sustines, ut audio, corpore constrictus res laboriosa. Verumtamen confortare in Domino, sancte, & Martyrum more depugnans. Belle belle frater Qualis eluxisti? Quantum exaltatus es? unus ex omnibus laicus (de iis loquor, qui sub hoc Imperio) tu solus Deo Confessor ostensus es & Angelis & hominibus. Cernis ubinam te detineant persecutores? In palatio, seu Margaritarum, seu Regem effectum, quamvis ita non sentiant. Ne timeas, amice, ne terrearis ob imminentia verbera. Sustine, Christus una sublevans, simul adjuvans, ut simul pugnans, & simul percussus. Si ergo a quopiam e subditis detentus, Imperatorem haberes defensorem, & inter verbera tecum & animo & affectu verberatum: nonne pati gauderes, ornamentum amplectens, quasi patiendo perciperes quas desiderabas opes, gloriam, principatum? Quanto vero magis hoc in re præsenti sentiendum? quod & amplectendum nobis necessario, ut non somnii similia hæc inania, sed sempiterna & vera & ineffabilia bona consequamur, æterna supplicia declinantes: quæ qui pingi Christum negant, sustinebunt, a quibus liberemur, frater, pro nobis invicem orantes.* Ita Theodorus, qui tunc etiam & hortatus est suos, cum in eos crudelius Leontius persecutor ille exmonachus sæviret. Sic se habet (e):

(e) Theod. l. 2. ep. 38. Cod. Col.

Fratribus Studianis.

XX. Studianos monachos confessores consolatur Theod. *Salvete in Domino, fratres ac Patres: salvete milites Christi: salve fratrum ternarius sanctæ Trinitatis gratia dives, vere digni talibus salutationibus, quia propter Christum generose durissimum carcerem patimini a Leontio urfario vexati. O Judaicam apostasiam! si agrestis fera esset, satiari utique jam posset, sanguinem vestrum tandem pœnis fundens & hauriens; at nunc insatiabilis manet sanguinis potor dæmoniacus; nullum sensum misericordiæ, nullam humanitatis commiserationem erga vos suscipiens agnos Christi; sed affligens, omni modo devorans vos, cum Satana moliens, ut glorietur draco, ut per vos nos etiam perterrefaciat: sed frustra: (f) Fidelis enim Deus, qui non sinit vos tentari supra quam potestis, sed facit cum tentatione etiam proventum, ut possitis sustinere. Recordamini Sanctorum, qui a sæculo fuerunt, quia nemo tentationum & tribulationum expers, placuit (g): hic quidem sectus est, ille lapidatus, alius igne consumptus, alii dissecti sunt. Et quod tempus sufficiat recensenda nobis circumposita nubis Martyrum? quorum vos cum participes sitis & certaminum socii, gaudete fratres mei gaudio ineffabili contra hæresim, contra affectus regnum obtinentes.*

(f) 1. Cor. 10.
(g) Hebr. 11.

XXI. *Tu nomine congruenter ἀνδρόνικος, id est, animo fortis, Cartrrius, tu in patientia dives καρτερόψυχος id est, abundantissimus Aphthonius. Tu divina ἀγάπη id est, charitate corroboratus verissimus Agapius. Carceris obscuritas æternæ vobis & inaccessibilis lucis est conciliatrix. Fames paradisi delitiæ: nuditas pallii immortalitatis: solitudo conversationis cum Deo:*

como intonsa decora vconstatis, ut revelata facie Dei gloriam conspiciatis. Num gaudium sunt ista? Num exultatio omni exultatione major? Ægre forsan laturi sumus, quod non suditus per ligno, non imposito catena. Quo enim magis abundant ærumnæ, tanto abundantior consolatio gloriæ Dei. Hæc pauca, sciens vos a vobis ipsis habere patientiam, vos hortatus sum, charissimi. Vos vero rependite mihi cum Nicolao, qui mecum est, fratre nostro, qui vos salutat, sacras preces vestras, ut salvi simus.

Laborant persecutores, ut absque corona Martyrii fideles affligerentur.

Quod vero persecutores ipsi (ut sæpe dictum est) Orthodoxis martyrium inviderent: haud mortem violentam palam intulerunt, sed fatigationibus eos frangi, & ærumnis confici voluerunt, ut longiore ita ducto martyrio, ipsorum constantiam emollirent. Verum cum in carcere constitutos cernerent, haud illis permoveri posse suppliciis: illud excogitarunt, ut eos per diversa longinquaque itinera & aspera fatigarent: quod vidimus in ipso Theodoro Studitarum omnium Patre; sed & de aliis monachis Confessoribus id factum, ipsius ad Simeonem monachum datæ litteræ docent, cum alias ab eo de his omnibus certum nuntium accepisset: sic enim se habent (a):

(a) Theod. l. 2. ep. 30. Cod. Col.

XXII. Epistola Theodori ad Simeonem.

Reddita mihi epistola sanctitatis tuæ. Ubi eam legi, & singula didici, quæ ceperit, qui cum ea fuit, sanctis Patribus nostris, quorum nomina in libro vitæ ceciderant, sacram omnium expulsionem, longinquam deportationem, molestam illam & gravem, propter vorsam hinc inde obductionem, & duram impiorum custodiam: ingemui simul, in cujusmodi tentationes Dei Ecclesias tempus perduxerit, omnia considerans. Simul etiam beatam duxi perseverantionem pro Christo ferentium certamina. Teque pariter, qui gestorum omnium nuntius nobis fuisti; nec remisisti ergo me nihili hominem, & mutum movere ad scribendum, & totam afflictionis seriem, singulatim percensere. Quo nomine benedicat tibi Dominus, ac magis, magisque confirmet, & corroboret in acerba ista testimonii Christi dimicatione. Enimvero cognovi quemadmodum post dimicationem istam, cum Joanne impiorum duce congressus, haudquam me tu cesseris, nec inferior sermonis conflictu extiteris, sed fortiter obsistens ipsum viceris, & elinguem juvenili vigore reddideris, veritatis verbo subnixus, quam tibi Spiritus sancti operatio suggerebat. Nulla videlicet in iis, qui decepti sunt, residet vis sermonis; quoniam nec lumen, nec veritatis specimen, nec rectum aliquid, aut sanctum, in tenebris ambulantibus stulto corde & evanida sapientia, seu ut verius dicam, insipientia, imperitia, cæcitate. Unum autem inest, & primum & postremum, potestas tenebrarum; hæc illis & sermo, & definitio, & fides, & gloria, & arma (b). Ex operibus eorum cognoscetis eos, dicit Dominus.

(b) Mat. 7.

XXIII. *Quid enim impium, aut Judaicum non egerunt? Christum contumelia affecerunt Deiparam & Sanctos: quorum enim corporea figuræ ignominia afficiuntur, in prototypa ipsa transmittitur contumelia. Ideoque Antichristi merito dici possunt Iconomachi: quandoquidem ut a Theologo & Evangelista scriptum est (c), nunc multi sunt Antichristi. Hæc parva quidem ad prudentiam tuam, sed charitatis, qua nobis a Deo in uno sensu & anima una donata est, Symbola sunt. Tu vero frater egregie pro me ora, ut pari tecum pugna decertem. Et indicare porro non graveris, quomodo & ipse agas, & quomodo se habent & habituri sunt sacri comites tui.* Hæc ad Simeonem Confessorem.

(c) Joan. 2.

Ipse vero Theodorus de fratribus Confessoribus ista & alia audiens per litteras diversorum ad eum scribentium; eadem ut pretiosa monilia custodiens, auro ea vestienda & ornanda suscepit, cum videlicet otio carceris bene usus, eorumdem tum verba tum facta versibus conscripsit, a posteris canticis prosequenda; testatur id ipse quidem in sua epistola, iisdem ferme diebus ad Naucratium data, (d) ubi post alia: XXIV.

Vitæ Confessorum ac Martyrum a Theodoro scriptæ in carcere.

(d) Theod. l. 2. ep. 6. Cod. Col.

Misi ad te libellum, & quaterniones quatuordecim, in quibus sunt sermones, & vita fratrum, metricis versibus. Quæ legens tu, & aliqui e fratribus fidis, diligenter abscondito. Et quidem nihili facio, frater, quod nullius momenti sint. Sed quandoquidem otium suppetit, & extimulor quodammodo a sancto Patre meo, rursumque audiens beatum Paulum dicentem: noli negligere gratiam, quæ in te est, tamquam indignus cum timore & tremore facio quæ facio. Hæc de his Theodorus, qui & soluta oratione scriptis epistolis eorum encomia prosecutus, id ipsum præstitisse cognoscitur, ut vidimus de Thadæo, & nunc dicendum de Jacobo, cujus præconia celebravit litteris ad Hypatium datis his verbis (e):

(e) Theod. l. 1. ep. 100. Cod. Col.

XXV. De Jacobo monacho præconia.

Nec nos sine dolore, fili, accepimus dormitationem Jacobi Confessoris Christi & amabilis fratris nostri, nec porro sine lætitia. Illud quidem ex spirituali affectu (quid enim ille nisi filius, & solus filius, cujus ego propter peccata ne filius quidem dici merebar) hoc vero spei causa, nec nostræ dumtaxat, quorum ille velut membrum sacer ornatus futurus erat, verum etiam totius Dei Ecclesiæ. Quid enim? qualem virum censes? an non Confessorem? non Martyrem? non Sanctum? A primis annis in ascetica vita laboribus de-

Digitized by Google

desudavit, legitime subditus, obediens, adversus animi motus viriliter pugnans, incorruptum corpus afflictationibus custodiens, quibus illud continebat, & in servitutem redigebat, sine apparatu comedens, sic dormiens cum adhuc sanus esset, ut in admirationem raperet intuentes, secessum colens, ut plurimum quoad poterat, & ad se ipsum reflectens, atque ad divinum amorem inde assurgens. Ac ne quis fingi a me hoc existimet animi gratia propter audientes: testis est Deus & qui ejus pædagogus fuit Joannes, a quo mihi eorum quæ nesciebam explicatio. Atque hæc velut rude quoddam specimen asceticæ disciplinæ.

XXVI. *In confessione autem quot & quanta? Spectaculum factus est Angelis & hominibus. O forte, Deoque carum cor! Ingressus est stadium, tamquam Dei miles impavidus intrepidus, hinc inde tenebrarum ministri terga verberibus laniarunt, pectora, brachia, sanguinem hauserunt, carnes conciderunt, humi stratum Sanctum reliquerunt, sævam vocem nullam prorsus mittentem; sed martyrium Deo perfectum explentem, & hoc pro Christo Filio Dei ac Deo nostro. Nam pro sacra ejus imagine decertare proculdubio ipsum est martyrium pati. Audiant mansueti & lætentur: exultent Martyrum amatores & tripudient, Confundatur diabolus: concidat Iconomachorum caterva. Ex utrorumque operi-*
(a) Matt. 20. *bus, juxta divinum (a) mandatum, utrosque agnoscite. Hi enim non hunc solum, sed multos e nostris, & non nostris, immo & nostris (siquidem omnes unum corpus sumus in Christo Jesu, qui est caput omnium) pariter divexarunt, occiderunt, inedia peremerunt; & quæ aliis his consentanea sunt. Ille vero ex tolerandis illis vulneribus, membris omnibus solutus, & exanimatus, & corpus acerbissimis doloribus chirurgicæ curationi subjecit, & fractus inde ad finem usque tamquam quotidie moriens vitam traxit, & quidem cum gratiarum actione, & quidem cum humilitate.*

Quod si (ut scribis) suum etiam obitum prædixit, hoc ipsum consequens erat ex certaminibus. Quia vero adjecisti, maximum ad funus concursum fuisse etiam illustrium in utroque genere: id quoque facit ad orationis testimonium. Neque enim ad hominem obscurum secundum carnem, nisi Dei nutu talis factus concursus esset, ille igitur in cœlum abiit, & appositus est ad commilitones, auctusque est chorus Confessorum ac Martyrum piorum, ex quo gaudium est in cœlo, & animi lætitia, cujus precibus salvemur, fratres, ipse autem condignam obsequii sui sui mercedem nanciscatur. Beati autem & qui convenerunt, revera pii, revera Martyrum amatores, quorum pars cum eo sit, quem extulerunt. De venerandis ejus reliquiis, sicut scripsi de canone, si Deo placet, faciam. Salutate invicem in osculo sancto. Etenim omnibus fratribus legi debet. Salutat vos dominus Archiepiscopus, protopresbyter, œconomus, & reliqui fratres. Dominus sit vobiscum. Amen. Hactenus ipse. Sed ex multis paucos recenset, cum tamen Græcorum Menologia suis quibusque diebus, quibus ex carne soluti sunt, contineant plures sanctos Martyres in hoc persecutione passos in Ecclesia celebrandos. XXVII. Plures Martyres sub Leonis Armeni persecutione.

Ut autem de rebus Occidentalibus aliquid attingamus, dicenda sunt aliqua de cœnobio Cassinate, ubi vigebat his temporibus monastica observantia, ex XXVIII.

PAGIUS II. *Apollinaris fit Abbas Casinensis.* Ad num. XXVIII. In controversia versatur, an *Apollinaris* Abbas Casinensis XIV. cujus initium refert Baronius, hoc vel superiori anno *Gisulfo* in regimen ejusdem Monasterii successerit; qua de re legendus Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. II. pag. 443. Ubi existimat, *Apollinaris* institutionem ad præcedentem annum referendum esse. Eum tamen hoc anno Præfecturam iniisse demonstrant quæ num. VII. in medium adducimus. Leo Ostiensis in lib. I. cap. 19. narrat, cum ei *Liris* fluvius transvadandus esset, & navis deesset, ad ulteriorem ripam Apostoli Petri exemplo siccis pedibus advectum esse. Hujus miraculi meminit Victor Papa III. in lib. I. Dialogorum, ubi Apollinaris Abbatis *sanctitatem, benignitatem, largitatem omnibus pene in hac Provincia commorantibus latissime patuisse* testatur. Addit idem Auctor, cum jam vita functum *Bassatio* Casinensi Abbati ostento prænunciasse, *Agarenos*, qui tum temporis Italiam late vastabant, Casinensique Monasterio inhiabant, ab ejus clade temperaturos ob merita & virtutem Sanctissimi Patris Benedicti. Idem Leo tradit, eum obiisse *V. Kalend. Decemb.* post regiminis annos XI.

In Annalibus Hepidanni Monachi apud Duchesnium Tom. III editis legitur: *DCCCXVIII. Sedulius Scotus clarus habetur.* Quinto sæculo de *Sedulio* Seniore egimus, & de Juniore differt Labbeus in Dissert. de Script. Eccles. cum de Seniore sermonem habet. Scripsit ille *Collectaneum* sive *Explanationem in omnes Epistolas Sancti Pauli:* ex Origene, Hieronymo, aliisque Patribus excerptam, cui etiam Collectaneum in *Matthæum* eodem filo contextum attribuendum censet Labbeus, apud quem plura de Sedulio Juniore. III. *Floret Sedulius Scotus.*

Hoc circiter anno *Urolphus* Laureacensis Archiepiscopus creatus perrexit in *Avariam* & *Moraviam*, ut illarum Provinciarum populos fide Christiana imbueret, sicut anno DCCCXXIV. ex literis Eugenii II. Papæ constabit. *Laureacum* antiqua Noricorum Civitas ad Anisi confluentes in dexteram Danubii ripam Episcopos habuit, imo & Metropolitica fuit prioribus Ecclesiæ sæculis. Civitate excisa, extincta quoque fuit Sedes Metropolitica, nec ea huic Civitati restituta ante hæc tempora. Summopere enim falsi sunt Hundius in Metropoli Salisburgensi, Cointius in Annal. Ecclesiast. Francorum, aliique Viri doctissimi, qui *Laureacum* duobus sæcu- IV. *Laureacum rursus in Metropolim erigitur.*

Cœnobium S. Benedicti Cassin. sanctitate floret.

quo tamquam ex fonte fluenta regularis disciplinæ manabant, cum floreret viris sanctissimis, & inter alios, qui creatus fuit hoc anno ejusdem cœnobii Abbas nomine Apollinaris, qui ea miraculorum gratia est sublimatus, ut Lirim amnem sicco vestigio pertransiret, ut (a) Leo Ostiensis est auctor. Porro dictum cœnobium haud pridem sanctus Adelhardus consobrinus Caroli Magni petiit disciplina monastica imbuendus, ut Paschasius in rebus ab eo præclare gestis (b) enarrat. Sed & sub eodem quoque Imperatore Carolo Magno etiam ille sanctitatis nomine insignis primus Monasteriensis Episcopus, Ludgerus nomine in idem sancti Benedicti monasterium peregrinatus, illic annis duobus & sex mensibus excolendus monasticis institutis permansit, quæ postea propagavit in Frisios atque Saxones: nam Frisiorum est delegatus Apostolus. Testantur hæc Acta ipsius, a monachis Werdensibus quam fidelissime scripta (c). Licet autem de remotis orbis partibus ad dictum cœnobium frequens esset accessus: illorum tamen, qui ex diversis regionibus Italiæ tamquam ad civitatem refugii, atque ad asylum Christianæ libertatis illuc confluere solerent, seque illic cum suis divitiis

(a) Leo Ostiens. l. 2. c. 21.

(b) Apud Sur. die 2. Jan. in Adelhardo.

(c) Extant apud Sur. die 26. Martii.

PAGIUS

culis elapsis Metropolim Ecclesiasticam fuisse existimarunt. Sanctus enim Bonifacius in Literis ad Zachariam Papam anno DCCXLII. datis testatur Francos, Orientales nempe, nec Archiepiscopum habuisse, nec Synodum fecisse *plusquam per tempus octoginta annorum*, ideoque ab anno circiter DCLX. ad tempus, quo eas literas scribebat, ut ostendimus an. DCLX. num. XIV. & seq. quomodo igitur Viri doctissimi persuasum habere potuere, Ecclesiam Laureacensem tunc temporis Metropolitico jure potitam esse?

V. *Hæc Metropolis anno circiter DLXVIII. extincta fuerat.*

Ad hæc *Agapitus* Papa hujus nominis II. qui Pontificatum Romanum suscepit anno CMXLVI. in literis ad Geraldum Laureacensem Archiepiscopum datis, scribit: *Laureacensem Urbem antiquitus Metropolitanam fore* & Archiepiscopii (ut habet Codex Cæsareus apud Lambecium Tom. II. Bibliot. Cæs. pag. 652. non vero, *Archiepiscopi*, ut habet Labbeus Tom. IX. Concil. pag. 620) *Sedem, cui Sanctitas tua præesse dignoscitur, sicut in Privilegiis, ad nos usque a te directis legimus* (nempe in Epistola Symmachi Papæ hujus nominis Primi); *nos quoque invenimus quibusdam exemplaribus chartis vetustate a'modum attritis, in Archivo Sancti Petri reperimus. Hanc etiam in exordio nascentis Ecclesiæ, & immanissima Christianorum persecutione a Doctoribus istius Sedis Catholicæ fidei novimus rudimenta percepisse, & exinde a succedentibus Prædicatoribus in Superioris atque Inferioris Pannoniæ Provincias ejusdem fidei emanasse gratiam. Quibus etiam duabus Provinciis, illarumque Pontificibus, usque ad tempora Hunnorum, non alius, quam Sanctæ Laureacensis præfuit Archiepiscopus; quorum barbarica feritas non solum prædictam Laureacensem Civitatem; verum etiam in circuitu adjacentes Regiones depopulavit, atque funditus desolavit. Inde quidem contigit, ut Episcopi hac necessitate compulsi, Sede illa deserta, atque alio translata, simul etiam Archiepiscopalem ipsius Sedis desererent honorem. Modernis autem nec multum retro lapsis temporibus, vacante ab Apostolico Vicario Bawariorum Regno, Arno primus Sanctæ Saltzburgensis Ecclesiæ subrogatus Archiepiscopus. Hæc testatur annosa memorialis Sacri Scrinii Historia.* Ita Agapitus Papa, qui his verbis *usque ad tempora Hunnorum*, intelligit annum Christi circiter quingentesimum sexagesimum octavum, quo Hunni seu Avares cœpere occupare loca in Pannonia a Langobardis relicta, quando in Italiam, ubi sedes fixere, profecti sunt, uti anno DIV. num. VI. jam ostendimus. Ab eo enim tempore *Laureacum* ab Hunnis excisum, & Episcopatus cum Pataviensi sæculo octavo conjunctus, eique *Vivolus* primus Episcopus a Sancto Bonifacio præfectus, ut suo loco dixi.

Annalista Moissiacensis his verbis Opus suum absolvit: *Anno DCCCXVIII. Ludovicus Imperator apud Aquis celebravit Pascha. Et æstivo tempore introivit cum exercitu magno in Britanniam. Et occiso Rege terræ illius, venerunt Majores natu Britannorum, tradiderunt se illi. Et acceptis obsidibus, reversus est prospere cum triumpho victoriæ ad propria. In ipso itinere Ermengarda Regina obiit. Nam & exercitus ejus, quem miserat in partibus Orientis, cum triumpho reversus est & ipse ad Imperatorem. Similiter & ejus exercitus, quem miserat super Wascones rebelles, cum triumpho victoriæ reversi sunt, occisis tyrannibus: & terra quievit.* Eamdem Brittannorum defectionem narrant Eginhardus in Annal. & Auctor Vitæ Ludovici Pii. Civitates Venetum, Coriosopitum, Ossismorum & Diablintum, Regnum Britannicum in Armorica constituerant, antequam Clodoveus Magnus illud penitus extinxisset, & Britannis præter Venetum cæteras Civitates concessisset, modo Regio nomine abstinerent, seque Regum Franciæ beneficiarios dicerent, ut docet Turonensis lib. 4. cap. 4. Verum non defuere e Britannis qui Regium nomen postea affectarint, uti hoc tempore *Murmannus*, ut eum vocant Eginhardus & Auctor Vitæ Ludovici Pii citati, qui & asserunt, eum in hoc bello periisse, & post ejus mortem Britannos Ludovico Pio paruisse. Dum autem hic Aquisgranum rediret, *Hermengardis* vel *Emmergarda* Regina *V. Non. Octob.* decessit, ut habent etiam idem Eginhardus, & Auctor Vitæ Ludovici Pii. Quoad Vasconum rebellionem, ea in annum sequentem ab aliis dilata, ut ibi videbimus. VI.

Ludovicus Imp. rebelles domat & amittit conjugem.

Imperator *Aquasgrani ad hybernandum reversus, cum Heristallium venisset, obviis habuit, Legatos Sigonis Ducis Beneventanorum, dona ferentes, eumque de nece Grimoaldi Ducis, Antecessoris sui, excusantes*, inquit Eginhardus in Annal. Occisus est Grimoaldus Beneventanorum Dux insidiis Radechis Comitis Consini seu Compsani in Hirpinis, qui *Siconem* loco illius in Principem subrogavit, hicque suscepto Principatu fœdus cum Francis innovavit, inquit Erchempertus, qui tamen Duces Beneventanos male fingit supremos Dynastas Beneventi; cum ex quo Carolus M. Longobardiam subegit, cujus pars erat Ducatus Beneventanus, fuerint Duces Franciæ beneficiarii. Ludovicus cæde Grimoaldi prudenter dissimulata, ipsum *Siconem* seu *Sigonem* Ducem Beneventanum constituit. In Chronico Beneventano *an. XII. mens. ID. X.* Grimoaldo attribuuntur, & quidem accurate; anno enim VII.

Sico Dux Beneventi constituitur.

DCCCVI.

tiis Deo offerrent, freqnentior erat adventus, ut ex Leone Ostiense res ejusdem monasterii describente quisque poterit intelligere.

An-

PAGIUS DCCCVI. Ducatum illum susceperat [a]. En anno quo hæc contigere. *Gisulfus* Casinensis Abbas obiit, eique successit *Apollinaris*, ut his verbis Leo Ostien. lib. cap. 18. prodit: *Apollinaris, Abbas quartodecimo loco in Abbatiam prælatus sedit annis XI. Fuit autem temporibus Romanorum Pontificum Paschalis & Eugenii, & Siconis qui eodem anno Beneventi Princeps affectus est.*

VIII. *Eigil fit quartus Abbas Fuldensis.* Annalista Fuldensis ad hunc *Christi* annum ait: *Monasterio Fuldensi Eigil Abbas electus & ordinatus est.* Celebris hujus Abbatis Vitam Candidu ejus discipulo prosa & metro scriptam recitat Mabillonius Sæc. IV. Benedict. part. I. Anno DCCCXII. diximus magna exorta esse dissidia in Monasterio Fuldensi inter *Ratgarium* Abbatem & Monachos, & anno superiori Ludovicum Augustum iteratis Fuldensium querelis motum *Ratgarium* relegari jussisse, & alium in ejus locum subrogari. Quare *Eigil* Abbas Fuldensis hoc anno electus est, qui Monasterium illud nobilissime rexit. Erat patria Noricus, & & adhuc puerulus, a parentibus oblatus Sancto Sturmioni consanguineo suo & primo Abbati Fuldensi *in discipulatu illius plusquam XX. annos* vixit, & eruditus est ut ipsemet Eigil asserit. Factus Abbas Ludovicum Imp. rogavit, ut Ratgarium ab exilio revocaret; quod mansuetudinis Christianæ documentum Candidus in ejus Vita commendat. *Ratgarius* ab exilio reversus Cœnobium Beatissimæ Virgini inchoavit in monte Sancti Bonifacii, & hoc ædificio administrationis male gestæ invidiam abolevit. In libello enim supplici adversus eum a Monachis Fuldensibus Carolo Aug. oblato cap. 12. dicitur: *Ut ædificia immensa atque superflua, & cætera inutilia opera omittantur, quibus fratres ultra modum fatigantur, & familia foris dispereunt, sed omnia juxta mensuram & discretionem fiant.* A Ratgario Abbate Cellæ plures erectæ fuerant, eæque magnificentius adornatæ, quam facultates Monasterii ferebant, indeque datus querelis locus, quod hospitalitas & inopum peregrinorumque cura multum remitteretur, ut ibidem legitur. *Cellæ* rei rusticæ ac familiaris erant officinæ, & Monachis ibi degentibus qui præerant, *Præpositi* vocabantur. Horum munus erat servos in officio continere, colonos rite gubernare, Monasterio ministrare sumptum, præbere ad victum cultumque necessaria, reficere domesticos ultro citroque commeantes, hospitio peregrinos excipere. Recte autem in celebri Abbatum Collatione anno superiori habita, usus Cellarum commendatur capitulo XLII. his verbis: *Abbatibus liceat habere Cellas, in quibus aut Monachi sint, aut Canonici & Abbas provideat, ne minus de Monachis ibi habitare permittat, quam sex.* Si enim pauciores essent, in illis studium Regularis disciplinæ tepescere, aut etiam penitus extingui facile potuisset.

NOTÆ a] Epocha Principatus *Siconis* eruitur ex veteribus monumentis monasterii Casinensis, vulgatis ab Erasmo Gattula in Historia ejusdem monasterii in Accessionibus P. 1. pag. 30. ubi habetur donatio *Trasamundi* data *TERTIO ANNO Principatus Siconis, quinto die intrante mense Majo, TERTIA DECIMA INDICTIONE. Actum Benevento.* Est hic A. D. 820. quo *mense Majo* in cursu erat *annus tertius Siconis*, quare annus ejus primus figendus est ante mensem Majum A. D. 818. ac item *ante mensem Martium*; nam pag. 31. habetur donatio *Dacheperti* data *ANNO OCTAVO Principatus Domini Siconi magni Principis, mense Martio, Indictione TERTIA. Actum Capua.* Item pag. 27. charta Arniperti facta *Apollinari* Abbati Casinensi, data: *Anno SEXTO Principatus provintia Beneventana præcellentissimi Siconi, mense Martio prima Indictione,* Est autem A. D. 823. GEORGIUS

I. ANnus Redemptoris octingentesimus undevigesimus sequitur Indictionis duodecimæ, *quo Ludovicus Imperator* (ut veteres Annales Francorum produnt) *hieme conventum habuit Aquisgrani, in quo multa de statu Ecclesiarum & monasteriorum tractata atque ordinata sunt, legibus etiam Capitula quædam pernecessaria, quia deerant, addita sunt.*

Conventus Aquisgran. Porro ejusdem conventus habendi occasionem eam præcessisse, auctor ejus temporis in vita ipsius, narrat his verbis: *Qua hieme Imperator in eodem palatio conventum publicum populi sui celebravit: & renuntiantes sibi Missos de omni Regno suo, quos pro statu sanctæ Ecclesiæ restaurando dejecto vel confirmanda miserat audivit: quicquid utile judicavit, sanctis impellente devotione superaddidit, nihilque intactum reliquit, quicquid ad honorem sanctæ Dei Ecclesiæ perficere posse visum fuit. Interea Capitula quædam legibus superaddidit, in quibus causæ forenses claudicare videbantur, quæ hactenus veluti pernecessaria servantur.* Hactenus de his ibi.

Imperator siquidem maxime pius Apostolicæ Sedis auctoritate (ut dicetur inferius) quibus valuit, ope, & consiliis consulere laborans Ecclesiis Gallicanis, per singulas provincias legationes instituit singulas, mittens Episcopum & cum eo Comitem, una cum legum Ecclesiasticarum capitibus, quæ singulis darent describenda Ecclesiis, quæ observare deberent: in hoc laborans, ut vigeret ubique in Gallicanis Ecclesiis cultus pietatis & sacrorum canonum observantia.

II. (a) Lib. 2. Capit. Franc. c. 24. Extant ipsa Capitula Ludovici, immo & ipsa missio Legatorum per diversas provincias, quæ sic se habent (a): *Volumus etiam ut Capitula, quæ nunc & alio tempore consultu fidelium nostrorum a nobis constituta sunt, a Cancellario nostro Archiepiscopi & Comites eorum de propriis civitatibus modo aut per se aut per suos Missos accipiant, & unusquisque per suam dioecesim cæteris Episcopis, Abbatibus, Comitibus, aliis fidelibus nostris ea transcribi faciant, & in suis Comitatibus coram omnibus relegant, ut cunctis nostra ordinatio & voluntas nota fieri possit. Cancellarius autem noster nomina Episcoporum & Comitum, qui ea accipere curaverit, notet, & ad nostram notitiam perferat, ut nullus hoc prætermittere præsumat.* His habet addita nomina Episcoporum & Comitum. Porro hi appellari consueverunt Legati Dominici: nam (b) subditur: *In Vesontio, quæ est dioecesis Bernoini Archiepiscopi Hemoinus & Monogaldus Comes. In Moguntia quæ est dioecesis Heistulphi Archiepiscopi, idem Heistulphus Episcopus & Dontbertus Comes. In Treviris Hetti Archiepiscopus & Adalbertus Comes. In Colonia Hadalboldus Archiepiscopus & Aemundus Comes. In Rhemis Ebo Archiepiscopus quando potuerit, & quando non licuerit Rhuothardus Episcopus ejus vice & Rhuofridus Comes, sint super sex videlicet Comitatus, id est, Rhemos, Catalaunem, Suessionem, Silvanectem, Belluacum, & Laudunum. Super quatuor vero Episcopatus qui ad eum dioecesin pertinent, id est, Novimacensem, Ambianensem, Tervanensem & Cameracensem, Rungarius Episcopus & Berengarius Comes. Senones Hieremias Archiepiscopus & Donatus Comes. Rothomagum Vuillebertus Archiepiscopus & Jagibertus Comes. Turonem Landrannus Archiepiscopus, Rhoutbertus Comes Lugdunum, Tarantasia, & Vienna*

Capitulares Ludovici Imp. constitutiones.

(b) Eod. l. 2. c. 25.

PAGIUS SÆC. IX. Anno Eræ Hisp. DCCC. LVII. Anno Hegiræ CCIV. inchoato die 28. Junii fer. 3.

ANNO PERIODI GRÆCO-ROMANÆ 6312.

☉ 16. B. ☽ 3. P. 17. April. Indict. 12.

JESU CHRISTI 819.

PASCHALIS PAPÆ 3.

LUDOVICI IMP. 6.

LEONIS ARMENI IMP. 7.

A. C. 819. I. Capitulare Aquisgranense. ANum. I. ad XII. Cointius an. DCCCXXV. num. VI. & seqq. refert ad Conventum Aquisgranensem eo anno habitum *Capitulare* Ludovici Pii, quod in Capitula XXVIII. distribuitur; in Ansegisi Collectione dat initium libro secundo Capitularium, & revocator ad hunc annum a Baronio num. II. & seqq. Rationem, qua ad id motus est Cointius, in medium adducit anno DCCCXXII. num. XII. ubi legi poterit. Continet illud Capitulare generalem admonitionem ad homines utriusque ordinis cum instructione Missorum Dominicorum, quos Imperator in diversas Regni Provincias destinat. In Capitulo XXV. quod apud Baronium n. II. legitur, *Ludovicus* undecim Provincias in quibus Missi Dominici Legatione functuri sunt, enumerat, utramque videlicet Germanicam, utramque Belgicam & quinque Lugdunenses, quarum primæ Viennensem ac Darantasiensem conjungit, Insinuatque *Vernuinum* fuisse tunc Vesontionensem Archiepiscopum, *Haistulphum* Moguntinum, *Hettium* Trevirensem, *Hadeboldum* sive Hadebaldum Coloniensem, *Ebonem* Remensem, *Jeremiam* Senonensem, *Vuillebertum* Rotomagensem & *Landrannum* Turonensem. Porro *Ansegisum*, non *Lobiensem*, ut eum Baronius num. V. appellat, sed *Fontanellensem* Abbatem fuisse, anno DCCCXLV. ostendam.

(a) Lib. 2. Capit. Franc. c. 30.

na Albericus Episcopus, & Richardus Comes. Quæ vero hi, qui missi sunt, agere deberent, ista quæ subiiciuntur, declarans his verbis: (a)

III. Recta dispositio rerum gerendarum.

Commemoratio. Quid ad prædictorum Missorum legationem pertineat. Primum ut conventum in duobus aut tribus locis congregent, ubi omnes ad eorum legationem pertinentes venire possint, & omnibus generaliter notum faciant, qualis sit eorum legatio scilicet ad hoc esse se a nobis Missos constitutos; ut si quilibet Episcopus, aut Comes ministerium suum propter quodlibet impedimentum implere non possit, ad eos recurrat, & cum eorum adiutorio ministerium suum adimpleat. Et si talis causa fuerit, quæ per eorum admonitionem emendari non possit: per eos ad nostram notitiam deferatur. Et si forte Episcopus aut Comes aliquid negligentius in ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur; & omnis populus sciat ad hoc esse constitutos, ut quicumque per negligentiam aut incuriam, vel impossibilitatem Comitis iustitiam suam acquirere non potuerit, ad eos primum querelam suam possit deferre, & per eorum auxilium justitiam acquirere. Et quando aliquis ad nos necessitatis causa reclamaverit, ad eos possimus relatorum querelas ad definiendum remittere. Ipsi vero Missi non sine certissima causa vel necessitate huc illucque discurrant, nisi forte quando tale aliquid in cujuslibet ministerio ad legationem suam pertinente ortum esse cognoverit, quod eorum præsentia indigeat, & sine eorum consilio vel adiutorio emendari non possit. Inde tamen debent esse solliciti, ut propter illorum negligentiam nihil in sua legatione incorrectum remaneat: sed ubi certam & veram necessitatem cognoverint, nostram jussionem implere non negligant.

IV.
(b) Eod. l. 2. c. 27.

Volumus (b) etiam, ut omnibus notum sit, quia ad hoc constituti sunt, ut ea, quæ per Capitula nostra generaliter de quibuscumque causis statuimus, per illos nota fiant omnibus, & in eorum procuratione consistant, ut ab omnibus impleantur. Et ubi forte aliquo tale impedimento, quod per eos emendari non possit, aliquid de his, quæ constituimus ac jussimus, remanserit imperfectum, eorum relatu nobis ad tempus indicetur, ut per nos corrigatur, quod per eos corrigi non potuit, &c. Dat enim iu mandatis, ut quique Legatorum in sua provincia medio mensis Maii conventus agant, in quibus quæ sunt Ecclesiastica primum perquirantur, ne quis desit officio suo; inde reliqua, quæ ad optimum populi totius regimen spectant, investigent atque componant. Recitantur ibi singula capita, quæ in publico conventu tractata cum Episcopis idem Imperator sua Constitutione promulganda per eosdem Legatos ubique sancivit: primuque loco illud positum, ne loca sacra, vel ad ea spectantia aliquo modo alienari possint, idque ex præscripta Constitutione Leonis (c) Eod. l. 2. c. 29. 30.
Papæ ea de re edita (c).

V.

Principibus vero illud tantum esse concessum, ut permutatione liceat, dando immobilia, recipere pariter Ecclesiæ immobilia. Sunt alia plurima, quæ Ansegisus Abbas Lobiensis (ut ipse testatur in (d) præfatione, in secundum Capitularium librum) collegit: ait enim: *Ea vero Ecclesiastica, quæ domnus ac piissimus Ludovicus Imp. & Lotharius Cæsar filius ipsius ediderunt, in secundo descripsi libello.* Et paulo post: *Ipsa vero quæ domnus Ludovicus præclarus Imp. & Lotharius Cæ... filius illius fecerunt ad augmentum mundanæ pertinentia legis, in quarto congessi.* In quo hanc affixam habes inscriptionem seu titulum: *Capitula, quæ constituit domnus Ludovicus Imperator Salicis legibus addenda: (e) quæ & Missi & Comites habere, & cæteris nota facere debent.*

(d) Præfat. in l. 2. Capit.

(e) Capit. l. 4. c. 23.

VI. Imitatur Ludovicus Carolum Imp.

In qua quidem functione cum ipse testetur Ludovicus Imperator, se genitoris sui in his exemplum secutum, quo studuerat rebus Ecclesiasticis bene consulere; constetque Carolum Magnum (quod ipse præfando priori libro testatur (in eo invigilasse, omneque studium adhibuisse, ut Conciliorum decreta ab omnibus servarentur, simulque Romanorum Pontificum Constitutiones, ut etiam in ipsis Capitularibus sæpe invenitur expressum, dum Romanorum Pontificum decreta citat Leonis, Innocentii, Gelasii Hadriani & aliorum: plane apparet non novas in Ecclesia eumdem Ludovicum Imperatorem sancivisse leges, sed sancitas esse servandas suis legibus statuisse, & si quæ novæ additæ esse reperiuntur, easdem illas omnes, Episcoporum conspirante sententia, conscripsisse, atque per dictos Legatos servandas mandasse: atque auctoritate Pontificia roborasse.

VII.

Ne tu igitur existimes, Lector, dum annis singulis ferme annis collectas per eosdem Imperatores Synodos, & sancitas leges Ecclesiasticas, id absque Romani Pontificis auctoritate ab eis esse præsumptum: plura hic voluimus congessisse loca, quibus ostendatur, nihil ab ipsis absque Sedis Apostolicæ auctoritate esse tentatum. Qui Ludovici leges collegit Benedictus Levita, in præfatione ipsis præposita, hæc habet: *Agnoscant omnes hæc prædictorum Principum Capitula maxime Apostolica auctoritate fore firmata: post ista quoque quæ sequuntur, eadem auctoritate, maxime (ut diximus) ex parte, & omnium Francorum utrinsque*

Decretorum Rom. Pont. observantia.

ordi-

ordinis virorum assensu sunt roborata. Recitat idem ejusdem Ludovici Imperatoris decretum de custodia Pontificiorum decretorum his verbis (*a*): *Ita unanimes divinis & Apostolicis Constitutionibus serviatis, ut in nullo patiamini piæ canonum decreta violari. Ut nulli fas sit, sine status sui periculo vel divinas Constitutiones, vel Apostolicæ Sedis decreta temerare.*

(a) Capit. l. 6. c. 267.

VIII. Sed & consuevisse Ludovicum Imper. auctoritate in primis Pontificia ejusmodi una cum clericis & laicis conventus cogere, idem collector Benedictus Levita in (*b*) secundo a se addito Capitularium libro testatur, nempe hoc ipsum de auctoritate Apostolica in his agendis a Ludovico Imperatore impetrari, solita, affirmat his verbis in titulo subsequentium Capitulorum: *Ex capitulis domni Ludovici in Ingelheim Apostolica auctoritate, & synodali sanctione omnium videlicet clericorum & laicorum generaliter consensu, atque hortatu decretis.* Hæc ibi.

(b) Eod. l. c. 96.

Auctoritate Apostolicæ Sedis sancita Ludovici leges.

Porro non auctoritate solum id eosdem Francorum Reges agere consuevisse, sed & hortatu etiam Apostolicæ Sedis, testatur ejusmodi Caroli Magni ad legem, quam de militari expeditione sanxit prælocutio verbis istis (*c*): *Carolus Dei gratia Rex, Regnique Francorum rector, & devotus Ecclesiæ defensor atque adjutor in omnibus, Apostolicæ Sedis hortatu omniumque fidelium nostrorum, & maxime Episcoporum ac reliquorum sacerdotum consultu, servus Dei &c.* Sed hæc ipsa idem Imperator affirmat, cum de iisdem agens hæc ait (*d*): *In quantum valemus & possumus, adjuncto Leonis Papæ & omnium Episcoporum, quorum consilia usi hoc egimus &c.* Itemque rursum (*e*): *Omnibus vobis tam præsentibus, quam futuris scire cupientibus, quia ideo consultu Sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum Episcoporum, & reliquorum sacerdotum atque maxime cunctorum fidelium nostrorum &c.*

(c) Capit. l. 7. c. 204.

(d) Eod. l. c. 91.

(e) Eod. l. c. 204. & c. 205.

IX. Quin etiam & illud noscitur esse factum, ut licet auctoritate Romanorum Pontificum iidem ab Imperatoribus celebrati fuerint conventus: cum vero in rerum consultationibus aliquid quod videri posset arduum, vel quid magni momenti consulendum esset: id nequaquam nisi consulta rursum Apostolica Sede definire præsumpserint. Est de iis certum exemplum in eorum conventu, cum de auctoritate Chorepiscoporum est dubitatum. Ubi post (*f*) alia hæc Imperator: *Quod jurgium cum enucleatius discutere voluissemus: placuit nobis ex hoc Apostolicam Sedem consulere, jubente canonica auctoritate, atque docente: Si majores causæ in medio fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, ut sancta Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, incunctanter referatur. Quapropter Arnonem Archiepiscopum misimus ad Leonem Apostolicum ut inter cætera, quæ ferebat, etiam eum & hoc interrogaret, ut quicquid super hic definiendum esset, Apostolica auctoritate a nostris Episcopis regulariter sopiretur.* Et inferius de eadem Apostolica auctoritate in cogendis Synodis Gallicanis: *Decretum namque est in illa Synodo, quam Reginisburc pro eadem, vel pro aliis causis Apostolica auctoritate præfato prætextu habuimus &c.*

(f) Eod. l. 7. c. 187

In dubiis semper consulenda Apostolica Sedes.

X. Et quid ampliu? Nullius prorsus esse auctoritatis, quod contra Apostolica decreta sanciretur, idem ipse Imperator constituit eo Capitulo, ubi ait (*g*): *Constitutiones contra canones & decreta Præsulum Romanorum, seu reliquorum Pontificum, vel bonos mores nullius esse momenti.* Quin etiam statutas ab eis Synodos per ipsos Romanos Pontifices atque ejus Vicarios irritos posse reddi, idem sancita lege decrevit, quæ sic se habet: (*h*) *Ut Comprovincialis Synodus retractetur per Vicarios Urbis Romæ Episcopi, si ipse decreverit.* Noverunt quippe iidem Imperatores nullius esse momenti Synodum, quæ absque auctoritate Apostolicæ Sedis quibuslibet ex causis cogeretur: quod & his ingenue sunt verbis professi (*i*): *Nullus Episcopus nisi canonice provocatus, & in legitima Synodo suo tempore Apostolica auctoritate convocata (cujus jussione Domini, & meritis beati Petri Apostoli singularis Conciliorum congregandorum auctoritas, & sanctorum canonum ac venerandorum Patrum decretis multipliciter tradita est potestas) super quibuslibet criminibus pulsetur, id est, judicetur, audiatur vel impetretur, &c.*

(g) Capit. 7. c. 263.

Nihilo usurpandum contra decreta Rom. Pont.

(h) Eod. l. 7. c. 267.

(i) Addit. 4. ad l. 7. c. 12.

XI. At non satis visum Christianissimis Imperatoribus, nihil inconsulte Apostolica Sede temere decernere, vel definire; sed quæ ejus auctoritate cœpta atque perfecta essent, adhuc tamen ipsis visa sunt indigere Romanorum Pontificum confirmatione, antequam in publicum ederentur. Testatur hæc quidem ipse Benedictus Levita, qui in fine libri septimi Capitularium a se collectorum hæc habet: *Maxime trium ultimorum Capitula istorum librorum Apostolica sunt cuncta auctoritate roborata: quia his tradendis maxime Apostolica interfuit legatio. Nam eorum nomina præter trium, id est, Leonis, Sergii, & Gregorii, hic non inseruimus, licet ea per singulos conventus inserta invenissemus, vitantes legentium atque scribentium fastidia. Si quis autem plenius ea nosse voluerit, illorum legat authentica, quibus illa inserta reperiet.* Hæc Benedictus collector ipsorum Capitu-

Capitulares constitutiones Caroli, & Ludovici Impp. sæpe confirmatæ ab Apostolica sede.

Novatores arguuntur. culorum Caroli Magni & Ludovici Imperatorum. ista quidem tam exacte & copiose notata de Capitularibus sanctionibus Francorum Principum dicta sunto ad confutandam Novatorum perfidiam, qui exemplo Caroli, Ludovici & aliorum Christianorum Principum, jus condendarum legum Ecclesiasticarum tribuunt Regibus & Imperatoribus. Tantum enim abfuit Ludovicus a condendis legibus ad Ecclesiæ personas, & res spectantibus, ut etiam nec putaret licere sibi, suisque Episcopis absque auctoritate Romani Pontificis de his, quæ spectant ad Ecclesiasticas controversias, vel tantum pertractare atque differere, nisi primum de his licentiam accepisset ab ipso Romanæ sedis Episcopo, ut tum ex ipsius Ludovici, tum etiam ex Episcoporum litteris inferius suo loco recitandis apparebit. Sed de his jam satis.

XII. Hoc eodem anno *Ludovicus* imperator duxit uxorem Judith filiam Huelphi Comitis, quam creavit Augustam, cum jam anno superiori quinto Nonas Octobris mortua fuisset Irmingardis conjux Imperatrix. Hæc veteres Francorum Annales. De nobilissima stirpe Bavarorum fuisse Judith, Theganus affirmat. Quanta hinc mala in ipsum Ludovicum emerserint, vix dici potest.

Conventus in villa Engelheim habitus. Eodem anno alium habitum esse a Ludovico conventum æstatis tempore in villa dicta Engelheim iidem Annales habent, in quo præter illa, quæ ad res bellicas spectantia, tractata sunt, actum est de his, qui res sive personas Ecclesiasticas infestant: de quibus agens Benedictus (*a*) Levita in collectione Capitularium hæc habet sub hoc titulo: *De his qui rapinas intra Regnum faciunt.*

(*a*) *Capit. l. 6. c. 96.*

Ex Capitulis domni Ludovici in Engelheim Apostolica auctoritate & Synodali sanctione omnium videlicet clericorum ac laicorum generaliter consensu atque hortatu decretis. Ubi mox in fine decreti adversus eos, qui res furantur Ecclesiæ, hæc habentur: *Qui de rebus Ecclesiasticis aliquid abstulerit, gravius inde judicetur, quia sacrarum rerum ablatio sacrilegium est, & sacrilegus vocatur qui ex his aliquid abstulerit aut rapuerit. Infames quoque tales personæ usque ad satisfactionem Ecclesiæ, quam læserint, sit habenda.* Pergit dicere subsequentibus Capitibus de his, qui appetunt armis personas Ecclesiasticas, ac de aliis, quæ tu ociose consulas.

XIII. Hoc eodem anno, mense Julio Paschalis Papa de confirmatione privilegiorum Ravennatis Ecclesiæ, Apostolicas litteras dedit ad Petronacem Archiepiscopum eiusdem Ecclesiæ, quas corrosas nonnihil vendicatas a tineis cusas habes apud Rubeum (*b*).

(*b*) *Rub. hist. Rav. l. 5. sub hoc an.*

Jam vero ad res Orientis recurrat oratio, in his, quæ spectant ad Constantinopolitanæ Ecclesiæ statum persecutione Leonis Imperatoris vehementissime perturbatum. Absolvitur hoc anno diri carceris Theodori Studitæ, de quo multa superius, annus tertius, quo mense Februarii idem rursus ad acriora revocatur tormenta: qua autem occasione, tum ex Michaelis ejus discipuli scriptis, tum ex ipsius Theodori epistola palam fiet. Michael enim hæc ait: *Triennio autem integro post idem tempus in eo carcere perseverans, permultis incommodis conflictatus est, præcipue ob stomachi intumescentis dolores, qui ei morbus assuetus,* Litteræ Theodori allatæ ad Imper. *ac velut collactaneus erat. Necdum vero ab his malis respirabat, cum acrioribus rursum aliis, o Dei judicia! ex insucco ac solis ossibus hærente corpusculo exercetur. Inciderant in manus Imperatoris, nescio unde, litteræ, quas Sanctus dictarat, & immanem illum immenso furore accenderant, ut quæ illius amentiæ, stuporisque notam, indiciumque continerent. Has ergo mittit e vestigio ad eum, quem diximus, Magistrum militum Orientis, addito mandato, ut ad Sanctum ipsemet proficiscatur, litteras ostendat, eumque ad extremum usque spiritum acerrime diverberet, ut tandem, inquit, desistat a contumacia.*

XIV. *Qui simulac advenit, primum illud interrogat: ejus ne litteræ vel alterius essent, quae manibus gerebat? Patre autem suas esse nec alterius affirmante, nullum aliud verbum addens, Nicolaum prius ejus discipulum, tamquam epistolæ notarium, in oculis magistri nudum extendi,* Iterum Theod. flagellatur. *ce-*

PAGIUS II. *Ludovicus Aug. Judithem uxorem ducit.* Ad num. XII. Proceres Francorum veriti, ne *Ludovicus* Regno se penitus abdicaret, assiduis apud eum precibus hortationibusque contenderunt, ut uxorem duceret. *Tandem,* inquit Auctor Vitæ ejus, *eorum voluntati satisfaciens, & undequaque adductas Procerum filias inspiciens, Judith filiam Vuelfonis nobilissimi Comitis in matrimonium junxit.* Quod hoc anno peractum esse docent Eginhardus in Annal. & Annalista Fuldensis: Theganus cap. 26. Judithæ genus sic declarat: *Accepit filiam Vuelfi Ducis, qui erat de nobilissima stirpe Bavarorum, & nomen Virginis Judith, qua erat ex parte matris nobilissimi generis Saxonici, eamque Reginam constituit. Erat enim pulchra valde.*

III. *Ludovicus Aug. rebelles domat.* Imperator celebravit Conventum apud *Ingelheimium* mense Julii, & bellum per Legatos gessit adversus *Liudevvitum* Pannoniæ Ducem rebellem, ut pluribus narrat idem Eginhardus in Annal. ubi & sermonem habet de motibus in Vasconia excitatis, de quibus tamen Annalista Moissiacensis mentionem facit anno superiori.

IV. Ad num. XIII. & seqq. Absolvitur hoc anno mense Majo vel Aprili triennalis carcer Sanctorum Theodori & Nicolai Studitarum propter

tadique imperat. Deindeque Sanctum ipsum exuens, centum illi verberum plagas imponit, omnia propemodum membra dissecans, ossiumque ipsorum nexus, & colligationes destruens, quæ sola illi superêrant. Transit inde rursus ad Nicolaum, ratus illum propter verbera molliorem factum; verbisque asperrimis ad sacrarum imaginum, magistrique ejurationem instigat. Ut vero fortiorem illum quam antea esse sensit: cum loris intextis, viminibusque recens excisis, manus ac pedes, reliquumque corpus dilanians, iteratis plagis exulcerans, sub dio sic affectum reliquit, duplici tormento vexandum frigoris ac verberum doloris: tum enim Februarius mensis agebatur.

Diabolus in arreptitia quid de Theod.

Quo autem tempore hæc Sanctus illic cum discipulo patiebatur: mulier in Bithynia, quam dæmon obsederat, vehementius ab infesto spiritu agitari cœpit, oculos indecore torquens, spumasque ore despuens, atque hujusmodi verba intercisa voce proferens: Leo meus verbera iterum misit ad Theodorum, ejusque carnes laceravit. Ite, inquit, & offerte mihi responsum. Veruntamen nolite ad eum propius accedere, ne vos flamma exurat, quam ore gerit. Deinde interposito brevi silentio, iterum vociferabatur: Quid hoc rei est? Nihil eorum factum est, quod volebamus. Sciebam illum propter plagas minime flectendum, ut qui auxilio habet præsentem, & humeris suis insidentem virtutem. Et hæc quidem mulier energumena, procul licet posita, longeque ab illo distans, enuntiabat; indicans, opinor, eximiam, quæ Sancto inerat, virtutem atque gratiam, eumque in omnibus tormentis insuperabilem fore, ipsos adeo infestos spiritus frustra infrementes, cladem suam cognoscere, & ministros suos adversus invictam athletam armare.

XV. Ita quidem divina sapientia factum, quis neget? nimirum ut omnibus præsentis sæculi & sequentium etiam pariter innotesceret, in hac dogmatum pugna, a qua parte adstaret diabolus, a qua vero contra Deus summa virtute suis assisterat: ut in tanto certamine, veluti ex quadam tessera militari qui veritatem defenderent, qui vero mendacium, tum illis, qui tunc vivebant, tum posteris, cum idem rursus certamen exoriretur, omnibus palam fieret; sicque vel ex hoc sciant infelicissimi Iconomachi, sub cujus Principis vexillis militent; gaudeant vero Orthodoxi, se una cum Deo pro veritate tuenda adversus dæmones præliari: pergit vero Michael:

Manifestum signum dogmatis veritatis.

At divinus ille Pater intolerabiles dolores ex acerbissimis illis verberibus sustinens, humi jacebat exanimis prorsus, omnisque sensus expers, nisi quatenus dolores ipsos sentiebat, non cibum, non potum, nec brevissimum somnum accipere poterat, nec aliud demum ex iis, quæ moribundis ac deficientibus dari solent. Quem sic affectum cernens discipulus, sui ipsius curam omittens, quamquam & ipse pessime habebat, totus in illius curam convertitur, ac ptisana aliquantulum deposcens, rigare arentem Patris linguam cœpit, modiceque in os infusa potu, nonnihil eum refocillavit, ac veluti mortuum vitæ restituit. Ut vero vitalem ei vim rediisse sensit, ad marcida jam membra medicanda se convertit, pleraque enim carne penitus corrupta & graveolente tabo ac sanie confecta putruerant, & cernere erat partes alias ab aliis pendentes, omnes ad usum jam factas inutiles: quam ob causam cultello eas detruncat, & a sanioribus avellit: si hoc forte pacto reliqua cohærere possint, cicatricemque obducere.

Nicolai erga Theodorum caritas.

XVI. Smyrnam transfertur Theodorus.

Nonaginta totos dies intolerabili dolore perfunctus Pater, nulla prorsus vel temporis puncto percepta requie, in mediis adhuc laboribus labores alios, & duriores carceres, & longiora itinera ipse, qui ostii limen egredi vix poterat, nanciscitur, sævissimo Tyranno novos ei cruciatus affatim suppeditante. Mox enim ab illo citatis itineribus adfuit barbarus homuncio, ferox atque intractabilis, pecuniæ mancipium, pecuniamque anima & voto sibi præsagiens. Tales enim esse oportebat, qui impii jussa exequerentur. Qui simulac ad locum pervenit, hoc sibi primum proposuit, rimas, & angulos omnes carceris perscrutari, parietes effodere, terram egerere, sicubi aurum reperiret, manibus explorans. Existimabat enim scelestus adventantes doctrinam pecunia redimere, Patremque magnam auri vim repositam habere, animoque insatiabili esse, quamvis cæteris rebus indegeret. Ut vero sensit se frustra laborare, ac stulte sibi persuasisse (ubi enim illic auri quod dicitur umbra?) Tum malam mentem in aliis explet: injuriis enim pla-

PAGIUS *Ultimus carcer SS. Theodori & Nicolai.*

pter Sacrarum Imaginum cultum immaniter vexaturum. In Vita enim Sancti Nicolai, ut anno DCCCXVI. num. IV. ostendimus, dicitur utrumque in Metropoli Smyrnæ *viginti denuo menses* in carcere moratos esse. Michael quidem Studita Theodori discipulus in ejus Vita, de eo ait: *Christi vere famulus annum integrum ac dimidium Smyrnæ degens in carcere*, &c. ut legere est apud Baronium an. DCCCXX. num. VIII. Verum ea in re ab Auctore Anonymo Vitæ Sancti Nicolai non discrepat; cum quod ille signantes, ipse rotundo numero exprimat. Inter utrumque enim in eo egregie convenit, quod mense Majo præsentis anni *Theodorus & Nicolaus* in carcerem *Smyrnensem* translati sunt, ubi usque ad mortem Leonis Ar-

Digitized by Google

plagisque affectum cum discipulo Sanctum a carcere ejiciens, ambos, assectantibus famulis, tradidit Smyrnam (illuc enim destinarat) omni festinatione ducendos. Qui igitur mense Februarii verberibus est affectus, & nonaginta diebus in eodem carcere ægritudine post verbera confectus jacuit, mense Maii inde translatum Smyrnam perducendum ad arctiorem custodiam, & graviores pœnas subeundas, possumus intelligere.

XVII. Est de his omnibus, quæ in eo loco novissime passus est, egregia ejusdem Theodori epistola ad dispersos fratres; quos ipse ad continendum in officio, & perseverandum in confessione plurimum laboravit, cum plerique ex illis fracto jam incіperent esse animo, & diffluerent a pristino illo mentis proposito atque constantia. Videre est ex ea quam celso esset in cruciatibus perferendis mentis proposito Theodorus, quamque ex iteratis sæpe tormentis vegetior factus spiritu, surgeret ad consulendum aliorum saluti, quorum infirmitas ipsi majorem cruciatum afferret quibusvis plagis impositis. Qui igitur propter scriptas superius a se litteras tanta nuper passus est, illas rursum scribere litteras non detrectat. Epistola autem ipsa plurima commendatione digna, utpote quæ vere Apostolicum in omnibus spiritum spiret, & antiquos Martyres in tormentis exultantes, & humilitate se custodientes in omnibus repræsentet: sic se habet (a).

Suis passionib. Theodorus roborat titubantes.

(a) Theod. l. 2. ep. 38. Cod. Col.

Theodorus ubique dispersis fraternitatibus.

XVIII. Theodori epistola ad dispersos fratres.

Gaudete fratres mei ac Patres desiderandi, quoniam gaudii adsunt nuntia. Digni rursus habiti sumus indigni, qui pulchram confessionem confiteremur. Rursum plagis affecti ambo sumus pro nomine Domini. Etenim & frater Nicolaus pulcherrime, & fidelissime decertavit. Vidimus ex carnibus nostris fluentem in terram sanguinem: conspeximus vibices, saniem, & quæ his adjuncta. An non hæc gaudii sunt? Sed quis ego sum infelix, qui vobiscum dignis Christi Confessoribus adnumerer omnium hominum inutilissimus? Causa autem, cujus gratia hæc contigerunt, pristina fuit Catechesis, quæ cum in manus venisset Imperatoris, ad Magistrum militum eam misit, comitem cohortis ad nos venire jubens. Qui cum ducibus ac militibus intempesta nocte advenirus, & domunculam, in qua eramus, repente obsidens cum clamore, veluti feram unctus: objectum septum per fossores celerrime perfringit, deinde protulit, excussit, ostendit Catechesim. Confessi sumus, nos eam fecisse, sicut Deus voluit.

Et ille unum hoc petebat solum, ut ad Imperatoris voluntatem descenderemus. Respondimus, quod veritas postulabat: Absit. Deum nostrum non relinquimus, & alia, quæ consentanea erant, respondere. Dum acriter ab eo verberati sumus. Et frater quidem nihil hujusmodi post primam comprehensionem & inscriptionem in ærumnis passus est: Ego vero humilis febribus immensis correptus & intolerandis doloribus parum abfuit, quin vita privarer. Attamen bonus Deus sensim misertus est mei, adjuvante fratre in quibus decuit, etsi adhuc maneant plagæ ad integram sanitatem nondum perductæ. Hæc igitur sic se habent: vim mali vobis exposui (id cupere vos sciens) ad condolendum.

XIX. *Quid autem post hæc? minæ graviores, custodia arctior; nam & verbera custodibus & custodia præfecto proposita. Ut nec mutire nobis, nedum alicui scribere liceat. Deterrebimur ergo, & silebimus, obedientes præ timore hominibus & non Deo? nequaquam sane. Sed quamdiu januam nobis aperit Deus, non desistemus, quod in nobis est, officium præstare, reformidantes ac timentes impendens silentii judicium. Quod si subtraxerit se, inquit (b), non placebit animæ meæ: & rursum Apostolus: Nos vero non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ. Hanc ob causam hæc epistola mea ad omnes quidem dispersos fratres, qui persecutionis tribulationem sustinent, præcipue autem ad* (b) Hebr. 10.

PAGIUS

Armeni passi sunt persecutionem hæreseos atrocitati congruentem.

V. Dedicatur Ecclesia Cathedralis Urgellensis.

Hoc anno *die Kal. Novembris, quod est omnium Sanctorum Festivitas, anno VI. regnante Serenissimo Augusto Ludovico Imperatore, Sisebutus* Episcopus Urgellensis consecravit suam Cathedralem Ecclesiam *in loco, qui dicitur Vicus: quæ antiquitus a fidelibus constructa, & ab infidelibus destructa, atque a parentibus nostris,* inquit Sisebutus in instrumento Donationis suæ, in Appendice ad Marcam Hispanicam pag. 762. *temporibus Domni & Piissimi Imperatoris Karoli Augusti restaurata esse videtur.* Adfuit huic solemnitati ingens cœtus Virorum Principum, aliorumque ex pagis Urgellensi, Cerdaniensi, Bergitanensi, Palliarensi, & Ripacurciensi, qui ad eam Diœcesim pertinent. Et quoniam, ut in Conventu disseruit Sisebutus, nemo ut in libro Canonum & in Decretis Pontificum sancitum est, debet construere ac dedicare Ecclesiam, quin prius dotem ei constituat, ille ei ante omnia contribuit *omnem Episcopatum Urgellensem atque Cerdaniensem vel Bergitanensem, sive Pallearensem atque Ripacurciensem,* eique præterea tribuit quædam loca quæ commorantur in instrumento mox memorato. Plura hac de re Baluzius lib. 4. Marcæ Hispanicæ ad hunc Christi annum. Recte itaque in Urgellensium Episcoporum Catalogo proxime post Felicem ob hæresim depositum collocatur *Sisebutus*, qui Diœcesim illam in integrum restituere conatus est.

vos Confessores Christi. Sustineamus fratres mei charissimi, magis ac magis corroborati, & non conterriti in afflictionibus. Carnes sunt, ut parcamus. Pro Christo tormentis subjecti, exultemus. Cui abundant labores, amplius gaudeat, tamquam præmiis abundans. Qui verberum pœnas reformidat, metum excutiat, sempiternos cruciatus recogitans. Illorum enim plagæ, si cum his conferantur, somnium sunt, & sagittæ parvulorum. Ne quæso, obtestor. In ærumnis pro Christo delectemur; quantumvis secundum carnem sint amaræ.

XX. *Contemplemur futura & permanentia, non præsentia & prætereuntia. Expetamus sanguinem nostrum Martyrum sanguini admiscere, partem nostram Confessorum parti, ut cum eis exultemus in æternum. Quis prudens? Quis sapiens? Quis bonus negotiator, ut det sanguinem, & spiritum accipiat; carnem aspernetur, & Regnum Dei consequatur? Qui amat animam suam, perdet eam (ait a) Dominus) & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodiet eam. Audiamus verba illius, & sequamur eum. Ubi ego sum, inquit, illic erit & minister meus. Ubinam ille? in Cruce. Et nos ergo humiles tamquam ejus discipuli ibidem. Obsecro vos, fratres, ut sufferatis verbum exhortationis: etenim perpaucis scripsi vobis. Scitote nos gaudere, & animum non despondere, quamdiu statis in Domino. Salutat vos Nicolaus concaptivus meus & laboris socius & commilito meus, vester autem frater verissimus. Salutate invicem in osculo sancto; persecutionem passi, eos, qui persecutionem passi sunt; universi omnes, qui vos amant in fide. Si quis non confitetur Dominum nostrum Jesum Christum, corpore depictum, anathema sit a Trinitate. Gratia Domini nostri Jesu Christi, vobiscum. Amen.* Hæc Theodorus in carcere antequam Smyrnam trasferretur, quo post tres menses acriori custodiæ mancipandus adductus est.

(a) Joan. 12.

XXI. Reliquum est igitur, ut hic tibi pauca de ejus itinere, & de Smyrnensi carcere, quæ habet idem qui supra auctor hujus temporis Michael Studita reddamus: *Divinus ergo Pater, inquit ille, cui vires jam penitus exhaustæ, illa nihilominus fretus, qui spiritum dat mortuis, invitus illos sequebatur, qui eum interdiu quidem & humaniter impellebant; noctu vero tamquam fugitivum cippo alligabant. Postquam vero maximis cum laboribus vix tandem Smyrnam attigit, ejus urbis Antistiti una cum discipulo traditur, viro inter hæresis patronos principi, impietatisque magistro, a quo in obscurum sub terra carcerem retrusus, in eo mansit, uni omnium inspectori Domino intendens; quem unum in ærumnis consolatorem habebat & custodem: quando & propter ipsum solum tot suppliciis affectus fuerat. Brevi post hæc tempore supervenit iterum ipse Anastasius, ira fervens Martyrisque sanguinis sitibundus, qui verbera prioribus acriora Sancto inflixit, lætusque rediit ad Imperatorem, cum tertio jam Theodorum cecidisset, ita ut centenos per vices ictus pertulerit, discipulo ejus pari pœna decertante; gratiasque pro his omnibus etiam agens vir patientissimus, Apostoli verba læto animo secum accinebat (b): Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelatur in nobis: & si compatimur, & conglorificabimur procul dubio: & patientia nobis necessaria est, propter eam, quam speramus, beatitudinem, cujus adeptio exuperat omnem sermonem & sensum.* Ista Michael. Quid insuper?

Carcer Smyrnensis.

(b) Rom. 8.

XXII. Rursum vero magna Dei largitate concessa eidem Theodoro ibi degenti furtim scribendi ad suos monachos facultate, ea bene usus, ipsos rursus litteris monere non prætermisit, scribens post verbera ad eos epistolam Catecheticam, quæ sic se habet (c):

(c) Theod. l. 2. ep. 62. Cod. Col.

Epistol. Theodori ad dispersos fratres.

Nuper a vobis lectus ex Orientalibus, nunc ex Thracensibus advenio. Smyrnam enim nos transtulerunt Principes sæculi hujus, & arctius quam in priori carcere, severiusque custodiunt. Sed verbum Dei non est alligatum, nec quiescit amor, nec

PAGIUS VI.

S. Benedictus Anianensis incumbit reformationi Ordinis sui.

Divus *Benedictus* Anianensis Abbas incerto tempore composuit Codicem Regularum, earumque cum Regula Sancti Benedicti Concordiam. De utroque Opere hæc Ardo in ejus Vita scribit: *Fecit librum ex Regulis diversorum Patrum collectum; ita ut prior B. Benedicti Regula cunctis esset; quem omni tempore ad Collectam Matutinam legere jussit. Ex quo rursus, ut ostenderet contentiosis nulla frivola caftaque a B. Benedicto edita fore, sed suam ex aliorum fultam esse Regulam, alium collectis Regularum sententiis composuit librum, cui nomen* Concordia Regularum, dedit. *Ita dumtaxat ut B. Benedicti præcederet sententia, et vero rationabiliter convenientes jungerentur deinceps.* Priorem librum Holstenius anno MDCLXI. ex veteri Coloniensi MS. a Fabio Chigio tum in Germania Nuncio Apostolico, & postea Romano Pontifice sub nomine Alexandri VII. descriptum publicavit. Tres in partes liber distinguitur: in priori sunt Patrum Orientalium Regulæ ad Monachos; in secunda Patrum Occidentalium Regulæ ad Monachos; & in tertia Patrum Regulæ ad Virgines. Concordiam Regularum Hugo Menardus jam antea anno MDCXXXVIII. e Bibliotheca Floriacensi eruerat; extantque in eo Opere Regulæ omnino sex ac viginti. Sunt qui existiment, Concordiam illam a Sancto Benedicto Anianensi conditam, ut ad suscipiendam Sancti Benedicti Regulam, omnium ani-

nec filet mandatum: propterea humilis iterum loquor. Gaudete in Domino fratres & Patres, gaudete qui persecutionem propter justitiam patimini. Gaudete qui in montibus & speluncis versamini, sed & qui in urbibus, & desertioribus locis abditi latetis. Si enim semper gaudere nos oportere, monuit Apostolus (a): *Quanto nunc magis cum pro Christo patimini, qui in tabula depictus est, qui in imagine sua cernitur, qui per eam honoratur? Non mea sunt infelicis hæc verba, Dionysii sunt sanctissimi & Basilii Magni. Nec jam tempus est, aliorum Sanctorum sententias his litteris appenere.* His præmissis rursus invehitur in Constantinopolitanam civitatem, in cives inquam illos, qui sprevissent monita Romani Pontificis, sic dicens:

(a) Phil. 4.

XXIII. Adversus Constant. Eccles.

Audi cælum, & auribus percipe terra, Moab sprevit, Byzantina videlicet, Angelicum jugum excussit, velut vitula insaniens, imperium detrectavit. Vias suas scire nolo, fuctis, verbisque pronuntiavit, Corybantum more agitur, furit, sanguinem bibit ut leæna, ut aspis aures obturat, reprehensa reluctatur. Venit ad eam vox commonitoria velut e cælo missa a supremo, a Romano throno: Quid fecisti, clamans, Christum neposti, Christi abrogans imaginem & Deiparæ, & Sanctorum omnium? Aperi obedientem aurem, audi Evangelica, Apostolica, Prophetica, paterna verba: & non admisit, & non suscepit, sed avellens seipsam a primi verticis corpore Ecclesiæ (vivit siquidem etiamnum Nicephorus sacer) adversus Deum omnipotentem cervices erexit, Christo insultans, sancta proculcans. Talia sunt ejus facinora, desideratissimi. Et nobiscum Deus, Oriens, Occidens, Aquila, Mare: In his gaudium. Sin luctus etiam propter eos, qui pereunt. Age ergo, state fortes, gratis animis has pro Christo ærumnas, quasi thesauros abripientes. Tempus opportunum certantibus suaviter spirant, unguentis fragrans tribulationum supra omnia aromata. Fluit Martyrum sanguis in Ecclesiam, irrigans eam ultra quam Ædem quadruplicis fluminis fonte perfusam. Accedunt Martyrum chori, qui omni ætate fuerunt & Confessorum. Quæ beata olim prædicabantur, ea nunc oculis cernuntur. An igitur non festinas ad certamen hæc audiens, fastidiens montanam aut deserti, aut qualemcunque acculationem? Attamen mane ubi es: habes & tu beatitudinem ingentem: ora & lauda beatiores; porenta mihi inaspectabilem draconem: debella intestinum carnis bellum: vincat spiritus: serviat corpus, ut libertate fruatur anima tamquam hera ac domina, pacem habens cum Deo. Hoc si fiat quotidianum martyrium. A Deo texta corolla.

De nobis peccatoribus ne torqueamini, licet audieritis nos flagellis iterum cæsos fuisse. Tulimus precibus vestris cum gratiarum actione hilariter, etsi ad modicum acrimonia. Tantum ne sanctas manus vestras extendere cessate. Speramus enim, quamvis imbecilles, de Abimelech isto spolia relaturos. Salutat vos plurimum Nicolaus frater vester. Salutate invicem in osculo sancto, socii socios, parvi magnos, atque in primis vicinos Patres. Cumque a vobis lecta fuerit epistola, ne pigeat & apud illos legi, si modo digna fuerit: quandoquidem unanimes omnes, & unum corpus, quamvis diversa membra. Dominus Jesus Christus vobiscum & nobiscum peccatoribus. Amen. Ista quidem Theodorus, ut apparet, post Smyrnensem verberationem. XXIV.

Sed quid accidit? Cum neque verberibus, neque aliis afflictionibus flecti posse videretur magnus iste Theodorus Confessor: Præfectus blandimentis studuit eum allicere, visitans eum, ac potum dans, educensque de carcere, atque honorans eum. Sed hæc omnia frustra, perstans semper ipse eadem animi fortitudine, ut

ex

PAGIUS

nimi magis benevoli redderentur. Verum, ut Mabillonius Sæc. IV. Benedict. in Præfatione prioris partis num. LXXVI. ostendit alias ob caosas Opus illud editum. Erant quippe tunc temporis duo Monachorum genera, alii prorsus dissoluti, *Instituta Canonica servantes*, ut scribit Ardo laudatus, Regulæ præcepta fere ignorabant; vixque ad Monasticas leges, Regularesque mores a Benedicto Anianensi reduci poterant. Alii *tepidi ac segnes*, cum Regulæ Benedictinæ usus & officia utcumque exequerentur, ad sublimiora quædam aliarum Regularum capite provehi se non ferebant, allegantes promissionem ab se factam unius Regulæ servandæ, nempe Benedictinæ. In utrorumque gratiam *Benedictus* scripsit *Concordiam Regularum* ut dissoluti, quanti sint facienda S. Benedicti instituta, discerent ex aliarum comparatione Regularum; tepidi vero non rejicerent ullas Patrum Regulas, ex quibus *Sanctus Benedictus* suam fere deflorasset. Priorem istius libri scribendi causam aperit Ardo his verbis, *nulla frivola cassaque a B. Benedicto edita fore*, & cætera mox recitata.

VII. *Eam in rem edit Codicem & Concordiam regularum.*

Præmiserat Ardo *Benedictum* antea composuisse aliam librum ex Regulis diversorum Patrum collectum, qui *Codex Regularum* appellatur: in quo præcederet Sancti Benedicti Regula, cæteræ subsequerentur; tametsi alius ordo extet in editis. Hunc librum *ad Collectam Matutinam*, idest, ad communem lectionem mane fieri solitam, legi jussit. Cum vero Monachi nonnulli aliam sibi prælegi, quam S. Benedicti Regulam indigne ferrent; alterum composuit librum de *Concordia* aliarum Regularum cum Benedictina, ut earum etiam lectionem (quæ altera hujus Operis occasio est) Monachis suis approbaret. Eam porro fuisse Viri Sancti mentem in hoc posteriori Opere, docet ipse in Prologo, quem *Abbatibus & Monachis omni-*

bus

ex his quæ ipse in epistola hoc tempore ad Naucratium data, declarat eum aliam ipse accepisset ab eo epistol. Sic igitur litteras scribebat ad Confessores e carcere a Confessoribus & ipse in carcere accipiebat e carcere pariter Deo id largiente, at mutuo se Sancti per litteras consolarentur alloquio.

Theod. accipit litt. a Naucratio.

Acceperat, inquam his ferme diebus litteras a Naucratio discipulo suo, qui detinebatur Constantinopoli vinctus in carcere, quibus certior redderetur de rebus gestis Constantinopoli, & inter alia de litteris illuc missis a Paschali Rom. Pont. atque de aliis. Respondens igitur, & ipse pariter de his, quæ super accidissent, litteras dedit, de congressu videlicet, quem habuisset cum Magistro militum, quocum ea dispensatione usus est, ut salutatus ab eo, ipsum eodem modo resalutarit, & poculum acceperit. Sed qui tunc inter eos sermones intercessérint, ea ipsa epistola ad Naucratium reddita, intelligemus, nobis hic integre recitanda, cum rerum gestarum tunc temporis narrationem contineat.

(a) Theod. l. 2. ep. 63. Cod. Col.

Naucratio filio (a).

XXV. Ad Naucratium Confessorem ep. Theod.

Non satiatur auris mea vocum tuarum auditu. Necessaria enim loqueris & opportuna: qualia & nunc audiens, o fili egregie, charisteria decantavi, quoniam non dereliquit in finem Dominus Ecclesiam suam, sed illam vires suas adhuc habere docuit, fratres nostros excitans ab Occasu ad reprehensionem temulentiæ nostratium & illuminationem in hæresis caligine dimicantium. Quamquam rejecerunt præfracti, & cordis oculus non aperuerunt. Loquitur ista dicens de Paschalis Papæ litteris Constantinopolim pro Fide Orthodoxa adversus Iconomachos nuper allatis, quibus optime congruunt, quæ mox subdit: *Testor nunc coram Deo & hominibus. Seipsos avulserunt a corpore Christi, & supremo verticali throno, in quo*

Ecclesiæ Rom. præconia.

Cristus Fidei claves posuit, adversus quem non prævaluerunt umquam, nec prævalebunt usque ad consummationem portæ inferi, ora scilicet hæreticorum, sicut pollicitus est qui non mentitur. Gaudeat igitur beatissimus & Apostolicus & nomine suo dignus Paschalis, quoniam Petri opus implevit. Exultet omnis Orthodoxorum chorus, quia ob oculos vidit Episcopatum Christi, secundum S. olim Patres nostros.

Citatur locus iste Theodori epistolæ ad Naucratium totidem verbis a Gennadio Patriarcha Constantinopolitano, quibus ipse subiicit ista compellans adversarium: XXVI.

(b) *Audes quo pacto ea, nempe Romana Ecclesia, caput est Ecclesiæ Christi, cujus Petrus est primus Præses; & quod numquam prævaluerunt, atque prævalebunt usque ad consummationem sæculi hæreticorum effrænata ora, secundum promissionem veracis Salvatoris? Si numquam prævaluerunt hæretici adversus Christi Ecclesiam: quomodo audetis dicere, eam errare? &c.* Sed & idem ea eodem capite (c) superius elegantem citat ejusdem Theodori locum, cum in eodem argumento versatur, sic dicens de eadem Romana Ecclesia: *Ergo ibi Ecclesiam confitebimur, ubi non est hæresis, nec iniquitas, neque infidelitas, immo vero firma fides & inconcussa. At non ita apud Orientem, ubi abundat iniquitas & infidelitas. Nec meus sermo hic est, sed Theodorus Studites prodeat, & dicat testimonium, quod nemo poterit inficiari. In decimaquinta Catechesi, quam legitis quidem, at non intelligitis, quia non vultis. Videtur enim doctor hic adversus impugnatores imaginum pugnare, quando dicit: Audio autem quod Romæ principis Apostolorum claves proponantur ad adorandum, atque in honore haberi, quamquam non claves sensibiles Dominus ei tradidit, sed intellectuales ad ligandum atque solvendum. At illi argenteas populo proponunt ad adorandum. Tanta igitur apud eos est fides, & ibi solida petra Fidei secundum Dei verbum fundata. Hic vero, ut videtur, abundat infidelitas ac improbitas. Vides quod & beatus hic, ibi confitetur solidam esse Fidem, nec in Petro tantum, sed & in ejus successoribus?* Hæc ibi tunc Gennadius ex Theodori scriptis, quæ sunt præ manibus

(b) Genn. in expos. pro Conc. Florent. c. 5. Sect. 29.

(c) Ibid. sect. 2.

Romana Ecclesia numquam erravit, nec errare potest.

PAGIUS

bus nuncupavit: *Dum communi*, inquit, *utilitati consulens, attentius quærerem, quomodo utilius possem cunctis prodesse; cupi Sanctorum Vitas, Regulasque legere Patrum: quas dum sagaci intentione percurrerem, & eadem pene, quæ a Sancto Benedicto prodita sunt, verba in quibusdam locis, in quibusdam vero sensum eumdem cognoscerem; occurrerunt animo ea, quæ a segnibus, tepidisque Monachis dici assolent: Quid cætera huic conferunt Regulæ? Quid ad me quas non promisi, pertinet legere?* Ergo ab aliarum lectione Regularum *tepide* illi Monachi ideo avertebantur, propterea quod de iis servandis non fecissent promissionem, sed de una Sancti Benedicti Regula, quam proinde unam sibi prælegi & imponi patiebantur. *Et hæc quidam dicunt*, subdit Concordiæ Auctor Benedictus, *ignorantes B. Benedictum suam ex cæteris assumsisse Regulam, & veluti ex manipulis unum strenue contraxisse manipulum.* Hac ergo ratione Concordiæ Scriptor aliarum lectionem Regularum, tametsi eis non se se addixissent Monachi, nequaquam insuper habendam dicit, quod Sancti Benedicti Regula ex illis Regulis sit conflata. Non itaque ad hoc condita Concordia Regularum, ut Monachorum animi ad Regulam Benedictinam suscipiendam magis benevoli redderentur; cum quotquot Gallicano tum Imperio subjacebant Monachi, eidem Regulæ nomen jam dedissent: sed, ut ad ipsius praxim & usum dissoluti postliminio revocarentur, & tepidi ad lectionem aliarum Regula-

hus. Pergit vero idem Theodorus in dicta epistola ad Naucratium in eosdem Constantinopolitanos:

XXVII. *Catera enim, ut Deo visum fuerit, fevaatur. Iriget Martyrum sanguis Ecclesiam, augescat Confessorum chorus: hoc Deo gratum: hoc gaudium & exultatio, quamvis propter eos, qui pereunt, misereimur. Quid dicere possimus adversarii? Orientem non habent, Occidente privati sunt, a quinis verticis Ecclesiastico corpore (vivit enim etiamnum Nicephorus sacer) avulsi sunt*, sic intelligens illos a quatuor Patriarchis atque Romano Pontifice esse divisos: *igitur a Christo alienati sunt: igitur mortui: igitur in tenebris ambulant. Quod si haresis principatum tenet in solitudine: hoc faciunt & latrones, quippe qui occidunt etiam, ut isti, sanguinem, ut uno verbo dicam, fundentes. De his autem in hunc modum:*

Quantum vero concinam in Leontis mutatione? O maxima Dei prodigia! Tu quidem amico, ad hoc & istud Christi hostem transformasti. Ego vero Cyprianizare illum in negotio arbitratus sum extrusum ab Imperatore, ad certantes & in agone versantes accurrere, juxta celebrem Justinam. Det Dominus, ut in utrisque tandem utraque conspiciantur. Alludit ad Cyprianum atque Justinam celebres Martyres. Verum hunc iterum lapsum, ex ejusdem Theodori scriptis colligitur. Pergit: *Custodia tua quod laterius reducta est, grave mihi est propter infirmitatem tuam. Caterum confortare, & sustine Confessor Christi* * *ut ante significavimus. Ut autem clarius adhuc cognoscas, hoc addo. Clausos etiam nunc tenet nos carceris prafectus. Quare, & quomodo? quoniam oportet dispensatione uti in rebus necessariis.*

XXVIII. Dispensatio Theodori. Quæ dispensatio ista, qua ad modicum temporis spatium, impulsore spiritu, usus est Theodorus? ut lucrari Præfectum posset, a quo ad congressum vocaretur, & sermonibus tentaretur, ut aliquis in eo esset locus auditus Fidei, ne austeritate disciplinæ penitus absterreretur, venientem salutavit, & bibit cum eo, ita ex Pauli (a) exemplo & doctrina, absque Fidei præjudicio, & cessante scandalo, factus omnibus omnia, ut omnes lucrifaceret. Sed audi ipsum res gestas prosequentem:

(a) 1. Cor. 9.

Quando in conspectum venimus Chonarum hareshiarcha; sic appellat Præfectum illius provinciæ (*illac quippe deducti primum fuimus ab iis, qui nos ex Orientalibus abduxerant*) *& genufleximus, genuflectente pariter illo, & amplexi eum fuimus: & postquam permisit, ut unum in locum conveniremus, ego & dominus Athanasius, bibimus una cum eo semel atque iterum, nequaquam tamen comedimus, obtestante serpente, & insusurrante fraudulenta. Hac moderatione usi sumus, cum abducti inde fuissemus ad draconem, quocum hic versamur. Qui cum seriem ante didicisset, nihil amplius ursit, ut quod persuadere non posset. Injecit tamen, ut vidit nos, de argumento sermonem, quia nihil est, inquit, aut perexiguum id, de quo est quæstio. Ad qua respondimus: Vel ex longe maximis esse. Quod si jubes, inquam, dic, vicissim & audi. Sed omittamus in prasentia quod & factum est. Alia quidem dicere longum fit. Ad finem tendit oratio, cujus gratia excessus sum.*

Putabat callidus se nos sensim pellecturum, non sermone de imaginibus conferendo, sed benefaciendo fortasse, & amice colloquendo, & prafectura mentionem inferendo (thematibus enim quinque prafectus est) quia & Imperatorem divinis laudibus extollendo. Venit, hujusmodi colloquia movet, & quod ne semel quidem fecerat in carcere, potum prabuit. Anxius accepi, ebibi, ter obsignans, factum extimui: paulo post clam abducit: Injeci sermonem de veritate: incitabatur & ille: sententiis ultro citroque depugnavimus, illo quidem pleno ore ridicule effutiente, me vero remisse in quibusdam procedente, eo quod ad Imperatorem tenderet sermo, & ne cum tumultu sejungeremur. Postquam sane propositionem meam & ipse objeci: non habuit quod responderet: & dixit: quanam est hac blasphemia? Pater & spiritus sanctus communicarunt in nos, qua Christus humanitus gessit, an non? & ille annuit, & affirmavit, ita rem habere. Propter hac remissa contentio, & quasi a pugna discessum est. At ille discedens: Ita putabam, inquit, hunc penitus nihil fecisse, sed & elenchum eum reddidi. Ego vero noram quidem illum ratione carentem, & fatuum quam maxime cum impietate. Unum autem quasivi, ut actionem deponerem, & aliam personam agerem, qualem decet adversus ducem impietatis; quia nefas est, ante por-

Dux Orientis agit de nece Theodori.

PAGIUS VIII. *Moritur Hildeboldus Archiep. Coloniensis.* larum, ut mentem Sancti Benedicti Anianensis Mabillonius recte exposuit.

Hildeboldus seu *Hiltibaldus* Coloniensis Archiepiscopus & Archicapellanus Palatii Ludovici Augusti, hoc anno ad Deum migravit. In Brevibus enim Annalibus Ratisponensibus a Mabillonio Tom. IV. Annalect. pag. 476. publicatis legitur: *Hiltibaldus Episcopus obiit*. Scriptores quidem qui res Ecclesiæ Coloniensis literis mandarunt, ejus mortem in annum præcedentem conferunt, sed sine recte. Gelenius in Fastis Agrippinensibus eam inscribit ad diem III. Nonas Septemb. Hildebodo in Archiepiscopatum *Hadebaldus* seu *Hagebaldus* successit, Archicapellanus vero Palatii constitutus est *Hilduinus*, ut liquet ex Hincmaro, qui in Opusculo ad Pro-

Digitized by Google

porcos mittere margaritas. Hinc magna custodiæ cura, & interdictum, ne hominem ullum videamus, tamesi aliter dispenset Deus. Hæc licet per digressionem, necessario tamen dicta sunt, quod enixe postules, ut ab impii insidiis liberemur. Frater tuus salutem dicit. Hactenus de his Theodorus. At quid post hæc?

Idem ipse Orientalium copiarum præfectus, ubi omne suum studium in dimovendo Theodoro, a confessione Fidei Orthodoxæ evanescere didicit: desperatione victus, Constantinopolim se contulit, acturus apud Leonem Imperatorem de inferenda nece ipsi Theodoro: qui ista sciens, lætus mortem quotidie erat expectans. Sed Deus consilium adversatiorum irritum reddidit. Est de his ipsius Theodori epistola ad eumdem Naucratium, quæ suo loco sicut tempore, anni sequentis exordio reddenda pariter erit.

PAGIUS Proceres Regni pro Institutione Carolomanni Regis, Archicapellanorum seriem sub Pippino, sub Carolo M. & sub Ludovico Pio cap. 15. his verbis exhibet: *Tempore Pippini & Caroli hoc ministerium consensu Episcoporum per Fulradum Presbyterum, tempore etiam Caroli per Engelramnum & Hildeboldum Episcopos, tempore denique Hludowici per Hilduinum Presbyterum, deinde per Drogonem Episcopum extitit hoc ministerium executum.* De Hilduino infra sermo erit.

DO-

DOMINICI GEORGII

MONITUM.



QUi sæculo Christi XVI. Novatores Ecclesiam Catholicam & Apostolicam Romanam scriptis proscindere, susque deque pessumdare conati sunt, ea etiam quæ pie, æque ac munifice olim a Francorum regibus, iisdemque Imperatoribus, ac subsecutis inde Augustis de donatis in perpetuum Apostolo Petro, Romanis Pontificibus, & Ecclesiæ Romanæ multis Provinciis, ditionibus, ac latifundiis, iisdemque donationibus identidem rite amplissimis diplomatibus confirmatis, gesta sunt, veluti spuria, & commenticia damnare, ac in primis *Ludovici Pii* ea de re Sanctionem impetere sunt ausi. His (heus pudor!) malis auspiciis, succenturiatus est Pagius, cui nimirum præclaræ dudum Gallorum quorundam pro eadem Sanctione lucubrationes ante oculos obversabantur. Quid? quod ipsemet Pagius ad an. 787. o. VII. & VIII. ut genuinam agnoscit *Ludovici Pii* donationem; ac paullo post sui oblitus, eam veluti confictam traducit. Pagii vestigiis nonnulli in S. R. E. male feriati homines adhæserunt, quorum commenta alii justis vindiciis diluerunt. Nos in Pagii allucinationibus confutandis non immoramur, satis erit indicasse, hujusmodi *Ludovici Pii* donationem, *pactum* a veteribus fuisse appellatam, de quo *pacto* meminere Ludovico Pio suppares scriptores, nimirum Astronomus in ejusdem Ludovici vita apud Duchesnium tom. II. pag. 297. Annales Bertiniani apud eundem Duchesnium tom. III. pag. 174. & Chronicoo S. Vincentii ad Vulturnum, ibidem pag. 681. ut subsequentes prætereamus. At Chronici Vulturnensis verba pertransire non possumus, cujus chronographus ex vita Josue Abbatis, qui coonventui Aquisgranensi A. D. 817. in quo conventu a Ludovico Pio donatio facta est, interfuit, de hac ipsa donatione, hæc habet: *Tunc quoque beatissimo supe Paschali pactum Constitutionis & confirmationis faciens, etiam propria manus, & trium filiorum suorum signaculo illud corroborans, per Legatum S. R. E. Theodorum Nomenculatorem prædicto Papa transmisit, in quo decem Episcopos, octo Abbates, Comites quindecim, Bibliothecarium, Mansionarium, & Ostiarium subscribere fecit.* Hæc apprime conveniunt cum his, quæ in fine constitutionis Ludovici Pii leguntur.

Exemplar donationum *Ludovici Pii*, *Ottonis I.* & *S. Henrici* Romanorum Imperatorum in summam contractarum nos nacti sumus in Codice Vaticano n. 1984. ætate *Gelasii* & *Callisti II.* exarato, in quo multa a schismaticis, & pro schismaticis sæculi XI. scripta sunt. Hioc nulla suspicio erit Apostolicæ Sedis hostibus, eas ab impostore aliquo fuisse confictas. Hujusmodi exemplar habetur etiam apud Cencium Camerarium in libro Censuum S. R. E. sed quum Cencii apographum non sit tantæ vetustatis, nos easdem donationes ex Vaticano codice, sic in summam redactas, cum suis nævis Orthographicis, barbarismis, ac solæcismis, ut mos illius ætatis serebat, hic subiicere maluimus. Ad Orthographiæ ac barbarismi rationem, quod attinet, Baronii monitum ad an. 1019. n. V. securi sumus, qui docet solæcismos & barbarismos in veteribus monumentis edendis retinendos esse; *nam sciendi curiositas*, inquit, *quæque aspera condiens, suavia reddit*. Adde, quod ex barbaro, ac mendoso scribendi genere, barbara quoque tempora dignoscuntur. Discrepat autem hoc nostrum exemplar in plurimis ab editis apud Baronium; nonnulla etiam prætermittuntur, quæ in editis habentur. De his ratio præsertim de *Ludovici Pii* diplomate, si quæratur ea partim amanuensium oscitantiæ, partim iniuriæ temporum adscribenda est. *Ludovici Pii* autographum periit; hinc

hinc illius exemplaria sæpe mendosa. Baronius ad exemplar a Gratiano in Decretum relatum, utpote vetustius confugit, atque cum quatuor aliis apographis collatum edidit. Exemplar vero nostrum ante Gratiani tempora exaratum est, ideo Gratiano ipso antiquius. Epitomator noster præterea, instar omnium *Ludovici Pii* Constitutionem habet, idcirco eam aliis præmisit, ut exemplum cæterarum, integramque edidit. Hinc exordia Constitutionum *Ottonis I. & S. Henrici*, ac alia multa, quæ in Ludoviciana continentur, omisit; ac ea tantummodo, quæ posterioribus addita sunt, litteris mandat; non aliam ob causam, nisi quia Ludovici Constitutio aliarum prototypon, ac fundamentum fuerit. De his te monitum esse voluimus, Lector, antequam ad Epitomen harum donationum, quam ex memorato Codice Vaticano damus, legendam accederes. In Codice autem pag. 196. sic habetur.

PA-

Digitized by Google

PACTUM CONSTITUTIONIS IMPERATORUM PRIMI HLUDOVICI ET PRIMI OTTONIS ET PRIMI HENRICI CUM ROMANIS PONTIFICIBUS.

EGO Ludovicus Imperator Augustus statuo & concedo per hoc pactum confirmationis tibi B. Petro Principi Apostolorum & pro te Vicario tuo Dompno Paschali summo Pontifici & universali Papæ & Successoribus ejus in perpetuum sicut a prædecessoribus vestris usque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis & disposuistis civitatem Romanam cum ducatu suo & suburbanis atque viculis omnibus & territoriis ejus montanis ac maritimis. littoribus ac portubus seu cunctis civitatibus. castellis. oppidis ac vicalis. In Tuscia partibus idest Portum. Centumcellas. Chere. Bledam. Marturanum. Sutrium. Nepe. Castellum. Gallisem. Hortem. Polimartium. Armeriam. Tode Perusiam cum tribus insulis suis idest majorem & minorem. Pulvensim. Narniam. Utriculum cum omnibus finibus ad supradictas civitates pertinentibus. Simili modo in partibus Campaniæ Signam.

sic

Anagniam. Ferentinum. Alatrum. Patricum. Frisilimam cum omnibus finibus Campaniæ. Necnon Exarchatum Ravennatem sub integritate cum urbibus. civitatibus. Oppidis & castellis quæ piæ recordationis Dompnus Pipinus rex ac bonæ memoriæ genitor noster Karolus Imperator Beato Petro Apostolo & prædecessoribus vestris jamdudum per donationis paginam restituerunt. hoc est civitatem Ravennam & Emiliam. Bobium. Case-

é

nam. Forum pp. Forum Livii. Faventiam. Immolam. Bononiam. Ferrariam. Comiacclam: adrianisque & gabelum cum omnibus finibus territoriis atque insulis in terra marique ad supradictas civitates pertinentibus. Simulque & Pentapolim videlicet Ariminum. Pisaurum. Fanum. Scuegalliam. Anconam. Hausimum. Humanam. Hesim. Forum Sempronii. Montem Feretri. Ulbinum, & territorium Valvense. Kallem Luciolis. Egubium cum omnibus finibus ac terris ad easdem civitates pertinentibus. Eodem modo territorium Sabinensem sicut a genitore nostro Karolo Imperatore per donationis scriptum concessum est sub integritate quemadmodum ab Yterio & Magenario Abbatibus missis illius inter idem territorio Sabienense atque reatinum diffinstum est. Item in partibus Tusciæ Longobardorum Kastellum felicitatis. Urbivetu. balneum regis. ferenti. Castrum bitervum. Orclas. Martam. Tuscanam. Suanam. Populonium. Rosellas. Et insulas Corsicam. Sardiniam. & Siciliam sub integritate cum omnibus adiacentibus & territoriis maritimis littoribus portubus ad suprascriptas insulas & civitates pertinentibus. Item in partibus Campaniæ Soram. Arces. Aquinum. Arpinum. Theanum & Capuam. & patrimonia ad potestatem vestram & ditionem pertinentibus. Sicut est patrimonium Beneventanum & Salernitanam & patrimonium Calabriæ inferioris & superioris & patrimonium Neapolitanum & ubicumque in partibus regni atque imperii a Deo nobis commissi patrimonia vestra esse noscuntur. Has omnes suprascriptas provincias urbes & civitates, oppida & castella viculos & territoria simulque & patrimonia jam dicta Ecclesiæ tuæ Beate Petre Apostole & per te Vicario tuo Spirituali Patri nostro Domno Paschali Summo Pontifici & universali Papæ ejusque successoribus usque in finem sæculi. Eodem modo confirmamus ut in suo detineant jure principatu ac ditione. Eodem modo per hoc nostrum confirmationis decretum firmamus donationes quas piæ recordationis Domnus Pipinus rex avus noster & postea Domnus & genitor noster Karolus Imperator Beato Petro Apostolo spontanea voluntate contulerunt. Necnon & censum & pensiones seu ceteras donationes quæ annuatim in palatium regis Longobardorum inferri solebant

sive de Tuscia Longobardorum sive de Ducatu Spoletino sicut in suprascriptis donationibus continetur & inter sancta memoria Adrianum Papam & Dompnum ac genitorem nostrum Karolum Imperatorem convenit quando idem Pontifex eidem de suprascriptis Ducatibus idest Tuscano & Spoletino sua auctoritatis praeceptum confirmavit. Eo scilicet modo ut singulis annis praedictum censum Ecclesia Beati Petri Apostoli persolvatur salva semper super eosdem Ducatus nostra in omnibus dominatione & illorum ad nostram partem subiectione. Ceterum ut diximus omnia superius nominata ita ad vestram partem per hoc nostra confirmationis decretum roboramus ut in vestro vestrorumque successorum permaneant jure principatu atque ditione at neque a nobis neque a filiis vel successoribus nostris per quodlibet argumentum sive machinationem in quacumque parte minuatur vestra potestas, aut vobis de suprascriptis omnibus vel successoribus vestris in aliquid subtrahatur de suprascriptis videlicet provinciis. Urbibus. civitatibus oppidis castris viculis insulis territoriis atque patrimoniis necnon & pensionibus ac censibus. ita ut neque nos ea subtrahamus. neque quibuslibet subtrahere volentibus consentiamus sed potius omnia quae superius leguntur. idest provincias. Civitates. urbes & oppida Castella. territoria & patrimonia atque insulas censusque & pensiones Ecclesia B. Petri Apostoli & Pontificibus in sacratissima illius sede in perpetuum residentibus in quantum possumus nos defendere promittimus ad hoc ut omnia ea in illius ditione ad tenendum & fruendum atque disponendum firmiter valeant optineri nullamque in eis nobis partem aut potestatem disponendi aut dijudicandi subtrahendive aut minorandi vendicamus nisi quando ab illo qui eo tempore hujus Sancta Ecclesia regimen tenuerit rogati fuerimus. Et si quilibet homo de supradictis civitatibus ad vestram Ecclesiam pertinentibus ad nos venerit subtrahere se volens de vestra dicione vel potestate vel aliam quamlibet iniquam machinationem. metuens aut culpam commissam fugiens nullo modo eum recipiemus nisi ad justam pro eo faciendam intercessionem ita duntaxat si culpa quam commisit venialis fuerit inventa. Sin aliter comprehensum vestrae potestati eum remittamus. Exceptis his qui violentiam vel oppressionem potentiorum passi. ideo ad nos venerint. ut per nostram intercessionem. justitiam accipere mereantur. quorum altera conditio non est a superioribus valde disiuncta.

Et quando divina vocatione hujus Sacratissima Sedis Pontifex de hoc mundo migraverit. Nullus ex regno nostro. aut Francus. aut Longobardus aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice aut private veniendi aut electionem faciendi nullusque in civitatibus vel territoriis ad Ecclesia Beati Petri Apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hominem facere praesumat. sed liceat Romanis cum omni veneratione & sine aliqua perturbatione honorificam Pontifici suo exhibere sepulturam. Et eum quem divina inspiratione. Et B. Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque concordia sine aliqua promissione ad Pontificatus ordinem elegerint sine qualibet ambiguitate vel contradictione, more canonico consecrari. Et dum consecratus fuerit legati ad nos vel ad successores nostros reges Francorum dirigantur. qui inter nos & inter illos amicitiam & caritatem & pacem socient sicut temporibus pia recordationis Domni Karoli Atavi nostri sive Dompni Pipini Avi nostri vel etiam Dompni Karoli Imperatoris genitoris consuetudo erat faciendi. Hoc autem ut ab omnibus fidelibus Sancta Dei Ecclesia & nostris firmam esse credatur. firmiusque per futuras generationes & saecula ventura custodiatur propria manus signaculo & venerabilium Episcoporum atque Abbatum. vel Optimatum nostrorum sub jure jurando & subscriptionibus pactum istud nostra confirmationis roboravimus & per Legatum S. R. E. Theodorum Nomenculatorem Domno Paschali Papa primo direximus.

Ego Ludovicus misericordia Dei Imp. subscripsi. Et subscripserunt III. filii

filii ejus & Episcopi X. & Abbates VIII. & Comites XV. & Bibliothecarius unus & Mansionarius unus & Ostiarius unus.

Ex pacto Constitutionis Imperatorum primi Ottonis & primi Henrici cum Romanis Pontificibus. Cetera ut supra.

Item in partibus Tuscia Langobardorum Castellum Felicitatis. Urbem veterem. Balneum regis. Ferentum. Viterbum. Ortem. Martam. Tuscanam. Suanam. Populonium. Rosellas. cum suburbanis atque viculis omnibus & territoriis ac maritimis oppidis at viculis seu finibus omnibas. Itemque a Lunis cum insula Corsica. Deinde in Suriario. deinde in monte Bardonis. deinde in Berceto. exinde in Parma. deinde in Regia. exinde in a Mantua. atque in monte Silicis. atque provincia Venetiarum Heistria. nec non & Ducatum Spoletinum. seu Beneventanum una cum Ecclesia Sancta Cristina posita prope Papiam juxta Padum quarto milliario. Et infra.

De civitate autem Neapolitana cum castellis & territoriis & finibas & insulis suis sibi pertinentibus sicut ad easdem aspicere videtur. nec non patrimonium Siciliæ. Similio modo civitatem Gajetam & Fundum cum omnibas earum pertinentiis.

Insuper offerimus tibi B. Petre Apostole, vicarioque tuo Domno Johanni XII. Papa & successoribus ejus pro nostra anima remedio. nostrique filii & nostrorum parentum de proprio nostro regno civitates: oppidu cum piscariis suis. idest Reate. Amiternum. Forconem. Nursiam. Balvam. & Marsim. & alibi civitatem Interamnem cum pertinentiis suis.

Has omnes suprascriptas civitates. urbes. & provincias. oppida & castella viculos & territoria simul & patrimonia pro remedio anima nostra & filii nostri sive parentum ac successorum nostrorum pro cuncto Francorum populo jam dicta Ecclesia tua B. Petre Apostole & per te Vicario tuo spirituali Patri nostro Domno Johanni Summo Pontifici & universali Papa ejusque successoribus usque ad finem saeculi. eo modo confirmamus. at in suo detineat jure. principatu. atque ditione. Et infra.

In electione vero Romani Pontificis neque liber neque servus ad hoc venire præsumat. ne illis Romanis quos ad hanc electionem per Constitutionem Sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo. aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram Constitutionem præsumpserit. exilio tradatur. Insuper etiam ut nullus missorum nostrorum cujuscumque impeditionis argumentum componere in præfata electione audeat. omnibus modis prohibemus. Nam & hoc omnimodis instituere placuit. ut quod semel sub speciali defensione Domni Apostolici. Sive nostra fuerint suscepti. impetrata juste utantur defensione. Quod si quis in quemquam illorum qui hoc promeruerunt. violare præsumpserint. sciat se periculum vitæ suæ incursurum. Et subscripsit Imperator Otto, & Episcopi X. Abbates II. Comites V. Obtimates IX. Anno Dominica Incarnationis DCCCCLXII. Indic. V.

Super hoc confirmamus tibi B. Petre Apostole. & per te Vicario tuo Domno Benedicto Summo Pontifici & universali Papa Fuldensem Monasterium. & Abbatis ejus consecrationem atque omnia monasteria curtes & Villas quae in ultramontanis partibus Sanctus Petrus habere dinoscitur absque anthesna.. guinneringa. Sive VVilinbach. qua a Sancti Petri Ecclesia per Commutationis paginam Episcopo nostro Balebembergensi collata sunt. pro quibus sæpe dicta Ecclesia B. Petri concedimus & confirmamus omnem illam terram qua inter Narniam Teramnem vel Spoletum abuimus. Sub tuitionem B. Petri & vestra vestrorumque successorum prasaxatum Episcopum Babembergensem offerimus. unde sub pensione equum unum album faleratum ex ejusdem loci Episcopo vos annualiter suscepturos sancimus. In codice sequitur: *In electione vero Pontificis &c.* ut supra in donatione Ottonis. usque, *incursurum*. Deinde Codex:

Et subscripsit Heinricus Imperator. & Episcopi XIII. & Abbates IV. & Duces III. Comites IX. Optimates IX.

VARIANTES LECTIONES

ANASTASII.

BAronius A. C. 767. pag. 35. lin. 36. col. 2. *in via sacra, &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 44. col. 2. *in quodam firmissimo scilice &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 50. col. 2. *construxit.*

Eod. ann. pag. 36. lin. 8. col. 1. *pro valido caloris &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 10. col. 1. *vitam finivit &c. postmodum &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 17. col. 1. *& in præfato, ab eo &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 1. col. 2. *presbyteros duodecim.*

Eod. ann. & pag. lin. 2. col. 2. *Episcopos &c. numero...*

A. C. 768. pag. 47. lin. 17. col. 1. *Hoc vero cernens Christophorus &c.*

Cod. Reg. Suec. 545. *in via sua sacra in honorem Beatorum Petri & Pauli in loco, in quo ipsi sua propria genua flexerunt, tempore, quo &c.*

Cod. Reg. Suec. 545. *in quodam firmissimo marmore, scilicet esse noscuntur designata.*

Cod. Reg. Suec. 545. & Vat. IV. *sibi construxit.*

Vat. IV. pro *valido calore.*

Cod. Reg. Suec. 545. *vitam finivit, ubi & sepultum fere trium mensium spatio ejus humatum funus permansit. Postea vero &c.*

Cod. Reg. Suec. 545. *& in prælato Oraculo in monumento ab eo constructo &c.*

Cod. Reg. Suec. 545. *presbyteros II.*

Cod. Reg. Suec. 545. *Episcopos XXII. qui sepultus est &c. diebus XXII.* Cod. Reg. Suec. 1964. *Episcopos numero XX.*

Cod. Reg. Suec. 545. post verba *languens vitam finivit*, hæc habet : *Hoc vero cernens Christophorus primicerius & consiliarius cum suo filio Sergio tunc zelo fidei mori magis maluerunt, quam talem impiam novitatem, & iniquam præsumptionem in Sedem Apostolicam perpetratam conspicere : & quotidie in fletu & lacrymis perdurantes perrexerunt regem Langobardorum, deprecantes ejus auxilium, ut talis novitatis error ab Ecclesia Dei amputaretur. Dum vero ipsi apud regem morarentur, prædictus Constantinus Apostolicæ Sedis invasor, ordinavit presbyteros VIII. diaconos IIII. episcopos VIII. Dum vero hæc agerentur prædictus Christophorus cum suo filio venerunt ad portam Beati Petri, & inde pergentes ad propria, crepuscula noctis pervenerunt ad portam Sancti Pancratii, & protinus sui amici qui custodiebant ipsam illis aperuerunt, & multi Langobardorum ingressi sunt, & ipsum Constantinum illico irati zelo Ecclesiasticæ traditionis universi sacerdotes alapis ejus cervicem cedentes, ejecerunt, & scriptionem confirmationis ejus igne combusserunt. Et alia die præfatus Christophorus primicerius omnesque Sacerdotes & clerici & optimates militiæ atque universus exercitus omnesque populi Romani a magno usque ad parvum concordaverunt, omnes una mente unoque consensu beatissimum Stephanum Pontificem elegerunt : clamantes cum ingenti fletu, peccasse se omnes professi sunt, pro eo quod de manibus ipsius Constantini communionem susceperunt, sicque ex hoc omnibus indicta*

Eod.

Digitized by Google

Eod. ann. pag. 48. lin. 8. col. 2. *non fuisset expulsus Patriarchio. Tunc properant antedictus Gratiosus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 12. col. 2. *qui & per scalam &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 18. col. 2. *Cleri, optimates militia &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 25. col. 2. *presbytero existens, spiritalem &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 40. col. 2. *a Siciliensi insula in hanc &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 49. col. 2. *presbyterum tit. S. Caeciliæ*

Eod. ann. pag. 49. lin. 33. col. 1. *dum deductus &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 1. *in sella muliebri*

Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 1. *in monasterium, Cellas novas, coram omnibus deportatus est.*

Eod. ann. & pag. lin. 45. col. 1. *Maurianus Subdiaconus.*

Eod. ann. & pag. lin. 57. col. 1. *in ambone beati*

Eod. ann. & pag. lin. 61. col. 1. *Romanæ civitatis, & Tusciæ*

Eod. ann. & pag. lin. 2. col. 2. *coastringentesque fortiter eandem civitatem &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 16. col. 2. *Tuscani & Campani*

A. C. 769. pag. 53. lin. 6. col. 2. *Indictione septima*

Eod. ann. & pag. lin. 15. col. 2. *juxta Lateranense palatium*

Eod. ann. pag. 54. lin. 53. col. 1. *neque ex alio ordine*

Eod. ann. & pag. lin. 6. col. 2. *Ut qui episcopi &c... in pristinum*

Eod. ann. & pag. lin. 52. col. 2. *præter sacrum baptisma, ac sanctum chrisma*

ast pœnitentia. Reliqua ut in editis.

Vat. VIII. *expulsus fuisset Patriarchio. Tunc Gratius properans cum &c.*

Vat. IV. *qui descendens cum magna reverentia &c.*

Vat. IV. *cleri, optimates militiæ universi exercitus, & honestos cives Romanos, omnemque populum a magno &c.*

Vat. I. IV. & VIII. *presbyter existens, spiritalem degebat vitam, eum Pontificem elegerunt, quem cum vocibus acclamantium laudes in Lateranensi palatio deportaverunt; & rite omnibus in ejus electione peractis &c.*

Vat. VIII. & Cod. Reg. Suec. 545. *a Siciliensi insula parvulus in hanc.*

Cod. Reg. Suec. 545. *presbyterum in sancta Cæcilia.*

In nonnullis Codicibus deest *dum*. Vat. I. *deductus ad medium est, & jesses magno pondere &c.*

Vat. I. & VIII. *in sella muliebrile*

Vat. I. *ad medium uffertus est.* Vat. IV. *deductus ad medium, coram omnibus deportatus in monasteris Cellanovas.*

Vat. VIII. *Maurinus Subdiaconus.*

Vat. VIII. *in ambone basilicæ beati*

Vat. I. & VIII. *Romanæ urbis, seu Tusciæ*

Vat. VIII. *constringentesque fortiter ab eadem civitate &c.*

Vat. I. *Tusciani & Campanini* Vat. VIII. *Tusci & Campanini*

Vat. I. *Indict. VIII.*

Vat. IV. & VIII. *juxta Lateranum.* Sequitur in Vat. IV. *In quo damnatus est Constantinus invasor Apostolicæ Sedis, & omnis populus accepit pœnitentiam.* Cætera quæ de Concilio in editis habentur, a Vat. IV. absunt. Schedæ Vaticanæ Lucæ Holstenii ad ea verba: *Concilium peractum est*: „ De eo, „ inquit, Anselmus Lucensis lib. II. pag. „ 218. *Duodecim Episcopos ex eisdem Francorum regionibus &c.* Hic inserta „ fuere nomina Episcoporum Gallicano„ rum, quæ Jacobus Sirmondus resti„ tuit ex Schedis Panvinii tom. II. Con„ cil. Gall. pag. 66. In MS. Reginæ hic „ locus vacuus relictus est. Hæc Hol„ stenius.

Holstenii schedæ: *neque ex alio ordine &c. Sic*, inquit, *Anselmus ex Deusdedit. Vide eumdem Deusdedit* lib. I. cap. CCVI.

Vat. IV. *ii qui eorum presbyteri aut diaconi fuerint, in pristinos.*

Vat. VIII. post verbum *Chrisma*, hæc habet: *De imaginibus vero in eodem Concilio statutum est, sicut & sui antecessores statuerunt. Expleto itaque Concilio &c.*

Eod.

Eod. ann. pag. 56. lin. 37. col: 1. *nudie pedibus incedentes*	Vat. IV. *omnes nudis pedibus ad Ecclesiam B. Petri processerunt, & in ombonem ascendentes, omnia quæ in Concilio statuta sunt, coram omni populo legerunt, atque confirmaverunt. Hæc vero omnia mala immissione jam dicti Desiderii Langobardorum regis provenerunt.*
A. C. 770. pagin. 61. lin. 9. col. 1. *Christophorus in monasterium S. Agathæ*	Vat. I. *Christophorus Romam in monasterium S. Agathæ clibi Scauri.*
A. C. 772. pag. 75. lin. 29. col. 2. *studiose a patre Theodulo dudum consule &c. post sancta dicta &c.*	Cod. Reg. Suec. 1964. *Studiose a proprio thio Theodoto, dudum consule & duco postmodum vero* &c. *post tanta dicta sua* &c. Vide notas infra.
Eod. ann. pag. 77. lin. 34. col. 2. *Ducem Ebura Regia, & Paundulum Vestiarium suum*	Vat. IV. *Ducem Eburgeias, & Pandulum Vestarasium suum.*
Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 2. *sese quasi*	Vat. IV. *Sese cum eo quasi.*
Eod. ann. pag. 78. lin. 14. col. 1. *& cætera super ista.*	Vat. IV. *Cubicularium, & tunc Super ista.*
Eod. ann. & pag. lin. 20. col. 1. *& Comachium de &c. quem sancta*	Vat. I. & IV. *Comiaclum ab* &c. *quæ sancta.*
Eod. ann. & pag. lin. 31. col. 1. *Omnia præsidia Ravennatium.*	Vat. I. *omnia prædia Ravennantium.* Vat. IV. *ac omnia prædia Ravinianorum*, Ita & Urbinas.
Eod. ann. & pag. lin. 33. col. 1. *in ipsis præsidiis*	Vat. IV. *in ipsis prædiis.*
Eod. ann. & pag. lin. 48. col. 1. *prænominati missi essent Romæ, per Stephanum &c.*	Vat. I. & IV. *ejus missi Stephanus Sacellarius, & Paulus Superista ad prænominatum pergerent* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 15. col. 2. *In ipsis vero diebus &c.*	Vat. IV. *Eodem itaque tempore contigit, ut Carolomannus rex Francorum ad eumdem regem Langobardorum fugam arripuisset cum Autcario; & ob hoc conabatur deducere Præsulem ad se, ut eum in regem inungeret, cupiens divisionem mittere in regno Francorum.* Librarii oscitantia omissum est aliquid: rectius legitur in editis, uxorem & filios quondam *Carolomanni* in Italiam ad Langobardorum regem venisse, ut discordias in regno Francorum ferrent. *Carolomannus* obierat initio mensis Decembris an. 771. antequam *Hadrianus* In Romanum Pontificem eligeretur; quocirca ad *Carolomanni* filios hæc pertinent.
Eod. ann. & pag. lin. 34. col. 2. *Ita firmus* &c. *Hadrianus*	Urbinas, *ita firmus ac fortissimus in suo corde antefatus beatissimus Hodrianus.*
Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 2. *Paulus super ista.*	Vat. I. *Paulus Superista.*
Eod. ann. pag. 79. lin. 16. col. 1. *Calventius.*	Urbinas. *Calvenzulus.*
Eod. ann. & pag. lin. 19. col. 1. *Companis.*	Vat. I. *Campaninis*, & Ita semper.
Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 1. *Sed & a Gregorio*	Vat. I. *seu Gregorio.*
Eod. ann. & pag. lin 25. col. 1. *præceptum tradi iisdem Componis*	Vat. I. & Urbinas: *praeceptum tradi coram eisdem Campaninis.*
Eod. ann. & pag. lin. 28. col. 1. *Lavissonem*	Vat. I. & Urbinas: *Lunissonem;* & Ita semper.
Eod. ann. & pag. lin. 30. col. 2. *per ordinem relegerentur*	Vat. I. *per ordinem redigerentur.* Urbinas: *per ordinem rediccerentur.*
Eod. ann. & pag. lin. 59. col. 2. *sive aliunde &c.*	Urbinas: *sivs per alium, qualiter potuisset, locum dirigeret.* Vat. I. *sive per Veneticus, sive ad eumdem* &c.
Eod. ann. & pag. lin. 65. col. 2. *inexpedibile omnino esse.*	Vat. I. & Urbinas: *Expedibile minime esse.*

Eod.

Eod. ann. pag. 80. lin. 4. col. 1. *nam ipſe Mauritius*

Eod. ann. & pag. lio. 28. col. 1. *Chartulario, ibi exſiſtente, Cive Romano*

Eod. ann. & pag. lin. 36. col. 1. *proteſtans, Archiepiſcopum*

Eod. ann. & pag. lin. 42. col. 1. *Ravennamque conjungeret*

Eod. ann. & pag. lin. 22. col. 2. *Senogallienſis &c.*

Eod. ann. pag. 81. lin. 28. col. 1. *Sciat pro certo &c. Unde ecce*

Eod. ann. & pag. lin. 47. col. 1. *ad ejus pedes corruentes &c. deprecantes*

A. C. 773. pag. 88. lin. 30. col. 2. *Petri & Pauli fecit exornare.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 2. *& deintus ferris Supponi*

Eod. ann. pag. 89. lin. 13. col. 1. *a civitate Viterbienſe confuſus.*

Eod. ano. & pag. lin. 19. col. 2. eum deprecantes

Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 2. *extitit*

Eod. ann. & pag. lin. 26. col. 2. *Accepto itaque reſponſo hoc &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 35. col. 2. *Deſiderio ſuos miſſos, idest deprecans &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 49. col. 2. *ad occupandas Clauſas &c. montem Ciniſium*

A. C. 774. pag. 94. lin. 3. col. 2. *Et dum appropinquaret uno &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 2. *laudeſque omnes canentes*

Eod. ann. & pag. lin. 17. col. 2. *deſcendens de equo, in quo ſedebat &c.*

Eod. ann. pag. 95. lin. 37. col. 1. *per deſignationem confinium*

Eod. ann. & pag. lin. 8. col. 2. *Ducatum Spoletinum & Beneventanum*

Eod. ann. & pag. lin. 10. col. 2. *donatione, cam propria ſua manu ipſe &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 22. col. 2. *apparem ipſius &c.*

Eod. ann. & pag. lin. 30. col. 2. *hujus ſanctæ noſtra &c. ejus excellentia &c.*

Eod. ann. pag. 101. lin. 32. col. 2. *Hic egregius ſacerdos &c.*

Vat. I. *Nec ipſo Mauritius.*

Vat. I. *Cartulrii, tunc exiſtens civium Romanæ civitatis, qui afferens* &c.

Vat. I. *proteſtans, eundem Archiepiſcopum.*

Urbinas: *a Ticino, Ravennamque conjungeret.*

Vat. I. *Synogallienſis, Efis, Monteferetro, Orbino, Egubio* &c. Vat. IV. *Synogalienſis, Efis, Montiſferetri, Orbini, Egubii* &c.

Vat. IV. *ſciat pro certo quod meam nunquam faciem videbit. Direxit itaque ejus ter beatitudo* &c. Vat. I. *Unde & ſeſquis pedes.*

Vat. IV. *pedibus ejus convoluti* &c. *deprecati ſunt.*

Vat. IV. *Petri & Pauli, exornare fecit*, Ideſt ornamenta abſtolit.

Vat. IV. *& deintus ferris ſupponi.*

Vat. I. *Civitate Biterbenſe.* Vat. IV. *a Civitate Interamnenſi.* Vat. VIII. *a civitate Viterbienſe confuſus.*

Vat. IV. *cum deprecati ſunt, & adhortati ſunt.*

Urbinas: *extiterat.*

Vat. IV. *Accepto hoc reſponſo reverſi* &c. *in regiam ſuam properantes. Simul & Apoſtolicæ Sedis nuntii ſubtilius cuncta* &c. Vat. VIII. *Accepto vero hoc reſponſo* &c.

Vat. IV. *Deſiderio ſuos nuntios, deprecans* &c. Holſtenius ootat, in editis hic aliquid omiſſum, nempe nomina miſſorum.

Vat. I. & Urbinas: *ad occupandas cunctas cluſas.* Ita & Vat. VIII. Vat. I. *montem Ciniſem.* Ita Vat. IV. & VIII. Urbinas: *Seniſem.*

Vat. IV. *& cum appropinquaſſet uno fere miliaris ſpatio ab urbe Roma, direxit univerſæ ſcholæ militiam* &c.

Vat. IV. & I. *Laudeſque illi omnes Canentes.*

Vat. IV. *deſcendens de equo, quo ſedebat, & cum beatiſſimis ſtratoribus tribuens, ita* &c. Vat. VIII. *deſcendens de eo, quo ſedebat equo, ita* &c.

Vat. I. IV. & VIII. *per deſignatum confinium.*

Vat. I. IV. & VIII. *Ducatum Spolitinum, ſeu Beneventanum.*

Vat. IV. *Donatione propria cam ipſe* &c. *rex corroborans.*

Vat. IV. & VIII. *Apparem vero ipſius donationis* &c. Holſtenius: *Apparem, exemplar, puto dictum ab Apari, ut in Antiquis Epiſtolis Pontificum legitur; pro eodem tenore.*

Vat. IV. & VIII. *hujus noſtræ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ adſcripta excellentiſſimus Karolus ſecum deportavit.* Vide notas io Pagium ad an. 774. n. 1.

Vat. IV. & VIII. *Erat ſæpefatus* &c. *Eccleſiarum Dei, magnam indeſinenter*

A. C.

gereus curam pro aranta & restauratione procuranda omnium earumdem Ecclesiarum. Hic enim &c.

A. C. 795. pag. 294. lin. 1. col. 2. *Idem beatissimus Pontifex in Ecclesia &c.*

Vat. IV. *per angelum ereptus est.* Inde sequitur: *& alia quamplurima & innumerabilia contulit dona. Idem ipse beatissimus Pontifex corpus B. Pauli Apostoli doctoris gentium investivit laminis argenteis, quoniam argentum, quod ibidem primitus erat, confractum existebat: & alia quamplura ibi contulit in auro & argento, palliisque dona. Atrium vero ipsius Pauli Apostoli Ecclesiæ, quod antea nimis dissolutum* &c.

Eod. ann. pag. 295. lin. 6. col. 2. *revocavit, & restauravit, atque confestim ex eadem Forma &c.*

Vat. VIII. *renovavit, atque restauravit.* Inde sequitur: *& aquam in atrio B. Petri, ut mos erat, deduxit. Formam similiter quæ Jobia vocabatur, a fundamentis refecit, atque Formam, quæ Claudia vocatur, unde aqua in balneum atque baptisterium Ecclesiæ Salvatoris decurrere solebat, a fundamentis refecit. Similiter & Formam, quæ virginis nuncupatur, renovavit. Idem beatissimus Pontifex fecit in basilica* &c.

Eod. ann. pag. 297. lin. 55. col. 1. *Et in Ecclesia Sancti Martini fecit arcus argenteos tres &c.*

Vat. VIII. *Et in Ecclesia S. Martinæ arcorum de argento tria pensantia lib. XXX.*

Eod. ann. pag. 296. lin. 54. col. 1. *Ecclesia S. Mariæ, quæ ad martyres vocatur, renovavit* &c.

Inde sequitur: *Renovavit & Ecclesiam S. Mariæ, quæ ad Martyres nuncupatur: & ibi quam plura in auro & argento obtulit dona. Nam ipse sollertissimus Præsul per diversos titulos, seu alias Ecclesias, atque cunctas Diaconias, & monasteria quantacumque intra muros hujus Romanæ urbis exsistunt, divina inspiratione ignitus, ex palleis, idest stauracin, seu tireis vistes fecit, atque contulit. Et sic ut bonus pastor omnes Dei Ecclesias tam etiam extra muros Romanæ urbis, quamque infra muros ad laudem Dei restauravit, atque decoravit. Verum & muros atque turres hujus Romanæ urbis, quæ diruta erant & usque ad fundamenta destructa renovavit, atque utiliter omnia in circuitu restauravit, ubi & multa impendia tribuit tam in mercedes eorum, qui ipsum murum fabricaverunt, quamque in ipsorum alimentis, simulque & in calce, atque diversis utilitatibus atque ad centum auri libras expendit. Hic beatissimus & præclarus Pontifex omnia utiliter noviterque tam in eleemosynis pauperum quamque in ornamentis Sanctarum Ecclesiarum perficiens; verum & cursum consumans, atque fidem orthodoxam sollertissime* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 33. col. 2. *B. Susannæ martyris inter duas domos.*

Cod. Reg. Suec. 1964. *B. Susannæ martyris, quod appellatur inter duas laurus.*

Eod. ann. & pag. lin. 37. col. 2. *titulum B. Quiriaci Martyris & Ecclesiam S. Laurentii ad Formosam.*

Cod. Reg. Suec. 1964. *titulum B. Cyriaci Martyris, seu Ecclesiam S. Laurentii, qui appellatur ad Formosam.* Vat. I. *tit.* &c. *seu Ecclesiam S. Laurentii, quam ad Formosam, pariter eas restauravit.*

Eod. ann. & pag. lin. 43. col. 2. *quod in Palatinis desertis reperit.*

Cod. Reg. Suec. 1964. *quod appellatur in Palatinis, in desertis repertens.*

Eod.

Eod. ann. & pag. lin. 45. col. 1. *Conjunxit cumulo*.

Eod. ann. & pag. lin. 47. col. 2. *Bagauda*.

Eod. ann. & pag. lin. 54. col. 2. *Virginir Mariæ Schola Græca*.

Eod. ann. pag. 298. lin. 18. col. 1. *qua in Sessoriano sita est*.

Eod. ann. & pag. lin. 51. col. 1. *reparavit, sed & in basilicam S. Theodori* &c.

Eod. ann. pag. lin. 55. col. 2. *in Massa Merulana*.

Eod. ann. & pag. lin. 26. col. 2. *Basilicam cœmeterii Sanctorum martyrum Hermetir* &c.

Eod. ann. pag. 300. lin. 31. col. 1. *Ipse vero a Deo protectus* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 1. col. 2. *Septimo Kalend. Januarii*.

Eod. ann. & pag. lin. 3. col. 2. *Fuit autem* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 21. col. 2. *Leo tertius*.

Eod. ann. & pag. lin. 22. col. 2. *Asuppio*.

A. C. 796. pag. 328. lin. 18. col. 1. *Fecit etiam in basilica* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 22. col. 1. *Immo & in confessione* &c.

A. C. 799. pag. 344. lin. 37. col. 2. *in ejus natale, ipsa Letania prædicata fuisset*.

Eod. ann. & pag. lin. 39. col. 2. *quamque femina* &c. *ubi collecta prædicata erat, occurrerunt. Et dum*,

Eod. ann. pag. 345. lin. 24. col. 1. *Judaica more* &c.

Eod. ann. & pag. lin. 32. col. 2. *dimisere. Verum* &c.

A. C. 818. pag. 608. lin. 13. col. 2. *erexit statum. Absidam* &c.

Vat. I. *coniungens ei aliud monasterium juxta ipsam positum*.

Vat. I. *Vagauda*. Cod. Reg. Suec. 1964. *Bagauda*.

Deest: *Schola Græca* in Cod. Reg. Suec. 1964.

Vat. I. *qua in Suxoria sita est*.

Vat. I. *restauravit. Sed & basilicam S. Theodori sitam in Savellum juxta domum cultam Salfeiano*.

Vat. I. *in massa Marulis*.

Vat. I. *seu basilicam cymiterii Sanctorum martyrum Hermes, Proti & Jacinthi, atque Basillæ* &c.

Vide supra ad n. XXX.

Cod. Reg. Suec. 1964. *VI. Cal. Januarii*, & ita Cod. Vat. III.

Hæc desunt in Cod. Reg. Suec. 1964. Vat. III. & VIII. Habentur in Vat. I.

Deest *tertius* in Vat. VIII.

Cod. Vat. VIII. *Assumpio*.

Vat. VIII. *Fecit in basilica B. Petri Apostoli nutritoris sui*.

Vat. VIII. *Imo & confessionem ejusdem Apostoli mirifice auro gemmisque ornavit. Fecit similiter in basilica Doctoris mundi* &c. ut infra apud Baronium num. XXVII.

Vat. VIII. *natali tempore Letaniæ prædicatæ* &c.

Vat. VIII. *quam femina*. Vat. I. *& collecta prædicata fuerat, occurrerunt. Qui dum* &c. Vat. VIII. *ubi collecta prædicata erat occurrerunt: dum*.

Vat. VIII. *Judaico more sanctissimum Papam in terram prosteverunt, & absque ulla* &c.

Vat. VIII. *dimiserunt una cum ipsis malignis Paschale & Campulo. Postmodum vero sicut veri pagani* &c.

Vat. IV. *erexit statum. Multa etiam corpora sanctorum, quæ in dirutis cœmeteriis jacebant, ibi deduxit, atque honorifice collocavit. Ibidem & oratorium B. Zenonis Christi martyris fecit, ubi & sanctissimum ejus corpus posuit, atque ex musivo locum decoravit. Ibique & oratorium B. Agnetis Christi martyris miræ pulchritudinis exornavit*.

Mu-

Mutata vel adjecta a BARONIO hoc Tomo his signis ☞ ☜ notantur: rejecta hic vides.

ANno Chr. 770. §. Interea, *ubi nunc legitur*, anno septingentesimo, *legebatur*, octingentesimo.

Ann. Chr. 775. *in principio*, *pro his verbis*, decem ipse amplius annis quam, *legebatur*, totidem ferme. *Et inferius ubi legitur*, nonnisi viginti quatuor, *legebatur*, trigintaquatuor.

Eodem anno §. Defunctus, *pro his verbis*, ut afferitur a Gregorio in Menologio, *legebatur*, ut suo loco dicetur.

Anno Chr. 780. §. Eadem, *ubi legitur*, minus diebus sex, *legebatur*, diebus sex.

Anno Chr. 783. §. Hoc item anno, *post ea verba*, pendendi illis, *hac parenthesis inclusa erat*, (quod dictam est).

Anno Chr. 785. *in principio*, *ubi nunc legitur*, extant litteræ tantum Imperatorum, sed ut apparet, datæ anno superiori, & ante creationem Tarasii, *legebatur*, extant literæ tum Imperatorum, tum Tarasii.

Anno Chr. 806. *inter* §. Verum & §. Urgentibus autem, *hac posita legebantur*, Quod rursum spectat ad conventum hunc habitum in Villa Theodonis, hujus occasione hic mentio habenda est de Concilio trigintaduorum Episcoporum in eodem loco occasione necis Joannis Episcopi celebrato, in quo adversus percutientes Ecclesiasticos omnes in sacro ordine constitutos antiquæ sunt renovatæ censuræ, atque aliæ superadditæ: Præsertim vero adversus insidiantes Episcopis viguit Ecclesiasticæ censuræ severitas. Sed quod ad tempus Synodi spectat, sunt qui collocant hanc anno octingentesimo duodecimo Salvatoris, sed considerent quod alii Episcopi huic Synodo scripti reperiuntur, nempe Aistulphus Maguntiæ, Ebbo Rhemensis diversi ab illis, qui Maguntiaco Concilio habito anno octingentesimo decimo tertio subscripti habentur, nempe ejus Civitatis Archiepiscopus Hildebaldus, sed & in Concilio Rhemensi eodem anno celebrato, non Ebbo, sed Vulfarius nominatus habetur Rhemensis Episcopus.

Eodem anno §. Super omnia, *ubi nunc legitur*, S. Petri, *legebatur*, S. Papæ.

Anno Chr. 812. §. Miserat, *ab his verbis*, dicemus suo loco, *usque ad* §. Ad hæc, *ista interjecta legebantur*. Ponitur hoc eodem anno perperam in Conciliorum voluminibus Concilium apud Theodonis Villam a Carolo M. celebratum, de quo a nobis dictum est superius: quod & suadetur ex Actis Conciliorum Moguntini atque Rhemensis, quæ sunt anno sequenti celebrata, in quibus alii diversi recensentur Episcopi Moguntinus & Rhemensis, ab his qui in Theodonis Villam convenisse leguntur. Sed & quod eidem subjicitur Constitutio ibidem facta a Carolo Magno & Ludovico filio adversus percussores sacrorum ministrorum, longe abest, ut Caroli esse possit & Ludovici: siquidem in ea mentio habetur Concilii Triburiensis viginti duorum Episcoporum, quod celebratum constat longe post Carolum & Ludovicum, sub Arnulpho imperatore, anno Redemptoris octingentesimo nonagesimo quinto. Hæc sint dicta ad confutandos errores, qui incuria exactioris temporum pervestigationis emerserant. Porro hoc anno ab eodem Carolo Magno habitum esse generalem conventum Aquis, veteres Francorum Annales testantur.

Anno Chr. 817. §. Cæterum, *ubi nunc legitur*, non sub Leone, *legebatur*, non solum sub Leone.

Eodem anno & §. *pro his verbis*, gloriosa claruerunt confessione, *legebatur*, egregie martyrium consummarunt.

IN-

I N D E X
IN TOMUM DECIMUMTERTIUM
ANNALIUM ECCLESIASTICORUM
B A R O N I I.

Nota numeralis communis Annum Christi : *Romana vero* Numerum Marginalem *significat*.

A



Digitized by Google

Al-

B

Bel-

Digitized by Google

C

Cal-

Na-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D

Di-

E

Ego-

Digitized by Google

En-

F

Digitized by Google

G

H

Hadria-

Ca-

de

Leo-

Digitized by Google

M

Con-

N

car-

O

P

Pe-

Epi-

S

Digitized by Google

T

Digitized by Google

Tho-

V

X

Z

INDEX

Digitized by Google

INDEX
CRITICÆ
HISTORICO-CRONOLOGICÆ
P. ANTONII PAGII
QUÆ IN HOC TOMO CONTINETUR.

A

pli-

Ar-

B

C

Digitized by Google

Digitized by Google

Co-

Digitized by Google

D

E

Aq-

F

G

so-

Lau-

Digitized by Google

M

Digitized by Google

Digitized by Google

P

R

Ra-

S

T

ca-

V

willi

Digitized by Google

X

Digitized by Google

INDEX
ANIMADVERSIONUM
In quo paginarum numerus indicatur.

A

B

C

D

F

G

H

I

L

M

N

Pa-

P

S

T

FINIS.

ACl 1469692

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google